Contractus vnus, quando cauſatur ex alio, non conſideratur cauſatus; ſed cauſans. Ozaſc. deciſ. 167. nu. 25. Rot. Genuen. deciſ. 91. nu. 8.

Contractus quando reddit nullus ratione mutuæ culpæ, tunc poterit nullitas per contrahentem allegari. Ozaſc. deciſ. 180.

Tempus contractus inſpicitur, quando res ſue runt demõſtratæ tpe ipſius. Afflic. deciſ. 81.

Conuentio Partium operatur contrà ius commune, & regulariter omne inualidum facit validum. Afflict. deciſ. 91. vide tamen Bar. in knon dubium. C. de legibus.

Argumentum à contrario ſenſu, habet locum etiam in contractibus. Afflict. deciſio. 298. Ideò cõfirmatio vnius capituli de pluribus, aliorum ſapit reprobationem. ibid. nu. 4.

Multa verba ſolent interuenire inter conrrahẽtes, antequàm ad cõcluſionem perueniatur: ideò ante ipſam concluſionem non eſt contractus celebratus. Afflict. deciſ. 375. & rota vis illius in concluſione conſiſtit. Rot. Genuen. deciſ. 131.

Si arbitrator fuit aſſumptus ſup contractu perficiendo, niſi ſequatur arbitramenrum, contractus non perficitur, nec à perſona eius arbitratoris receditur. l. 43. ff. de verb. oblig.

Cùm aliquid additur, cenſetur receſſum à ſermonibus præcedentibus, & nouus contractus eſt celebratus. Afflict. deciſ. 375. nu. 7.

Voluntas præcedens derogatoria ſicut tollit ſequentem in vltimis voluntatibus; ita etiã in contractibus, ſuper quibus interponitur. Bart. in l. 6. C. de tranſactio. num. 6.

Contractus, qui ſolo conſenſu perficiuntur: & nudo conſenſu diſſoluuntur re integra; aliàs ſecùs. l. emptor ff. de pact. & l. ab empt. ibid.

Per contractum ſemiplenum, ſeu imperfectum non receditur à contractu pleno, & perfecto; ſed ècontrà ſie. l. 7. de reſcind. vendit.

Contractus, qui ſolo conſenſu contrahitur, contrario conſenſu re integra diſſoluitur: & tūc & fideiuſſor liberatur. l. 95. ff. de ſolu. & liber.

Quilibet contractus ex non ſcripto duobus, vel tribus teſtib. probat. Gram. deciſ. 73. n. 8.

Stultus, vel furioſus, vbi faceret actum, quem quilibet ſanę mentis feciſſet talis actus valet, & tenet. Grammat. ibid. num. 38.

Allegans inſtrumentum doloſum, ſeu meticuloſè factū, nõ poterit ex eo ſe iuuare. Gram. deciſ. 103. num. 152. cùm iuuare quis ſe non poſsit ex eo, quod impugnat. ibid. num. 151. & dictum procedit etiam ſi pars veller pro parte acceptare inſtrumentum, & pro parte impugnare. ibid. num. 154. ſed quid ſi eſſent capitula ſeparata, vide ibid. num. 155.

Pacta appoſita in vno inſtrumẽto dicuntur annexa, & reſpectiua ſolùm ex hoc, quia in vno inſtrumento. ibid. num. 157.

Duo inſtrumenta inter eaſdem partes confecta eodem die, & coram eiſdem teſtibus videnẽ facta correſpectiuè, vnum ad alterum. Gramma. deciſ. 103. nu. 158. vide Crau. conſ. 298. nu. 13. & vnum cenſenrur. Afflict. deciſ. 306. num. fin. ideò pacta in vno inſtrumento appoſita, videntur eſſe reperita ad aliud. ibid. num. 159. Crauet. d. conſ. 298. num. 13.

Contraueniens contractui ex eo, quod alia pars cõtrauenit, non dr contraueniſſe. ibi. n. 166.

Contractus omnes inter virum, & vxorem ſunt pmiſsi, donatione excepta. Fr. Marc. q 507.

Vbi deficit cauſa finalis cõtractus, ſine qua qs aliàs contracturus non eſſet, contractus nominatus reſoluitur. Craue. conſi. 299.

Quotiẽs conſiſtere contractus nõ põt, ad irritum deducuntur omnia, quæcunque comprehenſa ſub eo ſunt. Craue. conſi. 1. pro genero. num. 282.

Tractatus quando arguat, & demonſtret contractus ſubſequuti naturam, vide Menoch. de Arbitra. lib. 2. caſ. 470.

Tot ſunt ſtipulationes, quot ſunt anni, pro quibus ſolutio promiſſa eſt. Rebuff. In ſuis comment. tract. de ſent. exequ. art. 9. glo. 5. tom. 1.

In contractibus quodlibet verbum debet aliquid operari. Dec. conſ. 696. nu. 16. quod procedit in verbis, quæ ſunt in principio, & in ſubſtantia inſtrumenti: ſecùs videtur in verbis generalibus, quæ ſequuntur. vide Dec. conſi. 555.

Omnis contractus factus corã Principe, habet naturam bonæ fidei. Fran. Cremen. ſing. 36.

Contractus poſſunt ficri de nocte, dummodo adſint luminaria. Per. de Raue. ſing. 459.

Contractus bonæ fidei, in quibus differat à cõtractibus, ſeu actionibus ſtricti iuris, vide Marc. de Mant. ſing. 369.

Bonafides eſt de ſubſtantia contractus bonæ fidei.

fidei:Barto.in l.19.C.de tranſactio.num. 8.

Contractus bonæ fidei,ſicut eſt nullus,quando dolus dat cauſam contractui ; Itã quando dat cauſam diſtractui.Bar. in l. 7.C. de dolo.

Contractus eo caſu,quo eſt bonæ fidei,eo caſu, & diſtractus,ſeu liberatio : & contractus factus ad diſſoluendum, nonprodeſt ad agendum.Bar.in l.59.ff.de pact.

In contractibus bonæ fidei id ſequimur, quod actum eſt:etſi verba repugnent.Doct. in l.in actionibus.ff.de in lit.iuran.

Tantùm valet officiũ iudicis in bonæ fidei contractibus,quãtũ valet ſtipulatio in cõtractibus ſtricti iuris.l.qa tãtundẽ.ff.de neg. geſt.

Licèt contractus principalis ſit ſtricti iuris; tñ acceſſoriũ põt eſſe bonæ fidei. l.18.C.mãda.

Contractus dotis factus metu ipſo iure nullus eſt:idẽ in omni alio contractu bonæ fidei.l. 21.§.ſi dos,& ibi gl.ff.de eo,quod met. cauſ.

Dolus tertij contractum non vitiat; ſed dolus contrahentium,ſi dedit cauſam contractui bonæ fidei illum reddit ipſo iure nullum;ſecùs ſi incidat in cõtractum.l.7.ff.de dol.mal. vide DD.in l.2.C de reſcind.vendi.

Contractus eſt vltrõcitroq; obligatorius; vel eſt voluntaria communicatio rerum, ſeu officiorum. Idem Marc.de Mant.ſing.692.

Stipulatio appoſita ſuper aliquo cõtractu, dẽt intelligi ſecũdũ naturã illius contractus, ſuper quo interponitur.Bar.in l.6.C.de tranſa.

Conſenſu partiũ reſtaurari non põt, quod conſenſu eorũ non oritur.Bar.in d l.6.nu.9.

Auctoritas iudicis,quando ſufficiat in contractibus minorũ, & quãdo ipſe iudex ſuppleat defectum tutoris,vide Bar.in l.3.C.de in integrum reſtitut.

Titulus contractus nihil aliud eſt, quàm cauſa contractus.Bar.in l.22.C.mandati.nu.9.

Inſtrumentum, in quo quis confitetur ſe recepiſſe quod nõ recepit,probat,quòd ille promiſit dare, cui eſt facta confeſſio.Bar.in l.4. C.de dot. promiſ.

Actus non priuilegiatus, ſi cauſatur ab actu priuilegiato ratione contractus,ſumit naturam illius, à cuius primordio emanauit : ſecùs ſi ſumit primordium ab eo,qui eſt cauſa honoris inducẽdi.Bar.ĩ l.1.C.de impon.lucr.diſpo.

Contractus ex conuentione legem accipiunt. Bar.in l.5.§.nunc.ff.commodati.

Contractib.celebratis inter rurales verba intelliguntur naturaliter groſſo modo,& impropriè.Bar.in l.8.§.ſi annua.ff. de pigno. actio.

Contractus dicitur celebratus gratia eius, qui rogauit.Bar.in l.18.ff.de præſcrip. verb.

Locus celebrati contractus inſpicitur circa ea, quæ veniũt ex cõſuetudine; ſed locus ſolutionis circa ea, q̃ veniũt per morã adhibitã, & ea,q̃ veniũt in cõtractu.Bar.ĩ l.1.ff.de vſur.

Contractus ſimpliciter confecti, præſumuntur facti ſecundum conſuetudinem.Bar.in l. 25. ff.ad municipal & de incol.nam conſuetudo loci inſpicitur in contractibus. Bar. in l. 35. ff.de reg.iur.

Illud, quod quotidie conſueuit apponi in inſtrumentis,& cõtractibus dẽt haberi pro appoſito, licèt omittatũ. l.ſi C.d fideiuſ.& mãd.

In contractibus ſequimur,quod actum eſt, etſi nõ appareat,quid ſit actum, ſequimur,quod in regione frequentatur,ſi verò neque regionis mos appareat, ad id,quod minimùm eſt redigenda ſumma eſt.l. 35.ff.de reg.iur.

Contractus tempus quantum ad acquiſitionẽ inſpicimus in his,quæ retrotrahuntur: in his verò, quæ non retrotrahuntur tempus exiſtẽtis conditionis.Bar.in l.5. §. ſi maritus. ff. de donat.inr.vir.& vxo.& verba contractus referuntur ad tẽpus illius.l.69.ff.de cõtrah. emp.

Contractus quando ſit, vt debeat ampliari ad conſilium ſapientis, quid operetur hæc clauſula,& quæ poſsit ſapiens addere, vide Bar. in l.illa inſtitutio ff.de hæred. inſtit.

Subſtantia contractus non confertur in arbitrium tertij incerti ; ſed illud, quod eſt de natura,& qualitate contractus.Bart ibi.

Proteſtationem,ſiue limitationem contractus, poni in principio, aut fine contractus,antequàm ſit perfectus,non refert.Bar. in l. 14. ff. de lega. 1.

Contractus ſi impletur, an referat à quo impleatur,vide Bar.in l.14.ff.de leg. 1.

Verba enunciatiua in contractibus inter contrahentes probant,ſi enuncientur ſuper eo, quo partes liberè diſponere poſſunt.Bart. in l.8.nu.4.ff.de Caſtren.pecul. vide tamen, ibi, & ſup.tit.de fide inſtrumen.lib.1.

Verba enunciatiua non inducunt obligationẽ in contractibus; ſed probationem.l.26.§. Titius. ff.depoſiti.

Contractus ferè omnes ſunt de iure gentium introducti,& qui dicantur de iure ciuili, vide Bar.in §.ius autem. inſtit.de iure natura. gent.& l.4.& 5.ff.de iuſtit.& iur.

Cõtractus ſimpliciter factus, & ſine vlla cõditione ſimpliciter,& purè intelligi debet.Fel. conſ.50.num.4.

Pactũ cohærẽs cõtractui ſtricti iuris informat actionem, quæ oritur ex illo, vt ex ea ſic informata agi poſsit ad id, quod in pacto deuenit.l.27.C.de pact.

Aduocatus cum cliente contrahere nõ poteſt, pendente lite.l.6.C.de poſtula.

Contractus, aut totus ſtat, aut totus corruit : quia dicitur indiuiduus, ſicut hæreditas. l. quod ſi vno. ff. de in diem addi.

l.ſi quis alia.ff.de ſolut.l.1.C.ſi aduerſus tranſactionem, Dec.in l.1.C.qui admit.ex cauſa, tamen poteſt vna pars contractus tolli, alia remanente.l.57.ff.de pact. Ideò ſi per reſtitutionem a parte contractus recedatur, poteſt ille cõtrà quem agitur à toto recedere. l.49.§.curator.ff.de mino.25.ann.

In contractibus correlatiuis facta reſolutione ab vna parte, totus contractus reſolutus eſt. l.5. ff.de reſcind.vendi.

Claudicat contractus ſi fiat cum pupillo ſine tutoris auctoritate: quia maior obligatur pupillo; ſed pupillus maiori non obligatur. l.14.§.ſi quis à pupillo.ff.de actio. empt. aliàs non dẽt claudicare.l.54.§.fi.ff.de recep.arbi.

Liberato vno ex contrahentibus ex diſpoſitione legali, alter effectualiter non tenetur.l.52.ff.eod. de actio.empt.

Die feriato in honorem Dei poſſunt fieri pacta, & tranſactiones.l.10.C.de ferijs.

Vbi non tenet contractus principalis pacta adiacẽtia, nihil operant̃.l.1.de cõdi. ob cau.

Ambigua cõuentio interpretatur contrà eum, pro quo profertur.l.veteribus.ff.de pact.

Si quis in contractu confeſſus fuerit plus recepiſſe, quàm reuera receperit, põt nõ recepri liberationẽ cõdicere.l.4.C.de cond.ob cauſ.

Ab initio licitum eſt contrahere; ſed ex poſt facto non licet reſilire.l.ſicut.C. de actio.& oblig. Ideò pœnitentia vnius ex contrahentib. non diſſoluit contractum.l.10.C ſi cer peta. quare neq; priuato, neq; fiſco licitũ eſt recedere à cõtractu pfecto.l.3.& 7.C.de reſc.vẽd. tamen ſi dolus aduerſarij dedit cauſam contractui, poteſt alter cõtrahentium pęnitere, & qđ dedit repetere.l.61.§.mãdaui.ff.locati.

Contractus in fraudem legis factus, non valet. glo.in l.3.C.plus valere quod agitur.

Si aliquis ſubſcribat ſe contractui, quem nõ legit putans continere id, quod mandauerat, vel quod ſibi perſuaſum extiterat cùm aliud contineat, ſibi non præiudicat.l.fin.C.eod.

Confeſsio facta in quolibet cõtractu plenè probat, prætterquam in cauſa mutui. l. generaliter.C. de non num. pecu.

Eligens ex duabus clauſulis eiuſdem contractus vnam ex illis, nempè leuiorem, grauiori renunciare videtur.l.8.C.de vſuris.

Vbi eſt vnus quaſi contractus inſpicimus principium, vbi ſunt plures cuiuſcunq; per ſe initium inſpicitur.l.16. ff. de nego.geſt. nam origo, & principiũ cuiuſcũq; contractus attendi debet. Ozaſc.deciſ.167.num.26. c.6.extra de emptio. & venditio.

In contractibus nominatis non eſt locus condictioni ob cauſam.l.8.C. de contrah.empt.

Contractus in alterius contrahentium voluntate collatus, non intelligitur efficaciter celebratus.l.13.C. de contrah. emptio. ſecus ſi conferatur in voluntatem tertij.glo. ibi.

Furtiui, & clandeſtini contractus in pręiudiciũ fiſci, & reipub.nõ tenẽt.l.penul.C.đ reſ.vẽdi.

Tutori periculoſum eſt contrahere officio depoſito, antequam rationem reddierit.glo.in l.vnica.C.rem alie.geren.

Dilatio, quæ vim contractus perimit non poteſt concedi per reſcriptum, ſecùs ſi non perimit, ſed tantum prorogat.l.7.C. de pac.inter emptorem, & venditorem, comp.

Carcer eſt iuſtus metus: Ideò cõtractus factus in carcere eſt nullus.l.22.ff. de eo quod metus cauſ.vide ſup.tit.de execu. perſona.lib.1.

Contractus, qui celebratur cum Imperatore, vel auguſta habet vim legis.l.pen. C.de don. inter virum & vxorem.

Per contractum ab exhæredato cum hærede factum, videtur teſtamentum approbari. l.23.§.ſi hæreditatem, ff.de inoffic.teſtam.

Minor poteſt approbare contractum, qui non tenet, ſi vult, & ad reliquum precium agere contrà adminiſtratores.l.6.C.arbit.tutel.

Prodigus poſt interdictam adminiſtrationem bonorum, antequàm ſibi detur curator, an poſsit contrahere, vide glo. in l.1. C. de curatore furio. vel prodig.

Appellatione contractus non venit teſtamentum, & contrà.glo.in verbo contractus.l.17. C.de teſtamentis.

Agitur actione ex contractu ad eum reſcindendum.l.41.§.ſi colono, & ibi glo.ff.de vſufruc.

Ad contrahendum, vel quaſi nemo inuitus cõpellitur.l.nec emere.C.de iur. deliberan.

Verba contractus debent ciuiliter, & benignè intelligi, vt in mitiorem partem interpretentur.l.9.ff.de ſeruitu.

Contractus initus cum defuncto maiore, non retractatur ex perſona hæredis minoris. l.2. C.de his.quib.vt indig.legat.auſe.

In contractibus eſt locus iuri nõ decreſcendi. l.5.ff.communia prædiorum.

Vbi aliquid venit ex natura contractus præſumitur illud tacitè agi, vt nõ ſit opus expreſſione.glo.in l.cum quid.ff.ſi cer.pet. nam naturalia contractus tranſeunt ſine pacto; ſed poteſt contrariũ paciſci.l.in empt, ff.de pac.

Error in ſpecie contractus impedit contractũ, & dominij tranſlationem, quę reconciliatur cõſumptione ſequuta, & quoad dãdã actionem inſpicitur recipientis intentio, quo ad daudam exceptionem inſpicitur animus dãtis.l.18.ff.ſi cert.pet.

Contrahens appoſito nomine officij in dubio officij contemplatione contrahere videtur. l.fin.ff.de inſtit.act.

Si in inſtrumento contineatur partes fuiſſe pręſentes ſtatur ſcripturæ,& præſumitur ſtipulatio:niſi contrà ſit probatū.l.14.C.de contrahen.& commit.ſtipul. verbis enim cōtractus ſtandum eſt. Ozaſc.deciſ.76.num.3.

Verba contractus debent trahi ad poſsibilem, & non impoſsibilem intellectum.l.fin.C. eo. de contrahend.ſtipul.

Dolus, vel metus non reddit contractum ſtricti iuris nullum ipſo iure; ſed annullandum. l.5.C.de inutil.ſtipula.

In iudicijs quaſi contrahitur: quare ex iudicato datur actio.l.3 §.idem ſcribit.ff. de pecul.

Quando præcedit contractus, & adijcitur conuentio,quę poteſt cadere in nomen contractus,potiùs iudicatur informatio primi,quā nouus cōtractus.l.1.§.quod ſi rē.ff. depoſiti.

In cōtractibus verba non ſunt ponēda, ex quibus nullus reſultat effectus.l.fin.C de donat.

Si contractui iuriſgētium ſubijcitur ſtipulatio idem continens,nouatur prima actio,ſi actū eſt,aliàs ſecùs.l.72.ff.pro ſocio.

Modus adiectus contractui cōtractū nō ſuſpēdit;ſed actione ex eo cōtractu quis implere cogiť,ſecùs in cōdictione. l. 41.ff.de cōtrah. emptio. & venditio.

Quando nō conſtat qualis contractus celebratus fuerit, conſtat tamen quod aliquis fuit celebratus, datur actio præſcriptis verbis. l. 18.ff.de præſcript.verb.

Conuentio contrà ſubſtātiam contractus facit conuentionem in alium contractum tranſire, ſi verborum ſignificatio patiatur.l. 27. ff. de donatio.cauſ.mort.

Impoſsibilis condictio vitiat omnem contractum.l.30.ff.de actio. & obliga.

Contractus imaginarij iuris vinculum non obtinent,cùm fides facti ſimulatur non interueniente veritate.l.53.ff.de actio.&. obliga.

Quādo plura iura concurrūt in perſona vnius, perinde eſt ac ſi cōcurrerent in perſona diuerſorū.l.22.ff.de his quib.vt indig.leg. aufe.

Sufficit contractum impleri à contrahente, vel ab alio eius nomine.l.104.ff.de verb. oblig.

Adultus nō habēs curatorē pōt contrahere. l. 101.ff.eod.vide tū.l.fin.ff. de condi.& demō.

Qui agit ex contractu alterius videtur illum ratificare.l.67.ff.de fideiuſſo.& mandat.

In obligationibus,quæ contrahuntur ſuper rebus inſeparabilibus à perſona,non cadit vera obligatio.l.4.ff.de nouatio.& delegatio.

Stipulatio de rato continet intereſſe, ſicut ſtipulatio dolum non committi, quæ interponitur multotiēs,tàm in contractibus,quam in iudicijs.l.19.ff.rem rat.haber.

In negocij s contrahendis alia cauſa habita eſt furioſorum,alia eorum,qui fari poſſunt,quāuis actū rei nō intelligāt,vide l.5.ff.de reg.iu.

Contractus quidam dolum malum tantùm recipiunt,quidam dolum, & culpam; niſi aliter ſit actum,eo excepto ſi conueniat, ne dolus præſtetur.reg.contractus.

Priuatorum conuentio iuri publico non derogat.l.28.ff.de reg. iuris.

Contractus pij,& iudicia ſecularia,quæ voluntariam iuriſdictionem concernunt, poſſunt in Eccleſia fieri. §.quantùm.auth quib. mod. natur.effic.legit.l.1.& 2.C.de his, qui in Eccleſia manumit.

In contractibus etiam poteſt fieri ſubſtitutio, & in donatione, quod ius ſubſtitutionis ſtipulatione valatum, non poteſt poſteà reuocari in præiudiciū ſubſtituti.Crau.cōſ.19.n.8

Conuentio vnius,quæ perſonam reſpicit ad alium non tranſit,vide Hartma. Hartm. ca. 6. tit.de pactis,& tranſact.lib. 2.

De Conuentionibus tacitis,& de his, quæ tacitè aguntur.

EXceptiones tacitè repelli vidētur, ſi iudex pronunciet illis omiſsis, ſeu non obſtantibus.DD.de Rot. deciſ.13. de exceptio.in antiq. & idem ſi iudex ad vlteriora proceſſit. Iac.de Put. deciſ.388.lib.3.

Actum hoc videtur inter partes,quod eſt conſuetum. Afflic. deciſ.91.numer. 13.namque ſunt in vſu quotidiano habentur pro appoſitis.Boer.deciſ 217.num 6.

Taciturnitas operatur conſenſum fauore piæ cauſæ.Affl.deci.95.& īducit obligationē ibi.

Accipiens litteras,& non proteſtans, an acceptare cenſeatur in illis contenta, vide Rot. Genu.deciſ.18.num.6.

Quod dicitur per acceptationem litterarum induci conſensū,& obligationē,quo intelligať, vide Rot.Genu.deciſ.2.n.29.& in ſ.ti.ſeq.

Recipiēs epiſtolam à ſuo creditore(in qua ſcribebatur de debito)non contradicens, ſibi pręiudicat,& tacitè agnoſcit obligationem; ſecùs ſi contradicat quoquomodo, vide Papon.lib 10.tit.1. arreſt.3. Menoc. de arbitra. lib.2.caſu 51.& 91.Math. Matheſ. ſingul. 22. Hippol. de Marſ.ſing.344. Bar. in l. Titius ff. de conſtitu.pecun.

Expreſsio quādo requiritur in perſonis, vel rebus ſufficit,quòd includatur ſub natura verbi expreſsi,& illud dr̄ expręſſum,quod tacitè ineſt; & ex mente colligitur.Ioſeph.Lud. deciſ.Luc.28.num.54.& 55.

Tacitum nō valet pluſquàm expręſſum.Aegid. Bellame.concluſ.126.nec plus poteſt operari, quàm expręſſum.idem concluſ.746.

Ex-

Expreſſum principale ſi non teneat, nec tenet tacitum acceſſorium. Aegid. Bellam. concl. 688.& vitiato expreſſo vitiatur tacitū. Bart. in l.18.§.de pignore ff de pact. vide eundem in conſ.155.num.4.vol.1.& in l. 3. §. fin. ff. de ſeruit.ruſtico. prædio. Imò vitiato expreſſo nō vitiatur tacitum æquè principale,& ſic aliquando tacitum validius eſt expreſſo.l.52.de lega.1.

Quomodo differat voluntas facto declarata, à voluntate verbis expreſſa, vide Mago. deciſ. 143 Rot. Floren.

Promiſsio tacita reſultans ex inſtrumento, habet eandem exequutionem, qualē habet ipſum inſtrumentum: quod limita quando ſta tntum loquitur de tenore, vide Vincent. de Franc.deciſ.325.par.2.

Expreſſum facit ceſſare tacitum.l. cùm quid. ff. ſi cert.pet.ideò vbi adeſt ſtipulatio dotis expreſſa,ceſſat tacita.Crau.conſ. 92.

In tacitis, & præſumptis non fit extenſio; ſicut in expreſsis,Crau.conſ.313. nu.3.

Clauſula in reſcriptis,& bullis apponi ſolita, ſi omittatur, tacitè debet haberi pro appoſita,aliàs reſcriptum obtentum contrà cōſuetudinem Principis cenſetur falſum.Caſſan.in cōſuet Burg.tit.*des ſucceſſions*,rub.7.§.13.gl.1.

Taciti,& expreſsi idem eſt iudicium,vide Hippol.der Marſil.ſing 387. & eadē eſt virtus. l. cùm quid. ff.ſi cert. pet. ideò conſenſus tacitus,& expreſſus æquiparātur. Bar.in l.de quibus.ff.de legib. conditio quoque tacita, & expreſſa non differunt.Bar.in l.17. §.marito. ff.de dol.mal.exceptio.

Tacitum,& expreſſum tunc idem operaī, quādo procedit ex eadē potētia cauſæ efficiētis. Marc de Mant. ſing. 294. vide ſing. 309.

Expreſsio eorum, quæ tacitè inſunt nihil operatur.Bar.in l.nō rectè.C.de fideiuſſo.& mānda.& in l. ſi errogator.ff.de adoptio.

Expreſsio facta per alium modum, quàm per cū,per quem ineſt,quid operetur,vide Bart. in l.3.§. filius. ff. de liber. & poſthu.& l.69. ff. de hæred.inſtitu.& l.68.§.illi.de leg.1.

Expreſsio eorum, quæ tacitè inſunt per modū cōditionis,quando aliquid operetur. Et teſtator poteſt facere,quòd conditio, quæ tacitè ineſt ſit conditio, & ſuſpendat.Bar. in l. 3.ff.de leg. 1. quid ſi exprimantur per modū diſpoſitionis,vide Bart. ibid.

Expreſsio eorum, quæ tacitè inſunt de voluntate aliquid operatur: ſecùs ſi inſunt de neceſsitate. Bart. in l.87. num.5.de lega.3. nam regula illa,expreſsio eorum, &c. intelligitur de his, quæ tacitè inſunt de neceſsitate, & nō ſi ex volūtate.Bar.in l.51.ff.& cōd.& dem.

Pactum verum requirit partis præſentiam; ſed pactum tacitū inductum à lege non ita. Bar. in l.2.C.de pact.

Tacita conditio impedit natiuitatem actionis; ſicut expreſſa. Bar. in l.4. C. de recep. Arbit. non tamen impedit tranſmiſsionem legat. Idem in l.4.§.ſocius.ff.de pact.

Si eligat vnū ex cōtrarijs videt tacitè alteri renunciaſſe.Bar. in authen. hoc locum. C. ſi ſecundò nupſerit mulier. nā electione vnius tacitè aliud tollitur. l. 8. C. de vſuris, & per vnum actum contrariū qs videtur renūciare in integrū reſtitutioni.l.31.ff.de minorib.

Tacitè per contrarium factum renunciat quis iuri ſuo.c.20.ex. de offic. & poteſta. indi. deleg.& cap.15.ex. de priuilegijs.

Etiam quis renunciat iuri ſuo præſtando aduocationem, vel patrocinium in cauſa, in qua ipſe ius habet.c.6.ex.de tranſactio.

De conuentionibus tacitis,& earū vi,vide DD. in l.cùm quid.ff. ſi cert.pet. & actum tacitè, quando habeat pro expreſſo, vide Bar. in l. 99.ff.de verb.oblig

Caſus tacitus ſimilis expreſſo,reducitur ad expreſſum Bar.in l.6.ff.de condic.cauſ.dat.

Bonorum vniuerſitas ſi transferatur per cōtractum, intelligitur deducto ære alieno, quid in reſcripto Principis, vel vltima voluntate, vide Bar.in l.73.ff.de iure dor.

Tacitè actum ab altero,ex contrahentibus tm̄, nihil operatur.Bar in l.115.ff. de verb.oblig.

Taciturnitas apud acta, hēt vim ſtipulationis Bar.in l.1.§.ſi qs.ff. à quib. appella. non lice.

Conuentio iurata facta per inſtrumentum, intelligitur ſi altera pars promiſſa adimpleuerit.Fel.conſi.25.num.21.

Creditor hæreditarius, qui ſpontè egit contrà emptorem hæreditatis, intelligitur paciſci de non conueniendo hærede,quo caſu tacitum pactum prodeſt abſenti, & ignoranti. l. 2.C.de pact.

Ex receptione partis debiti ſoluti ab vno ex correis debendi, inducitur diuiſio debiti,ex quo ad omnes reos debendi, inducitur exceptio taciti pacti.l.ſi creditores.C. de pact.

Si creditor reddat ſuo debitori inſtrumentum cautionis, hoc ipſo intelligitur remiſiſſe debitum,& debitor habet exceptionem taciti pacti;ſecùs in redditione pignoris.l.2.& 3.ff. de pact.Bar in l.Labeo.§.fin.ff.eod.Bald.in l. pecuniæ.C.de ſolutio.Alex.in l.Meuia. ff.ſolut.matrimo.vide tamē ſupra tit. de ſolutio. & libera.lib.1.glo.in l.vnica.§.ille autē. C.de lati.liber.tollen.

Qui dat,vel dari mādat, inſtrumētū videtur liberationē relinquere.l.3.& 4.ff.de libe. lega.

Inuecta in domum conductam ſunt tacitè obligat.pro penſione.l. 4. ff. de pact. vide infra tit.

tit. ex qb. cauſ. pign. vel hypothe. tac. cõtrah.

In ſtipulatione dotis ineſt tacita cõditio, ſi matrimonium ſequatur; antè verò non datur actio. l. 4. §. Lucius. ff. de pact.

Quæ in præfationibus dicuntur, in ſequentibus intelliguntur tacitè repetita. §. fin. d. l. 4. & l. 134. §. idem reſpondit. ff. de verb. oblig. vide infra, tit. de reb. dub. in genere, & prius dictū tacitè repetitum intelligitur. l. 32. ff. de iudi.

Acceptilatio inutilis defectu formę, habet vim taciti pacti de non petendo. l. ſi vnus. §. fin. ff. de pact.

Pro tempore, pro quo vſura ſoluitur, tacitum pactum de non petendo inducitur. l. 58. ff. de pact.

Tacitè quædam fieri poſſunt, quæ non licet facere expreſsè. l. 8. §. Veterani, & ibid. gloſ. ff. de procurato.

Si creditor ſciens minores vſuras receperit per triennium, à maioribus ex tacito pacto, intelligitur receſſum. l. 5. C. de vſuris.

Perſeuerante conductore in conductione, tacito conſenſu, conductio renouat. l. 16. C. loca.

Inſtrumētorum traditio inducit tacitum mandatū de agendo. l. fi. & ibi gl. C. de pact. cõué.

Pena compromiſsi habet in ſe tacitam conuentionem, vt contrà eius exactionem doli obijciatur exceptio. l. 36. ff. de recep. arbit.

Diſsimulans pro conſentiente habetur, & ius ſuum perdit. l. 2. C. de bonis, quæ liberis.

Conſtituta ſeruitute in fundo tacitè cenſetur actum, vt cōſtituatur in illa parte, in qua minus lædit fundum. l. 9. ff. de ſeruitu.

Deſcendentes teſtatoris grauati poſt mortem de reſtituenda hæreditate, intelliguntur grauati ſolùm, ſi deceſſerint ſine liberis. l. 30. C. de fideicommiſsis.

Quod agitur tacitè pro expreſſo habetur, vt in muro, in quo etiam tacitè agitur, vt æquè bonum reddatur. l. cum quid. ff. ſi cer. pet.

Qui accepit pignus non idoneum, non videtur tacitè renunciare perſonali actioni. l. 28. ff. ſi cert. pet.

Dati ob cauſam, cauſa ſequuta, ceſſat repetitio; ſecùs ſi cauſa non ſit ſequuta; ſiue fuerit expreſſa, ſiue ab vtraq; parte tacitè intellecta. l. 1. C. de conditio. cauſ. dat.

Qui petit dilationem ad ſoluendum, dicitur ſententiam approbare, & appellationi renunciare. l. pen. C. de re iud.

Qui in vno caſu pepigit, etiam in alijs ſibi prouidere videtur, & dos ſoluitur ſub tacita cõditione, ſi matrimonium ſequatur, quo non ſequuto datur repetitio. l. 6. & ſeq. C. de condir. cauſ. dat.

Plerunq; id accidit, vt extra id, quod agitur tacita obligatio naſcatur, veluti cùm per errorem ſoluitur indebitū, ex quā ſolutiõne oritactio, ſeu condict. l. 13. §. fi. ff. cõmo. vel cõtrà.

Patientia ſine contradictione habet pro conſenſu, quod procedit in multis caſibus, de quibus in gl. fi. in c. fin. ſi de inueſtitura inter dom. & vaſal. lis oriat. in vſibus feud.

Qui tradit inſtrumentum, vi. tradere poſſeſsionē rei, ſi eo tpe poſsidebat. l. 1. C. de donat.

Licèt expreſſum differat, tacitum tamen non differtur. l. 32. §. Lucius. ff. de teſtamen. tutel.

Apochæ tutorum debitoribus datæ, fidem faciunt cõtrà pupillū, licèt ipſe contrà tutores habeat regreſſum. l. 47. §. tutelæ. ff. de adminiſtrat. & pericul. tutor.

Non intelligitur aliquid eſſe repetitum, quod repetitū vitiaret. l. 56. ff. de fideicommiſ. liber.

Tacitè videnť concedi ea, ſine quibus expreſſum cōceſsū nō poſſet exerceri. l. 4. & ibi glo. ff. de aqua quotid. & æſtiua. & l. 1. ff. de iuriſd. omn. iudicum.

Si ſolutio in certum locum conferatur, ſtipulatio habet tacitè diem, quo ibi poterit commodè perueniri. Et vbi eſt caſus certus coniecturis nō eſt locus. l. 137. §. cū ita. ff. de ver. ob.

Qui tacet non vtiq; fatetur; ſed tamen verū eſt eum non agere. l. 185. ff. de reg. iur.

In ſocietate particula adiecta in lucro, tacitè videtur adiecta in damno, & ècontrà. §. illud. inſtit. de ſociet.

De materia taciti, vide infrà in ſeqq. duob. tit.

De Conſenſu, Patientia, & Auctoritate.

Patientia in dubio præſumitur fuiſſe præſtita in incorporalibus, & in illis pro traditione habetur. Ozaſc. deciſ. Pedem. 51. num. 2. & 4.

Patientia, quæ in incorporalibus præſtatur, duobus modis cōſiderari pōt. Ozaſc. d. deciſ. 51. & habeť pro conſenſu in his, in quibus quis non tenetur tradere. Bart. q 7. num. 4.

Conſenſus præſtitus alicui actui, quem quis impedire poterat, præiudicat cōſentienti. Ozaſ. deciſ. 62 num. 19. Franc. Marc. q. 329. & tunc præſentia operatur conſenſum. DD. de Rot. dec. 16. tit. de renuncia. in antiq. vide Creſeē. tit. vt lit. penden.

Taciturnitas in actibus præiudicialibus nō inducit conſenſum, quando daretur reuerentia ex parte illius, q debebat proteſtari, imò tunc præſumitur diſſenſus, & hoc caſu proteſtatio non facta, non inducit cōſenſum, maximè cùm agitur de euitando præiudicio nō proteſtantis. Afflic. deciſ. 58. num. 3. Bar. in l. 34. num. 23. ff. ſolut. matrimo. vide tamen Frãciſ. Marc. q. 329.

Quan-

Quando aliquis ſcit aliū gerere actum, qui non poteſt ipſo inuito geri, tunc talis ſciens, & non contradicens videtur conſentire. Guid. Pap.q.173.aliàs ſecùs ſi agatur de eius præiudicio. Ozaſ.deci.179.nu.10.vide Aegid. Bellam.concluſio.623.

Præſens, & tacēs in fauorabilibus habetur pro conſentiente,& acceptante. Ioſeph. Ludou. deciſ.Peruſ.9.nu.23.Bar.in l.1.ff.de neg. geſt. nā præſens, qui non poteſt impedire,non dr̄ pati,nec cōſentire.Rot.Genu.d. dec.14.n.83. Etiam in lncratiuis præſens non præſumitur ſtatim acceptare,& qnod dicitur præſentem ad ſui commodnm conſentire, tunc demum verum eſt,quando ad hoc præſens eſt, & de hoc tractat.Gaſp.Cabal.Millelob.361.par.1.

Conſenſus præſumptus ex taciturnitate non procedit, ſi agatur de magno præiudicio. Mago.deciſ.49. nu. 19. Rot. Floren. nam vbi agitur de graui præindicio præſens, & tacēs conſentire non dicitur. Crau.conſ.226.num. pen.vide Menoch.conſ.120.lib. 2. vel agitur de re onerosa nō appetibili.Abb.cōſ. 40.li.2.

In cauſis fauorabilibus tacens, videtur conſentire,licèt agatur de præiudicio ipſius tacentis: ideò in fauorem pupilli tacens, videtur cònſentire,etiam ad ſe obligandū:idē quando agitur de fauore Reipublicæ, vel cauſæ piæ. Crau.conſ.281.

In oneroſis, & maximè in obligantibus perſonam,regulariter tacens habetur pro contradicente;ſecùs in re concupiſcibili,ſeu honorabili.Ant.Corſet.in ſuis ſingul. litera,T. ſingul. taciturnitas.

Tacens quando ſibi præiudicet, vide Marc. de Mant.ſing.443.& habeatur pro cōſentiente, Bar.in l.5. de adoptio.

Qui non contradicit,quando videatur conſentire,& approbare,vide Bar. ī l.ne in arbit. C. de recep.arbi.n.4.gl.fin.in c.6.ext.de p̄ſump.

Taciturnitas æqniparatur conſenſui, vbi eſt coniunctio perſonarum.§.ſed etſi pater.inſt. qb.mod.ius patriæ poteſta. ſoluat. & ibi Bar.

Approbare dicitur qui non improbat, quando de alicuius lucro, vel commodo tractatur. Bar.q.10.num.5.

Conſenſus Principis habetur pro nō præſtito, qnando non eſt ſeruata forma tradita. Ozaſ. deciſ.166.num.6.

Conſenſus vbicunq; requiritur ad ſolemnitatē actus,tunc debet interuenire in ipſo actu, & non ſuffieit,quòd poſteà interueniat. ibi.nu. 8.Ioan. Mohed.deciſ.85. neque per ratificationem conualidatur actus.idē Ozaſc. dicta deciſ.166.num.9.& per conſeqnens ea, quæ ſnnt auctoritatis non ſuo tempore facta,non valent;quia auctoritas debet præſtari in ipſo actu.DD.de Rot.deciſ. 10. de inre patronat. in antiq.

Aliàs quando conſenſus nō reqniritur pro forma,ſufficit,quandocunqne interueniri:idem Ioan.Mohed.deciſ.85.

Conſenſus vbi requiritur in aliquo actn, an ſufficiat, vt quandocnnque præſtetur,vide Aemil.deciſ. 173.par.2.

An conſenſus iuteruenire debeat in ipſo actu, vel ſufficiat ex poſt facto interuenire, diſtingue,aut requiritur conſenſus ab eo, qui nnllum habet intereſſe in conſentiendo, tunc ſemper videtur requiri pro forma: ideò præcedere actum, aut tempore actus interuenire debet: aut requiritur ab eo, qui habet intereſſe in actu,& tunc ſufficit quandocunque interueniat. Myſing.obſer.34.cent.2.

Conſenſus vbi ad validitatem actus requiritur, ſufficit ſi interueniat ex interuallo; auctoritas verò debet in ipſo actu interuenire. Natt.conſil.651.

Conſenſus alicuius, vbi exigitur non per viam formæ, vel licentiæ, ac auctoritatis; ſed per modum ſimplicis conſenſus, ratione præindicij,vel iuris præſtantis conſenſum, non eſt neceſſarius ī ipſo actu;ſed ſatis eſt, qnòd adſit ex poſt facto, & ex interuallo. Rol.conſi. 97.vol.1.n.24.vide Aluiſ.de Albert.ſing.105.

Conſenſus mentalis,nec verbo, neq; facto demonſtratus,non accommodatur actibns hominum, nec reddit actus ipſos eſſentialiter perfectos.Ozaſc.deciſ.179.num.9.

Taciturnitas operatur conſenſum, fauore piæ cauſæ,& inducit obligationem. Affl. deci.95.

De cōſenſu partis,qui interuenire debet in cauſa filij, vide Affl. deciſ. 180. q̄ debeat interueniri ante litem cōteſtatam ſcribit Ioſeph. Ludou.deciſ.Peruſ.13.num.13.

Præſentia parentum,& amicorum, vbi requiritur,tacita volūtas ſufficit, ſi de cōtradictione non appareat. Franc.Marc.q.328. qnid in ſtatuto requirente præſentiam aliquorum, vide Marc.q.328.

Affinium conſenſus debet interponi in cōtractu, quando fit, aliàs ſi ex interuallo interponatur,non valet Iaff.Lanfranc.Balb.deciſ. 123.Myſing.obſer.34.cent.2.

Cōſenſus paternus iu cā principali præſtitus extēdit̄ ad cauſā appellatiōis:idē Lūſ.dec.484.

Statutū requirens cōſensū propinquorū in cōtractu mulierū,intelligit̄ in cōtractib. dānoſis;ſecùs in vtilib. Myſing.obſer.34.cent.2.

Si in contractibus mulierum neceſſarius ſit cōſenſus propinqnorum,non ſufficit, ſi præſentes ſint,niſi expreſsè ipſi propinqui conſentiant. idem d.obſer. 34.circà finem; Imò valet contractus, ſi conſanguinei, ſeu propinqui

qui

qui ſcientiam habuerint, licèt non cõſenſerint. Roman. ſing. 797.

Stãte ſtatuto, q mulier non poſſit contrahere ſine conſenſu propinquorum, ſi conſanguinei rogati noluerint conſentire; ſed recuſent abſque iuſta cauſá, poterit ipſa mulier ſola contrahere. Cabal. Milleloq. 517. quid ſi tales conſanguinei eſſent abſentes, vide ibi. Milleloq. 529.

Quando requiritur conſenſus propinquorum, vel alterius, an conſenſus debeat præſtari in ipſo actu, vel ſufficiat, quod ſeqnatur, vel qđ propinqui ſint præſentes, & talis præſentia habeať pro conſenſu, & qñ dicatur præſtitus conſenſus expreſsè, & an poſſit præſtari per procuratorem, vide Caſſan. in conſuetu. Burgo. tit. *des droits*, Rub. 4. §. 7. glo. 12.

In iudicialibus taciturnitas patris præſentis, habetur pro conſenſu, & ſibi præiudicat, niſi expreſsè contradicat. Pet. Gerar. ſing 36.

Pater conſentiens contractui filij, vel decurionatui, quando obligetur, vide Barto. in l. 1. C. quod cum eo, qui in aliena.

Quandoq; quis tenetur requirere conſenſum alterius; ſed non ſequi. c. 7. ext. de Arbit.

In præiudicialibus conſenſus in præiudicium conſentientis, non recipit extenſionem ex-extra verba, & conſenſum expreſſum. vide Aegid. Bellamer. concl. 631.

In odioſis, & obligatorijs licèt tacens habeať pro contradicente, tamen ſi ſcienter aliquid agit, vř tacitè ſe obligare, & conſentire; quia interuenit actus poſitiuus vltra taciturnitatem. Caſſad. deciſ. 3. tit. de reſcrip.

Procurator conſtitutus ad pręſtandum certum conſenſum, põt illũ præſtare poſt mortẽ dñi decedentis in eadẽ voluntate. Moh. dec. 219.

Actui, vel facto (licèt pręiudiciali) acqeſcẽs cõquęri nõ poteſt. Ioſ. Lud. deciſ. Peruſ. 50. nu. 9.

Præſens præſumitur intelligens. Marc. qu. 328. nu. 3. tamen aliquando præſentia poteſt eſſe ſine intelligẽtia. Bar. in l. 31. ff. de recep. Arbi. vide Rot. Gen. 14. nu. 75.

Præſens non dicitur qui non intelligit, nec ex præſentia præſumitur intelligentia, niſi probetur. Ioan. de Arnouo. ſing. 5.

Quando teſtator legat rem alienã, vel hæredis in præſentia ipſius nõ contradicentis, an fiat illi præiudicium, vide Marc. q. 329.

Hæres alienans rem reſtitutioni ſubiectã fideicommiſſario præſente, an illi præiudicet, vide Marcus. d. q. 329. nu. 8.

Tacitus conſenſus nihil operatur, vbi ex iuris diſpoſitione requiriť expreſſus. DD. de Rot. deciſ. 15. de offic. deleg.

Iuris renũciatio nõ pſumiť. Rot. Ge. dec. 189. n. 3

Quod dř per acceptationẽ litterarũ induci cõſenſum, & obligationẽ qũo intelligatur, vide Rot. Gen. deciſ. 18. nu. 6. & 14. & deciſ. 24. & 31. Pau. Aemil. deciſ. 81. nu. 3. par. 3. ſcripſi ſupra tit. prox. præced.

Præſtãs aſſenſum confirmationi actus, cenſetur actui conſentire. Rot. Gen. dec. 14. n 19. & cõſenſus exprimitur verbis, & factis. ibi. nu. 77.

Sciens procuratorem ſuum exceſſiſſe mandatũ, & tacẽs ſibi ꝑiudicat. Rot. Ge. dec. 33. n. 5.

Præſens, & tacens in iure reali, an, & qñ ſibi pręiudicet, vide Rot. Gen. deciſ. 190. nu. fi.

Conſenſus neceſſarius ẽt tacitè interuenire ꝑt; ſecùs in voluntario, quem quis non tenetur præſtare. Iac. Put. deciſ. 100. lib. 2.

Conſenſus verus inducitur ex patientia, & longa taciturnitate, idemq; operatur, quòd expreſſus. Put. ibi nu. 7.

Conſenſus filij, ad quem procurandũ pater tenebať, ſi ſit pręſtitus, ſed nulliter, an př ſuis promiſſis ſatisfeciſſe dicatur, vide Put. dec. 258. & 259. lib. 3.

Conſenſus ſemel præſtitus ſemper durare pſumitur, ſi ſimpliciter ſit præſtitus, & ad vnum actum non reſtrictus. Put. d. deciſ. 258. num. 7. vide Vera. deciſ. 213. par. 1. & deciſ. 215.

Conſenſus tranſlationis penſionis quando indicetur validus, vide Paul. Aemil. Vera. deciſ. 209. & 210. par. 1.

Conſenſus nouus requiriť, quando primus fuit extinctus, vel actus erat nullus, ſuper quo primus cõſẽſus fuit pſtitus. Idẽ deciſ. 211. par. 1.

Conſenſus non probatur per teſtes de publica voce, & fama. Idem deciſ. 212.

Conſenſus quando dicatur ſimplex, & purus, vide deciſ 214. lib. 1. eiuſdem Vera.

Conſenſus præſtitus ſuper actu nullo, non præiudicat. Idẽ, deci. 215. n. 6. ib. & non põt trahi ad ius poſtea ſuperueniens. ibi. num. fin.

Cõſẽſus capituli induciť, ex ĩtellectu litterarũ, & illius reſpõſione dicẽtis ſeparatũ obedire ſimpliciter, & generaliter. Idẽ, dec. 216. par. 1.

Cõſẽſus nõ eſt cõſiderabilis quouſq; pſtitus ſit corã not. Iõ à cõſẽſu prio nõ pſtito corã not. ꝑt recedi đ ſtylo curię. Pau. Aem. dec. 217. p. j.

Improbare dř q nõ approbat. id. Aem dec. 180. n. fi. par. 2, vide Bar. in l. 4. ff. đ ſeru. vrb. præd.

Quando aliquid prohibetur alienari ſine conſenſu alicuius, an ille, q dẽt pſtare cõſenſum poſſit ſibi ipſi auctor eſſe, & ad eius vtilitatem, vide Vincen. de Fran. deciſ. 14.

Regula; q tacet non fatetur, limitatur quatuor in caſibus, de qbus, vide Cabal. Milleloq. 453.

Licentia requiſita ad aliquid faciẽdum, dẽt pręcedere, nec ſufficit tacitus conſenſus, minus ratificatio poſtea ſuperueniens conualidat actũ, & talis licentia debet dari in ſcriptis. Idem Cabal. Milleloq. 528.

Quando in actu aliquo alicuius ſcientia requiritur, ſufficit illi actum fuiſſe notificatum, licèt non conſenſerit. Myſing. obſer. 46. cét. 6.

Exequutio quomodo ſit facienda aliquo condemnato ad præſtandum aſſenſum, vide Vincent. de Franc. deciſ. 310. par. 2.

Aſſenſus habetur pro præſtito renuente domino, qui debet conſentire. ibid.

Subſcribens ſe teſtaméto præiudicat ſibi in his, quæ in teſtamento continentur, vide Papon. lib. 21. tit. 1. arreſt. 20.

Conſentiés alieni actui per ſimplicem conſenſum, non obligatur ad faciédum, aut aliquid præſtandum; ſed id operatur conſenſus, ne poſsit cótrauenire actui, cui conſenſum adhibuit: Ideò licèt quis cóſenſerit alienationi rei ſuæ, tamen ex tali conſenſu, non obligat de euictione, & hoc eſt, quod lex dicit aliud eſſe vendere, aliud venditioni conſentire. Crau. conſ. 33 num. 19.

Conſentiens alienationi rei ſuæ, an ſibi faciat præiudicium in precio, vide Marc. q. 329. nu. 5. quid ſi conſentiat obligationi pignoris, & quando dicatur conſentire, vide Rot. Genu. deciſ. 199.

Quando venditur res alicui debita, ſi ille conſentiat venditori, poteſt á venditore petere precium. Natt. conſ. 384. nu. fi.

Filius conſentiens venditioni certarum rerum paternarum per patrem factę, licèt videatur renunciare iuri hypothecæ ſibi in illis bonis venditis debitæ, non tamen videtur renunciare doti, vel hypothecæ, quo ad alia bona patris nó vendita. Pet Gerat. ſing. 32.

Qui ſcribit contractum obligationis rei ſuæ, vĩ obligationi conſentire. l. 26. §. pater. ff. de pignoribus.

Patiens rem ſuam obligari, quando videatur conſentire, vide Bar. in l. 7. C. de appella.

Si cóſentio obligationi, aut venditioni, vel donanti rem meam, vel mihi obligatam, an præſumar donare, vide Bar. ĩ l. 34. n. 13. ff. ſol. mat. & in l. 94. de leg. 1.

Conſentire non videtur abſens, vel ignorans; ſed abſens ſciens in caſibus, in quibus cogeretur conſentire, præſumitur conſentire. Bar. ibi. num. 18. d. l 34. ff. ſol. mat.

Quando conſentiens recepiſſet precium: tunc teneretur de euictione. Crau. conſ. 33. nu. 19. de alijs limitationibus, vide etiam ibid.

Subſcribens ſe alicui ſcripturæ eam impugnare non poteſt; niſi edoceat ſe fuiſſe deceptum, aut inductũ ad ita faciédũ. Cra. cóſ. 73. n. 40.

Conſenſus aliquorum, vbi requiritur in aliquo actu, agens ex eo, quòd conſenſus non interuenerit, tenetur probare, quòd extarent perſonæ, quarum conſenſus requirebatur. Crau. conſ. 80. num. 14.

Conſenſus ex antiquitate temporis probatur; Imò etiam, vbi agitur de magno præiudicio præſumitur conſenſus ex temporis antiquitate, quando eſt tempus, cuius initij memoria non extat in contrarium. Crau. conſ. 204. num. 9. & 10.

Quando requiritur expreſſus conſenſus partiũ, non ſufficit tacitus, qui ex facto colligitur. Crau. ibi. num. 16.

Præſentia ſola cum taciturnitate non inducit renunciationem iuris ſui; ſed requiritur conſenſus expreſſus. Crau. conſ. 226. num. 9.

Dolus ex ſilétio arguitur. Crau. conſ. 298 nu. fin.

Cóſtitutio ſi fiat ab inferiore á Principe tertio præſente, & tacéte, an is conſentire intelligatur, vide Ludo. Rom. ſing. 489.

Quando requiritur conſenſus plurium, vt ſingulorum, ſufficit ſeparatim adhibere cóſenſum. Guid. Pap. ſing. 545.

Ille, qui permittit ſibi parari obſtaculũ, vĩ renũciare iuri ſuo, vt ſi quis permittat ædificari in loco, vbi ſibi debet via. Pe. de Rane. ſing. 464.

Si aliquis conſentit, quò aliquis de re ſua teſtet, ſibi præiudicat. Pet. de Raue. ſing 952.

Qñ in aliquo actu requirit̃ conſiliũ alicuius, an poſsit fieri illo conſilio nó habito, vide Ant. Corſet. in ſuis ſing. litera, C. ſing. conſilium.

Quid, quando requiritur licentia, an debeat eſſe expreſſa, vel tacita ſufficiat reſultás ex ſcié tia, & taciturnitate, vide ibi. lite. L. ſing. 1.

Auctoritas alicuius in actu requiſita debet præſtari per verba expreſſa, & aſſenſus, quádo capiat ꝓ auctoritate, vide ibi. lit. M. ſing. min. 2.

Auctoritas, ꝓ q̃ verba præſtari debeat, vide ibi.

Patiétia, ſeu tollerantia cum taciturnitate inducit conſenſum, quód ampliatur, & exemplificatur per Hippo. ſing. 76. fallit in his, quæ requirunt ſcripturam, de quibus, vide ibi. ſingul. 330. ſciétia cum taciturnitate, qñ habeat pro conſenſu, vide Bar. in l. 7. ff. de ſponſal.

Qui non poteſt facere per ſe, quando poſsit facienti conſentire, vide Bar. in l. fin C. de pac.

Approbatio nihil releuat in his, quæ non depédent ex cóſenſu meo. Bar. in l. 24. ff. de procu.

Receptio ſpontanea, qñ inducat approbationem conſenſus, vide Bar. in l. 4. C. de his, quę vi metus. (Velle.

Cóſétire, & renũciare idé ſunt. Bar. ĩ l. 21. C. ad

Qui non appellat videtur conſentire. Bart. in l. 7. C. de appellatio.

Stati, ꝗ ꝓducit̃ ĩ iudicio ĩ inſtr̃m, aduerſarius dét illud impugnare. Abb. in ſua prae. c. 95.

Conſenſus tacitus, & expreſſus æquiparantur. Bar in l. 31. ff. de legib.

Errás nó cóſentit. Bar. ĩ l. 15. ff. de iuriſ om. iud.

In iudicio interrogatus tacés, quo ad ſui commodum, habetur pro negante. l. 12. §. qui tacuit. ff. de interrog. actio.

Con-

Cōſentiēs alicui, qñ videatur cōſētire ſuo hīdi, vide Bar. in l. 32. § ſi voluntate. ff ſolut. mat.

Tacere eſt mediū inter diſsentire, & cóſentire. Bar. in l. 34. nu. 21. ff. ſolu. mat.

Poſſeſsionem meam ſi aliquis intret, vel accipiat de rebus meis me præſente, & tacente, qñ præſumar conſentire, vide Bar ibi nu. 24.

Scientia ſuperuenies ex poſt facto, qñ arguat cō ſenſum, vide Bar. in d. l. 34. nu. 16. ff. ſol. mat.

Sigillans videtur conſentire: Idem in ſubſcribē te. Bar. ibi. nu. 26. & 27.

In caſibus, in quibus ſcientia, & patientia inducunt conſensū, in illis inducūt effectus, q̃ ꝓducuntur ex ſcientia: & contradictio requiritur, vt impediantur, vide Bar. in l. 8. §. morte. nu. 67. ff. de oper. non nunc.

Quis cōsētire vř trib. modis. gl. in c. notū 2. q. 1.

Conſenſus interpoſitus ſuper actu non valido, nō nocet. Bar. in l. 4 §. ſi in vēditione. ff. quib. mod. pig. vel hypothec. ſolua.

Qui conſenſit teſtari ſuper onere per ipſum teſtatorē legato impoſito, non ten᷑ actione perſonali ad legatum; ſed hæres inſolidum tenetur, & aget actione mandati contrà cō ſentientem. Bar. in l. 211. vol. 1.

Patientia non habetur pro conſenſu, quando quis patitur aliquid fieri in re ſua ratione reuerentiæ. Bar. q. 7. nu. 6.

Patientia habetur pro conſenſu, quando de cō modo alicuius tractatur. Bar. d. q. 7. nu. 11.

Titulus cum patientia, & curſu temporis ſi allegatur, an præſumatur, vide Bar ibid.

Qui patitur rem ſuam eſſe apud alium nihil faciendo, Præſumitur ratum habere ex curſu temporis. Bar q 10. num. 4.

Voluntas probatur ꝑ nō factū. Bar q 10 nu. 12.

Tacēs in iudicijs dicitur conſentire, & qui non oppoſuit ius ſuū, illud vř remittere. Cra. cō. 1.

De Contractib. & alijs diſpoſitionib. & confeſſionibus geminatis.

Confeſsio geminata non dř, quāuis idē pluries fuerit in eodē inſtro repetitum. Paul. Aemil. Vera. deciſ. 328. par. 2.

Quando verba geminata in eodem inſtrumēto habeantur pro vna confeſsione, vide eundem deciſ. 336, par. 3.

Geminatio non includitur in generali diſpoſitione. Raud tract. de Anal cap. 22. nu. 97.

Geminata confeſsio quid operetur, vide ſup. li. 1. tit. de confeſsis, & confeſsionib. in genere.

Geminatio multorū contractuū de eadē re, arguit ſuſpitionē fraudis. Boer. deciſ 33. nu. 5.

Actus geminatus ex interuallo, ſeu ratatió geminata excludit quē à reſciſione quittationis prætextu læſionis, & deceptionis vltrà dimidiam. Boer conſ. 28. vide tamen conſ. 38. & 39. ibid. Crau. conſ. 54. nu. 7.

De bina renunciatione facta ꝑ filiam, vide Crauer. conſ. 114.

An geminatus conſenſus tollat remedium legis. 2. de reſcind. vend. vide Craue. conſ. 151. num. 31. & plenius conſ. 160.

Geminatio multum operatur, & per eam magis euixè dicitur apparere de voluntate diſponentis, & multa alia de virtute, & vi geminationis, vide per Crau. conſi. 1. n. 42. Hippol. ſingul. 378.

Natura eſt repetitionis, aut geminationis verborum, vt demonſtret euixiorem diſponentium, aut cōtrahētiū voluntatē, ne verba ſuperfluò cenſeant᷑ appoſita. Crau conſ. 294.

Cōfeſsio geminata extraiudicialis præiudicat, ac ſi in iudicio facta eſſet; licèt alias nō præiudicaret. Iaſ. de actio in §. in perſonam. nu. 48. vide ſup. li. 1. tit. de confeſsione extraiudi.

In actu reiterato error non præſumitur. Dec. cō ſil 185. num. 10.

De Rebus dubijs in genere, & de earum interpretatione.

Cauſæ vbi plures in vno actu concurrūt, ea ſemper attendit᷑, quæ minus grauat. Ozaſ. deci. 4. nu. 5.

Dominij appellatione propriè, & ſimpliciter loq̄ndo, intelligere dēmus de directo. Ozaſ. dec. 29.

Verba in dubio in fauorē ꝓferētis īterpretāda. Ozaſ d. deciſ. 29. nu. 10. Rot. Genu. dec 7. n. 7. & ī fauorē ꝓmiſsoris cōtrà ſtipulātē. ib. & in dubio ſemper præſumit᷑ ꝓ eo, qđ eſt leuius, & minus, qđ ꝓcedit ēt ī Eccl. Cabal. Mil. 371 & actus ambiguus interpretat᷑ ſecūdū ſensū agētis. Rot. Genu. deciſ. 6. nu. 12. nā verba intētioni deſeruiunt, & ſcđm intētionē proferētis, verbū prolatū intelligit᷑. c. 41. ex. de ap.

Qñ verba patiūtur dubiā interpretationē, dēnt ſemp interpretari contrà ſe fundātē in illis. Ozaſ. deciſ. 141. nu. 12. Rot. Genu. deciſ. 7. nu. 4. & 5 & vt minus obligēt ibid. & minus damnoſū đbitori ī dubio ꝓſumēdū ē Af. dec. 373

Voluntas hominis ex veriſimilitudine declaratur. Ozaſ. deciſ. 170 nu 8.

Verba ī ſcripturis redacta, quā capiāt interpretationem, vide Affl. dec. 44 num. 23.

Teſtiū dubia depoſitio cōtrà ꝓducētē eſt īterprāda. Affl. dec. 120. n 3. ſcripſi ſup. đ ꝓb. li. 1.

Confeſsio dubia facta ī articulis datis per reū, interpretatur in illius fauorem. Paul. Aemil. Vera. deciſ. 189. par. 1.

Interpretatio eſt facienda cōtrà illū, qui legem

apertius facere debebat ad eius fauoré. Borgnin.Caual.deciſ.27.nu.10.de cõtract.par.2.
Capienda eſt ea interpretatio, quæ minus lędit verba, ac mentem. Raud.tract. de Analog.cap.37.num.30.& vltima ſcriptura attenditur.Raud.ibi.num.34.
Interpretatio voluntatis dubiæ, fit ſecundum conſuetudinem patriæ,aut loci, in quo fit diſpoſitio,& potius fit interpretatio ſecũdum conſuetudinem, quàm ſtatutum. Crauet. conſil.70.num.12.
Interpretatio fieri debet, vt actus intelligatur factus ſecundum diſpoſitionem iuris communis.Crau.conſ.91.num.8.
Interpretatio admitti non debet, per quam altera pars remaneret decepta, & in damno. Crauet.ibi.num fin.
Vbi dubitatur de intentione diſponentis, ſemper recurritẽ ad cauſam finalem, ex qua mens illius colligitur,& interpretatẽ.Crau.cõſ.245.
In dubio fieri debet interpretatio,per quam ſatisfit vtrique caſui,quando inter aliquos caſus,diuerſitas reperitur.Crau.conſ. 301.nu.4.
Diſponẽs cenſetur velle prouidere in caſu magis neceſſario.ibi.Craue.nu.fin.
Ita interpretari ſcripturam conuenit, ne contrarietas interueniat, vbicunq; excluſio eius fieri poteſt, diſtinguendo, aut diuidendo. Crau.conſi.1.pro genero.num.305.& 309.
Ex obſeruatione obſcuritas declaratur.Crau. conſi.1.pro genero.nu.318.
In confeſsione dubia, ſtãdum eſt declarationi confitentis. Crau.ibi.num.470.
De actus dubij interpretatiõe,& qualis recipiẽda ſit interpretatio,& fieri debeat à iudice, vide Menoch. de arbitra.lib.2.caſ.199. Et de duabus præſumptionibus,pluribuſuẽ, quarum vna alteri referatur,vide ibi.caſ.472.
Interpretatio diſpoſitionis obſcuræ ſumenda eſt,à conſuetudine,quæ viget in ea ciuitate, in qua confecta eſt diſpoſitio. Menoch. cõſ. 377.lib.2.nu.10.& à vicinis, vbi ignoratur, qualis ſit actus,vide eundem,conſ.390.num. 31. libr. 4.
In dubio ſumi debet illa interpretatio, quę magis veriſimilis eſt, Menoch.ibi.nu. 24.
Item illa ſumi debet, quà actus non redditur eluſorius,& inanis.ibi.Menoch.nu.26.
Quando actus eſt dubius,nulla melior adhiberi poteſt interpretatio,quàm illa, quæ ab effectu ſubſequuto,& ipſamet obſeruantia.ibi. num.27.& conſ.390.lib.14.num. 16.
Interpretatio ea ſumenda, qua euitatur cõtradictio eiuſdem diſpoſitionis, & voluntatis correctio. Menoch.cõſ.339.lib.4.nam debet interpretatio fieri, vt contrarietas tollatur. Dec.conſ.337.vol.2.

Interpretatio capienda non eſt, quæ à ſapientib. reprehendi poteſt, & quæ non eſt veriſimilis.ibi.num.5.& 6.
Quando aliquid habet duo extrema, quorum alterum eſt fauorabile,alterũ verò odioſum, fauorabile recipit interpretationem extenſinam, odioſum reſtrictiuam. Bald. ſing.109.
Verbum, ſi ſtrictam,& largam ſignificationem habeat,& larga, & ſtricta ſecundum ſubiectam materiam,erit facienda interpretatio. Math.Matheſ.ſing.94.
In dubio in obſcuris, & ambiguis debemus inclinare in mitiorem,& benigniorem partem: rẽg.limitatur quinque modis, de quibus, vide per Hippol.ſing.218.
Verbum dubium prolatũ ab actore,interpretatur pro eo.Bar.in l.1.C.de vſufruct.& habita. & ambigua ſolutio, ſiue exceptio, interpretatur ſecundum intentionem proferentis. L 66.ff. de iudi.
Interpretatio ſi ſit varia, ſeu dubia ſuper aliquo negocio,quid agendum, vide Bar. in L 9.ff.de legibus.
Dubia, quandoque in deteriorem partem interpretanẽ.glo.in c.1.ext.de Cleric. nõ reſid.
Interpretatẽ tunc diſpoſitio eo modo, quo põtvalere,quando interpretando contrà proferentem,ea redderetur inutilis.Barto.in l.40. num.4.ff.de pact.
Interpretatio fit,Primò ſecundum quod eſt veriſimile,& debet fieri per iudicẽ, qui poteſt principaliter adiri, vt declaret.Bar.ibi.
In dubijs ſemper tenendum eſt illud, quod ſecurius eſt,& certius.c.3.ex.de ſponſal.
Si intentio actoris ſit ambigua,& reſponſio rei ſimilis,qualiter ſit interpretãda,vide Bar.ib.
Ius declarandi intentionem ambiguam non egreditur perſonã, nec tranſit ad hæredem, & actor nõ declarat probationes factas per teſtes,vel inſtrumenta.Bar.in l.5. §. ſi plures, ff. de rei vendic.
Interpretatio in dubio fit in cauſam magis impedientem, & dubium pendens ex voluntate alterius, interpretatur perpetuum.Bar.in l.56.ff.de condic.indebit.
Verba ſunt intelligenda,non vt ſonant; ſed ſecundum mentem proferentis.c.6.ext.de verb. ſign. nam ſenſum,non verba conſiderare debemus.c.7.ibi.
Interpretatio libelli obſcuri porrecti per defunctum,non tranſit ad hæredem; hæres tamen declarat voluntatem ambiguam defuncti, niſi alios poſsit damnificare,& quando,vide in l.32,§.ſi quis.de lega.1.eundem Bar.in l.82. §.ſi Stychum.ff.de verb.oblig.
Verba obſcura declarantur per præcedentia clara. Bar.in l.35.§. Lucius.ff.de leg.2.

Verba

Verba libelli; vel articuli intelliguntur ſecundũ intentionem proferentis, & verba teſtiũ ſemper contrà producentem interpretãtur. Bar. in l. 2. ff de duob. reis.

Obſcura loquutio eſt interpretãda fauore liberationis l. 10. §. ſi ſeruus. ff. de manu. teſta.

In ambiguis capitur illa interpretatio, quæ vitio caret, vt actus potius ſuſtineatur, quàm pereat. l. quotiẽs. ff. de ver. obl. l. quotiẽs. ff. de reb. dub.

In pretorijs ſtipulationibus, ſi ambiguus ſermo Acciderit, Prætoris erit interpretatio. l. 9. ff. de præto ſtipula.

Semper in obſcuris, quod minimum eſt ſequimur. reg. ſemper de reg. iuris, & glo. ibi. tradit exempla.

In re obſcura melius eſt fauere repetitioni, quã aduentitio lucro. l. 42. ff. de reg. iuris.

Semper in dubijs, benigna præferenda ſunt. l. 57. ff eod.

Quotiẽs idem ſermo duas ſententias exprimit, ea potiſsimum accipitur, quæ rei gerendæ aptior eſt. l. 68. eod.

In re dubia benigniorẽ interpretationẽ ſequi, nõ minus iuſtius eſt, quàm tutitius. l. 153. §. fi. de reg. iuris.

Quotiẽs nihil ſine captione inueſtigari poteſt, eligendum eſt, quod minimum habet iniquitatis. Reg 200. eod.

Non eſt capienda interpretatio impugnatiua voluntati alicuius. §. 2. inſtit. quib. ex cauſ. manumit. non liceat.

Animus, & intentio, diſtinguit facta ibi. d. § 2.

Verbum ſemel propoſitum, ad diuerſa referri poteſt. glo. in Authen. vt nullus fabricet.

In dubio caſu, & pẽdenti, idem iudicatur, quod de caſu certo, quoad actum impediendum. Ozaſ. deciſ. 34. num. fin.

Verbum dubium declaratur ex verbis ſibi adiunctis, alternatiuè, vel copulatiuè. Ozaſ. deciſ. 50 num. 10.

In medio poſita referuntur ad antecedentia, & ſequentia. Rot. Genu. deciſ. 174. nu. fin. media quoque iudicantur ſecundum præcedentia, & ſequentia. Ozaſ. deciſ. 164 ſed aliquando ſolùm ad præcedentia referuntur. Menoch. de arbitra. lib. 2. caſ. 64. nu. 22.

Sequentia ex præcedentibus, declarantur vbicunque dubia ſunt; ſecùs vbi certam habent orationem ſeparatam, & determinatam. Afflict. deciſio. 319. & ècontrà per ſequentia præcedentia interpretantur, & reſtringũtur. Aegid. Bellam. concluſio. 717.

Actus ſubſequentes contrarij præcedentibus, faciunt videri receſſum à præcedẽtibus, pręſertim quãdo de illis facta reperitur expreſſa mentio. Ozaſ. deciſ. 142. nu. 10.

Ex verbis ſequentibus declaratur, qualiter intelligatur pcedens diſpoſitio. Affl. deciſ 375.

Præcedẽtia magis effluunt in ſequentia, quàm ècontrà. Ozaſ. deciſ. 147. nu. 16. vide Menoch. de arbitra. lib. 2. Cent. 1. caſ. 64. nu. 19. & 20. Math. Matheſ. ſing. 150. & declarat, ac qualificant ſequentia. Idem Ozaſ. deciſ. 167. nu. 8. Afflic. deciſ. 319. num. 5. tamen præcedẽtia non ſunt notiora ſequentibus ad determinãdum, vide. Cabal. Milleloq. 366.

Conditio etiam appoſita in principio orationis, cenſetur in tota oratione repetita. Afflic. deciſ. 248. num. 11.

Verba, quæ dicuntur antè actũ declarant actũ ſequentem, & ex verbis pręcedentibus, intelligitur actus ſequẽs factus occaſione verborum præcedentium. Afflict. deciſ. 375.

Clauſula reſeruatiua operatur, vt ratio præcedens, ſiue ſubſequens, ad id ſemper reſtringenda ſit, & interpretãda, vt non cõtradicat clauſulæ reſeruatiuæ. Ozaſ. deciſ. 164. nu. 14.

Ex his, quæ quis dicit antè factum præſumitur animus ſuus in facto ſequuto. Affl. deci. 375.

Clauſula in principio, vel in medio, aut in fine poſita, generaliter ad omnia refertur, quod procedit, quãdo nulla ratio aſsignari poſsit, quare magis ad vnum, quàm ad aliud referatur capitulum; ſecùs, quando ratio diuerſitatis poſſet adduci: tunc enim non haberet locum relatio ad omnia; ſed ad ea, ad quæ cõmodius referri poſſet. Boer. deciſ. 146. Aliàs clauſula inter aliqua capitula, debet ad omnia referri, ſi commodè fieri poteſt; ſed quomodo hoc dictũ intelligi debeat, vide Ozaſ. deciſ 81. nu 7 & Craue. conſ. 70. & conſ. 296.

Voluntas ſicut trahitur ex præcedentibus ad ſequentia; ita trahitur ex ſequentibus ad longè præcedentia. Aegid. concluſio. 590.

Subſcriptio quando poſsit referri ad præcedẽtia, & ſequentia, vide Put. deciſ. 226. lib. 1.

An clauſula ſubſequens, poſsit referri ad præcedentia. vide Craue. conſi. 70.

Relatio ad omnia fieri debet (etiam remota) quando ratio diuerſitatis reddi non poteſt, cur ad omnia fiat. Craue. conſi. 149. num. 8. & conſ. 326. limita, vt in conſ. 294. eiuſdẽ Crau.

Poſita in fine clauſula, refertur ad præcedẽtia; non ad ſequentia, quando per ſe principaliter eſt poſita; ſecùs ſi ad aliam qualificandã. Menoch. de Arbitra. lib. 2. caſ. 64. nu. 22. & 23.

Item clauſula ad præcedentia trahitur, illaque determinat, quando eadem vtriuſq; caſus ratio ſubeſt, ſecus ſi maior, & diuerſa; Menoch. ibid. num. 24.

Decreta in vno rei capitulo, an cenſeantur in alijs repetita, an verò ſuos fines nõ egrediãtur, vide Dec. conſ. 67.

Actus

Actus ſequens declarat, & demonſtrat præcedentem voluntatem Dec.conſi.336.vol.2.

Præcedentia minuunt ſignificationem eorum, quæ ſequuntur.Dec.conſi.696.nu.17.

Licèt clauſula finalis debeat referri ad omnia præcedentia:tamen quando repugnat naturæ,rationi,aut contractui,ratio ſuadet,quod debeat tantùm referri ad proxima.Caſſan.in conſuetud.Burg.tit.*des drois*,Rub.4.§.2.glo.7.

Diſpoſitio ĩ dubio referri debet ad omnia præcedentia,& ea æqualiter reſpicere, vide Menoch.conſ.231.num.51.lib.3.

Clauſula poſita in fine,non reſpiciit omnia præcedentia;ſed immediata,quod eſt verũ quãdo ſunt diuerſa: ſecùs quando inter ſe ſunt coniuncta.Guid. Pap. ſing.200.vide Bar.in l. 1.C.de liber.præter.

Clauſula in fine poſita nõ debet referri ad omnia præcedẽtia, quando ex tali relatione ſequeretur abſurdum;vel inconueniens, ſeu iurium correctio.Ant.Corſet. in ſuis ſingularibus,litera.C.ſing.clauſula.2:

Diſpoſitio ſimplex non ſolùm trahitur ad aliũ caſum ex identitate rationis; ſed etiam ad caſus exceptos à regula, idem. ibi. litera.E. ſing. extenſio.

Frequentiæ cauſa expreſſum, nõ excludit alios caſus.ibi.litera. F. ſing.frequentia.

Repetitio eorum, quæ in præfationibus ponũtur quando ſunt præparatoria ſequentiũ,ſẽper in ſequentibus repetita videntur. Idem Corſet.litera.R.ſing.repetitio.vide Bart.in l. 1.C.ſi contrà ius,vel vtilit. publi.& in l. 4. C. de vſuris.

Clauſula quando ponitur in medio capitulorum plurium, trahitur ad omnia, ſi non adſit ratio,quòd magis ad vnũ, quàm ad aliud trahatur.Bar.in l.4.C.de vſuris.

Quotiens aliquid refertur ad duo, per prius,& poſterius,refertur ad id, quod eſt per prius. Bar.in l.quæritur.ff.de ſtatu.hom.

Clauſula in fine poſita,quãdo referatur ad proxima, vel ad omnia,vide Bar.in l.11.§.ſi vna: ff.de iuriſd.omn.indi.

Clauſula ſi ponatur inter verba vnius capituli, refertur tantùm ad illud capitulum. Abb. conſi.75.lib.2.

Verbum obſcurum poſitũ in vno capite interpretatur,per verba poſita in ſequentibus capitulis.Bar.in l.26.ff.de pet.hæred.

Clauſula poſita in præcedenti non intelligitur repetita in ſequenti, quando poteſt valere actus,ſequens abſq; repetitione,vel ſequeretur abſurdum,aliàs ſecùs.Bar.in l. cum Pater ff.de pact.dota.

Clauſula poſita per ſe,qñ referatur ad omnia,vide Bar.in l.3.§. filius.ff. de liber. & poſthu.

Clauſula poſita inter vnum capitulum,tantum ad illud refertur, non ad aliud, & capitulum vnum dicitur; quando circa idem diſponit, ita q̃ ille diſpoſitiones circa illud poſsint ſimul concurrere,vide Bar.ibi.

Clauſula poſita in principio, vel in fine, aut in medio capitulorũ, pluriũ, refertur ad omnia;modo aliqua ratio non ſit;qua magis ad vnum,quàm ad aliud referatur.Bar.ibi.nu.7. vide eundem Bar.in l.31.de leg.1.

Clauſula in fine poſita, non refertur ad omnia præcedentia, quando reſultaret intellectus contrarius iuri. Bar. in §. ius quoq;.Authen. vt liceat matri,& auiæ.nu.9.

Dictio,item,inducit repetitionẽ, quando oratio ſequens eſt imperfecta; ſed quando inducat continuationẽ, vide Bar.conſ. 27.vol.1.

Senſus intellectualis perficit orationem,quę in ſuo conſtructu perfecta non eſt.l. 10.C. de fideicommiſsis,& oratio imperfecta ex præcedenti,& ſequenti perficitur, ſi congruè fieri poteſt.l.79 §.cum imperfecta de legat.2.

Clauſula poſita in vno capitulo, ad illud tantũ refertur; ſed poſita inter plura capitula,vel antè,vel poſt,ad omnia refertur. l.3.§. filius. ff.de liber.& poſthumis.

Si verbum poteſt ſe habere ad præteritũ, & futurum, ex coniuncta ſcriptura declarabitur, ad quod ſe habeat:item præſentis,& præteriti temporis,verba,reſtringuntur ad ea, quæ ſunt tempore teſtamenti.l.100.de leg.3.

Verbum indefinitum refertur ad omnia. l.7.ff. de tritico.vino,& oleo lega.ſed oratio indefinita reſtringitur ad tempus præſens.l. fin. ff.de auro,& argen.legat.

Adiectiua indefinitè,vel generaliter, vel naturaliter poſita, referuntur ad omnes res, ad quas poſſunt adaptari,ratione adiũcti, cuius ſignificatio reſtringitur.l.16.§.fin.ff.eod.

Quæ in præfationibus,dicuntur,in ſequentibus intelliguntur repetita.l. 124.§. idem reſpondit.ff.de verbo.obliga.

Dictiones illæ;quiſquis,ſi vis,& ſi aliquis, licèt in ſingulari numero prolatæ ſint, ad omnia tamen referuntur.Bar.conſi.244.vol.1.

Qualitates nouæ appoſitæ in ſecunda diſpoſitione attendi debẽt,reiectis his,quę in prima diſpoſitionẽ ponuntur. Ozaſ. deciſ.52. nu.3.

Oratio quando ab vnico verbo regulatur,ſemper debet intelligi cum qualitate adiuncta verbo, quæ ſemper cenſetur repetita. Ozaſ. deciſ.71.num.54. vide Boer.deciſ.314. num. fin.nam qualitas poſita in vna parte orationis,cenſetur in alia repetita.Idẽ Ozaſ. deciſ. 167.num.12.Gaſp Cabal.Milleloq. 395. vide Bar.in l.1.C.de liber.præte.

Qualitas adiecta in vna re ex pluribus copulatis

tis

tis in eadem oratione, ad omnes alias porrigitur. Dec. conſi. 92.

Qualitas adiecta vni diſpoſitioni, quando intelligatur in alia repetita, vide in l. & ad ea. 31. de legat. 1. & adiecta in vno capitulo legis, vel ſtatuti, aut reſcripti, quando intelligatur in alio repetita, vide Bart. in l. 77. num. 16. de leg. 1.

Repetitio eorū, quæ dicuntur in eo, ad qđ additio fit, cēſentur etiam facta in eo, quod additum eſt. Ozaſ. deciſ. 147. nu. 18.

Clauſula; quicquid perpetuò placuerit faciendum, quomodo intelligi debeat, vide Ozaſ. deciſ. 164. num. 6.

Dictio; ſaluis, modificat, & reſtringit quod dictum eſt in ſuperiori clauſula. Ozaſ. deciſio. 164. num. 8.

Modificationis ea eſt virtus, ꝙ vbi non inuenit quod modificet, orationem pręcedentē extinguit, & in negationem reſoluit. Ozaſ. d. deciſ. 164. num. 9.

Dictio; vt ſuprà, repetit omnes qualitates præcedentes. Ozaſ. deciſ. 164. nu. 13.

Participia, duo reſpiciētia vnum ſubſtantiuum, debent ſimul in eodem ſubſtantiuo concurrere. Ozaſ. deciſ. 171. nu. 3.

Qualitas vnius facti aliud factū qñ non qualificet, licèt regatur eodem verbo, vide Affli. deciſ. 248. nu. fin.

Quando cautio in vno caſu adiecta, cenſeatur repetita in alio; & quando non, vide Mago. deciſ. 84. Rot. Floren.

Verba generalia ſemper debent reſtringi ad cogitatum. Ozaſ. deciſ. 90. num. 16. quando generalitas extendatur ſolūmodo ad expreſſa, vel ad omnia etiam ſpecialiter non expreſſa, vide per Affli. deciſ. 285.

Expreſſum ſaltem virtualiter, & implicitè dicitur, ꝙ ſub generalitate cōtinetur. Ozaſ. deciſ. 102. n. 3. Ideò clauſula generalis, & alio quocunq; iure, adeò potens eſt, vt caſus non expreſſus etiam improprios, & maiores comprehendat. Ozaſ. deciſ. 102. num. 4. generalitaſq; verborum in dubio ſemper eſt attēdenda. Affli. deciſio. 319. & quittatio generalis generaliter cōcepta, generaliter eſt intelligēda. Rot. Genu. deciſ. 33. & generaliter operatur. Cabal. Milleloq. 415.

Generalis diſpoſitio idem operatur quoad omnes ſpecies, vt eas includat, quòd ſpecialis ennmeratio, vbicunq; eadē ratio interuenit. Crau. in quodā ſuo conſ. impreſſo poſt deciſ. 322. Pede. vide Affli. deciſio. 319. & reſtringi non debet nulla interueniēte ratione reſtringendi. Crau. et. ibi. num. 8. Rot. Genu. deciſio. 33.

Clauſula generalis non refertur ad ſpecificata. Ozaſ. deciſ. 169.

Verba vniuerſalia reſtringūtur, vt euitetur fraudis interpretatio. ibi. num. 3. item reſtringuntur, ne abſurdum ſequatur, & ne quis damnū iniurioſè patiatur. Ozaſ. ibi. nu. 8.

Generalis diſpoſitio ſemper intelligi debet ſecundum naturam rei, de qua loquitur diſpoſitio. Ozaſ. deciſ. 169. nu. 12.

Regula; generi per ſpeciem derogari, declarat, & limitatur per Affli. deciſ. 106. nu. 7.

Si petitio eſt generalis, & proſecutio ſpecialis, ſententia reſtringitur ad proſecuta tantūm. Ant. Capic. deciſ. 11.

Generalis clauſula; Ex alia quacunq; cauſa, &c. intelligi debet, ex cauſa de præſenti, & non de futuro. Guid. Pap. quæſt. 129.

Generale verbum, in aliqua diſpoſitione adiectū, ſpeciei coniunctum, ſeu aliqui verbo ſpeciali, reſtringitur ad ſpeciem, à ſuo generali ſignificatu. Guid. q. 306.

In generali conceſsione non veniunt ea, quæ ſunt concedenti ſpecialiter reſeruata; nec ſpecialiter prohibita veniunt. Aegid. concluſio. 719.

Clauſula ſpecialis in omnibus derogat generali, & non comprehenditur ſub generali. Capel. Thol. q. 184.

Clauſula generalis ad ſpecificata reſtringi non poteſt, recti ſermonis ratione ſalua. Marc. q. 273. par. 2.

Generalis ſermo non comprehendit perſonam eius, ad quem verba diriguntur. Iaco. Put. deciſ. 44. lib. 1.

Promiſsio generalis, ceſſat vbi ſpecialiter prouidetur. idem Cabal. Milleloq. 231.

Vbi aliquæ ſpecies ſunt expreſſæ genus reſpicientes, tunc genus reſtringitur ad ſimilia expreſsis. Raud. tract. de anal. cap. 26. nu. 27. quod aliquando limitatur, vt ibi.

Vniuocum, quod accipitur in genere, & in ſpecie, intelligendum eſt in materia exoſa ſtrictè, & pro ſpecie ipſa, reg. ampliatur, declaratur, & limitatur per eūdem cap. 17. & cap. 18. & quid quando materia eſt fauorabilis, vide ibi.

Reſtrictiuū remedium generalis diſpoſitionis deſumitur ex loco ab abſurdo, & alijs, de quibus vide per eundem Raud. cap. 22.

Generalis diſpoſitio non comprehendit perſonas notabiles, & dignitates fulgentes, nec diſceptationem notabilem ſpeciali expreſſione digna, nec id, per quod ſequitur abſurdum, minus illud, quod eſt contrà æquitatem, vel iniquum, aut odioſum, vel inuerisimile, de quibus omnibus, vide Raud. tract. de Analo. cap 28. nu. 22. & ſeqq.

Odioſa, & quæ ſunt ſtricti iuris ſtrictè intelligenda

genda ſunt, ſcribuntur multa exempla.ibi. cap 29.

Quod multipliciter intelligi poteſt, eius veritas ignoratur,dictum exemplificatur. ibi. cap.31.

Diſpoſitio,ſeu prohibitio generalis quos caſus includat,& quos non comprehendat,& qualiter reſtringatur, vide Crauet. conſil. 3. & conſi. 70.

Quando probatur bona fuiſſe poſſeſſa per aliquos,veluti per virum, & vxoré, intelligitur quod poſſederint pro dimidia. Crau.cóſ.61.

Rubrica generalis habens orationẽ perfectam, attendi debet,licèt verba ſequentia videantur ſpecialia.Craue.d conſ.61.

Generale mandatũ de ſubueniendo fratribus, nõ trahitur ad eos fratres, in qbus reperitur facta ſpecialis prouiſio.Craue. conſ.86. quia generalis diſpoſitio, nunquam refertur ad illud, quod in ſpecie prouidetur. Cranet. conſi 106.num.6.

Generalis diſpoſitio, nõ debet referri ad maiora expreſsis.Craue.conſi.95.nu.fin.

Verba vniuerſalia,omnia comprehendunt,quę excogitari poſſunt, & geminatio verborum fortius operatur.Craue.conſi.105.

Quęlibet diſpoſitio,licèt generalis,reſtringitur ad ſuam cauſam.Craue.conſ.221.nu.12.

Ceſsio extenditur etiam ad bona mobilia, qñ eſt facta vniuerſaliter,& generaliter:licèt aliqua bona immobilia eſſent expreſsè ſpecificata.Craue conſi.237.

Ratio generalis,extendit dictũ ad omnia.Crau. d.conſi.227.

Vniuerſalia verba ſimplicia,omnia comprehẽdunt, quæ excogitari poſſunt. Crauet. conſ. 227. num.13.

Ea eſt natura clauſulæ generalis, ꝙ generaliter intelligatur, nec reſtringatur à ſpecificatis. Craue.conſi.245.nu.10.

Verba vniuerſalia reſtringi debent ſecundum ſubiectam materiam; ſed qualiter reſtringãtur,vide Crau. conſi.256.nu.7. & conſi.1.pro genero.nu 68.& ſeqq.& nu.301.318. & ſeqq.

De reſtrictione dictionis,quoquomodo,vide d. conſi.256.nu.8.

Verba vniuerſalia ſunt maioris potentiæ,quàm generalia, & quando ipſa verba vniuerſalia ſunt geminata,fortiùs operantur, vt reſtringi non poſsint, vbi aliàs reſtringerentur. Craue.conſi.290.

De verbis vniuerſalibus,& de eorum vi,& quid operentur in tranſactione,vide Craue.conſi. 294.& conſi.309.

Significatio dictionis vniuerſalis ſic eſt lata, ꝙ ẽt referatur ad impropria,ẽt in materia ſtricta,& odioſa.Crauet.d.conſil.294.num.4.

Quando præcedunt ſpecies, deinde ſequitur genus, diſpoſitio ampliatur. Crauet. conſi. 294.num.7.

Verba;aut alioquouis modo,intelliguntur etiã de diſsimilibus, aut maioribus expreſsis; quando aliàs nihil operarentur.Craue.conſ. 294.vide conſi.309.

Vbi de generalitate diſpoſitionis excipitur aliquis caſus, in quo mentio ſpecialis requiritur,tunc diſpoſitio generalis trahitur ad omnes alios caſus,in quibus expreſsio ſpecialis eſt neceſſaria,& ſic per talẽ expreſsionẽ ampliatur regula,& diſpoſitio generalis,vt omnia alia comprehendat,de quibus mẽtio ſpecialis habenda erat.Craue.conſi.294.

Verba generalia,generaliter debent intelligi ẽt in materia odioſa,quatenus eorum proprietas patitur.Craue.conſi.309.nu.3.

Diſpoſitio facta propter aliquas perſonas, eas egredi non debet.Craue.ibi.nu.418.

Generalis ſcriptura reſtringitur,vbicunq; reſtrictionem faciendam eſſe ratio adhortatur. Craue.ibi.num.468.

Quando per rationem generalem dictum ſpeciale non extendatur, vide Crauet. conſi. 2. pro genero num.73.

Ex ratione ſpeciali dictũ generale reſtringitur. Craue. d.conſi 2.pro genero.nu.98.

Verba generalia reſtringuntur: Primò ratione vitandæ abſurditatis: Secundò ex rationis diuerſitate, & melius prout tradit Rebuff. in ſuis comment. tracta.de litter.obligat. glo. 1. Tom. 1.

Dictio vniuerſalis omnia comprehendit; ſed an comprehendat foreuſes,vide Dec. conſi. 358. volum.2.

Diſpoſitio generalis ſecundum præcedẽtia reſtringitur.Dec.conſi.502.nu.8.9.

Generalitas verborum ad habilia reſtringi debet;niſi verba geminata ſint, vel talia ex q̃bus apparere poſsit,intentionem eſſe diſponentis,vt inhabilia comprehendat. Hippol. ſing. 630.

Verba generalia à quocunq; prolata, debẽt intelligi, ſecundum iuris diſpoſitionem. Marc. de Mant.ſing.87.

Item quantùmcunq; vniuerſalia,nõ ſemper hñt virtutem vniuerſaliter operandi,ſed interdũ reſtringuntur ad id,quod rationis eſt. Marc. de Mant.ſing.105.

Verba generalia, ſeu vniuerſalia non includũt perſonam priuilegiatam,in eo, in quo priuilegiata eſt;niſi tenderent directò ad tollendum priuilegium.Marc.de Mant ſing.222.

Clauſula generalis adiecta quibuſdam ſpecialiter expreſsis,refertur ad minora, & ſimilia expreſsis ſpecialiter; non ad maiora. Alniſ. de

de Alber.ſing.37.vide Bar.in l.4. §. illud. ff.ſi quis cautionibus.

Oratio vniuerſalis recipit limitationem. Bar.in l.12.ff.qui ſatiſdare cogant.

Clauſula generalis, reſtringitur ad præcedẽtia, ſi commodè referri poteſt, ſalua ratione recti ſermonis, & ſi nulla cauſa eſt ſpecificata, refertur ad omnia. Bar.in l.49.§. Lucius.ff.de pact.vide eundem.in l.89. ff.de ſolutionib.& liberationibus.

Clauſula generalis ſubiecta poſt caſus ſpeciales, illos caſus comprehendit; & quando nõ comprehendat, vide Bart.in l.22.in repet.nu.6.ff.de interrog.actio.

Genus non intelligitur reſtitutum per enumerationem ſpecierum; quãdo enumeratio ſpecierum, reſpicit verbum, quod ſignificat actum legãdi. Bar.in l.9.§. ſi quis.ff.de fundo. inſtructo.

Vbi poſt genus ſequitur enumeratio quarundam ſpecierum taxationis cauſa, tunc minuitur ſignificatio generis, & reſtringitur ad ſpecies enumeratas. Abb.conſi.75. lib.2.

Verba indefinitè prolata generaliter intelligi debent, vbicunque ſubeſt eadem ratio; ſecùs ſi diuerſa: imò verbã generalia debent reſtringi ne ſurgat abſonus intellectus, & ne quis lucretur ſine cauſa cum alterius iactura. Abb.conſi.97.

Clauſula generalis reſtringitur ad ſpecificata tantùm, ſi plura fuerunt. l.34. §. qui plures.ff. de leg. 2.

Diſpoſitio ſpecialis derogat generali, & verba generalia obſcura declarantur per præcedẽtia Clara. l.35. §. Lucius titius.ff.eod.

Clauſula generalis reſtringitẽ ad ſpecificata tantùm, ſi hoc fieri poteſt ſalua ratione recti ſermonis. l.89.ff.de ſolutio.& libera.

Clauſula, rebus ſic ſtantibus, prout ſtabãt, ſemꝑ debet ſubintelligi in qualibet diſpoſitione, etiam conuentionali, & iurata. Ozaſ.dec. 91.vide tamen ibi.nu.14. Beninten. deciſ.65. glo.fin.in c.ne quis.arbitretur.22.q.2.

Præſumptionum, aut coniecturarum ratio non habetur, nec de eis eſt quærendum, vbi ſumus in expreſsis. Ozaſ.d.deciſ.91.nu.13.

Coniectura vnde dicta, & diffinitur, vt ſit rationabile veſtigium latentis veritatis, vnde naſcitur opinio ſapientum, vide Fran.Mant.de coniect.vlti.volunt.lib.1.tit.1.

Cõiectura diſtinguitẽ I tres ſpecies, vide ibi.ti.2.

Ex quibus cõiecturis maſculi ex fœminis progeniti, fœminis ꝑferri dẽant, vide ibi.lib.8.tit.18.

Quibus cõiecturis quis præſumatur ex vulnere mortuus, vide Menoch.de arbitra. caſ.275.

Ex quibus colligatur coniectura, vide Guid. Pap. ſing.434.

Probatio per coniecturas in caſibus clandeſtinis, dicitur manifeſta. Pet.Gerat.ſing.8.

Euidens dicitur, quod colligitur ex coniecturis. Bar.in l.20.ff.de oper.non.nunciatio.

In dubijs locus eſt coniecturis ex conſuetudine. l.34.§.argento.& ibi.glo.ff.de aur.arg.leg.

Pater, & mater in dubio prius mortui præſumuntur, quàm filij. Ozaſ. deciſ.108. nu.4. ſed quando hoc procedat, ibi.nu.16.

Filij impuberes præſumuntur mortui ante matrem, quando mater, & ipſi ſimul igne perierũt. Bar.cõſi.179.vide leg.26.ff.de pact.dota.

Superuixiſſe ex pariter morientibus aliquis non præſumitur; cauſa committendæ ſtipulationis. Ozaſ.d.deciſ.108. nu.7.

Superuixiſſe alterum de duobus quando requiritur, tunc non ſufficit, quòd ſimul deceſſerint. Ozaſ.d.deciſ.108.nu.55.

Mortis ordo vbi ignoratur, an qs anterior, vel poſterior mortuus fuerit, ea ſemper accipiẽda eſt præſumptio, quæ poſſeſſori fauet. Purpu.in quodam ſuo conſi.inter deciſiones Pedemon.fol.195.

Præfatio, & verba ſcripturæ demonſtrant mentem contrahentium. Rot.Genu. deciſ. 33. & verba non operãtur effectum, niſi ſecundum finem, ad quem tendunt, nec vltra intentionem agentis. Aegid.Bellam. concluſ. 752.

Ex verbis enunciatiuis quemadmodum voluntatis intentio colligatur, vide Fran. Mant. libr. 3. titu. 12. fol. 41. quid de verbis tabellionum, vide eundem Mant.in tractatu de cõiect.vlt.volun.lib. 3. tit.13.

Mixtum ſub ſimplici non continetur, maximè in exorbitantibus, & correctorijs. Ozaſ.deci. 126.nu.10.

Expreſſum propriè illud intelligitur, quòd per relationem ad aliud, habetur. Ozaſ.deci.129. nume. 13.

Vxor poſsidens cum marito præſumitur iure familiaritatis poſsidere. Ozaſ.deci.140.nu.5.

Paria ſunt quid non eſſe, vel eſſe, & non apparere, vel probari. Ozaſ.deciſ.141.nu.fin.

Clauſula; quicquid perpetuò placuerit faciendum, quomodo intelligi debeat. Ozaſ, deciſ. 164. nu 6.

Cauſatum debet referri ad principium, quod eſt ipſius cauſa. Ozaſ.deciſ.167.nu.27.

De cauſa cauſante effectum, idem iudicandum eſt, quòd de ipſo effectu. Ozaſ.ibi.num.28. & cauſa facti cur aliquid fiat ſemper inſpici debet. Cranet.conſi.304.

Pluralitas in rebus dubijs quando præſumatur, ſi identitas probetur, vide Afflic. deciſ. 24. Cranet.conſi.198.

Scriptura non debet ſe extẽdere ad incognita. Afflic.deciſ.32.nu.5.

Expreſſa etiam dicuntur, quæ ex coniecturis apparent. Afflic. deciſ. 44. nu. 14.

Debitor, qui dimidiam ſummam debiti ſolutã probat per apocham, & alteram per teſtes de confeſsione creditoris illius dimidiæ, nõ liberatur in totum; ſed tantùm pro medietate: quia vnica præſumitur quantitas ſoluta; & non duæ ſolutiones. Afflic. deciſ. 198.

Clauſula, omnia, pro expreſſo habenda, quam habeat vim, vide Afflic. deciſ. 220. nu. 17.

Filio in octauo mẽſe nato, & mortuo poſt duos dies, qui ſuccedat, vide Affli. deciſ. 236. Boer. deciſ. 220. & de partu edito ſtatim mortuo, vide Hiero. Mago. deciſ. 41. Rot. flor.

Partus dicitur legitimus, ſi naſcatur à ſeptimo menſe vſque ad vndecimum menſem excluſiuè; ſed ſi naſcatur perfecto vndecimo mẽſe, vel poſt, non erit legitimus. Myſing. obſer. 40. cent. 6.

Virginitas qualiter probetur, ſi de illa dubitatur, vide Afflic. deciſ. 236.

Confirmatio vnius capituli de pluribus, aliorum ſapit reprobationẽ, & permiſſo aliquo, cętera denegata videtur. Affl. deciſ. 298. nu. 4.

Renunciatio totius iuris, quod renuncians habet, & habere ſperat, licèt trahatur ad iura futura: tamen intelligitur de iure, quod renuncians habere ſperat ex aliqua cauſa ſubſiſtente de pręſenti. Afflic. deciſ. 350 nu. 4. vide Capi. deciſ. 159. num. 19. aliàs renunciatio etiam iurata nõ trahitur ad futuram ſucceſſionem, nec ad incognita. Ozaſ. deciſ. 75. Andr. Gail. obſer. 48. lib. 2. nu. 12.

Diſponens ſi ſibi aliquas faciat reſeruationes, ſe excludit ab omnibus alijs, & nihil vlterius reſeruare ſibi videtur, imò & reſeruationes ſi quæ aliæ de iure communi eſſent, per hanc reſeruationem, videntur ſublarę. Guid. pap. quæſt. 147.

Renunciatio quælibet, debet ſtrictè intelligi: ideò non intelligitur extendi ad cauſas non expreſſas, & ignoratas; ſecùs quando cauſa eſt expreſſa, ſaltem iuris intellectu. Ioſ. Lud. deciſ. Luc. 5. nu. 66.

Ius, quod quis ignorat ſibi competere, in dubio nõ videtur remiſſum. Put. deciſ. 73. lib. 3.

Per actum etiam contrarium iuri ſuo renunciare quiſquam non intelligitur, vbicunque cõiectura alia capi poteſt. Crauet. conſi. 3. pro genero. nu. 8.

Res in dubio non præſumitur tradita, vt dominiũ transferatur: ideò creditor in dubio pręſumitur iure pignoris, & non dominij, poſsidere. Afflic. deciſ. 373.

In dubio iudex eligere debet illam viam, per quam vtrique parti conſulatur. Afflic. deciſ. 373. nu fin. nam eligenda eſt via vtrique partium commodior, & minus oneroſa. Cabal. Milleloq. 210.

Quando cauſa eſt dubia, quia partes æqualiter probauerunt, quõ tunc iudex pronunciare debeat, vide Boer. deciſ. 239. glo. in §. cum ex aliena, inſtitu. de rer. diuiſio.

In dubia cauſa ſolet Senatus eligere mediam viam. Ioſ. Ludo. deciſ. Luc. 18. nu. 23. Excel. P. Teſſa. deciſ. 89. nã quãdo iura partium ſunt obſcura iudex debet rem diuidere, & ruſticorum iudicium ſequi. Cabal. Milleloq. 926. Dec. conſi. 445. facit. §. fin inſtit. quib. ex cau. manu. non lic.

Liquidatio eſt facienda in parua ſumma, quando teſtes deponunt de magna, & parua ſumma; ſed quando deponũt de magna, mediocri, & parua debet fieri in mediocri. Aemil. deciſ. 161. par. 2. & deciſ. 299. par. 3.

Quando in iudicio de aliquo dubitatur, quod conſiſtit in artis peritia, iudex cõmittit hoc decidendum peritis in arte. Bar. in l. comparationes. C. de fide. inſtrument.

In dubijs via tutior eligenda eſt. c. 12. ex. de homi. volun. & Caſual. & Melior pars. c. 2. ext. de reg. iur.

Res dubia non poteſt certa ſententia deffiniri. c. graue. 9. q. 3.

Incertitudo rei impedit condemnationem. l. 5. §. ſi plures ff. de rei vendica.

Siue in diuiſione, ſiue in datione inſolutũ, quis poteſt eligere partem, ſeu prædium ſuo proprio prædio cohærens. Capic. deciſ. 42.

Aedificium, ſeu ſuperficies cedit ſolo, & traditione ſoli venit ſuperficies, etiam non mentionata; ſed de limitationibus, vide Capic. deciſ. 117.

Vſus alicuius rei relictus, intelligitur merus tãtùm; ſed res relicta ad vſum, ſeu pro vſu, intelligitur cum proprietate. Capic. deciſ. 188.

Vſus appellatione, quando veniat plena proprietas, vide ibi. nu. 5.

Edictum; Ne blada extrahantur è Prouincia, puta Delphinali, an extendatur ad Lugduneſes, & Sabaudiẽſes habẽtes terras in ea patria Delphinali, & an hoc edictum comprehendat farinam, vide Guid. Pap. q 373.

Diſpoſitio limitata in maſculis, dicitur prohibitiua in fęminis. Guid q. 485. nu. 4.

Donatio facta in cõtractu matrimonij primonato maſculo, & naſcatur primò filia: item filius, ipſe filius ſecundo loco natus excludit filiam primogenitam. Guid. Pap. q. 506.

Clauſula; Ex nunc prout ex tunc, quomodo accipiatur, vide Guid. Pap. q. 588.

Pęna, vel emolumentum alicuius delicti, vel rei, debet eſſe illius cõductoris, qui erat tempore commiſsi delicti, & non illius, qui erat tempo-

tempore ſententiæ. Boer. deciſ. 5. num. 17. & ſeq. vide nu. 23. Rol. conſi. 77. vol. 4. Caſſan. in cõſuetud. Burg. tit. *des confiſcations*, Rub. 2. §. 2. glo. fin. nu. 3.

Familia an intelligatur exempta, exempto domino, & quando quis tenetur domino, & eius familiæ molere, qui veniant tunc appellatione familiæ, vide Boer. deciſ. 213.

Quando quis tenetur aliquid facere aliquibus vnius domus, quomodo tunc intelligatur domus, vide Boer. ibi. nu. 14.

Sermones intelligendi ſunt ſecundum cõmunẽ vſum loquẽdi in loco, vbi proferunt̃. Aegid. Bellam. concluſ. 2. & communis vſus loquendi præfertur omni regulæ: fallit quando diſpoſitio iuris eſt in contrarium. Cabal. Milleloq. 573. communis vſus loquẽdi etiam præualet omni ſignificationi. Bart. cõſi. 52. vol. 1. & conſi. 57.

Diſpoſitio Principis, quæ poteſt interpretari in derogatione iuris communis, & etiam ad conſeruationem, potius interpretatur ſecundũ ius cõmune. Guliel. Caſſad. deciſ. 36. nu. 7.

In dubio, an Pater cenſeatur dotaſſe filiam de bonis proprijs, maternis, vel ipſius filiæ, vide Ioſ. Ludo. deciſ. Peruſ. 21.

Clauſula; Bonorum mobilium ſecundũ ſpecierum enumerationem, reſtringi debet. Marc. quæſt. 510.

Incontinenti quid factum, quãdo intelligatur, vide Rot. Genu. deciſ. 1. 31. & 32. & quod fit intra triduum, dicitur fieri incontinenti. Caſtren. ſing. 25.

An pluralitas factorum præſumatur, vide Rot. Genu. deciſ. 7. nu. 8. & fin.

Ex ſimplici tractatu nõ probatur pfectio actus: quia multa tractantur, quę non perficiuntur. Rot. Genu. deciſ. 31. nu. 6.

Principalis actus attenditur; & non qui venit in conſequentiam. Rot. Genu. deciſ. 33. nu. 7.

Conſtitutio loquens de perſona non extenditur ad capitulum, & ſic ad corpus. Idem Put. deciſ. 88. ibi.

Conſenſus non reiterabilis, ſi ſit promiſſus, intelligitur de primo actu valido; non autem inualido. Put. deciſ. 258. lib. 3. nu. 3.

Decretum appoſitum in gratia, quòd prouiſus teneatur intra ſex menſes impetrare nouas prouiſiones, intelligitur à die adeptæ poſſeſſionis. Idem deciſ. 248. ibi.

Conceſſio facta vſque ad tertiam generationẽ, non extenditur vltra nepotem: quia primus impetrans conceſſionem, in prima generatione comprehenditur. Idem deciſ. 18. par. 2.

In ambigua voce legis, ea potius accipiẽda eſt ſignificatio, quę vitio caret cùm etiam voluntas legis ex ea, colligi poſſit. l. 18. ff. de legib.

Quis non præſumitur voluiſſe facere actum fruſtratorium. Aemil. deciſ. 131. par. 3.

Actus quando quis facit ſponte, quem cogeretur facere coactè, intelligit̃ ille actus factus, quia cogi poterat; non autem ſpontè. Vincent. de Fran. deciſ. 200. nu. 20. actus enim in dubio præſumitur factus ob cauſam neceſſariam, potiuſquam voluntariam. Crauet. conſ. 106. 149. nu. 12. & conſi. 272. nu. 4. & trahi debet ad caſum magis neceſſarium. Idem Crauet. conſi. 304.

Sumptu illius aliquid in dubio præſumitur factum, ad quem̃ ſpectat: quod procedit quãdo de hoc adſunt veriſimiles coniecturæ. Gaſp. Cabal. Milleloq. 75. par. 1.

Deſcendentes ex fęmina, excluduntur ab illo iure, à quo fęmina excluditur. Idem Cabal. Milleloq. 102.

In dubio non præſumitur quis factus locupletior, niſi probetur. ibi Milleloq. 355.

Ex vicinitate, vnus actus præſumitur contemplatione alterius factus. Cabal. Milleloq. 488.

Communis vſus loquendi præfertur omni regulæ: fallit quando diſpoſitio ius eſt in contrarium. Cabal. Milleloq. 573.

Verba dubia in ſtatuto, quomodo intelligẽda, vide ibi. Milleloq. 574.

Facta ſponſione, ſi aliquid fuerit factum, vel nõ factũ ab hodie vſque ad totum menſem, puta Ianuarij, an dictio hodie, ſtet incluſiuè, vel excluſiuè ipſius diei ſponſionis, vide Mago. deciſ. 8. Rot. Flore.

An preciũ rei hæreditariæ reputari debeat hęreditagiũ, vel haberi pro re mobili, vide Io. Gal quæſt. 1.

Cęptum non habetur pro impleto, & non dicitur veniſſe, qui non ſtetit, nec factum, quòd non durat factum, traduntur plura exempla per Pet. Roy. deciſ. 3. Litua. in deciſio. diuerſo. tom. 2. nu. 62. fol. 388.

Donatio iurium, quę quis habet in villa, non cõtinet molendinũ; ſicut donatio iuriſdictionis, nõ cõtinet palatium. Rot. Auenio. deciſ. 110. in deciſio. diuerſo. tom. 3.

Pragmatica, quæ dat exequutionem ſententijs infra ſummã ducatorum 150. Procedit etiã, quando fit condemnatio ad reſtitutionem rei, quæ eſt valoris infra ſummam prędictam. Vincent. de Fran. deciſ. 308. par. 2.

Tempus datæ litterarum, attenditur in gratijs, ſed in reſcriptis iuriſdictionalibus, attenditur tempus præſentationis. Vincent. de Fran. deciſ. 326. par. 2.

Quando illud, quod diſponitur facit relationẽ, & ordinat̃ ad aliud tãquàm ad ſui formã, informat̃ ab illo, & ſecundũ illud operatur, & non aliter. Barto. conſi. 12. volum. 2.

Quando intra aliquod tempus quis tenetur agere, & petere creditum, tépus incipit currere à die natæ actionis cùm effectu; & non à die rogati inſtrumenti. Vinc. de Franc. deciſ. 341. par. 2.

Mentio liberorum facta in conſuetudine loquẽte de matrimonio, intelligitur de liberis natis ex quocunque Thoro. Ioan. Pap. lib. 17. titul. 2. Arreſt. 2.

Vocatis filio, & eius liberis maſculis, eueniente caſu, filia ex filio, præferri debet filio ex filia eiuſdem filij. Idem Papon. libr. 20. tit. 3. Arreſt. 27.

Analogium poſitũ in materia odioſa, intelligitur per prius, idest ſtrictè, & non per poſterius, idest largè, vide Raud. tract. de Anal. lib. 1. cap. 10. limita regulam, vt ibi. cap. 12.

Analogiũ intelligitur etiam per poſterius, vbi materia eſt fauorabilis, vide ibi. cap. 13.

Verba declarantur ex adiunctis. Idem Raud. ibi. cap. 11. nu. 5.

In materia reiterationis ſemel factum non eſt amplius reiterãdũ, & factum per prius, nõ eſt faciendum per poſterius; tamen vide de materia hac reiterationis per eundem Raudenibid. d. cap. 11.

Excluſa vna perſona, cenſentur etiã excluſi omnes ab ea deſcendentes. Raud. tract. de analog. cap. 37. nu. 122.

Argumentum ab abſurdo procedit etiã in materia ſtricta ibi. nu. 124.

Bona quo ad ſucceſsionem regulari, & iudicari debent ſecundum ſtatuta, & conſuetudines loci originis; & non vbi ſunt, vel quis moratur. Boer. conſi. 9. num. fin. ſed mobilia cuius loci cenſeantur, vide Cabal. Milleloq. 570.

Credita hæreditaria cenſentur eſſe in patrimonio illius loci, vbi eſt facienda ſolutio, ſcribunt Doc. in l. ſi is, qui pro empt. ff. de vſuca.

Proceſſus non dicitur ſopitus per ſententiam; ſed per exequutionem. Boer. conſ. 44.

Tempus reluendi bona capta in exequutione iudicati, incipit currere à tempore ipſius exequutionis, & non à tempore confirmatæ ſententiæ, à qua fuerat appellatũ. Crau. cõſi. 66.

Sententia quomodo ſit interpretanda, vide ſupra tit. de ſenten. lib. 1.

Præſumitur quid factum ob cauſam, ob quam fieri poterat; non ob cauſam impoſsibilem. Crau. conſil. 83. in fin.

Incertitudo non vitiat, quando ex aliqua veriſimilitudine poteſt certificari, & certũ quid dicitur, quod vniformiter ſemper fit. Craue. conſil. 121.

Soluens, in dubio de cuius pecunia præſumatꝰ ſoluiſſe, vide Crau. conſil. 129.

Donatio præſumitur ratione cõiunctionis ſanguinis, & dotis quando frater ſcit filium fratris dotari de bonis communibus, & tacet. Crau. conſi. 139. dotans mulierem, an videatur dotare de ſuo, vel ď bonis mulieris, vide Bar. in l. 39. §. pater. de legatis 3. & infra titu. de iure dotium.

Vtrum apotheca veniat ſub appellatione domus, vide Crau. conſ. 234.

In dubio non præſumitur quis facere velle, qđ eſt prohibitum, & impoſsibile de iure. Crau. conſil. 245. nu. 12.

Quando iuratur ſuper aliquo facto, tollitur omnis actio, quæ ex illo facto poterat oriri. Crauet. conſil. 290.

Vbi effectus repugnat verbis, magis attenditur effectus, quàm ſonus verborum, & tunc denominatio fit ab effectu, potiuſquàm à verbis. Crau. conſi. 301. nu. 3. Dec. conſ. 160.

Verba debent intelligi, vt aliquid operentur, Imò debent impropriari, & intelligi contrà eorum naturã, potiuſquàm nihil operentur. Crau. conſil. 105. nu. 7. vide Marc. de Mant. ſing. 47. vbi limitatur regu. verba enim non debent ſuperflua remanere. Rot. Gen. deciſ. 36. & nullum verbum debet eſſe ſuperfluum. ſi alius intellectus ſanus dari poſsit. Crauet. conſi. 294. nu. 3.

Actus agentium non debent operari vltra communem intentionem primæuam, vel ſecundariam. Crau. conſi. 304. nu. fin.

Præſumitur quid factum ob cauſam præcedentem, vel prout vtilius eſt facienti. Crau. cõſ. 106. num. 9. & 10. & in vim præcedentis obligationis, & potius pro euitandis intereſſe, & pœna. Rot. Gen. deciſ. 25. nu. 5.

Si frater erat debitor ſororum pro ſupplemento legitimę, & illis dederit aliquid in diſpoſitione inter viuos, cenſetur donare animo compenſandi cum ipſo ſupplemento legitimæ. Crau. conſ. 131. nu. 14.

Quando aliquis donat alteri ſuo creditori, an cenſeatur donare animo compenſandi, vide Crauet. conſi. 149.

Actus qui ſequitur præſumitur fieri ex titulo, & cauſa præcedenti: & iſtud eſt, quod dicimus talia eſſe ſubiecta, qualia prædicata demonſtrant. Crau. conſi. 284. nu. 6.

Cum quid poteſt videri factum duplici de cauſa, pręſumitur potius factum, eã ob cauſam, qua tollitur impedimentum, quod obſtare videbatur actui gerendo, atque ita ob cauſam neceſſariam. Menoch. conſil. 307. lib. 4. nume. 23.

Quod geri poteſt duplici iure, videtur geri eo iure, quo melius res valet, & gerenti licet. Bart. quæſt. 5.

Si aliquid fit in vno loco, & effectus cõferatur in alium

in alium locum; ibi factum videtur, vbi effectus confertur. Bar.q.15.nu.13.

Perfectio conſideratur ſecundum tempus initij, quando vno tempore eſt initium, & alio tempore eſt perfectum.Bar.q.20.

Ex diuerſitate ſummarum, diuerſum debitum præſumi incertum non eſt.Crau.pro genero. conſi. 1. nu. 177.

Ordo ſcripturæ inducit regulam, & ordinē intellectus,& ſeruari debet regulariter;ſed hęc regula patitur multas exceptiones, vide Maran.in ſuo Spec.de ordi.iudi.par.3.num.108. fol. 36. & diſpoſitio illa eſt prius attendēda, quæ eſt prior, habita conſideratione ſcripturæ.Ozaſ.deciſ.141.nu.8.

Ordo mentis magis attenditur, quàm ordo ſcripturæ.Bar.conſ.224.vol.1.

Ordo ſcripturæ,vel locutionis,quādo inſpiciatur,vt ex eo aliquid præſumatur,vide Bar.in l.2.§.prius.nu.7.ff.de vulgari.

An verba in dubio accipiantur pro iure ſeruitutis, vel pro dominio, aut proprietate rei, vide Dec.conſi.41.

Copula poſita inter patrem, & filium propter ordinem charitatis, intelligitur ordine ſucceſsiuo.Dec.conſi.95.

Factum,promiſſumuè ad beneplacitum,quando finiatur,vide Dec.conſi.108.

An priuilegiū extendatur ad deſcendentes ex fœminis,vide Dec.conſi.223.

Diſpoſitio facta de liberis, & parentibus, non hēt locum in fratribus; & ſic in tranſuerſalibus,etiam in materia fauorabili. Dec.conſi. 276,num.9.

Diſpoſitione facta ab aliquo,qui habet poteſtatem diſponendi,attendi debet illud, quod certum,& diſpoſitum eſt; licèt non reperiatur illud, ad quod relatio facta ſit. Dec. conſi. 326.

Capitulis conceſſis à Communitate non videtur derogatum per contrariam conceſsionem,maximè non facta mentione capitulorum.Dec.conſi.580.

Maſculinum non concipit fęmininum, quādo eſt diuerſa ratio. Ideò ſi ſinguli de aliquo oppido teneantur ſingulo anno cum meliori pari bonum facere roidas,nō tenentur hi, qui ſolùm habent vacas.Natt.conſi.291.

Tempus vbicunq; adijcitur ętati per genitiuū, tunc perfectio temporis requiritur, nec ſufficit principium temporis adueniſſe: Idem ſi tempus apponatur per accuſatiuum.Natt. conſi. 461.

Clauſulæ acceſſoriæ, & exquutiuæ,non habent mutare,nec alterare,vel ampliare principalem diſpoſitionem.Natt.conſi.382.

Bona donata contemplatione, & propter benemerita donatarij,tranſeunt nedum in filios primi,ſed etiam ſecundi matrimonij,licèt in donatione fuerit appoſita hæc clauſula, pro te, & filijs tuis ex Catherina prima vxore ſuſcipiendis.Menoch.conſi.40.volu.1.

Ille,qui tenetur de facto ſuo,tenetur etiam de his,quos poteſt prohibere.Menoch.cōſ.322. lib.4.num.25.

Locus,in quo vulneratur quis an vbi mortuus ex vulnere, debeat attēdi ob ſoluendā pęnā fiſco.vide Barth.de Cap.ſing.26.

Statutum; quòd non debeat extrahi frumentū de aliqua ciuitate, non cōprehendit illud, quod ibi ex alio loco fuerat deportatum. Idem,ſing.98.

Statuti verba,debent intelligi ſecundum communem conſuetudinem loquendi in patria, vbi eſt ſtatutum,niſi in volumine ſtatutorum dicatur,quòd verba ſtatutorum debeant intelligi nullo extrinſeco addito, vel diminuto.Ludo.Roma.ſing.422.

Statuto diſponente; Quòd tertia pars bonorū occidentis applicetur hęredibus occiſi,an ſi Monachus occidatur, monaſterium debeat illam tertiam partem habere, vel filij legitimi, & naturales dicti Monachi, quos ante ingreſſum habuerat,vide Rom. ſing.456.vbi tenet pro filijs.

Si mulier extra locū ſui originis nupta ſit,& ibi decedat,& tractetur de illius ſucceſsione, & de dote reſtituenda,quæ ſolùm in bonis mobilibus eſſet,& maximè in nominibus debitorum,& ſint diuerſa ſtatuta,tunc attendendum eſt ſtatutum loci originis ipſius mulieris,non autem domicilij viri, vbi fuit nupta. Auguſt.Bero.q.109.

Si quis decedat in loco cuius iuriſdictioni nō ſit ſubditus,& in quo bona habet, in ſucceſſione illorum bonorum,ſeruatur ius commune;& non ſtatutum illius loci, quādo in perſonam loquitur,& non in rem.Bero.q.117.

Statutum vnius loci non poteſt operari quoad bona extra territorium poſita, neq; iuriſdictioni ſtatuentium non ſubiecta ligare. Idē Bero.d.q.117.

Gradus indeterminatè prolatus à ſtatuto,vtrū referatur ad ius canonicum, vel ciuile, vide Bar.conſi.13.2.volum.

Foſſata cenſentur eſſe partes caſtri, ſeu fundi. Guid.ſing.448.

Obſcuritas,ſeu ambiguitas, in quibus reperiatur,vide pro intelligentia terminorū. Guid. Pap.ſing.514.

Primogenitus regis,qui debet ſuccedere in regno, dicitur ille, qui poſt regiam maieſtatem adeptam ortus eſt, & non ante. Fran. Cremen.ſing.51.

Pater ſi promiſit dotem filiæ, deinde moriatur, filio, & filia hæredibus inſtitutis; onus dandi dotem totum expectat ad filiam. Pet. Gera.ſing.43.

Verbum vnum quando refertur ad plura, debet intelligi prout illa vniformiter poteſt determinare.Bar.in l.6.C.de teſtamen.milit. nam vna determinatio reſpiciens plura determinabilia, debet æqualiter determinare. Ozaſ deciſ.81.nu.9. Bar. in l. iam hoc iure.§. ſed ſi alter.ff.de vulgari.

Pars adiecta parti,facit partẽ partis.Bar. in l.2. C.quando,& quibus quarta pars.lib.10.

Securitas ſi eſt data veniendi,ꝙ intelligatur ẽt data pro redeundo,ſcribit Bart. in l.1. C. de nauicularijs.lib.10.

Natus primò qs præſumatur, an maſculus, vel fęmina,in natis,vno partu, ſi ignoraſ qs fuerit vltimus,vide Bar.in l.arthuſa.ff.d ſtat. ho.

Ratione dubitationis aliquid admittitur,quòd aliàs non admitteretur;ſed repelleretur.cap. 12. extra de ſepulturis.l. 10. ff. ſi quis cautionibus.

Gerens in dubio videtur expendere de bonis illius,cuius negocia gerit; & pater, vel frater dotans filiam,vel ſororem,quando in dubio videatur dotare de ſuo, quid de patre expendente in ſtudio? vide Bart. in l. 36. ff. de nego.geſtis.num.5.

Teſtis examinatus ſuper intentione ambigua, ſi illam probet ambiguè, non releuat; ſed traditur remedium, vt probet,per Bart. in l. 66.ff.de indi.

Quando aliquis aliquem actum poteſt gerere nomine ꝓprio,& alieno,in dubio, ꝓſumitur potius gerere nomine proprio,quàm alieno. Bar.in l.51.ff.pro ſocio.

Promiſsio de non offendendo, intelligitur niſi cauſam dederit.Bar.in l.56.§. index.ff. locat. & conduc.

Triplex eſt ambiguitas alia iuris,alia facti,alia perſonæ,vbi eſt ambiguitas iuris ibi.de ſimilibus ad ſimilia proceditur, vbi eſt ambiguitas facti, nunquam eſt ferenda ſententia in alterius præiudicium, vbi eſt ambiguitas perſonæ; ſed factum eſt certum, benè fertur certa ſententia. glo. in cap. fin. diſtinct.33.

Sermo intelligitur ſecundũ conditionẽ perſonæ, ad quam dirigitur. l. ex militari, quæ eſt 11.ff.de teſta.milit.& ibid.Bar.

Verba quando ſunt ſcripta in perſonam, non extenduntur ad fieri facientem; ſecùs ſi ſunt ſcripta in rem. Bart. in l.70. ff.de acqui. hæred.

Cauſæ duæ ſi concurrunt,quarũ vna proſit, altera verò noceat, quæ attendenda ſit, vide Bartolum in l. 3.§.eleganter.ff.ad Syllanian.

Prouidere ei, cuius plus intereſt in dubio quis præſumitur. Bart. in l. 11. §. plerunque de legat. 3.

Ordo verborum in voluntate dubia inſpicitur; ſecùs in voluntate certa. Bart.in l. 14. ff. de pecul. legat.

Filius ſtans cum matre præſumitur poſsidere fundũ matris iure familiaritatis, & ſimiliter fratres,& ſorores ſimul habitantes.Bart.in l. 41.ff. de acquir.poſſeſsio.quid in viro,& vxore,vide ibi.in additio.

Ambigua quomodo dicantur,vide Bar.in l. 80. ff. de verbo.obliga.

Factum,in quo requiritur impẽſa, præſumitur factum ab eo,qui tenebatur illud facere.Bar. in l.104.ff.de verbo.obligat.

An inſpiciatur quod prodeſt, vel quod nocet. vide Barto. in l. 3. §. ſi quis palàm. ff. de iure fiſci.

Verba dubitatiuè prolata putã, prout dicitur apparere,&c.non inducũt confeſsionẽ,& dubius,inſcius,neſcius,ſiue ignorans æquiparãtur.Bar.conſ.90.vol.1.

Clauſula, morari, communiter appoſita,in teſtamento,vel contractu,quid importet,vide Bar.conſi.168.vol.1.

Clauſula ex certa ſcientia, appoſita in confirmatione,confirmat, quod eſt inualidũ,& remouet omne obſtaculũ.Bar.conſ.169.vol.1.

Duæ cauſæ,quando apponuntur, vt reſpiciant vnum finalem effectum, requiritur vtriuſque cauſæ concurſus,& ſi deficit vna, tota diſpoſitio deficere videtur. Bart. conſi. 20.volum. 2. num. pen.

Si duæ cauſæ concurrunt ad perfectionẽ actus, attenditur potentior.Bart.q 15.nu.3.

Suorum appellatione, quando veniant omnia bona,iura,etiam & actiones, & quòd appellatione mobilium, & immobilium non veniant iura, & actiones ſcribit Barto. conſil. 74.volum.2.

Habens officium,ſi gerit aliquid ſuper re ad officiũ ſpectante, videtur illud contẽplatione officij gerere.Bar.q.5.nu.3.

Quando aliquid dicatur incipere, & quando deſinere, vide Barto. tracta. de alueo. folio 144.

Aequitas in dubijs ſemper eſt obſeruãda. Abb. conſi. 13.

Data iurium dubitatione, fauendum eſt cauſæ dotali. Abb.conſi.73 num.5.lib.2.

Conſideratio de futuris nõ habet,& de ipſis qs non dicitur cogitaſſe.Fel.conſi.42.nu.6.

In dubijs,an liceat aliquid ſorte dirimere,vide glo.in cap.1. 26.q.2. & per totam. q. & infra tit.famil.erciſc.

Ratione

Ratione dubitationis tenet iudicium eũ minùs legitimo tutore inter auuum, & nepotem in eius poteſtate conſtitutum. l. 6. C. de petit. hæred.

Quod pater expendit in honorem filij in dubio, videtur expendere de facultatibus pertinentibus ad filium. l. fina. ff. de Pet. hæredi.

Propter numerum naſcendorum ex ventre, admittitur petitio partis incertæ. l. 1. §. interdũ. ff. eod.

In vtero præſumũtur eſſe tres liberi. l. 3. ff. ſi pars. hæred. pet.

Admittitur incertæ partis vendicatio, ſi ex parte actoris eſt iuſta cauſa ignorantiæ. l. 75. ff. de rei vendica.

Verborum ambiguitas, vel ordinis peruerſio ſi à tabellionis errore procedat, nõ vitiat actũ. l. 33. C. de teſtamen.

Vbi quis dicatur habere domiciliũ, vide l. fin. & ibi glo. C. de præſcript. long. tempo.

Quantam partem quis habet in terra, tantam habet in arboribus, & lapidibus. l. penul. ff. pro ſocio.

Dubietas, vel ambiguitas in multis parit nullitatem. l. 20. & ibi. glo. fina. ff. de in diem additio.

Exceptio violentiæ intelligitur de ea, quæ infertur ab extraneo, non de ea, quæ à ſe, vel à ſuis infertur. l. 33. §. fina. ff. locat. & conduct.

Illud fieri dicitur nominatim, quod ita exprimitur, vt de eo nequeat dubitari. l. 1. ff. de liber. & poſthumis.

Indefinita, quæ non poteſt niſi ad vnum referri, orationi ſingulari æquiparatur. l. 2. ff. eod.

In dubio cancellatio reſtringitur ad rationem ipſi cancellationi adiecta. l. 2. ff. de his, quæ in teſtamen. delent.

Ibi dicuntur eſſe res, vbi perpetuò debent eſſe; non vbi ad tempus. l. 35. ff. de hæred. inſtitu.

Agitur ex ſcriptura declarata, non ex ſcriptura declarante. l. 77. ff. de hæred. inſtitu.

Nominati per nomina propria tenentur in viriles, per appellatiua in hæreditarias portiones. l. 57. §. fin. ff. de leg. 1. & nominati per nomina propria, vocantur in viriles. l. 70. §. fina. eod.

Qui vult ad tempus rem ad alium pertinere, poſt illud tempus, videtur velle eam ad ſuum hæredem redire. l. 35. §. Titia. ff. eod.

Ea videntur ad vſum alicuius parata, q̃ ad eius tantùm; non quæ ad communem vſum cum alio ſunt parata. l. 36. eod. tit.

Maſculinum concipit fœmininum, non èconträ. l. 46. de leg. 2.

Quando duo recipiũt vnã determinationem, intelligũtur eam vniformiter recipere. l. 8. §. cum ita. de leg. 3.

Ad poſitionẽ vnius contrariorũ, ſequitur deſtructio alterius; ſed ad deſtructionẽ vnius, non ſequitur alterius conſtructio. l. 15. ff. de exceptio. rei iudicat.

Alimentorum fauore pubertas in maſculis intelligitur vſq; ad 18. ann. in fœminis ad 14. l. 14. ff. de aliment. & cibar. legat.

Verbum futuri temporis, reſtringitur ad tẽpus mortis, vt vltra non extendatur, & oratio reſpectiua, deficit deficiente perſona, vel qualitate eius, cuius reſpectu profertur. l. 2. ff. de auro, & argen. lega.

Ex his, quæ quis ante dixit probatur animus eius, & quo animo, quis fecerit aliquid. glo. in l. 4. in prin. ff. de dol. mal. except.

Verbum præſentis temporis non porrigitur ad futurum. l. 76. §. cum ſtipulamur. ff. de verbo. obligat.

Alternatiua facit incertitudinem, quæ quandoque non nocet. glo. in. l. 7 ff. de iniurijs.

Non delinquit qui in dubijs quæſtionibus contrà fiſcum facilè reſpondit. l. 10. ff. de iure fiſci.

Qui ambiguè loquitur id loquit, quod ex his, quę ſignificantur ſenſit, duo ergo ad hoc neceſſaria ſunt, nempe, quòd hoc ſenſerit, & quòd ex ſenſu verborum ille ſenſus colligatur. l. 125. & ibi glo. ff. de verbo. & rer. ſignificatio.

In ambiguis pro dotibus reſpõdere melius eſt. reg. 86.

In ambiguis orationibus maximè eſt ſpectãda mens eius, qui eas protulit. l. 97. eod.

In obſcuris inſpici ſolet, quod veriſimilius eſt, aut plerunq; fieri ſolet. reg. in obſcuris. 115.

De rebus dubijs, vide ſuprà lib. 1. titul. de præſumptio.

De declarationibus.

DEclaratio non admittitur ex interuallo in præiudicium alterius. Crauet. conſil. 107. num. penul.

Declaratio priuilegiorum Principis ad ipſum Principem, & nõ ad aliũ ſpectat. D Senat. Sol. in ſuis commen. in antiq. conſt. Sabau. gl. ſuper decreto Carolus, tit. de clauſ. mandat. prin. ſig. num. 3. Quia declarare eius eſt, cuius eſt diſponere. ibi. num. 9.

Declaratio triplex correctoria, modificatiua, & verbi ambigui declaratura. ibid. num. 10.

Decla-

Declaratio non admittitur, niſi vſq; ad ſententiam. Paul. Aemil. Vera. deciſ. 125. par. 3.
Qui declarat nõ dicitur de nouo ponere. Guid. Pap. ſing. 772.

De rebus dubijs circa contractus.

Capitula plura, vbi ſunt in eadẽ oratione poſita, quando dicãtur cõneza, & correſpectiua, vt de vno ad aliud inferri poſsit, vide Put. deciſ. 214. lib. 3.
Inſtrumẽto per reum producto, ſtat, duobus inſtrumentis paribus in die, & data, productis. & Paul. Aemil. Vera. deciſ. 106 par. 2.
Si in eadem ſcriptura legitur diuerſa quãtitas, vtraq; debetur. Idem dec. 306. par. 2.
Clauſulæ exequutiuæ nõ diſponũt, nec ampliãt diſpoſitionem. Gaſp. Cabal. Milleloq. 105.
Quando vir, & vxor ſimul vendunt, præſumitur totum precium ad virum perueniſſe, niſi cõtrariũ probetur. Idem Cabal. Milleloq. 326. Ozaſ. deciſ. Pede. 44. & deciſ. 140.
Emens ſuo, & fratris nomine, ſi ſoluat preciũ, videtur ſoluiſſe de propria pecunia, & poteſt repetere à fratre partem precij. Dec. conſi. 348. vol. 2.
Si maritus, & vxor, pater, & filius, vel mater, & filius, vendant rem, ad quos præſumaĩ peruenifſe precium rei venditæ, vide Boet. dec. 23.
Precium fundi dotalis venditi per maritum, & vxorẽ, & per quemlibet ipſorum inſolidum, præſumitur pro dimidia ad vxorem perueniſſe. Bar. conſi. 124. vol. 1.
Viro, & vxore ſimul ementibus, cuiq; pro virili acquiritur, præſertim ambobus in poſſeſsionem miſsis, licèt hæres viri habeat actionem ad precium. Ozaſ. deciſ. 140. Nã vxor emẽs fundum, præſumitur emere de pecunia mariti. Ozaſ. ibid. nu. 4.
Vxor, & maritus ſi ſimul ſtipulantur, vnuſquiſq; ſibi acquirit pro dimidia. ibid. nu. 6.
Prõmittẽs aliquem non moleſtare, intelligitur reſpectu iuris competentis de præſenti; non autem de futuro, etiam quòd renunciet iuri, quod habet, & habere ſperat. Hiero. Mago. deciſ. Luc. 7. nu. 42. vide ſupra tit. prox. pced.
Liberatio, & quittatio generalis, non extendit ad res dolo occultatas, & facta propter rationes redditas, non porrigitur vltra cõtenta, & deducta, in ipſis rationibus. Gõme. Leo. deciſ. 78. in deciſio. diuerſo. Tom. 2. vide Bar. conſi. 162. lib. 1.
De quittatione generali, vide Afflict. deciſ. 319. & ſupra. lib. 1. tit. de ſolu. & libe. & ſ. tit. prox.
Tempus futurum, quando cogitari potuit ſaltẽ implicitè, tunc cauſa noua ſuperueniens non operatur, vt ſit recedendum à priori contractu. Ozaſ. deciſ. 91. num. 15. tamen cauſa noua iuſta dicitur, vt à contractu recedatur, ſi de nouo ſuperuenerit, & ab initio ipſo non fuerit, cogitata, præuideriq; non potuerit. Ozaſ. ibid. num. 16.
Clauſulæ renunciationum, quę deſcribuntur in inſtrumentis de ſtylo potius, & cõſuetudine notariorũ, quàm ex partium pręcogitatione, non ſemper operãtur. Ozaſ. dec. 112. n. 15.
Renũciatio facta à ſorore pacto adiecto, quòd mortuo Titio, & Sẽpronio ſine liberis liceat ſibi redire, ad bona ſua, an noceat mortuo vno iſtorum ſine liberis, vide Perilluſt. D. P. Teſſau. deciſi. 189.
Verba generalia poſita in contractu poſt verba ſpecialia, quando non reſtringantur ad ſpecificata, vide Afflict. deciſi. 285. nu. 4. & 7.
Pactum generale aliquando etiam ad incognita porrigitur. Afflict. deciſi. 285. num. 12. aliàs regulariter quittatio generalis non porrigitur ad incognita. Barto. conſil. 58. num. fina. volum. 1.
Renunciatio bonorum paternorum, & maternorum ex teſtamento, vel ab inteſtato facta per filiam dote contentam, illam non excludit à donatione inter viuos, poſteà per patrẽ, vel matrem facta. Afflic. deciſ. 350. Quia beneficio renunciationis non excluditur quominus per aliam prouiſionem obtineat. Afflic. deciſ. 350.
Ius vnum remittẽs, cùm plura habeat, aliud remittere non dicitur. ibi. Afflict.
Filia renuncians paternæ hæreditati cum iuramẽto, intelligitur ab inteſtato tãtum. Afflict. d. deciſ. 350. nu. 8.
Renunciatio ſuccedenti ex teſtamento cum ceſsione bonorum facta hæredibus patris, an inefficax ſit, vide Afflic. ibid.
Renunciatio promiſſa, debet intelligi cùm ſit ſtricti iuris, vt non extendatur vltrà expreſſa, ſed renunciatio debet fieri in partẽ, quæ renunciãti minùs præiudicet, & vt minùs contineat. Gram. deciſ. 101. nu. 12.
Actio realis in generali liberatione non venit, & abſolutio quantũuis generalis tutori, vel curatori facta, non extenditur ad bona, quæ apud abſolutum de bonis abſoluẽtis, eſſent. Fran. Marc. q. 456.
Ius depoſiti remiſſum non intelligitur per generalem quittationem factã in tranſactione, vide Marc. q. 608. par. 2.
Renuncians liti, & cauſæ cenſetur ẽt renunciare iuri, quod habet in cauſa tàm prophana, quàm ſpiritnali. DD, de Rot. deciſi. 32. de ſenten. & re iudica. in antiq.

Verba quittationis quãtumlibet generalis, debent reſtringi propter æquitatem, & plenius de reſtingendis verbis quittationum generalium, vide per Crauet.conſ.221.

Renunciatio facta per verba vniuerſalia, trahitur ad omnia, etiam valde grauia, & præiudicialia. Craue.conſ.290.quid de tranſactione facta per verba vniuerſalia ſuper oneribus realibus, an extendatur ad onera, quæ imponuntur ex cauſa vrgentis neceſsitatis, puta belli, vel famis, vide Craue.conſ.294.

Si ſoror fecerit quittationem, & generalem refutationem fratribus de omni eo, quod ſibi debetur, iſta refutatio nõ extenditur ad res, quas ſoror poteſt vendicare, & conſequenter ad debita actione reali. Iaſ.de actio.§.ſupereſt.nu.103.

In generali quittatione, verba generalia reſtringuntur, vbi poſſunt ſalua ratione latini ſermonis, alioqui nõ reſtringunt. Natt.cõſ.410.

Liberatio facta per verba amplisſima, comprehendit etiam cauſam dotis. Natt.ibi.

Renuncians, vel remittens id, quod poſſet petere ex quacunque cauſa, quando dicatur remittere ius fideicõmiſsi, vide Menoch. cõſil. 359.lib.4.

Remiſsio iuris proprij in dubio non præſumitur; ſed de illa conſtare debet clarè, & manifeſtè. Menoch.conſ.381,nu.29,eod.lib.

Renunciatio facta ſuper aliqua re, porrigitur ẽt ad præambulum ipſius rei; quare renũcians liti, videtur renunciare cauſæ. Barto.in l.4.C. de pact.

Remiſsio generalis, quando comprehendat ea, quæ ſpecialiter ſunt incognita, vide Bar.in l. 29.nu.2.C.de tranſact.

De remiſsione generali, vide per Abb. conſilio 14.

Petitio, & tranſactio generalis quibus caſibus præiudicet omnibus, & quando non, vide Bar. in l.tres fratres.ff.de pact.

Remittens omne ius, quod habet, vel habere ſperat ex aliqua re, intelligitur ex cauſa de præſenti, quid in fratribus diuidentibus, & ſe inuicem quittantibus, vide Bart. in l.9.ff.de tranſactio. & in l.8. ff. de condictio cauſ.dat.

Frater ſi fecerit quittationẽ de omni eo, quod petere poſsit in hæreditate paterna, non impeditur petere feuda, nec partem bonorum emphyteuticorum. Bartol. in l.20.ff.de peti. heredit.

Clauſula; remittit omne ius, quod habet, vel habere ſperat, comprehendit omne ius de præſenti, vel in futurũ ex cauſa de præſenti. Bart. in l.7.ff.de liber.lega.

De quittatione, & remiſsione generali; an referatur ad omnia, vel tantùm ad ſpecificata, vide Bartol.in l.21.§. cuius. ff. eodem.

Renunciaſſe iuri, quod ſibi ignorat competere quis non videtur, & renunciatio facta ex vna cauſa, non extenditur ad ius, quod competit ex alia cauſa, etiam ſi ſit facta verbis generalibus. Bar.conſi.90.

Renunciatio facta iuri ſuccedendi ex teſtamento, non trahitur ad ius ſuccedendi ab inteſtato. Bar.ibi.

Tranſactio facta ſpecialiter ſub certis rebus, & iuribus, ad alia non expreſſa (etiam ſimilia) non extenditur. Abb.conſi.6.lib.2.

Pactum appoſitũ in quittatione de vlterius nõ petendo, debet referri ad ſummam ſolutam; & non aliam. Abb.conſi.97.lib.2.

Verba contrahentium nõ trahuntur regulariter ad incognita, & intelliguntur ex cauſa de præſenti, etiam ſi partes vtantur verbis futuri temporis. Fel.conſi.42.

Renuncians omni iuri, qđ habet, ſeu habere ſperat in tali re, non dicitur renunciaſſe iuri, qđ de nouo ſuperueniret ex cauſa non exiſtente tempore contractus. Fel.ibi.

Sicut acceptilatio generalis non porrigitur ad aliam rem, quàm ad expreſſam, & cõnexam; ita arbitramentum. Fel.conſi.51.

Pater promittens dotem filiæ ex bonis paternis, & maternis de ſuis tantùm ſoluere tenetur: fallit ſi expreſsè in promittenda dote, bona diſtraxiſſet. Myſing. obſeruat. 85. cent. 6.

Filia non poteſt petere ambas dotes, ſi pater eam ſecundò nubentem dotet, non facta mẽtione de prima dote. Guid. Pap. quæſt. 375. Boet.deciſ.136.

Patre, & matre ſimul pro filia, dotem promittentibus, mater cenſetur ſolummodo promiſiſſe vti fideiuſſor, & animo repetendi à marito, niſi maritus non eſſet ſoluendo, tempore dotis conſtitutæ. Craue.conſi.77.

Maritus, & vxor quando confitentur habuiſſe pecunias dotis ipſius mulieris, ipſa dos præſumitur ſolùm perueniſſe ad maritum: ideò ipſe ſolus in reſtitutione tenetur. Crauet. conſil.91.idem in patre, & filio, videlicet, qđ præſumatur perueniſſe ad patrem ſi ipſe ſolus adminiſtrat. Crauet.d.conſi.91.

Patre dotans filiam, quando videatur dare de proprio, vel de bonis filiarum, & quid in auo, & in extraneo, vide Bar. in l.7.C.de dot. promiſsio.& qd in matre dotante, vide Abb. conſ.19. lib.1.

Circa diuerſas conſuetudines in contractibus, an attendatur tempus celebrati contractus, vel tempus, in quo contractus ſuum effectum ſortitur, vide Pap. libr. 17. titul. 3. areſt.8.

Promiſsio debet intelligi ſecũdum terminum, & ſtatutum, quod vigebat tempore contra-ctus. Ozaſ. deciſ. 91. nu. 3.

Contractus matrimonialis in dubio, an intelligatur factus ſecundum conſuetudinem loci mulieris, vel viri, etiam quoad lucrum nuptiale, & reliqua, vide Afflic. deciſione 126.

Contractus interpretatur ſecundum loci conſuetudinem: vide Afflic. ibi. nu. 4. facit. l. 17. §. placuit. ff. de aqua, plu. arcen. & conuentus ex contractu, iudicatur ſecundum ſtatuta loci contractus. Bartol. in authen. vt omnes obediant.

In deciſiuis, & in his, quæ reſpiciunt modum executionis, attẽdit locus cõtractus. Rot. Genu. deciſ. 160. nu. 4.

An ſtatutum, quod mercatores etiam minores 25. ann. poſsint ſe obligare, vt maiores, locũ habeat in eo, qui ſe extra locum ſtatuti obligauit, & ad hoc, vt locum habeat, quæ requirantur, vide Bero. q. 115.

Statutum loci, vbi contractus fit quo ad deciſionem ſeruatur; & quo ad proceſſum cauſæ, ſtatuta loci, in quo lis agitur. ibi. dicta quæſt. 115.

Locus contractus circa dubia, quæ oriuntur tẽpore contractus ſecundum naturam ipſius, inſpicitur: fallit in dote. Bar. in l. 1. nu. 16. C. de ſumma, Trinit.

Verba ambigua contractus declarantur ex conſuetudine, & modo vtendi. Bartol conſ. 59. volum. 1.

Etiam in materia cõtractus attẽditur id, quod veriſimiliter contrahentes ſi fuiſſent interrogati, diſpoſuiſſent. Ozaſ. deciſ. 90. nu. 16. Dec. conſi. 697 nu 8.

Voluntas, & mens contrahentium in contractibus attenditur, & quando de voluntate contrahentium non conſtat, à verbis cõtractus, non eſt recedendum. Dec. conſil. 423.

In contractibus mens partium, & intentio, attendi debet, & illa interpretatio fieri debet, quam contrahentes interrogati veriſimiliter feciſſent: ideò in illis fit extenſio de ſimilibus ad ſimilia, & exceptio de bello, & peſte, extenditur ad caſum caritatis, in quo eadem ratio videtur. Dec conſ. 555.

Tempus pacto appoſitũ, vt intra illud temporis ſpacium mater filijs alimẽta ſubminiſtraret, expenſaſque ratione doctrinæ præſtare deberet, an decedẽte vno ex filijs, tutor poſſit repetere partem bonorum pro rata matri remiſſam Ozaſ. deciſ. 98. tenet pro affirmatiua.

Contractus vnus, quando cauſatur ab alio, nõ conſideratur cauſatus, ſed cauſans. Ozaſ. deciſ. 164. nu. 25. quia origo, & initium cuiuſcũque contractus, attendi debet. Ozaſ. deciſ. 167. nu. 26.

Terram circundatam finibus vendens, præſumitur omnia ſecundum fines vendidiſſe. Afflic. deciſ. 67.

Terra vendita cum expreſsione corporis circumempti, licet ſit maioris quantitatis, cedit lucro emptoris ſine aucto precio; ſecùs ſi numerus eſt expreſſus intra fines deſignatos. Afflic. d deciſ. 67. nu. fi.

Precij qualitas, & quantitas in emptione multum conſiderantur, præſertim ad oſtendendum quid in emptione comprehendatur, & de alijs coniecturis circa hoc dubium, vide per Auguſt. Bero q. 48. nam venditio dubia interpretatur ſecũdum quantitatem precij: Iac. Put. deciſ. 326. lib. 3. vide Cabal. Milleloq. 207. & precium rei venditę, potius conſiderandum eſt, quàm quantitas terræ, & veriſimile idest, quod ex precio colligi poteſt. Afflic. deciſ. 67.

Re vendita, vel aliter debita ſi oriatur, quæſtio inter partes quid veniat acceſſoriè, vel cuius ſumptibus res debeat afferri, ad domum emptoris, vel ad quam menſuram debeat metiri, vide Doct. in l. 1. §. ſi quis ita. ff. de verbo. obligationibus.

Vinum ſi emo in genere, expenſis venditoris, debet portari ad domũ meam; ſecùs ſi emo decem ſalmas vini de tali vegete, vel vinea. Bart. in l. 18. ff. de conſtit. pecu.

Qui nihil excipit, & ponit totum ius ſuum intelligitur alienaſſe: quia indefinita æquipollet vniuerſali. cap. 22. ex. de priuileg.

Clauſula, cedens quod habet, & habere ſperat, importat, vt videantur ceſſę actiones, quas poſſet habere. Bar in l. 14. ff. de mandat.

Bonorum vniuerſitas ſi transferatur in contractu, intelligitur deducto ære alieno, quid in reſcripto Principis, & quid per vltimam voluntatem, vide Bartol. in l. 73. ff. de iure dotium.

Domus ſi venditur vſque ad talem domum, an illa includatur, inſpicitur quantitas precij, & mos regionis (quando non apparet quid ſit actum) inſpicitur. Bartol. in l. 35. ff. de regul. iuris.

Qui vendit rem, videtur vendere ſolummodo ius, quod habet in re. l. 32. ff. de contrahen. empt. & vendit.

Verba, quę poſſunt intelligi actiuè, & paſſiuè in præiudicium vẽditoris intelliguntur actiuè, vt ſi quis vendendo domum ita dicat, vti ſeruitutes ſunt, ita ſint, dubium poteſt eſſe, vtrum domui venditæ debeatur ſeruitus,

an ipſa

an ipſa debeat, quo caſu fit interpretatio cōtra venditorem, nempè quòd potius debeatur ſeruitus, quàm ipſa domus debeat. l. 33. ff. de contrahen. emp.

Diſſenſus circa acceſſoria, contractum non vitiat, & in dubio fit interpretatio contrà emptorem, in caſu. l. 34. eod. vide ibi. gl. quæ conciliat, & ſoluit contraria.

In locatione, vel venditione vaſis, in dubio intelligitur, vt incorruptum præſtetur. l. 6. §. ſed ſi. vas. ff. de actio. empt. & vendit.

Signa duo vninerſalia, voluntatem contrahentium oſtendunt latiorē, & ſunt fortiora vno. Afflic. deciſ. 106. nu. 6.

Clauſula in fine contractus poſita, quando extendatur ad præcedentia, vide Afflic. deciſ. 248. nu. 10 & 12. ſupra tit. præced.

Obligatione facta ſuper certa quantitate pecuniæ, poſtmodum, & ſecundò promittitur eadem quantitas (Diuerſo tamen tempore) an diuerſa debita præſumantur, vel vnum, vide Marc. quæſt. 437.

Tamenquando adeſt diuerſa quātitas propter diuerſitatem ſummarum, præſumitur diuerſitas obligationū. ibi. nu. 4. Idē in quittatione. ibid.

Pluralitas appocharum, & inſtrumentorum cōtractuum, & factorum nō præſumitur: ideò illam allegans probare debet. Cranet. cōſ. 198.

Per ſecundum inſtrumentum conſtitutionis dotium factæ ex interuallo, non dicitur receſſum à priore conſtitutione dotium ante facta. Craue. conſi. 182. quia propter diuerſitatem ſummarum diuerſitas præſumitur obligationis, & ambę ſummę dicuntur debitæ. Craue. conſi. 282.

Quando ſummæ eadem, vel duplicatæ præſumātur. vide Menoch. de arbitr. lib. 2. Caſ. 213.

Item ex diuerſitate perſonarum diuerſitas pręſumitur obligationum. Crauet. conſi. 282. nume. 3.

Habens duo quittationis inſtrumenta einſdem ſummę, in dubio pręſumitur bis ſoluiſſe: ideò illi datur repetitio. Rom. ſing. 553.

Mutuaui tibi centum, & apparet: item apparet quòd promiſiſti centum ex cauſa mutui, intelligitur de hiſdem centum, quæ mutuaſti. Bart. in l. 9. ff. de adimen. legat. vide eundem in l. 94. ff. de verbo. obligat.

Numerus quantitatis quando reperitur in duabus diuerſis diſpoſitionibus factis inter eaſdem perſonas, intelligitur de diuerſis quantitatibus, & non de vna, & eadem. Bar. conſi. 20. volum. 2.

Diſponere in vita qui ſibi ius reſeruauit de illo iure, an poſsit teſtari, vide Perilluſt. D. P. Teſſau. deciſ. 209.

Confitens ſe debitorem, & promittens ſoluere, in dubio intelligitur de præſenti. Rot. Germ. deciſ. 37. nu. 9.

Obligatus ad factum, intelligitur de primo, & adaptationem, intelligitur de prima: idem in eo, qui promiſit fructus. Rot. Germ deciſ. 81. nu. 7. Ideò reficere qui tenetur rem ex pacto, ſi eam ſemel refecit, ſi caſu poſtea Corruat, nō amplius tenetur eam reficere. Fran. Cremen. ſing. 147.

Tractatus præcedens declarat actus ſequentes, & perfectio oſtendit intentionem contrahentium. Rot. Gen. deciſ. 31. nume. 8. quorum mentes in bonæ ſidei contractibus, conſiderari debent. eadem. Rot. deciſ. 37. nu. 10.

Notarij verba dubia interpretantur contrà eū, qui eius ſcripturam produxit. Craue. conſil. 88. nu. 20. vide ſupra tit. prox. præced.

Et in contractibus verba interpretantur, contrà illum, qui ſe fundat in verbis. Dec. conſil. 171. nu. 6. conſi. 183. & conſi. 190.

Contractus, qui ſequitur etiam ex interuallo ſumit interpretationem à præcedenti, & ſecundum eum declaratur. Crauet. conſil. 113. nume. 6.

Interpretatio contractuum ita habenda eſt, vt ne in damnum fiat alterius, ex contrahentibus. Craue. conſi. 245. nu. 9.

Ambiguitas, & obſcuritas differunt, & pacti interpretatio appoſiti pro vtroque, fit contrà eum, qui ſe ex pacto fundat. Bart. in l. 40. ff. de pact. Abb. conſi. 51. lib. 2. Et obligatio obſcura recipit interpretationem contrà eum, qui ſe fundat ſuper ea. Abb. cōſi. 75. li. 2. Hartma. Hartma. cap. 3. tit. de contractibus. lib. 2.

Qualiter interpretetur ambiguum verbum in iudicijs, vel contractibus, vide glo. in c. 7. ex. de ſponſal.

Verba in contractibus debent aliquid operari, quòd intelligitur dummodo ius commune non lędant, & quando ſunt contraria iuri cōmuni, & ex ſuis reſultat abſonus intellectus, tunc ſecundum ius commune interpretantur. Fel. conſi 42.

Contractus verba, quæ non apponuntur in vim principalis diſpoſitionis; ſed ad quandā executionem, nihil operantur. Feli. d. conſ. 42, nume. 15.

Verba appoſita in contractibus, & alijs ſcripturis cauſa maioris vehementiæ, ſeu quodam vſitato ſtylo, non inducunt alterationem ſubiectæ materiæ, etiamſi remaneant fruſtatoria. Fel. ibi. nu. fin.

Ambigua conuentio interpretatur contrà eū, pro quo profertur. l. veteribus. ff. de pact.

Obſcurum pactum interpretatur pro eo, qui rē appoſuit. l. 32. & ibi. glo. ff. locat. & condut.

Verba dubia in ſtipulationibus conuentionalibus interpretatur ex mente contrahentium, in prætorijs ex mente prætoris.l.52. ff.de verbo. obligat.

Contrahentes poſſunt declarare contractum, non obſtāte tēporis lapſu. Hartma. Hartma. cap.1.tit.de contractibus.lib.2.

Quando verba ſunt clara pro ſtipulatore,interpretationem reſtrictiuā non recipiunt.l.110. ff.de verbo. oblig.

Contractus ſtricti iuris recipit interpretationē extenſiuam, quando aliàs non haberet effectum.l.111.ff.eod.

In ſtipulationibus,& in cæteris contractibus id ſequimur, quod actum eſt, ſi hoc non appareat,neque regionis mos, ad id, quod minimum eſt redigenda ſumma eſt. reg. ſemper de reg.iur.

In contrahenda venditione ambiguum pactū contrà venditorem interpretandum eſt: ambigua autem intentio ita accipienda eſt, vt res ſalua actoris ſit.Reg.133. eod.facit.l. Labeo.ff.de contrahen. emp.& vend.

In dubio quis nō præſumitur facere velle,quod eſt prohibitū, & impoſsibile. Craue.cōſ.245.

Quando quis promittit releuare ex debitis cōtractis, prout in inſtrumentis, tenetur etiam ad debita, propter quę fuerunt facta inſtrumenta. Crane.conſi.245.

Diſpoſitio cōtrahentium, reſtringitur ad illud, ad quod refertur.Dec.conſi.63. nu 6.

Nunquam primę conuentioni,& contractui,videtur derogatum per ſecundam conuentionem niſi quatenus in ſecunda conuentione expreſſum fuerit.Dec.conſ.97.& conſi.388.

Quando in inſtrumento dicitur, quòd talis ſolutio fieri debeat de primis denarijs,qui exigentur de debitoribus communibus, talia verba non limitant, neque reſtringunt promiſsionem prius factam ſimpliciter. Dec. conſil. 183.

Verba ſtipulationis dubia,debent intelligi; vt minus obligent debitorem, quàm fieri poſſit.Dec.conſi.423.nu.8. & in dubio interpretantur contrà ſtipulantem.l.38.§. ſtipulationibus.ff de verb. oblig. Pet. Girar.ſing.97. & proferentē. Hartma. Hartma. c.3.tit.de contract.lib.2.Fel.conſi.25.nu.15.quod limita in mandatis,quia tunc ſecundum mentem mādantis fit interpretatio. Idem Pet. Gerar. d. ſing.97.2 limita in caſu,de quo vide per Ant. Corſet. in ſuis ſingularibus,litera.F.ſing. frequentia,vide ſupra tit.prox. præced.

Vna pars cōtractus, debet per aliam declarari. Dec.conſi.579.nu.13.

Verba notarij dicuntur verba partium. Dec. conſi.450.

Quod dicitur In contractibus, quodlibet verbum debere aliquid operari, debet intelligi de verbis,quæ ſunt in principio, & in ſubſtātia inſtrumenti; ſecùs videtur in verbis generalibus.Dec.conſi.696.nu.16.

Si quis conduxit ſimpliciter operas certo ſalario conſtituto,ſingulis diebus, intelligitur à ſummo mane vſque ad veſperas, & non de die naturali; quia noctis tempore operæ laboratoriæ regulariter non præſtantur, vide tamen Caſſan.in conſuetud. Burg. tit. *des iuſtices*.§.8.glo.6.nu.15. in verbo,fallit.

Locatio incepta poſt primam finiendam,poſt certum tempus,habebit locum ſtatim, licèt alio modo ante tempus finiatur prima locatio. Natt.conſi.34.tom.1.

Contrahens ſuper re ad dominum ſolùm pertinente,licèt ſimpliciter contrahat videtur cōtrahere ſub nomine officij, non ſub nomine proprio.Natt.conſ.131.tom.1.nu.7.

Monetæ valor, intelligitur ſecundum morem, & conſuetudinem regionis, in qua fuit contractus celebratus. Natt.conſi.192. tom.1.

Emptor promittens venditori non expellere habitantes in re vendita, donec finiatur tempus habitationis cōceſſæ, an illos, qui gratis habitant expellere poſsit, vide Ludo.Roma. ſing.27.

Promiſſor declarat obſcurum deductum in ſtipulatione; ſed ipſa declaratione ſemel facta, amplius variare non poteſt. Math. Matheſ. ſing.171.

Maritus fecit pactum in contractu dotali,quòd dabit primogenito filio ſuo tale caſtrum, ſed alteri ex tali matrimonio naſcituro ſi malue rit,conſtante matrimonio nati ſunt duo, vel tres filij maſculi, deinde moritur pater nulla alia facta ſuę voluntatis declaratione,dubiū oritur vtrum, primogenitus inſolidū admittatur, vel omnes pariter admittantur, vide Guid.Pap.ſing.521.

Quid; quando donauit primonato, & naſcitur primò filia, & poſteà filij, an filia cenſeatur vocata,vide ibi. ſing.522.

Promiſsio regulatur ſecūdū qualitatē perſonę, cui promittitur. Corſet. litera. C. ſing.Conditio perſonæ, vide ſupra tit.prox præced.

Moleſtiam non inferre ſi quis promittat,intelligitur de moleſtia factis non autem iuris. Idem,litera. M.ſing moleſtia.

Pactum cum vna perſona non prodeſt alijs:fallit quando quis carens filijs prouidit per pactum hęredi extraneo.& poſtea habuit liberos,quos hæredes inſtituit: tunc enim pactū factum in fauorem hæredis extranei, valebit in fauorem filiorum hæredum. Ant. Trigo. ſing. 96.

Titio

Titio emente; ſeu aliter acquirente rem pro ſe, & eius liberis maſculis, & pro ipſorum liberorum heredibus deſcendentibus per maſculum, fœminæ ex maſculis deſcendẽtes admittuntur. Auguſt. Bero. q. 51.

Si pactum ſit in inſtrumento locationis datiorum, locatores teneri in caſu peſtis, aut belli conductoribus remiſsionem facere, & peſtis euenit poſt dictum contractum, antè tamen ingreſſum quaſi poſſeſsionis datiorum, an remiſsio ſit facienda, vide eundem Auguſt. q. 53. vbi ſuſtinet partem affirmatiuam, ſi propter peſtẽ antecedentem cõductores paſsi eſſent damnum.

Locatione facta ab eccleſia Titio acceptanti pro ſe, & vxore ſua, ac pro filijs ipſius Titij ad vitam ipſorum tãtùm, vxor ad dimidiam cenſetur vocata, & filij ad aliam, poſt mortẽ patris, & non antè: nam cenſentur vocari ordine ſucceſsiuo, quoad dimidiam patri acquiſitam. Idem Bero. q. 85.

Artifex accipiens pecuniam mutuo, in dubio videtur accipere occaſione ſuæ artis. Bart. in l. 7. C. ad Senatuſconſult. Macedo. quod procedit etiam in ſcholare, vt videatur accepiſſe cauſa ſtudij. Bar. ibi.

Fundo vendito quando dicantur vẽdita inſtrumenta fundi; vide Bart. in l. 2. C. de verbo. & rer. ſigni.

Fundo locato veniunt inſtrumenta. Bar. ibi.

Quando procedat petitio incerta, vide Bart. in l. 2. C. de ſentent. quæ ſine cert. quantitate.

Qui promittit decẽ annua, intelligitur promittere in vita ſua. Bar. in l. 34. §. ſi quis autẽ. C. de donatio.

Frumentum promittens intelligitur de frumẽto ſecundum communem vſum loquendi, licèt eius appellatione veniant omnia, quæ ad vſum ſunt neceſſaria. Bar. in Rub. de Can. frumen. Vrb. Rom. lib. 11. & de meliori, ſeu nobiliori ſecundum communem vſum loquendi. Idem Bar. in l. 78. ff. de verbo. & rer. ſignif.

In inſtrumento ſi quis confiteatur ſe habuiſſe mutuo centum, intelligitur de præſenti, & nõ de præterito. Bar. in l. certi. §. ſi nummos. ff. ſi. cert. pet.

Verba contractus debent intelligi, vt non cõtineant repugnantiam. Bar. in l. 67. §. item. ff. de condict. indeb.

Verba præſentis tẽporis appoſita in inſtrumento circa id, quod poſsibile fuit interueniſſe tempore contracti inſtrumenti, intelligitur in tempore præſenti. Bar. in l. 41. nu. 21. ff. ſolut. matrimo.

Tutor, vel alius geſtor, vti procurator, inſtitor, curator, vel defenſor contrahendo, an videatur nomine propiro, vel alieno contrahere, vide Bart. in l. 5. §. tutor. ff. quando ex facto tutoris.

Conceſsio facta Titio, & ſuis hæredibus, quomodo intelligatur, & de quibus hæredibus, vide Barto. in l. Gallus. §. etiamſi. ff. de liber. & poſthum.

Dicta in præfationibus in cõtractibus, an videatur repetita in ſequentibus, & qualitas adiecta in vno capitulo ſtipulationis, quando videatur repetita in ſequentibus, vide Bar. in l. 77. nu. 10. & 14. de leg. 1. & Menoch. conſi. 111. lib. 2. ſupra tit. prox.

Quando vnum eſt in obligatione, alterum in ſolutione, quorum vnum prohibetur de iure, alterum permittitur, ſpectatur euentus ſolutionis, vtrum valeat, vel ne. Barto. conſi. 70. num. fin.

Obſcuritas imbreuiaturæ declaratur ex ſequentibus, & præcedentibus, & ſic ſumitur inſtrumentum. Bar. conſi. 163 vol. 1.

Verba appoſita in contractu debent intelligi ſecundum ſubiectam materiam. Bar. conſi. 5. vol 2. & referũtur ad tẽpus contractus. l. 69. ff. de contrahen. emptio.

Donans, vel vendens bona intelligitur de præſentibus, & nõ de futuris. Bart. cõſi. 74. vol. 2.

Aliquo actu poſito non ſequitur poſitio alicuius contractus, vel quaſi, qui ab ipſo actu poteſt eſſe remotus, vel ſeparatus. Bar. q. 7. nu. 2.

Obligatio principalis, & acceſſoria ſi cõcurrũt in perſona eiuſdem, acceſſoria occultatur. Bar. q. 15. nu. 16.

Contractus iudicandus eſt à principali intentione contrahentium, quando ex vno, & eodem contractu interueniũt duæ ſpecies cõtractus, ſeu duo proportionabilia diuerſorũ contractuum. Abb. conſi. 15. lib. 1.

Promittens artificẽ intelligitur promittere de mediocri. Abb. conſi 57 lib. 1.

Hæredis verbum indefinitum intelligitur ſecũdum ſubiectam materiam deductam in cõtractu. Fel conſi. 28 num. 4.

Obligans ſe ſoluere precium frumenti, quando creditor ab eo petierit, non tenetur debitor ſoluere caritatis tempore: quia nõ cenſetur debitorem de iſto caſu cogitaſſe. Fel. conſi. 42. num. 10.

Contractus ſimpliciter factus, & ſine vlla conditione, ſimpliciter, & purè intelligi debet. Fel. conſi. 50. num. 4.

Contrahens appoſito nomine officij in dubio officij contemplatione contrahere videtur. l. fin. ff. de inſtit. actio. aliàs contrahere in dubio, quis videtur nomine proprio, & non nomine officij, vel auctoritatis extraneæ. Bart. q. 5. num. 6.

Conditio adiecta in præcedẽti pacto, & in ſequenti,

quenti, intelligitur repetita; ſi aliàs pactum redderetur inutile. l. 11. ff. de Pact. dota.

Qui ſtipulatur Calendis, intelligitur de proximis, niſi aliud actum ſit: ſed pone; quòd hodie incipiant Calendæ huius menſis, & hodie mihi promittis dare Calendis, tūc intelligitur de ſequētibus. l. 41. ff. de verbo oblig.

Si dies non additur præſenti die debetur, ex quo apparet diei adiectionem pro reo eſſe. ibi. § fina.

Sapiens poteſt declarare, quòd in cōtractu celebrando, promiſſo ad cōſiliū ſapientis, quis ſe obliget, ad pœnam. gl. in l. 121. ff. de verbo. oblig. & ibi. in additio.

Promiſsio de ſoluendo facta in nundinis, intelligitur de vltima die nūdinarum. l. 138. ff. de verbo. obligat.

Acceptilatio generalis refertur ad omnia, niſi appareat eſſe dictum de certis. l. 6. ff. de acceptila.

Reliqua de rebus dubijs, & earum interpretatione, vide ſupra tit. prox.

Vbi legem expreſſam in aliquo contractu non habemus, recurrimus ad ſimilem contractū. Ozaſ. deciſ. 51. nu. 11.

De rebus dubijs circa vltimas voluntates.

VErba teſtatoris debent intelligi ſecundum perſonæ conditionē, ad quam diſpoſitio confertur. l. 12. §. equitij. ff. de vſu, & habita.

Cùm teſtator facit mentionē de aliquo dando, ſi non expreſſit, cui velit dari, debet dari hæredi, vel hæredibus pro hæreditarijs portionibus. l. 21. & 22. ff. de ſtatu liberis.

Si teſtator poſuit in electione mea, vt centū dē certis nominatim, cui velim, ſi decedo antequàm eligam, debetur hæc ſumma omnibus pro rata. l. 21. §. fin. ff. eod.

Vnus ex hæredibus grauatus in ſpecie hæreditaria, grauatus pro portione ſua tantùm videtur. l. 83. § ſi libertus. de lega. 1.

Interpretatio voluntatis teſtatoris, debet fieri ab hærede, etiamſi agatur de præiudicio tertij in lucro capiendo; ſecùs ſi de damno inferendo tractetur. l. 102. ff. eod. ſed quando, vide Bar. in l. 32. § ſi quis de lega. 1. & q. 10.

Si teſtator iubet hæredem dotem filiæ ſtipulari, intelligitur ea moriente in matrimonio, nō ea ſuprauinēte; & ſermo ſimpliciter prolatus intelligitur de prima vice. l. 79. §. à filia de lega. 2.

Verba generalia debent ad tempus teſtamenti referri. l. 92. de lega. 2. vide tamen l. 9. de lega. 3. & verba generalia teſtatoris qualiter intelligenda, vide Afflict. deciſ. 44. nu. 22.

De materia huius tit. vide per tot. tit. de lega. 3.

Præſentis, & præteriti temporis verba, reſtringuntur ad ea, quæ ſunt tempore teſtamenti. l. 100. de leg. 3. in vltimis voluntatibus, quādo tempus teſtamenti, & quando tempus mortis inſpiciatur, vide Ioſeph. Ludo. deciſi. Peruſ. 61. num. 18.

Si hæres grauatur aliquid pati, intelligitur grauatus, vt patiatur eo modo, quo patiebatur defunctus. l. 33. ff. de vſu, & vſuf. lega.

Teſtator quod erat ſolitus facere attenditur, etiam in eo, quo diſponit extra teſtamētum, non ſolùm verbis, ſed facto. Ioſep. Ludo. deciſi. Luc. 64. nu 9.

Verba teſtatoris debēt intelligi in dubio, ità ꝗ non ſit in conſtructione peccatum latinitatis. l. 9. ff de auro, & argento. legat.

Voluntas defuncti quomodo, & quibus modis interpretetur, vide Bar. in l. 2. ff. de vulgari.

Repetio ex mēte præſumpta teſtatoris, inducitur. Ozaſ. deciſi. 52. nu. 5.

Teſtatoris mens in vltimis voluntatibus maximè inſpicienda eſt, Ozaſ. d. deciſ. 52. nu. 10.

Teſtatorem voluiſſe, vel de eius mente apparere non ſufficit; niſi procedat diſponendo. Ozaſ. deciſ. 110. nu. 15.

Teſtatoris mens tacita à lege ſuppleri, & intelligi ſolet. Ozaſ. dec. 126. nu. 7. ſed caſus omiſſus quando debeat ſuppleri, vide Mantic. de coniect. vltim. volunt. lib. 3. tit. 19.

Teſtatoris voluntas ſecundum communem loquendi vſum intelligi debet, & veriſimile eſt teſtatorem ſenſiſſe id, quod cōmuni loquendi vſui conuenit. ibi. d. deciſ. 126. nu. 19.

Teſtatoris mens adeò attendi debet, vt etiam ſi diſpoſitio reddatur inutilis, ab ea tamē nō ſit recedendum. ibi. nu. 25.

Etiam minima verba teſtamentorum, operari debent. Afflic. deciſ. 44. nu. 19.

Teſtatoris voluntas talis præſumenda, qualis eſſe debet, & ſic de quolibet alio. Afflict. d. deciſ. 44. nu. 20.

Teſtator in dubio ꝗ fingatur cogitaſſe, vide ibi & in dubio mens teſtatoris adhæret legi, vel ſtatuto. ibid.

Lex fingit, quòd teſtator plus dixerit, quàm notarius ſcripſerit. Afflict. deciſi. 44. num. 25.

Verba ſequentia poſt teſtamentum, declarant animum teſtatoris. Afflict. deciſio. 44. num. 27. & 29.

Voluntas ex antecedentibus, & ſequētibus deprehenditur. Afflict. deciſi. 106.

In dubio arguitur ex veriſimili, vt ſi teſtator fuiſſet interrogatus, ita ſtatuiſſet. Afflict. d. deciſ. 141. & reſpondiſſet. Ioſeph. Lud. deciſi. 64. num.

84.nu.12.Luc.& ideſt habendum pro expreſſo, de quo ſi teſtator interrogatus fuiſſet, ità reſpondiſſet. Gramm.deciſ.7.nu.5.

Teſtator in dubio id videtur voluiſſe, qđ vult ſtatutum ſuæ patriæ. Afflic.deciſ.226.

Lex ſequitur mentem teſtatoris, ſicut venator ſequitur leporem. Boer.deciſ.146. Ideò mens eſt attendenda, potius quàm verba. Boer.d. deciſio.146. Ioſeph.Ludo.deciſ.Peruſ. 81. nu. 23.& ſeqq.par.2.etiam tacita. Afflic. deciſio. 44.nu.18.& regulatur à veriſimili.ibid. quando eſt dubia. Craue.conſi. 25.32. & cõſi.294. & quando conſtat de ipſa mente, illa eſt ſeruanda, & de verbis non eſt curandum, & verba ſunt impropriãda, vt menti deſeruiamus. Idem Lud.deciſ.Luc. 53. & verba regulantur à mente ibi.nu.8.

Teſtator cenſetur ſe confirmare cũ diſpoſitione iuris, & moribus ſui temporis. Gaſp. Cabal.Milleloq.409.

Caſus omiſſus omninò, non cadit ſub regula, quòd teſtator ſi interrogatus fuiſſet ità reſpondiſſet, ſeu diſpoſuiſſet. Hieron. Mago. deciſ.82.Luc.nu.28.

Mens teſtatoris vbi incerta ſit, & erroris materiam præbet, melius eſt inhærere verbis, & errori, & teſtatori imputare, cur apertius non ſit loquutus. Mago.dec.52.n. 15. eiuſdẽ Rot.

A quibus ambigua voluntas teſtatoris poſſit, & debeat interpretari, vide Fran.Mant.de coniect.vltima.volunt.lib.3.tit.1.& 2.

Voluntas teſtatoris quemadmodũ debeat obſeruari, vide Mant.de coniect.vltima.volunt. lib.3.tit.3.

Ex verbis quemadmodum voluntas teſtatoris colligatur, vide Mant. de coniect. vltima volunt.lib.3.tit.4.

Quando à propria verborum ſignificatione liceat in teſtamentis recedere ex voluntate teſtatoris, vide Mant.ibi.tit.5.

An tempus facti teſtamenti, vel mortis, debeat conſiderari in colligenda teſtatoris voluntate, vide Mant.de coniect.vltima.volun.lib. 3.tit. 11.

Clauſulæ teſtamentorum, quomodo intelligendę, vide ibi.tit.14.& an de voluntate teſtatoris cenſeantur ſcriptæ, vel de ſtylo tabellionum, vide ibi.

Coniecturæ voluntatis teſtatoris deſumuntur ex varijs locis, nempè ex iure communi. Secundò ex iure municipali. Tertiò ex conſuetudine regionis. Quartò ex vſu, ſeu conſuetudine teſtatoris. Quintò ex perſona ipſius. Sextò ex perſonis, quibus relictum eſt. Septimò ex rebus ipſius. Octauò ex contentis teſtamẽti. Nonò ex cauſa, ſiue ratione, qua teſtator fuit inductus ad diſponendũ. Decimò, & vltimò ex varijs locis, & figuris cauſarum de quibus omnibus diligenter ſcripſit Fran. Mant de coniect. vltima. volunt. lib. 6. tit. 6. & ſeqq.

Pro interpretatione voluntatis teſtatoris attendendæ ſunt ſex regulæ, de qbus, vide p Clar. in §.teſtamentum.q.76.

Voluntas teſtatoris interpretatur ſecundũ eius opinionem, non ſecundum veritatẽ. Craue. conſi.88.nu.15.

Voluntas teſtatoris declaratur ẽt ex primo teſtamento facto ex interuallo, quid ex teſtamento imperfecto, vel reuocato, vide Craue. conſi.113.nu.fin.

In vltimis voluntatibus attenditur voluntas teſtatoris, etiam contrà proprietatem verborum. Craue.conſi.297.

Cùm agitur de declaranda voluntate coniecturata teſtatoris, quòd ita, vel ita ſenſerit creditur, ſtaturque teſtimonio notarij, qui teſtm̃ conſcripſit. Menoch. cõſil. 195.nu.17.

Quando dubitatur de intẽtione teſtatoris, vel donatoris, & ipſe deceſsit, recurrendum eſt ad ſuperiorem, & eius interpretatio tenenda eſt.cap.6.ex.de donatio.

Voluntas teſtatoris obtinet primum locum in conditionibus, & euidens voluntas ipſius dicitur, quæ colligitur ex coniecturis. Abb. conſi.78.lib.2.

Lex cõiecturás mẽtẽ teſtatoris, intelligitur, niſi aliter de voluntate appareat, & euidenter apparere dicitur, quod apparet ex legitimis coniecturis. Bar.in l.77.de legat.1.

Dependens ex mera voluntate teſtatoris, & ſi pertineat ad contractum, vel quaſi, declaratur ex verbis in teſtamento poſitis. Bart.in l. 32.de leg.3.

Interpretatio voluntatis teſtatoris ad quẽ ſpectet, & qualiter interpretari debeat, vide Bar. in l.67. de leg.3.

Voluntas defuncti probatur ex communi vſu loquendi, vtendi, & intelligendi. Bar.in l.7.ff. de ſuppel.lega.nu.21.

Verba præſentis, vel præteriti temporis in his, quę ex mera voluntate teſtatoris dependẽt, trahuntur ad futura. Bar. in l.2.ff.de adimen. legatis.

Quando verbum reperitur in præterito, & in futuro in vltimis voluntatibus, intelligitur in futuro. l. 25. ff. de condict. & demonſtra. & l. 67. eod.

In his, quæ extra teſtamentum occurrunt, poſſunt res ex bono, & ęquo capere interpretationem.l.16.ff. eod. ſed ſi controuerſia ſit de nomine inter plures; qui probauerit ſenſiſſe de ſe defunctum, ille admitteretur. l. 33. ff. eod.

Non

Non eſt veriſimile, quòd teſtator plus diligat ſubſtitutum, quàm primo loco poſitum. l. 37 ff. de condictio. & demonſtra.

Teſtator præſumit magis dilexiſſe agnatos, quã extraneos: & vxor de extraneis eſt ſoluto matrimonio. Afflictus deciſione. 44. num. 21. & 27.

Teſtator in dubio cenſetur minus grauare hæredem, quàm ſit poſſibile, imò potiùs tollere, quod legatum ſit inutile, quàm quod cenſeatur grauare hæredem. Crauet. conſil. 32. 149. & conſil. 297. vide Ozaſ. deciſio. 72. num. 8.

Ambiguitates teſtatorum pro hæredibus interpretantur. Bart. in Authen. hoc locũ. C. ſi ſecundò nupſerit mulier nu. 12.

Lex ex voluntate defuncti coniecturã capit, vt quos teſtator prædilexit, eos lex prædiligat. Bar. in §. ſi quis, Authen. de re Falcid.

Conditio appoſita in vna parte teſtamenti, nõ cenſetur repetita in alia: fallit in muliere, cui relinquitur donec, & vſq; quo honeſtè, & caſtè vixerit. Caſtren. conſil. 218. volum. 2. Doct. in l. ſeia. §. Caio ſeio. ff. de fundo inſtruct.

Conditio appoſita in teſtamento, non cenſetur repetita in codicilis. Ozaſ. deciſ. 52.

Maſculi, verbum adiectum in inſtitutione hæredis, vel in primo gradu ſubſtitutionis, cenſetur repetitum in ſequentibus gradibus, niſi aliter de mente teſtatoris appareret, ex verbis ipſius coniecturata, quod voluntas coniecturata obſeruanda eſt. Guido, quæſtione 481. vide Gaſpar. Cabal. Milleloq. 455.

Dictum in vna parte teſtamẽti, in alia parte repetitum intelligi debet. Dec. conſi. 583.

Conditio liberorum, ſi ſine liberis deceſſerint, an cenſeatur repetita in matre, cui illa ſpecialis facta eſt, ſi ab inteſtato deceſſerit, vide Dec. conſi. 646.

Qualitas legitimitatis appoſita in primo gradu ſubſtitutionis, cenſetur repetita in ſecundo rationibus traditis per Menoch. conſil. 117. lib. 2.

Tamen quando qualitas in vltimis voluntatibus non cenſeatur repetita, vide Menoch. conſi. 177. nu. 12. vol. 2.

Facultas data diſponendi de aliqua re circa filios primo loco vocatos, cenſetur etiã repetita circa filias ſecundo loco vocatas in defectum maſculorum, vide Menoch. conſil. 215. lib. 3. num. 167.

Conditionem, modum, qualitatem; & ſimilia adiecta in teſtamento cenſeri repetita in codicillis ſcribit Menoch. conſil. 333. lib. 4. num. 6.

Diſpoſitio teſtatoris, ſi ex aliqua cauſa cõmutatur in aliam, in diſpoſitione commutata, non intelligitur repetita pœna, quæ erat in prima diſpoſitione. Bart. in l. 27. ff. de condictio. & demonſtra.

Clauſula in fine poſita refertur ad proxima, ſed quãdo referat ad omnia, & dictio maſculini generis prolata à teſtatore in caſu odij, ſeu grauaminis, non comprehendit fœminam. Bar. conſi. 54.

Conditio appoſita in præcedenti clauſula, quando intelligatur repetita in ſequenti, & coniuncta quando accipiatur pro diſiuncta, ſiue ſoluta, vide Bar. conſi. 155. nu. fin.

Relicta ab inſtitutis, an videantur repetita ab inſtitutis, quando ab eis alia legata ſunt relicta, vide Bar. conſi. 49. vol. 2.

Si teſtator fecit plures diſpoſitiones conditionales, & deinceps dicat, qua conditione adueniente legauit titio, ad quam conditionẽ legatum debeat referri, aut ad primam, vel 2. aut, ad vltimam, vide per Abb. conſi. 78. lib. 2.

Ordo affectionis non attenditur, vbi teſtatoris nulla ſubeſt neceſsitas inſtituendi; ſecus vbi ineſt neceſsitas inſtituendi. Ozaſ. deciſ. 81.

Facta inſtitutione, vel ſubſtitutione hoc modo, talem inſtituo, vel ſubſtituo, & eius liberos, vide infra tit. de hæred. extran. inſtit. an tũc cenſeantur vocati ſimul, & ſemel, vel ordine ſucceſsiuo, vide Clar. in ſua pract. §. teſtamentum. quæſt. 80.

Præceptum teſtatoris, quòd defuncto hærede ſine deſcendentibus, deſcribantur in vna omnes de agnatione, & is, qui forte extrahatur, ſuccedat, non intelligitur ordine ſucceſſiuo, ſed omnes ex eo cenſentur vocati Alex. Raud. tract. de anal. cap. 12. nu. 5. & ita pronunciauit Senatus. Medioh.

Inſtitutio facta de filio, & nepote iam nato, an intelligatur, quod admittantur ordine ſucceſsiuo, vide Bar. in l. Gallus. §. quidam. ff. eod.

Inſtitutio, ſeu ſubſtitutiò relata ad duas pſonas diſpares gradu, ad vtranq; æquè principaliter refertur, & non ordine ſucceſsiuo. Ozaſ. deciſ. 81. num. 8.

Probatio apertiſsima fieri debet, ſi dubitatur de qua hęredis pſona teſtator ſenſerit. Affli. deciſi. 44. nu 14. ſi ſunt plures eiuſdẽ nominis, de quo teſtator ſenſiſſe intelligatur, vide Mantic. de coniect. vltima. vol. lib. 4. tit. 7.

Subſtitutio facta de proprio filio hæredis inſtituti valet, & ſi inſtitutus habuerit plures filios, primus admittitur, ſi poteſt colligi ita voluiſſe teſtatorem. Guid. d. q. 467.

Teſtator in dubio ſemper præſumitur, eorum prærogatiuam ſeruaſſe, quos lex, & natura prius ad eius hęreditatẽ vocat. Ozaſ. dec. 82

Teſtatoris voluntas, vt conſeruetur in dubio facienda eſt interpretatio. Ozaſ. deciſ. 108. nu. 14. & non cenſetur elegiſſe viam, per quam eius diſpoſitio impugnaretur. Afflic. deciſ. 44. num. 25.

Quælibet diſpoſitio quantumuis ſtricti iuris, ita interpretari debet, vt aliquid operetur, & ne ſuperfluò facta cenſeatur. Crauet. conſ. 272. nu. 7. & conſ. 297. nu. 4.

Species contenta ſub genere, quandoque per teſtatorem exprimitur, ad dubitationem tollendam. Afflic. deciſ. 106. nu. 5.

Caſus omiſſus remanet in diſpoſitione iuris cõmunis: ideò inſtitutus ſub hac conditione, quòd durante minori ætate vſque ad 18. annos, ipſe inſtitutus debeat remanere apud aliquem, cum bonis hæreditarijs, & ſi in fine dictorum annorum 18. fuerit, immorigeratus, quòd tunc ſuccederet in ipſis bonis ille, qui habet cuſtodiam inſtituti, & adminiſtrationẽ bonorum, ſi ante dictos annos 18. inſtitutus fuerit immorigeratus, & in ætate 13. annorum deceſſerit, tunc non eſt locus ſubſtitutioni: ſed bona debẽt peruenire ad ſuccedẽtes ab inteſtato ipſi inſtit. Affl. deci. 141.

Nepotes vnà cũ patruo inſtituti, vel ſubſtituti, an ſuccedãt ĩ capita, vel in ſtirpes, vide Affli. deciſ. 309. & infra tit. de hæred. extra. inſtitu.

Nomen hæredis poſitum in vltima voluntate; & ſubſtitutione, non ſignificat alios, quàm deſcendentes, nec extenditur ad extraneos. Guid. Pap. q 485. licèt in contractibus, & in legibus ſignificet directò ſuccedẽtes in vniuerſum regulariter. Guid. q. 457. & ſubſtitutio pſonę incertę de certis, valet. Guid. q. 467. vide tit. de verb. & rei ſignif.

In teſtamentis interpretandis ſeptem ſunt obſeruanda. Boer. deciſ. 158. nu. 13.

In fideicommiſsis attenditur proximitas grauati, & non grauantis. Hier. Mago. deciſ. Luc. 83. vide infra titu. de fideicommiſsis relictis agnationi, familiæ, &c.

Pluribus inſtitutis, & inuicem ſubſtitutis, & vltimo eorum decedenti ſine liberis grauato reſtituere dimidiam hæreditatis, intelligitur de dimidia totius hæreditatis, comprehenſis etiam portionibus cohæredum ſibi ex fideicommiſſo obuentis. Hiero. Mago. deciſ. 15. Rot. Floren.

Vitium ſuperfluitatis, quomodo ſit fugiendum, vide Mant. de coniect. vlti. volun. lib. 3 titu. 6.

Cõmunis vſus loquẽdi in vltimis voluntatibus recipitur, de quo communi vſu loquendi, vide ibid. tit. 8.

De conſuetudine loquendi teſtatoris. titu. 9. & de falſa teſtatoris opinione. ibid. tit. 10.

Ex quibus coniecturis maſculi ex fęminis progeniti, debeant fęminis præferri, vide Mant. de coniectu. vltim. volunt. lib. 8. tit. 19.

Quando probentur coniecturæ vltimarum voluntatũ per teſtes, vide Mant. ibi. lib. 12. ti. 16.

Quibus modis tollantur cõiecturæ vltimarum voluntatum, vide ibid. tit. 17.

Filij intelliguntur æqualiter inſtituti, in teſtamento facto per patrem, hoc modo, inſtituo meum poſthumum hæredem, ſi vxor mea ſic prægnans, licèt concepti, & nati ſint poſt teſtamentum. Ioan. Pap. lib. 20. tit. 1. arreſt. 13.

Facta ſubſtitutione de filia, & ſuis, duæ oriuntur dubitationes, prima, qui veniant appellatione ſuorum, ſecunda, an filia, & ſui admittantur ordine ſucceſsiuò, vide Craue. conſi. 21. Dec. conſ. 236.

Diſpoſitio teſtatoris, quòd eius filijs ſtantibus in communione, bona acquirenda ſint inter eos communia, an intelligatur de acquirendis poſt mortem ipſius, vel etiam eo viuente poſt conditum teſtamentum, vide Crauet. conſ. 133. vbi concludit intelligi, etiam de quæſitis eo viuente.

Si maritus in ſuo teſtamento confeſſus fuerit ſe debere vxori; putà florenos mille pro eius dote, quæ non aſcendebat ad ipſam ſummã, intelligere debemus maritum voluiſſe includere in ipſa confeſsione acceſſoria ipſius dotis, ex cõiecturis adductis per Crau. cõſ. 149.

Gñalis locutio, ſeu diſpoſitio teſtatoris quomodo, & quibus ex cauſis reſtringatur, vide Crauet. cõſi. 144. & qd de veriſimili, vide ibi.

De reſtrictione generalis ſermonis, vide Crau. conſi. 1. pro genero, nu. 96.

Approbans teſtamentum, videtur illud approbare ſecundum formam codicillorum, quando per codicillos legata in teſtamento relicta ſunt diminuta. Craue. conſi. 257.

Vna pars teſtamenti, aliam declarat. Hiero. Mago. deciſ. 63. nu. 7. Luc. Ozaſ. deciſ. 127. clar. in ſua pract. §. teſtamentum. q. 76. Dec. conſ. 370. vol. 2. Menoch. conſ. 97. nu. 33. volum. 1.

Voluntatis declaratio in vna parte teſtamenti, trahitur ad alias partes eiuſdem teſtamenti, & declaratio cum vna perſona, præiudicat etiam cum alia. Craue. conſ. 62. nu. 11.

Expreſſum in vna parte teſtamenti, in alia expreſſum vr. Dec. cõſ. 545. & pars vna teſtamẽti ſecundũ aliã intelligi debet. Dec. cõſ. 567. & ideò ſi in vna parte teſtamenti teſtator fecerit mentionem de filijs maſculis, in alia de filijs tãtum, intelligitur ſemper de maſculis. Menoch. conſi. 97. vol. 1.

Verbis claris, declarant obſcura: iõ verbũ vnum ambiguũ poſitũ in vna parte teſtamenti, declarat ab alio claro, poſito in alia parte. Menoch. conſi. 339. lib. 4. Bart. in l. 17. de legat. 1.

Si teſtator inſtituerit duos nepotes ex Seio fratre in vna dimidia hæreditatis, & alios quatuor nepotes ex Caio fratre in alia dimidia, eoſque inuicem ſubſtituerit, quandocunque deceſſerint ſine liberis, vel aliquis ipſorum, tunc cenſentur ſubſtituti, eo modo, quo ſunt inſtituti: Idō vbi deceſſerit vnus ex quatuor nepotibus ex Caio, portio eius ſpectat ad alios tres nepotes ſibi coniunctos, & non ad omnes alios ex altero fratre, in quibus idem jus ſeruandum erit. Dec. conſ. 186.

Diſpoſitio facta in teſtamento, & codicillis, ita interpretari debet, ne contradicat. Dec, conſilio 337.

Si dictum ſit in teſtamento, quòd bona deueniant ad dominum vlixem, & ad eius filios, nempè ad dominum talem, & talem, &c. & ad dominum Ioānem Conradum nepotem dicti vlixis, Ioannes Conradus, cēſetur inſtitutus pro dimidia. Dec. conſi. 382. vol. 2.

An in ſubſtitutione generali veniant omnia bona teſtatoris, licèt videatur ſubſtitutio reſtricta ad certa bona, vide Menoch. conſil. 115. lib. 2. nu. 52.

Quando grauatus poteſt diſponere de aliqua ſumma, de ea diſpoſuiſſe intelligitur, inſtituē do filiam ſuam hæredem ſimpliciter: ideò ad ipſam ſummam filia intelligitur vocata. Menoch. conſi. 210. lib. 3. nu. 24.

Filius primogeniti premortui, excludit patruū ſecundogenitum in fideicommiſſo domus, ad quam fuit vocatus per teſtatorem primogenitus ſuorum filiorum, & deſcendentium de primogenito, in primogenitum. Menoch. conſ. 211. lib. 3.

Conſuetudo teſtatoris, tàm ex vſu loquendi, quàm vtendi, quando, & quibus caſibus attendatur, vide Bart. in l. 4. ff. de triti. vino, & oleo legat.

Teſtator ſi mandauit ſatisfieri omnibus, qui aliquid ab eo recipere debent, intelligitur de debitis ciuiliter, & naturaliter. Bart. in l. 26. ff. de libera. lega.

Declaratio teſtatoris facit cenſeri omnē aliam interpretationem calumnioſam. Hiero. Mago. deciſ. 146. Rot. Floren. nu. fin.

Verba teſtatoris (& ſpecialiter ruſtici) debent intelligi ſecundum cōmunem vſum loquendi. Bar. conſ. 52. vol. 1.

Clauſula generalis in ſubſtitutionibus non refertur ad ea, de quibus eſt facta ſubſtitutio ſpecialis. Bar. conſ. 54. vol. 1.

Iſta verba, ſi nullus deceſſerit ſine liberis, quid importent, vide Bar. conſ. 57.

Relictum ſub conditione, ſi filij, vel nepotes honorati non fuerint, intelligitur, ſi ſibi filij nō fuerint tempore mortis, ſed ſi eo tempore fuerint, expirat relictum. Bart. conſ. 75. vol. 1.

Subſtitutio in dubio intelligitur directa, & non fideicommiſſaria. Abb. conſ. 59. lib. 1.

Interpretatio illa ſumenda non eſt, per quam teſtatoris diſpoſitio facile redderetur illuſoria. Menoch. conſ. 339. lib. 4. nu. 7.

Ex præſumpta voluntate defuncti, plures coniuncti vocātur in virilem, reſpectu vnius defuncti, ſed inter ſe, in hæditarias portiones. Bar. ſing. 79.

Rogatus reſtituere hæreditatem ei, à quo illam accepit ſine tēporis præfinitione, debet intelligi grauatus de reſtituēdo tempore mortis. Ludo. Roma. ſing. 502.

Teſtator, ſi vnus ex hæredibus grauauerit, vt ſi ſine liberis decederet hæreditatem ſuam reſtitueret Sempronio, adueniente cōditione, cohæres grauatus totam hæreditatem ſibi obuentam pro partibus cohæredum, reſtituere nō tenetur; ſed ſolùm partem ſuam. Lud. Roma. ſing. 546.

Pater ſi promiſit dotem filiæ, deinde moriatur filio, & filia hæredibus inſtitutis, onus dandi dotem, totum ſpectat ad filiam. Pet. Gerard. ſing. 43.

Statutum originis defuncti, & non ſimplicis domicilij, in ſuccedendo ab inteſtato, ſeruandum eſt, quo ad iura, & actiones. Augu. Bero. quæſt. 109.

Prouiſio facta in vno caſu, porrigitur ad alium, in quem teſtator potuiſſet prouidere. Bar. in l. Gallus. nu. 8. ff. de liberis, & poſthum.

Appellatione heredis quando veniat heres extraneus, & an intelligatur de primo, an verò in infinitum, vide Bart. in §. etiam ſi patrem. l. Gallus. ff. de liber. & poſthum. hæredibus inſtituendis.

Verbum, quod reperitur in præterito, & in futuro ſubiunctiui in vltimis voluntatibus, intelligitur in futuro. Bartol. in l. 29. ff. de hæredit. inſtituen.

Venter quando eſt inſtitutus, & filius datus cohæres, pro qua parte erit hæres filius, vide Bar. in l. 30. §. ſuum hæredem. ff. de acquiren. hereditā.

Clauſula; ſi contingat ipſum, & filios decedere ſine filijs, an copulatiuè, vel alternatiuè intelligatur, vide Bar. conſ. 155.

Teſtator inſtituit duos hæredes, & eis ſubſtituit eccleſiam, & poſteà in codicillis caſſauit vnum de illis, & alium inſtituit, ad quem debeat deuenīri hæreditas illius exhæredati, vide Bar. conſ. 203.

Coniectura, quòd teſtator ſuperuixerit poſt natiuitatē poſthumi, & non mutauerit teſtamentum, quando operetur eius validitatem, vide Bar. conſ. 235. vol. 1.

Dere-

De rebus dubijs circa legata.

Legatum, vel fideicommiſſum relictum pauperibus, de quibus intelligatur, vide Fran. Mant. de coniectur. vltima volunt. lib. 8. tit. 5.

Legatum factum Parocho contemplatione ſepulturę cadaueris teſtatoris, ſi ſepultura fiat alibi, quàm in eccleſia Parochiali, an, & cui debeatur, vide Ioan. Pap. lib. 20. ti. 8. arreſt. 5. Boer. deciſ. 176.

Dimidia ſi filiæ relinquatur, & in cæteris bonis eccleſia fuerit inſtituta, tunc ſola eccleſia tenetur ad legata, & fideicommiſſa. Boer. deciſ. 145. nu. fin.

Mares, vtrum teneatur ad reſtitutionē fructuū perceptorum ex re legata monaſterio conſtruendo, antequàm conſtruatur, vide Bart. conſ. 5. vol. 2.

Capella venit voce eccleſiæ, & participat in legatis factis eccleſiæ: fallit in capella non cōſecrata. Capel. Thol. q. 57.

Legatū factum eccleſiæ ſanctæ Mariæ cùm ſint plures eiuſdem nominis, debetur pauperiori. ibid. in additio.

Legatum factum eccleſiæ non expreſſo nomine, debetur Parochiali. ibi. nu. 4.

Relictum pauperibus in genere valet, nec obſtat, quòd nulla perſona ſit ſpecificata, & quādo valeat legatum factum perſonis incertis, vide l. 24. & ibi. gloſſ. C. de epiſcop. & cler.

Legatum relictum in redemptionem captiuorum valet, non obſtante incertitudine perſonarum, & eius diſtributio pertinet ad teſtamenti exequutorem ſi teſtator prouidit, aliàs ad epiſcopum. l. 27. C. eod.

Legatum, vel fideicommiſſum relictum filijs, an etiam filiabus intelligatur relictum, vide Mantic. trac. de coniect. vltim. volunt. tit. 7. vel nepotibus, ibi. tit. 8.

Legatum relictum vxori, an poſteriori quoque relictum videatur, vide eundem. libr. 8. titu. 15.

Legatum relictum filiofami. an patris contemplatione relictum intelligatur, vide ibid. titul. 16.

In dubio quæ res videantur legatæ, vide ibi. lib. 9. tit. 1. & ſeq.

Teſtator legans id, quod debet, de quo debito intelligatur, vide Afflic. deciſ. 44. nu. 23.

An legatum generale includat ſpeciale eidem perſonæ factum, vide Afflic. deciſ. 45.

Legatum generis omnium, & quorumcunque bonorum mobilium, nō reſtringitur per verbum ſupellectilium domus ſuæ, per teſtatorē prolatum. Afflic. deciſ. 106.

Legatis, vel per fideicommiſſum relictis bonis mobilibus, & immobilibus, non veniunt nomina debitorum; ſecùs ſi ſimpliciter ſint legata omnia bona. Guid. Pap. q. 499.

Qualitas adiecta ſequenti legato, quando cenſeatur repetita in primo, vide Ozaſ. deciſ. 52.

Legatum relictum ab inſtituto, non cenſetur repetitum à ſubſtituto, quando mortuo inſtituto reperitur facta aliqua noua prouiſio, in beneficium legatarij; aliàs ſecus. Vincent. de Fran. deciſ. 58.

Legata ſimpliciter, an referantur ad eà, quæ ſub conditione, & modo prius legata fuerant; ita vt eis commenſuranda ſint, & intelligantur legata ſub pręcedentibus conditionibus, quid in contractibus, vide Dec. conſ. 190.

Conditio, vel modus incertus in vltimo legato ad omnia præcedentia refertur, veluti ſi teſtator legat omnes robbas, pannamenta, linea, & alias maſſaritias domus, tunc qualitas illius domus poſita, in fine orationis, etiam refertur ad illud legatum vniuerſale omniū robbarum: ideò robbæ domus ſolùm cēſentur legatæ Dec. conſ. 92.

Si teſtator legauit vxori vſumfructum aliquorū bonorum, & etiam alias res ſtando, & habitādo in domo teſtatoris cum filijs ſuis, & non petēdo ſuas dotes, inde ex interuallo in ipſo tamen teſtamēto ſimpliciter fecerit aliud legatum d. vxori caſu, quo non poſſet habitarę cum dictis ſuis filijs, dubitatur, an cenſeatur repetitum illud onus de non petendo dotes ſuas Menoch. conſ. 166. lib. 2. tenet cenſeri repetitum.

Copula, & quando cadit inter res, quæ ponuntur in vna oratione, ſi qualitas, quæ adijcitur vni rei, poteſt congruere alteri, tunc intelligitur repetita, ſiue tendat ad augumentum legati, ſiue ad diminutionem; ſecùs ſi qualitas ſequenti rei non congruit. Bart. in l. 20. §. Cato. ff. de fundo inſtructo.

Si teſtator reliquit vxori ſuæ aliquid, ſi caſtè vixerit, & poſteà dixit item relinquo tibi fundum, non intelligitur hic repetita præfata conditio: quia dictio item non repetit, quādo fit mutatio rerum, vel perſonarum: idem in clauſula præcedenti, quando non refertur ad ſequentia. Bar. conſ. 29. vol. 1.

Legata ab inſtituto relicta, an videantur repetita à ſubſtituto, vide gl. in l. j. C. ſi omiſſa cauſa teſtamenti.

Vbi inſtitutio per errorem teſtatoris eſt nulla, legata, & fideicommiſſa intelliguntur repetita à venientibus ab inteſtato. l. 4. C. de fideicomm.

Clauſula ſpecialis in oībus derogat gñali,& nō compreheditur ſub generali : ideò ſi quis fecerit legatum conditionale , & plura legata pura , & addiderit , quòd vult omnia legata ſolui poſt annum à die mortis ipſius,ſub pęna dupli, tunc ſub hac generali clauſula,non comprehenditur legatum conditionale.Capel.Thol.q.184.

Si teſtator legauit omnia bona mobilia , & immobilia,& teſtamento condito vendidit vnā domum certo precio, mortuo ipſo teſtatore ante exactionem , precium ipſius domus nō debetur legatario : quia tempus teſtamenti inſpicitur in vniuerſali legato. Capel. Thol. quæſt. 316.

Legatis veſtibus,debentur veſtes ſciſſæ exiſtentes apud ſutorem , & legatum veſtium comprehendit mobilia auri,& argenti, vel perlarum affixa veſtibus.Capel.Tho.q.388.& 389. Ludo.Roma.ſing.614. Fran.Cremen.ſing.64. veſtes prohibitę portari,an veniant in legato veſtium,vide Fran.Cremen.ſing.65.Bart.in l. vnica.C.nulli licere.

In legato eorū,q̄ in domo ſunt,nō veniunt nomina debitorum. Iac.Put.deciſ.20. lib. 3. tamen legatum poteſt continere debitorū nomina,ſi expreſsè de mente teſtatoris conſtaret.ibi.Put.nu.2.alias verba generalia , & geminata,ſi reſpiciunt res mobiles, non extenduntur ad iura , & actiones tanquàm ad tertiam ſpeciem.Put.ibi.nu.3. vide Mago. deciſ. 146.Rot.Floren.

Legatum omnium eorum , quæ in domo ſunt, coniunctæ perſonæ factum , comprehendit etiam res venales : ſecùs ſi extraneæ perſonæ fiat.Put.ibi. nu.ſi.tamen legatum ſupellectilis domus , comprehendit etiam venalia. Afflic. deciſ. 106.nu.6.

Si teſtator legauit omnia mobilia ſua exiſtentia in domo ſua, quid iuris , & an tunc comprehendantur venalia , vide Dec.conſi. 472. Auguſt.Bera.q.29.

Legatis dulcibus veniunt potabilia,& comeſtibilia ; ſed legata vini amphora , & omnibus dulcibus relatione ad vinum facta , veniunt tantùm potabilia.idem Put. deciſ.226. num. 4.lib.3.

Maritus legando vxori omnia mobilia , & domus vtenſilia , cenſetur etiam legaſſe fructus domi exiſtentes.Rot.Auenio.deciſ.14.in deciſio.diuerſo.

Legatum mobilium continet etiam grana ſeminata in fundis teſtatoris.ibi.deciſ. 16. ſed an ſub hoc legato comprehendantur pecuniæ,vide Perilluſtr.D.P.Teſſau.deciſ.160.

Si teſtator legauerit omnes domos ſuas vbicū que ſitæ ſint ſub ſuis coherentijs , & exiſtentes in aliqua ciuitate,an veniant domus exiſtentes extra muros ipſius ciuitatis,vide Cra uet.conſi.297.legata domo, venit & domus ibid. adiecta ; ſed vide Iac. Put. deciſ. 96. libr. 3.

Legatum domorum comprehendit etiam domum,in qua teſtator ſolum dominium habebat directum.Natt.conſ.117.tom.1.& domo legata veniunt etiam apothecæ ſubtus domum exiſtentes, ſi eadem contignatione , & muro eiſdem finibus includantur.Natt.ibi.

Si teſtator legat liberationem omnibus debitoribus ſuis, non intelligitur legata libertas his,qui poſsident res teſtatoris,& conſequẽter his , qui ſunt debitores actione reali. Iaſ. de actio.§.ſupereſt.nu.101.

Legato grano,quod quis habet in ciuitate , an veniat granum,quod eſt in portu,vide Rom. ſing.452.

Legatis omnibus rebus,quas teſtator emit , nō veniunt ea , quæ ad teſtatorem peruenerunt ex alio tit.Rom. ſing.614.

Legatis nummis,alio non expreſſo,primò conſuetudo patriæ, ſecundò conſuetudo loquẽtis, tertiò perſona,quę relinquit, inſpicitur , vide Roma. ſing.681.

Vniuerſalia verba legati reſtringuntur ad ea,in quibus teſtator habet plenum ius; & non ſemiplenum. Craue.conſi 144 nu.9.

Quando teſtator legauit hæreditatē ſibi ſpectātē,legatario debentur oīa bona illius hæreditatis legatę , cū omnibus acquiſitionibus ex ea dependentibus, & tunc ipſe legatarius tenetur ad onera hæreditaria, quæ adhuc extabant tempore mortis teſtatoris ; ſoluta autē refundere non cogitur. Dec. conſi.69.

Legatum factum filio de auro,argento, & gemmis, an comprehendat pecunias , vide Dec. conſ.381.vol.2.auri , & argenti legati appellatione,quid veniat,vide Marc.q.510.tamen pecuniæ veniunt in legato mobiliū, non autem nomina debitorum.Dec.d.conſ.381. fallit ſi pecuniæ eſſent fœnori , & negociationi paratæ. Natt.conſ.117.nu.5.

Legatis bonis mobilibus animalia cenſentur legata,niſi aliud appareat de mente teſtatoris. Dec.conſ.653.

Quando teſtator tituli legati relinquit bona, quæ ſunt in territorio alicuius oppidi per verba vniuerſalia, tunc in ipſo legato veniūt etiam molendina,ſita in ipſo oppido,& aliæ domus,vide Menoch. conſ.140.lib.2.

Legatum factum vxori de dote, & augumento, cui poſtmodum factum eſt legatum vniuerſale omnium bonorum mobilium , & pecuniarum,qualiter veniat deducendum , & intelligatur,vide Afflic.deciſ.45.

Lega-

Legatis mulis, veninnt mulæ, & legatis ceruis, veniunt ceruæ. Ioſ. Ludo. deciſ. Luc. 29.

Domum legans ſimpliciter qui duas habet, cenſetur eam legare, quam dare elegerit hæres. Menoch. conſi. 329. lib. 4. nu. 11.

Idem quando teſtator legauit omnia mobilia domus ſuæ, & habet plures domus, in quibus habebat mobilia; ſed quando condidit teſtamentum in vna ex ipſis domibus, & legauit mobilia domus ſuæ, tunc intelligitur legaſſe mobilia domus, in qua fecerat teſtamẽtum. Menoch. conſil. 329. ſed tunc an mobilia acquiſita poſt conditum teſtamentũ cenſeantur legata, vide conſi. 330. ibi nu. 20.

Alienata nulliter per procuratorem, nõ veniũt in legato facto hoc modo, relinquo procuratori meo omnes res, quas adminiſtrauit. Roma. ſing. 133.

Legato generali non comprehẽdũtur venalia, & ea, quæ cauſa mercandi teſtator habebat, ſi alia ſuperſunt, in quibus legatum conſiſtere poſſit, aliàs ſecùs. Lud. Rom. ſing. 437. Pet. de Raue. ſing. 362.

Legans alteri ea, quę ſui vſus cauſa parata ſunt, non cenſetur ea legare, quæ ſunt parata gratia vſus cõmunis legantis cũ altero: fallit in vxore, cui lana, linum, aut ſericũ legatur. Lud. Roma. ſing. 638.

Legata domo cũ his, quæ ibi ſunt, legata non intelliguntur, quæ ibi mercis cauſa, vel ad tempus ſunt: fallit ſi filio legatum fiat. Idem Roma. ſing. 649.

Si lego tibi vinum cum vaſis, veniũt ſolùm vaſa plena vino: quia acceſſorium reſtringitur per principale. Idem ſing. 365.

Teſtator vxori ſuæ legauit quoſcunq; apparatus, veſtes. pãnos, anulos, cathenas aureas, gẽmas, & iocalia quæcũq;, & quomodolibet deputata ad vſum, commodum, & ornatum ipſius vxoris, per ipſum teſtatorem ipſi vxori factos, factas, & facta dubitatur, an linea margheritarũ, quæ erat aliena, & ad ornatum, vſumq́ue mulieris deputata, legato cõprehendatur, vide Bero. q. 56. vbi ſuſtinet nõ comprehendi.

Legando quis poſſeſſiones, videtur legare etiã res mobiles. Bart. in l. 5. §. itẽ prætor. ff. de rebus eorum, qui ſub tutela.

Legatum factum de his, quę erant in aliquo loco, non comprehendit ea, quæ ibi erãt teſtatore ignorante. Bal. in l. 33. de leg. 2.

Legatum factum de taberna intelligitur de loco, non de mercantia, & quãdo veniat, & legans mercantiam, videtur legare vniuerſitatem creditorum, & debitorum. Bar. in l. 79. §. mente, de leg. 2.

Apotheca pannorum legata, non venit mercãtia, & legata cum omnibus, quæ ibi ſunt, veniunt ſolùm res, & non debita, & credita. Bart. ibi.

Legatis rebus exiſtentibus in aliquo loco, videntur res legatæ, quæ ibi ſolent adeſſe pro maiori parte anni. in additio. ad Bar. in l. 18. §. Sabinus. ff. de fundo inſtructo.

Legatum pannorum, & ornamentorum lecti, & omnium aliorum pannorum in camera exiſtentium, quid contineat, vide Bar. conſ. 216.

Legatis pannis, quid veniat, vide Abb. cõſ. 105.

Legato vſufructu domorum, & eorum, quę ſunt in domibus illis, excepto argento, nõ veniũt ea, quæ ſunt comparata mercis cauſa. Abb. conſi. 20. lib. 2.

Ille, cui legatur dimidia hæreditatis, an teneatur ad onera legatorum, debitorũ, & creditorũ, vide Bar. in l. 39. ff. de vulgari.

De legato facto vxori circa ea, quæ pertinẽt ad cultum ipſius, vide Bar. per tot. tit. de auro, & argento legat.

Enumeratio ſpecierum reſpiciens actum legandi, non reſtringit genus pręcedens, & quãdo vni legatur genus, alteri ſpecies, à legato generis, ſpecies videtur excepta l. 12. §. ſi qs fundum. ff. de fundo inſtructo.

Generalitas ambiguum parit, & ſic reprobatur, & diuerſitas rerum, obſcurum facit legatum. l. 40. circa finem, & ibi. glo. ff. de iure fiſci.

Rationibus legatis, quid veniat, vide l. 8. & ibi glo. ff. famil. erciſcun.

In legato non reiterabili, diſpoſitio generalis non refertur ad ea, de quibus ſpecialiter eſt prouiſum. l. 16. §. Baſilicæ. ff. de alimen. & cibar. legat.

Diſpoſitio generalis nõ refertur ad ea, de quibus circa eandem cauſam ſpecialiter eſt prouiſum, & legatorum præſtatione grauari poteſt legatarius ſingularis. l. 26. ff. eod.

Credita conditionalia, vel in diem, an veniant in legato vniuerſali omnium nominum debitorum, vide Perilluſt D. P. Teſſau. dec. 235.

Si aliquis legat alicui domum, & etiam quæ in ea ſunt, non videtur illi legaſſe nomina debitorum, inſtrumenta, vel chyrographa, quæ in domo ſunt, in quibus iura, & nomina debitorũ continebãtur. Hartma. Hartma. cap. 8. tit. de creditoribus.

Legatum pecuniæ, quæ in domo eſt, non egreditur foras. Afflict. deciſ. 106. nu. 4.

Legato auro, & argento, quid veniat appellatione huiuſmodi legati, & an clauſula ſequẽs legatum bonorum mobilium reſtringat, ſecundum numerationem ſpecierum, vide Fran. Marc. q. 50.

Legatum ducatorum decem, continet vſuras,

corum

eorum occaſione debitas; ſecùs eſt quando ſunt legati annui introitus: quia tunc non veniunt maturati non exacti, quorum dies venerat. Vincen. de Fran. deciſio. 254. par. 2.

Legato de omnibus libris, & infortiato à Doctore facto, ſi quatuor volumina infortiati inter eos libros reperiantur, non omnia volumina infortiati veniunt; ſed ſolùm vnum volumen: nam ſi ſpecies, & genus legētur nō veniunt aliæ ſpecies ſimiles expreſſæ. Idem Roma. ſing. 501.

Semen mutuatum colono, legato fundo cum omnibus iuribus, & pertinentijs, pertinet ad hæredē; non ad legatarium. Natt. conſi. 243.

Legato fundo etiam inſtructo, non veniunt inſtrumenta coloni, nec reliqua colonorum. Natt. d. conſi. 243. nu. 5.

Grege legato, ſi pecora viuo teſtatore mortua eſſent, & in eorū locum alia ſubſtituta, idem grex videtur. Abb. conſi. 85. 79. lib. 2.

Teſtator legans centum, quę habet in archa, vel apud ſe depoſita habet, an valeat legatū, ſi centum non reperiantur, vide Barto. in l. 1. §. adeò autem. ff. de dote prælegat.

Legata relicta poſt vltimum gradum ſubſtitutionis, non debentur, niſi in euentū illius, & ab vltimo ſubſtituto: ideò non poſſunt peti à primo inſtituto, vel ſubſtituto. Boer deciſio. 145.

Legatum factum famulis, debetur his, qui erāt tempore teſtamenti, non alijs, qui poſtcà facti fuerant famuli à teſtamento vſq; ad mortem. Capel. Thol. q. 191.

In vltimis volūtatibus valor monetæ legatę, refertur ad tempus conditi teſtamenti. Andr. Gail. obſer. 73. nu. 4. lib. 2. vide ſupra, lib. 1. tit. de augumento, bonita. & ęſtimat. aurei.

Legatum frumenti, & olei, ſi eſt conſumptū, & reperitur aliud tempore mortis, debetur in eo, quod tunc reperitur, ſed pro quantitate, quæ tēpore teſtamēti reperiebatur, quod etiam procedit in legato nummorū. Vinc. de Frā. deciſ. 313. par. 2.

Legatum generale non comprehendit, niſi ea, quæ tempore teſtamenti teſtator habuit, nō futura, & ſi fiat teſtamentum ſecundum, in quo confirmetur legatum rerum in primo teſtamento factum, in eo legato veniunt ſolùm res, quas teſtator habebat tēpore primi teſtamenti, niſi res poſteà acquiſitæ eſſent acceſſoriæ ad primas. Roma. ſing. 563.

In legatis particularibus, ſemper inſpicitur tēpus teſtamēti, quoad æſtimationē rerū legatarum. Natt. conſi. 156. nu. 17. Tom. 1.

In legato omnium mobiliū, & fructuū cōprehenduntur ēt bona mobilia, quæ tpe mortis teſtatoris, reperiuntur. Auguſt. Bero, q. 30.

Legato facto titio de omnibus, quæ habet teſtator in certo loco, ſi facto teſtamento quæſiuit ibid. multa, an legatarius habeat, etiam poſteà quæſita, vide Bart. in l. 12. ff. de teſtamen. tutel.

Legato vniuerſali, an veniant omnes res repertæ tempore mortis, vel teſtamenti, & dictio omnis eſt collectiua, & omnia comprehendit. Bart. conſi. 50. vol. 2. & conſi. 51.

Si tempus apponitur ſubſtantiæ legati, in dubio inſpicitur tempus à morte teſtatoris. l. 18. §. hæc conditio. ff. de manumit. teſta.

Legatū ſimpliciter, & indefinitè prolatū, ad tēpus teſtamēti refertur, & nomina poſſeſſiua, meum, tuum, ſuum, præſens tempus ſignificant. l. 8. ff. de auro, & argen. lega.

Vt legata acquirantur patri, vel filio, inſpicitur tempus, quo dies illorum cedit, vel conditio purificetur, an ſit in poteſtate filius, vel nō. l. 4. C. de conditio. incert.

Qui legat cognatis, vel agnatis videtur legare his, qui ſunt cognati tempore teſtamēti, vel tempore mortis. l. 20. ff. de reb. dub.

Legatum quando in dubio cenſeatur factum animo compenſandi, vide Affiict. deciſi. 44. Mago. deciſ. 13. Rot. Floren. Crau. conſ. 149. Menoch. conſi. 179. lib. 3. & 236. 265. ibi. Bar. in l. vnica. C. de rei. vxo. act.

Debitor neceſſarius legans, compenſandi animo legare videtur; ſecùs eſt in volūtario: ſed quod debitum dicatur neceſſarium, quod voluntarium, quid in debitore quantitatis legādo in ſpecie, vide Hiero. de Mōt. in ſuis quæſtionibus. q. 3.

Legatum ab auo nepti ſimpliciter factū, in dubio neptis intuitu dicitur factum; ſecùs ſi non ſimpliciter, veluti ex cauſa dotis, vel alimentorum, ſed quid ſi filius pater neptis eſſet diues; vide Mago. deciſ. 13. Rot. Floren.

Donatio inter viuos ſequens, cenſetur in recōpenſam legati facta: ſed quid ſi eſt diuerſa quantitas, vide Vincen. de Fran. deciſ. 422.

An legatum paternum, ſit compenſandum cū legato auito, vide Raud. de anal. c. 33. nu. 48.

Compenſandi animus, an præſumatur in hærede legante, caſu, quo ex alia cauſa aliquid ex neceſsitate deberet legatario, veluti ex diſpoſitione legis, vel teſtatoris, cuius ipſe erat hæres, vide Crau. conſi. 131. nu 14.

Legata duo facta, ēt ex eadem cauſa debentur, qn̄ ſunt facta à diuerſis perſonis: Ideò pater legando filiæ, non cenſentur legaſſe animo compenſandi cum legato facto ab auo eidē nepti. Natt. conſi. 363.

Qn̄ teſtator legat filię, vel genero, cui obligatus erat ꝑ dote nō ſoluta, au, & qn̄ cēſeat legare aīo cōpēsādi cū dote, vide Menoch. cōſ. 279.

Legatum

Legatum factum per vxorem viro, computatur in lucro debito ipſi viro ex forma ſtatuti. Barto. in Auth. preterea. C. vnde vir. & vxor. & in l. 23. §. ſi pater. ff. ſolut. matrimo.

Prælegatum factum vxori, in dubio nõ videtur factum animo compenſandi. Bar. in l. 3. ff. de dot. prælega. Ideò vir legans vxori in dubio non intelligitur legare pro dote. l. vnica. §. 1. C. de rei vxor.

Filia conſequitur, & dotem à patre promiſsã, & legatum. l. 4. ff. de collatio. dot.

Filia recipiens legata ſibi relicta non tenetur conferre dotem, ſi nullam aliam portionem hæreditariam petat. l. 10. C. de collatio.

Clauſula relata ad legata, quibus dies non eſt appoſita, non refertur ad legatum collatum in tempus certæ ætatis. l. 53. ff. de condictio. & demonſtra.

Legata vinea, non venit canetum ſeparatum p octo milliaria, licèt teſtator vſus fuiſſet ipſo caneto ad vſum vineæ. Put. deciſ. 85. lib. 3. vide Aemil. deciſ. 233.

Sub legato ſimplici, quando veniat mixtum, vide Gaſp. Cabal. Milleloq. 411.

Legatum penſionis pro vna domo, in fine anni debetur. Hiero. Mago. deciſ. Luc. 69. nu. 8.

Communis concluſio eſt prælegata particularia ſub fideicõmiſſo vniuerſali catenus contineri, ſi ante fideicõmiſſum relicta ſunt, hoc eſt ſi præceſſerint fideicommiſſum, & hæredis inſtitutionem: ſecùs ſi poſt; ſed hoc vltimum dictũ etiam limitatur in ſeptẽ caſibus. vide And. Gail. obſer. 135. lib. 2. infra tit. de fideicõ. in genere. vide l. 16. de fideicõmiſ.

Legantis ius hypothecæ hẽt in eo tantùm, qđ ſupereſt deducto ære alieno; ſed quomodo hoc intelligatur, vide Mago. deciſio. 59. Rot. Floren.

Maritus ſi relinquat vxori donec vidua permãſerit, & poſt eius mortem titio, ſi nubat, debetur titio; non mariti hæredibus relictum. Rot. Auenio. deciſ. 4 in deciſi. diuerſo. Tom. 3. Fran. Mant. de conīectu. vltima. volunt. lib. 3. tit. 19. nu 19.

Legatum factum, vt ſoluatur de pecunia exigẽda ab aliquo debitore teſtatoris, non impedit, quin legatarius poſsit experiri pro ipſo legato conſequendo contrà hæredem; ſecùs ſi nomen debitoris, aut inſtrumentum debiti ſimpliciter eſſet legatum. Pap. lib. 20. tit. 5. arreſt. fina.

Verbum, lego, aliquando denotàt hæredis inſtitutionem, vide Raud. tracta. de anal. c. 18. nu. 12. vide, & in tit. de hæred. inſtitu. infra.

Onus impoſitum legatario, non diminuitur, legato diminuto; ſed quando hoc procedat, vide Vincen. de Fran. deciſ. 362. par. 2. quando legata debeant, minui propter hæreditatis diminutionem, vide Dec. conſi. 583. n. 13.

Diminuto legato non diminuitur fideicommiſſum à legatario relictũ, ſi legatum remanſit ſufficiẽs ad onus. l. maritũ. §. fin. ff. ad leg. Fal.

Quatenus defalcatur à primo fideicommiſſario, catenus defalcat ipſe à ſuo legatario. l. facta. §. Titius. ff. ad Senatuſcon. Trebellia.

Teſtamento reſciſo pro parte, legata diuidua debentur pro parte, indiuidua inſolidum. l. 13. C. de inoffic. teſtamen.

Creditor non agit contrà legatarios, ſed cõtrà hæredes. l. fin. C. de hæredit. actio.

Legatum vtrunque debetur ſi eſt diuerſa quantitas. fallit ſi vtrunq; legatum eſt pro eadem cauſas, vide Vincẽ. de Fran deciſ. 422. quando reperiuntur plura legata facta, eidẽ perſonæ, quando omnia debeantur, vide infra tit. de adimend. legat. Barto. in l. 45. §. ſi Titia de lega. 1.

Si vni à diuerſis hæredibus relinquatur quãtitas, in dubio ab vtroq; debetur tota. l. 45. §. fin. de leg. 2.

Si in duabus ſcripturis principalibus eiuſdẽ teſtamenti appareant diuerſæ quantitates legatæ, minor debetur. l. 48. eod.

Legatum repetitum, bis tantùm debetur, l. 1. §. ſi cui. ff. vt legato, vel fideicommiſſo. nom. caueat.

Cùm eadem quãtitas relinquitur, in codicillis, quæ relicta fuit in teſtamẽto, videtur animo dupliandi relicta, niſi probetur contrarium. l. 12. ff. de probatio.

Quando legatum relinquitur adiecta cauſa, an debeatur cauſa non impleta, diſtingue, aut cauſa eſt adiecta per modum conditionis, & non debetur, aut eſt finalis, & tunc pariter non debetur, aut talis cauſa non eſt finalis, ſed impulſiua, & tunc ſubdiſtingue, aut cauſa ſolùm reſpicit fauorẽ legatarij, & hoc caſu legatum debetur, etiam cauſa non impleta, aut reſpicit etiam fauorem tertij, & tunc non debetur, niſi impleta cauſa, ſcribuntur exẽpla per Ioan. Pap. lib. 20. tit. 5. Arreſt. 2. quòd defectus cauſæ de futuro faciat legatũ deficere, habetur in l. epiſtolam. ff. ad Trebellian. cauſa quoq; finalis actat, & reſtringit legatum. l. 10. §. ſed, & ſi. ff. de vſu. & habit. fallit ſi reſpiciat fauorem legatarij. l. 4. ff. de aliment. & cibat. legat.

Falſa cauſa vitiat inſtitutionem; legata tamen firma remanent. l. fin. ff. de hæred. inſtitu.

Falſa demonſtratio non vitiat legatum, ſi de corpore conſtet, neque falſa cauſa, quæ apponitur per quia, vitiat, niſi conditionaliter ſit expreſſa. l. 17. ff. de condictio. & demonſtra.

Quando

Quando teſtator inſtituit filium cũ onere ſoluendi legata,& deinceps,facit plures gradus ſubſtitutionum, & in vltima ſubſtitutione fecit multa legata,etiam pro maritandis filiabus,tunc ipſa non debentur à primo hærede inſtituto, vel ſubſtituto, ſed ſolummodo in caſu aduenientis vltimæ ſubſtitutionis. Boer. deciſio.146.

Legatum relictum pluribus tutoribus, totum debetur illis, qui adminiſtrauerunt,& reddiderunt rationem tutelæ. Capel.Thol. q.294.

Teſtamenti tempus in legatis attenditur, non autẽ tempus mortis: fallit primò,quãdo cõtrarium conſtaret de mente teſtatoris; ſecũdò, quando legatum fieret in recompenſationem:tertiò,quando legatur armentũ animalium,& ſimilium rerum,quæ patiuntur augumentum,& diminutionem. Ioſeph. Ludo. dec.Peruſ.61.par.2.vide Cabal. Milleloq.38.

Teſtator legauit filiabus,quæ viduæ fuerint cẽtum, an ad legatum admittantur,quæ erant viduæ tempore teſtamenti, vel quæ poſteà cõtingeret viduari,vide Bar.in l.29.ff.de hæred.inſtitu.

Legatum grani,& pecuniarum,debet vtrunque ſolui tempore recollectionis. Ioſeph. Ludo. deciſi.Luc.23.

Reditus relictus quolibet anno, intelligit̃ debere ſolui,quando hæres fructus colligit:idẽ in ſolutione pecuniæ relictæ vnà cum reditu. Roma.ſing 389

Legata vbi nominatim ab hærede veniũt præſtanda,onus ipſorum ad fideicommiſſarium non ſpectat; ſecus ſi ſimpliciter relinquunt̃, & fideicommiſſum ſimpliciter. DD. de Rot. deciſ.12.de teſtamen. in antiq. ſed an hæres granatus, vel fideicommiſſarius,teneatur ad ſolutionẽ legatorum, & quid ſi hæres ſoluerit de ſuo,vide Craue.conſ.16.

Legata ad hoc, vt dicãtur relicta à ſubſtituto, impuberis, quomodo debeant concipi verba,& an dicantur relicta ab hærede, vel à fideicommiſſario, in fideicommiſſaria ſubſtitutionem,vide Bart.in l.42.ff de vulgari.

Inſtitutus non præſtat legata à ſubſtituto relicta.l.13. C.de fideicom.

Legata relicta à tutore intelliguntur relicta à pupillo.l.20.C.eod.

Legato facto pluribus ſimpliciter,& vni ſpecialiter, tantum ius conſequitur ille ſolus, cui ſpecialiter, quantum illi omnes, quibus ſimpliciter collectiuè legatum fuerit. Dec. conſil. 122.

Teſtor legauit aliqua bona, & inde dedit facultatẽ hæredi,redimẽdi illa bona legata dãdo tot alia bona,q̃ ſint tanti reditus, quãti,ſint ipſa legata,hæres lapſis viginti annis vult redimere dicta bona, & aſsignare alia, dubitatur, an hæres teneatur aſsignare tot bona, quæ ſint tanti reditus,quanti ſunt illa legata inſpecto tempore præſenti, vel tempore cõditi teſtamenti.Menoch conſi.142. lib.2.reſpondit eſſe inſpiciendum tempus præſens: à qua facultate redimẽdi hæres excluditur præſcriptione triginta annorum.idem. Menoch.ibi.conſi.143.

Viduæ vxori ſi à marito veſtis relinquatur, ſeu fuerit grauatus hæres, vt vxorem veſtiat viduam, an liberetur hæres, dando vnum veſtimentum pro ſemel tantum, vide Ludo. Roma.ſing.295.

In legatis ſtricta interpretatio fieri debet, vt hæres cenſeatur minus grauatus, quàm fit poſſibile. Craue.conſi.25.nu.24 & conſi.86. nu.7.ſed quando hoc procedat, vide Craue. conſ. 297. Menoch.de arbitra.quæſt.99.Dec. conſil. 290.

Prædicta procedũt quando fit legatum extraneo; ſecùs ſi coniunctæ perſonæ. Menoch. conſi.279 aliàs potius tolleratur,quòd legatum ſit inutile, quam quòd cenſeatur teſtator grauate in dubio hæredem.Craue.conſi. 32.& 86.nu.10.

Aliquando tamen ad ſuſtinendum legatũ admittatur larga interpretatio.Crau.conſ.208. legatum an, & quando latè,vel ſtrictè ſit interpretandum,vide Natt.conſ.626.Menoch. conſi.140 lib.2.

In dubio qualiter debeat interpretari legatũ, vide Craue conſi.86.etiã pro legatario,vide Afflict.deciſ.44 nu 24.

Legatum comprehendit,quicquid eſt intra cõfines rei legatæ, quando tota res confinata, eſt in dominio teſtatoris.Craue.conſi.105.

Teſtator ita diſponere poteſt de rebus hæredis,ſicut de ſuis proprijs:ideò ſi legauerit rẽ ſimpliciter,in qua hæres ius aliquod habet, cenſetur legare,etiam ius hæredis. Craue. conſil. 133.

In vltimis voluntatibus,ſi verba teſtatoris diriguntur ad legatarium de percipiendo talem,aut talem rem, electio eſt legatarij.Iaſ. de actio. §. ſi quis agens. verſic. huic autem. num. 12.

Quid in legatis in genere relictis,cuius ſit electio,vide Iaſ.ibi.nu.14.

Seruatur ordo in legatis,vt ſi teſtator dicat vnũ ex equis meis lego Titio, alterũ Mæuio:nam tunc Titius,qui eſt primò nominatus, debet prius eligere.Maran.in ſuo Spec.nu.17.fol.3. facit. l. quotiens. ff. de vſufruct. & quemad. quis.vtat.

Optione legata, vel electione vnius, vel alterius rei, facultas optandi, vel eligendi tranſit ad hæredem legatarij. Menoch. conſil. 55. titulo 24.

Electio tranſmittitur in legatarium, ſi res relinquitur eligenda per tertium, & is per annum eligere negligat, dummodo eligat rem mediocrem. Bar. ſing. 189.

Si teſtator ſenſit de certo legatario, nec appareret de quo, poteſt hæres eligere, quem vult l. 8. §. ſi inter de leg. 2. de varijs perſonis, quibus in dubio relictum videatur, vide Mant. de coniect. vltima. volunt. lib. 8. tit. 7.

Hominis in genere legati cuius ſit electio, vide gloſſ. in §. non tantùm. l. 26. ff. famil. erciſc.

Si teſtator reliquerit prædium fratribus ſuis, intelligitur ſecũdum iuris communis diſpoſitionem; quia tunc fratres ex vtroque latere coniuncti præferuntur fratribus tantùm ex vno latere. Dec. conſ. 155.

Hæc verba; voluit, & ordinauit, quod ſorori ſuæ non debeat auferri, neque minui aliqua res de eo, quod tenet, & poſsidet de præſenti in tali loco, important legatum in ipſis rebus. Dec. conſi. 290.

Quando fit legatum cum onere non petendi aliquod creditum ab hærede, ſi legatarius acceptauerit legatum, videtur iura crediti remiſiſſe, quia legatum cum onere ſuo acceptatum intelligitur. Dec. conſi. 300. & ex tali acceptatione creditor ſibi præiudicat, vide Dec. conſi. 425.

Legatum agnoſcens, videtur illud agnoſcere cum onere ei annexo; tamen filia, cui relictum eſt aliquid cum præcepto, quòd eo ſit tacita, & contenta, ita vt, ne aliquid amplius conſequi poſsit in bonis paternis, poterit tamen petere dotem maternam. Natt. conſil. 186 tom. 1. vide Menoch. conſi. 81. vol. 1. vbi tenet contrarium.

Legatum factum eo adiecto onere, quòd legatarius debeat morari cum aliquo, ſi cęperit morari, & onus illud deficiat, legatum debetur. Menoch. conſilio 146. libr. 2. nume. 19.

Si alicui fuerint plura legata in eodem teſtamẽto, quando poſsit vnam acceptare, & reliqua repudiare, vide Bartol. in l. 20. C. de iure deliberand.

Legatum in dubio, videtur tranſlatum in aliũ cum onere ſuo. l. 12. ff. de aliment. & ciba. lega. & l. 13. eod.

Accipiens legatum, videtur approbare voluntatem defuncti, & amplius non poteſt de eius teſtamento conqueri. l. 31. ff. de mino. 20. ann. tamen qui legatum accepit, non prohibetur petere hæreditatem ab inteſtato. l. 46. ff. de pet. hæred.

Onus, quod poteſt per alium impleri, migrat de ſubiecto in ſubiectum, nempè ambulat de legatario (cuius eſt legatũ caducum, vel quaſi) in ſubſtitutum, vel eius coniunctum, vel grauatum, apud quem remanet emolumentum; ſecùs in grauamine, quod ab alio impleri non poteſt. l. vnica. §. ne autem. C. de caduc. tollen.

Cùm finitur legatum, tunc finitur onus legato adiectum, niſi aliud de voluntate teſtatoris appareat. §. Titia. l. 20. ff. de aliment. & ciba. legat.

Legatum debetur regulariter ab omnibus hæredibus, pro hæreditarijs portionibus. Dec. conſi. 300. nu. 14.

An, & quando locus vbi, vel ex quo ſolutio legati fieri debet, videatur legatum limitare, & reſtringere, vide Dec. conſi. 325.

Legatarius duarum partium bonorum mobilium, non tenetur, pro rata ſubire onera hæreditaria. Dec. conſ. 387.

Quãdo legatum fit Antonio patri, & filijs, hoc intelligitur ſucceſsiuè, vt filij veniãt poſt patrem. Dec. conſi. 662.

Particulariter inſtitutus, habetur loco legatarij. Dec. conſ. 666. nu. fin.

Relictum ſub titulo legati in inſtrumento donationis inter viuos, ſortitur naturam legati, & non donationis inter viuos. Natt. conſil. 645.

Legata re à teſtatore, veniunt, & aliæ, quæ vſus cauſa illius poſsidebantur. Menoch. conſil. 140. lib. 2. nume. 22. & fundo legato veniunt, & paſcua empta pro fundi vtilitate. Menoc. ibi. nu. 23.

Legatum à teſtatore factum moniali conſanguineæ exiſtenti in monaſterio; ſed mundum profeſſę, intelligitur factum intuitu religionis: ideò non debetur, ſi monialis reliquerit religionem, & nupſerit. Menoch. conſ. 167. lib. 2.

Legatum factum virgini cùm nupſerit, & non ex alia cauſa, vel occaſione, non debetur virgine ingrediente religionem. Menoch. conſ. 169. lib. 2.

Si teſtator legauit ſex prædia, quæ dicebat habere in ragione, puta Taurini, ſi ſolùm quinque in ipſa regione habeat, illa ſolùm debentur, licèt haberet aliud prædium in alia regione. Menoch. conſi. 337. lib. 4.

Licèt teſtator præſumatur legando rem cõmunem, ſolùm legare partem ſuam; tamen hoc fallit, quando legaſſet rem, quam communem habebat cum hærede: tunc enim tota legata cenſetur. Menoch. conſil. 349. lib. 4.

F alias

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

aliàs in dubio legando rem, videtur quis legare partem, quam habet in re. l. 5. §. fi. de leg. 1: & hoc caſu quis videtur ſolùm legare ius, quod habet in re, etiam ſi morte finiatur. l. 24. §. ſi vſumfructum. & l. 74. ff. eo. l. 36. ff. de vſu, & vſufruct. lega.

Euictio non debetur in prælegato vni, ſecùs ſi pluribus prælegetur. Bart. ſing. 85.

Teſtator, ſi vni fundum leget, alteri vſumfructũ eiuſdem fundi, quilibet vſusfructus dimidiá habebit. Ludo. Roma.

Teſtator ſi leget duos ſeruos de ſuis, Titio, per eum eligendos, reliquos verò Sçio, repudiáte Titio, Seius omnes habebit virtute verbi reliquos. idem ſing. 35.

Teſtator, ſi Titio fundum relinquat cùm decẽ dare poterit, illa decem hæredi ſunt danda. idem Roma. ſing 48.

Legatum purum tranſmittitur ad hæredes; ſecùs ſi ſit conditionale; idem ſi vnum purè, & alterum ſub conditione alternatiuè, vide Roma. ſing. 89.

Legatum factum de digeſto, ſeu infortiato, importat, vt vtrunque debeatur: nam in hoc caſu diſiunctiua accipitur pro coniunctiua. Fran. Cremenſ. ſing. 57.

Proprietas domus videtur legata ab eo, qui dicit, lego habitationem meam ſic cõfinatam; ſecùs ſi dicat, lego habitationẽ talis domus ſic confinatæ. idem ſing. 111.

Si lego tibi fundum, in quo eſt palatium, includitur etiam palatium. Petr. de Rauen. ſingul. 357.

Legatum vinum, debet portari ad domum legatarij ſumptibus ipſius. Petr. de Rauen. ſing. 801.

Legatum relictũ à teſtatore de bonis cum alio communibus, debetur ab hærede de parte teſtatoris. Pet. Gerar. ſing. 44.

Teſtator inſtituit Sempronium hæredem, & legauit fundum Titio, donec vixerit, moritur hæres, deinde legatarius, quæritur, an legatum debeat remanere pęnes hæredes legatarij, vel redire debeat ad hęredem hæredis, vide Io. Ant. Trigo. ſing. 2.

Legatum quantitatis factum ab inſtituto per teſtatorem Titio, ſi eidem à ſubſtituto relinquitur maior quantitas; in illa maiori quantitate, ineſt relictum ab inſtituto. Bar. in l. 55. §. ſi à filio. de leg. 1.

Incertitudo, quando vitiet legatum, vide Bart. in l. 6. ff. de reb. dub.

Teſtator mandans reddi cuicunque debenti recipere, non intelligitur mandaſſe de eo; qui exceptione repelli poteſt. Bart. in l. 94. ff. de ſolútio. & libera.

Legatum factum vxori, donec caſtè vixerit, ei debetur tranſeundo ad ſecunda vota, niſi communis vſus aliter ſe habeat. Bartol. in §. cum igitur, Authen. de non eligendo.

Subſtitutus detrahit legata tanquàm æs alienum; & in re certa ſubſtitutus datis alijs ſubſtitutis, habetur loco legatarij. Bartol. conſ. 8.

Cùm in annos ſingulos legatur, non vnum eſſe legatum, ſed plura conſtat, nec ſemel dies eius cedit, ſed per ſingulos annos, & in principio. l. cùm in annos. ff. quando dies legat. ced.

Cùm legatum incipit à præcedenti diſpoſitione, ſequens, in quod transfunditur, ſtatim mora commiſſa petetur, ſi incipit à præcedenti conditione, legatario interim moriente, nihil ad hæredem tranſmittitur. l. cum ſiue. ff. eod.

Si dies non eſt appoſita ſtatim debetur, & cõfeſtim ad eum pertinet, cui datum eſt, legatum: dies verò adiecta, quamuis longa ſit, modo certa exiſtat, dies quidem legati ſtatim cedit; ſed ante diem peti non poteſt: at ſi incerta; veluti cum pubes erit, niſi adueniente die pubertatis, neque res pertinet ad legatarium, neque dies interim legati cedit. l. ſi dies. ff. eod.

In legatis alternatiuis, vnum eſt legatum, etſi vna pars eſt conditionalis, legatario interim decedente, nihil ad hæredes tranſmittit. l. cũ illud. ff. eod.

Legatum vbi ſolui, & peti debeat, vide glo. fi. in l. 38. ff. de iudi.

Legatum relictum alicui, vt filio non debetur, ſi appareat illum non fuiſſe filium. l. 5. C. de teſtament. & quemadmodum.

Legatum incertum rei, quæ habet fines facto hominis valet, ſi in patrimonio reperiatur; aliàs ſecùs. l. 73. de leg. 1.

Si in petendo legatarius, & ſubſtitutus ſibi concurrant, in dubio eſt primus legatarius præferendus. l. 8. §. certam de legat. 2.

Quando dubium eſt, an legatum ſit annuum, an ſemel tantùm debeatur, vide Doct. in l. 3. §. fin. ff. ad leg. falc.

Ne legatum pereat vna res, pro alia defalcatur l. ſi fundus mihi ff. ad leg. falcid.

Quando dies legati cedat, & tranſmittatur ad hæredes legatarij, vide per tot. tit. ff. quando dies legati ced.

Legatum, quod perſonæ cohęret, extinguitur, mortuo legatario ante aditam hęreditatem. l. ſi habitatio. ff. eod.

Furioſus legatum ſibi relictum, etiam in furore decedens, tranſmittit ad hæredes ſuos; ſecùs in hæreditate. l. fi. §. tali itaque. C. de curato. furioſ.

Si proprietas vni, & alteri vſusfructus legatur; legatario vſusfructus mortuo viuo teſtatore, vſusfructus conſolidatur cum proprietate; & nihil remanet mortuo teſtatore apud hæredem. l. 40. ff. de vſufruct. & quemadmodum quis vtat.

Legatarius, cui imminet reſtitutio, recuperat expenſam ab eo, cui tenetur reſtituere. l. 57. ff. eodem.

Verba teſtatoris, debent intelligi ſecundum cõditionem perſonæ, cui legatur. l. 12. §. equitij. ff. de vſu, & habita.

Legata ſoluuntur poſt ſolutionem æris alieni. l. fi. §. etſi præfatam, & ibi gl. C. de iure delibe.

Si ædes legantur, vel vendantur, videtur actum, vt contignationes vti ſtant, ita ſtent. l. 35. ff. de ſeruit. vrba. prædio.

Legatum relictum familiæ, debetur gradatim perſonis appellatione familiæ contentis, & in hac lege deſcriptis, vide. l. fin. C. de verbo. & rer. ſignif.

Inſtrumenta emptionalia rei legatæ, debent remanere penes hæredem, præſtita cautione de illis exhibendis, cum fuerit neceſſe. l. 24. C. de fideicom.

Legatum caducum, remanere debet penes hæredem, niſi legatarius in eo habueret ſubſtitutum, re coniunctũ. l. vnic. §. 1. C. de caduc. tollen. vide tamen glo. ibi.

Si legatarius emit ab hærede rem ſibi legatam pendente conditione, ſi poſteà exiſtat conditio, repetit precium per actionem exempto. l. 30. ff. de actio. empt.

Legatum factum per ſocerum genero nomine filiæ, cedit in cauſam dotis: ideò ſoluto matrimonio debet vnà cum dote reſtitui. l. 49. §. ſocer. ff. de iure dot. vide l. 70. §. Titio genero. ff. de conditionib. & demonſtr.

Heres ſoluens vnum legatum pium in teſtamẽto minus ſolemni relictum, cogitur ſoluere aliud legatum veniens in conſequentiam illius. arg. l. 38. ff. de fideicom. liberta. vide gloſ. in l. 16. C. de teſtament.

In ſpecie legata ab inſtituto, & ſubſtituto præfertur ille, cui ab inſtituto relicta eſt. l. 20. ff. ſi quis omiſſa cauſa.

Si legatum non valet ab initio, confirmatur ex poſt facto, impedimento ex vltima voluntate teſtatoris ſublato. l. 8. §. ſi ei ſeruo. ff. de iure codicil.

Si non apparet de perſona legatarij, legatum redditur nullũ. l. 18. ff. de vſu, & vſufruct. leg. l. 5. ff. de reb. dub.

Legato fundo, an videatur legatum iter, per alterum teſtatoris fundum, vel alterius, redimendum, vide gloſſ. in §. ſi loci. ff. de adimend. legat.

Valet legatum factum incertæ perſonæ de certis, vel de incertis, ſi incertitudo venit declaranda ex aliquo futuro euentu. l. 6. ff. de reb. dub. vide l. 15. ibid.

Incertitudo perſonæ legatarij, procedens ex euentu caſus, in quem legatum confertur, vel ex ꝓlatione defuncti, vitiat legatũ. l. 11. ff. eo.

Legata pura, quæ teſtamenti tempore non valerent, ſi teſtator tunc decederet, non confirmantur impedimento ceſſante: ſecùs in legatis conditionalibus, vel in diem incertam. l. 1. ff. de reg. cato. de limitationibus, vide per gloſſ. ibid.

Duæ cauſæ lucratiuæ, non poſſunt concurrere circa eandem rem, niſi vna eſſet reuocabilis, l. 83. §. ſi rem. ff. de verb. oblig.

In legatis videntur hæredes in dubio grauati pro hæreditarijs portionibus; etiamſi alter eorum ſub nomine hæredis, nominetur. l. 17. ff. de duob. reis.

Hæres ſoluẽs vni legatum inſolidum, omnibus ſoluere compellitur, etiam facto inuentario. §. non autem. authen. de hæred. & falcid.

De materia rerum dubiarum, vide infra tit. ſeq.

De verborum, & rerũ ſignificatione.

QVod tempus dicatur antiquiſsimũ, & immemorabile, vide Put. deciſ. 212. lib. 1. & antiquitas quanto tẽpore dicatur improbationis materia, vide Cabal. Milleloq. 64. Menoch. de arbitra. caſ. 3.

Tẽpus antiquum dicitur, quod excedit annos 100. Vinc. de Fran. deciſ. 357. part. 2. Verà. deciſ. 28. vide tamen Crau. conſi. 146. & in ſentẽtia, quod tempus dicatur antiquum, vide Menoch. de arbitra. lib. 2. caſ. 4.

Tempus modicũ in iure, dicitur decem annorum. Cabal. Milleloq. 158.

Diſpoſitio loquens de tempore antiquo, de quot annis intelligenda ſit, vide Raud. tract. de annalog. cap. 15. nu. 213.

Factum antiquiſſimum dicitur, quando excedit metã centũ annorũ. Affli. deciſ. 146. nu. 4.

Tempus breue dicitur ante biennium, & poſt biennium dicitur longum tempus, & vetus. Gramma. deciſ. 24. nu. 10.

Tempus decem annorum etiam dicitur longũ ibid. nu. 11. vel 20. Bar. in l. 10. ff. de peti. hære.

Inops eſt, qui nihil habet, & pauper quis dicatur, vide Afflic. deciſ. 179. Caſſad. deciſ. 6. nu. 7. & quis diues, relinquitur arbitrio iudicis Menoch. de arbitra. caſ. 65. quis dicatur pauper, & qui inops, vide Pet. Roy. deciſ. 4. Litua. nu. 66. in deciſio diuerſo. pauper, dicitur qui non habet 50. aureos in bonis Bat. in l. 8. ff. de accuſatio.

Factum ab antiquo, nedum dici poteſt per decennium elapſum, verum etiam in minori tẽpore trium, vel duorũ annorum. Gramma. deciſ. 60. nume. 12. vide tamen Franc. Marc. quæſt. 608.

Quando factum dicatur antiquum, vide Afflic. deciſ. 83. nu. 7. Fran. Marc. q. 608.

Antiquitus dicitur, de cuius contrario memoria non exiſtit. Guid. Pap. ſing. 387.

Filiorum appellatione, an, & quando veniant nepotes, vide Put. deciſ. 263. lib. 3. Bart. in l. 6. C. ad Senatuſconſult. Macedo. & in l. Gallus. §. inſtituens. ff. de liber. & poſthum. quòd non veniant in donationibus, ſcribit Hiero. Mago. deciſ. 71. Rot. Floren. & in vltima voluntate, regulariter appellatione filiorum, nõ veniunt nepotes. Dec. conſ. 95. quando tractat de eius incommodo. idem Dec. conſ. 218. aliàs ſecùs, niſi quando filij vocantur cum aliqua qualitate, quæ non erat in nepote. Hippol. ſing. 303.

Appellatione filiorum veniunt nepotes, & deinceps deſcendentes, quando teſtator promiſcuè vtitur verbo filiorum, & liberorum. Cabal. Milleloq 998. Craue. conſi. 62. nu. 12. vide conſ. 155.

Appellatione lineæ, venit recta, quæ comprehẽdit aſcẽdentes, & deſcẽdentes tantùm: Gaſp. Cabal. Milleloq. 684.

Nomen hęredis, nominati in contractibus, etiã ad ſucceſſorem ſingularem pertinet. Gome. Leo. deciſ. 87. in deciſio. diuerſo. tom. 2. & appellatione ſucceſſoris, venit etiam particularis, l. 24. §. adijcitur, & ibid. gloſſ. ff. de damn. infecto. Put. deciſ. 332. lib. 3. nu. 3. contrarium ſcribit Hartma. Hartma. c. 16. ti. de verb. ſign.

Appellatione filiorum, an veniant etiam filiæ in legatis, & fideicõmiſſis, vide Franc. Mant. tract. de coniect. vltima. volunt. lib. 8. tit. 7. vel nepotes. ibid tit. 8.

Vxor nupta extra familiam, non eſt de familia patris, ſed viri. Ozaſ. deciſ. 127.

Diſpoſitio inducta in fauorem agnationis, non cõprehendit fęminas, in quibus finitur agnatio. ibid. nu. 4.

Differentia conſtituitur inter eum, qui dicit ſe de familia, & eum, qui de domo, & de cognatione ſe profitetur. ibi. nu. 7.

Parentum appellatione, veniunt pater, & mater. Afflic. deciſ. 178. maiores qui dicantur, & qui parẽtes, vide Boer. deciſ. 13. nu. 28. & auię appellatione venit, proauia. Bar. in §. inſtituẽtes. l. Gallus. ff. de liberis, & poſthumis.

Parẽtes vſq; ad tritauum apud Romanos proprio vocabulo nominantur, vlteriores, qui non habent ſpeciale nomen, maiores appellantur: item liberi vſque ad trinepotem, vltra hos poſteriores vocantur. l. Iuriſc. §. parentes. ff. de gradi. affinit.

Cùm tractatur de odio appellatione patris, vel matris, non comprehenditur auus, vel auia. l. 44. §. hoc capite. ff. de rit. nuptia.

Appellatione nepotum, veniunt nepotes, tàm ex maſculis; quàm ex fęminis. §. itẽ vetuſtas, inſtitu. de hæred. quæ ab inteſtato, & inter liberos nepotes quoque cõnumerari diuus pius ſcripſit in l. fi. ff. de pollicitatio.

Appellatione domus continetur ſubſtantia, & patrimonium. l. 15. § domo. ff. de fundo. inſtr. in additio. tñ quandoq; domus ponitur pro familia. Hartma. Hartma. cap. 11 tit. de verb. & rer. ſignifica. & pro omnibus deſcendentibus ab vno ſtipite. Bart. in l. 1. ff. ad Senatuſconſul. Sylla. & plenius familię appellatio qd contineat, & domus quomodo intelligatur, vide per Boer. deciſ. 213. & in l. 1. §. familiæ. ff. de publica. & vectigal.

Poſteriorum appellatione, comprehenduntur omnes deſcendentes. Hartma. Hartma. cap. 16. de verbo. & rer. ſignificat. an veniant nati ex fęminis, vide Caſſad. deciſ. 1. tit. de iure patronat.

Appellatione hæredis in teſtamento appoſiti, veniunt ſolùm deſcendentes; ſed in contractibus, veniunt etiam extranei hæredes. Papon. lib. 17. titu 3 arreſt. 5. vide Guid. Pap. q. 457. ſed an comprehẽdantur etiam hæredes particulares, vide Guid Pap. q. 458. appellatione hæredum, quando veniant etiam hæredes extranei, vide Dec. conſ. 295.

Hæredis, verbum indefinitè prolatum, intelligit ſecundum ſubiectam materiam, deductã in contractu. Fel. conſ. 28.

Hæres hæredis, dicitur hæres, & talis hæredis appellatione, hęres comprehenditur. Fel. cõſil. 32. nam appellatione hæredis, veniunt hæredes in infinitum. l. 22. C. de legat.

Appellatione hæredis legitimi appoſiti in ſubſtitutione, ſolùm veniunt deſcẽdentes ad excludendum ſubſtitutum. Papon. lib. 17 titu. 3. arreſt. 6 qui veniãt appellatione ſuorũ in materia ſubſtitutionis, vide Crau conſ. 226.

In materia indifferẽti, appellatione ſuorum hęredum, veniunt ſui, & quicunque hæredes; ſecùs in materia feudali, ſecũdum ius commune. Guid. Pap. q. 230.

Appellatione hæredum ſuorum, veniunt ſolùm ſui hęredes deſcẽdentes, quando quis aliquẽ inſtituit, & ſibi ſuos hæredes ſubſtituit, licèt regulariter appellatione hæredum, veniant omnes hæredes. Guid. Pap. q 306.

Liberorum maſculorum appellatione, an contineantur maſculi ex filia, vide Guid. Pap. q. 133. & liberorum appellatio ad omnes

deſcen-

deſcendentes in infinitum extenditur. Craue. conſi. 130. & conſi. 155. Fel. conſi. 28.

Vocabulum, prolis, vel progeniæ, quid importet, vide Boer. deciſi. 356.

Deſcendentium, ſiue hæredum mentio, de ſua propria natura, comprehendit maſculos, & fœminas. Ioſeph. Ludo. deciſio. Luc. 29. num. 6. 7. & 8.

Filiorum appellatione, non veniunt fœminæ, niſi per interpretationem extenſiuam. Ioſ. Ludo. deciſi. Luc. 29. nu. 18.

Appellatione generis, aut parẽtelæ qui veniãt, vide Craue. conſi. 161.

Appellatione ſucceſſorum veniũt hæredes ſanguinis ſecũdum materiam ſubiectam. Craue. conſi. 251. nu. fin.

In contractibus appellatione filiorum non cõtinẽtur nepotes: fallit in materia feudorum. Io. Ant. Trigo. ſing. 19.

Diſpoſitio facta de liberis, & parentibus, non habet locum in fratribus, & ſic in trãſuerſalibus, etiam in materia fauorabili. Dec. conſ. 276. num. 9. & appellatione fratrum in conſuetudine, nõ veniunt ſorores. Papon. lib. 17. lib. 3. Arreſt. 1.

Nepos ex ſorore, non dicitur eſſe de familia, & agnatione teſtatoris. Natt. conſi. 187. Tom. 1.

Deſcendentium appellatione, veniunt maſculi, & fœminæ, niſi materia aliud requirat, vt in ſucceſſione feudi, primogenituræ, & dignitatis. Natt. conſil. 676. nu. 9. vide Hiero. Mago. deciſ. Luc. 7. nu. 3. 26. & 32.

Liberorum appellatio ampla eſt, & cõtinet omnes deſcendẽtes in infinitum, niſi alia ſubſic coniectura in contrariũ; tunc enim continet ſolum filios, vide Menoch. cõſ. 328. lib. 4. Pet. de Raue. ſing. 237.

Appellatione liberorum maſculorum, nõ continentur nepotes maſculi ex filia. Math. Matheſ. ſing. 129.

De iure nepotis appellatione, venit filius filij, tamẽ de cõmũni vſu loquendi, intelligit de filio fratris, nec expedit probari iſte cõmunis vſus, ſeu conſuetudo. Fran. Cremen. ſing. 98. vide Bartol. in l. 27. ff. de inoffi. teſta. hoc verum impropriè. Abb. conſi. 70.

Appellatione rerum mearum in donatione nõ veniunt iura, & actiones. Barto. in l. 1. ff. de ſtat. hom.

Nomen filiorum, ſi propriè ſumatur, non continet nepotes, ſecus ſi impropriè; ſed quãdo, vide Bar. in §. quod ſi nepotes inſtitu. q teſta. tuto. dati poſſ. vide ibid. §. fi. & ibi glo. & §. 2. inſti. de Senatuſcon. Orfic.

Nepotes quando veniant appellatione filiorũ, & q nõ veniant appellatione filiorum maſculorum ſcribit Bar. conſi. 133.

Appellatione filiorum in ſtatuto, veniunt legitimi, & naturales, ſed ſoror, non venit appellatione fratris. Bar. conſi. 229. vol. 1.

Filiorum appellatione veniunt poſthumi, & appellatione liberorum omnes deſcendentes. §. fi. inſtit. qui teſtamen tuto. dari. poſſ.

Appellatione filiorum, etiã naturales filij continentur. l. 4. C. de inter. matrimo. inc. pupill. l. fin. ff. de iure deliberan. & etiam in ſeruitute concepti l. 90. §. fin. de legat. 2.

In odioſis appellatione filij, non cõtinetur nepos, ſi ratio odij, quæ erat in filio, ceſſet in nepote. l. fin. C. de natura. liber.

Appellatione filiorum, continẽtur poſthumi filij, non nepotes; ſed appellatione liberorum, etiam continentur nepotes; appellatione verò poſthumorum, omnes deſcendentes cõtinentur. l. 5. & 6. ff. de teſtamen. tutel.

Appellatione filiarum continetur poſthuma, ſi de ea teſtatorẽ ſenſiſſe aliquid appareat per indicia. l. 17. de leg. 1.

Clàm dicitur fieri, quãdo actus fit ſine ſolemnitate requiſita Bar. in l. 68 ff. de rit. nuptia.

Clàm fieri dicitur, quod fit taliter, quòd non poteſt deuenire in notitiam aduerſarij. idẽ Bar. in l. 3. §. tacitè. ff. de iur. fiſc. & aliter, clam aliquid factum, quando dicatur, vide Meno. de arbitra. lib. 2. caſ. 194. nu. 19.

Maſculinum non concipit fœmininum, quãdo in diſpoſitione fit mẽtio de maſculino p ſe, & demum de fœminino per ſe. Iaſ. Lanf. Balb. deciſi. 265.

Maſculinum, quando concipiat fœmininum in cõtractibus, vide Cabal. Milleloq. 80. & qualiter, vide Bar. in l. 7. C. vnde vir.

Appellatione hominis, non venit fœmina in odioſis, & conſuetudine. Papon. lib. 17. tit. 3. arreſt. 2.

Sermonis pronunciatio in maſculino, quando non porrigatur ad fœmininum genus, vide Guid. q. 506.

Primogenitus, ſeu primonatus quis dicatur. ibi. num. 3.

In pœnalibus, & odioſis, maſculinum non concipit fœmininum. Boer. deciſ. 316. nu. 8. idem in teſtamentis in caſu odij, & grauaminis. Bar. conſi. 54. vol. 1.

Maſculinum concipit fœmininum in vltimis voluntatibus; ſecus in contractibus. Ioſeph. Ludo. deciſi. 29 num. 1. & 17. Boer. conſil. 10. quando maſculinum, non concipiat fœmininum, vide Hippol. ſing 536.

Succeſſoris verbum, adaptatur ad maſculos, & fœminas: idem in verbo filiorum. Ioſeph. Lud. deciſ. 29 Luc. nu. 10.

Fœminæ in conſtitutionibus, vel teſtamentis, ſub quibus verbis comprehendantur, vide

Caſſad.

Caſſad.deciſ.1.de iure.patro.ſed quòd appellatione filiorum in fauorabilibus veniant fęminæ,etiam in vltima volũtate, ſcribit Abb. conſi.36.vol.1.

Agnatorum appellatione in ſtatutis,vel vltimis voluntatibus, non veniunt fœminæ agnatæ. Craue.conſi.180.

Quando maſculinum concipiat fęmininum, & in ſtatutis,vide Dec.conſi.339.2.vol.& ècontrà,quando non cõcipiat, vide Menoch.cõſ. 369.lib.4.

Dictio,aliquis, etiam fœminam comprehẽdit. Dec.conſi.507. maſculinum concipit fœmininum,non ècontrà.l.46.de leg.2.

Quando ſumus in materia indifferenti,quæ ita cõuenit fœminis,ſicut maſculis,maſculinum prolatum à lege,vel ſtatuto; concipit fœmininum.Dec. conſi.655. num.4. Hippol. ſing. 19.vide Bar. in §.ſed etſi.ff. de vent. in poſſe. mitten.

Maſculinum non concipit fœmininum;quãdo eſt diuerſa ratio.Natt cõſ.291.vel quando ſumus in materia indifferenti. Hippol.ſing. 20.

Filiorum appellatione continentur maſculi, & fœminæ,niſi ex coniecturis colligatur mens teſtatoris contraria,vt ſi plus affectionis habuiſſet,ad maſculos, quàm ad fœminas, vel etiam, niſi in loco ſit ſtatutum,quòd extantibus agnatis,fęmina non ſuccedat. Hippol. ſing 307.

Soror venit appellatione fratris. Bar in l.36.ff. de pact.hoc verbum,quicunq; maſculum cõprehendit, & etiam fœminam. l.16. ff. de iur. fiſci.

Bonæfidei poſſeſſor eſt, qui habet donationẽ, etiam defectiuam,licèt error iuris cõcurrat. Paul. Aemil. Vera.deciſ.68.par.1.quia titulus inualidus præſtat bonam fidem,etiam ſi non interuenerit iuſta cauſa credendi illum validum.ibid.num 4.ſed quis dicatur bonæfidei poſſeſſor, & qualiter præſumatur, vide glo.in cap. 17. ex.de præſcript. & malęfidei quis,vide Menoch. de arbitra.lib.2. Caſ.225. & de ambobus,vide ẽt glo. in §. ſi quis à nõ domino institut.de rerum diuiſio.

Emptor quando dicatur eſſe in bona,vel in malafide, & quid in alio poſſeſſore, vide Ozaſ. deciſ.160.

Per litis conteſtationem,an quis efficiatur malæfidei,quoad omnia,vide Barto.in l.2.C.de fruct.& lit.expen.

In vniuerſalibus iudicijs quis efficiať malęfidei, poſt motam controuerſiam, in particularibus verò,poſt litem cõteſtatam; imò in vniuerſalibus per ſimplicem denunciationem quis efficitur malęfidei poſſeſſor. Bar.in l.27. §.etiam.ff.de pet.hæred.

Etiam ille dicitur bonæfidei emptor, qui emit ab eo,quẽ ſcit conſumpturum precium, niſi ſciat eum conſumpturum, in aliquem malũ vſum.l.8.ff.pro emptore.

Clauſula;ſine præiuditio iurium, quid importet,vide Paul.Aemil.Vera.deciſ.119.

Quid de clauſula;non obſtantibus conſtitutionibus.ibi.deciſ.122. & de clauſula, omni meliori modo.deciſ.124.

Vineæ appellatione, venit arundinetum contiguum. Idẽ Vera.deciſ.233.nu.10. quando veniat,vel non,vide deciſ.342.par. 3. eiuſdẽ.

De gerundij natura,noua Theorica, vide Cabal. Milleloq.100.

Clauſula;non aliter,nec alio modo conditionẽ importat,taxat,& reſtringit actũ; ad naturã preciſam. Mago. deciſ. 49.eiuſdem Rot.nu. 7. & 8.

Clauſula;ex nunc, prout ex tunc, quomodo accipiatur,vide in tit.ſeq.

Clauſula; ſola facti veritate inſpecta, facit, vt poſsit iudex abbreuiare terminos de ſtylo ſeruari conſuetos. DD.de Rot. deciſ. 25. de reſcript.in antiq. de hac clauſula,vide ſupra in primo libro.tit.de clauſula,vt proced.ſol. fact.veri.inſpe.

Clauſula;ſummariè,ſimpliciter,& de plano ſine ſtrepitu,& figura iudicij,quid importet,vide per Marant. in ſuo Specu. part.4.diſtinctio. 9. iudicio. Rebuff. in ſuis comment.tract.de ſenten.exequuto.art.9.glo.11.n.134. Tom.1.

Dictio, vel circa,de quo tempore intelligatur, vide Menoch. de arbitra. lib. 2. Caſ. 46. vbi concludit hoc relinqui arbitro iudicis; quid de dictione,& plus,cum teſtis deponit Caiũ poſſediſſe per decennium, & plus, vide ibi. Caſ.47.& Caſ.147.vbi plura de ipſa dictione.

Clauſula; quæ in inſtrumentis apponitur, pro expreſsis habentes, operatur acſi omnia in inſtrumento contẽta fuiſſent ſpecialiter expreſſa.Dec.conſi.541.nu.7.

Eccleſiarum appellatione,veniũt eccleſiæ collegiatæ,& Conuentus Monachorũ in materia fauorabili.Vera.deciſ.289.

Appellatione ſententiæ in dubio, intelligitur de definitiua; nõ de interlocutoria.Iaſſ. Lanfran.Balb.deciſi.424.

Sors quatuor modis accipitur, & de ſignificatione iſtius verbi, vide Gaſp. Cabal. Milleloq. 78.

Cenſus eſt dictio æquiuoca, & variæ ſignificationis.Cabal.Milleloq.172.

Coloni aſcriptitij qui dicantur, vide Milleloq. 173.

Vectigalis ager, quid ſit. ibi. Milleloq. 174.

Quæ ſit proprietatis vera ſignificatio,vide ibi. Milleloq.208.

Com-

Communis vſus loquendi præfertur omni regulæ: fallit quando diſpoſitio iuris eſt incontrarium: quia tunc interpretatio à communi vſu non recipitur, cùm communis vſu loquendi ſit extrinſecùs intellectus. Cabal. Milleloq.573. vide Menoch.de arbitra.lib.2. Caſ.489.quid in vltima voluntate, vide Abb. conſil. 36.

Licèt à ſignificatione vocabuli regulariter nō ſit recedendum; tamē hoc fallit quando verbum non poteſt ſumi propriè, vel quando apparet de voluntate teſtatoris coniecturata, aut quando vſus communis regionis loquendi, aliud habet. Guid.q.548.

A ſignificatione verborum non recedimus, niſi de contraria mente appareat. Barto. in l. 22. §. cum iter. ff. de condict.indeb.

Verbum; cautio, prolatū à lege, vel à teſtatore, debet intelligi cum fideiuſſore. Barto.in l.8. §.interdum.ff.ſolut.matrimo.nā cautio, idonea intelligitur cum fideiuſſore, vel pignore. l.59.§.fina.ff.mandati. quando appellatione cautionis veniat ſolummodo nuda promiſſio, & quādo ſatisdatio datis fideiuſſoribus, vide eundem Bartolum, in §. 1. inſtitutio. de adoptio. facit.l. 3. C, de verbor.& rerum ſignific.

Appellatione fructuum, quæ veniāt, vide Boer. deciſ.51.

Reſtituere; verbum, quid importet, vide Boer. deciſ. 42.

Frumenti appellatione, non venit farina; tamē prohibita venditio frumenti; comprehēdit farinam.Boer.deciſ.177.

Vini appellatione quid veniat, vide ibidem, num.10.

Menſis, quot diebus conſtare debeat, cōſtituūtur ſuper hoc quatuor caſus p Menoch. de arbitra.lib.2.Caſ.50.

Quomodo annus, menſis, & dies naturalis, vel artificialis accipiantur, vide Caſſan.in conſuetu. Burg. tit. *des iuſtices*, Rub. 1. §. 8. glo. 5. & 6.

Quid veniat appellatione fructuum, penſionis, reditus, prouētus, & obuentionis, vide ibi.§.17.glo.6.

Palea venit appellatione fructuum: idem in feno.Lud.Rom. ſing. 550.

Bladum eſt omne id, quod in terra ſeritur. Pet. de Raue.ſing.46.

Appellatione fructus, continentur etiam arundines.l.40.§.fi.ff.de contrah.empt.& vend.

Miſerabiles perſonæ, quæ ſint, vide Cabal.Milleloq.697.

Cauſa dicitur ciuilis, & criminalis, quādo fiſco pęna applicatī, & parti, rei reſtitutio fit.Hiero. Mago.deciſ.91.Luc.

Cauſa dicitur ciuilis, etiam ſi ex crimine deſcēdat, quando mulcta applicatur parti: ſecùs ſi fiſco.Boer.deciſi.349.

Quæ dicantur cauſæ criminales, & quæ ciuiles, vide Clar.in ſua pract.q.1.& quæ mixtæ.Maran.in ſuo Spec.de ordi.iudi.par.3.diſtin.1.

Annui reditus īter immobilia cōputātur.And. Gail.obſer. 10. lib.2. vide tamen Ioan. Pap. lib 17.tit.4.

Pecuniæ ad emptionem prædiorum deſtinatæ, appellatione rerum mobilium veniunt, quid de actionibus, & nominibus debitorū, vide And.Gail.obſer.11.lib.2.Aegid.Magiſt.tract. ſubhaſt.cap.1.in deciſ.diuerſo.fol.191. Ioan. Pap.lib.17.tit.4 arreſt.3.& fin.Boer.dec.209.

Quando in legato facto de mobilibus, veniant iura, & actiones, vide Mago.deciſ.146.Rot. Floren.dictio mobilium, an comprehendat actiones, vide Papon. libro.17.titu. 4. arreſt. 4. & 5.

Quæ veniant pertinentiarum, & dependentiū appellatione, vide Aegid. Magiſt. tract. ſubhaſtat. cap. 7. in deciſio.diuerſo. Guid. Pap. ſing. 520.

Merces, an veniant appellatione rerum mobiliarum, vide Hartma. Hartma. cap.9. tit.de verbo. ſignifi. & perpetuum quid dicaī, vide capit.14.

Iurium appellatione, veniunt ēt iura competētia de iure ſpeciali, & ex priuilegio.Ozaſ.dec. 102.num.5.

Bonorum mobilium præſentium, & futurorum appellatione, nō comprehenduntur debita, vel credita. Guid. Pap.q. 291.Capel.Thol.q. 316. iura tamen, & actiones ſub ſimplici bonorum appellationum continentur.Vincen. de Fran.deciſio.93.Hiero.Mago.deciſi. 146. Rot. Floren.

Ideò appellatione rerum ſuarum non veniunt iura, & actiones; ſecùs appellatione rerum ſimpliciter.Guid.q. 442. & iudicari non dēt de iuribus, tanquàm de rebus immobilibus, ſed tanquàm de tertia ſpecie. Dec. conſil. 461.num.4.

Appellatione bonorum mobilium, & immobilium, non veniunt nomina debitorum: Ideò ipſis legatis, vel per fideicommiſſum relictis, non debentur nomina legatario; ſecùs ſi ſimpliciter ſint legata omnia bona.Guid.quæſt. 499.Fran.Marc.quæſt.322.vide Capel.Thol. q. 316. Rol. conſil. 54. volu.3.num.35.Anto. Trigo. ſing.83.Barto. in l. 18. ff. de autho. & conſen. tuto. & curato. & in conſil. 15. volum. 1.

Fallit quando dictum eſt de bonis mobilibus, & immobilibus quibuſcunque. Rol. d. conſi. 54. num. 36.

Appellatione bonorum veniunt, tàm mobilia, quàm immobilia.cap.12.ex.de teſtamen.

Pecuniæ

Pecuniæ nominė, quidnam contineatur, vide Capel.Thol.q.42.in addit.in reſcripto, pecunia accipitur ſtrictè pro ipſa pecunia. Roma. ſing.210.aliàs multipliciter accipitur. Barto. in l.2.C.de conſtit.pecu.pecuniæ verbum tripliciter accipitur. Bart.in l.2.§. creditum.ff.ſi cert.pet. nempè ſtrictè largè, & lagiſsimè. §. 2.in l.2.C.de conſtitut.pecun.

In Senatuſconſulto Macedoniano, verbū, pecuniæ, accipitur ſtrictè, niſi fraus interuenerit. l. 9.§.mutui dationem.ff.ad Macedo.

Animalia conſtituunt tertiam ſpeciem inter mobilia, & ſemouentia: fallit quando aliter conſtaret de mente teſtatotis. Ioſeph. Ludo. deciſio. Peruſi. 61. nume. 11. part. 2. tamen appellatione mobilium animalia comprehenduntur, niſi aliud appareat demente teſtatoris. Dec. conſi.653.

Licèt bonorum appellatione, veniant iura, & actiones: tamen hoc non procedit in caſu ſtatuti publicantis bona; nam tunc non veniunt iura, & actiones. Dec.conſi.442.

Piſces, & aues, non veniunt appellatione animalium ſecūdum noſtrum vulgarem ſermonem. Barth.de Cap.ſing.1.

Beſtiæ appellatione propriè, comprehēduntur ſolùm animalia fera: niſi communis vſus loquēdi regionis aliud ſuadeat. Math.Mathes. ſing.95.& veniunt ſolùm animalia terreſtia. Pet.de Raue.ſing 900.

Rerum appellatione, venit tota hæreditas. Bar. in l.29.C.de pact.

Species continetur appellatione quantitatis. Bar.in l.1.C.de actio.& obliga.

Armenti appellatione, veniunt animalia magna, & gregis appellatione, veniunt animalia minuta. Bar.in l.4.C.de milit.teſta.

Actionis appellatione, continetur omne remedium, quo alteri poteſt eſſe conſultum. Bart. in l.7.ff.de dol.mal.

Actio iudicatur mobilis, vel immobilis ſecundum naturam eius, quòd in ea deuenit: licèt in veritate actio non ſit mobilis, neq; immobilis; ſed ſit tertia ſpecies per ſe. Bar. in l.18. ff. de pigno act. nam nomina, & actiones ſunt tertium genus rerum per ſe. Barto.in l.7.§.in peculio ff.de pecul.

Nomina debitorum, non veniunt appellatione bonorum mobilium, & immobilium. Bar. conſi.50.51.vol.1.& conſi.86.vol.2. vide eundem in l.97.ff.de verbo.& rer.ſignifi.

Iura, & actiones veniunt in obligatione omniū bonorum, & nomina poſſeſſiua, meum, tuū, & ſuum, an comprehēdāt ipſa iura, & actiones, vide Bar.in l.29.§.argento.ff. de auro, & arg.legat.nam verbum bonorum comprehēdit in ſe actiones. Abb.conſ.43.lib.1.

Appellatione bonorū, qn̄ tractaт̄ de trāſlatione bonorū; & ſic de magno p̄iudicio, nō veniunt futura. Abb.conſi.102.lib.2.

Res incorporales ſunt in triplici differētia, quia quædam ſunt immobiles, vt fundus, aliæ mobiles, vt liber, aliæ ſunt ſe mouētes, vt equus, quæ tamen nomine mobilium continentur. Abb.in ſua pract.cap.39.

Appellatione rerum, vel bonorū in obligatione deductorum, continentur præſentia, & futura bona. l.9.C.quæ res pignori

Inteſtabilis ſignificat, priuationem potentiæ, inteſtatus, priuationem actus. Bar.in l.1.ff.de ſuis, & legit.hæred.

Verbum; inteſtabilis, importat, ne quis poſsit facere teſtamentum, nec eſſe teſtis in teſtamento, nec illi teſtimonium dicatur. l. 26.ff. de teſtamen.

Si fauore certæ rei verba trahuntur ad impropriam ſignificationem, talis fauor ad diſpoſitionē ſibi coniunctam, nō trahitur. l.8.ff.de manu.teſta.

Verba debent intelligi, vt aliquid operentur. l. 112.de leg.1.

Verba teſtatoris extra propriam ſignificationē verborum intelliguntur, ne ſegatum reddatur inutile. l.35.§.Lucius.de leg.2. vide tamen.ibi.§.Caius.

Verba à teſtatore prolata, debent intelligi, vt aliquid operentur, ne aliàs diſpoſitio reddatur inutilis. l.32.§. filios. ff. de vſu, & vſufruct. legat.

Verba, vſq; ad tempus, poſſunt ſtare in propria ſignificatione, & poſt tēpus, tranſire ad impropriam. l. 101.§. conditionum. ff. de conditio.& demonſtra.

Verba debent intelligi naturaliter, & propriè non ciuiliter, vel fictè, aut impropriè. l. fin. C. de eis qui veni. ætat.impetra.& debēt intelligi cum effectu. l.pen.& ibi.glo.ff.ne quis eū qui iuſtus vocat, tamen aliquando verba nō valētia trahi ad propriū ſenſum, ad impropriū referunт̄. Aegid. Bellam.cōclu.701.nu.fi.

Verbum commendo, non inducit diſpoſitionem, ſed quandam congratulationem. l.12. C.de fideic.libert.

Quando verba poſſunt dupliciter intelligi, debent interpretari in humaniorem partem. l. fin.C.de commu.ſer.manumit.

Verbum, poteſt, importat neceſsitatem, quādo negatiua præcedit; ſecùs ſi apponatur ſine negatiua pręcedenti, vide Ant.Corſet.in ſuis ſingularibus litera.P.ſing.poteſt.

Licèt appellatione partis veniat dimidia. l. 50. ff. de vſufructu. Marc. quæſt. 339. tamen ſi adijciatur dictio, aliqua, venit pars infra dimidiam. ibi. pars totum etiam appellatione

tione partis, aliquando continetur. Bar. in l. 32. nu. 4. de leg. 3.

Verbum, particula, intelligitur de quarta, & partis appellatione venit dimidia, & pars adiecta parti, facit partem partis. Barto. in l. 2. C. quando, & quibus quarta pars. lib. 10.

Verbum, ſuccedat, dicitur verbum commune: ideò ſi nõ iungatur vniuerſitati bonorũ; ſed ſingulari, & rei certæ, vel quantitatis, importat acquiſitionem, iuris particularis. Mago. deciſ. 34. nu. 14. Rot. Floren.

Maioritatis vocabulo, id tempus in filiabus ſignificari, cùm nupſerint, ſcribitur in quadam deciſione Senat. Pariſ. in deciſio. diuerſo. fol. 235.

Inſula habet triplicem ſignificationem, vide glo. in § inſula inſtitut. de rer. diuiſio.

Iudicium plura habet ſignificata, de quibus vide per glo. in §. præter inſtitu. quib. non eſt permiſſum fac. teſtamen.

Inteſtatus quis dr̃ decedere pluribus modis, vt in §. 1. inſtit. de hæred. quæ ab inteſt. deferun.

Pia cauſa, quæ dicatur, vide Hartma. Hartma. c. 13. tit. de verbo. ſignific. & perpetuum quid dicatur, vide c. 14. ibid.

Interpretatio declaratiua, ſiue expoſitiua eſt, quę declarat verba dubia, & talis non corrigit, ſed declarat, ponendo verba magis clara. Hartma. Hartma. cap. 3. tit. de verborum ſignific.

Appellatione modiei, qd veniat, vide Pet. Roy. deciſ. 4. Litua. nu. 87. in deciſ. diuerſo. & meretrix, quę verè dicatur. ibi. nu. 111.

Quis dicatur demens, quis furioſus, & quis mẽte captus, & de differentijs eorum, vide ibi. num. 320.

Appellatione damnorum, & intereſſe veniunt expenſæ litis. Ioan. Pap. lib. 8. tit. 12. arreſt. 8. & 9. vide Boer. deciſ. 52. quid ècontrà, vide Boer. ibid.

Legitimus contradictor in iudicio quis dicatur, vide Rot. Genu. deciſ. 104. nu. 15.

Ligni appellatione, an contineantur naues, in prohibitis, vide Boer. deciſ. 177.

Tigni apdellatione, pro omni materia in lege duodecima tabularum; accipimus. l. 7. ff. ad exhibendum.

Propria, vel communis cauſa, quę dicatur, vide Boer. deciſ. 210.

Appellatione cultorum, & incultorum, venit nouale. Aegid. Bellam. concluſ. 62.

Res integra, quando eſſe dicatur. Aegid. concluſio 744.

Verbum dari, ſumitur quandoque pro verbo tradi in contractibus, de cuius natura eſt ſola traditio, & non importat dominij tranſlationem; tamen quandoque propter ſubiectam materiam, ſumitur pro dari. DD. de Rot. deciſ. 10. ibi. vide Bart. in l. 16. ff. de condict. cauſ. dat.

Negotia plura quando dicantur connexa, & dependentia, & quę diuerſa, & ſeparata, vide Boer. conſ. 7.

Verba illa, ſi ab inteſtato deceſſerit, an comprehendant filiumfa. & pupillum, qui non poſſunt teſtari, ſi à ſtatuto, vel à teſtatore proferantur, vide Boer. conſi. 34.

Pupillus dicitur decedere inteſtatus, & comprehenditur in ſtatuto loquente de inteſtato. Bart. conſi. 138.

Reipub. appellatione, an veniat quælibet ciuitas, vide Iaſ. de actio. §. rurſus. nu. 36. Bartol. in l. 3. C. qui potiores. quòd reſpub. accipiatur quatuor modis ſcribit Bartol. in rubr. C. de iure fiſci, lib. 10. vide glo. in §. 1. Authen. de hęred. & falcid.

An appellatione ciuitatis, veniant ſuburbia, & terræ ſibi recommendatæ. ibid. Iaſ. nu. 41. tamen diœceſis non continetur. cap. 35. ext. de reſcrip. ciuitas Metropolitana dicitur Archiepiſcopalis. Bart. in l. vnica. C. de Metropol. lib. 11.

Marcha conſtat ex vnciis octo, libra ex duodecim. Iaſ. de actio. in §. omnes autem numero 7.

Subditi qui dicantur, & feudatarij ſubditorum voce cõtinentur, & ſubditi vaſallorum, ſubditi principis dici poſſunt. D. Sola in ſuis commenta. in antiq. conſtitutio. Sabaudiæ gloſſ. 1. ſuper decreto ſubditos, tit. de foro compet.

Iudicium, lis, & cauſa, quæ ſint, & in quibus differant, vide Maran. in ſuo ſpec. par. 5. titu. vt omnia fiant durante inſtantia.

Actorum appellatione, quæ ſcripturę veniant. vide ibi. par. 6. de actorum editione. Math. Matheſ. ſing. 1. in additio.

Verba illa, annua, bima, trima, die, quid ſignificent, vide Menoch. de arbitra. libro ſecundo, caſ. 53.

Aetates hominis, quæ ſint, quis dicatur infans, proximus infantiæ, puer, & proximus pubertat. vide per Menoch. de arbitr. caſ. 57.

Potens ad coeundum, quis dicatur, & quis ad generandum impotens, & quomodo cognoſcatur, vide Menoch. ibid. caſ. 58.

Senex qua ætate quis dicatur. ibi. caſ. 59. in ætate 45. ann. exiſtens, non dicitur ſenex, & iuuenis, quis dicitur ab anno 15. vſq; ad 25. Gram. deciſ. 34. & ab ætate 50. ann. vſque ad 70. quis dicitur ſenex. Gram. ibid. vide l. 5. §. legem, & ibid. gloſſ. ff. de iureiuran.

Valetudinarij, & debiles qui cenſeantur, vide Menoch. de arbitra. caſ. 60.

Quæ ſit miſerabilis perſona, relinquitur iudicis arbitrio. Menoch. de arbitra. caſ. 66. vide Rebuff. in ſuis comment. ſuper conſtitu. reg. tract. de ſenten. prouiſio. art. 3. glo. vltim. quæ nobilis, & quæ Illuſtris, vide caſ. 67. & 68. eiuſdē Menoc. quæ pſona grauis, & q̄ honeſta, ibi caſ. 69. q̄ egregia. caſ. 70. q̄ vulgaris. caſ. 71. cōnexū qd dicat, vide Menoc. ibi caſ. 95.

Mortis in periculo, qui pelegrinantes eſſe cenſeantur, vide ibi caſ. 61.

Aedificia continentia, pars ciuitatis ſunt; ideò vrbis appellatione, continentia veniūt. Menoch. ibid. caſ. 155.

De ſignificatione verbi, volo, vellem, nolo, & non volo, an ſtent enunciatiuè; vel diſpoſitiuè, pulchrè per Menoch. caſ. 496. ibi. quòd verba volo facere, & ſimilia diſpoſitionem non inducant ſcribit Mago. decis. 75. Luc. nu 17.

Deſtrictus quid ſit, vide Rebuff. in ſuis cōment. tract. de litter. oblig. ar. 3. gl. 7. tom. 1.

Verba pluralis numeri, in vno non verificātur. Dec. conſi. 471. nu. 8.

Diſpoſitio, quæ loquitur de filio, intelligitur de legitimo, & naturali. Dec. conſi 471. nu. 6.

Primogenitus, quot modis dicatur, vide Menoch. conſi. 97. lib. 1.

Verbum, omnino, vel modis omnibus, intelligitur ipſo iure Ludo. Roma. ſing. 1. pro intelligentia huius dictionis, ipſo iure, vide Petr. de Raue. ſing. 557.

Appellatione fundi, prata, & paſcua, non continentur. Guid. Pap. ſing. 451.

Quis dicitur eſſe in legitima ætate contrahendi, cùm eſt ætatis 14. ann. in maſculo, & in fęmina 12. Guid. ſing. 452. tamen ętas legitima dicitur in tempore ann. 25. Bart. in l. 4. C. de his, qui veniam ætat.

Terra propriè eſt, vniuerſitas bonorum, caſtrorum, villarum, & agrorum, ſicut dicimus de Prouincia, vel regione aliqua, vide Guid. Pap. ſing 526.

Villa dicitur locus, qui eſt extra muros ciuitatis. idem ſing. 527.

Prouincia dicitur vna patria, ſeu regio, in qua conſtituitur, ſeu conſtitui debet, vnus dux, ſeu pręſes pro tuitione imperij. Guid. ibidem.

Ciuitas eſt, quæ muris circondatur, quæ vt plurimum vrbs appellatur. Guid. ibi.

Vicus propriè dicitur, quæ vijs, non muris clauditur, vel qui nulla ciuitatis dignitate honoratur. Guid. d. ſing. 527.

Demum quid ſit oppidum, burgus, regio, fundus, ager prędium, vide ibi.

Area eſt locus in villa, ſeu ciuitate, ſine ædificio, Guid. ſing. 528.

Verbum, in perpetuum, reſtringitur ſecundum ſubiectam materiam. Franc. Cremen. ſing. 116.

Homo venit appellatione rei largè ſumpto vocabulo. Ant. Corſet. in ſuis ſingularibus, litera R. ſing. 1.

Verbum, non valeat, an intelligatur ipſo iure, vel ope exceptionis, vide eundem, litera. V. ſing. valeat.

Verbum vnum, quādo refertur ad plura, debet intelligi, prout poteſt illa vniformiter determinare. Barto. in l. 6. C. de teſtamen. milit. vide ſupra tit. de reb. dub. in genere.

Bonorum poſſeſſor, continetur hæredis appellatione. Bart. in l. 3. § ſinautem. num. 19. C. de edicto diui Adria. tol.

Coniuncta perſona quæ dicatur, ſtatur iudicis arbitrio. Bart. in l. 10. C de lega.

Appellationē reliquorum, vtrum contineatur liber rationum. Bartol. in l. 2. C. de teſtamen. manumiſ.

Quid importet verbum, placuit, vide Bart. in l. 8. C. de fideicom. liberta.

Reipub. appellatio etiam refertur ad aliam ciuitatem, quàm ad Romanam. Barto. in l. 3. C. qui potio. in pigno. habe.

Reſpub. accipitur quatuor modis. Bart. in rub. C. de iure fiſci, lib. 10.

Fiſcus dicitur camera Imperialis, &. camera Imperialis appellatur, quicquid ad commodum pecuniarum imperij, vel quæ ad honores, & iuriſdictiones, pertinet. Bartol. ibid. nu. 6. & 7.

Verba directa, quæ obliqua, & quæ communia dicantur, vide Barto. conſi. 69. volum. 2. & in l. 4. C. de fideicommiſ. max. in ſubſtitutionibus, vide eundem in. l. Centurio. nu. 40. ff. de vulgar.

Breuiorę lites dicuntur, quando plus expenderetur in ſcripturis, quàm ſit valor cauſa. Bartol. in l. 8. C. de annonis, & tribut. lib. 10.

Extraneus quis dicatur, & tituli lucratiui qui, vide Bartol. in l. 1. C. de imponen. cauſ. lucrati. diſp. lib. 10.

Vagabundus quis dicatur, vide Barto. in l. 1. C. de Tyron. lib. 12.

Verbum, defendere, & protegere, quid importet, vide Bartol. in prima conſtitut. & proœ. digeſto. nu. 7.

Proprium illud eſt, & dicitur quod alicui non communicatur. Bartol. in l. prima. ff. de adoptio.

Actor dicitur qui prius ad iudicium prouocauit. Bartol. in l. 14. ff. de in. ius vocan.

Soror venit appellationę fratris. Barto. in l. 36. ff. de pact.

Volun-

Voluntas nuda, quæ appellatur, vide Bar. in l. 10. ff. de nego. geſt. nu. 6.

Abſentiarum quinque ſunt genera. Bart. in l. 9. ff. de integ. reſtit. vide ſupra lib. 1. tit. de abſen. & abſen.

Summa modica dicitur, vſque ad duos aureos. Bartol. in l. decima. §. meritò. ff. de dolo malo.

Simul dicitur fieri, quod fit eadem die. Bartol. in l. 29. ff. loca. & conduc. vel incontinenti vnum poſt aliud. Bar. in l. 20. ff. de milit. teſta. incontinenti quid factum, quomodo intelligatur, vide deciſ. primã Rot. Genu. numero 31. Menoch. de arbitra. libr. ſecundo, conſi. 9. & quando dicatur, vide Perilluſt. D. P. Teſſa. deciſ. 77.

Verbum, incontinenti, quomodo accipiatur, vide per Bart. in l. 1. §. qui præſens. ff. de verb. oblig. quod verbum ſtatim remittatur ad terminum iuris habetur in deci. 2. DD. de Rota, tit. de teſtament. in antiq.

Legitima voluntas dicitur, quæ non refragatur legibus. Bartol. in §. 1. authen. de hæredit. & falcid.

In ſtatuto prohibente deferre arma appellatione armorum, non venit cultellus. Bart. in §. 1. authen. de armis.

Armorum appellatione, quando veniant fuſtes, & lapides, vide Bartol. in §. denunciamus. eod.

Debitor ex maleficio, non dicitur propriè debitor; ſed largè. Bar. conſi. 169. vol. 1.

Quis dicatur tyrannis, vide per Bart. in tracta. de Tyran.

Facti appellatione, venit non factum. Bart. in l. 10. ff. ſolut. matrimo.

Poſthumus dicitur propriè, natus poſt mortem patris. Bartol. in l. Gallus. ff. de liber. & poſthu. qui dicatur poſthumus, vide l. 3. ff. de iniuſto rupto.

Verbum relinquo, quando alius non eſt hæres inſtitutus, trahitur ad inſtitutionem; aliàs ſecùs. Bartol. in l. 48. ff. de hæredib. inſtituen.

Proximior, vt quis dicatur, quòd tempus inſpiciatur, vide Bartol. in l. 28. ff. de conditio. inſtitut.

Domeſtici dicuntur, qui ſunt de agnatione, & domus pro ædificio accipitur. Bart. in l. 1. ff. ad Senatuconſul. Sylan.

Vicini intelliguntur, quoad poteſt, vox exaudiri, & nox intelligitur à primo ſono campanæ, quæ pulſatur de ſero vſque ad aliam, quæ pulſatur de mane. Bartol. in l. 1. §. hoc autem. ff. eod. vide eundem in l. 6. ff. de aqua pluu. arcen.

Vicinus quis dicat ratione domus, certi actus, perſonæ, & locorum, vide Menoc. de arbitra lib. 2. caſ. 221.

Legare, de iure antiquiſsimo, legata, inſtitutiones, fideicommiſſa, tutelas, & omnia in teſtamẽto comprehenſa, complectitur. Bar. in l. 1. nume. 4. de legat. 1.

Tempus certę ætati ſi adijcitur, quando requiratur, quòd vltimus annus ſit perfectus, vide Bart. in l. 5 t. de leg. 1. vbi diſtinguit.

Pubertas in maſculo alimentorum fauore, intelligitur vſque ad decimumoctauum annum, in muliere vſque ad decimumquartum annum. l. quatuordecima, digeſtis. de alimẽtis, & cibaris legatis, & ibidem Barto. ſcribit.

Inimicus capitalis dicitur, qui occidit conſanguineum, vel accuſat de crimine capitali, vel minatus eſt ſe occidere; ſed quæ dicatur grauiſsima iniuria, & quæ atrox, vide Barto. in l. tertia. §. non ſolùm. ff. de adimendis legatis.

In alicuius bonis tantum eſſe dicitur, quantum ab eo exigi poteſt, deductis expenſis. Bart. in l. 81. ff. ad leg. falcid.

Ablatiuus abſolutus, facit conditionem. l. à teſtatore, & ibi Bar. ff. de conditio. & demonſt. Abb. conſi. 92. lib. 2.

Impuberis appellatione comprehẽditur adultus, & minor. Fel. conſi. 16, nu. 21.

Verbum, in perpetuum, intelligitur ſecundum ſubiectam materiam. Felin. conſi. 28. numero 10.

Appellatione rationum, an veniant inſtrumenta, vide. l. fin. C. de eden.

Appellatione præſidis, venit quilibet rector Prouinciæ. l. 1. ff. de offi. præſid.

Appellatione alimentorum, non veniunt veſtiarium, & habitatio. l. 8. §. qui tranſigere. ff. de tranſact.

Verbum remaneat, ponitur pro verbo reddatur, vel reſtituatur. l. 7. C. de donatio. ant. nupt.

Senſum magis ſpectamus, quàm verba. l. 8. C. de iure dot.

Verbum ſuæ ætatis, an ſignificet pubertatem, vel ætatem legitimam, vide gloſſ. in l. 4 C. de teſtament. tutel.

Verba enunciatiuè prolata per modum cauſæ, diſpoſitionem inducunt iure exceptionis, non actionis. l. 65. §. primo. ff. de rei vendicatio.

Appellatione contractus, non venit teſtamentum, & èconträ. gloſſ. in verbo contractus. l. 17. C. de teſtamentis.

Aliquando appellatione vſusfructus, continetur proprietas. l. 23. ff. de vſufruct. & l. fin. & ibi gloſ. ff. de vſu, earũ rerum, quę vſu cõſum-

quæ ſit proprietatis vera ſignificatio, vide Cabal.Milleloq.208.

Appellatione reſidui, totum continetur, quando nô reperitur pars, in cuius defectum poſſet verbum illud, verificari. l. 2. C. de hæred. inſtituen. vide Rot. Genu. deciſ. 26. nume. 31. & deciſ. 132.

Verba teſtatoris, debent intelligi ſecundû perſonæ conditionem, ad quam diſpoſitio confertur. l. 12. ff de vſu & habita.

Quæ ſint prædia ruſtica, & quæ vrbana, vide l. 1. ff. communia prædiorum.

Bona dicuntur, quæ ſuperſunt deducto ære alieno. l. fin §. ſin autem æs, & ibi gloſ. C. de bonis, quæ liberis. & l. 73 ff. de iure dot.

Fraudis nomine, continetur conſilium, & euentus. l. 1. C. qui manu. no. poſſ.

Præſentes dicuntur, qui ſunt in eadem prouincia, abſentes, qui ſunt in diuerſis prouincijs. l. fin. C. de præſcrip. long. temp.

Ad cognitionem ſpecierum, debet præcedere cognitio generis. l. 1. ff. ſi cert. pet.

Illud dicitur certum, quod apparet quid, quale, & quantum. l. 6. ff. eod.

Pignoris appellatione, non venit Hypotheca. l. 9. §. propriè. ff. de pigno. actio.

Iuſta hæreditas propriè dicitur, quæ ab inteſtato defertur. l. 3. §. de illo. ff. pro ſocio.

Appellatione periculi, continentur etiam caſus fortuiti. l. 62. §. fin. ff. de contrahen. empt.

Appellatione venditionis, continetur omnis actus, per quem dominium transfertur. l. 8. §. venditionis. l. 8. ff. quib. mod. pigno. vel hypoth ſolu.

Athletæ dicûtur, qui ſine mercede virtutis gratia certabant, & certaminibus ſacris deſeruiebant. glo. in l. 8. ff. de excuſa. tuto.

Verba; ſi non valet iure teſtamenti, &c. important, vt debeantur relicta à venietibus ab inteſtato. l. 29. §. ex his. ff. de teſta.

Verba prolata, cauſa iactantiæ, non inducunt diſpoſitionem; ſecùs ſi verba eſſent diſpoſitiua. l. fin. ff. eod. vide in additio. ibid.

Illud dicitur fieri nominatim, quod ita exprimiť, vt de eo nequeat dubitari. l. 1. ff. de libe. & poſthum. hæred. inſtit.

Qui dicatur ſpado, & qui caſtratus, vide. l. 6. ff. eodem.

Appellatione domini, comprehenditur etiam Dominus vtilis. l. 23. §. hæc actio. ff. de acqua pluu. arcen.

Lacus, dicitur locus, qui perpetuã habet aquã, ſtagnum, qui temporalem, foſſa dicitur receptaculum aquæ, manu facta. l. 24. §. fin. & ibi. glo. ff. eod.

Publicanus dicitur, qui eſt poſitus ad exigendum publicos reditus, ſiue exigat immediatè pro fiſco, ſiue immediatè pro ſe, ſed aliquid ſoluit Fiſco à quo conduxit, vel emit l. 1. §. hic titulus. ff. de publica. & vectig.

Ibi dicuntur eſſe res, vbi perpetuò debent eſſe, non vbi, ad tempus. l. 35. ff. de hæred. inſtit.

Hæc verba, ita ut, faciunt modum. l. 17. §. hæc ſcriptura. ff de manu. teſta.

Pluralis locutio, duorum numero eſt côtenta. §. poſt annos d l. 17.

Supremus, ſeu vltimis eſt, quem nemo ſequitur, licèt nullus præcedat; & èconttrà primus dicitur, quem nullus præcedit licèt nemo ſequatur. l. 33. ff. de vulgari. l. 10. ff. de rebus dubijs.

Verbum; placebit, importat arbitrium boni viri. l. 41. §. ſorores, & l. 46. ff. de fideic. liber.

Colonus in villa dicitur; ſed inquilinus, in ciuitate. l. 37. ff. de acquir. vel amitt. hæred.

Quæ dicatur via publica, quæ priuata, & quæ vicinalis, vide. l. 2. §. viam publicã. ff. ne quid in loco publico.

Quòd ſit flumen torens, quod peremne, quod publicum, quod priuatum, vide l. 1. ff. de flumini.

Armorum appellatione, comprehenduntur fuſtes, lapides, & omne id, quod nocere poteſt, quod procedit impropriè, non autem propriè. l. 3. §. armis. ff. de vi & vi armata, in addi.

Verba tranſpoſita, idem ſignificant. l. 14. & ibi gl. ff. de pen. legat.

Relatiuum, quis, vel qui, limitat ſuum antecedens, non ſolùm in quantitate, ſed etiam in tempore. l. 15. §. teſtator. ff. de alimen. & ciba. legat.

Appellatione præparati, præparatorium continetur. l. 23. ff. de aur. & arg. leg.

Hoc verbum, actio, largiſsimè acceptum comprehendit actiones in rem, & in perſonam directas, vtiles, & præiudiciales, item ſtipulationes prætorias, & interdicta. l. 36. ff. de actio. & oblig.

Verbum, videtur, importat arbitrium boni viri. glo. in verbo videbitur tit. quomodo in leſæ maieſt. crim. proced. in vſib. feud.

Appellatione mortis, naturalis intelligitur, & non ciuilis. l. 121. §. pen. ff. de verbo. oblig.

Proximus pubertati variè accipiť, aliter enim in criminalibus, aliter in ciuilibus. gloſſ. in §. pupillus inſtit. de inutil. ſtipul.

Verbum, debet, importat neceſſitatem. Barto. in l. 4. C. de eden. Dec. conſi. 340. volum. 2. ſed ciuiliter intelligi debet. l. 9. & ibid. gloſſ. ff. de ſeruitu.

Illud dicitur ſuum eſſe, quod poteſt vêdicari. l. 29. §. argento. ff. de aur. & arg. legat.

Verbum, poteſt, quãdo inducat neceſſitatem.

præci-

præciſam,& quando cauſatiuam,vide Bar.in l.Gallus. §. quidã rectè.ff. de liber. & poſthu. & in l. 10. ff.de iniuſto rupto.

Libera poteſtas,libitum,licitum, & licẽtia à teſtatore prolata,quid importent, vide Guid. Pap.quæſt.475.

Libera poteſtas reſtringitur ad ea,quæ ſunt de bono,& æquo.Iaſ.de actio.in §.in bonæfidei, nu.4.quid de libero arbitrio,vide ibid. nu.8. & 40.vel purè,& ſimpliciter,nu.43.quid quãdo datur poteſtas procedendi de iure, & de facto,vide ibid.nu.47.

Verbum,licẽtia,iudiciũ plenum,placebit,quid importẽt,vide Bar.in l.1.C.de ſacroſan.eccle.

Licèt verbum præſentis,vel futuri,nõ intelligatur ipſo iure:tamẽ ſi diceretur,tale quid caſſent,&irritent,intelligitur ipſo iure. Roma. ſing. 2.

Verba præſentis temporis,non porriguntur ad debita in diem,vel conditionalia, niſi aliud eſprimatur.l.47.de legat.2.

Verbũ,qđ poteſt ſe habere ad preteritum,& futurum,ex coniuncta ſcriptura declarabitur, ad quod ſe habeat.l.100.de legat.3.

Verbum,ſolidus à iure prolatum intelligitur de aureo,ſed conſuetudo intelligitur de minuto ſolido, & ſeptuaginta duo ſolidi faciunt libram auri.Bar.in l.5.C.de ſuſcepto.lib.10.

Aureus in iure, accipitur pro ſolido, & ſolidus pro aureo.Bar.in §.1.inſtitutu.de ſucceſſo.liberto. & glo. in §. fina. de libertinis, vide Hartma.Hartma.cap.17.tit. de verbor.ſignificationibus.lib.1.Craue.cõſi.514.Guid.Pap. ſing.598.ſed ſolidus quare dicatur aureus,& quot auri faciant librã, & vnciã, vide Boer. deciſ.327.

De dictionibus, & earum ſignificatione.

IN alternatiua, vbi eſt negatiuè cõcepta,oportet,vt vtrunq; verificetur.Iaco.Put.deciſ.47.lib. 3.alternatiuarum ſpecies quot reperiantur in iure, vide Iaſ.de actio.§.ſi quis agens.verſ.huic.

Dictio, ſeu, poteſt ſtare ſignificatiua ordinis: ſed ꝓpriè eſt alternatiua,vide Menoch.cõſi. 341.lib.4.& aliquando ampliatiua. l.32.ff.de aur.& argen.legat.

Si in qualibet parte alternatiuæ, mens teſtatoris non verificatur,diſiunctiua accipitur pro coniuncta.Barto. ſing. 75. l. 85. ff. de hæred. inſtitu.

Alternatiua poſita inter genus, & ſpeciẽ quando de mente proferentis apparet, reſoluitur in dictionem expoſitiuam.Barto.in l.40. C. de tranſactio.

Alternatiua inducit conſtitutionem duorum reorum.Bar.in l.8.§.ſi ita.de leg.1.

Alternatiua poſita inter genus, & ſpeciem,non ponitur pro coniuncta, quãdo genus poteſt accipi, vt ſpecies ſeparata.Bart.in l.34.ff. de auro,& argen.lega.

Alternatiua quando accipiatur pro coniũcta, vide Bar.in l.1.nu 5.ff.de reb.dub.

Alternatiua legis,quando accipiatur pro coniuncta, vide Barto. in l. 13. §. vtrum. ff. de reb.dub.

Quando alternatiua ponitur inter genus,& ſpeciem,exponitur pro ideſt, & ſic ponĩt reſtrictiuè.l.2.ff.ad leg.aquil.

Alternatiua appoſita inter grauatos, facit eos teneri inſolidũ,vt duos reos, & per petitionem,vel partis perceptionem factã ab vno, inducitur diuiſio.l.8.§.ſi ita. de leg.1.

Si in vna parte alternatiue, legatum eſt vnum, ſed in alia plura;illud,quod eſt vnũ, nõ recipit diminutionem.ibi.

Duo adiectiua prolata reſpectu generis, verificant diſpoſitionem in altero,licèt vtriuſque veritas non concurrat.l.29.de leg.3.

Dictio,tunc, denotat extremitatem temporis. Paul. Aemil. Vera.deciſ.23.num.4.par.2.

Clauſula,quę quotidie ponĩt in ſcripturis,nẽpè ex nunc, prout ex tunc, & ècontrà;accipitur hoc modo, quia dictio nũc ſignificat actum verbi prolati,& tũc ſignificat effectum verbi conſumati.Guid.q.588.

Tunc,& eo caſu, &c.iſta verba qñ cadũt in aliqua diſpoſitione, an inducant aliquam præſumptionẽ excluſiuam,ſeu reſtrictiuam,vide Caſſad.deciſi.1.tit.de ſubſtitutio.

Dictio,tantùm,eſt taxatiua.& ſi ponitur in oratione affirmatiua,affirmat illud,quod ponit, & negat omne aliud reſpectu rerũ, & perſonarum.Aemil.deciſ.148.nu.6.par.3.

Dictio, tantummodo eſt taxatiua ponens ea, quæ affirmat,& alia negans.Ozaſ. deciſ.167. num. 14.

Dictio,maximè, ſtat limitatiuè, & taxatiuè, & aliquando implicatiuè,& aliter,prout tradit capi.deciſi.163.

Dictio, taxatiua, poſita in lege,extenditur ad alios caſus ſimiles,virtute aliarum legũ.Bar. in l.12.C.de prædi.mino.

Dictiones taxatiuæ appoſitæ orationi affirmatiuæ,affirmant illud,quod ponunt excludũt, & negant omne aliud, vide Bar.in l.vnica.ff. ſi quis iuſdicenti.

Dictio,taxatiua,auctoritate legis extẽdiĩ, & ẽt pp rationem legis in fauorabilibus; ſecùs in odioſis.Bar.in l.16.ff.de vſucapio.

Dictio,

Dictio, tantùm non excludit caſus ſimiles. §. quos aũt institut.de bono. poſſe.l.1.§.1.ff.ſi mẽſo. falſ.mod. dixe. Dec. in 2. lect. in Rub. qui admitti,& pronomen, meum adiectum certo corpori, & verbo præſentis temporis, facit demonſtrationem, ſi incerto corpori, taxationẽ,ſi verbo futuri temporis, cõditionem.l.83.de legat.3.

Dictio,vtſupra, refert præcedentia cum qualitatibus ſuis, vbi tamen eſt eadem ratio, alias ſecùs.Vincen.de Fran.deciſ. 87.nu.4.10. vide Ozaſ.deciſ.164.nu.13.& facit relationẽ omnium rerũ, quæ ſupra dicta ſunt. Dec. conſi. 118.

Maſculinum non concipit fœmininum, quando in diſpoſitione fit mentio de maſculo per ſe,& demum de fęminino per ſe:quia expreſſum,facit ceſſare præſumptum.Iaff.Lanf. Balb.deciſ.265.vide ſupra tit.prox.

In pęnalibus, & odioſis maſculinum non concipit fęmininum.Boer.deciſ.316.nu. 8.quando maſculinum concipiat fęmininum,etiam in ſtatutis,vide Dec.conſi.339.

Dictio,item,de ſe non eſt repetitiua, ſed continuatiua, & non ordinatur ad repetendas qualitates,& conditiones diſpoſitionis pręcedentis:ſed quãdo regula limitetur,& multa alia de hac dictione,vide per Gaſp.Cabal. Milleloq.143.

Diſiunctiua ſæpè pro coniunctiua accipitur. Cabal.Milleloq.410.

Dictiones, ſiue, ſeu,aut,non ſunt ſimplices diſiunctiuæ.Idem Cabal.Milleloq.414.

Diſiunctiua poſita inter hæredes, vel legatarios,reſoluitur in coniunctiuam,niſi in eadẽ oratione fuiſſet ſimul poſita coniunctiua, & diſiunctiua.Ludo. Roma. ſing. 405. vel inter grauatos, inter quos cadit affectio. l. 79. de legat. 2.

Diſiunctiua in vltimis voluntatibus, poſita inter perſonas honoratas, reſoluitur in coniunctiuam.Bar.in l.8. §. ſi ita. de legat.3.vide eundem in l.25.de legat.3.

Diſiunctiua,quãdo cadit inter genus,& ſpeciẽ, accipitur pro coniũcta. Bar.in l.11.ff.de aur. & argen.legat.

Diſiunctiua,aut diſiũgit verba,vel ſenſum:item dictio,vel, & dictio ſeu, & ſiue, habent vnam ſignificationem, & licèt diſiungant verba, ſenſum tamẽ coniungunt.Bar.in l.13.§.vtrũ. ff.de reb.dub.

Diſiunctiua,hominis,quando ponatur,pro cõiuncta,vide Bar.ibid.

Copulatiua, quando ad veritatem ſui,requirat vtrunq; concurrere,& ponatur pro diſiũctiua,vide Bar.in d.l.13.§.vtrum.nu.5.

Diſiunctiua poſita inter cõditiones negatiuas, reſoluitur in coniunctiuam fauore liberorũ, quod ad extraneum extenſum eſt. l. 6. C. de institut.& ſubſtitut.

Quando diſiunctiua cadit inter genus, & ſpeciem,accipitur pro coniuncta.l.11.ff.de aur. & argen.legat.

Ad veritatem diſiunctiuæ, ſufficit alterum eſſe factum.l.63.ff.de verbo.obligat.

Ablatiui abſoluti regulariter conditionis vim habent.Ozaſ.dec.145.& deciſ.165.& ſemper conditionem important, quando futurum tempus reſpiciunt, & id quod ſui natura eſt incertum.Ozaſ.ibi.nu.7.d.deciſ.145.

Dictio,hæc,ponitur inter diuerſa.Gram.deciſ. 4.Iaſ.de actio.§.ſupereſt.nu.8.

Dictio,circa eſt incerta.Guid.q.290.

Et quid importet,& ſignificet,vide Fran.Marc. q.566.n.9.de quo tempore intelligi debeat, relinquitur arbitrio iudicis. Menoch. de arbitra.lib.2.Caſ.45.Rot. Auenio.deciſio. 111. in deciſio.diuerſo.

Inuiolabiliter,dictio,quid denotet, & quid de dictione pęnitus, & verbum quoduis in instrumento appoſitũ,cenſeri debet;vt aliquid operetur.Boer.deciſ.23.nu.22.

Dictio,tanquàm,quid ſignificet, & quid de dictione,tandiù,& donec,vide Boer. deciſ.44. nu.28.29.& 39.

Quid importet dictio, totiẽs, quotiẽs, vide Boer.deciſio.131.num. 10. dictio multoties verificatur in duabus vicibus. Aluiſ. de Alber.ſing.108.

Sæpè dictio,verificatur de duabus vicibus, ſæpius de tribus,& ſæpiſſimè de quatuor. ibi: Boer.num.16.

Quotiens,& rurſus,vel iterum, aut ſæpius,quomodo differant,vide d.deciſ.131.nu.15.

Natura copulæ eſt,vt non ſtet declaratiuè, ſeu expoſitiuè; ſed copulatiuè tanquàm inter diuerſa.Cabal.Milleloq.479.

Dictio, &, non ſemper coniungit res diuerſas, ſed vt plurimum talis dictio ponitur cauſa interpretandi,& non coniungendi,& maximè,quando ponitur inter duo ſubſtantiua; quia tunc facit,vt vnum ſubſtantiuum reſoluatur in adiectiuum. Ioan. Pap.Arreſt.4. lib. 17. tit. 3.

Copulatiuæ orationis,ea eſt natura, vt omnes perſonæ copulatæ æqualiter,vocentur.Ozaſ. deciſ.81. quia natura copulæ eſt reſtringere copulata ad vniformem interpretationem iuris; non ad difformem.l.4.C.de impuberũ.

Dictio,cùm, & dictio, & æquiparantur: paria enim ſunt, & coniunctionem faciunt; ſed in quo differant,vide ibi.n.2.& 18.Ozaſ.d.deci. 81.nu.2.& 18.differunt in modo coniungẽdi.l.5.ff. de fundo inſtructo.

Dictio

Dictio,cùm,quid importet quando ponitur, vt aduerbium, quando, vt coniunctio, & quãdo,vt propoſitio,vide Bar.in l.1.§.ſi plures.ff. de exercit. act. de differẽtia inter &, & cum,vide Barto.in l.Gallus.§. quidã rectè. ff.de liber.& poſthu.

Dictio,cùm, per modum copulæ cadens inter perſonas,operatur idem,quod dictio, &.l.8. de vſufru.accreſ. & ponitur argumentatiuè; non taxatiuè.l.55.de legat.1.& inducit coniunctionem.l.124.eod.

Dictio,cùm,coniungit acceſſoriè in his, quarũ natura eſt,vt vna res alteri accedat, in alijs coniũgit principaliter.l.1.ff. de pecul.§. ſi qs ancillas,inſtitu.de legat.

Virtus copulæ,qualitatem præcedentis legati, repetit in ſequẽti:quare qualitas adiecta vni rei,refertur ad omnes res ſub eadem clauſula comprehenſas. l. 20. §. Caio Sæio.ff. de fundo inſtructo.

Copula,quando ponitur inter perſonas, inter quas cadit neceſſitas inſtituendi, & ordinata charitas affectionis, tunc nõ ſtat propriè, neq; retinet naturam ſuam: ſed intelligitur ordine ſucceſſiuo. Dec.conſi.95.Ozaſ.deciſ. 81.nu.fina.

Copulatiua,& quos effectus habeat, vide Affli. deciſ.106.nu.fin.

Dictio,& iudicat repetitionem qualitatis præcedentis.Guid.Pap.q.181.

Coniunctio,& iungit, & inducit repetitionem præcedentium in ſequentibus.Guid.q.527.

Copula,& coniungit, & aliquando diſiungit. Botr.deciſ.210.

Dictio,nõ aliter, nec alio modo,conditionem importat,taxat,& reſtringit actum,& naturã præciſam inducit.Mago.deciſ.49.Rot.Florẽ.

Dictio,alius,eſt relatiua,& repræſentatiua eiuſdem qualitatis, & multa alia de hac dictione,vide ibi.deciſ.146.& Ozaſ.167.n.7.Afflic. deciſ. 244. & ſimilitudinem denotat. Idem Ozaſ.deciſ.52.nu.13.

Quid ſignificet dictio,& plus,vide Menoch.de arbitra.lib.2.Caſ.47.

Quando ad obtinẽdum aliquem effectum plura etiam copulatiuè adijciũtur in reſcriptis, quorum tamen quodlibet de per ſe eſt ſufficiens ad effectum huiuſmodi obtinendũ,tūc reſoluitur coniunctiua in diſiunctiuã, & ſufficit de altero facere fidem. Aegid. Bellam. concluſio.734.

Natura copulæ eſt perfectè, & circa idem copulare;non circa diuerſa; & etiam ampliare diſpoſitionem. Craue.conſi.9. num.25.& copula, quæ cadit inter diuerſas orationes,nõ inducit coniunctionem.Barto. in l.71. ff. de hæred.inſtitu.

Copula requirit concurſum omnium copulatorum. Craue.conſi.80.nu.13.nam copulę natura eſt, vt vtrunque requiratur. Ozaſ.deciſ. 73.& deciſ.110.ſecùs in diſiunctiua.l.45.ff.de manumiſſis.teſtamen.facit lex.5.ff.de con di. inſtitutio.& l.111.ff.de reg.iur.

Natura coniunctionis ea eſt,coniungere acceſſorie. Bartò. in authen.ingreſſi. C. de ſacroſan. eccleſ.

Oratio ſoluta in dubio,æquipollet copulę.Bar. in Authen.hoc locum.C. ſi ſecundò nupſerit mulier.

Copula,& quando requirat concurſum copulatorum,& qñ reſoluatur,in diſiunctiuã, vide Bar.in l.1.ff.de iuſtit.& iure.

Copula,quæ cadit inter duo,quorũ vnũ de neceſſitate ineſt alteri, tũc cadit inter diuerſa, & illa duo in vnum reſoluuntur.Barto.in l.1. ff.de pact.

Orationes plures,quando copulantur reſpectiuè ad aliud, tũc requiritur concurſus vtriuſque. Barto. in l. 1. nume.9. ff.de his,qui not. infa.

Coniunctio aduerſatiua, operatur, quòd vno caſu exiſtente,non habeat locum diſpoſitio facta in alio Barto. in l. 13. ff. de liber.& poſthum.

Copula poſita inter duo adiectiua, non reſpectu vnius ſubſtantiæ, non requirit cõcurſum copulatorum.Barto.in d.l.Gallus.§. etiam ſi parente.

Copula,& vel cùm,quando inducat repetitionem præcedentium, & quando, non vide per Barto. in l. 20. §. Cato. ff. de fundo inſtructo.

Dictio, cùm; in his,quorum natura eſt, vt vna res alteri accedat, coniungit acceſſoriè, in alijs principaliter. Bar.in l.1.ff.de pecul.

Dictio,item,& coniunctio nõ inducũt repetitionem in diuerſis.Bar.conſi.3.nu.fin.

Coniunctio tria operatur,addit, repetit, & cõiũgit.Bar.in ſuo tractatu copulę,& de materia,vide ibi.Bar.in ſeqq.tract.

Copula vltimo loco poſita,ẽt inter pręcedẽtes ſolutè poſitos, videtur appoſita. l. 37.§. hæc verba.ff.de hæred.inſtitu.

Coniunctio poſita inter incompatibilia,reſoluitur in diſiunctiuam.l.10. ff. de vſu, & vſuf. legat.

Oratio,in qua eſt cõiunctio, aliquãdo ponitur pro diſiunctiua, vt ſi promittis dare decem mihi,hæredique meo, nam intelligitur, vel hæredi,ita vt mihi dando,non teneris hæredi.l. 28. §. fina. cum.l. ſeq.ff. de verbo.& rer. ſignifica.

Dictio,vſque,capitur incluſiuè, quando incluſio non eſt contra legem, vel quando oratio affirma-

affirmatiua præcedit. Cabal. Milleloq. 685. qñ ponatur incluſiuè, vide Bart. in l. 1. ff. de pigno. act. dictio, vſque quando ponitur ad determinandum prædia diſcontinua, ponitur inclnſiuè. l. 34. §. Sempronio de legat. 3.

De dictionibus, à, vel ab, hinc, & ab hinc, & ſimiſium monoſyllabarum tẽpori, adiectarũ, an & quando ſtent incluſiuè, vel excluſiuè, vide Mago. deciſ. 8. Rot. Floren.

Dictionis vltrà, natura eſt implicatiua, & incluſiua dicitur. Ozaſ. deciſ. Pede. 52.

Dictio, alia, adiecta diſpoſitioni vniuerſali, includit maiora expresſis. ibi. nũ. 7.

De dictionibus, citra, & vſque, & quomodo intelligi debeant, & de copula, &, & quid de dictionibns, à, & de, vide Marc. quæſt. 339. par. 2.

Natura dictionis, ẽt, ea eſt, vt ampliet, & implicet caſum magis dubitabilem. Menoch. de arbitra. lib. 2. Caſ. 68. nu. 40.

Dictionem, etiamſi; ampliatiuam diſpoſitionem augere ſcribit Menoch. ibi. Caſ. 319. num. 35.

Dictio, etiam, eſt implicatina, & eius natura eſt implicare caſum minus dubitabilem exprimendo eum, qui maiorem habet dubitationem: fallit quando genns præcederet, & ſubſequeretur enumeratio ſpecierum. Marc. de Mant. ſing. 33.

Dictio, niſi, quandoq; ponit, quandoq; priuat, & dictio, præter quandoqne ponitur exceptiuè, qnandoque additiuè. Bartp. in l. 4. C. de tranſactio.

Dictio, intra, comprehendit terminum, cui apponitur. Bar. in l. 1 ff. de offic. præfect. vrb.

Dictio, infra ponitur incluſiuè, vbi fit latiſsima interpretatio. Bar. in d. l. 1. §. cum vrbem.

Dictio, niſi, ponit, vel priuat, quod in præcedẽti eſt poſitum, vel priuatum. Bar. in l. 10. §. qui. ff. ſi quis cautionibus, vide glo. ibid.

Quoq; eſt dictio implicatiua, ſicut dictio etiã. Bar. in l. 2. ff. de pact.

Dictio, præter, qñ incluſiuè, & quãdo excluſiuè ponatur, vide Bar. in l. Cæſar. ff. de publica. & vectig. & in authen. quib. mod. natur. effi. ſui, & ponitur incluſiuè, quando cadit inter res ſeparatas, quarum vna non comprehendit aliam. l. 10. §. vxori. ff. de annu. legat.

Dictio, præter habet excludere id, ad quod refertur. l. 68. de legat. 1. ſed quando ponat, & quando implicet, vide Bar. in l. 10. §. qui. ff. ſi quis cautionibus.

Dictio, quouſqne quomodo intelligatur, vide Bar. conſil. 20.

Prępoſitiones, à, & vſque, ponnntur incluſinè in fauorabilibus, ſecùs in odioſis, niſi diſpoſitio legis, vel ſtatuti fouet in contrariũ, vel niſi hoc eſſet contrà mentem loquentis, vide Hartma. Hartma. capit. 1. tit. de verbor. ſignifica.

Dictio, omnis, quotieſcunque, & quandocunq; eſt vniuerſalis, & omnia comprehendit, etiã in materia odioſa, vide Alexã. Raud. tract. de Anal. cap. 12. Gram. deciſ. 4.

Dictio, quilibet eſt etiam vniuerſalis. ibi. num. 4. Raud.

Dictio, videt, denotat dubitationẽ. Rot. Genu. deciſ. 26. num. 16.

Vniuerſale ſignnm operatur, vt indifferenter omnia comprehendantur; ita vt, quòd diſpoſitio, quæ aliàs reſtrictionem reciperet, non recipiat. Ozaſ. deciſio. 94. num. 11. Dec. conſi. 358.

Dictio, nihil eſt vniuerſalis negatiua: Idem de dictione nulla, & negatiua vniuerſalis potẽtior eſt, quàm affirmatiua, cùm magis neget negatiua, quàm affirmatiua, affirmet. Ozaſ. deciſ. 100. nũ. 43.

Indefinita tunc demum æquipollet vniuerſali, vbi eadem eſt ratio, ſecùs vbi diuerſa. Ozaſ. deciſio. 110. num. 11. vide Barto. in l. 21. ff. de ſeruit. vrba. præd. indefinita qñ æquipollet vniuerſali, vide Bar. in l. 8. §. ſin annua. ff. de pigno. actio.

Indefinita, non æquipollet vniuerſali; vbicunq; ſumus in materia correctoria iuris cõmunis, & quæ ſtrictè intelligi debet. Ozaſ. deciſ. 168. nume. 21. vide l. 44. 45. de legat. 2. & l. 96. de legat. 3.

Indefinità legis ẽt in odioſis ęquipollet vniuerſali; ſecùs ſi eſt prolata ab homine. Bar. in l. 1. §. 3. ff. de vent. in poſſ. mitten.

Indefinita quæ non poteſt, niſi ad vnum referri, orationi ſingulari æquiparatur, quod procedit in odioſis; ſecùs ſi de fauore, tractaretur ſecundum glo. in l. 1. ff. de liber. & poſthu. hæred. inſtitu.

Indefinita, non comprehendit eum, de quo ſpecialiter eſt prouiſum. §. fina. l. 57. ff. de hæred. inſtitu.

Oratio vniuerſalis eſt duplex, & quid comprehendãt, vide Barto. in l. 13. §. vtrum. nu. 5. ff. de reb. dub.

Dictio, omnis, recipit limitationem de habilitate. Bar. in l. 3. §. ſi in publico. ff. de oper. nou. nunciat.

Pronomen, qnicunque, continet maſculinum, & fęmininum. Bar. in l. 16. ff. de iure fiſci.

Dictio, omnis, in ſingulari, eſt diſtributiua, in plurali collectiua. Barto. in l. 47. ff. de iure fiſci.

Vniuerſalis negatiua, non poteſt dici falſa antequam in quolibet particulari ſit poſſibilis, & oratio vniuerſalis ſi in vno eſt falſa, in to-

to

tò dicitur falſa: tamen oratio distributiua verificatur in quolibet particulari distributorũ, & indefinita æquipollet vniuerſali. l. 8. §. ſi annua. ff. de pigno. act.

Vniuerſalis addita verbo futuri temporis continentis extenſionem actus iam conceſsi, nõ recipit limitationem de habilitate. vide l. 4. ff. de tutelis in additio.

Adiectiua idefinitè, vel generaliter, aut neutraliter poſita, referũtur ad omnes res, ad quas poſſunt adaptari ratioẽ adiũcti, cuius ſignificatio reſtringitur. l. 16. §. cùm dulcia. ff. de trit. vin. ole. legat.

De dictione vniuerſali, omni tempere, &c. vide plenè per Boer. deciſ. 158.

Dictio, aliquis, eſt vniuerſalis, omnia comprehendens. Craue. conſi 309 nu. 4.

Verba, modo aliquo, & nullo modo idẽ ſignificant. ibid. Craue.

Dictio, quemquã, eſt ſignum vniuerſale, & etiã ſignum particulare. Barto. in l. 18. C. de pact.

Dictio quicunque, eſt, vniuerſalis, & omnis eſt generalis, quilibet indefinita, & dictio vniuerſalis, plus comprehendit, quàm generalis, ſed ambæ reſtringuntur ad habilia. Doct. in c. 1. ex. de conſtitu.

Signum vniuerſale, de ſui natura, requirit plura. Bart. in l. 25. §. quotiens. ff. ſolut. matrimo.

Dictio, quoad, non inducit conditionem extinctiuam, ſed magis dilationem, niſi aliud ſit expreſſum. l. 48. ff. de excuſa. tuto. & ibi Bart.

Oratio vniuerſalis, quæ dicatur, quæ particularis, quæ ſingularis, & quæ indefinita, vide Bart. in l. 44. de legat. 2.

Dictio, vltra quid operetur, & quid de dictione plus, vide Ioſ. Ludo. deciſ. Luc. 64.

Gerundium, vel gerundia quid. denotent, & & quid importent, vide Iaſ. de actio. in rub. nume. 26.

Dictio exceptiua in textu poſita, ponit, & non priuat. Iaſ. ibi. §. ſupereſt.

De ſignificatione dictionis, in, vide Menoch. de arbitra. caſ 495.

De ſignificatione verbi, volo, & nolo, ibidem caſ. 496.

De materia dictionum, vide per Guid. Pap. ſing. 309.

Dictio, ita tamẽ, eſt limitatiua, & modificatiua præcedentium. Guid. ſing. 334.

Dictio, autẽ, aduerſatur in re, & in facto. Guid. ſing. 387.

Dictio, penitus, intelligitur ipſo iure: idem in dictione, prorſus. Ant. Corſet. in ſuis ſingularibus, litera. P. ſing penitus.

Dictio poſteà de ſui natura, denotat longum interuallum. idẽ ibid. ſing. poſteà, ſed dictio, poſt, qd importet, vide. E. P. Teſſau. deciſ. 30.

Totiens, quotiens, duas tantùm vices includit. Boer. deciſ. 131. nu. 19. 20. & 22. totum, dictio quot modis accipiatur, vide Cabal. Milleloq. 506.

Dictio, rurſus, verificatur in duabus vicibus, & quid importet: idem in dictionibus quotiẽs, & quotienſcunque, & iterum. Bar. in l. 11. §. ſi quis de legat. 3.

Pluralis locutio, quando duorum numero ſit contenta, vide Boer. deciſ. 131. nu. fin.

Pluralitas reſpiciens vnum finalem effectum, non reſoluitur in ſingularem; ſecùs quando diuerſos effectus. Bartol. in l. 10. C. de impuberum.

Vna pluralitas, geminat plures ſingularitates. l. 2. §. fin. ff. de conditio. inſtitutio. ideò diſpoſitio verificatur i qualibet ſingularitate. l. 29. §. fi. de leg. 3.

Singulare vniuerſale, poſitum neutraliter, poteſt referri ad omnia præcedentia cuiuſcunque generis, vel numeri exiſtant. l. 98. §. vxori de leg 3.

Relatiua, quis, vel qui, an faciant conditionem, vide Capel. Thol. q 415.

Relatiua, quis, vel qui, qualiter ponãtur, & quãdo reſtringantur, vide Iaſ. de actio. §. omnium num. 24.

Relatiuum, quis, ponitur declaratiuè, augmentatiuè, & reſtrictiuè, vide Bartol. in l. 1. C. de ſumm. trinit. vide eundem in l. omnes populi. ff. de iuſtit & iur.

Relatiuum, quis, vel qui, facit veram relationẽ in dubio, non ſimplicem. l. 15. ff. eod.

Relatiuum, quis, vel qui, iniunctum verbo futuri temporis, inducit conditionem; verbo præſentis temporis, demonſtrationem. l. 6. de leg. 1.

Relatiuum, quis, vel qui poſitum ſine copula, præcedentem ſignificationem reſtringit, ſed ſi copula apponatur, augebit. l. 44. de leg. 3. vide §. ius autem ciuile, inſtitu. de iure natu, gent.

Relatiuum, quis, vel qui, limitat ſuum antecedens, ad quod refertur, non alia. l. 15. §. teſtator cum ſeq. ff. de alimen. & cibar. legat. & l. 12. ff. de aur. & argen. legat.

Relatiua, ſuus, ſua, ſuum, non ſemper important dominium. §. ſed & lex Cornelia, inſtit. de iniurijs.

Relatiuorum natura eſt referre præcedentia cum omnibus ſuis qualitatibus, & referens regulatur ſecũdum relatum. Ozaſ. deciſ. 110. vide ibi. deciſ. 178.

Dictio negatiua prępoſita verbo, poſt, priuat potentiam, & neceſsitatem inducit: fallit in caſibus, de quibus per Marc. de Mant. ſing. 224.

Duæ negationes, quando faciant vnam affirmatiuam, vide Bart.in l.1.C.de ſeru.fugit.

Duæ negationes licet faciant affirmatiuam, tres tamen faciunt orationem negatiuam. Bar.in l.1.§.ſi autem.ff.de hæred.inſtitu.

Negatiua præpoſita ſigno vniuerſali, facit æquipollere ſuo contradictorio, vide Bar.in l.8.§.ſi annua.ff.de pigno. act. ſed orationi particulati non. Bartol.in l.13.§.verum, nume.8.ff. de reb.dub.

Pronomina, hic, hæc, hoc, ſunt demonſtratiua ad oculũ. Bar.in l.1.C.de nouo Codi.cõficie.

Dictio, prius, duobus modis in iure accipitur. Bart.ibid.

Dictio, vterque, eſt collectiua, vter, & alter, diſtributiua. Bart.in l.10.C.de impuberum. de dictionibus collectiuis, & diſtributiuis, vide per eundem Bart.in l.29. ff.de hæred.inſtitu.

Dictio, quiſquis, eſt diſtributiua. Bartol.in l.11. C. de impuberum.

Dictio, quilibet, eſt diſtributiua, & dictio omnis collectiua, quare dictio quilibet diſtribuit actum in quemlibet ſeparatim, dictio verò omnis cõiunctim.l.37.§. cum in plures. ff.de recep.arbit.

Diſtributiuum, quod requirit duo verba, ſecundum quod diſtribuit actum primi; ita diſtribuit actum ſecundi.l.4.§.fin.de leg.1.

Diſtributiuum, ſi quis, ſi actum primi verbi attribuit pluribus, eos inſolidum ad emolumẽtũ vocat.l.17.§. ſi quis ita legauerit, de leg. 1.

Dictio, debet, quandoque exponitur pro poteſt, & recipit limitationem de vrbanitate. Bart. in l 3. C. de pigno.2.lect.tamẽ verbum, debet de ſui natura importat neceſsitatem. Dec.conſi.340.vol.2 vide ſupra tit.prox.

Dictio, non tamen eſt aduerſatiua. Bar.in l.vnica.ff.ſi quis iuſdicenti, nũ.4.

Dictio, ſed, poſita cum dictione &, aduerſatur in facto, nõ in iure, poſita ſine &, aduerſatur in iure, & facto. Bart.in l.1.ff.ne quis eum qui in ius voca.

Dictio, quaſi, eſt nota improprietatis. Bart.in l.1.ff.de ijs, qui not.infa. vide eundem in l.2.ff. de inoffi.teſtamen. & aliquando denotat ſimilitudinẽ. Bart.in l.8.§.ſi fundũ.ff.ſol.matri.

Dictio, omninò, comprehendit omnem caſum. Bartol. in l.14.§. quatenus.ff.quibus ex cauſis maiores, dicta dictio, omnino, vel modis omnibus, intelligitur ipſo iure. Roma. ſing.1.Anto.Corſet. in ſuis ſingularibus litera. O. & eſt præciſa: quia eius virtute quis expreſſè compellitur, l. 11. §. fin. ff. de aqua plu.arcen.

Dictio, donec, dum, vel quandiu, & ſimiles, an faciant conditionem, vel modum, vide Barto.in l.4. ff.de ſeruitutibus, vide eundem in l.12.C.de vſu, & habitat.

Dictiones, id eſt, videlicet, nedum declarant, ſed etiã reſtringunt.Bart.in l.2.ff.ſi quadrup. paup. feciſ.dica.

Verbum rei eſt generale, & dictio e, eſt præpoſitio, & exponitur pro ex. Bartol.in l.1.ff.ſi cert.pet.

Dictio, mox, accipitur pro confeſtim, & quando denotet interuallum temporis, vide Bar. ibid. quomodo intelligat, vide eundẽ Barto. in l.9. C. vnde vi.

Dictio, ſemper, denotat continuationem. Bart. in l.1.nu.21.ff.ſolut.matrimo. qualiter interpretetur, & intelligi debeat, vide per Petr. Gerar. ſing.916. vbi pulchrè, & quid importet, vide Boer. deciſ. 158.

Dictio, in, quomodo diuerſimodè accipiatur, vide Bart in §.ille.d.l.Gallus.

Dictio, ſi, ponitur pro quia, quando per eam additur aliquid; quod de neceſsitate requiritur, & pro quando, & dictio, & principaliter, & per ſe venit, ſecus eſt in dictione cum, Bart.in l.3.de leg.1.

Dictio, in his, facit repetitionem præcedẽtium, cum omnibus ſuis qualitatibus. Bart.in l.8.§. ſi cui certam, de leg.2.

Quodammodo, dictio, denotat improprietatem.Bar.in l.68.§.duorum de leg.2.

De dictione, hoc amplius, vide per Bartol. in l.52.de leg.3.

De dictionibus, ſeu, vel ſiue, & de diſiunctiua, vide Bart.in l.32.ff.de auro, & arg.lega.

Vna dictio, ponitur pro alia, quando expedit. Bart. in l.79.ff.de condict. & demonſtra.

Quæ coniunctiones, quæ dictiones, quæ aduerbia, quæ verba, quę participia, & huiuſmodi, inducant conditionem, vide per Bart. in l.1. ff.de conditio. & demonſtra.

De dictionibus, ſi, quia, quoniam, & cum, vide per Bart.in l.17.§.quod.ff.eod.

Genitiuum ſignificat, quandoque cauſam efficientem, quãdoq; materialem, & quandoq; dominium. Bar. in rub. ff de ope.nou.nunc.

Dictio, diu, verificatur in decem annis. Bart.in l.1.§.denique, de aqua pluu.arcen.

Dictio, autem, aduerſatur his, quæ ſunt eiuſdẽ generis. Bart.in l.29. §.cum autem.ff.ad leg. Iul. de adult.

Dictio, propè, refertur ad modicum tẽpus, puta ſex menſium; ſed dictio circa, quid importet, & quid de dictione amplius, vide Bar.in §. ſi verò intra, Authen. de Monachis, & in §. quanta, Authen. quando oportet.

Nomina poſſeſſoria, meũ, tuũ, ſuũ, præſens tempus, ſignificant.l.8.ff. de auro, & argen.legat.

Dictio, maximè, appoſita in diſpoſitione denotat, ipſo iure; & quomodo intelligatur

gatur.vide Bart.in Authen.de inceſt.nupt.in prin.nu.7.

Dictio,prout,quando ſimilitudinariè, quando limitatiue,quando cauſaliter,& quando conditionaliter ponatur,vide Bar.ſuper cõſtitutione ad reprimendam. fol.102.

Præpoſitio,à includit terminũ à quo, & dictio vſque, includit terminum, ad quem. l. 21. C.de nuptijs.

Inter ſi, & cum nulla eſt differentia. l. 48. ff. de condict.indeb.

Præpoſitio,de,auget.l.1.in prin.ff.depoſiti.

Dictio,perpetuum,multos habet ſenſus. glo.in l.1.ff.pro ſocio,vide §.1.inſtitut.de perpet.& tempo.actio.

Dictio,ne,ſiue neue,importat,ne quis faciat,& quod curet, ne per alium fiat. l. 32.ff.locati.

Participium,decedens tempus vitæ, quod eſt in actu mortis,demonſtrat.l.qui duos.§.1.ff. de manumiſ.teſtamen.l.cum quis decedens. de legat 3.

Dictio,æquè facit, vt coniuncti cum diſiunctis æqualiter admittantur.l. 13.ff.de hære.inſtit.

Dictio,imò,ponitur correctiuè. l. 47.ff. de hæred.inſtitu.

Qualitas iuncta verbo, vel participio, debet intelligi ſecundum tempus verbi, vel participij.l.26.ff.de milit.teſtamen.

Dictio,hoc amplius,inducit repetitionem,per quam præcedentia legata inualida confirmantur; ſecùs in adiectione, quæ fit ad dilationem cõcedendam hæredi.l.19. de lega. 1.de hac dictione,amplius, vide ibid.l. 111. l.13.de leg.3.& l.52.ibid.

Dictio,præter,habet excludere id, ad quod refertur.l.68.de legat. 1.ſed quando ponat, & quando implicet, vide Barto.in l.10.§.qui.ff. ſi quis cautionibus.

Dictio, ſiue non inducit reſtrictionem, ſimile de dictione,ſeu. l.35. §. fi. de lega.3.

Verbũ,ſolet,denotat ꝑpetuitatẽ.l.63.de leg.3.

Inter dictiones, ſi, & cùm non eſt differentia, cùm apponuntur actui extrinſeco.l. 45.§.nõ ſolum.ff.de verb.oblig.

Dictio,hoc amplius non eſt ſolùm repetitiua legati; ſed etiam conditionis præambulum. l.106.ff.de conditio.& demon.

Qualiter intelligatur dictio,cito,vide glo. in l. 1.§.habet.ff.ſi quis. teſta.lib.eſſe.

Participium præteriti temporis, verificatur ex tempore pręſenti,vel incontinenti elapſo.l. 5.§.fin.ff.de incendio ruina.

Dictio,qui cõprehendit maſculinũ, & fęmininum.l.16.ff.de iure fiſci, vide ſupra tit.prox.

Dictio,ſe deſi,ponunt diuerſitatem in facto,& identitatem in iure.§. 1.inſtit.de ingenu.

Dictio,rectè,idem ſignificat,quod iuſtè,& legitimè,& in hoc differt à dictione ritè,quæ important,vt res fiat,ſeruatis ſeruandis.§. mariti inſtit.de nupt.Nam dictio rectè denotat iuſtitiam,ſed dictio ritè ordinem. Bar.in l.1. C. de vſuris.qualiter differant hæ dictiones, vide Dec.in l.3.C.qui admitti.

Coniunctio,& denotat cauſam mediatam, dictio perinde eſt nota ſimilitudinis; dictio plerunq; idem importat, quod regulariter. §.1.inſtit.de legit.patro.tutel.

De conditionibus,& contractibus conditionalibus.

CLauſula irritatiua adiecta cõditionali diſpoſitioni, non operatur aliquem effectum ante euentum conditionis.Ozaſ.deciſ.5.nu.11.

Conditio, an ſit negatiuè, vel affirmatiuè cõcepta,nihil refert, quoad effectũ, vt actus dicat cõditionalis. Ozaſ. deci. 145.

Cõtractus,in quo reſeruatur cõſenſus domini, habet pro imperfecto,dño non conſentiẽte, & cõtractus ſub aliqua cõditione admiſſus, cenſetur ſub contraria conditione reuocatus.Ozaſ.dec.166.n.4.vide Rol.cõſ.63.vol.4.

Conditio nihil ponit in eſſe.Ozaſ.deciſ.166.nu. 5.& actus conditionalis nihil operatur ante conditionis euentum.Caſſad.deci.3.de præben.nu. 16. ideò conditione non verificata, ceſſat diſpoſitio.Ozaſ.deciſ.171. nu.6. & pactum appoſitum in conditione, ea non purificata,nõ inducit diſpoſitionem.Rot.Genu. deciſ.192.Affli.deciſ.355.nam diſpoſitio cõditionalis futura,& merè cauſalis conditione ſuſpenſa, non poteſt aliquem ſortiri effectum ante huiuſmodi cõditionis euentum. Aegid.Bellam.concluſ.123. nu.16. Rol.conſ. 63.vol.4.

Actus conditionalis non probat,niſi probetur purificatio cõditionis.Aegi.Bella. cõcl.135.

Conditione pendente,quis non dicitur habere ius in re; nec ad rẽ. Aegid.Bella.cõcl.666.

Ius nõ dicitur quęſitũ ex actu ſuſpẽſo,cõditionali,& imperfecto. Rot.Genu.deciſ. 1.nu.27.

Ante conditionem purificatam, quod agitur, vel geritur nihil valet.Iac.Put.deciſ. 283. lib. 2.quia ex actu conditionali agi non poteſt, niſi purificata conditione.Paul.Aemil.deci. 338.part.1. & deciſ.35.par.2.

Conditio reſolutiua, nõ impedit quin interim actus dicatur purus;ſecùs in cõditione ſuſpẽſiua. Hiero. Mago.deciſ.1.num.9.Rot.Florẽ.

Ius non competit ante conditionis euentum, & exequutio interim,fieri nõ poteſt. Craue. conſ.10.nu.15. & conditione, non impleta, non competit actio.Dec.conſ.421.

Conditionis euentus eſt ſpectãdus, vt promiſſor cõditionalis teneatur: quia conditioni ſuppoſita, nõ ſunt in diſpoſitione. Menoch. de arbitra. lib. 2. caſ. 498. & conditione pendente, neque obligatio, neque actio, competit. ibi. nu. 7.

Debitor conditionalis pendente conditione, non eſt ſimpliciter debitor, ſiue conditio ſit expreſſa, vel tacita: quia vtraque ſuſpendit. Rebuff. in ſuis comment. ſuper conſtituto. reg. tract. de litte. obliga. ar. 2. gloſſ. vni. num. 71. 72. tom. 1. tamen purificata conditione, & euento die, fit exequutio, acſi ab initio purum eſſet debitum, ſi ſit liquidum. Rebuff. ibi nu. 72.

Tacita conditio impedit natiuitatem actionis, ſicut expſſa. Bar. in l. 4. C. de recep. arbit.

Viuentium actus, quando poſsint eſſe in pendenti, vide Bartol. in l. 19. ff. communia prædiorum. & ibidem. l. fin. & actio quando poſſit eſſe in pendenti, vide eundem in l. 10. ff. de nego. geſt.

Quando ex obligatione conditionali oriatur obligatio, vide Bart. in l. 115. ff. de verbo. oblig. nu. 49.

Qui tenetur ad diem, vel ſub conditione, poteſt conueniri ad præſtandam cautionem. l. 41. ff. de iudi.

Stipulatio conditionalis obligationem præcedentem puram, ſuſpendit, & eam nouat, in conditionis euentum. l. 36. ff ſi cert. pet.

Conditio de præſenti, vel præterito non ſuſpẽdit; ſecùs in conditione de futuro. l. 37. ff. eod. l. 100. ff. de verbo. oblig.

Qui ante conditionem agit, malè agit, nec rei iudicatæ repellitur, ſi poſteà conditione exiſtente cępit agere, interim tamen poteſt cautio poſtulari. l. 13. §. fin. ff de pignoribus.

Quouſque poteſt conditio deficere, nõ poteſt agi. l. 27. §. ſi ſtipulatus. ff. de verb. oblig.

Quod pendet, non eſt pro eo quaſi ſit. l. 130. §. fin. ff. de reg. iur.

Caſus etiam fortunæ, facit licitum, quòd alias non liceret. Dec. conſil. 115. nu. 4.

Conditio caſualis adueniente die, deficit, & committitur ſtipulatio. Afflic. deciſ. 73. nu. 3.

Conditio intra certum tempus implenda, an poſsit poſt tempus impleri, vide ibi. nu. 5.

Conditionem lapſo die, nõ ſufficit poſteà eueniſſe. Afflic. ibi.

Pactum conditionale adiectum inſtrumento mutui, quòd ſi intra terminum non ſoluerit, teneatur debitor ſubmittere rem cenſuariam, cum poteſtate affrancandi, reſoluitur in alternatiuã, & ſic electio eſt debitoris: ideò non poteſt cogi ad ſoluendam pecuniam. Afflic. deciſ. 397.

Clauſula, ex nunc, prout ex tunc, &c. licèt tẽporis incluſionem notet; non tamen in conditionali operatur, quin tempus conditionis impletæ, & non ſermonis prolati, attendatur. Caſſad. deciſ. 3. tit. de præben. nu. 15.

Conditio, quæ dependit ex facto tertij, non ita grauat, ſicut illa, quæ dependet ex exiſtentia rei, vel voluntate eius, pro quo eſt ſcripta. ibi. nu. 19.

Promittens accepto precio conuento aliquid ſoluere, ſi vxorem duxerit, purificata conditione, tenetur. Rot. Genu. deci. 108.

Purificata vna ex pluribus cõditionibus alternatiuis appoſitis promiſsioni, dicitur cõmitti ſtipulatio. Rot Genu. deci. 108.

Conuentio ſub aliquo futuro euentu cõditionis valet; ſed ſi fuerit facta ſub aliquo futuro euentu iã purificato partibus ignorantibus, non valet. Vincent. de Fran. deciſ. 113.

Etſi inter Doctores multum diſputetur, an verba illa appoſita in contractu, cum pacto, & conditione &c. modum importent, vel conditionẽ, tñ quãdo conſtat contrahentes ſenſiſſe, ꝙ priuſquã qs cõmodũ capiat, debeat ſequi implementum, tunc verba illa, quæ ad vtrunque ſe habere poſſunt, reſoluuntur in conditionem. Hiero. Mago. deciſ. Luc. 21.

Debitor conditionalis poſt conditionis euentum interpellandus eſt, vt ſoluat. Menoch. de arbitra lib. 2. caſ. 498. nu. 8.

Merum factum ſpectari in conditionis euentu, habetur ibi. nu. 9.

Caſus etiam fortunæ, facit licitum, quòd alias non liceret. Dec. d. conſ. 115. nu. 4.

Promittens aſcendere capitolium, conditioni non prius ſatisfacit, niſi ſecuta morte: nam tunc certum eſt eum amplius aſcendere nõ poſſe. Menoch. de arbitra. libr. 2. caſ. 498. num. 4.

Quando dubitatur, an contractus ſit conditionalis, vel modalis, quid iuris, vide Natt. conſ. 373. nu. 28.

Promiſsio eſt acceptanda cum ſuis conditionibus, & qualitatibus; alias non nocet promittenti. Menoch. conſ. 239. lib. 3.

Cautio mutiana, non habet locum in contractibus. Barto. in l. Mutiana. ff. de conditio. & demonſtra.

Conditio caſualis in cõtractibus ſufficit, quòd ſit impleta ante cõtractum, poteſtatiua poſt contractum impletur (etiam à ſciente) quo ad obligationem acquirendam. Barto. in l. 2. ff. de conditio. & demonſt.

Stipulatio concepta ſub duabus contrarijs cõditionibus, ſi committatur ex vna, ex altera committi non poteſt. Barto. in §. quoniam authen. de nupt.

Ius

Ius implendi conditionem, an tranſeat ad hæredem, vide Boer. deciſi. 182. n. 22. Bart. in l. 2. C. de pact. inter empt. & vendito. & in l. 17. §. cum fideiuſſor. ff. de fideiuſſo. & manda.

Debitum in diem, & ſub conditione, etiam ante diem, & conditionem, tranſmittitur ad hæredes: Aegid. Bellam. concluſio. 717. & concluſio. 213.

An in contractibus, ius adimplendi conditionem tranſeat ad heredes, diſtinguẽdum eſt, inter conditionem caſualem, & poteſtatiuã, ſeu arbitratiuam: primò caſu conditionis implementum ad hæredes transfertur, altero verò caſu non; quod limita in conditione poteſtatiua, cuius implemẽtũ verſatur circa reſolutiones contractuum, vide And. Gail. obſer. 2. lib. 2. l. 4. §. ſi ſub conditione. ff. de fideic. liber & l. 22. ff. de verbo. obliga.

Si filia in quittatione reſeruauerit ius ſuccedẽdi caſu, quo fratres morerentur ſine liberis, tale ius reſeruatũ tranſmittitur ad hæredes. Crane. conſi. 127. nu. 9. & 12.

Spes in ſtipulatione conditionali tranſmittitur in hæredes: ſecùs in legatis, ſed de ratione diuerſitatis, vide Bar. in §. verbis. inſt. de verb. obligat. eundem in l. ſi is qui pro emptore. ff. de vſucapio. nu. 55.

Stipulatio habens conditionem caſualem tranſit ad hæredes; ſecùs ſi poteſtatiuam. Bart. in l. 48. ff. de verbo. obliga.

Ius implendi conditionem, non tranſit ad heredem ex diſpoſitione legis. l. 3. ff. de collat. dot.

Ius conditionale poteſt cedi; & donari, & iura conditionalia appellantur ſpes. l. 3. C. de donatio.

Conditio in perſona hæredis adimpleri pôt. l. 18. & ibi. glo. ff. de in diem. addi.

Conditio exiſtẽs, ſiue in vita, ſiue poſt mortem ſtipulatoris, purificat condictionem. l. 23. ff. de pact. dota.

Effectus obligationis cõditionalis trãſit cõtrà hæredes. l. 57. ff. de verb. obliga. & hæreditatẽ iacentem. l. 24. ff. de nouat. & delegatio.

Spes futuri debiti ex contractu conditionali, trãſmittitur ad hæredes: ſecùs in vltimis voluntatibus. §. ſi quis &c. §. cũ quis. inſtitu. de inutil. ſtipula.

Ablatiui abſoluti, regulariter conditionis vim habent. Ozaſ. deciſ. 145. nu. 6. vide Guid. Pap. q. 15. & ſemper conditionem important, qñ futurum tempus reſpiciunt, & id, quod ſui natura eſt incertum. Ozaſ. ibid. nume. 7. d. deciſio. 145. nam verbum futuri tẽporis cõditionem importat, & formam. Ozaſ deciſio. 171. num. 5.

Relatiua, quis, vel qui iniuncta verbo: futuri tẽporis, faciunt ſuum antecedens conditionale; ſed iniũcta verbo præſentis tẽporis, ſolùm faciũt demonſtrationẽ. Caſſad. deciſ. 3. tit. de præben. nu. 11. & 12. facit. l. 6. de legat. 1.

Conditio poteſtatiua, quando impeditur per factum hominis, non habetur pro impleta: ſecùs ſi impediretur per factum naturæ. l. 23. §. idem. ff. ad leg. Aquil.

Habetur conditio pro impleta, quando is, qui implere debet, impeditur facto eius, qui ex implemento tenetur. l. 3. §. fina. ff. de condictio. cauſ. dat. facit. l. 85. §. quicunq;. ff. de verbo. obliga.

Condictio habetur pro impleta quantũ ad cõtrahentẽ, per quẽ non ſtat. l. 50. ff. de cõtrah. emp. & vend.

Quæ ſit conditio poteſtatiua, vide. §. puto generaliter, & ibi glo. in l. 4. ff. de hæred. inſtitu.

Quotiens ſtat per eum cuius intereſt conditionem non impleri, perinde habetur ac ſi cõditio impleta fuiſſet. l. 122. ff. de reg. iur.

Conditio non purificatur forma non ſeruata: Aegid. concluſione. 667.

Obligatio cõditionalis, ẽt ſine cauſa valet, dũmodo conditio nõ ſit turpis, vel impoſsibilis. Pap. lib. 10. tit. 2. arreſt. 2.

Ideò valet conuẽtio, & promisſio ſub aliquo futuro euentu conditionis, & alia cauſa non requiritur; ſed ſufficit ſolus euentus conditionis. Dec. cõſi. 115. vide Ozaſ. dec. 120. n. 10.

Conditio etiam impropria, in pacto appoſita, habetur pro forma, & cauſa: ideò purificata conditione valet ad agendũ conuẽtio. Affli. deciſ. 339. Rot. Genu. deciſio. 108.

Retrotractio non fit, niſi per fictionem, & fictio non operatur, niſi manente æquitate. Caſſad. deciſ. 3. tit. de præbendis. nu. 21.

Licèt implemento ſecuto, cõditio retrotrahatur ad tempus contractus; tamen hoc non procedit in præiudicium tertij, cui medio tempore ius quæſitum eſt. Ludo. à Pegu. in ſuis quæſtio. crimin. cap. 48. num. 12. Mago. deciſ. Luc. 21.

Conditio exiſtens in cõtractibus trahitur retrò ad tempus ſtipulationis, quod verum eſt, ſi tempore exiſtentis cõditionis reperitur extremum à quo, habile ad contrahendũ: ſecùs ſi ex parte rei reperiẽ inhabile, veluti ſi medio tempore ius alteri eſſet quæſitum. Dec. cõſ. 405. vol. 2. vide Bar. in l. 14. ff. de nouatio. & delegat.

Contractus cõditionalis, conditione exiſtente fingitur retrò perfectus. Bart. in l. 8. §. quod ſi pendente. ff. de pericu. & commod. rei vend. & retrotrahitur ſi conditio ſit caſualis, ſecùs ſi poteſtatiua. Barto. in l. 9. ff. qui potio. in pigno. habe.

Côditio poteſtatiua non trahitur retrò; ſecùs in caſuali, vel mixta. l. 12. §. ſi filio fa. ff. mâdati, & de ratione, cur in contractibus conditio retrotrahatur, & nô in vltimis voluntatibus, vide Bart. ibid. & in l. ſi is, qui pro emptore, nu. 46. ff. pro emptore, & in l. 132. §. fina. ff. de verbo. oblig.

Contractus tempus, quantum ad acquiſitioné inſpicimus, in his, quæ retrotrahuntur: in his verò, quæ retrò non trahuntur, tempus conditionis exiſtentis. Bar. in l. 5. §. ſi maritus. ff. de donat. int. vir. & vxo. l. 8. §. fin. eod.

Stipulatio pura, non poteſt eſſe impendenti, & vt ſtipulatio valeat, inſpicitur initium contractæ ſtipulationis, non tempus exiſtentis conditionis. Bar. in l. 26. ff. de ſtipula. ſeruo.

Tempus petendæ reſtitutionis, quando aliquis contrahit ſub côditione, an currat à die côtractus, vel à die exiſtentis conditionis, vide Bar. in l. 1. §. biduum. ff. quando appella. ſit.

Si conditio ſtipulationis exiſtat tempore, quo non eſt perſona principalis verè, vel interpretatiuè, ſtipulatio non committitur, & fideiuſſores non tenentur. l. poſtquam. ff. vt legat. ſeu, fideic. cau. cauea.

Poteſt fieri ſtipulatio ſub conditione, vt exiſtẽte conditione retrò à die interpoſitæ ſtipulationis, annua pecunia debeatur. l. 64. ff. de verbo. obliga.

Exiſtente conditione, retrò poteſt deberi pecunia. l. 126. ff. de verbo. obliga.

Acceptilatio facta fideiuſſori pendente conditione, cuius exiſtẽtia non fingit quem retrò obligatum, non prodeſt principali. l. 13. §. ſi legatorum. ff. de acceptilat.

Si filiusfa. ſub conditione ſtipulatus emancipatus fuerit, deinde extiterit conditio, patri actio competit: quia in ſtipulationibus id tẽpus ſpectatur, quo côtrahimus. reg. ſi filiusfa. de reg. iur.

Conditionis reſolutiuæ, natura eſt, ſemel factũ infectum reddere ſub aliquo futuro euentu, & virtute pacti reſolutiui, ipſo iure ſine aliqua retrotraditione, transfertur dominium. Mago. deciſ. 49. Rot. Floren.

Clauſula, non aliter, nec alio modo, côditioné importat. ibi. nu. 7.

Pars non poteſt venire contrà accordiũ factũ ſub conditione, ſi placebit curiæ, ante curiæ Placentiam. Ioan. Gall. q. 210.

Duplex eſt conditio, vna ſuſpenſiua, altera verò reſolutiua, ſuſpenſiua ea eſt, & dicitur, quæ actum ita ſuſpendit, vt ſine vllo effectu penitus maneat antequàm exiſtat conditio, de qua, vide per Menoch. conſi. 388. lib. 4. nu. 15.

Reſolutiua eſt, quæ non impedit actum eſſe purum, ſed ſuſpenditur in aliquem euentum: ideò huius conditionis natura eſt, vt actus purus remaneat; ſed reſoluatur ſi conditio ipſa euenerit. Menoch. ibi. nu. 16.

Ad cognoſcendum, an conditio ſit ſuſpenſiua, vel reſolutiua, ſolet adhiberi hæc diſtinctio, aut conditio reſpicit perfectionem contractus, & tunc eſt ſuſpenſiua, aut reſpicit diſceſſum à contractu (quem pro perfecto habent contrahentes) & tunc dicitur reſolutiua. Menoch. ibi. nu. 17.

Quando dicatur reſpicere perfectionem contractus, & quãdo dicatur reſpicere diſceſsũ, vide ibi. nu. 19.

Reſolutio conditionalis in contractibus, nô facit primum contractum conditionalem; ſed in vltimis voluntatibus ſic. Bart. in l. 10. ff. de adimen. legat.

Illa verba, ſi, & in quantum iuris ſit, & ſimilia, per quæ ius in conditioné confertur, non faciunt diſpoſitionem conditionalẽ: quia ius eſt certum. Iaff. Lanf. deciſ. 231.

Implementum conditionis implendæ, ſi perficitur contractus tempore, ignorantibus côtrahentibus, vitiat actum. vide Mago. deciſi. 8. Rot. Floren.

Conditio impoſſibilis, vel turpis reijcitur, ne diſpoſitio vitietur in contractibus bonæfidei. Banq 12. nu. 13.

An, & quando conditio impoſsibilis vitiet, & non vitietur, & èconträ, vide glo. in. §. loca. inſtitu. de verbo. obliga.

Sub conditione impoſſibili datum, an poſsit repeti, vide l. 8. & ibid. glo. C. de condictio. cau. dat.

Si conditio pro parte eſt poſſibilis, ſufficit ſi ei pareatur, in eo, quod poſſibile eſt. l. 13. ff. de dot. prælegat.

Impoſsibilis côditio vitiat omnem contractũ: quia hoc tacitè videtur agi inter contrahentes, vt non valeat: cùm impoſsibilis conditio côtractui apponit. l. 30. ff. de actio. & obliga.

Impoſsibilis conditio affirmatiua vitiat ſtipulationem: ſecùs in negatiua, veluti ſi digito cęlum non tetigeris, dare ſpondes. l. 7. ff. de verbo. obliga.

De impoſsibili conditione, vide per glo. in. §. ſi. inſtitut. de legat.

Conditio impoſſibilis vitiat ſtipulationé: conditio verò neceſſaria, facit eam haberi pro rata; ſecùs in vltimis voluntatibus. §. impoſſibilis. inſtit. de inutil. ſtipul.

Inſtrumentum venditionis certum preciũ, dẽt continere, aliàs non probat: quia precium in vẽditione certum eſſe debet: quod limita, quatuor in caſibus traditis, per Gail. obſer. 13. lib. 2.

Quando ſit venditio mediantibus aliquibus pactis

pactis; venditio intelligitur facta ſub conditione, ſi pacta fuerint adimpleta: Ideò interim ſuſpenditur. Natt. conſ. 372.

Emptor lucratur fructus perceptos ex re empta pendente conditione, qua deficiente venditoris fiunt, niſi in caſu deficientis conditionis, emptor precium perdat, venditoriſque lucro cedat. Ludo. Rom. ſing. 544.

Tutor nõ implens conditionem vtilem, pupillo, tenetur ad intereſſe. l. 21. C. de adminiſt. tut. vel curat.

Conditio conſiſtens in dando in perſona pupilli, vel furioſi, ſine tutoris, vel curatoris auctoritate non impletur; ſecùs ſi in faciendo conſiſtit. l. 68. ff. de ſolutio. & libera.

Stipulatio conditionalis facta animo nouandi, moram præcedentem non purgat, & cùm certum ſit ſecundam obligationem committi non poſſe, poteſt ſtatim agi ex prima, & re deficiente in conditionis euentu, ſecunda committi non poteſt: ſecùs ſi extat, licèt prima obligatio ſit ſublata. l. 56. §. fina. ff. de verbo. obliga.

Stipulatio conditionalis animo nouandi tollit effectum moræ, ſi etat res præſens, aliàs ſecus. l. 72. §. cum mihi, de nouatio. & delega.

Obligatio conditionalis, ſeu mutua non habet paratam exequutionem. Ioã. Pap. lib. 10. tit. 1. arreſt. 1.

Conditio denotatur per illa verba, quando matrimonio collocabitur, & deficiente conditione perinde eſt, ac ſi actus factus non eſſet. Craue. conſi. 15.

Cõditio in præſens, aut præteritũ tẽpus concepta, non eſt propriè conditio; ſed quæ ſit vera, & ꝓpriè cõditio, vide Ozaſ. dec. 146. nu. 9.

Conditio in fraudem legis appoſita, pro non adiecta habetur. l. Seius. ff. ad leg. falcid.

Conditio collata poſt mortem patris, verificat̃ filio ſui iuris effecto per emãcipationẽ. l. mulier. ff. ad Senatuſcon. Trebel.

Dictio, ſi, facit principaliter condictionem, ſecundò tempus; dictio, cum, facit principaliter tẽpus, & ſecundario conditionẽ. l. ſi Titio. ff. quando dies legat. ced.

Conditio nuptiarum, non impletur ex nuptijs inualidis. l. pen. ff. eod.

Quando tẽpus certæ ætatis apponitur iuri iam quęſito, in dubio facit tempus, non cõditionem. l. 12. C. de vſu. & habitatio.

In ſtipulatione dotis ineſt tacitã conditio, ſi matrimoniũ ſequat̃. l. 4. §. huius rei. ff. de pact. l. 22. ff. de iure dot.

Ex pacto de liberando, impleta conditione, competit exceptio; & non actio. l. ſi intra. ff. de pact.

Conditio non nubendi ſecundò, non eſt in viduã improbata. gl. in Authen. hoc locum. C. ſi ſecundò nupſerit mulier.

Defectus cauſæ impulſiuæ, nõ impedit ius agẽdi, neq; habetur loco conditionis, vel cauſæ finalis. l. 25. C. de iure dot.

Pęna comptomiſsi, habet in ſe tacitam conditionem, vt contrà eius petitionem, doli obijciatur exceptio: ſed hęc conditio tacita, non facit rem conditionalem. l. 36. ff. de recep. arbit.

Verba per modum cõditionis prolata, inducũt diſpoſitionem, quãdo diſpoſitio ſibi annexa aliàs non ſortiretur effectum. l. 23. ff. de vſufruct.

Vbi pendet cauſa, pendit cauſatum. l. 31. §. interdum. ff. eod.

Modus, & conditio in effectu æquiparantur, & ſi non ſtat per implere debentem, ei non imputatur. l. 1. C. de his, quæ ſub modo.

Modus, & cõditio, in quo cõueniant, & in quo differant, vide glo. ibi.

Mutui datio poteſt ſuſpendi in euentũ conditionis expreſſæ, vel tacitæ; ſicut ſtipulatio. l. 7. & 8. ff. ſi cert. pet.

Reus ſi dicat ſe promiſiſſe ſub conditione, an debeat conditionẽ probare, vel actor puritatem, vide glo. in l. 9. C. de exceptio.

Si aliquid promittatur nuda conuentione, & poſteà ſubijciat̃ cõditio, ſi illud factũ nõ erit centum promittis nomine pęnæ, & hoc fiat per ſtipulationem, quid iuris, vide. l. 5. C. de contrahen. ſtipula.

Modus adiectus contractui contractum nõ ſuſpẽdit, & actione ex eo cõtractu, quis modũ implere cogitur; ſecùs in conditione. l. 41. ff. de contrah. empt. & vend.

Expreſsio eius, ꝙ tacitè ineſt, diſpoſitionẽ conditionalem non inducit. l. 6. §. ſub conditione. ff. de tutelis.

Interpoſitio auctoritatis tutoris eſt actus legitimus, qui conditionẽ non recipit. l. 8. ff. de aucto. & conſe. tut. vel cura.

Conditio adiecta in præcedenti pacto, & in ſequenti intelligitur, ſi aliàs, pactum redderetur inutile. l. 11. ff. de pact. dotal.

De adiectione alterius, alteri poteſt adijci cõditio. l. 3. §. ſi quis. ff. de hæred. inſtitu.

Verba enunciatiua cõditionaliter prolata, nõ inducunt diſpoſitionem. l. 19. ff. eod.

Non expectat̃ cõditio, cuius euentus nihil operatur. l. 33. ff. de hæred. inſtitu.

Licèt conditio ſit indiuidua, poteſt tamen ab vnò ſeruorũ impleri (vt liber fiat) altero ceſſante, cui ceſſanti extinguitur conditio ſemel ab alio impleta. l. 13. ff. de manumiſ. teſtat.

Conditio, ſi quis dederit filio ſuo aliquid,

non

non impletur dando curatoribus filij: quia ius conſiſtens in dando, non põt impleri in pſona curatoris adulti.l.53.ff.de manum.teſt.

Trãſacto tempore, infra quod conditioni quis parere debet, poſt tempus, non admittitur.l. 23.ff.de ſtatu, liber.

Poſſeſsio, vel dominium ſub conditione, poteſt transferri, & defectus conditionis impedit eius tranſlationem.l.38.§. ſi quis.ff.de acqui. vel amit. poſſ.

Conditio de inſtrumentis reddendis, continet in ſe etiam liberationẽ præſtari, q̃ ſola ſufficit, ſi inſtrumenta reddi non poſſunt.l.86.§. ſi ita, de legat. 1.

Ciuiles filij conditionem nõ implent: Ideò ad implementum conditionis, non ſufficit ciuiliter factum.l.53.§.fin.de legat.2.

Conditio appoſita in perſonam vnius, in perſona alterius ſibi coniuncti, non videtur repetita.l.92.§.Seio, de legat.2.

Pronomen, meum, adiectum certo corpori, & verbo præſentis temporis, facit taxationem; ſi verò verbo futuri temporis, conditionem. l.83.de legat.3.

Conditio illa, efficax eſt, quæ in conſtituenda obligatione inſeritur, non quæ poſt eã perfectam ponitur, veluti per pactum: quia illa nõ obſtante, creditor agit, ea tamen exiſtẽte locus erit exceptioni pacti conuenti, vel doli.l 43 §.conditio.ff.de actio.& obliga.

In cõditionibus, quæ poſſunt ſemel tantùm exiſtere, verbũ, quod ſe habet ad plura tẽpora, intelligitur ſecundum quod prius euenerit.l. 3.in prin.ff. de adimen.legat.

Dies adiecta conditioni validæ, quæ in facto promiſſoris conſiſtit, in ſtipulatione, intelligitur repetita, quare etiam ſi conditio defecerit ante diem, ſpectatur dies; ſecùs ſi in inualida, quæ in facto promiſſoris non conſiſtit.l.8.ff.de verbo.obliga.nam vbi eſt dies, & conditio expectatur dies licèt, cõditio euenerit.l.9.§.1.ff. ſi quis cautionibus, cùm l ſeq.

Poteris obligari de dando mihi, quod alius mihi debet, cùm ipſe debitor eſſe deſierit. l. 20. ff.de verbo.obliga.

Si rem meam ſub conditione ſtipulor, vtilis eſt ſtipulatio, ſi conditionis exiſtentis tempore mea non erit l.31.ff.de verbo.obliga.

Conditio dandi poteſt conferri in perſonã certam, & incertam, & nihilominus debet adimpleri.l.4.ff.de reb.dub.

Debitum in diem certum poteſt ſolui ante diẽ; ſecùs ſi in diem incertum.l. 38.§. inter. ff. de verbo.obliga. tamen debitum conditionale ſolui poteſt; ſed an creditor cogatur recipere, vide Bar.in l.6.§.qui paratur.ff.quib.mod. Pignus, vel Hypot.ſoluat.

Non ſolùm ita ſtipulari poſſumus cùm morieris; ſed etiam ſi morieris.l.45.§.non ſolùm.ff. de verbo.obliga.

Promiſsio cùm volueris valet, ſi ante mortem declares te velle; ſecùs in promiſsione ſi volueris l.46.§.fin.eod.

Facultas denunciãdi tranſit ad hæredes, nõ facultas implendæ conditionis.l.48.ibi.

Quando eſt impedimentum mixta conſideratione rei, & perſonæ, valet ſtipulatio, ſi impedimentum ceſſet tẽpore exiſtẽtis conditionis.l.98.ff.de verbo.obliga.

Stipulatio concepta ſub cõditione, quæ pẽdet ex facto certæ perſonæ, valet.l.108.eod.

Hæc verba, qua die petiero promittis, non reddunt ſtipulationem conditionalẽ, ſed faciũt monitionem.l.135.eod.

Subſtantia ſtipulationis puræ, vel conditionalis, non põt eſſe in pendẽti; ſed legatum põt pendere antequàm eius dies cedat.l.26.ff.de ſtipula. ſeruo.

Conditio omninò extitura, non reddit diſpoſitionem cõditionalẽ, ſed puram.l.9.§. qui ſub conditione.ff.de nouat.& delegat.

Stipulatio concepta ſub alternatiua conditione, altera earum exiſtente, committitur ſtipulatio, nec amplius poteſt committi, etiam altera cõditione poſteà exiſtente. l.13. circa medium.ff.iudicatum ſolui.

Si quis ſic dixerit, vt intra diem mortis eius aliquid fiat ipſe quoque dies, quo quis mortuus eſt, numeratur.l.133.ff de verbo. & rer. ſignif.

Illa data cõditione, illud facito in diebus, ſi nihil prætereà fuiſſet adiectum, in dubio conditionem impleri oportet.l.217.eod.

Qui ſint actus, qui non recipiunt diem, vel cõditionem, vide l.78.ff.de reg.iur.

Qui poteſt facere, vt poſsit conditioni parere iam poſſe videtur, q̃d quis ſi velit habere nõ põt, id repudiare non põt.l.135.ff.de reg.iur.

Tutor teſtamentarius poteſt dari ſub cõditione, ſecùs in legitimo, quæ nam ſit diuerſitatis ratio, vide glo.in § ad certum tẽpus.inſtitut. qui teſta.tuto.dar.poſſ.

Stipulatio collata in aliquẽ futurum euentum incertum, eſt conditionalis.§. ſub conditione.inſtitu.de verbo.obliga.

Conditio negatiua in contractibus implet morte.§.ſi quis ita.inſtit.eod.

De modo, & contractu modali.

HAEC verba, ita vt, faciũt modum, & poteſt quis compelli, ad modũ implendum. l.17. §.hæc ſcriptura. ff. de manumiſ.teſtamen.

Verba, quę poſſunt intelligi ſub cõditione, & ſub modo, qualiter intelligantur, vide

vide Bar. in l. 6. C. de tranſact. num. 2.

Modus, & conditio, in quibus conueniant, & in quibus differant, vide glo. in l. 1. C. de his, quæ ſub modo.

Modus adiectus contractui, contractum non ſuſpendit, & actione ex eo contractu, quis modum implere cogitur; ſecùs in conditione. l. 41. ff. de contrah. empt. & vend. & Barto. in conſ. 4. volum. 1.

Dictio, poſtquam, non inducit conditionem, ſed modum. Bar. in l. 33. ff. de dol. mal.

Modus, quando reſpicit commodum alterius, appoſitus in diſpoſitione, dicitur cauſa finalis. Bar. in l. 95. de lega. 1.

Relatiuum incertum in vim modi, non valet; quia relictum in vim modi, producit actionem, & obligationem. Bartol. in l. 6. ff. de reb. dub.

Qualiter modus impleatur, vel caueatur, vide per Bartol. in l. 40. ff. de conditio. & demonſtratione.

De natura conditionis eſt, quòd impleatur, ſeu purificetur ante exequutionem actus, ideò quando aliquid venit implendum poſt exequutionem ipſius actus, dicitur modus, & non conditio. Crau. conſ. 59.

Modus dicitur moderatio quędam diſpoſitioni adiecta, aggrauans in tempus diſpoſitionis perfectæ. Menoch. conſ. 131. lib. 2. & plenè quid ſit modus, & quando diſpoſitio cenſeatur modalis, & non conditionalis, vide ibi per Menoch. cum conſ. ſequ.

Modum, qui implere debet, ita demum priuatur commodo, cum fuerit interpellatus, vel monitus. Menoch in d. conſ. 131. cum tribus ſequentibus, ratio, quia modus debet impleri per viam compulſionis, conditio per viã excluſionis. Menoch. ibi. in d. conſ. 131. n. 12.

Modus habetur pro impleto, quando non ſtetit per implere debentem, & modus mixtus habetur pro impleto, ſi facto impleri impediatur. Menoch. conſ. 262. lib. 3 nu. 13. 14.

De Contractibus inutilibus.

Actus (etiam pius) in fraudem alterius non valet, & quando lex reſiſtit, facit, quòd actus etiam pius, ſit ipſo iure nullus. §. 1. inſti. quibus ex cau. manumit. non lice.

Stipulatio, per quam tollitur ius publicum, nõ valet, etiamſi fuerit iuramento firmata. l ius gentium. §. ſi paciſcatur. ff. de pact. nam ius publicum pacto priuatorum, non tollitur. c. 12. ext. de foro compet. nec illi derogatur. l. 38. ff. de reg iur.

Deficiente cauſa, quę eſt neceſſaria ad effectũ producendum, deficit effectus. l. 1. C. de condict. ob cauſ. dat.

Stipulatio erronea in effectu, non obligat, & acceſſoria limitatur ſecundum naturam principalis. l. 59. de leg. 1.

Promiſsio facta contemplatione alicuius certi emolumenti, illo ceſſante, non tenet. l. 35. § qui teſtamento, de leg. 3.

Falſa cauſa non vitiat ſtipulationem. l. 21. ff. de verb. oblig. neque error materiæ, vitiat. l. 22. eodem.

Debitor ex cõtractu, abſolutus, ſeu liberatus à iuramento, poteſt opponere promiſsionem fuiſſe factam ob turpem cauſ. Capic. dec. 95.

Approbatio alicuius rei, ex defectu cauſæ finalis falſæ, non valet. Rot. Genu. deciſ. 2. numero 28.

Exceptio nullitatis cauſæ in obligatione deductæ, impedit exequutionem. Boer. deciſ. 295. num. 9.

Obligatio ſine cauſa eſt nulla. Papon. lib. 10. titul. 2. arreſt. 1. idem in pacto. Iaſ. in l. creditori. C. de pact. per illum tex. tamen aliquando inter certas perſonas ſuſtinetur, vide ibidem arreſt. 2. & in lib. 10. tit. 2. arreſt. 2.

Quotiens conſiſtere contractus non poteſt, ad irritum omnia deducuntur, quęcunque comprehenſa ſub eo ſunt. Crau. conſ. 1. pro genero. num. 284.

Sex ſunt, quæ firmum faciunt contractum, & his, vel aliquo eorum deficiente, non tenet. Rebuff. in ſuis comment. tom. 2. tract. de reſcin. contract art. vnl. glo. 5.

An contractus factus per vxorem ſine conſenſu viri, valeat, vide Rebuff. ibi. glo. 7. Caſſan. in conſuetu. Burg. tit. *des droicts*, Rub. 4. §. 1. gl. 4. & 5.

Quando quis inducit ad promittendum prætextu alicuius cauſæ falſæ, promiſsio ꝓpter falſam cauſam, retractari poteſt; quia cõtractus vitiatur ex cauſæ finalis defectu. Dec. conſ. 600. & conſ. 351. num. 5.

Obligatio facta ex cauſa, quam quis gratis facere tenebatur, dicitur facta ob turpem cauſam; ideò non valet, veluti ſi tutor fecerit ſibi obligari maritum pupillæ in aliqua ſumma, vt conſentiret matrimonio ipſius pupillæ, licèt fuerit ſcripta in inſtrumẽto alia cauſa, non vera. Natt. conſ. 76. tom. 1. & conſ. 77.

Solutio particularis pecuniæ promiſſæ ob cauſam turpem, an purget turpitudinem in reſiduo, vide ibi d. conſ. 77.

Obligationem ſine cauſa inefficacem eſſe, & idem tenendum in Papæ diſpenſatione, donatione à promiſsione incipiente, iudicis præcepto, & ſimilibus, tùm in ciuilibus, tùm in criminalibus ſcribit Hippol. ſing 219

Limita primò conclusionem, quia licèt obligatio ſine cauſa, non probet rem plenè, tamen probat ſemiplenè, idem ſing. 249.

Secundo limita, quando obligatio ſine cauſa fuit facta ex certa ſcientia: quia ille, qui ſcit, ſe non teneri, & promittit ex certa ſcientia, ſine cauſa, videtur ex cauſa liberalitatis, & donationis, promittere. Hippol. ſing. 482.

Tertio limita in obligationib. cõditionalib. in quibus cõditio (nõ turpis) habetur loco cauſę. Papon. lib. 10. tit. 2. arreſt. 2.

Obligatio, ſine cauſa, quando ſit ipſo iure nulla, vide Bar. in l. 3. ff. de condic. ſine cau.

Quando nulla cauſa in obligatione exprimitur, an videatur ineſſe cauſa donationis, vide Bar. in l. 2. §. circa. ff. de dol. mal. excep.

Inutiliter factum, non impedit diſpoſitionem legalem. l. 3. C. ſi mancip. ita ven. vt manu.

Adiectio inutilis vitiatur, & non vitiat. glo. in §. vſusfructus. l. 1. ff ſi vſufruct. peta.

Si principale eſt inutile, pariter acceſſoriũ erit inutile. l. 5. C. de remiſsio. pigno.

Cùm duo contractus vniuntur, vnus vtilis, alter inutilis, agitur ex vtili. l. 3. C. de cõtrahẽ. & commit. ſtipul.

Quod fertur vtile, per inutile non vitiari, quomodo intelligat, vide Cabal. Milleloq. 246. Mago. deciſ. 36. Rot: Flor.

Pactum contrà ſubſtantiam actus, an vitiet, vel vitietur, vide ibi. Milleloq. 336. quid ſi contrà naturalia, vel accidentalia, Vide Bar. in l. 27. ff. de donat. cauſ. mort.

Contractus, in quo plura reperiuntur pacta illicita, & qualitates ſuſpectæ, redditur ſimulatus, & nullus ſolùm in parte ſuſpecta, in alijs verò valet, & dicitur licitus, & meretur exequutionem. Borg. Caual. deci. 24. part. 2. de contract. nu. 21. fallit, quando pactum illicitum eſſet cauſa potiſsima contractus. ibid.

Vtile per inutile vitiatur in locatione bonorũ Eccleſiæ, facta vltra nouennium. Borg. deciſ. 29. par. 2. num. 28. de cõtractib. & quod vtile vitietur per inutile, habetur in c. cum ſuper. ext. de off. & poteſta. iud. deleg. vide Bar. in §. ſi quis, inſtit. de verbo. oblig.

Inutilis ſtipulatio circa ſpeciem facta inter viuos, derogat generi. l. 19. §. filiusfamil. ff. de pen. leg.

Inutilis ſtipulatio pęnalis, non reddit inutilẽ ſtipulationem ſortis, nec ipſam nouat. l. 126. §. fin. ff. de verbo. oblig.

Si perſona, vel res ad obligandum adijcitur inutiliter, redditur ſtipulatio inutilis pro ea parte, ſed pro alia parte vtiliter facta, valet. l. 128. ff. eod.

Stipulatio inutilis interpoſita ſuper cõtractu, aliàs de ſe obligatorio, nõ vitiat, ſecùs ſi cadit ſuper facto, quod de ſui natura, non cadit in formam alicuius contractus. Bart. in l. 1. §. ſi quis ita. nu. 8. ff. de verb. oblig.

Vtile vitiatur per inutile. c. 24. ex. de ſent. & re iud. ſed vide l. 15. ff. de vſur. & l. 38. de leg a. §

Qui ſtipulatur fieri inſulam, non adiecto loco, inutiliter ſtipulatur. l. 3. §. ſi quis inſulam. ff. de eo, quod certo loco.

Cùm tractatur de obligatione inducenda, ſi non valet, quod ago, vt ago, nec valebit, vt valere poteſt. l. 1. §. cum qui. ff. de conſtit. pecu.

Metus mortis, vel cruciatus corporis, ſtipulationem vitiat, non metus motæ, vel mouendæ litis. l. 9. C. de contrah. & commit. ſtipu.

Quod fit contrà prohibitionem legis, ipſo iure, non valet. l. 63. ff. de rit. nup.

Paria ſunt aliquid fieri tempore prohibito, vel fieri tempore permiſſo, & conferri in tẽpus prohibitum. l. 13. ff. de iur. dot.

Non poteſt ſequentibus actibus robur accipere, cuius principium ad alium finem cœptũ fuit: ſecùs ſi initium cum medijs, & fine cõcordat. l. 3. §. ſi ab ignoto. ff. de manumiſsio.

Stipulatio rei, quæ non eſt etiam inter ignorãtes, eſt inutilis. l. 1. §. loqui. ff. de act. & oblig.

Vbi non requiritur conſenſus tacitus, vel expreſſus, furioſus poteſt obligari, & obligatio illi q̃rit, ſicut homini ſanæ mentis. l. 23. ff. eo.

Omiſsio reſponſionis, vitiat ſtipulationem; nõ modicũ interuallum. l. 1. §. qui præſentes. ff. de verb. obligat.

Sufficit, quo ad obligationem ſtipulationis, cõſenſum colligi ex verbis; ſecùs ſi ex ſignis, & actibus, colligatur. ibi. §. ſi quis ita.

Diuerſitas qualitatis inter interrogationem, & reſponſionem, vitiat ſtipulationem, niſi diuerſitas illicò placuiſſet; ſecùs ſi eſſet diuerſitas in quantitate: quia tunc non vitiatur, cũ maiori ſummæ, minor inſit. §. ſi ſtipulanti, & §. ſi mihi. d. l. 1. & 1 §. fin. inſtitu. de duob. reis.

Stipulatio turpis, eſt ipſo iure nulla, veluti ſi quis ſacrilegium promittat. l. 26. & 27. ff. de verbor. oblig.

Si res non eſt in commertio ſtipulatoris, nõ valet ſtipulatio; ſecùs ſi non eſſet in cõmertio promiſſoris. l. 34. ff. de verb. oblig.

Si ſtipulatio contineat impoſsibilitatem de iure, vel natura, non valet. l. 35 ff. de verborũ obligationib.

Si res a commercio communi eximatur, ſuper ea obligatio non contrahitur, & contracta extinguit, nec reuiuiſcit, impedimento ceſſante. ibi. §. ſacram rem. l. 83. §. ſacram rem. ff. de verbo. oblig.

Liber homo viuus, vel mortuus, vel fundus hoſtium, in ſtipulationem deduci non poteſt. l. 103. eodem.

Impoſ-

Impoſsibilium nulla obligatio.reg.impoſsibilium, & ea quæ ad dandũ impoſsibilia ſunt, vel in rerum natura non reperiuntur, pro non adiectis habentur.l.178.de reg. iur.

Contrà ſtipulationem, in qua ſit dolus adhibitus, vel quæ in ſe dolum habet, doli exceptio obijcitur.l.36.ff.de verbo.oblig.

Promiſsio alieni facti, non valet, niſi appoſita pęna.l.38.de verb obli.vide Hattma.Hartm. cap.2.tit.de fideiuſſoribus.lib.2.

Quis non poteſt factum alienum promittere, ſed ſimpliciter promittẽdo, videtur promittere ſe curaturum, quãdo præceſsit contractus ex cuius natura, hoc venit.l.83. eod.

Vir, qui ratificare promiſit vxorem cum pęna, non tenetur ad ipſam pęnam, ſi fecit quod potuit, quod procedit, licet iuraſſet. Afflic. deciſ.295.quia promittẽs factum, quod ſine culpa ſua non poteſt impleri, excuſatur à pęna.Afflic.ibid.nume.3 ſed an promiſſor facti alieni teneatur, vide Ioſ. Ludo. deciſ. Peruſ. 27 Rot.Genn.deciſ.15.num.7.

Promiſsio facta per maritum proprio nomine caſu, quo eius vxor petat, eum non obligat, ſi altera pars prius contrauenerit, vel vxor fuerit enormiſsimè lęſa. Rot. Auenio. deciſ. 103.in deciſio.diuerſo.Tom.3.

Sponſus non poteſt promittere futuram coniugem quittaturam bona patris. Ioan.Pap.lib. 16.tit 4.arreſt.1.

Promittens factum alienum excuſatur, ſi fecit quicquid potuit, vt factũ illud fieret. Crauet. conſi.272.nu.12.vide tamen ibi.nu.13.

An maritus, qui in capitulis matrimonialibus promiſit curare, & facere eum effectu, quòd vxor ſua renunciet bonis paternis, & maternis cum iuramento, & pęna, teneatur de periurio, vel ad pęnam, aut ad intereſſe, ſi fecit omnem ſuum conatum, & vxor noluit renunciare, & multa alia de promiſsione facti alieni ſub hac forma, vide per Marant. in ſuo Spec. diſputat.7. ſi verò mulier renunciauerit, ſed nulliter (quia non interuenit conſenſus matris) dicitur ſatisfactum promiſsioni factæ per maritum. Rol.conſi.81.

Non poteſt quis alteri ſtipulari, niſi filius, vel ſeruus, ſed metu pęnæ ſtipulationis illi paretur.l.ſtipulatio.§.alteri.ff.de verb.oblig.vide l.74.§.fin.ff.de reg iur.

An nulla detur differentia, quando confeſsio eſt acceptata à parte, vel à notario, vide Ozaſ.deciſ.33.

Abſenti ex contractu alterius ius aliquod non acquiritur; niſi ſecuta ratificatione, quod procedit in priuata perſona; ſecùs in notario.Ozaſ.deciſ.33.Gaſp.Cabal.Milleloq 452. vide Craue.conſil.288. Fel.conſi.50.nume.7. & infra titu. de verbo. obligatio.

Speciale eſt in dote, vt abſenti quæratur actio. Dec.conſi 35.

Per ſtipulationem notarij, ius quęritur abſenti, ſecuta tamen ratihabitione, & nõ ante. Dec. conſi.226.ſed vide Rol. conſi.19.vol.1.& infra tit.de verbo.oblig.

Per procuratorem ſtipulantem extra iudicium in perſona domini, nulla domino quæritur actio, neque ſibi; ſecùs in iudicio, vel extra, ſi fuerit ſtipulatus in perſona propria, vide Bartol.in l.5. §. item ſi mihi.ff de conſtit.pecu in l. 49. §. etſi poſſeſsio. ff.de acquir poſſeſ.& in l. 10.ff.de actio.& oblig.

Actio ex numeratione facta nomine alieno, quæſita non datur illi, cuius nomine fit numeratio; niſi hoc exprimatur, & agatur cum eo, cui numeratur.Bar.in l.122.§.Chryſogonus.ff.de verb.oblig.

Confeſsio appoſita in cõtractu inutili, probat. Bar.ibid.nu.3.

Diſpoſitio inter viuos facta partibus abſentibus, non tenet.Bart.q 13.

Promiſsio facta de dando alteri, iure canonico valet; iure ciuili nõn. Bartol.in ſuo tract.de differen.int.ius cano.& ciuil nu.53.

Pactum nudum regulariter de iure ciuili, non parit actionem; de iure Canonico ſic. Bart. ibi.nu.69

Præſumitur promiſsio facta in dubio inter abſentes, & non inter præſentes. Bartol. in ſuo tractã.de præſumptio. nu. 12.

Si præcedit diſpoſitio illicita, vel propoſa, relictum nomine pęnæ à quocunque, non valet.l. 1.ff de his, quæ pęnæ nomin.relinq.

Non valet ſtipulatio. per quam aufertur libera teſtandi facultas. l. 61.ff de verb.oblig.

Quod ego per me non poſſum, neque ab alio ſtipulari fieri poſſum, de re ad me pertinente.l.66.eod.

Pęna adiecta præcedenti diſpoſitioni impoſsibili, non poteſt committi. l. 69.ff. eod. & infans ſtipulari non poteſt.l.70.eod.

Non poteſt quis ſtipulari rem ſuam ſibi dari, ſed reſtitui ſic, & etiam æſtimationem eius.l. 82.eod.

Reductio cõtractus ad ęquitatem, an fieri debeat, quãdo res tractu temporis, efficeretur iniqua.vide Excel.P.Teſſa.deciſ.226.

Interuallum, ſeu actus interueniens, inter interrogationem, & reſponſionem, quando vitiet ſtipulationem, vide Bartol. in l.1.§. qui præſens.ff.de verbo.obligat.

Stipulatio facta hoc modo; promittis decem illi, non valet; ſecùs ſi dicatur promittis mihi, quòd dabis decem illi.Bar.in l.10.ff.de actio.& oblig.

Promiſsio facti alieni valet, ſi quis fecerit ca-
ſum proprium ſe principaliter obligando:
idem ſi promiſerit factum alienum cum iura
mento, vel pęna. Rot. Genu. deciſ.152. vide
Craue.conſi 272.

Verbum imperſonale prolatum, non obligat
ſcribentē.Rot.Genu.deci.175.nu.9. ſed quā-
do obliget, ſeu reducatur ad perſonale, vide
ibid. nu.12.

Reciproci contractus ratione viciſsitudinis
nonnunquam admittuntur, qui ea ceſſante,
omninò a iure prohiberētur.Ozaſ.deci.100.

Pactum de futura ſucceſsione tanquam contrà
bonos mores, non eſt ſeruandum; ſed quo-
modo intelligatur, vide ibid.nu. 13. & 18. &
Excel. P. Teſſa. deciſ. 225. non valere ſcribit
Dec.conſi.225.351.494 & conſi. 502. nu. 10.
vide eundem Dec.conſi.655. an valeat inter
liberos, Perillu. D. Teſſa. deciſ 225. & in vim
vltimæ voluntatis quinque teſtibus interue-
nien. ibi.nu.7

Hæreditas viuentis pacto dari nō pōt.Hartma.
Hartma.capit.3.tit.de pactis,& tranſa. lib.2.
nec tale pactū ſtatuto firmari poteſt. Capel.
Thol.q.453. Gaſp.Cabal.Milleloq.469. vide
Craue.conſi.139 Rebuff.in ſuis comment.ſu
per conſtitu.reg tract.de lit.oblig. art.2.glo.
2.nu.28.tom.1. fallit ſi fuerit præſtitum iura-
mentum. Pap. lib.20.titu.2.arreſt.1. quando
aliàs donatio hæreditatis valeat, vide ibid.
Craue.d.cōſi.139. nu.6.

Valet tamen pactum de hæreditate conſeruan
dam.Franc.Marc.q 13.

Quod dicitur pactum de viuentis hæreditate
non valere, procedit in pacto facto inter ali
quos de hęreditate alterius; ſecùs ſi fiat per
ipſummet, qui diſponit de bonis ſuis, & aliū:
nam tunc valet.Menoch. conſi.92. nume.45.
volum.1.

Pactum de ſuccedendo in re particulari, ſi quis
ſine filijs moriatur, an valeat, vide Iaco.Put.
deciſ.112.& 113.lib.2.

Pactum de ſuccedendo in bonis, quæ ab altero
obuenerunt, vt quoque ad filios paciſcentis
deueniant, an valeat, vide ibid.d.deciſ.113.

Quando pactum de futura ſucceſsione venit
in conſequentiam præcedentis contractus
præambuli, nempè tranſactionis, & receſſus
à lite, tunc validum eſt.idem Put.ibid.vel ex
neceſsitate.Guid.Pap. ſing.630.

An valeat pactū inter fratres, quòd altero mo-
riente ſinę filijs, bona vadāt ad ſuperſtitem,
vide Dec. conſi.225. vbi ſuſtinet partem ne-
gatiuam, ſi fuit factum de omnibus bonis, ſe-
cùs ſi de parte. Dec. conſi.236.nu.13.

Quid de pacto, per quod fęminæ excludantur
a ſucceſsione, vide Dec.conſi.655.

Promiſsio, per quam promitto te hæredem fa-
cere; non firmatur iuramēto. Dec.conſi.236.
nu.24.

De confraternitate facta inter aliquos, per quā
faciunt ſe fratres, vt vnus alteri ſuccedat, &
quando valeat, vide Dec.conſi.516.

Pactum de ſuccedendo alicui, valet facta ali-
qua reſeruatione, vt teſtari poſsit. Dec.conſ.
516.nu.17.

Duobus caſibus valet pactū de futura ſucceſ-
ſione, & poteſt quis fieri hæres in contractu,
in duobus caſibus ſocietatis ſcilicet, & ma-
trimonij, vide Caſſa. in conſuetu. Burg. tit.
des ſucceſſions.§.12.glo.12.nu.2.

Pactū factum per filiā patri de non ſuccedēdo
matri, vel fratribus ipſa matre, & fratribus
abſentibus, non valet. Rol.conſi.81.vol.4.

Pactum de patris ſucceſsione à filio factum, nō
valet; ſed non èconträ: quia pactum à pa-
tre factū de ſucceſsione filij, valet, de ratio-
ne diuerſitatis, vide per Marc. de Mant.
ſing.248.

Pactum, vt ingratitudo futura non obſtet, non
valet, neq; pactū de hæreditate viuētis abſq;
eius cōſenſu. Bart.in l.fi.C.de pact.vbi multa
de inutilibus diſpōſitionibus inter viuos.

An valeat pactum inter fratres diuidentes hę-
reditatem, quod ſtantibus maſculis deſcen-
dentibus, ex eis, non ſuccedant fęminæ, vide
Bart. conſi.72.vol.1.

Itē, ꝙ per ſucceſsionē feudorum, non habeant
locum iura communia ciuitatis Barto.ibid.

Promiſsio, ſeu obligatio collata in volūtate an
promittentis, non valet.Ozaſ.deciſ.111.vide
D Sol.in antiq. conſtituto Sabaudię, gl.ſuper
1.par.decreti, item quia.tit.de feudis, fo.75.

Contractus ſubſtantialia in voluntatē promiſ-
ſoris, & ſic contrahentis, committi non poſ-
ſunt: accidentalia verò ſic.ibi.Ozaſ.nu.11.vi
de Bartol.in l.2.C.de iure emphyt.nu.7.& in
l.78.de leg.1.

Promiſsio hoc modo concepta, cùm voluerit,
principaliter denotat tempus, nempè quan
do voluerit: ideò ſi declaratio voluntatis vi
ta durante non fiat, extinguitur promiſsio.
ibid.d.deciſ. 111.nume.4. vide tamen nume.
6. & 10.

Diuiſio regulariter inter filios in poteſtate exi
ſtentes à patre facta, non valet, confirmatur
tamen iuramento; ſicut inter eos cęteri fa-
cti contractus, qui virtute iuramenti fiunt
irreuocabiles. Ozaſ.deciſ.125.

Obligatio inualida confirmata per ratihabi-
tionem, non operatur in tertij pręiudicium.
Afflic.deciſ.286.

Obligato ex neceſſaria cauſa magis ſuccurri-
tur, quàm ex voluntaria. Afflic. deciſ.80.

Humi-

Homines ſimplices circunducti,& errantes,repetunt. Affliƈt.ibi.

Iuſtum vnum, prohibetur propter vnum iniuſtum. Affliƈt.ibi.in fine.

Opinio doctorum aliquorum inſignium, iuſtā credendi cauſam validitatis in cōtractu nullo,præbet,& iuuat credentem. Afflic.deciſio. 87.nu.fina.

Conuentio partium,operatur contra ius cōmune,& regulariter omne inualidum,facit validum. Afflic. deciſi.91.nu.14.

Quando ex pacto nudo detur.actio,vide Affli. deciſ.120.& infra tit.de pact.

Medico, vel Chirurgico, an liceat ab infirmo recipere promiſſionem pecuniæ pro curatione,& an talis promiſsio valeat,vide Affli. deciſi. 133.

Promiſſio,& fideiuſſio facta per carceratum,an valeat,vide Affliƈt.deciſio. 149. Guid. Pap.q. 61. & ſupra tit.de exequutione perſonali.lib. 1.Bar.in l.22.ff.de eo,quod metus cau.

Ad hoc, vt contractus dicatē meticuloſus duo debent probari; nempè. verba, & verbera, propter quæ fecit,quis contractum. Affliƈt. deciſi. 296.

Contractus vēditionis rei litigioſæ dicitē nullus ipſo iure,& tūc precarium in illo appoſitum, nihil operatur. Affli.deciſ.331.vide ſupra lib. 1.tit. de litigioſis.

Contractus venditionis ſtante priorē iuramēto de non alienando,an,& quando valeat,vide Affliƈt.ibi.

Conceſsio ſecundò facta,non præiudicat conceſsioni anteā factæ.Afflic.deciſ.334.

Facto proprio nullo ipſo iure, licēt contrauenire.Affliƈt.deciſ.335.nu.11.

Pactum promittentis ſtare ſimplici verbo creditoris,non valet.Affli.deci.371.nu.7. imò,ꝙ valeat pactum de ſtando iuramento partis ſuper intereſſe, ſcribitur in deciſio.210. Rot. Genu. & deciſio. 78. vide Barto.in l.15.ff.de dot. prælegat.

Cùm aliquid additur cēſeē receſſum à ſermonibus præcedētibus,& nouus contractus celebratus. Afflic.deciſ.375.nu.7.

Turpiter accipit pecuniam, qui facit pro pecunia, quod gratis facere tenetur. Capit. deciſio. 95.

Ciuitas inuadens aliena, caſtra turpiter accipit pecuniam pro eorum reſtitutione. ibi. nume. 4.

Metus interueniens reſcindit conuentionem factam inter contrahentes.ibi.vide ſupra.lib. 1.tit.de eo,quod mixtus.cau.

Stultus, vel furioſus vbi faceret actum, quem libet ſanę mētis feciſſet,actus valet,& tenet. Grā.dec.73.nu.38.vide Ioſ. Lud,dec.1.Peruſ.

Affirmatiua hominis licēt verificetur in primo actu; tamen intelligitur ſi primus actus fuit validus;secùs ſi nullus, vel ſi aliter ſuum non ſortiatur effectum.Gram.deciſ.101.nu.84.

Filia promittens renunciare in contractu matrimonij omnibus bonis paternis, & maternis conſumato matrimonio, quæ tamen nō renunciauit, non ob id debet priuari legitima bonorum,vide Boer.deciſ.3.

Conuocans homines ad aliquid faciēdum:nō tenetur ex promiſsione, qua promiſit ſibi adiuuantes,& auxiliantes pręſtare,& releuare indemnes,ſi eos contingerit ad emendā, vel aliam pœnam condemnari. Boer. deciſi. 54.vide tamen ibi.& Bar.in l.71.§.id qd.ff.de fideiuſſo.& mandat.

Contractus omnes regulariter inter virum, & vxorem ſunt permiſsi.Fran.Marc.q.51.

Vtrum valeat pactum in cōtractu matrimonij initum, vt primogenitus ſuccedat, & habeat hæreditatē,vide Boer.decif 204.vide Capel. Thol.q.353. ſed an tale pactum poſsit reuocari,vide q.434.Capél Thol.

Si quis promittat aliquem facere ſocium omnium bonorum ſuorum, vel eum inſtituere hæredem,vel illi reliquere hæreditatem,nō valet conuentio.Boer deciſi.355.vide Bar.in l.34. C. de tranſact.

Conſenſus filij,ad quem procurādum pater tenebatur,ſi ſemel ſit præſtitus;ſed nulliter, an pater promiſsis ſuis ſatisfeciſſe dicatur, vide Put. deciſ.258.& 259.lib.3.

Non valet conuentio, quæ dietim apponitur in inſtrumentis,vt debitor ſolutione non facta,poſsit incarcerari, & perſonaliter capi abſq; alia iuris ſolemnitate. Iaff. Lanf. Balb. deciſ.77. Henri.Boer. in ſuis ſingularibus,tit. auctoritas,licentia,&c.nu.11.Bar.in Authen. imò.C.de actio.& obliga.

Partes non poſſunt conuenire, ꝙ inſtrumētum habeat exequutionem paratam,abſq; aliquo ordine iudiciario.Idem Iaff.deciſ.126.

Quod dicitur iuramentū habere vim clauſulæ, vt actus valeat omni meliori modo,quomodo intelligatur,vide Cabal.Milleloq.238.

Liberatio facta ab adulto, imò ab eo; qui 26. annum attigit adminiſtratori, nec inuentatio, nec rationibus tutoris, vel curatoris viſis, non valet. Idem Milleloq.260.par.1.

Libertas reſtricta ad ſe liberandum, vel ablata ab initio contractus, facit contractum in torum vſuratium, & illicitum. Idem Cabal. Milleloq. 335.

Pactum non valet, vt debitor non poſsit ſe liberare,niſi ad beneplacitum creditoris. Idē Milleloq.338.par.1.

Ratione incertitudinis loci, & quotæ contra-

ctus

ctus redditur nullus. Hiero. Mago. deciſio. 20.& 21.

Contractus non extenditur ad aliam cauſam, in eo non expreſſam. Hiero. Mago. deciſ. Luc. 53. num. 21.

Obligationem rectè non cõtrahi inter eos, qui libidinis inter ſe commertium habuerunt, fuiſſe obſeruatum legitur, in libris placit. curiæ, lib. 10. de obligationibus; titu. 1. in deciſio. diuerſo.

Reconualeſcit, quod aliàs non valebat, ceſſante impedimento, ſaltem de æquitate. §. nõ tñ inſtitu. quib. mod. teſta. infr.

Facta medio tempore valent, ab eo, qui erat dominus, licèt poſteà reuocetur ab eo dominium. Gome. Leo. dec. 24. in deciſ. diuerſo. Tom. 2.

Fauor perſonæ coniunctæ, facit valere contractum per ſtatutũ reprobatum. Rot. Auenio. deciſio. 135.

Ex contractu facto per vxorem ſine auctoritate mariti, ipſa vxor ſoluto matrimonio poteſt conueniri. Ioan. Pap lib. 7 titu. 1. Arreſt. 19. tamen quoddam inſtrumentum obligationis factum per vxorem ſine conſenſu, & auctoritate viri, fuit nullũ declaratum, vide ibi. arreſt. 20.

Confeſsiones factæ inter coniuges, non valent. Idem Pap. lib. 10. tit. 2. arreſt. 1. nã cõfeſsiones factę inter perſonas ꝓhibitas contrahere, nõ valent. ibi arreſt. 1. & 2. vide Creſcent. deci. 2. aliàs. 198. tit. de confeſsis.

Quando valeat fideicommiſſum conuẽtionale inter Principes, vel priuatos, vide Alc. Raud. tract. de Anal. cap. 25.

Contractus nullus, ſi iuſtus eſt, debet denuò confirmari. ibi. cap 38. nu 40.

Si Titius promiſerit omnia bona ſua Sęio, poſt mortem ipſius Titij cum iuramento, & deinceps dicta promiſsio fuerit ſæpè confirmata, valebit: tamen comprehendit ſolùm bona exiſtentia tempore promiſsionis. Crauet. conſi. 139.

Promiſsio tamen bonorum, per quam aufertur libera teſtandi facultas, non valet. Crauet. d. conſi. 139.

Nec firmatur iuramento. ibi. Crauet.

Actus, qui fit ex duplici cauſa, licèt ex vna ſuſtineri non poſsit, ſuſtinetur tamen ex altera, & ex capite, ex quo ſuſtineri poſsit, vbi eſt clauſula, omni meliori modo. Craue. conſi. 142.

Quando tractatur de obligatione inducẽda, ſi non valet, quod ago, vt ago, nõ valebit, vt valere poteſt. Bar. in l. 1. §. eum qui. ff. de conſti. pecu. vide tamen eundem. Bar. in l. 115. num. 23. ff. de verbo. obliga.

Quando actus non valet, vt agitur, valebit, vt poteſt valere, concurrente voluntate, & ea deficiente, vel dubia, non valebit. Gaſp. Cabal. Milleloq 237. vide Milleloq. 310.

Si per generale edictum Principis aliquid prohibeatur, niſi fiat certo tempore, tunc illud eſſe factũ illo tpe pmiſſo, ꝓbari dẽt p teſtes, & nõ per confeſsioné partis, contrà quã tũc pars venire poteſt. Crauet. conſi. 175.

In contractibus etiam ſi quid alicui promittat contemplatione alterius, non cõpetit actio ei, cuius contemplatione actus fit. Crau. cõſi. 288. nu. 5.

Per inutile, vtile vitiatur, quotiens in fraudem legis, quid fit. Crauet. conſil. 1. pro genero num. 183.

Ex falſa cauſa ad irritũ deducitur actus. Craue. conſi. 1. pro genero. num 200.

Formalibus, & ſubſtãtialibus, nõ poſſunt partes in contractibus, & vltimis volũtatibus renũciare, vt actus valeat. Maran. in ſuo Spec. de ordi. indi. par 2. num 42.

Multa dicuntur, quæ non fiunt: Ideò promiſſa illa attenduntur, quæ etiam implentur, & tractatũ nihil inferre, non ſecuta concluſione, ſcribit Menoch. de arbitra. lib. 2. Caſ. 470. vide Dec. conſi. 463. nam verba multa in contractu conſueuerunt interueniri, antequàm ad concluſionem perueniatur, & antequàm ſit concluſum, non eſt celebratus cõtractus. Afflict. deciſ. 375. vide Cabal. Milleloq. 358. & ſola concluſio dicit eſſe cõtractus. Affli ibi.

Temporis anguſtia, vitiat contractum ſtricti iuris; ſecùs in contractibus bonæ fidei, legatis, gratijs, & in ſententijs. Menoch. ibi. Caſ. 480. vide Barto. in l. 1. C. de his, quæ pœnæ nomine, & in l. 12. §. ſi quis ſeruos. de legat. 1.

Quãdo ius fuit quæſitũ alicui, ex perſona alterius, tunc renunciatio facta per acquirẽtem, non præiudicat illi, cui ius fuit quæſitum, quod intellige eſſe verum, quando ius fuit plenè quæſitum, & ratihabitio ſequuta. Dec. conſil. 58.

Parentum conuentio etiam iuramento firmata de æqualitate ſeruanda inter liberos vtriuſque generis, non valet, ſi referatur ad contractum, & viam vltimæ voluntatis, ſecùs ſi ſolùm ad diſpoſitionem inter viuos, ita vt, eis integra remaneat teſtandi facultas. Dec. conſil. 184.

De pacto perpetuæ communionis, quando valeat, & de præcepto, quòd debeant fratres viuere in communione, vide Dec. conſi. 265.

Diſpoſitio facta ab aliquo, qui habet poteſtatẽ diſponendi, & illud, quod diſponitur certum eſt, dẽt attẽdi, licèt nõ reperiat illud, ad qđ relatio fit, in ipſa diſpoſitione. Dec. cõſil. 326.

Vitium

Vitium omne, quod in contractu interuenit, an, & quanto tempore purgetur, vide Dec. conſi.409.

Fratres non poſſunt æqualiter inter ipſos diuidere bona, contrà voluntatem patris, qui voluit ex aliqua rationabili cauſa, relinquere plus vni, quàm alteri; & per conſequens hæredi non licèt (etiam ex proprio iure) contrà defuncti factum, venire. Dec. cōſ. 548.

An valeat pactum in contractu matrimonij, q̃ primogenitus, vel alter ſuccedat in aliquibus bonis, vide Dec. conſi. 578. q̃ valeat ſcribit Menoch. conſil. 203. lib. 3.

Pactum prohibitum de quota litis ſolùm eſt reprobatum, in aduocatis, & procuratoribus; & non in alijs perſonis. Natt. conſil. 145. num. 15.

Pactum, de ſtando dicto, & declarationi creditoris, valet, & nō pōt reuocari antè declarationē, niſi ex cauſa noua ſuperuenienti, vide Natt. conſil. 213.

Ex contractu iam notato per tabellionem, quē partes non habuerunt pro perfecto, & qui nundū fuerat ſtipulatus, non pōt fieri fundamentum. Natt. conſil. 357.

Carceratus, vel captus in bello, non pōt facere pactū in fauorem, & commodum detinentis, ſed benè poteſt contrahere cum tertio. Natt. conſil 451.

Referens eſt nullum, vbi de relato nō appareat Natt. conſi. 678. nu. 4.

Pactum iuratum factum inter creditorē, & debitorem, quòd ſolutio debiti nō poſſit probari, niſi per inſtrumentum, valet; ſecùs ſi nō fuerit iuratum. Rol. conſ. 88. vol. 3.

Statutū diſponēs, q̃ minoris contractus nō valeat, etiamſi fuerit iuratus nō ſeruata ſolemnitate, de qua in ipſo ſtatuto, quid iuris, vide Rol. conſi. 99.

Contractus calore iracundiæ factus, non valet: fallit ſi fiat contractus ad pias cauſas. Ludo. Roma. ſing. 514.

Liberatio paterni debitoris facta per filium in vita patris, non nocet ſibi; licèt poſteà extiterit hæres patris. Henri. Boer. in ſuis ſingularibus, tit. auctoritas, licentia, &c. nu. 9. vide Bar. in l. 19. §. filius. ff. de pecul. legat.

Promiſsio iocosè facta, non obligat. Guid. Pap. ſing. 65.

Contractus inhabilis præcedens, propter ſequentem contractū habilē, habilitatur, & ex eo datur actio. Guid. Pap ſing. 421.

Contractus poſſunt fieri ēt de nocte, ſi adſunt luminaria. Pet. de Raue. ſing. 459. vide Bar. in l. 20. C. de trānſactio.

Si dico tibi præſenti, promitto, quòd dabo Titio decem, hæc ſtipulatio eſt prorſus inutilis, nec oritur etiam naturalis obligatio. Idem ſing. 644.

Epiſtola, qua confiteor me eſſe tuum debitorē, ſi antequàm tibi præſentetur moriar, illa epiſtola non præiudicat meis hæredibus. Ant. Corſet. in ſuis ſingularibus, litera. C. ſing. confeſsio. 5.

Pactum, q̃ pater cadat à feudo propter filij feloniam, non valet tanquàm iniuſtum. Idem litera. P. ſing. pactum. 2.

Incertitudo regulariter vitiat omnem diſpoſitionem, ſiue loquamur in contractibus, ſiue in iudicijs, vide Hippol. ſing. 206. tamen de æquitate canonica promiſsor arbitrio boni viri, compelli poteſt ad incerta promiſſa implenda. Idem ſing. 223.

Promiſsio de ſoluendo omne id, qđ creditor declarauerit, vt valeat declaratio, debet fieri viuo debitore. Marc. de Mant. ſing. 625.

Contractus, qui fit contrà legem, non valet. Barto. in l non dubium. C. de legib. & in l. pacta, quæ contrà. C. de pact. vbi plenè de materia.

Conſenſu partium reſtaurari non poteſt, quòd conſenſu earum, non oritur. Bart. in l 6. C. de tranſact. nu. 9.

Factum ab vxore propter minas à viro illatas, reſcinditur officio iudicis. Bart. in l. 13. num. 6. C. eod.

Quando fit inſtrumētum tranſactionis, vel alterius pacti ſuper his, quæ ex teſtamento dependent, ſemper, debent apponi in inſtrumēto, illa verba, inſpectis, & cognitis verbis teſtamenti; aliàs non valet tranſactio, & conuentio. Bart, in l. 19. C. de tranſact. vide infra. tit. de tranſact.

Contractus bonæfidei, ſicut eſt nullus quando dolus dat cauſam contractui, ita eſt nullus, quando dat cauſam diſtractui. Bart. in l. 7. C. de dol. mal.

Cōtractus ex quibus cauſis fiat inualidus, vide Bar. in Authen. ſacramēta puberum. C. ſi aduerſus, venditionem.

Pactum, quòd quis non poſſit probare contrà inſtrumentum, niſi per aliud inſtrumentum, non valet. Bar. in Authē. iubemus. C. de iudi.

Imperſonalitas ex parte promittētis, vitiat obligationem. Bart. in Authen. ſi quando. C. de conſtit. pecu. vide eundem. in l. 42. §. Labeo. ff. ſi cert. pet. & in §. ad hæc. Authen. vt cum de appella. cogno. & in §. 1. inſtitu. de ſtipula. ſerno.

Qui cōtractus reſcindanē, vide p Bart in l 2. C. de reſcind. vend. & infra. tit. de reſcind. vend.

Facilius confirmatur inualidum, quàm inducatur, qđ non eſt. Bar. in l. vnica. C. de rei vxor. act. nu. 5.

Voluntas inualida coram quinque teſtibus cõfirmatur, volũtas obſcura, coram duobus, declaratur. Bar. in l. 1. C. de codicil.

Præceptum legis interdictum, vel improbatũ, quod dicatur, vide Bart. in l. 1, C. de his, quæ pœnæ nomine.

Non valet pactum de ſuccedendo in eccleſia poſt mortẽ prælati. c. 5. ex. de pact. qđ de rebus ſpiritualibus, & eccleſiaſticis, non liceat paciſci, vide ibi. per tot. tit.

Quando pactum legi commiſſoriæ ſimile, reprobetur, vide Barto. in l. 3. C. de pact. pigno.

Contractum, qui annullatur ipſo iure, quis non debet petere annullari. Bart. in l. vnica. C. de Theſa. lib. 10.

Dolus, ſi dat cauſam contractui bonæ fidei, cõtractus eſt nullus, ſi contractui ſtricti iuris, valet, ſed agitur actione de dolo. Bart. in l. 7. ff. de dolo malo.

Incertitudo vitiat ſtipulationem, niſi ex coniecturis probabilibus, declaretur. l. 94. ff. de verbo. obliga.

Stipulatio inutilis, non nouat præcedentẽ vtilem. l. 97. eod.

Quando eſt impedimentum mixta conſideratione rei, & perſonæ, valet ſtipulatio, ſi impedimẽtũ ceſſat, tẽpore exiſtentis conditionis. l. 98. ff. de verb. oblig.

Obſcuritas omnimoda, vitiat ſtipulationem, & ſi poteſt interpretari, interpretatur pro promiſſore, ſed vbi verba ſunt clara, interpretationem non recipiunt. l. 100. eod.

Stipulatio in voluntatem promiſſoris conferri non poteſt. l. 108. §. fin. ff. de verb. oblig.

In contractibus non eſt locus iuri acreſcendi: Ideò ſi mihi, & Titio ſtipuler decẽ, ſola quinque mihi debentur. l. 110. eod.

Pœnalis ſtipulatio vitiatur ex errore, vel incertitudine, quæ principalem ſtipulationẽ, reddit inutilem. l. 115. ff. eod.

Conditio de præterito deficiens, reddit ſtipulationem inutilem ab initio. l. 120. ff. de verb. obliga.

Antè rem perfectã, & conſumatam, vitiatur ſtipulatio, ſi deueniat res, ad eum caſum, à quo non potuit inchoari. l. 136. §. ſi qs. ff. eod. vide l. fin. §. ſi inter. eod.

Inter interrogationẽ, & reſponſionẽ, nõ debet interueniri actus omninò extraneus: aliàs ſtipulatio vitiatur. l. 137. ff. eod.

Diſſenſus inter ſtipulatorẽ, & promiſſorẽ, circa rem, vitiat ſtipulationem. §. ſi hominem. ibi.

Poſſum ſtipulari ab eo, qui non poteſt facere, quod per alium erat factibile, vt ſi ruſticus promittat ſcribere. d. l. 137. §. illud inſpiciendum.

Ex cõtractu facto ſub conditione impoſsibili, nulla naſcitur obligatio ciuilis, vel naturalis. l. 30. ff. de fideiuſſo. & mandato.

Non valet ceſſio facta poſt ſolutionem contra correum, pariter obligatum, niſi pactum de cedendo præceſſerit. l. 76. ff. de ſolutio. & libera.

Stipulatio concepta in perſona duorum alternatiuè, non valet, ſi cuilibet eorum, poteſt obligatio acquiri, ſed ſi vni tantùm valet, & illi acquiritur, & alter cenſetur ad ſolutionem appoſitus. l. 98. §. ſi ſeruus. ff. eod.

Quod ab initio vitioſum eſt, non poteſt tractu temporis, conualeſcere. l. 30. ff. eod.

Actus legitimi, qui non recipiunt diem, vel cõditionem, in totum vitiantur, per temporis expreſsi, vel conditionum, adiectionẽ. Reg. actus legitimi.

Quod nullius eſſe poteſt, id, vt alicuius fieret, nulla obligatio valet efficere. l. 143. de reg. iur.

Hæc verba legis, nihil agit, important ipſo iure. §. 1. in ſtitu. ex quib. cauſ. manumit. non licet.

Contractus, quando eſt nullus ipſo iure, qua actione reſcindatur, quatenus, de facto proceſsit, vide Bar. in l. 7. ff. de dolo malo.

Stipulatio facta nominatim defuncto, non valet. Bar. in l. 41. nu. 25. ff. ſi cert. pet.

Subſtantia contractus, non confert in arbitriũ tertij incerti; ſed illud, quod eſt de natura, & qualitate contractus ſic. Bar. in l. illa ſtipulatio. ff. de hæred. inſtit.

Ordo omiſſus, quando habeat vitiare, vide Bar. in l. 2. § prius. ff. de vulgari.

Contractus nullus, an poſsit peti declarari nullus principaliter, & quo iure, vide Bar. in l. 8. §. de hoc. ff. de conditio. inſtitutio.

Impoſsibile reputatur, quod non poteſt expediri ſine Principis licentia. Bar. in l. 41. §. cõſtat. de legat. 1.

Impoſsibile eſt, quod fieri non poteſt impedimento iuris, vel naturæ. Bart. in l. 137. §. illud. ff. de verbo. obligat. impoſsibilitas naturæ, quando vitiet ſtipulationem, ſeu contractũ, vide eundem Barto. in l. 1. ff. de conditio. inſtitut.

Impoſsibilitas eſt, quãdo id, quod eſt impoſsibile, per vnum tantùm eſt explicandũ. Bart. in §. cum quis. d. l. 137.

Impoſsibile etiam reputatur id, quod obtineri non poteſt, niſi per ciuitatem fiat noua lex. Bar. ibi. nu. 6.

Contractus inter viuos factus ſub conditione impoſsibili de iure, vel ſub conditione turpi, eſt ipſo iure nullus. Abb. cõſil. 41. lib. 2. num. fin.

Venditio fundi certi, valet, licèt fines omittantur

à nota-

à notario. Bar in l.79.§.vicos,delegat.2.

Actus nullus ob defectum ſolemnitatis reſpicientis fauorem publicum, nõ poteſt poſtea confirmari; ſed quibus caſibus confirmetur, vide Bar.in l.1.§.ſed ſi. deleg.3.

De nullitatibus,vide ſupra lib.1.titu.de nullita.

Inter pactum, & repudiationem eſt differẽtia: quia repudiatio fit conſenſu vnius, & pactũ duorum: ideò pacto poteſt renunciari iuri futuro; ſecùs repudiatione. Bar. in l.18.ff.de optio.legat.niſi repudiatio fiat præſente parte,vel in iudicio,ibid. Bar.

Liberatio,ſi fiat inter contrahentes, vt habeat locum exceptio pacti, requiruntur conſenſus duorum,& partis præſentia.Bart.in l.9.§. ſi liberatio.ff.de libe.lega.ſecùs in exceptione doli, vbi non requiritur partis præſentia. Bar. ibid.

Per ſequentem contractum inutilem à primo non receditur, ſecùs in vltimis voluntatib. Bar.in l.20 ff.de adimen. legat.

Lex quando imponit pœnam ſtatim annullat, & infringit actum. Bart. in l.1.ff. de his,quæ pro non ſcriptis.

Falſa demonſtratio in contractibus, quãdo vitiet diſpoſitionem,vide Bar.in l.demonſtratio.nu.10 ff.de conditio.& demon.

Donatio facta ab aduocato; vel clerico cõcubinæ,non valet.Bart. in l.6.nu.5.ff.de re indi.

Diuerſitas linguarum, vel iure, quando vitiet ſtipulationem,vide Bar.in l.1.§.eadem. ff.de verbo. oblig.

Contractus ſi prohibeatur fieri reſpectu perſonæ,ex eo non oritur naturalis,neque ciuilis obligatio,& contrahentes contrà legũ præcepta,peccant.Bar.in l.47.num.4.ff. de fideiuſſ. & manda.

Lex ſi annullat contractum factum inter aliquos,ſi aliquid non fuit obſeruatum,nõ impeditur obligatio,ſed paratã exceptio. Bart. ibid.nu.8.

Quando lege,vel ſtatuto contractus prohibetur,quid iuris,vide ibid.

Promiſsio facta de ſtãdo ſimplici dicto, vel alterius iuramento,an valeat, & an declaratio poſteà facta reducatur ad arbitrium boni viri,vide Bar. in l.1.ff. de præto ſtipula.

Ius vbi exigit aliqd ſub certa forma,& qualitate,tunc nõ ſufficit factũ ſine forma,& qualitate,adimpleri.Abb.conſi.1.lib.2.

Donatio omnium bonorum(etiam per ſtipulationem valata) non valet: idem quãdo fit pactum, vt aliquis præſens,& acceptans habeat aliqua bona donata: quia hac ſtipulatione acceſſoria non obſtante,poſſunt inter ſe donantes diſponere de bonis ipſorum in præiudicium illius tertij, qui acceſſoriè fuit appoſitus.Abb.conſi.48.lib.2.

Si poſitus in dignitate alienet bona dignitatis,non valet alienatio, & ipſemet reuocare poteſt alienationẽ, non obſtãte iuramento pſtito de nõ reuocando c.33.ext de iureiu.

Contractus prohibitus propter vtilitatẽ publicam,non firmatur iuramento.Bart in l.10.§. ſi paciſcatur. ff.de pact.

Ius publicum naturale, pacto tolli non poteſt, & ius publicum diſponens circa effectum actus reſpicientis principaliter vtilitatem publicam, pariter pacto partium non mutatur; ſi verò contineat priuatam vtilitatem, & fauorem renunciantis, illi poteſt renunciari. Bar.in l.39.ff.eod.

Pactum contrà bonos mores non valet, & pacto non poteſt fieri,vt in pignoribus habeat locum, pactum legis cõmiſſoriæ, neq; quod mutuum factum filioſa.teneat. Bar.ibi.nu.6.

Pactum de quota, vel certa parte litis non valet, ſed vbi promitteretur quantitas, vel res ſimpliciter, non reſpectu eius, quod in lite deducitur, tunc valeret promiſsio.Bart.in l. 54.ff.de pact.

Plus valere quod agitur, quàm quod ſimulatè concipitur,de cõtractib. ſimulatis,& ſimulatione.

Colluſio pbatur plenè ex præſumptionib. & coniecturis, ſed ex quib. vide Paul.Aemil.Vera.deciſ.143.par.1.

Ex quibus præſumptionibus præſumatur contractus ſimulatus, vide Afflic.deciſ.40.nu.fin.Marc.q 508. Rot. Genu. deciſ. 184. etiam ſimulatio probatur coniecturis in materia ſuſpecta.Gaſp.Cabal. Milleloq.125. ex quib. probetur, & arguatur ſimulatio, vide Craue.conſi.156. & èconträ ex quibus excludatur, vide Dec. conſi.463.

Venditor,vel donator, quando poſt venditionem remanet in poſſeſsione domus vẽditæ, præſumitur fraus. Vera. d.deciſ.143.num.6. Bar.in l.25.ff.de donatio. quod limitatur in vndecim caſibus,de quibus per Menoch. de arbitra.lib.2.caſ.39. vide Natt.conſi.628.nu. 15.& conſi.88.nu.35. vol.1.

Et ex quibus tunc præſumatur contractus venditionis ſimulatus, & non verus, vide deciſ. 67.Rot.auenio. in deciſio. diuerſo.tom.3.

Ex quibus coniecturis contractus venditionis, vel alius præſumatur ſimulatus, vide Borg. Caual. deciſio. prima, de contract. parte. 2. tñ regulariter in dubio ſtatur inſtrumento: quia ſimulatio non præſumitur, niſi clarè,& cõcludenter probetur. idẽ Vera.deciſ.

421.par.2.& deciſ.163.par.3. & ſimulationis præſumptio oriri non poteſt in emptione, cum poſſeſsio eſt emptori tradita. Afflic.deciſ.65.nu.fin.

Simulatus non eſt contractus venditionis, etiã quòd præceſſerit contractus mutui, & fuerit appoſitum pactum de retrouẽdendo ex interuallo. Vera.d.deciſ.163. quid ſi interuenerit etiam modicitas pretij, vide Oſaſc.deciſ. Pedem.42. Afflic.deciſ.40.nu. 17. quid ſi ſolùm præceſſerit tractatus mutui, vide Gram. deciſ.76.Fran. Marc.q.483.

Tamen ſi emptor rem emptam locat venditori, & diù patitur venditorem poſsidere, venditio videtur ſimulata, & non præiudicat anterioribus creditoribus. Abb. conſil. 12. lib.2.

Contractus factus in forma venditionis, præſumitur fictus, & ſimulatus, & verè pignoratitius, vbicunque interuenerit modicitas precij, & pactum de retrouendendo in eodem cõtractu; ſecùs fortaſsè ſi ex interuallo. Abb. conſi.69.libr.2.an, & quando pactum de retrouẽdendo alijs iunctis præſumptionibus, reddat contractum emptionis ſimulatũ, vide infra tit.de pact. inter emptore, & vendi.

Modicitas precij dat magnum argumentum ſimulationis contractus. Abb. conſilio 49. libr.1.

Decretum iudicis in cõtractu venditionis, omnem fraudis ſuſpitionem tollit. idẽ Vera. d. deciſ.163.nu 8. tamẽ decretum iudicis, nó prodeſt contractui ſimulato, quin poſsit ſimulatio allegari, & probari, ac iudicem fuiſſe circumuentum. Iaſſ.Lanfr.Bal.deciſ.183.

Re partim vendita, & partim donata, præſumitur fraus.Boer.deciſ.143.

Simulationis ſuſpitio, non ceſſat ex donatione pluris valoris. Crauet.conſi.156.nu.7.

Alienatio ſimulata, & vera, ſed in fraudem facta differunt: nam ſimulata eſt ipſo iure nulla, nec validatur iuramento; ſed vera facta in fraudem, non eſt nulla ipſo iure, ſed reuocatur. Iaſ.de actio.§.item ſi quis in fraudem, nu.7.

Fraus, & ſimulatio alienationis ex poſſeſsione rei alienatę p̃ſumit. And.de Yſernia, ſing.61.

Venditio præſumitur ſimulata, quádo emptor patitur venditorem poſsidere; ſed quantũ tempus requiratur. vide Bart. in l.8.§.ſuperuacuum ff. quibus. Mod. Pign. vel Hypoth, ſolu.

Fallit duobus in caſibus, nempè quando venditor reſpondet de fructib.emptori, & quando ſibi reſeruauit vſumfructum. Bar.ibid.

Venditio omnium bonorũ præſumitur ſimulata, & frauduloſa.Bar.in l.27.ff.de probatio.

Venditor contrà emptorem non poteſt opponere venditionem eſſe factã in fraudem priuati, vel fiſci, vel fictitiam; ſed ex aliqua alia iuſta cauſa ſe defendere poteſt. Bar.in l.15.ff. de donatio.nu.6.

Ex quibus conjecturis præſumatur venditio fraudulenta, & præſumptio fraudulenta, quę ex conjecturis infertur, debet intelligi cum omnib. qualitatib. ſibi ex conjecturis inhærentibus. Bar.conſi.68.

Contractus emptionis non dicitur ſimulatus, etſi venditor eodem die conduxerit rẽ venditam addito pacto, quòd refectiõ pertineret ad ipſum venditorem conductorẽ. Abb. conſi.49 libr. 1.tamen ſi emptor rem emptã locat venditori, & diù patitur venditorem poſsidere, venditio videtur ſimulata, & non præiudicat anterioribus creditoribus. Abb. conſi.12 lib.2.

Contractus imaginarij, nec in emptionibus iuris vinculum obtinent, cùm fides facti ſimulatur non intercedente veritate. l.cõtractus. ff.de actio. & obliga.

Sex modis quis præſumitur in fraudem alienare, de quibus vide per glo. in §. in fraudem. inſtit. quib. in cauſ. manum. non lice.

Si duo contractus ſint facti eodem die, ab eiſdem ſuper eadem re, cẽſentur correſpectiui, & ex illis facilè fraus arguitur; quod procedit, etiam in diuerſis inſtrumentis hõcorreſpectiuis; quia multiplicatio inſtrumentorum non minuit, ſed auget ſuſpitionem fraudis, vel ſimulationis: imò præmiſſa habent locum, licèt inſtrumenta non eſſent rogata ſub eadem die; ſed vnum poſt aliud intra paucos dies, Gaſp. Cabal. Milleloq.488.

Quando aliàs inter contrahentes non ſufficerent conjecturæ ad probandam ſimulationem, vel fictionem contrà formulam cõtractus inter ſe adhibitá: tamen reſpectu tertij, qui læditur põt ſimulatio probari per conjecturas veriſimiles. idẽ Cabal. Milleloq 489.

Clauſulæ inſolitæ ſuſpicionem inducunt. idem Milleloq 490. & arguunt actum eſſe ſuſpectũ Pet.Gerar.ſing.77.

Omiſsio ſtyli, vel ſolemnitatis conſuetæ, inſtrumentum reddit ſuſpectum. Cabal. Milleloq.492.

Contractus ſimulati probanẽ, per conjecturas, indicia, ac præſumptiones; & hoc caſu talis probatio per conjecturas dicitur euidentiſſima probatio. idẽ Milleloq.582. ſed ex quibus cõiecturis probentur ſimulati, relinquitur arbitrio iudicis. Menoch. de arbitra.lib. 2. Caſ.247.

Probatio p conjecturas multiplex, vide Cabal. Milleloq.583. quo loci ſcribit 14. cõiecturas.

Simulatio

Simulatio ex præcedentibus, ſequentibus, ſtatu cauſæ, & perſonarum conditione deprehendiſ, & in ſimulatione plurimum iudicis arbitrium verſari, multaq; alia, ex quibus cõ tractus poſsit dignoſci ſimulatus, vide per Hieron. Mago. deciſ. 25. Luc. Afflic. deciſ. 40. nu. 19.

Simulatio contractus probari poteſt, non ſolùm per præſumptionem legis; ſed etiam hominis. Ozaſ. deciſ. 42.

Simulatio, quę prætenditur probari per teſtes, dēt liquidiſsimè probari. Gram. ibid. dec. 76. nu. 24.

Quod poſsit probari per teſtes contrà inſtrumentum ſcribit Fran. Marc. q. 48. & q. 434.

Contractus ſimulatus ex quibus probetur, vide Iaſ. de actio. §. item ſi quis in fraudem. nu. 8. & 42. Caſſan. in conſuetud. Burg. tit. *des retraitts*. Rub 10. §. 12. glo. 4. vbi deſcribit decẽ caſus, in quibus arguitur ſimulatio in alienatione rei, & quando admittatur probatio contrà inſtrumentum, vide ibi. & antequam fit ſimulatus, q̃ requiratur, vide Afflic. deciſ. 40. nu. 19 Gram. deciſ. 71. Bar. conſi. 65. vol. 1.

Simulatio quotuplex ſit, & qualiter allegetur, & exceptio ſimulationis, quomodo opponatur, vide Maran. in ſuo Spec. par. 6. tit. de exceptio. nu. 29.

Simulatio eſt difficilis probationis: ideò in ea ſufficiunt leuiores probationes. Menoch. de abitra lib. 2. caſ. 116. num. 8.

De deductione, & probatione ſimulationis, & quo teſtes habeant deponere ad hoc, vt venditio annulletur, & res intelligatur tantùm pignori data, vide per Bar. in l. pacta no uiſsima. C. de pact. vide eundem in l. 58. nu. 11. de leg. 1.

Plus valet quod agitur, quàm quod ſimulatè conficitur. l. 2. 1. C. de tranſac. c. 13. ext. de ſenten. & re iudic. ſed quando præſumatur cõtractus ſimulatus reſpectu vſurarũ, & de probatione, vide Bar. conſ. 19. vol. 2.

Contractus ſimulatus, vel vſurarius ex præcedentibus probatur, nempè quando ab initio aliter fuit conuẽtum, & poſteà aliud ſcriptum. Boer. deciſ. 183. nu. fi. Frã Marc. q. 483.

Tabellio ſimulatum inſtrumentum conficiens pęna amputationis manus, & perpetuæ infamiæ plecti debet. Myſing. obſeru. 65 Cent. 6.

Dominium ex contractu ſimulato, nõ transfertur Affli. deciſ. 40. n. 17. vide Bar. in l. emptor. ff. de aqu. plu. arcen. minus poſſeſsio. Nat. cõſ. 446. Ideò neque per conſtitutum in eo contractu appoſitum. Rot. Gen. deciſ. 184 nu. 18.

Attenditur quod eſt in veritate, & non qđ partes ſibi fingunt. Afflic. deciſ. 72. nu. 10. nam ſimulatione inſtrũ rei veritas nõ mutať. Marc. qõ. 46. & plus valet verum, quàm ſimulatio l. 5. C. ſi cert. pera.

Potentior eſt veritas, quàm ſcriptura, & actus agentium non operantur, deficiente conſenſu. l. 10. C. de donatio.

Temporis breuitas dati ad reuocãdum, inducit præſumptionẽ ſimulationis. Grã. dec. 76.

Conqueſtio continuata contrahẽtis aſſerẽtis ſe deceptum, eſt vrgens præſumptio, imò argumẽtũ fraudis, & deceptionis. Grã. ibi. n. 8.

Quot modis contractus dicatur ſimulatus, cuius ſpecies ſunt tres, & quando allegatur ſimulatus, debet quęlibet earum ſpecierũ ſpecialiter, & expreſsè deduci, alias deductio eſt repellenda, vide Aegid. Bellam. cõcl. 715. Dec. conſ. 648. n. 6. Bar. conſ 65. vol. 1. Cabal. Milleloq. 781.

In quibus caſibus præſumatur fraus, vel malitia. vide Gaſp. Cabal. Milleloq. 583.

Exceptioni ſimulationis renunciari nõ poteſt. Fran. Marc. q. 483. nu. 11. Rebuff. in ſuis comment. ſuper conſtitu. reg. tracta. de reſtitutio. artic 1. glo. 11. & 12. Tom. 2. Bart. in l. 58. de legat. 1. vide eundem Bar. conſi. 65. num. fin. nec talis exceptio tollitur per iuramentum, impetrata tamen ipſius diſpenſatione. Cabal. Milleloq. 782. vide deciſ. 67. Rot. auenio. in deciſio. diuerſo. Tom. 3. Bart. in l. 27. ff. ad leg. Falcid.

Non poteſt renunciari exceptioni ſimulationis cum iuramento in eodem inſtrumento præſtito; niſi eſſet iuramentum veritatis cũ iuramento confirmatorio, vt quia dictum eſſet, quòd partes cum iuramento confitentur omnia cõtenta in inſtrumento eſſe vera, & iurant non contrauenire. Marc. q 507.

Iuramentum interpoſitum ſuper actum ſimulatũ non validat actum, nec ligat iurantem, minus requiritur abſolutio ſecundum opinionem Iaſ. vt ipſe teſtatur, de actio. in §. fuerat, nu. 87. vide Rebuff. in ſuis commentar. ſuper conſtitut. reg. tract. de reſtitut. arti. 1. glo. 8. Tom. 2. fol. 408. Guid. Pap. ſing. 937. Pet. de Rauen. ſing. 108. Hippol. ſing. 327.

Fallit, quando in contractu eſſet appoſitum iuramentum, per quod iuratur omnia contenta in inſtrumento fuiſſe, & eſſe vera. Hippol. ſing. 474. & 654. vide D. Senat. Sol. in ſuis cõment. in antiq. conſtitu. Sabaudiæ glo. ſuper vlti part. decreti, quitationem, titu. de mino. fol. 106. tunc enim ſimulatio cõtractus allegari non poteſt. Ozaſ. deciſ 42. num. 7. Afflic. deciſ. 60. Gram. deciſ 76. & 89. Franciſ. Marc. q. 2. q. 483. nu. 10. & 23. & q. 507.

Contrà inſtrumentum guarentigiatum habens exequutionem paratam, & contrà, q poſsit opponi ſolũ exceptio falſitatis, vel ſolutiõis

de ſimulatione etiam excipi poteſt, quæ facit deficere contractum: nam ex quo deficit conſenſus, non dicitur eſſe contractus. Caſſad.deciſ.10.de reſcrip.nu.6.Marc.q.47. vide tamen Abb conſ 73.lib.2.

Simulatio contractus, ſi de perſona ad perſonam fiat, an illi, qui per fictam perſonam contrahit, actio quæratur, & valeat contractus, vel ſit opus ceſsione, vide Marc.q.46.& q.506 par.2.

Contractus factus ſub nominis accõmodatione, cenſetur factus de pecunia illius, qui con tractui cauſam dedit. Marc.d.q 506.par.2.

Simulatio acco mmodationis nominis, quomo do probetur, vide Marc.ibid.

Contractus factus ſub nomine illius, ad quem negotium ſpectat, ſimulatus præſumitur, ibi.

Simulatio arguitur in contractu facto, nomine vxoris, quando precium ſoluitur de pecunia mariti, & marito res traditur: tunc enim vxoris nomen ſimulatè præſumitur accõmodatum.Craue.conſ.100.num.6.

Si nomen vxoris ſimulatè eſt appoſitum in inſtrumento, loco viri, obligatio eſt ipſo iure nulla, ratione ſimulationis, cùm veritatis ſub ſtantia potiùs, quàm ſimulata geſta, attẽdãt. l.17.C.ad Senatuſconſ.Velleia.

Contractus tribus modis cõſiderari poteſt, nẽpè fictitiè, imaginariè, & ſimulatè. DD. de Rot.deciſ.1.tit.de donatio.in nouis.

Contractus facti intra quindecim dies ante ru pturam debitoris, dicũtur ſimulati: & in materia ſimulationis admittuntur teſtes, aliàs inhabiles, & vnicus facit plenam probationem: ſed an verò duæ coniecturæ ſufficiãt ad probandum ſimulationem, vel tres requiran tur, vide Rot.Genn.deciſ.184 quod duæ ſufficiãt, ſcribit Crau.cõſ.156.vid Dec.cõſ. 587.

Simulare eſt fingere fraudulenter agere, & vnũ pro alio oſtendere; ſimulare etiam eſt falſum pro vero tradere, & ea, quæ abſunt ſimul eſſe oſtendere, & ſimulamus quæ non ſunt, & diſſimulamus ea, quæ ſunt. Rebuff. in ſuis comment. ſuper conſtitu.reg tom.2. tract. de reſtitutio.art.1.glo.8.vbi plenè de materia ſimulationis.

Aduerſus ſimulatam venditionem, quæ re vera pignus eſt, reſtitui quis poteſt. Rebuff.ib.n.8.

Quæ requirantur, vt reſtitutio concedatur aduerſus ſimulationem, vide ibi.nu.3.

Si ab inſtrumento remouetur mens contrahentium, & non verba, iſtud eſt ſimulatum, & nõ falſum; ſi autem remouentur verba, & non mens, iſtud non eſt ſimulatum, neq; falſum, quia ſubſtantialiter in radice veritatis eius, ſubiectum eſt veritas. Natt.conſ.132. nu.6.

Statutum permittens opponi exceptionem ſimulationis, de qua intelligitur, vide Bart.in l.3.C.de poſtula.

Exceptio ſimulationis dicitur, quando obligatio eſt facta ob cauſam non veram, vel fictã. Bar.in l.6.C.ſi cert.pet.

Debitum ex vna cauſa, ſi in inſtrumento contineatur ex alia, non dicitur inſtrumentum ſimulatum. Bar.ibid.

Licèt non valeat, quod in veritate agitur; tamen valet, quod ſimulatè concipitur. l.27.ff. depoſiti, vide tamen Bar.ibi. vbi circa ſimulationem diſtinguit plures caſus.

Fraus de facili pręſumitur inter cõiunctas perſonas. Bar.in l.67.ff.de rit.nupt.

Error ſcripturæ, qñ probet, & dictũ ꝓualet ſcripto, èt qñ ille, qui dicit, eſt Idem, qui ſcribit. Bar.in l.9.§.ſed ſi nõ.ff. de hæred.inſtitu.

Contractum fuiſſe factum in fraudem, non poteſt dicere hæres extraneus; ſed contrahentis creditor ſic. Bar.conſi.65.

Hæres donatoris poteſt dicere donationem ſimulatam. Bar.ibi.

Inſtrumentum donationis non dicitur ſimulatum ex eo ſolo, quòd donator remanſit in poſſeſsione rerũ donatarũ. Bar.ibi.nu. 5.

Clauſula conſtituti, quando tollat ꝓſumptionẽ fictionis, & ſimulationis cõtractus, vide ibi.num. 6.

Pręſumitur contractus ſimulatus quibuſdam certis caſibus, niſi probetur oppoſitum, vide Bar.in ſuo tract.de præſumpt.

Probata ſimulatione nihil prodeſt habere pęnes ſe inſtrumentum; tamen in dubio non ꝓſumit ſimulatio. l.4.C.ſi quis alteri, vel ſibi.

Creditor non poteſt vendere pignus ſibi ipſi, nec interpoſitæ à ſe perſonæ ſimulatæ, quæ ſimulatio præſumitur, ſi creditor ſemper poſsidere ꝓbet. l. 10. C. de diſtract. pigno.

Si creditor in alterius præiudicium fingat ſe priorem tempore, vel ſibi ſolutum non eſſe, cùm ſit, in pęnam falſi incidit, licèt de cõſciẽtia debitoris fecerit. l.15.C.ad leg.Corn. de falſ.

De fraude, vide ſup.li.1.tit.de dolo, & fraude.

De fictionibus.

Stipulatio quibus caſibus fingatur, vide Bart.in l 1.ff. de verb.obliga.

In dote fingitur ſtipulatio, quæ re vera non interceſsit. l.vnica.§.1.C. de rei vxo.actio. aliàs etiam fingitꝰ ſtipulatio, vbi non eſt. l. 6.ff. de vſuris.

Reſtitutio non conceditur ex fictione poſtliminij, cùm poſtliminium non porrigatur ad ea, quæ ſunt facti; vt eſt poſſeſsio; ſed ad ea tantum, quæ ſunt iuris. l. 18. ff. ex quibus cauſ. maior.

Quem-

Quemadmodum vbi per fictionẽ fit translatiò de vno tempore ad aliud, requiruntur extrema habilia; ita quando fit de perſona ad perſonam. l. 17. ff. de interrog. act.

Plus nõ poteſt operari fictio, quàm veritas. l. 14. ff. ſi cert. pet. in additio.

Vna fictio circa idẽ admittitur; non aũt plures. l. 12. §. Marcellus. ff. mandati.

Vbi eſt inhabilitas perſonæ à principio, actus non poteſt confirmari, licèt conferatur in tempus permiſſum. l. 4. ff. de ſeru. export.

Legis fictio non porrigitur ad impoſſibile. l. 15. ff. loc. & conduct.

Quando veritas, & fictio tendunt ad vnum finem, veritas præualet fictioni. l. 23. ff. de liberis, & poſthu. vide Caſſad. deciſio. 6. tit. de conceſſio. præben.

Hæreditatis additio retrotrahitur ad tempus mortis l. 54. ff. de acquir. hæred. l. 28. §. illud. ff. de ſtipulatio. ſeruo.

Qui deceſsit apud hoſtes, videtur mortuus tẽpore captiuitatis, qui reuertitur, fingitur ſemper fuiſſe in ciuitate. l. 104. § ſi ex. de leg. & fideic. 1. l. 12. & 18. ff. de captiuis.

Debitor cõditionalis ſolutione vera, vel ficta, tunc liberatur verè, qñ cõditio extiterit; retrò tamen fingitur liberatus. l. 16. ff. de ſolutio. & libera. & de materia fictionis, vide ibi per glo.

Dicitur fictio fictionis in adoptione loco nepotis, de aliquo facta. §. licèt, inſtitut. de adoptio.

Dictio, perinde, denotat fictionem. Ozaſ. deciſ. 319. nu. 10.

Fictio, vbicunque à lege introducta eſt ſuper actu, de quo lex ipſa diſponere poteſt, tunc lex dicitur verè, nõ autem fictè facere. Ozaſ. deciſ. 126.

Fictio an fingat contrà factum, quoad veritatem inducendam, vide Afflict. deciſio. 299. nume. 6.

Fictiones duæ in vno facto, an poſsint concurrere, vide Afflict. ibid. num. 26. negatiuam tenet. Ioſeph. Lud. deciſi. Luc. 53. nu. 45. facit. l. 12. § Marcellus. ff. mandati.

Fictiones duæ habentes originem ex, diuerſis, poterunt concurrere. Bart. in l. gerit. ff. de acquir. hæred.

Fictiones duæ poſſunt ſimul concurrere, quãdo vna venit in conſequentiam alterius, vel cõcurrunt circa diuerſa, vel ex diuerſis fontibus oriũtur. Idem Bar. in l. 16. ff. de ſolutio. & libera.

Fictio non operatur in caſu ficto, quantum veritas in caſu vero, in effectibus contrarietatem inducentibus. Ioſeph. Ludo. deciſ. Luc. 53. num. 51.

Quæ ſit differentia inter fictionem, & præſumptionem, vide ſupra lib. 1. tit. de præſumptio.

Fictio habetur quoad iuris effectum pro veritate, & tantum operatur in ſuo caſu, quantũ veritas, in caſu vero. Guliel. Caſſad. deciſio. 2. num. 16. tit. de vnionibus. Rebuff. in ſuis cõment. ſuper cõſti. reg. tract. de litte. natur. glo. 2. num. 14.

Fictio quando plus poſsit, quàm veritas, vide Bar. in l. 41. ff. ſi cert. pet.

Aequitas naturalis ineſt in omni fictione, & qñ veritas, & fictio inuicem tendunt ad diuerſa, fictio præualet veritati; aliàs ſecùs. Barto. in l. 23. ff. de liber. & poſthu.

Fictio quælibet habet duo extrema finis ſcilicet, & principij, & requirit habilitatem in vtroq;. Caſſad. deciſ. 3. de præbend. nu. 17. vide Barto. in l. 19. ff. communia prædiorum, quare per fictionem aliquid retrò non fingitur, vbi deficiũt extrema à quo, vel ad quod. l. 7. ff. de iure codicil.

Fictionis æquitas nulla ſuadet in beneficialibus. Caſſad. ibi. nu. 22.

Quando concurrunt in perſona vnius iura plurium perſonarum, habetur ac ſi eſſent plures perſonæ. Ror. Genu. deciſ. 2. nu. 36.

Fictio eſt ſemper ſuper certo. Bart. in l. 10. C. de pet. hæred. & fingit contrà veritatem. Bart. in l. 23. ff. de eo, quod metus cauſa.

Quædam eſt fictio, quę fingit ſuper certo facto, vt in fictione legis corneliæ, & hæc non admittit probationem in contrarium, & quædam eſt præſumptio, quæ fit ſuper aliquo facto dubio, & hæc recipit probationem in contrarium. Barto. in l. 16. C. de probatio. num. 10.

Quando lex fingat ſuper impoſſibili, vide Bart. in Authen. hoc ita. C. de duobus reis, & in l. 16. ff. de ſolutio. & liberat.

Fictio priuata, quæ fingit non eſſe illud, quod eſt, regulariter non habet locum in his, quæ ſunt iuris; ſed in his, quæ ſunt facti. Barto. in l. 28. §. pactus ne peteret. ff. de pact. nu. 23. vide eundẽ Bar. in l. 23. §. in his. ff. de acquir. poſſe, & in l. 32. ff. de reg. iur.

Fictio ceſſat, vbi ceſſat æquitas, & fictio vniuerſaliter fingit in his, quæ ſunt facti; rarò, vel nunquam in his, quæ ſunt iuris, & triplex eſt, vide Barto. in l. 20. ff. quib. ex cauſ. maio.

Fingitur ſuper facto aliquod factum, quòd nunquàm fuit. Barto. in l. 11. §. ſolutam. ff. de pigno. act.

Fictio, quæ idem eſt, quod præſumptio iuris, & de iure, non patitur probationem in contrarium. Barto. in l. 38. ff. de acqui. hæred.

Fingi ſuper re, quæ non eſt, licèt non poſſit, tñ

aliquid

aliquid retrò non eſſe, fingi poteſt. Bart. in l. 16. ff. de reb. dub.

Fictio non habet locum, ſi non reperitur res, ſuper qua fingat. Bar. in l. 8. §. quod ſi pēdēte. ff. de peric. & commo. rei vend.

In vltimis voluntatibus per aduentum conditionis nō fingitur retrò. Bar. in l. 9. §. ſi ſeruus. ff. ad leg. falcid.

Confeſsio ficta tantum operatur, quantū vera. Bar. q. 3. nu. 6.

Paria ſunt aliquid non eſſe ab initio, vel eſſe, & tolli per actum, qui retrò fingat nō eſſe. Bar. q. 9. nu. 3.

Materiam fictionis, vide per Bart. & DD. in l. ſi is, qui pro emptore. ff. pro emptore.

De Clauſula conſtituti.

Conſtitutum licèt ficta traditio eſſe dicatur, per illud tamen vera poſſeſsio acquiritur. Ozaſ. deciſi. 36. & non per fictionem. Barto. in l. ſi is qui ꝓ emptore. ff. de vſucapionibus, neq; requirit alia apprehēſio. Fel. conſi. 50. & transfert ciuilis, & naturalis. Idē Ozaſ. deciſ. 133. Boer. deciſio. 200. Ange. in §. item ſi quis in fraudē. inſtitu. de actio Rebuff. in ſuis comment. tract. de materi. poſſe. in præfat. nu 74. Tom. 3. Menoch. conſil. 139. nu. 11. 24. lib. 2. limita in conſtituto à tutoribus facto. Capic. deciſ. 14. nu. 11. vel curatoribus. Math. Matheſ. ſingu. 166. aut prælatis. ibid. in additio.

Dominium etiam per conſtitutum acquiritur. Capic. deciſio. 14. nume. 8. Guid. Pap. q. 101. in additio. & q 112. Boer. deciſ. 162. nu. 11. fallit in conſtituto rei emphyteuticæ, facto ſine conſenſu domini. Guid. Pap. q. 46.

Conſtitutum nihil operatur ſi conſtituens tēpore conſtituti nō poſsidebat: & idē ſi alieno nomine poſsidebat. Ozaſ. deciſio. 144. nu. 4. Afflict. deciſio. 37. Guid. Pap. q. 356. Ioſeph. Ludo. deciſio. 3. Luc. & deciſi Peruſ. 29. & 68. vbi limitat. reg. vide Rot. Genu. deciſi. 13. nu. 13. & 14. Beninten. dec. 48. Gaſp. Cabal. Milleloq. 904 Barto. in l. 77. ff. de rei vendica. ideò probare debet agens virtute cōſtituti, quòd conſtituens tempore illius poſsidebat. Rot. Genu. deciſio. 149. Afflict. deciſio. 335. nume. 4. Capi. deciſio. 182. nu. 9. Borg. Caual. deciſi. 23. par. 2. num. 44. Pet. de Raue. ſing. 543. Ale. in l. quod meo. ff. de acquir. poſſe. nume. 22. Fel. conſi 50.

Fallit, quando agitur contrà conſtituētem, vel eius hæredem. Rot. Genu. deciſio. 13. nume. 14. Iaff. Lanf Balb. deciſi. 276. aut ſingularem ſucceſſorem habentem cauſam à conſtituente, Natt. conſi. 434.

2. Fallit, quādo ſumus in antiquis. Nat. cōſ. 235. Tom. 2. nume. 11. Dec. conſil. 303. nume. 10. Caſſan. in conſuet. Bur. tit. *des ſucceſſions*, Rub. 7. §. 1. glo. 3. nume. 4. in verbo limita tamen. Hippol. ſing. 521.

Et licèt conſtitutum nullius ſit effectus, quando conſtituens non poſſidebat, tamen ſi debitor ſe conſtituit poſsidere, tàm bona præſentia, quàm futura, tunc tale conſtitutū extenditur, etiam ad bona ipſa futura poſteà quæſita. Afflict. deciſio. 37. nume. 3. quia tunc in acquiſitione debitor mutare nequit, vide eundem Afflict. deciſio. 335. Barto. in l. 9. C. quæ res pignori obligari poſſunt. Put. deciſi. 443. lib. 2. Caſſan. in conſuetudi. Burg. tit. *des ſucceſſions*, Rub. 7. §. 1. glo. 3.

Ciuilis poſſeſſio quæſita per conſtitutum octo operatur effectus, de quibus ſigillatim, vide per Guid. Pap. q. 356. de effectibus clauſulæ conſtituti, vide per Rebuff. in ſuis comment. ſuper conſtitu reg. tract. de donatio. inſinua. art. 2. glo. 3. Tom. 2. Hippol. ſing. 496.

Reg. limitatur in contractu ſimulato, in quo nō transfertur dominium, neq; poſſeſsio. Rot. Genu. deciſio. 18 nam precarium non valet, vbi principalis contractus non tenet. Natt. conſil. 188. Tom. 1. & illo infirmato. Afflict. deciſio. 40. Luc. 17. & deciſio. 139. aut reſoluto. Crauet. conſil. 299. vel reprobato. Marc. quæſt. 8.

2 Precarij conſtituto non poteſt idem operari in perſona ſecundi donatarij, quòd in perſonā primi, factis donationibus duabus diuerſis pſonis ſucceſsiuè in cōtractu. Guid. Pap. q. 512. vide tamen. Ioan. Pap. lib. 8. tit 6. arreſt. 7.

3 Clauſula conſtituti in incorporalibus nihil operat̃, vide Fran. Marc. q. 422. nu. 6. & 7. niſi dictum ſit, conſtituit ſe poſsidere, vel quaſi. Natt. conſil. 373. vide tamen. Henri. Boer. in ſuis. ſing. tit. poſſeſsio. & inueſtitura. nu. 2.

4 Incertitudo ratione loci, & quotæ reddit cōtractum nullum, & tunc conſtitutum appoſitum in tali contractu nihil operatur. Hiero. Mago. deciſio. 20. & 21 Luc. Hippol. ſing. 496. veluti ſi quis donauerit quartam partē ſuorum bonorum. Dec. conſi. 226. vide Bar. cōſi. 74. volum. 1.

5 Conſtitutum appoſitum in contractu nullo, nihil operatur. Ioan. Pap. lib. 8. titu. 6. arreſt. 5. Caſſane. in conſuetudi. Burgun titu. *des ſucceſsions*, lib. 7. §. 1. gloſ. 3. Afflict. deciſio. 331. Marc. q. 458 part. 2.

6 Clauſula cōſtituti verè eſt translatiua dominij, & poſſeſsionis, quòd procedit ſi conſtitutum ſit factum præſenti, & ſit purum, ſecùs ſi fiat abſenti notario pro ipſo non ſtipulante, vel

re, vel ſub conditione. Ludo. à Pegu. in ſuis quæſtio. crimin. cap. 48. vide Caſſan. in conſuetu. Burg. tit. *des ſucceſſions*. Rub. 7. §. 1. glo. 3. Natt. conſi. 372. vide, & conſi 189.

7 Precarium regulatur ſecundum naturam ſui principalis. Affiic. decis. 139.

8 Ad hoc, vt per conſtitutũ transferatur poſſeſſio, requiritur voluntas, & animus illius, cuius nomine conſtituo me poſſidere: Ideo debet eſſe præſens. & ſi cõſtituo me poſſidere nomine abſentis, debet poſtrà habere ratum tempore, quo poſſeſſio ab alio non fuerit occupata. Benint. deciſio. 12. nume. 5. & 6. vide Rot. Genu. deciſio. 13. nume. 17. & 18. & vera dicitur poſſeſſio etiam ea, quæ eſt quæſita per actus fictos. Gaſp. Cabal. Milleloq. 901.

9 Conſtitutoria poſſeſſio ex negligentia decennij cenſetur derelicta, ita quòd per conſtitutum nõ poteſt amplius dici, fuiſſe tráſlatam poſſeſſionem; ſed potius amiſſam. Borg. Caual deciſio. 23. de contract. par. 0. num. 45. vide Perilluſt. D. P. Teſſau. decis. 105. & decis. 215. intellige, & declara concluſioné, vt per Menoch. conſi. 139. lib. 2.

10 Ad hoc, vt conſtitutum operetur debet habere quatuor qualitates. Primò, quòd contractus, cui apponitur ſit validus. Secundò, quod conſtituens ſit legitimus poſſeſſor rei, quam ſe conſtituit nomine alieno poſſidere. Tertiè, quòd conſtitutum ſit de re certa, veluti de aliquo fundo, vel de alia re limitata. Quartò, quòd ſit de re tempore conſtituti poſſeſſa. Pap. lib. 8 tit. 6. arreſt 9. quibus cõcurrentibus, poſſeſſio per conſtitutum ita vera, & propria tradi dicitur, ac acquiritur, quòd ipſa in ſtatuto loquẽte de poſſeſſionibus, cadit. Iaſ. de actio. § actionum. nu. 139.

11 Quod dicitur per retentionem vſusfructus, vel per conſtitutum transferri poſſeſſionem, limitatur non procedere in rebus emphyteuticis, vel feudalibus, aut cenſualibus, vel aliter debentibus ſeruitutem: quia his in caſibus per conſtitutum non transfertur poſſeſſio, vel dominium, donec per dominum ſuperiorem donatarius, vel emptor fuerit inueſtitus. Caſſan. in conſuet. Borg. tit. *des ſucceſſions*, Rub. 7. §. 1. glo. 3. in verbo item, & quando, tamen licèt conſtitutum non transferat poſſeſſionem, nec dominium in re emphyteutica, niſi ſecuta inueſtitura, verùm hoc non procedit quo ad contrahentes: nam quo ad ipſos transfertur ex conſtituto poſſeſſio, dominium q. Rol. conſi. 51. vol. 2. nu. 34.

12 Primum conſtitutum nihil operatur, ſi ſecũdus emptor, vel donator primò obtinuerit inueſtituram a domino directo. Caſſan. in conſuetu. Burgun. Rub. 7. §. 1. glo. 3. in verbo item, & quando.

13 Vbi eſt pſumptio, & ſuſpitio fraudis requiritur vera traditio corporalis, nec ſufficit eo in caſu venditorem ſe conſtituere poſſidere nomine emptoris. Bar. in l. 15. ff. de donatione.

14 Debitor, qui obligauit creditori omnia bona ſua, & conſtituit ſe eius nomine poſſidere, poſteà vendendo, & conſtituendo denuò ſe poſſidere nomine emptoris, tunc hoc ſecũdum conſtitutum nullus erit effectus. Barto. in l. 36. ff. de acquir. poſſ. vide eundem in l. 26. nu. 15. ff. de vſucapio. vbi diſtinguit.

Poſſeſſio mihi quæritur, cùm quis conſtituit ſe nomine procuratoris mei poſſidere. Barto. in l. 6. ff. de precario.

Poſſeſſio, an per conſtitutariũ poſſit (illa remanente adhuc pœnes conſtituentem) in alium transferri, vide Excel. P. Teſſau. deciſio. 215. nume. fina.

Poſſidens vigore conſtituti remedia poſſeſſoria intentare poteſt. Ozaſ. deciſio. 36. num. 7. veluti interdictum vti poſſidetis, contrà turbantem. Natt. conſi. 327. vel recuperandæ cõtrà ſpoliantem. Menoch. conſ. 139. num. 22. lib. 2. & hoc procedit etiã in creditore. Bour. deciſi. 112. num. 12.

Qui propterea poteſt intentare remedium. l. ſi. de acquir poſſe. Rot. Genu. decis. 13. num. 22. vide Affliẽ. deciſio. 335. nume. 7. Crau. conſi. 235. circa finem. Rebuff. in ſuis commentar. tract. de dona. inſinua. ar. 2. gl. 3. Tom. 2. ſed quomodo, vide Excel. P. Teſſau. deciſio. 53. & decis. 215. num. 6. in fine.

An conſtitutum poſſeſſorium adiectum Hypothecæ bonorum, cenſeatur ſubl. tum, reſoluta hypotheca; vide Ozaſ. dec. 35. & decis. 144. nu. 5. Afflict. deciſi. 139.

Conſtitutum non dicitur acceſſorium obligationis; ſed traditionis, & tranſlationis dominij: Ideò reſoluta obligatione aliquãdo non reſoluitur conſtitutum. Ozaſ. ibid. nume. 7. d. deciſio 35.

Precarium, & multò magis conſtitutum operatur, vt præſcriptio non currat contrà creditorem habentem hypothecam cum conſtituto, ſeu precario bonorum poſteà alienatorum per debitorem; niſi ſpatio 30. annorum antè: enim nõ prodeſt eo in caſu bonæ fidei poſſeſſori præſcriptio non obſtante l. ſi aduerſus credit. Afflict. deciſio. 130. tamẽ præmiſſa non procedunt in bonis poſt obligationem quæſitis. Afflict. d. deciſi. 139. nu. 6.

Debitor, qui tenetur realiter offerre rem immobilem, liberatur conſtituendo ſe tenere nomine creditoris. Capic. deciſi. 14. nu. 11. &

quando

quando ad confirmationẽ actus requiritur traditio rei, ſufficit conſtitutum, per quod videtur res tradita. Dec. conſi. 203.

Creditor habens ius reale in re, poteſt eo iure vti contrà ſingularem ſucceſſorẽ. Capi. deciſi. 69. num. 26.

Debitor conſtituens ſe nomine creditoris poſſidere, creditor non ſolùm poteſt apprehendere poſseſsionem propria auctoritate contrà ipſum debitorem; ſed etiam contrà habẽtem cauſam ab eo. Iaco. Put. deciſi. 443. num. fin. lib. 2.

Pactum de capiendo bona debitoris cùm cõſtituto operatur, vt poſsit creditor nulla præcedente citatione ingredi poſſeſsionem bonorum, alias poſſeſſorum per debitorem, & modò per tertium, ipſo tertio non vocato. Maran. in ſuo Spec. part. 6. tit. de eiect. nu. 11. & 38. ſed, vide ibi. & Natt. conſil. 378. & 398. ſed ius capiendi poſſeſsionem propriâ auctoritate, non poteſt cedi. Natt. conſil. 395. & conſil. 399.

Creditori vtilius eſt, quòd debitor conſtituat ſe bona ſua precario nomine creditoris poſſidere, transferẽdo in eum ciuilem poſſeſsionem tantùm; retinendo naturalem, quàm ſi cõſtituat ſe poſsidere ſimpliciter, vide Math. Matheſ. ſing. 153.

Si venditor cõſtituat ſe poſsidere nomine emptoris, & deinceps alteri alienet tradendo rem, tunc dicitur interuertere poſſeſsionem primi emptoris: quare illi competit remedium poſſeſſorium, dummodo in libello ſit intentatum; aliàs ſecùs. Afflict. deciſio. 40. nume. 13. vide Boer. deciſio. 112. nume. 12. Guid. Pap. quæſtio. 22. & quæſtio. 112. vbi limitat. reg.

Et hoc caſu prior emptor præfertur ſecundo, cui res fuit realiter tradita, ſi venditor poſſidebat tempore conſtituti, aliàs ſecùs. Capi. deciſio. 182. Afflict. deciſio. 139. num. 8. Boer. deciſi. 112. nu. 12. Ioan. Pap. lib. 8. tit. 6. arreſt. 4. nam ſi venditor tempore conſtituti non poſsidebat, inane eſt precarium, licèt poſteà cœperit poſsidere. Afflic. deciſi. 335.

Glo. in l. Iulianus. §. ex vendit. ff. de actio. empt. loquitur quando venditor ſe precario poſſidere nomine emptoris conſtituit; quo caſu in emptorem tranſlata nõ fuit poſſeſsio naturalis; ſed ea penes precario poſsidentem remanſit. Ozaſ. deciſio 36. nu. 4.

Conſtitutum maius eſt precario; quia in precario tantùm transfertur ciuilis poſſeſsio, & per conſtitutum ciuilis, & naturalis. Afflict. deciſio. 139. nume. fina. Capic. deciſio. 14. nu. 14. 15. & 16.

Ideò per conſtitutum precarij non transfertur naturalis, & actualis poſſeſsio, ſed ficta, ſeu ciuilis. Guid. Pap. quæſtio. 509. de ipſa differentia, vide per Barto. in l. 21. ff. de acquir. poſſe.

Imò ſicut per ſimplex conſtitutum transfertur poſſeſsio, ita in conſtitutione precarij, quando legitimus titulus præceſsit; ex quo intelligitur falſam eſſe illam doctrinam, per quã Doctores conſtituunt differentiam inter cõſtitutum ſimplex, & conſtitutum precarij, ita ſcribit. Gaſp. Cabal. Milleloq. 808. vide Rebuff. in ſuis cõment. trac. de donatio. inſinua. art. 2. glo. 3. Tom. 2.

Debitor per ſecundum conſtitutum tollit primum precarium, non autem primum conſtitutum. Capic. deciſ. 69. nu. 27.

Venditorem per conſtitutum, non liberari ab actione ex empto communi opinione receptum eſſe ſcribit Ozaſ. deciſio. 36. nu. 5. vide Barto. in l. 39. ff. de pact. contrarium tamen tenet. Beninten. deciſio. 32. vide Capic. deciſio. 14. nume. 12. Barto. in l. emptore. ff. de pact.

Clauſula conſtituti, ſi ponatur in inſtrumento venditionis, non eſt neceſſe, quòd deſcribatur hoc fuiſſe actum in principio. Bar. ſing. 4.

Et ſi antè litem motam virtute conſtituti, quis poſsit propria auctoritate ingredi poſſeſsionem rei in conſtitutum deductæ, & repellere reſiſtentem. Gaſp. Cabal. Milleloq. 809. tamẽ hoc non licet poſt litem motam; imò hoc caſu attentata lite pendente, reuocantur. Affli. deciſ. 131. & in additio. ibi. vide Capi. dec. 69. nu. 27. & deciſ. 182. nu. 8.

Poſſeſſor tertius, an ſit conueniẽdus indiſcuſſo principali in obligatione bonorũ precariata, vel in qua eſt conſtitutum, vide Afflict. deciſio. 139. Perilluſt. D. P. Teſſau. deciſio. 5. in fine.

Affirmatiuam tenent (nempè poſſe tertium poſſeſſorem conueniri nulla facta excuſsione) Boer. deciſio. 112. nume. 12. Afflict. deciſi. 335. num. 7. idem Boer. deciſio. 200. nu. 8. Iaſſ. Lanſ. Balb. deciſio 84. Ioan. Pap. lib. 11. titu. 3. arreſt. 9. Gaſp. Cabal. Milleloq 809. Maran. in ſuo Spec. part. 4. diſtinct. 7. iudi. num. 9. diſtinct. 10. vide ſuprà lib. 1. titu. de excuſsio.

Si in donatione bonorum præſentium, & futurorum ſit appoſitum conſtitutum, tunc habetur loco traditionis. Afflict. deciſ. 335. n. 3.

Precarium non tranſit ad hæredes precario rogantis: quia non poteſt quis conſtituere precario poſsidere, poſt mortem ſuam. Afflict. deciſio. 335. nu. 5. 6. 9. & 10.

Conſtituti effectus tranſit ad hæredes cõſtituẽtis, & ſic contrà eum. Craue. conſ. 107.

Poſſeſsio

Poſſeſsio, an transferatur per conſtitutũ in hæredẽ, & quomodo, vide Pet. Benine. deciſ. 12.

Clauſule precarij poſt mortem creditoris expirat Fran. Marc. q 8. nu 4. vide perIlluſt. D. P. Teſlau. deciſ 38. & deciſ 53.

Conſtitutum tranſlatum poſt mortem non valet, niſi in contractu diceretur, quòd conſtituit ſe nomine talis donatarij, poſt mortem ex nunc, prout ex tunc poſsidere, & ècõtra, vide Gaſp. Cabal Milleloq. 554. Borg. Caual. deciſ. 13. de contract nu. 29. Caſſan. in cõſue. Burg tit *des ſucceſſions*, Rub. 7. §. 1. glo. 3. Natt. conſi. 453. nu. 6. Excell. P. Teſſau deciſ. 38.

Poſſeſsio ciuilis penes defunctum exiſtens per conſtitutum in hæredes tranſit. Hieron. de Mont. varia. iuris quæſtio. q 21. nu. 31.

Licèt per conſtitutum transferatur poſſeſsio, tamen hoc non procedit in hæredib. & ſingularibus ſucceſſoribus emptoris; quia ipſi debent poſſeſsionem corporalem accipere. Borg. Caual. deciſ. 23. nu 46. par. 2.

Effectus conſtituti tranſit paſsiuè in hæredes conſtituentis, maximè quando eſt facta mẽtio de hęredibus. Caſſan. in conſuetud Burg. tit. *des ſucceſſions*. Rub. 7 §. 1. gl. 3. in verbo aduerte, ideò conſtitutarius mortuo cõſtituente, poterit vti remedio. l. fi. C. de acquir poſſ. Excellentiſ. Dominus P. Teſſa deciſ. 215. ſed non tranſit actiuè ad hæredes, nulla de illis facta mentione. Caſſan. ibid. nu 10 ſecùs facta illorum mentione. Menoch. conſi. 139. nu. 9. & fin.

An virtute cõſtituti donator poſt mortem donatarij, præferatur proximiori in gradu ſuccedẽdi, in poſſeſsione rei donatæ, vide Lud. Roma. ſing. 246.

Conſtitutum collatum poſt mortem nihil operatur, cùm mortuus poſsidere non poſsit, Natt. conſil. 189 vide tamen PerIlluſt. D. P. Teſſa. deciſ. 105. & 215.

Conſtitutum licèt regulariter collatum poſt mortem non operetur effectum ſuum, tamẽ operatur, vbicunq; actus eſt purus, & executio eius dilata in tẽpus mortis, Nat. cõſ. 453.

Conſtitutum, vel precarium, vbi non apparet, non poteſt præſumi appoſitum ex conſuetudine notarij. Gram. deciſ. 103, num. 176. contrarium tenet Pet. Beninten. deciſ 32 n. 6.

Qui habet precarium, & conſtitutum poteſt impetrare dominium. Tho. Minado. deciſ. 6. verſi. ego de hoc ſatis.

Conſtitutum in pacto de retrouẽdendo, impedit dominij trãſlationem in alium. Borg. Caual. deci. 16. nu. 11 & 26. de cõtract par. 2.

Conſtitutum appoſitum in teſtamento, & alia vltima voluntate, ita operatur, ſicut eſſet appoſitum contractui. Nat. conſi. 372.

Ille poſsidet cuius nomine poſsidetur; & ſic qui per alium poſsidet poſsidere intelligitur. c. 9. ext. de reſtitutio. ſpoliat. & c. 17. ext. de præſcrip.

Conſtituens ſe nomine meo poſsidere, licèt realis traditio non interceſſerit, non poteſt ab ipſa traditione nudo conſenſu recedere, & quando videatur receſſum, vide Bart. in l. 59. ff. de pact.

Quam poſſeſsionẽ habeat ille, cui precarium fuit conceſſum, vide Bar. in l. 13. §. ſi is qui. ff. de acquir. poſſeſ.

De dictione, & cætera.

Dictio, &c. non poteſt extendi ad caſum dependentem ex vnius contrahentium voluntate, vide Ioan. Pap. lib. 10. tit. 4. Arreſt. 26.

Dictio, &c. operatur quod cenſeantur appoſita conſueta apponi per ipſum notarium ſpecialiter, non per alios notarios generaliter. Crau. conſ. 34. ſed non operatur, vt illud, quod p eam ſubintelligitur habeatur pro expreſſo, ſed cogi poteſt notarius, vt extendat. Crau. d. conſi 34. nu. 6.

Item ſolùm comprehendit ea, quæ veniunt ad complementum orationis. Craue. ibi. num. 7 & non ſeparata ab ipſa oratione.

Item nihil operatur, nec extendi poteſt, quando inſtrumẽtum non exprimit conceptum, & intentionem partium ad plenum. Crauet. d. conſi. 34. nu. fi.

Notarij imbreuiatura recipit ſupplementum ab eodem notario renunciationum, & aliarum clauſularum à iure, & à conſuetudine; ſecùs ſi alius ſit notarius, niſi intercedat mãdatum iudicis. Pet. Gerar. ſing 41.

Notarius virtute clauſulæ, &c. non poteſt extẽdere cauſas in appellatione ab interlocutoria, quæ non ſunt expreſsę, & quæ debent inſeri. Pet. Gerar. ibid.

Notarius tenetur clauſulas conſuetas extendere, ſtante preſertim dictione illa, &c. cuius virtute, an poſsit extendere verbum legauit filiæ ſuæ, &c. & ponere verbum inſtituit, ad hoc, vt teſtamentum ſuſtineatur, vide Excel. P. Teſſau. deciſ. 58.

Dictio, &c. inducit repetitionem omnium dictorum in præcedenti, Bart. in l. Gallus §. idẽ credendum. ff. de libe. & poſthu.

Si inſtrumentum reperiatur imperfectum in protocolo cum hac dictione, &c. quid iuris, vide Bar. ibid.

Notarius, qui ſumit inſtrumentum ex protocolo abbreuiato, an debeat illud extendere, vide ibid.

De renunciationibus.

Renuncians omni legum auxilio tẽpore pacis, non poteſt petere remiſsionem, ſi ſuperuenerit bellum: quia ſtante dicta renunciatione, videtur cogitaſſe de bello, ſaltem in genere. Ozaſ. decif. Pedem. 91. nu. 18.

Sed an clauſula generalis, renuncians omni iuri, & legum auxilio, inducat renunciationem legis, de his. ff. de tranſact. vide Ozaſ. deciſ. 112. nu. fin. & an ipſi legi, de his, poſsit renunciari; vide ibi, & Bar. in l. 39. ff. de pact.

D. clauſula includit exceptionem cedendarum actionum, igitur debent contrahentes cauere à verborum generalitate. Afflic. deciſ. 182. nu. 11. vide tamen Capic. deciſ. 159.

Partes poſſunt renũciare omni legum auxilio. Afflic. deciſ. 220.

Mentio generalis, non ſufficit vbi particularis in notatu dignis, deficit. Afflic. ibid. nu. 6.

Renunciatio omnis legum auxilij, quid operetur, vide Vincent. de Fran. deciſ. 81. num. 6. Rol. conſi. 13. vol. 1.

Renuncians omni legum, & iuris auxilio, cenſetur renunciare beneficio inuentarij, beneficio, ne teneat niſi quatenus facere poſsit; beneficio legis de his, de tranſact. & omni beneficio, tam iuris canonici, quàm municipalis, & talis renunciatio habet vim ſpecialis renunciationis, max ſi in ſpecie fuerat renunciatum aliquibus iuribus; & per talem renunciationem cenſetur etiam renunciarũ iuri prohibitiuo, quando interuenit iuramẽtum. Craue. conſi. 290.

Generalis renunciatio extẽditur etiam ad exceptionem, poſito quòd illa exceptio ſola competet Capic. deciſ. 88. num. fin.

Si in aliquo contractu reperiatur aliqua renunciatio ſpecialis requiſita, & inde ſubijciatur clauſula generalis talis, vel conſimilis, renũcians, omni iuri canonico, & ciuili, per quod contra præmiſſa, vel aliqua de præmiſsis dicere, facere, vel venire poſſet, in tali clauſula generali, comprehenduntur aliæ renunciationes, quæ ſpecialiter fieri debent: Guid. Pap. q. 367.

Quando generalis renunciatio virtute iuramẽti habeatur pro ſpeciali, vide Boer. deciſ. 3. vbi etiam videbis, de illa renunciatione ſolita apponi, renunciantes ipſe partes legi dicenti generalem renunciationem non valere, niſi præcedat ſpecialis.

Renunciationes quamuis generales, non comprehendunt cauſam, vel fauorem ortũ poſt obligationem, etiam quòd fuerit renunciatum iuribus de futuro. Vincent. de Franc. deciſio. 181. nume. 4.

Renunciationes generales, conſuetum eſt fieri, cum parua cauſæ cognitione, & ideò tacitè ſunt intelligendæ; ibid. nu. 10.

Renunciatio generalis caſuum in iudicijs facta, poſt certos caſus ſpeciales expreſſos, licet in ſua generalitate non valeat, tamen valet adhoc, vt extendatur ad caſus ſimiles expreſsis; non autem ad maiores. Iaffr. Lanf. Balb. deciſ. 347.

Filiusfa. expreſsè poteſt renunciare beneficio illi tributo, vt non poſsit conueniri, niſi in quantum facere poteſt, ſed talis renunciatio non comprehenditur ſub generali renunciatione. Vincent. de Fran. deciſ. 1. & vide Bart. in l. 15. §. eleganter. ff. ſolut. matrimo.

Quando renunciatur omni priuilegio, perinde eſt; ac ſi omnib. & ſingulis priuilegijs in ſpecie eſſet renunciatum. Craue. conſi. 294.

Clauſula illa, quæ hodie communiter apponitur in inſtrumentis, videlicet, renunciauit conditioni indebiti, ſine cauſa, in factum actioni, & omni legum auxilio, nihil operatur. Iaſ. de actio. §. fuerat. nu. 77. vide Bar. in l. 67. §. item. ff. de condict. indebiti.

Renunciatio omnis iuris, & legum auxilij, nõ tollit exceptionem erroris, nec facti ignorãtia. Illuſ. Senator Sol. in ſuis comment. in antiq. conſtitutio. gl. 3. ſuper 1. par. decreti, quietationem. tit. de minorib. nu. 22. fol. 103.

Renuncians omni iuris beneficio, non intelligitur renunciaſſe beneficio ſtatuti. Marc. de Mant. ſing. 24.

In contractibus, ſufficit expreſsio aliquorum caſuum ſequuta clauſula generali, ſub qua cõprehenduntur oẽs caſus pares, vel minores, vt quãdo quis renunciat omni exceptioni, & legum auxilio. Abb. conſi. 72. lib. 2. vide Capic. deciſ. 88. nu. 3.

Renunciatio generalis non refertur ad illud, quod quis poſtea amittit culpa ſua, & negligentia. Bart. in Authen. hoc amplius. C. de fideicom.

Renunciatio ſpecialis plus valet, quàm generalis, & clauſula generalis, valet quo ad omnia, vel ſimilia, vel minora caſibus expreſsis, non maiora. Bar. in l. 21. §. illud. ff. ſi quis cautionibus.

Renunciatio generalis caſuum fortuitorum, an ſufficiat, vel requiratur ſpecialis, quid in iudicijs, & ſtipulationibus iudicialibus, & contractibus, vide Bar. ibid. & l. 4. §. quæſitum. ff. ſi quis cautionibus.

Legitimæ, & eius ſupplemento renunciari poteſt, ſi hoc ſpecialiter fiat, ſecus ſi generaliter l. 35. & generaliter. C. de inofficioſo teſtamento.

Adhoc

Adhoc,vt valeat renunciatio, debet renunciãs certiorari de iure ſuo,& generalis renunciatio ad hoc,quod renuncians neſciuit,vel nõ cogitauit,nõ porrigitur. Azo in ſumma tit. ad Velleia.

Renunciatio cum iuramento,non includit caſus,quos non iurata, non includeret. Ozaſ. deciſ.112.nu.11.& refertur ad caſus,ad quos refertur renunciatio. Bart.in l.21.§.illud.ff.ſi quis cautionib.

Iuramentum tamen vim habet expreſſæ renunciationis. Ioſeph.Ludo.deciſ. Peruſ.90.numero 20.

Clauſulæ renunciationum ponuntur in inſtrumentis ex ſtylo potius, & conſuetudine notariorum,quàm ex partium pręcogitatione: ideò non ſemper operantur.Ozaſ.deciſ.112. nu.15.vide Capic.deciſ.159.n.39.And.Gail. obſer.77.lib.2.

Renunciatio eorum,quę naturalé lædunt æquitatem,eſt nulla.Afflic.deciſ.121.nu.5.

Partes poſſunt renunciare remedio legis. 2. C. de reſcin.vend.ſpecificè. Afflic. deciſ.220.

Dolo futuro per renunciationem exceptionis doli,non renunciatur.ibid. Afflic.nu.6.

Regreſſus aduerſus renunciationem non datur.Afflic.ibid.nu.10.

Renunciatio non tenet propter dolum, & læſionem re ipſa,etiam quòd renunciatum foret exceptioni doli.Grama. deciſ. 76. nume. 16.17.

Cùm actus eſt contrà legem,& irritatur ex fragilitate perſonæ, renunciationes nõ nocét; quia in eis, eadem fragilitas conſideratur. ibid.nu. 19.

An poſsit renunciari litteris moratoris, vide Marc.q.386.

Mulier nõ poteſt(etiã cum iuramento) renunciare.Grama.deciſ.76.nu.20.ideò renunciatio extraiudicialis per eam facta, illi nõ pręiudicat.Abb.conſi.44.lib.2. tamen ſi renunciauerit Velleiano cum iuramento pręſumitur certiorata, aliàs ſecùs. Capel. Thol.q.37. & in additio.

Mulier. S.C. Velleiano renunciare poteſt, ſi de tali beneficio fuerit certiorata, vel renũciauerit cum iuramento: fallit ſi enormiter ſit læſa. And.Gail.obſer.77.lib.2. quando poſsit Velleiano renunciare,vide Bart.in l.25.C.ad Senatuſconſult.Velleia.& in l.32.ff.eo. quod debeat certiorari,quando renunciat Velleian.ſcribit idem Bar.in l.23 ff.de acquirend. hæred.

Mulier, quæ renunciauit generaliter omni beneficio,intelligitur etiam renunciaſſe Velleiano.Bar.in Auhten.matri.C.quando mulier offi.tutel.

Mulier quando poſsit renunciare iuri hypothecarum, vide Barto.in l. 1. C.ad Senatuſconſult. Velleian. & l. 1. §. licèt. C. de rei vxor. act.quòd renunciando ſibi nõ præiudicet, ſi vir non habeat alia bona ſcribit idem Bar.in l.50.§.fundus.ff.ſolut. matrimo. Abb.conſi.8. lib.2.

Mulier Velleiano, de iure renunciare non poteſt,licèt conſuetudo ſeruet cõtrarium. Bar. in l.25.ff.de his,quæ fraudem credito.

Mulier ſi renunciat Velleiano in eodem contractu extra iudicium,non valet renunciatio: idem in exceptione nõ numeratæ pecuniæ,& ſimulationis.Abb.conſi.71.lib.1.

Mulier nõ poteſt conſentire marito alienanti fundum dotalem.§.1.inſtitu.quib.alien.licet vel non.

Per vnum actum intelligitur renũciatum actui incompatibili. Rot.Genu.deciſ.93.nu.10.

Renunciatio arbitrij boni viri,etiam cum iuramento,non valet.Guid.Pap.q.519.

Iuri ſtatuenti certam formam, non poteſt renunciari.Boer.deciſ.1.nu.47.

Formalibus,& ſubſtantialibus non poſſunt partes in contractibus, & vltimis voluntatibus renunciare, vt actus valeat. Maran. in ſuo Specu.de ordi.iudi.par.2.nu.42.fol.12.

Quæ in burſa priuatorum non ſunt, ſed à iudicis auctoritate pendent, renunciari nõ poſſunt. Illuſtr.Senator Sol.in ſuis comment.in conſtitut.antiq.gloſſ.1. ſuper 1.part. decreti malitijs,titul.de donatio. numer. 13.in fine fol.109.

Renunciari non poteſt illis, quæ ſunt de ſubſtantia ordinis iudiciorum. Henric.Boer.in ſuis ſingularibus. tit.renunciatio.

Iuris ſolẽnitati poſſunt partes renunciare, ferijs etiam renunciatur extra iudicium,& feriarum renunciatio ſimpliciter, intelligitur de præſentibus. Bar. in l.1.ff.de ferijs.

Iuri publico diſponenti circa effectum actus reſpiciẽtis principaliter vtilitatem publicã, renunciari per partes non poteſt; ſed iuri publico continenti priuatam vtilitatem, & fauorem renunciantis,poteſt renũciari.Bar. in l.39.ff.de pact.

Iuri publico nemo poteſt renunciare, quale eſt, vt ſi clericus ſe ſupponat percuſsionib. cùm id reſpiciat ius totius ordinis clericalis.c,36.ext.de ſent.excom.

Sunt plura,quæ partium conſenſu relaxari non poſſunt,& illis renunciare.glo. in l.quos pręto.ff.de poſtulando.

Beneficio, vt pignus vendatur non adhibitis à jure ſolemnitatibus, debitor renunciare nõ poteſt.glo.in §.contrà autem inſtitu. eod.

Faciens actum cõtrarium cenſetur renunciare

fauori ſuo, & renũciatio qualibet ſtrictè debet intelligi: ſed quando quis dicatur renunciare fauori ſuo, vide Ioſ. Ludo.deciſ.5. Luc.nu.63. renunciationes ſtrictiſsimè ſunt intelligendæ. Ozaſ.deciſ.112.

Renunciatio authen.hoc niſi.C.de ſolutio.(de dandis bonis inſolutum) facta per debitorem, tenet. Vincent. de Fran.deciſ.18.

Beneficio legis ſi vnquam. C. de reuoc. donat. an expreſsè renunciari poſsit per donãtem, etiam in præiudicium filiorum, quæſtio eſt dubia, vide Myſing.obſer.63. cent.5.

Promittens obſeruare actum nullum, vel cui nõ poteſt renunciari, valet promiſsio in vim pacti, maximè præcedente iuramento. Borg. deciſ.28.par.2.nu.14.& 15.

De cautela contrà notarios, qui atteſtãtur partes certioratas de bñficijs iuris, vide Gaid. obſer. 77. lib. 2.

Maritus non poteſt renunciare priuilegio, ne conueniatur vltrà quàm facere poſsit, nec miles, aliud in ſocijs, vide Gome.Leo. deciſ. 14.in deciſio.diuerſo.tom.2.

Pariter ſacerdos, foro ſuo, nec priuilegio, ne excommunicari poſsit, renunciare poteſt ibid.Gome.

Cum iuramento poteſt renunciari iuri prohibitiuo, & introducto in odium prohibiti, modò non concernat vtilitatem publicam principaliter: ideò quis poteſt ſe aſtringere certo genere probationis, & renunciare alijs. Crauet.conſi.216.

Per actum etiam contrarium iuri ſuo renunciare quiſquam nõ intelligitur, vbicunque alia coniectura capi poteſt. Crauet.conſil.3.pro genero.nu.8.

Rubricæ negatiuæ, vel prohibitiuæ renunciari non poteſt, etiam conſenſu partium. Iaſ. de actio.in rub. nu.21. quid ſi interuenerit iuramentum, vide ibid.nu.24.

Verbis prohibitiuis partes non poſſunt renunciare. Rebuff.in ſuis comment. ſuper conſtit. reg.tract. de teſtibus, art.1.glo.1. vel diſpoſitioni negatiuæ. gloſſ.in l. 1. C. ne fideiuſ. vel manda.dot.dent.

Renunciari priuilegio ſuo quis poteſt, non tamen præcepto legis. Iaſ. de actio.in rub.nu. 22. vel ſtatuto prohibitiuo.ibid.nu.23.

Prohibitoriæ conſtitutioni partes renunciare non poſſunt. Ant.Corſe.in ſuis ſingularibus, litera P.ſing. prohibitoria conſtitutio.

Pacto prohibitorio poteſt renunciari ab eo, cuius fauore fuit introductum. l. 1. ff. de ſer. export.

An valeat renunciatio non numeratæ dotis, vel pecuniæ, vide Iaſon.de actionib. §. fuerat, num.75. Bart.in l.3.C.non nume.pecu.& in l.1.C. de dot.cau. non numera. gloſſ. in l. 3.C.de non nume. pecun.

Renunciatio in contractibus facta, veluti à ruſticis, vel mulieribus, & ab alijs non intelligentibus quod ius beneficia concedant, aut detrahant, illis nõ præiudicat, vide Hippol.de Marl.ſing.18.

Notarius inſtrumentum conficiens, ſi dicat aliquem de beneficijs iuris ſe certioraſſe, ſi deinceps de ijſdem interrogatus, dicat ſe ignorare, ac neſcire, renunciatio horum beneficiorum, nihil operatur. Hippol. ſing.661.

Renunciare iuri de futuro, quando quis poſsit, & quando non, vide Bar. in l.1.C.de pact.

Renunciatio facta ſuper re aliqua, porrigitur etiam ad præambulum ipſius rei, & qui renunciat liti, videtur renunciare cauſæ, & inſtanciæ. Bar.in l.4.C. de pact.

Qui iuri ſuo renunciat, illud repetere non poteſt.c.cum periculum.7.q.1. & ibid.glo. quæ adducit concordan.

Per compoſitionem renunciat quis ſuo iuri, & qui ſemel renunciauit iuri ſuo, poſteà non poteſt redire ad illud.c.cum inter.16.ext.de elect.c.3.extr. de renunciatio.

Renunciatio non porrigitur ad ea, quæ quis ignorabat ſibi competere, & renunciatio vnius non nocet alteri, & facta in cauſa principali, nõ porrigitur in cauſa appellationis. Bar.in Authen.hun.C.de actio. & obliga.

Non eſt veriſimile, quòd aliquis renunciet ſpõtè iuri ſuo, nam contrà talem præſumptionẽ admittitur probatio. cap.5. extr. de renun.

Qui reſtituit inſtrumenta iuris ſui, renunciare videtur iuri, quod ſibi ex inſtrumento competebat.c.7.extr.eod.

Non renunciat iuri ſuo, qui gratiæ aduerſarij ſe ſubmittit.c.13.ext. eod.

Per electionem vnius iuris, quis non videtur alteri renunciare. Bar.in l.42.§.ſed. C. de furt.& ſeru.corrup.& in l.2.ff.de condi.indeb. quod non procedit, quando ſumus in contrarijs, vide eundem Bart.in Auth. hoc locum.C. ſi ſecundò nupſerit.mul.& c.14. extr. de teſta.

Tacitè per contrarium factum, renunciat quis iuri ſuo.c.20. ext.de offi.& poteſt.iudi.deleg. & c.20.ext.de ſenten.& re iudi.& c.15.ext.de priuileg.

Qui renunciat inſtrumentis, liti renunciare intelligitur.c.4.ext.de pact. & qui liti renũciat poſteà repellitur. Bar.in l.2. ff.ne de ſtatu defunct.

Tacitè renunciat quis iuri ſuo præſtanda aduocationem, vel procurationẽ in cauſa, in qua ius habet.c.6.ext.de tranſact.

Per renunciationem ſpontè factam, amittit quis ius ſuum.c.4.ext.de reſtitutio.ſpolia.

Ex

Exelectione iuris incompetentis, non videtur quis renunciare iuri competenti, quod ſibi ignorabat cópetere, & electione iuris cópetétis, nó videtur quis renunciare iuri, quod ſciebat ſibi competere. Bartol. in l. 19. ff. de inoffi. teſtamen.

Iuri de futuro renunciatur pacto, non repudiatione, niſi repudiatio fiat præſente parte, vel in iudicio. Barto. in l. 18. ff. de optio. legat. & in l. 1. ff. de cura. bon. dat.

Renunciatio, quæ fit in iudicio, non requirit partis præſentiam: Idem in ea, quæ fit de iure reali. Barto. in l. 9. §. ſi liberationis. ff. de libera. legat.

Homo liber pro debito nó poteſt effici ſeruus, neq; huic beneficio poteſt renunciare, ſicut beneficio ceſsionis. Bar. in Authen. imó. C. de actio. & obliga.

Exceptioni Macedoniani, excómunicationis, vel banni, quis non poteſt renunciare. Bar. in l. 7. C. ad Senatuſconſul. Maced. facit. l. 23. cū glo. ibi. ff. eod.

Licitum eſt vnicuiq; ſuo iuri renunciare. capit. 5. ex. de renunciat. cap. 17. ex. de foro cópeten. c. 45. ex. de appellatio. & l. ſi qs in cóſcribendo. C. de episco. & cleri.

Imó quilibet poteſt renunciare iuri ſuo, quod ignorat pro ſe introductum eſſe. c. 16. ex. de regular. & tranſeunt.

Iuri ſuo, an poſsit quis renunciare, vide optimā glo. in c. 12. ex. de foro compete. & Bar. in l. in conſcribendo. C. de pact.

Iuri ſuo quis renunciare poteſt, non autē alieno iuri, alteri competenti. cap. 12. ex. de cóuerſ. coniugat.

Caſus, in quibus poteſt quis renūciare iuri pro ſe introducto deſcribuntur per Bar. in l. 39. ff. de pact. nu. 4.

Legibus de inſinuatione loquentibus, non poteſt renunciari. Bar. in l. 34. §. ſi quis autem. C. de donatio. contrarium tenet. glo. in §. 2. inſtitu. de donatio.

Indemnitatem promittens, & ſi renunciauerit beneficio de fideiuſſoribus, non pōt conueniri antè principalem. Bar. in l. 2. C. de conueniendis fiſci debito. lib. 10.

Ciuitas alienando rem immobilem, an poſsit renunciare ſolemnitati, de qua in l. 3. C. de vendendis rebus ciuit. vide Bart. ibi. nu. 4.

Solemnitati requirenti ſententiam in ſcriptis ferri, & recitari, partes renūciare poſſunt. Bar. in l. 3. C. de priuileg. ſchol. lib. 12.

Beneficio reſtitutionis in integrum, à maiore poteſt renunciari, ſecùs à minore. Bar. in l. 39. ff. de pact. & l. 42. ff. de mino. 25. ann. vide l. penn. C. ſi minor ſe maiorem dic.

Renunciari non poteſt diſpoſitioni legis cum ij. ff. de tranſact. Barto. ibid. nume. 7. d. l. 39. ff. de pact.

Renunciatio facta de exceptione fictionis, vel ſimulationis contractus, non tenet. Bar. in l. nemò poteſt. 58. de legat. 1.

Procurator conſtitutus ad fideiubendū, an poſſit renunciare beneficio de duobus reis, & beneficio de fideiuſſoribus, vide Bar. in l. 25. ff. quæ in fraudem creditorum.

Renunciatio iuris reſpicientis publicam, & priuatam vtilitatem valet, reſpectu priuatę. Bar. q. 1. nu. 4.

Renunciare quis poteſt exceptionibus, & legū beneficijs ſibi competentibus, tam in iudicijs, quàm in contractibus. Abb. conſil. 72. lib. 2.

Clerici de iure ciuili, poſſunt renūciare priuilegio fori, ſecùs de iure canonico. c. ſi diligēti. ex. de foro. compet.

Quis non poteſt renunciare officio defenſorū ciuitatis, niſi cum auctoritate principis. l. fi. C. de defenſo. ciuit.

Quis poteſt pacto remittere ius, quod ſperat ſibi acquiri cùm erit ſui iuris. l. 23. §. filiusfa. ff. de pact.

Renunciatur facilius iuri ſpeciali, quàm cōmuni. glo. in l. 3. C. de non numerat. pecu.

Cóſuetudini, & ſtatuto renunciari pōt expreſſè, nàm in tacitis ſemper ſtatutum, & cóſuetudo videntur ineſſe, & renunciatio vnius non facit alteri iniuriam. l. 19. C. locat. & conduct.

Exceptioni fori, quis videtur renunciare incipiendo ſoluere, vel paciſcendo, aut iudicium ſuſcipiendo. l. 30. ff. de iudi.

Qui petit tempus ad ſoluendum, videtur appellationi renūnciare. l. pen. C. de re indica.

Iuri appellandi poteſt per pactum renunciari, ac etiam conueniri, ne fatale ſeruetur. l. fina. §. ſin autem. C. de tempo. & repara. appella.

Beneficio diuidendarū actionum, qđ competit pluribus reis debendi, poteſt renunciari. gl. in Authen. hoc ita. C. de duobus reis.

Alimenta præteriti temporis etiam poſſunt peti, & illis renunciari, non autem futuris, etiā cum iuramento. l. 18. ff. de aliment. & cibar. legat. vide in additio.

Quod quis habere non poteſt, etiam ſi vellet, repudiare minimè valet. l. 135. ff. de reg. iur.

Ille, qui ſuo iuri renunciat, dēt illud ſcire, alias nō videtur renūciare. glo. in §. ſed et. Authen. quomodo oporteat. epiſco.

Cui iuri poſsit renunciari, cui non, vide gloſ. in §. 2. Authen. vt ſine prohibitione matres.

Qui conſentit, iura ſua perdit; & aliena fortificat. c. ſ. tercia quib. mod. feud. amit. in vſi. feud.

De Pœnitentia, & quando liceat pœnitere, & econtrà.

IN beneficialibus licitum eſt antè confirmationem pęnitere, etiam altera parte non conſentiente: Iacob. Put. deciſio. 353. lib. 1.

Contractus innominatus, quãdo res adhuc eſt integra, poteſt diſſolui, & eſt locus pęnitentiæ, ſecùs ſi vna pars adimpleuit, vel eſt parata adimplere. Borg. Caual. deciſio. 34. par. 2. num. 3. & 4. vide Barto. in l. 5. ff. de condict. cau. dat. facit. l. iuriſgentium §. ſed ſi in alium, & ibi. glo. ff de pact. vide, & l. 5. & ibi. gloſ. ff. de condict. ob cau.

Qui non eſt obligatus, in ſua eſt poteſtate, ne obligetur: Ideo in contractibus innominatis habet locum pęnitentia ex parte eius, qui nõ eſt adhuc obligatus, licèt alter obligatus ſit. Boer. deciſ. 48. nu. 11.

Pœnitentia locum non habet in contractibus innominatis, vbi interuenit iuramẽtum Beninten. deciſ. 49. nu. 4. Natt. conſi. 381. num. 5. Guid. Pap. ſing. 343. vel ſtipulatio. Dec. in l. ſi cõuenerit. ff. de iuriſdi. om. iudi. & Bar. in l. 2. C. de condict. ob. cau.

In contractibus innominatis fauore dotis (etiã re integra) non habet locum pęnitentia. Pet. de Raue. ſing. 401.

Quando in contractibus innominatis habeat locum pęnitentia, vide Anto. Trigo. ſingul. 63.

An in cõtractu pmutationis ſit locus pęnitẽtię, vide Ant. Trigo. ſing. 58.

In contractibus innominatis eſt locus pęnitẽtię re integra: Idẽ in depoſito, mandato, precario, ſecus in alijs contractibus nominatis, etiam re integra. Barto. in l. 5. C. de actio. & obliga.

Obligatio quando debet impleri ex rei interuentu, licet parti pœnitere, & rem non accipere. Barto. in l. 5. ff. de condict. cau. dat. nume. 8.

In contractu innominato quãdo ex altera parte eſt aliquid factum ad implendum contractum, ſi tamen non eſt perfectus, eſt locus pœnitentiæ: Barto. in l. 5. §. item ſi ff. eod.

Contractus innominatus quatenus continet donationem, non põt ex pœnitentia reuocari. l. 18. ff. de donatio.

Pœnitentiæ non eſt locus in contractibus bonæfidei facta exequutione, quę dicitur facta, quando venditor adimplendo pro parte ſua, rem tradidit. Hiero. Mago. deciſio. Luc. 37. quod procedit in contractu perfecto, alias licet pœnitere. Idem ibi. deciſ. 31. nu. 12. vide ſeptem limitationes ad reg. per Afflict. deciſio. 280.

In contractu venditionis antè confectum inſtrumentum non eſt locus pœnitentiæ, niſi quando actum eſt expreſsè inter partes, q contractus celebretur in ſcriptis, & antè celebrationem nihil valeat. Hiero. Mago. deciſ. Luc. 95. vide Afflict. deciſio. 39. Boer. deciſio. 48. nume. 17. & 18. l. contractus. C. de fid. inſt. & l. 12. ibid. Excellen. P. Teſſau. deciſio. 197. nume. 7.

Vicinus, qui ius congrui petijt, poteſt pęnitere, & recedere a ſua petitione inuito emptore poſſeſſore. Vincent. de Fran. deciſio. 346. part. 2.

Vendere promittenti ſi pars precij ſoluatur, ille, qui ſoluit, & emere volebat poteſt pœnitere, & repetere precium ſolutum. Boer. deciſio: 48. nu. 11. qd ſi eſſet ſequuta rei traditio, vide Excellen. P. Teſſau. deciſ. 233.

Emptor, qui obtinuit, ſi non vult vti victoria, an venditor agere poſsit ad precium, vide Boer. deciſi. 48 nume. 12.

Vendere offerens poſt alterius acceptationẽ, an poſſit pœnitere, vide ibi. nu 23.

Mandatum de vendendo non eſt vẽdere, & reuocari poteſt, vide ibi nu. 10.

Emptore precium non ſoluente, ante rei traditionem, venditor poteſt pœnitere, & rem alij vendere. Hartma. Hartma. cap. 3. titu. de emptione.

Promiſsione de vendendo alicui facta põt is, cui facta eſt promiſſio de vendendo, pœnitere, & non emere, & ſi quid ſoluit pro venditione futura illud repetere. Natt. cõſi. 384. num. 14.

In contractu emptionis arrhis datis antè inſtrumentum perfectum eſt locus pœnitẽtiæ, videlicet hoc modo, ſi emptorem pœniteat, perdit arrhas, ſi venditorem, reſtituit duplum. §. 1. inſtitut. de emp. & vend.

Si debitor ceſſus ſe obligauerit cum iuramento erga ceſſionarium, non poterit amplius pęnitere, & reuocare ſuam obligationem, etiã nundum acceptatam ab ipſo ceſſionario, vide Mago. deciſi. 39. Rot. Floren.

Pœnitentiæ locus eſt in delictis nõ atrocibus; ſed quando, vide ibi. deciſ. 88.

Quod procedit in delictis non conſumatis: Gom. Leo. deciſio. 60. in deciſio. diuerſo. Tom. 2.

Quia poſt dolum, vel delictum conſumatum, non admittitur pęnitẽtia. Crau. cõſi. 255. nu. fina. ſed quando antè admittatur, vide Hippol. ſing. 326.

Forum

Forum quis ſortitur ratione delicti, vbi deliquit, ſed hoc non eſt verum in foro pœnitentiali. Ludo. Roma. ſing 459.

In pęnis legalibus eſt locus pęnitentię vſq; ad ſententiam. Guid. Pap. ſing. 39 Bart. in l. 5. C. de iuriſdict. omn. iudi.

Iracundiæ calor plures in iure habet effectus, ſed hoc vnum inter cętera efficit, vt ſi quis iracundiæ calore verbum alicui iniurioſum dixerit, & poſteà eum pęniteat, non ei nocebit, ſi modo talis ſit iniuria, quæ pęnitentia tollatur. Hippol. ſing. 626.

Pęnitentibus ignoſcendum, niſi pęnitentia ſit ſera. Marc. de Mant. ſing. 130.

In delictis non eſt locus pęnitentiæ, niſi delicta ſint occulta. Bar. in Authen. nouo iure. C. de pęna iudi. qui mal. iudica.

Delictum perſiſtentiæ, purgatur per deſiſtentiam, & non dicitur perfectum, niſi per perſeuerantiam. l. 8. ff. de his, quib. vt indig. hæred. aufer.

Qui tenetur ex delicto actione originaliter pęnali, non liberatur pęnitentia, nec enim tali peccato pęnitentia ſua nocés eſſe deſijt. l. 67. ff. de furt.

Quando liceat pęnitere, tàm in contractibus, quàm in delictis, vide notabilem gloſ. in d. l. 67.

Ille, qui produxit, & præſentauit teſtes poteſt pęnitere, & reuocare ſuam productionē, ne examinentur. Rot. Auenio. deciſ. 116. in deciſ. diuerſo. Tom. 3.

Promittens ſtare iuramento, ſeu dicto alicuius, non pôt dictam ſuam promiſsionē reuocare, etiam ante declarationem. Ozaſ. deciſio. 8. num. 3.

Pęnitentiæ tunc locus eſt cùm res eſt integra, ſecùs ſi incoata: quia per pęnitētiam iniuria fieri non debet ei, qui incoauit. Ozaſ. deciſio. 98. nume. 5. intellige, vt ibid. nume. 12. & ius quæſitum eſt. Rot. Genuen. deciſio. 56.

Renuncians liti antequàm pars ſciuerit, vel ratum habuerit, pęnitere poteſt. Capic. deciſi. 133. nu. fin.

Ordo datus, pôt re integra reuocari. Rot. Genu. deciſ 13. nu. 12.

Ius quæſitum mihi re, vel ſpe, ex tuo facto, non tamē ex tua, ſed ex legis diſpoſitione, nō pôt aliquo modo mihi per te auferri. Boer. deciſ. 354 nu. 14.

Conſignata aliqua re deferenda, & cōfecta apoditia, res non poteſt amplius reſtitui priori domino, cùm ius iam quæſitum ſit illi, cui res erat deferenda. Rot. Genu. deciſio. 56. nume. 3. nam pęnitentia nō admittitur poſt ius alteri quæſitum. Craue. conſ. 106. nu. fina.

Negans, an pęnitere, & confiteri poſsit, quid ſi vult confiteri negationem ad hoc, vt conſequatur commodum ſtatuti remittentis pęnam, vel partem ipſius, confitenti maleficiū, vide Iaſ. de actio. in §. ſequens verſ. ex maleficijs. num. 26.

Pęnitentias ſacramentales hodie eſſe ſacerdotibus arbitrarias ſcribit Menoch. de arbitra. lib. 2. caſ. 391.

Cauſa noua ſuperueniēte recedere licet à qualibet diſpoſitione. Dec. conſ. 139. vol. 2.

In contractu nominato merè, & ſimpliciter nō habet locum condictio, ob cauſam ex capite pęnitentiæ, nec exceptio cauſæ non ſecutæ. Natt conſi. 171. Tom. 1.

Reus, qui negauit poſsidere poteſt pęnitere, & negationem reuocare, etiam iuratam. Natt. conſil. 381.

Papa imponit pœnitentiam tranſmittendo votum, ſed nunquid epiſcopus poſsit eam immutare, vel alterare ex cauſa, vide Rom. ſingul. 460.

Diſpoſitio facta per inferiorem à Principe, per eundem abſque cauſa, poteſt reuocari. Idem ſing. 525.

Pęnitentia non admittitur in prorogatione iuriſdictionis in iudicem non ſuum, ſi ipſe iudex fuerit præſens, & acceptauerit. Math. Matheſ. ſing. 106.

Appellans non poteſt pęnitere, in quantum illa appellatio facit pro aduerſario. Bar. in l. 28. C. de appellatio.

Mandatum qui renuit, poteſt poſteà illud acceptare. Barto. in l. 6. §. item quæritur. ff. de nego geſt.

Reprobare quomodo poſsim quod ſemel approbaui, & quando è contra, vide Barto. in l. 10. ff. eod.

Iuramentum deferēs nō poteſt pęnitere poſtquàm alius dixit ſe velle iurare. Barto. in l. 37. ff. de iureiura.

Datum ob cauſam quando poſsit repeti ex pęnitentia, vide Barto. in l. 1. ff. de condict. cau. dat.

Cōtractus ab initio ſunt voluntatis, ſed ex poſt facto ſunt neceſsitatis. Bart. in l. 17. §. ſicut. ff. commodati. Ideò pęnitentia vnius ex contrahentibus, non diſſoluit contractum. l. 10. C. ſi cert. peta. vide gloſ. in l. ſicut. C. de actio. & obliga.

Ius quæſitum ex conuentione, nō tollitur vnius partis pęnitētia, vel reuocatione; ſecùs ſi ex ſimplici mandato. l. antepen. & fin. ff. de ſolutio. & libera.

Mandatum re integra, poteſt reuocari, & ſpeciale eſt in mandato, vt facile reuocetur voluntatē vnius tantum, in alijs verò contra-

ctibus

ctibus non, ratio, quia in mandato non ſtatim intereſt.§.rectè quoq;,& ibi.glo.inſtit.de manda.

Quando quod erat implendum fuit cauſa finalis contractus, receditur à contractu (etiam nominato) ob defectum dictæ cauſæ finalis non impletæ. Rol. conſil. 69. volum. 4. num. 40.

Agnoſcens voluntatem defuncti, non poteſt poſteà pœnitere quo ad id, quod agnouit. Barto. in §. non autem. Authen. de hæred. & falcid.

Si aliquis fuit ſtipulatus ſtychum, aut Pamphilum, quem ipſe vellet, ſi ſemel alterum eligat, poteſt mutare voluntatem ſuam, donec in iudicio alium petierit. Abb. conſil. 11.lib.2.

Poſtquã eſt in iudicio renũciatũ, nõ eſt locus pœnitentiæ.l.4.C.de pact.

In tranſactione eſt ſpeciale, vt licèt ſit contractus innominatus, in ea locum non habeat pœnitẽtia. l. 39. C. de tranſact.tñ qñ in tranſactionibus ſit locus pęnitẽtię, vide p Bar.in l.16.ff.de tranſactio.

Pœnitenti,& actionẽ remittẽti venia conceditur.l.quamuis.ff.de in ius vocan.

Conuẽtio facta cum aliquo de dando aliquid tertio, poteſt reuocari per pœnitentiã antè ſolutionẽ, vel rei traditionem; nõ tamẽ poſt. l.37.ff.de pact.

Si tibi decem dedero, vt Titium manumitteres ante manumiſsionem poſſum pœnitere, & condicere illa decem.l.3.§. idem eius. ff. de condict.cauſ.dat. nam quando ex contractu innominato venit quærendum ius tertio, ibi habet locum pœnitentia. l. 3. ff. de ſeru. export.

Poſt litem conteſtatam non admittitur pęnitentia.gloſ.2.in l.pen.ff.de tranſact.ſecùs ante.l. 23. & ibid. gloſ. in §. eo autem. ff.ſolut. matrimo.

Tamen pendente iudicio pęnitere licet, & variare circa qualitatem actionis, per quam condemnatio augetur, vel minuitur.l.4.§.ſi detracta.ff.de noua.act.vide ſupra lib.1. titu. de varia.

In contractu locationis non habet locum pęnitentia, etiamſi non ſit propriè locatio; ſed contractus innominatus. l. 21. C. locat. & conductio.

Si dolus aduerſarij dedit cauſam contractui, poteſt contrahens pœnitere, & quod dedit repetere, quod conceditur reſpectu mẽdacij aduerſarij. l. 6. §. mẽdaui.ff. locati.

Iuſſus de adeundo hęreditate, nuda pęnitentia poteſt reuocari.l. 25 §. fina. ff. de acquir. vel omit. hæred.

De indiuiduis,& connexis.

DE indiuiduis, & de materia, vide per Cratte.conſil.1. pro genero. num. 129.& Bart.in l.5.§.ſi duobus ff.commod.

Connexum quid ſit, & connexa inſeparabilia dicuntur quæ autem dicantur capitula connexa, vide plenè per Menoch. de arbitra iud.lib.2.caſ.95.

In connexis permiſſum trahit ad ſe prohibitũ Bald. ſing 115.

Clericus, & laicus ſi ſint in eadem cauſa indiuidua conueniendi, id fieri debet coràm iudice eccleſiaſtico: quia magis dignum trahit ad ſe minus dignum. Math. Matheſ.ſing.143.

Concurrentibus duabus cauſis, quarum vna prodeſt, alia verò nocet, & materia ſit indiuidua, attenditur cauſa, quæ nocet, & non illa, quæ prodeſt, vide Pet.Gerar.ſing.42.

Negatum de vno, de alijs videtur cõceſſum, niſi ea ſint connexa, vide Ant. Corſet. in ſuis ſingularibus, litera. A.ſing.argumentum.6.

Connexorum idem eſt iudicium, vide Hippol. ſing.151.

Indiuiduum dicitur irritum, ſi eius pars irritatur. Barto.in l.7.C.de agricolis,& cenſit. lib. 11.num.9.

Quando ex facto vnius alij teneantur inſolidũ in obligatione facti indiuidui; vel continente dationem, vide Barto.in l. 9. ff. ſi quis cautionibus.

Omnia iura, & facta ferè dicuntur indiuidua, vide Doctores in l. 4. §. Cato. ff. de verbo. obliga.

Diſpoſitio.d.§.Cato.l.4 ff.de verb.oblig. habet locũ tantum in obligationibus ſtricti iuris, non prætorijs.Bar.ibi.in d.§.Cato.

Obligatio alternatiua, dicitur indiuidua, quo ad ſolutionem.Bar.in l.42.ff.de nego.geſt.

Diſtinguere diuiduum ab indiuiduo pertinet ad factum, non ad actionem.Bar.in l.32.ff.ad leg.falcid.

Obligatio rẽ tradi, dicitur indiuidua.Bar.conſ. 195.vol.1.

Vide de materia infra tit.de coniunctis.

De cauſa, cauſato,& effectu.

CAuſatum debet referri ad principium, quod eſt ipſius cauſa. Ozaſ.deciſio.Pede.167.num.27.

De cauſa cauſante effectum, idẽ iudicandum eſt, quod de ipſo effectu.ibi.nu.28.

Tamen eſt differentia inter cauſam,& cauſatũ, cùm

cùm idem cauſa eſſe, & cauſatum nequeat. Crauet.pro genero.conſi 1.nu.59.

Ad ſuam cauſam reſtringi diſpoſitionem oportet. Cranet.ibid.nu.416.

Effectus ſuæ cauſæ ſemper commeſurandus: fallit in caſu, de quo per Marcu. de Mant. ſing.342.

Cauſa finalis,& cauſa proxima, quæ dicatur, vide Gram.deciſ.59.nu.5.

Cauſa finali ceſſante, ceſſat conceſsio,& diſpoſitio, ibid.nu.6.

Cauſa, quando dicatur finalis,& quando impulſiua, vide ibid.nu.32.

Cauſa finali ſtatuti, vel priuilegij ceſſante, ceſſat priuilegium, ſeu ſtatutum. Gram.deciſ. 65.nu.49.

Ex duabus cauſis finalibus ſufficit, quòd vna ſubſiſtat. Iaco.Put deciſ 69. lib 2.nam cauſæ duæ finales, quando ſunt, vna ceſſante; non ceſſat diſpoſitio. Gaſpar.Cabal.Mulleloq.50.

Finalis cauſa eſt omniũ potiſsima. Raud.tract. de anal.c.20.nu.2.

Ex prooemio cauſa finalis colligitur, & contractus coercetur ex cauſæ finalis defectu. Dec.conſi.600.

Cauſa facti magis conſideratur, quàm ipſum factum. Craue.conſi. 02.nu.7.& plenius conſi. 2.pro genero.nu.415.

Cauſa proxima ſemper ſpectanda eſt. Crauet. conſi.202.nu.14 à qua poſterior omnis formatur euentus. Crauet.conſi 1.pro genero. nu.33.& non remota. Afflic.deciſ.27.

De pactis.

Stante forma decreti, quòd iudex ſola facti veritate inſpecta procedat, põt qs agere ex pacto nudo, licèt opponatur exceptio actionis deficientis. Ozaſ.deciſ.2. Pedem.

Pactum nudum non parit actionem de iure ciuili; ſecùs de iure canonico. Ioſeph. Ludo. deciſ.Peruſ 9.nu.26.Bar.in ſuo tracta.de differen.in t.ius cano.& ciuil.nu.69.vide tamen Iaffred Lanfr.Balb.deciſ.290.

Vbicunque ille, cui per pactum nudum expromiſſum eſt, pateretur damnum, ſi ſibi nomiſſa non ſeruarentur, & nulla actio ſpectaretur, tunc vigore talis pacti contrà eum nõ ſeruantem, dabitur actio de dolo. Afflict.deciſio.120.nu.4. vide Iaffr. Lanfr. Balb. deciſ. 108.Ludo.Rom.ſing 4.8.

Licèt ex pacto nudo non oriatur actio de iure ciuili; tamen naturalis obligatio, quæ ſurgit ex nudo pacto, debet habere exequutionem ex lato iudicis officio. ibid. nu.5.

Princeps tenetur pacta ſeruare. Rot.Genuenſ. deciſio.102.

Pactum nudum, in quo eſt data fides parit actionem: idem ſi eſſet iuratum. Afflict.deciſio: 389. Math. Matheſil. ſingul. 36. Guid. Pap. ſingul 372.

Nam iuramentum validat pactum, vbi alias foret inualidum, & effectum donationis facit operari. Guid Pap. q.510. & vim pacti obligatorij habet.l.13 §. ſi quis ff. de iureiuran.

Actio ex pacto nudo non oritur de iure ciuili, quando pactum eſt ſimplex; ſecùs ſi geminatum. Iaſ de actio in §.in perſonam.num.5. 6.68.& 69. Math Matheſ.ſing.36.

Pactum nudũ poteſt exequutioni demandari per viam denunciationis euangelicæ, ſeu per cenſuram eccleſiaſticam. Iaſ.ibid nu.75.

An ex pacto nudo, vel propter naturale debitum iudex poſsit, qui arbitrium habet, condemnare aliquẽ, vide Menoch de arbi.q.57.

Ex pacto nudo facto in iudicio, non oritur actio, ſed officium iudicis. Bald.ſing 4. tunc enim pactum nudum colore iudicij, intelligitur veſtitum. Guid.Pap ſing.342.

Vbicunque per pactum nudum promittitur illud, quod eſt debitum de iure, ex tali pacto oritur actio. Rom.ſing.528.

Actio ex pacto nudo quamquam non oriatur, ex eo tamen iuſtitia petita denegari minimè debet. Hippol.ſing.148.

Pactum contrà legem, vel præter legem, quando valeat,& an actiò bonæfidei, quando datur ad id, quod deuenit in pacto, ſit ſtricti iuris, vide Barto.in l.pacta, quæ contrà. C. de pact.

De pacto nudo, & quot modis veſtiaẽ, & quando legis auxilio,& nunquid poſsit veſtiri iuramento,& quando dicatur aliquid fieri incontinenti, vide per Bar.in l.9.C.eod. & in l. 13.cum ſeq.& in l.27. ibid.

Pactum nudum veſtitur rei interuentu in fauorem implentis contractum ex parte ſua, & in contractibus vltròcitroque obligatorijs. Bar.28.C. de pact.

Aliquando pactum nudum etiam incontinenti appoſitum, non parit actionem. Bar.in l.3. C. de vſuris. aliàs pactum incontinenti appoſitum actionem veterem informat, & nouam parit, præſcriptis verbis. Bar.in l.2.C.de pact.in l.empt.& vendit.l.12. ff. de præſcrip. verbo.

Pacta incontinenti appoſita videntur ineſſe ſtipulationi. Bartol. in l. 40. ff. ſi cer.pet.

Pactum nudum, veſtitur cohærentia, contractus, quãdo pro eodem apponitur pactum, pro quo contractus fit. Barto. in l. 40. ff. ſi cert.pet.

Pacta dicuntur incõtinenti appoſita, quæ fiunt incontinenti antequàm cõtractus habeatur

pro perfecto. Bar. ibid. num. 18. vbi plenè de materia, & in l. 17. C. de fid. inſtru.

Si pacta plura in inſtrumento ſint appoſita, nõ poteſt dicere pars ſibi primò jus quæſitum, ex primo pacto appoſito. Bar. in d. l. 17. C. de fid. inſtrum.

Pactum principale, an veſtiatur pacto pœnali, vide Bart. in l. 44. ff. de vulgari, Doct. in l. petens. C. de pact.

Pacto nudo de litigando coram non ſuo iudice, quis ſtare non cogitur, niſi eſſet iuratum. l. ſi conuenerit, ff. de iuriſdictio. omnium iudic.

Pactum factum per filiam patri, vt dote contenta non poſsit habere regreſſum ad paterna bona, ſi eſt iuratum tenet, & non poteſt infringi. c. 2. ext. de pact. in ſexto.

Ex nudo pacto diuiſionis non oritur actio, nec transfertur dominium, niſi traditione ſequuta. l. 15. C. famil. erciſc.

Pactum cohæredum non præiudicat creditoribus, ſed inter ipſos cohæredes ſuum operatur effectum. l. 23. C. eod.

Ex pacto appoſito per alium in contractu cõmodati, vel depoſiti rei meæ, dat mihi actio vtilis. l. penulti. C. ad exhibend. nam ex pacto appoſito in traditione rei meæ, quæ durat, alteri quæritur vtilis actio. l. 27. ff. depoſiti.

Ex nudo pacto debetur ſalarium aduocato. l. vnica C. de ſuffrag. l. 7. ff. mandati, niſi ſit pactum de quota litis. d. l. 7.

Pactum appoſitum in donatione, ne liceat donatario alienare, operatur, quòd aut pactũ ſeruetur, aut res donata, condicatur ab eo. l. 4. C. de condict. ob cauſ. nam pactum in donatione adiectum, eſt ſeruandum. l. 9. C. de donatio.

Vſuræ in contractibus ſtricti iuris, non debentur nudo pacto; ſed ſolutæ, non repetuntur. l. 3. C. de vſuris. ex nudo tamen pacto in furmento, & ordeò, venit acceſsio. l. 12. & ibid. glo. C. eod.

Pacta ſunt ſeruanda, niſi contrario pacto tollantur. l. penult. C. de pact. inter empt. & vendit.

Ex pacto permutationis non oritur actio, niſi veſtiatur rei interuentu, vel ſolemnitate verborum. l. 3. C. de rer. permut.

Qui non obſeruat pactum ad quod naturaliter, & non ciuiliter eſt obligatus, tenetur læſo actione de dolo, ſi aliud remedium deficit. l. 7. §. ſeruus. ff. de dolo malo.

Dos incerta re, & genere, ex nudo pacto non poteſt peti. l. 1. C. de dot. promiſ. & nuda. pollic. aliàs ex nudo pacto dotis promiſſæ, oritur actio. l. 6. C. eo.

Pater dotans filiam non poteſt ſibi quærere actionem, niſi per ſtipulationem, cæteri, etiam mater, & auia poſſunt ex nudo pacto incontinenti appoſito. l. ſexta. C. de iure dot. vide l. 13. C. de pact. conuent. tam ſup. dot.

In promiſsione operarum, pactum veſtitur iureiurando. l. 1. C. de oper. libert.

Non poteſt imponi ſeruitus prædio, quæ non reſpicit vtilitatem alterius prædij, ſed hoc quodam pacto fieri poteſt. l. 8. & ibid. glo. ff. de ſeruitut.

Nõ valet pactum, vt alicui liceat facere, quod de iure communi facere poteſt; ſecus ſi eo iure facere non poterat. l. 8. §. apud. ff. ſi ſeru. vendi.

Pactum ne perpetuò diuidatur, non valet; ſecùs ſi vſque ad certum tempus. l. 14. §. pen. & fi. ff. commun. diuid.

Ex pacto incontinenti appoſito, aliquando (ſi non veſtiatur ſtipulatione) non datur actio. l. 11. ff. de relig. & ſump. fune. regulariter contra, vt habetur in l. lecta. & ibi Docto. ff. ſi cert. pet.

Iuri appellandi poteſt per pactum renunciari, & etiam conueniri, ne fatale ſeruetur. l. fin. §. fi. C. de tempo. & repara. appellatio.

Poteſtas à iure conceſſa, poteſt per pactum modificari. l. 5. C. de fideiuſſo. & mandat.

In contractibus bonæfidei ex ſolo pacto nudo, debentur vſuræ. §. Lucius Titius. dict. l. 26. ff. depoſiti, vel contra.

Vt pactum donationi adiectum impleatur, paciſcens agere poteſt, non is, cui paciſci voluit. l. 22. C. mand.

Donatio facta nudo pacto tenet, & ex eo agitur actione, quæ dicitur ex lege. l. ſi quis argentum. C. de donatio.

Ex pacto celebrato inter donantem, & donatarium acquiritur vtilis actio ſequenti ſecundo donatario, ſine aliqua ceſsione. l. 3. de donationibus, quæ ſub modo.

Per pactum poteſt quis ſe aſtringere ad caſum fortuitum. l. 39. ff. mandati.

Pactum appoſitum, quòd mortuo vno ex donatarijs, cauſa mortis donatum reuertatur ad alterum, valet. l. prima. C. de donatio. cauſa mortis.

Pacta ſuper accidentalibus, vel naturalibus contractibus ex interuallo appoſita, ad excipiendum tantùm proſunt, ſi verò apponantur ſuper ſubſtantialibus, ad actionem proſunt. l. 72. ff. de contrahend. emptio. & venditio.

Vbi actio ipſo iure tollitur per pactum, idem eſt in pacto, quod in acceptilatione. l. 21. §. ſi metu coactus. ff. quod met. cau.

Pactum factum hæredi, tranſit ad fideicommiſſarium vniuerſalem. l. 8. §. creditor. ff. quibus mod. pig. vel hypoth. ſolu.

Procuratoris pactum in rem ſuam prodeſt, & nocet domino, ſicut ipſius domini pactum. d. l. 8. §. ſi procurator.

Quibus caſibus detur actio ex nudo pacto, vide per gloſſ. in §. de conſtituta, inſtitut. de actio.

Promiſsio per teſtes probata, an ſit ſtipulatio, vel pactum, vide Afflic. deciſ. 120.

Pactum apponi poteſt in qualibet traditione rei. Capic. deciſ. 135.

Pactum de non petendo, non facit quærere ius in re; ſed actionem perſonalem. Capic. deciſio. 182.

Iuri de futuro pacto renunciari poteſt, non autem per repudiationem. DD. de Rot. deciſ. 42. de conceſsio. preben. in antiq.

Exceptionum prouenientium ex pacto incontinenti, poteſt index habere rationem, licèt non opponatur per partem. Iaſſ. Lanfr. Balb. deciſ. 291.

Pactum de non petendo factum poſt contractum, non tollit obligationem ciuilem, nec actionem ipſo iure; ſecùs ſi in cõtractu fiat. Fran. Cremen. ſing. 49.

Pacto gratuito, remitti aliquid poteſt controuerſia pendente, & pactum ſimplex non eſt donatio. Bar. in l. 1. ff. de tranſact.

Pactum de non petendo, quando tollat naturalem obligationem, vide Barto. in l. 1. ff. de condict. indeb. nu. 23.

Exceptio doli datur, ſi aliquo adhibito, facto pactum de non petendo tibi recipienti pro illo. Bart. in l. 9. §. ſi liberationis. ff. de libera. legat.

Pactum non ſemper parit exceptionem. l. fin. & ibid. gloſſ. fin. C. quando liceat ab emptio. reced.

Pactum de non petendo ſimpliciter factum, reſtringitur ad quantitatem iam ſolutam. l. 7. C. de exceptio.

Naturalis obligatio pacto ipſo iure tollitur, qd prodeſt fideiuſſori. l. 95. §. naturalis. ff. eo.

Exceptio pacti de nõ petendo, actioné nõ tollit; ſed eâ elidit, quæ exceptio utitur æquitate. §. preterea, inſtitu. de exceptio.

Pactum de non petendo tria operatur: nam tollit naturalem obligationem ipſo iure, elidit ciuilem, & obligat naturaliter paciſcentem, non petere. gl. 1. ibid.

Si paciſcat ſocius, ne partẽ ſuam petat, effectu tollitur ſocietas. l. 14. §. fi. ff. commun. diuid.

Pacta appoſita in vno inſtrumento dicuntur annexa, & reſpectiua ſolùm ex hoc, quia in vno inſtrumento. Gram. deci. 103. nu. 157.

Pactum in vno inſtrumento videtur reſpectiuè appoſitum, ad aliud factum incontinenti in alio inſtrumento, vide Grammat. ibid. num. 159.

Pactum nudum vſurarium non veſtitur cohærentia contractus ſtricti iuris, niſi ille contractus ſtricti iuris, ſit ſimilis contractui bonæ fidei. Lud. Rom. ſing. 531.

Pactum nudum habet varios effectus, de quibus, vide per Math. Matheſ. ſing. 27.

Pactum contrà ſubſtantiam contractus facit contractum nullum; ſecùs ſi fiat. contrà naturalia, vel ſubſtantialia. Bart. in l. 2. C. de iure emphyteut. vide eundem Barto. in l. 27. ff. de donatio. cauſa mortis, & l. 12. de precario.

Pactum, per quod datur licentia creditori de ingrediendo poſſeſsionem rei ſibi obligatæ, valet. Bar. in l. 3. C. de pignorib.

Ius publicum pacto priuatorum non tollitur. c. 12. ext. de foro compet.

Pactum appoſitum fauore vnius, non debet in eius læſionem redundare. Barto. in l. 6. ff. de pigno. act.

Pactum futuræ ſucceſsionis, non confirmatur iuramento ꝛidem in pacto, quo auſertur libera teſtandi facultas, vel matrimonij libertas. Barto. in l. 57. nume. 6. ff. de fideiuſſo. & manda.

Pactum factum in vita defuncti de falcidia nõ repetenda, non valet. l. quod de bonis. §. 1. ff. ad leg. Falcid.

Pactum, aut eſt contrà legem, & tunc non valet, neque pœna illi appoſita, aut eſt ſecundum legem, & tunc vtrunque valet, vel eſt præter legem, & non valet pactum principale; ſed tantùm pœna, glo. ibid.

Per pactum deſcendentium ex linea materna aſcendentibus actio non quæritur. l. debitor ſub pignore. §. fin. ff. ad Senatuſconſult. Trebellian.

Ex non obſeruantia pactorum non reſuſcitatur actio perempta, & ex pacto de bonis ſuſcipiendis in ſtipulatione deducto, agitur ad intereſſe. l. cum mota. C. de tranſact.

Ex ſolo tranſactionis pacto non datur actio, nec primæna actio tollitur, quã ſi agatur, cõtrà excipientem replicatio datur. l. ſi apud acta. C. eod.

Pactum factum patri per filium de non agendo querelæ, vel petendo ſupplementum legitimæ, non nocet filio, quominus poſt mortem patris agere poſsit. l. 35. §. illud. C. de inoffi. teſtam.

A iure communi non intelligitur receſſum, niſi pactum in contrarium reperiatur. l. 2. C. de naut. fœno.

Si non ſeruatur ſubſtantiale pactum, reſcinditur quicquid eſt actum, & ſubſtantiale eſt, quod cauſam contractui dat. l. 6. C. de pact. int. empt. & vendi.

Ex pacto in traditione appoſito tanquam reſtito, agitur præſcriptis verbis, vt conuenta impleantur. l. 6 in ſ. C. de rer. permu.

Pactum cohærentia traditionis non veſtitur, quando cum tertio, & non cum recipiente, interponit. l. 27. C. de locat. & conduc. pactũ nudum ſex modis veſtitur, vide gl. in ſ. quin. inſtitut. quib. mod. re contrah. oblig.

Ex pacto matris, filio non quæritur actio. l. 4. C. de pact. conuentis.

Pactum inutile non habet vim pacti, neque vltimæ voluntatis. l. 5. C. eod.

Pactum inæquale, reducitur ad æquale per modum diminutionis, non augmenti. l. penul. C. eod.

Pactum inter ancillam, & dominam nõ neceſsitat: nec pactum liberæ, vt filiæ teneantur ſeruire. l. 36. C. de liber. cauſ.

Pactum, vt non veniat dolus futurus, non valet. l. 17. ff. commod.

Pactum eſt potius interpretãdum ſuperfluum, quàm iuri contrarium, quare pactum ſimile pacto legis commiſſoriæ in pignoribus, nihil operatur. l. 1. & fin. C. de pact. pigno.

Pactum factum de futura ſucceſsione, eſt nullum. l. 4. C. de inutil. ſtipula.

Pactum pœnale, & odioſum propter euitandã abſurditatem, recipit interpretationem, etiã extenſiuam. l. 5. ff. de ſeru. exportan.

Quando duo deducuntur in pacto, pœna ſimpliciter appoſita, cenſetur appoſita propter id, quod lædit, non propter id, quod non lædit. l. 6. ff. eod.

Si pœna promittatur pacto nudo, non poteſt exigi, niſi interſit. l. 7. ff. eod.

Obſcurum pactum interpretatur pro eo, qui rem appoſuit. l. 32. & ibid gl. ff. locat. alias interpretatur contra proferentem. l. 16. ſ. hæc lex. ff. de ſeru. vrban. prædio.

Pactum, quod maritus conueniatur vltra quam facere poteſt, cùm per illud tollatur ius reuerentiale, non valet, tanquam contra bonos mores. l. 15. ſ. eleganter. ff. ſolut. matrim.

Pactum, quod eſt contra ius, vel per quod quis inuitatur ad delinquendum, non valet. l. 5. ff. de pact. dota.

Conditio adiecta in præcedenti pacto, & in ſequenti intelligitur repetita, ſi alias pactum redderetur inutile. l. 11. ff. eod.

Pactum, quòd depoſitum reſtituatur alteri, quã deponenti, non inducit donationem in perſonam illius huiuſmodi ff. de donatio.

Pactum vni factum, alteri non prodeerit, cùm illius, cui fit pactum non interſit principaliter, alteri non ſoluere. glo. in l. 45. nunc. ff. de libera. legat.

Pactum de ſoluendo tertio ex interuallo appoſitum idem operatur, quòd ſimplex mandatum. l. 82. ff. de ſolut. & libera. ideò reuocari poteſt.

Si acceptilatio peccat in forma, non habet vim pacti; ſecùs ſi peccat in materia. l. 8. & ibi glo. ff. de acceptila.

Pactum eſt duorum conſenſus, atque conuentio. l. 3. ff. de pollicita.

Dicitur pactum nudum, quod ſtat in puris finibus conuentionis, alias ſi tranſit in proprium nomen contractus, vel formam, ſeu ſolemnitatẽ, vel cauſam, propter quam robur, & efficatiam aſſumit, erit veſtitum. gl. in ſ. 1. inſtit. quib. mod. re contrah. oblig.

Pactum factum contra voluntatem teſtatoris, valet. Bar. in l. 1. nu. 6. C. de pact.

Pactum verum requirit præſentiam partis, ſed pactum tacitum inductum à lege, non. Bar. in l. . C. de pact.

Cauſa in pactis liberatorijs, non conſideratur; ſecùs in pactis obligatorijs. Bart. in l. 5. C. eo.

De tranſactionibus.

TRanſactio eſt de re dubia, & lite incerta nundum finita, non gratuita pactio: verum quando fiat; & quando extendatur, vide Hartma. Hartma. c. 7. tit. de pact. & tranſact. libr. 2. ideò in ſ. fin cauſa tranſactionis non expreſſa nullam fidem facit: nam notum eſt tranſationẽ nullo dato, vel retento, aut promiſſo non ſubſiſtere, & hæc ſolemnitas extrinſeca, non præſumitur, quod procedit parte opponente, alias ſecùs. Andr. Gail. obſer. 71. libro 2.

Tranſactio non poteſt pro vna parte valere, & pro alia non: quia contractus eſt, pro vtroq; obligatorius. Mohed. deciſ. 313.

Tranſactione omnia acta cenſentur extincta: ideò nõ valet exequutio priorum actorum; ſed pars de nouo eſt citãda, & proceſſus incoandus. idem deciſ. 315.

Tranſactio introducta fuit cauſa litium finiendarum, & tranſactione finita nõ eſt amplius locus pœnitentiæ. Ioſeph. Ludo. deciſ. Peruſ. 18. nu. 38. ideò tranſactionis exceptio æquiparatur exceptioni rei iudicatæ. ibidem numero 41.

Tranſactionis contractus, an ex enormiſsima læſione reſcindatur, vide ibidem nu me. 44. Dec. conſil. 479. & 597. num. 10. Rol. conſ. 38. vol. 4.

Tranſactioni contrauenicus efficitur infamis, & eſt magis obſeruanda, quando vltra iuramentum interuenit auctoritas curatoris. Ioſ. Ludo.d.deciſ.Peruſ.18.nu.48.

Tranſactio facta per euidẽtem calumniam cõtinens enormiſsimam læſionem, dicitur ipſo iure nulla. Ioſ.Lud.deciſ.Peruſ.27.

Quando in tranſactione, in qua quis dicitur vltrà dimidiũ læſus, habeat locum remediũ.l.2.C.de reſcind vend.vide Iaco.Put.deci.230. lib.1.Myſing.obſer.91.Cẽ.6.& And.Gail.obſ.70.lib.2.vbi cõcludit pro parte negatiua cõcurrentibus requiſitis, de quibus ibi.Crauet. conſil.151.nu.26.Dec.conſil.60.& conſi.203. Guid.Pap.ſing.736.Bar.in l.78.§.hæres.ff. ad Trebel.Abb.conſi.12.

Tranſactio non reſcinditur prætextu læſionis vltrà dimidiam, conſiderata æſtimatione dubij litis euentus. Afflic.deciſ.220.vide Gram. deciſio.66.nume.20.& ſeqq. & num. 61. cum deciſ.101.num.54.

Et in omni caſu tranſactionem ex capite læſionis reſcindere volens, receptũ ex cauſa tranſactionis, offerre debet. Afflict.d.deci.22.nu.4. Gram.d.deciſ.66.nu.61.

Clauſula, rato manente pacto in tranſactione poſita, quid operetur, vide ibi.nu.5.

Tranſactio quamuis per enormem damnũ reſcindi nequeat, tamen ſi quis illicitè reſiſtẽdo pro reſtitutione rei debitæ recipit aliquid, conueniri poteſt condictione ob turpẽ cauſam. Capic.deciſ.95.

Tranſactio quando prætextu erroris calculi ſit nulla, vel reuocetur, vide Ban.in tit. C. de erro. calcu.

Tranſactio vbicunq; eſt calumnioſa ex parte actoris, non tenet ipſo iure, & cõpetit repetitio. Abb.conſi.113.lib.4.

Licèt tranſactio ſit contractus ſtricti iuris, tamen dolus agentis dans cauſam contractui reddit eam nullam. l. 65. ff. eod. in additio.

Tranſactione reſciſſa ex qua inducebatur exceptio, tollitur exceptionis effectus per trãſactionem inductus. l.96.§.ſi cum pupilla. ff.de ſolut.& liber.

Tranſactio ſi non ſeruatur, an poſsit reuerti ad actionem primæuam, & ſubuenitur etiam actori condictione ob cauſam, vide Ioſ.Lud. deciſ.Peruſ.101.par.2.

Tranſactioni contrauenire dicitur, qui nõ ſoluit in tempore, etiam in re minima; vide ibi, quid ſi euincatur aliqua res tranſactionis cauſa data; vide ibi.d.deciſ.101.

Tranſactione media promittens dare, tenetur dare liberam rem promiſſam, aliàs poteſt rediri ad primã actionem ibi.nu. 6. & 7.

Solutio ex cauſa tranſactionis tollit primum antiquum debitum, & tranſactione nouatur prior obligatio. Beninten.deciſi.8.nu. 20.

In tranſactione euictioni locus eſt, quando ex cauſa tranſactionis res traditur, ſecùs ſi dimittitur. Fran.Marc.quæſt.52.par.2.

Verba; manutenere, & defendere in contractu tranſactionis appoſita, quomodo accipienda, vide ibi.nu.11.

Renuncians liti, & cauſæ cenſetur etiam renũciare iuri, quod habet, tàm in cauſa prophana, quàm ſpirituali. DD.de Rota. deciſio. 32. de ſenten.& re iudica.in antiq. quando intelligatur renunciatum cauſæ, liti, & inſtantiæ, vide Caſſad.deciſio.2.tit. de appellat. Bar.in l.4.C.de pact.

Tranſactione facta in cauſa appellationis, videtur ſolùm illi inſtantiæ renunciatum, & ſententia prima remanet firma, ſi Id, qđ deuenit in tranſactione, nõ impleatur. Bar.in l.41. §.qui procurauit.ff. de pact.

Per tranſactionem à cautione de iudicio ſiſti contingit liberatio, & ſi erat commiſſa paratur exceptio.l.2.ff.ſi quis cautionibus.

Qui corrumpit iudicem, vel aduerſarium, litem perdere debet, ſecùs ſi bona fide tranſigit. l. 1.§.ſed, & conſtitutio.ff.de calumnia.

Exceptio tranſactionis impedit litis conteſtationem, ipſa doli mali exceptione oppoſita, & ſi omittatur non reddit iudicium nullum: ſi verò poſt litem cõteſtatam incipiat competere, reliquam partem iudicij impedit, ſi opponatur, aliàs procedit iudicium, & ea nõ obſtante ſententia valet; ſed datum ob tranſactionem, repetitur.l.23.§.ſi quis. ff. de condict. & indeb.

Tranſactio facta ſuper vna cauſa, non obſtat agenti ad eandem, ex alia cauſa.l.135.§.filia. ff.de verb.oblig.

Tranſigens cum tutore, vel curatore adiecta clauſula, quòd non vult eũm poſſe conueniri, videtur etiam dolum præteritum remiſiſſe. Ozaſ.deciſ.Pede.58.nu.13.& 35.

Tutori permiſſa eſt tranſactio.ibi. nume.14.tamen gratuitò remittere non poteſt, neq; donare.ibi.nume.31. an, & quando ſit permiſſa tranſactio tutori, curatori, & adminiſtratori ciuitatis, vide And. Gail. obſer.72.lib.2. Dec.conſil. 479. vel Prælato, aut Principis procuratori, vide Ant.Trigó.ſing.93.

Tutor licèt non poſsit remittere debitum liquidum, tamen non liquidum poteſt. Abb. conſi.39.lib.1.& tranſactio facta à tutore, nõ poteſt à pupillo reſcind. Barto.in l.96.§.ſi cũ pupilla.ff.de ſolutio.& libera.

Trãſactio, in qua pupillus eſt læſus, reſcinditur. Bar.in l.96.§.ſi cum pupilla.ff.de ſolu.& liber.

In

In tranſactione non inſpicitur iuſtitia, nec iniuſtitia cauſæ, quãdo tranſigens ſcientiã ipſius cauſæ iniuſtæ habebat. Ozaſ. deciſio. 58. num. 15.

Tranſactio vitiatur propter defectum exiſtentis litis, quæ exigitur pro eius ſubſtãtia, nec fingere litem ſufficit. Dec. conſi. 351. num. 3. ſed de eius veritate conſtare debet. Ozaſ. deciſio. 91. vide tamẽ ibi. nu. 23 vbi tenet cõtrarium, quia tranſactio de re dubia eſt valida, etiamſi in iudicium res non ſit deducta. Mohed. deciſ. 5.

Tranſactio poteſt ante litis conteſtationẽ fieri reſpectu futurę litis. Bar. in l. 16. C. de tranſac. nume. 3.

Tranſactio generalis, tollit omnes actiones, & obligationes, etiam in iudicio nõ deductas. Gram. deciſ. 66. num. 61.

Tranſactio dicitur exceptio peremptoria litis finitæ, quæ nec Principis reſcripto, infringi debet Ozaſ. deciſ. 91. num. 7.

Tranſactio, quæ non valet in vim tranſactionis, valet in vim pacti, vbi iuramẽtũ appoſitũ eſt. Ozaſ. ibi. nu. fina.

Tranſactione generalibus verbis facta per fideicommiſſariũ, an illi præiudicetur, & an. l. de his. ff. de tranſact. cenſeatur renunciarũ per generales clauſulas renunciationum, cum iuramento. vide Ozaſ. deciſ. 112.

Tranſigi ſuper controuerſijs à teſtamẽto depẽdentibus non poteſt, niſi inſpectis, cognitiſque verbis teſtamẽti, vide Ozaſ. d. deciſ. 112. in prin. & nu. 20.

An d. legi, de his renunciari poſsit, vide ibi. nu. 2. & d. lex de his requirit plenam, & certam ſcientiam teſtamenti. non autem ſufficit habere qãndam opinionem, ſeu credulitatem. ibi. n. 6. vide ſupra tit. de renunciat. ſed an ipſa lex habeat locũ in teſtamẽto nuncupatiuo, vide nu. 13.

De contentis in teſtamento. tranſactio fieri nõ poteſt, niſi viſis verbis teſtamenti, tamẽ iſtud non procedit in tranſactione iurata. Cranet. conſil. 272. vide comment. D. Sol. in antiq. conſtitu. gloſ. ſuper decreto, Blancha, tit. de tranſact. fol. 144.

Item non procedit contrà tertium emptorem bonorum ſubiectorum fideicommiſſo. Idem Senator. ibi. nu. 14.

Quando habeat locum d. l. de his, vide plenè per Natt. conſil. 148. Tom. 1. Rol. conſil. 13. volum. 1.

Valet tranſactio facta ſuper contentis in teſtamento non viſis, neq; cognitis verbis teſtamenti, quando pars illi fuit præſens, ex qua præſentia inducitur actus intelligentia. Dec. conſil. 630.

Tranſigi poteſt ſuper dolo, metu, & vſuris præteritis. Ozaſ. deciſi. 143.

Tranſactio ſuper alimentis firmatur iuramẽto. Guid. Pap. q. 190.

Dolus ex propoſito in tranſactione allegans, admittitur ad probandũ, dato termino, non obſtante renunciatione doli facta in inſtrumento: quia dolo futuro renunciari nõ poteſt: itẽ quia eadẽ facilitate, qua contrahitur, eadem renunciatur. Afflict. d. deciſi. 220. nume. 6.

Tranſactio, quæ per conſenſus defectũ eſt inanis, adueniente conſenſu, puta, per ratificationem, vires aſſumit. ibi. nu. 7.

Tranſigere prohibitus, ſine decreto trãſiget, qñ faceret conditionem ſuam meliorem. Capic. deciſiõ. 113.

Actor cedens liti in re exiſtente pœnes reum conuentum, nihil transfert in eũ, niſi ius excipiendi. Capic. deciſ. 156. nu. 9.

Trãſactio vbi prohibita eſt ſine certa ſolemnitate, eſt permiſſa, quando res, ſuper qua trãſigit, remaneret pœnes prohibitum alienare. ibi. num. 15.

Vaſſallus de iure communi, poteſt ſine domini licentia tranſigendo dimittere feudũ pœnes poſſeſſorem: quia tunc non dicitur alienare. Capic. deciſ. 156. nu. 16.

Tranſactio vbi fit ſuper negotio principali, an videatur tranſactum de expenſis, vide Guid. Pap. quæſt. 55.

Quis poteſt recedere à tranſactione parte non ſeruante in ea contenta, niſi ille, qui vult recedere pro parte iam egiſſet ad implementum tranſactionis: quia tunc non poſſet amplius recedere, ſed ſolum agere ad implementum. Iaco. Put. deciſ. 340. lib. 1.

Mora purgari non poteſt, vbi in tranſactione eſt pactum reſolutiuum in defectum non impletæ tranſactionis. Idem Put. deciſio. 66. lib. 3.

De pacto reſolutiuo appoſito in tranſactione, vide ibi. deciſi. 315.

Quando cõtractus trãſactionis propter inobſeruantiam eſſet reſolutus, ex illo contractu non poteſt quis ſe iuuare: quia licèt ex actu nullo colligatur voluntas, non tamẽ colligitur ex actu reſoluto. Idẽ Put. deciſ. 231. lib. 3. nu. 6. vide ibi. deciſ. 343.

In poſseſsionem non eſt immittendus ille, cui obſtat exceptio inobſeruantiæ tranſactionis, nec poteſt alium impedire, quin immittatur in poſseſsionem vigore. l. fin. C. de edic. Diui Adria. tol. Paul. Aemil. Vera. deciſ. 349. part. 2.

Recuperandæ remedium competit illi, qui ex voluntate ſua cecidit à poſſeſsione, quando

contractus

contractus tranſactionis non fuit per partẽ aduerſam adimpletus. Idem deciſ. 6. par. 3.

Tranſactio correſpectiua non prodeſt agenti, niſi doceat ſe pro parte ſua adimpleuiſſe, nec ſufficit docere de adimplemento in parte, etiam maiori. Idem Vera deciſ. 316. par. 3. & deciſi. 317. ibi.

Tranſactio reſoluta, accepti reſtitutio eſt faciẽda. ibi. d. deciſ. 317.

Tranſactioni contraueniens (etiam in minima parte) poteſt priuari commodo tranſactionis. Idem d. deciſio. 316. nume. 3. vide ibi. deciſio. 317.

Si per tranſactionem receditur ab aliquo inſtrumento, cenſetur receſſum ab illo, ſi pars impleuerit ex parte ſua contenta in tranſactione, aliàs poterit adhuc agi ex primo inſtrumento, non obſtante ipſa tranſactione. Crau. conſi. 83 Nart. conſil. 60. Tom. 1. vide tamen conſi. 133. num. 31 eiuſdem Natt. vbi videtur tenere contrarium, vide etiam. Bart. in l. 96 §. ſi cum pupilla ff. de ſolutio. & liberatio & l. fina ff. quib: ex cauſ. pign. vel hypoth. taci. contrah.

Quando tranſactio reſcindi poſsit ex inſtrumẽtis nouiter repertis, vel ſi fuerit ex falſis inſtrumentis inita, vide Menoch. de arbitra. lib. 2. Caſ. 15. Dec. conſil. 479. nu. 10. Ioan. de Arno. ſing. 79.

Licèt tranſactio ſit facta animo nouandi, & ex ea pignus datum ſit, ſi tamen tranſactio non ſeruatur, pignus, non reſtituitur, ſed pro obligatione noua retinetur. Hippol ſingul 145.

Contraueniens tranſactioni ſi eſt victus, poteſt ad eam redire. Bar. in l. 122. §. Seia. ff. de verb. obliga.

Ex pacto nudo tranſactionis: poſſidenti datur exceptio; ſed non poſſidenti, nõ datur actio, ſi perfectè non impleuit tranſactionem pro parte ſua, ſed contrà non ſeruantem tranſactionem, poterit redire ad primam actionẽ, ſuper qua tranſactum fuit. l. cum proponas. C. de pact.

Si fides tranſactionis non ſeruatur, poteſt exhæredatus ad quarelam redire. l. 27. ff. de inoffi. teſta.

Pater, vt legitimus adminiſtrator, poteſt pro filijs tranſigere, & quid quãdo promiſit pro eis de rato; vide Put. deciſ. 21. lib. 2. quãdo pater poſsit tranſigere, vide Natt. conſi. 543.

Tranſigens ſuper crimine aliquo, an, & quando pro cofeſſo. & cõuicto habeat, vide Myſing. obſer 22. Cent. 6. Bar. in l. 2. ff. ad Senatuſconſul. Sylla.

Et ſi liceat vnicuiq; à vexationibus ſe redimere, id tamen non procedit, vbi de calumnia apparet: nam tunc tranſactio erit nulla, & ſolutum eius virtute, repetitur, vide Mago. deciſio. 85. Rot. Floren.

Super quibus criminibus licita ſit tranſactio, & quibus non, vide Iul. Clar. in ſua pract. crim. q. 58 & Maran. in ſuo Spec. par. 6. tit. & peruenitur aliq. nu 73. fol. 280.

Tranſigi poteſt, vel paciſci in omni pœna ſanguinis, excepta pœna adulterij, & falſi. Bart. ſing. 138.

Quando ſuper crimine admittatur tranſactio, vide Hartm. Hartm. cap. 1. & 2. tit. de pactis, & tranſac. lib. 2.

Tranſigi ſuper iure ſanguinis de iure ciuili permittitur; ſecùs de iure canonico. Lud. Roma. ſing. 688.

Tranſactio in cauſa famoſa irrogat infamiam, ſed non pactum gratuitũ; nec purgatio per iuramentum. l. 18. C. ex quibus cauſis. infam irrog.

De raptu virginis poteſt tranſigi, tamen maleficium non remanet impunitum. l. 3. C. quib. ex cauſ. ſeru.

L. ſi quis maior. C. de tranſac. habet locum in quolibet cõtractu iurato. Ioſeph. Mago. dec. 96 Rot. Floren. ſed vt locum habeat, quę requirant, vide Rol. cõſi. 57. vol. 1. Menoch. cõſ. 84. nu 69.

Pœna d. legis ſi quis, ſine dolo, nõ incurritur, & dolus non præſumitur, niſi probetur. Mago. d. deciſ. 96 nu 2. & 3.

Secũdo difficultas, & impotẽtia obſeruãdi, excuſat à dicta pœna, & à periurio. ibi. nume. 4. 5. & 10.

Tertiò d. l. ſi quis non habet locum, quãdo cõtrahentes in caſu contrauentionis ſibi prouiderint de certa pœna. Idem Mago. d. deciſ. 96. nu 6.

Demum d. l. ſi quis rigoroſa eſt, & in practica difficilis obtentu. ibi. num. 9. & in hac patria Pede. per antiq. conſtitutio. Sabaudiæ. tit. de tranſactio. decret. Blancha modificat, & reſtringitur; quia non poteſt quis agere ad pęnas dictæ legis, niſi pręcedat vna ſaltẽ interpellatio extraiudicialis, cum proteſtatione quoque agendi ad dictas pœnas, de quibus interpellatione, & proteſtatione publico cõſtare debet inſtrumẽto, quo facto, ſi poſteà cõuenti in iudicio paſsi fuerint labi 40. dies, a die porectæ petitionis priuſquàm ſatisfecerint, eo caſu, & nõ aliter, dicta lex locũ habet, vide comment. D. Sol. fol. 144.

Si emptor intra tempus conuentum non ſoluerit reſiduum precij, incidit in pœnam l. ſi qs maior. Dec cõſi. 452. vide Rol. cõſ. 57. volum. 1. quid amittat contraueniẽs tranſactioni in ratæ, vide Bar. ſing. 139.

Dicta lex ad hoc, vt locum habeat, quæ requirantur, vide Rol.cõſ.57.vol.1.Menoch. conſũ 84.nu.69.

Tranſactio rei immobilis Eccleſiæ, non eſt de iure valida, ſine ſolitis ſolemnitatibus adhibitis in alienatione. Vera. deciſio. 318. part.3.

Tranſactio facta cũ prælato, & capitulo quãdo valeat, vt non poſsit retractari, vide Dec.cõſ. 474.Ant.Trigo.ſing.93.

In quibus caſibus tranſactio poſt rem indicatam valeat, vide Myſing.obſer.47.Cẽ.4.Ioan. Pap.lib.16.tit.9.arreſt.1.& ſeqq.

Tranſactio poſt rem indicatam, ſnper ea facta, quæ ſit ratio, cur non valeat, etiam ſi fiat per aquilianam ſtipulationem, vide l. 23. ff. de condict. indeb.& ibi.Barto.

Tranſactio dolo facta eſt nullins momenti, ope actionis, exceptionis, & replicationis. Gome. Leo.deciſ.78.in deciſio.diuerſo.Tom.2.

Tranſactio facta ſuper re clara, reſcindi debet tanqnàm doloſa, & inita dolo ex propoſito. Crauet. conſil. 160. tranſactio enim non valet in debitò liquido. Abb. conſil. 97. lib. 2.

Tranſactio facta verbis generalibns comprehendit omnes caſus, qui ſub verbis illis comprehendi poſſunt. Craue.conſi.290.Menoch. conſil.156. lib.2. ideò ſi per vltimam tranſactionem renuncietur alteri antiquiori, cenſeri debet renunciatum omnibus contentis in ipſa tranſactione antiqua. Grauet. conſil.290.

Mnltò magis idem dicẽdnm eſt in tranſactione facta ſuper oneribus verbis vniuerſalibus, vt etiam comprehẽdat onera, quæ imponũtur ratione vrgentis neceſsitatis, putà belli, vel famis, vide per Crau.conſi.294.Menoch. conſi.156.lib.2.

Dolus qnando videatur remiſſus in generali tranſactione, & ſi committatur in in tranſactione qualiter agatur, vel in non obſeruando promiſſa, vide per Bartol. in l. 4. C. de tranſactio. & gloſ. in l. vnica. C. de plus petitio.

An tranſactio omnia comprehendat, vel tantùm ea ſpecialiter, ſuper quibns fuit tranſactum, vide glo.in c.1.ex.de tranſact.vbi diſtinguit.Bar.in l.36.ff.de pact.

Petitio ſi eſt ſpecialis, & generalis qno ad verba, tranſactio reſtringitur ad ſpeciem petitã. Bart.in l.36.ff.de pact.

Vniuerſitas non poteſt impngnare tranſactionem ex defectu mandati, ſi iuxta tranſactionem fnerit obſeruatum, & fuerit de antiquo: nam ex temporis antiquitate mandatum præſumitur. Craue.conſi.327.

Exequutores teſtamẽti, qui relinqnũtur, nõ poſſunt ſuper bonis pauperibus relictis, tranſigere. Craue.conſ.323.

Virtute iuramenti tranſactio, quæ non valet in vim tranſactionis, valebit in vim pacti. Iaſ.de actio, §.item ſi quis.nu.14.

Reſcriptum contrà tranſactionem impetratũ, quãdo valeat, vide Rebuff.in ſuis comment. ſuper conſtitu.reg.tract.de reſciſ.cõtract.art. 1.glo.6. fol.430. Tom.2.

Tranſactio in pœna non obſeruantis, eſt ſtricti iuris, & non recipit interpretationem extenſiuam, nec ſimilitudinariam. Dec. conſil. 299.num.5.

Solutum indebitè ex cauſa trãſactionis, nõ repetitur, eſto, quòd ſit ſolutũ per errorẽ. Dec. conſi.351.vol.2.

Tranſactio non cadit ſuper quæſtione tutelæ. Ludo.Roma.ſing.471.

Renuncians liti, non videtur fateri aduerſariũ habere ius. Roma.ſing.790.

Liberationis fauor maximus eſt adeò, vt in trãſactione non habeat locum pœnitẽtiæ; licèt ſit contractus innominatus. Marc. de Mant. ſing.659.

Dolus dans cauſam tranſactioni, quãdo reddat eam nullam, & tranſactio, licèt ſit ſtricti iuris; tamen de ea iudicatur, vt de omni contractu ſtricti iuris liberatorio, ſecnndnm naturam illius actionis, ſuper qua interponitur. Bart. in l.19.C.de tranſactio.

Tranſactio tribuit titulnm poſsidenti, in re, quæ ex cauſa tranſactionis traditur. Bar.in l. 33. C. eod.

Tranſactio facta bona fide, licèt ſnper cautione dolo extorta, valet. Barto.in l.vnica. C.de plus petitio.

Tranſactio, & petitio ſpecialis etiam extra iudicium facta, non præiudicat alteri rei, vel perſonæ, niſi eſſet de appẽdicijs. Bar.in l.36. ff.de pact.

Trãſactio ſi eſt facta inter me, & te ex certa cauſa expreſſa, & poſteà agam rei vendicatione, nulla cauſa expreſſa, ſi excipiatur de trãſactione, non impeditur litis cõteſtatio. Bar. in l.7.ff.de pet.hæred.

Tranſactio eſt contractus innominatus. Bart.in l.2.ff.de iureiura.

Res de nouo repertæ non reſtitutæ, debent reſtitui, niſi prima reſtitutio per modum tranſactionis fuerit celebrata. l.Lucius Titius.§.fi. ff ad Senatuſcon.Trebel.

Trãſactio facta pacto nudo, tollit actionẽ ope exceptionis, ſed ſi facta fuerit per acceptilationem, tollit ipſo iure, quod ſi pater fuit in dolo trãſigẽdo, datur filiæ cõtrà eũ, actio in factũ, loco actionis de dolo, l.5. C. de dol.mal.

Tran-

Tranſactio fratris, nō nocet alteri fratri, etiam ſecū cōem cauſam habenti. l. 1. C. ſi in com mu. eademque cauſ. in integr. reſtitu. poſtul.
Minor aduerſus tranſactionem poteſt reſtitui, quo reſtituto, aduerſarius eius in priſtinum ſtatum reponitur. l. 1. C. ſi aduerſ. tranſact. vel diuiſio.
Procurator generalis ſine libera, nō poteſt tranſigere. l. mandato. ff. de procurat.
Petenti ex cauſa tranſactionis, non objicitur exceptio nō numeratæ pecuniæ. l. 11. C. de nō nume. pecu.
Si cauſa ſuper q̄rela inofficioſi tráſactione deciditur, teſtamentum remanet validum, & debentur legata. l. 29. §. pen. ff. de inof. teſta.
Tranſactio, non partis pereceptio, impedit reſidui petitionem. l. 13. C. de furtis.
Inutilis tranſactio non habet in ſe pactum. l. 3. C. de repud. & abſtin. hæred.
Inutilis tranſactio facta ſuper hæreditate, quā quis petendo adiuit, non habet vim renūciationis, cùm fieri non poſsit de hæreditate ſemel adita, nec habet vim pacti gratuiti: qa non cenſetur velle donare, qui tranſigit; ſed ſolū aliter recedere: ideò ea non obſtante poteſt tranſigens litem proſequi. ibidem. d. l. 3.
Titulus tranſactionis ex quo ſequuta eſt traditio, eſt idoneus ad præſcribendum: ſecùs ſi non continet traditionem; ſed liberationē à controuerſia mota, quia per hoc nō datur titulus in ipſa re. l. 8. C. de vſucapio. ꝓ empt. vide ibid. glo.
Ttranſactio, & iuſiurandum in quibus conueniant, & differant, vide gl. in l. 2. ff. de iureiur.
Promiſſum ſolēniter per ſtipulationē ex cauſa tranſactionis, ſi eſt certū, petitur per certi cōdictionem, ſi incertum, per actionem ex ſtipulatu. l. 6. C. de contrahen. & committend. ſtipul.
Tranſactio ſuper inſtrumento de cuius fide trāſigens dubitabat, repellit eum à contraueniendo. l. 7. C. ad leg. Cornel. de falſ.
Tranſactiones ſunt fauorabiliores: ideò etiam obſtat exceptio tranſactionis, licèt liberatio nō ſit ſequuta, nec aliqua delegatio. §. ſoror. l. 96. ff. de ſolutio. & liberat.

De mutuo.

ORriginalis cauſa mutui plurimū facit ad præſumendum contractum vſurarium. Ozaſ. deciſ. Pedem. 40.
Vinum mutuo accipiens liberatur, ſi tantundem in bonitate reddat, licèt precium ſit mutatum: idem in cæteris rebus, in quibus conſiſtit mutuum. Boer. deciſ. 327.
Mutuo probato in genere, ſuper quantitate poteſt deferri iuramētum ſuppletiuum. Ioſeph. Ludo. deciſ. Peruſ. 100. par. 2.
Dominij exceptio, an, & quando poſsit opponi in mutuo, vide Marc. q. 509. part. 2. Iaſ. de actio. in §. ſequens. nu. 13.
Agens ratione numerationis ex cauſa mutui, & probans tantùm de cōfeſsione mutui ſuccumbit, ſed vide Iaffr. Lanf. Balb. deciſ. 309. & Bar. in l. 126. §. Gryſogonus. ff. de verb. obli.
Quando mutuum in inſtrumento non continetur, ſed ſola confeſsio, ex contractu mutui non agitur, neq; ex ſtipulatione, ſed certi cō dictione. Bar. in l. 1. §. ſi qs ita. ff. de verb. obli.
Confeſſus plus ſe recepiſſe, quàm reuera receperit, poteſt non recepti liberationem condicere. l. 4. C. de condic. cauſ. dat.
Confeſſus per ſcripturam ſe mutuum recepiſſe ſpe futuræ numerationis non ſequutæ, infrà biennium poteſt condicere cautionem, & etiam poſteà, ſi intra biennium ſit proteſtatio facta. l. fin. C. de condict. ex lege.
In mutuo tacitè ineſt dilatio ad reſtituendū; Gaſp. Cabal. Milleloq. 296.
Mutuum accipitur dupliciter, nēpè per prius, & poſterius, vide Raud. tract. de anal. lib. 1. c. 6. nu. 27.
Agens ex mutuo quamuis in libello ponat ſe dominum; tamen non eſt neceſſe probare dominium. Iaſ. de actio. in §. ſequens. nū. 12.
Si Mutuaui tibi decem, quæ cōfiteris recepiſſe nomine mutui, non tñ promittis reſtituere, vel promittis non adiecto die, qd iuris, vide Rebuff. in ſuis comment. ſuper conſtitu. reg. tract. de lit. oblig. art. 2. glo. 1. nu. 24. Tom. 1.
Mutuum poteſt repeti, finito vſu, propter quē mutuū factum eſt, & multò magis excipi antequàm factum ſit. Natt. conſi. 50. Tom. 1.
Mutuare promittens, ſi nō mutuet in id, qđ intereſt tantùm conueniri poteſt, ibid. nu. 8.
Artifex accipiens pecuniam mutuo, in dubio videtur accipere occaſione ſuæ artis, & paterfam. accipiens etiam pecuniam mutuo in dubio, videtur accepiſſe pro familia nutrienda. Bar. in l. 7. C. ad Senatuſconſ. Maced.
Quando ex permiſsione de vtēdo re depoſita contractus depoſiti transferat in contractū mutui, vide Doc. in l. certi cōdic. ff. ſi cer. pet.
Teſtator, ſi in teſtamento iurat ſe centū ab vxore recepiſſe mutuo, debitum non probatur. Bar. in l. 29. §. quidam. ff. de liber. legat.
Mutuaui tibi centū, & appareti item conſtat, ꝙ promiſiſti centū ex eā mutui, intelligitur de iiſdē centū, quę mutuaſti. Bar. in l. 9. ff. de adimē. lega. vide eūdē Bar. in l. 94. ff. de ver. obli.

nã ſtipulatio ſequens intelligitur in dubio de illa quantitate, in qua præceſsit mutuum. Bar. in d. l. 94. ff. de verb. oblig.

Petens centum ex cauſa mutui, debet probare mutuum factum antequàm libellum obtineat. Bart. in l. 8. §. ſed vt probari ff. de oper. nou. nunc.

Mutuaui centum, poſteà promiſiſti quinquaginta, an præſumatur promiſsio facta de illis centum, vide Bar. in d. l. 94. de verbo. obliga. num. 5.

Si occaſione ſalarij ex cauſa mutui promittatur, poteſt infra tempus legitimũ, idest biennium, legitima exceptio opponi, & liberatio condici. l. 3. C. de poſtul.

Filiusfam. minor reſtituitur aduerſus mutuum, niſi iuſſus patris interuenerit. l. fi. C. de filiofa. minor.

Mutuans filiofam. quem probabili ratione patremfa. arbitratur, nõ repellitur exceptione Senatuſconſulti Macedoniani; aliàs ſecùs. l. 1. C. ad Senatuſconſul. Maced.

Ex mutuo facto filiofam. non competit actio cum effectu contrà ipſum, etiam factum ſui iuris; quoniam obſtat exceptio Macedoniani. l. 1. & tot. titul. ff. ad Senatuſconſult. Macedon.

Fallit. ſi mutuatus fuerit in cauſa patris, vel patre conſentiente. l. 9. §. ſed etſi. ff. eod.

Minor in mutuo læſus præſumitur, niſi probetur verſum in rem minoris; aliàs reſtituitur. l. 1. C. ſi aduerſ. credit.

An ex mutuo facto in ludo oriatur actio, vide glo. fin. in l. fin. C. de relig. & ſump. funer.

Accipiens mutuum obligatur mutuanti, non ei, ad quem pecunia peruenit per matrimonium. l. 13. C. de actio. & oblig.

Ex contractu præpoſiti ad mutuum accipiendum, obligatur præponens ad exemplum inſtitoriæ. l. 5. C. de inſtito. & exercit.

Mutuans nomine alterius, illi quærit obligationem perſonalem, & hypothecariam ſine ceſsione. l. 2. C. per quas perſ. nob. acquir. nã ex numeratione per liberam perſonam quæritur actio abſenti. l. 126. §. Griſogonus. ff. de verb. oblig.

Mulier accipiẽs mutuum obligatur ex eo, nec refert qualiter vtatur, nec iuuat Velleiano, etiam ſi conuertat pecuniam in vſus mariti. l. 13. C. ad Senatuſconſul. Velleia.

Si aliquis acceperit mutuum, & inde fiat inſtrumentum, quòd vxor ſua, non ipſe receperit, tunc mulier nõ obligatur: quia veritas præualet ſimulationi ſcripturæ. l. 17. C. eod.

Pœna inſerta in contractu mutui, videtur inſerta loco vſurarum. l. 15. C. de vſur.

Ex mutui cõtractu facto cum procuratore domini cõtemplatione, dñs tantùm obligatur. l. 6. §. item ſi procurator. ff. de neg. geſt.

Mutuans ex mandato alterius obligat ſibi recipientem, tanquàm principalem ex eo cõtractu, & mandantem tanquàm acceſſorium per actionem mandati. l. 7. C. mandati.

Si pecunia mutuo accepta per tutorem in vtilitatem pupilli ſit conuerſa, in eum competit actio. l. 3. C. quando ex facto tutoris.

Mutuans alienam pecuniam ſuo nomine, quærit ſibi ius pignoris, & non domino pecuniæ. l. 16. C. de pignorib.

Mutuans in emptionem prædiorum cũ pacto, vt illa ſint ei obligata, præfertur cæteris etiã anteriorem hypothecam habentibus; alias ſecùs. l. 7. C. qui potiores.

Pecunia debita ſolutioni nõ parata, in mutuũ non conuertitur nudo pacto; ſecùs ſi eſſet ſolutioni parata. l. 34. ff. manda.

Contractus, ſiue obligatio mutui, contrahitur re, & in his, quæ pondere, numero, mẽſurauè conſiſtunt, & in mutuatarium tranſit dominium rei, & per conſequẽs periculum ipſius rei ad illum ſpectat. l. 1. §. mutui ff. de actio. & oblig. & dicitur mutuum, quia de meo tuum fit. §. 1 inſtitut. quib. mod. re contrah. obliga.

Ad hoc, vt aliquis obligetur mihi ex mutuo nõ ſufficit, vt de meo ſuum fiat, ſed vt eo animo dem, & ipſe accipiat, vt obligetur tantundẽ reddere eiuſdem generis, & qualitatis. l. 3. ff. eod. de actio. & oblig.

Quando poſt mutuum ſequitur ſtipulatio de reſtituendo, non ex numeratione agitur, ſed ex ſtipulatione, & ſic nõ ex implente, ſed ex impleméto. l. 6. §. fi. & l. 7. ff. de noua. & deleg.

Si pupillus ſine auctoritate tutoris dat pecuniam mutuo, non obligat accipientem, ſi pecunia extat, ſi conſumpta ſit bona fide, condicitur, ſi mala, agitur ad exhibendum. §. nũc inſtitu. quib. alien. licet, vel non.

Mutuatarius tenetur etiam de caſu, commodatarius de omni culpa. §. item is, inſtitu. quib. mod. re contrah. oblig.

Mutuũ eſt triplex, videlicet naturale tñ, & eſt qñ fit numeratio ſine ſtipulatione, ciuile tãtùm, quando ſtipulatio interuenit de ſoluendo ſine numeratione, ciuile, & naturale, qñ numeratio, & ſtipulatio interueniunt. gl. ibi. mutuum naturale, & ciuile quod ſit, & qua actione poſsit agi, vide p Bar. conſ. 20. vol. 2.

Vbi cõſulto certæ perſonę mutuari, an teneat mãdati, vide §. 2. in fin. & ibi gl inſti tit. mãd.

Qui accipit pecuniam mutuo ab officialibus fiſci, punitur, vide tot. titul. C. de his qui ex publicis rationib. lib. 10.

De

De commodato, vel contrà.

Commodatarius iuſſu cõmodantis rem tradens, etiam ſi per latorem perdatur, à cuſtodia liberatur. Afflic. deciſ. 130. num. 3.

Arma accommodans alieni, præſumitur accõmodaſſe ad actum licitum. Ioſeph. Lud. deciſ. Peruſ. 31.

Et accommodans arma alicui, qui cum ipſis captus fuit à birruarijs, nõ poteſt illa ab ipſis repetere, ſi commodatarius ea in loco prohibito detulerit ipſo ſciente, ſed tantùm precium à commodatario, vide ibid.

Commodatum ad libitum commodantis reuocari non poteſt; ſecùs in precario, & de differentijs, vide per Menoch. de arbitra. iudic. lib. 2. caſ. 23.

Vxorem quæ ſunt mariti cõmodato dare poſſe ſcribit Menoch. ibid. caſ. 25. ſed intra quod tempus illa recuperare poſsit, vide ibid.

Commodatarium furto teneri ſi re commodata ad alium vſum vtatur; ſed quomodo, & quando hoc procedat tradit Menoch. ibi. caſ. 198. vide Hartma. Hartma. cap. 4. titu. de contractib. lib. 2.

Contrà commodantem falſa pondera, vel menſuras, non datur actio de dolo, ſi inter contrahentes alijs actionibus poteſt eſſe conſultum; aliàs recurritur ad ipſam actionem de dolo. l. 19. §. de eo. ff. de dol. mal.

Prætẽdentib. intereſſe ex iuſta cauſa, & probabili, competit actio furti, & re commodata ſubtracta domino datur electio agendi contra furem, vel commodatarium, quorum vno ſciẽte electo, vel à commodatario domino ſatisfacto, ei non competit amplius ius variandi. l. fi. C. de furt. & ſeru. corrup.

Commodatario minus fauetur, quàm fuloni. glo. ibid.

Si commodatarius à fure rem, & pœnã exigit, non tenetur domino pœnam reddere, quia ſuo periculo eſt expertus. l. fin. §. ſed cum. C. de furtis.

Commodatarius, qua actione recuperet rem ſibi commodatam à fure, vide glo. ibid.

Si marito rés commodata ab vxore ſubtrahatur; ſi vxor à domino eligatur, conuenitur furti, (marito non exiſtente ſoluendo) ſi eligatur maritus, tenetur ei vxor actione in factum propter res amottas, nec poteſt vxor eligi à domino rei, ſi maritus extiterit ſoluendo, etiam ſi hoc affectauerit maritus. l. fi. §. cum autem. C. de ſeru. corrup.

Commodatarius ſi rem contrectat ad alium vſum inuito domino, tenetur commodati, & condictione furtiua; ſed vna intentata tollitur alia, præterea ſi rem commodatam fregerit, vel deuaſtauerit, tenetur etiam actione legis Aquiliæ. l. 33. §. ſi is, cui rem. ff. de actio. & oblig. facit etiam. l. 75. ff. de furtis.

Commodatarius, an, & quando habeat actionem furti, vide tit. ff. de furtis. Bart. in l. 22. §. fi. C. de furtis.

Commodatarins non habet actionem furti cõtrà dominum, niſi impenſas in re fecerit. l. 15. §. dominus qui. ff. de furtis. & l. 61. ibid.

Qui iumenta ſibi commodata longius duxerit, aliouè modo inuito domino vſus fuerit, furtum facit. l. 41. ff. de furtis. §. furtum, inſtitu. de obliga. quæ ex delict. naſcun. ſecùs ſi credebat hoc facere non inuito domino. l. 78. ibid.

Qui aliquid vtẽdum accepit, ſi ipſe alteri commodauerit, furti tenetur. l. 56. § 1. eod.

Commodatario ſi res commodata fuerit ſurrepta, dominus habet electionem, vtrum velit agere contrà furem actione furti, an contrà commodatarium cõmodati, & vno electo, alius liberatur; ſecùs ſi fuerit ignorans, vel dubitans. §. quæ de fullone, inſtitu. de obliga. quæ ex quaſi delict. naſc.

Commodatarius ad maiorem diligentiam tenetur, quàm creditor. gl. in §. cùm autem. l. fi. C. de ſeru. corrup.

Commodatarius equi nõ tenetur, ſi ille equus eſt ab alio equo percuſſo ſine culpa ſua. l. fin. ff. ad leg. Falc.

Res commodatę, non veniunt in iudicio famil. erciſ. glo. in l. 45. ff. famil. erciſ.

In re propria nõ conſiſtit commodatum: ideò tunc cõmodati agi non poteſt, idem in precario. l. 15. ff. depoſiti.

Si commodo, vt commodes, agitur præſcriptis verbis: quia commodatum non eſt gratuitum. l. 19. §. ſi cum. ff. de præſcrip. verb.

Si trado tibi rem vtendam, vt eãdem reſtituas, dicitur contractus commodati: ſi verò, vt reſtituas tantundem pondere, dicitur contractus innominatus. l. fin. ff. eod.

In quibus differant commodatum, & precariũ, vide gl. in l. 1. ff. de preca.

Commodatarius, obligatur re, & tenetur ad idem reſtituendum. §. iſquoq; l. 1. ff. de actio. & oblig.

Commodatum fit quando ad certum vſum res conceditur, precarium autem datur ſine certi vſus præfinitione. gloſſ. in reg. contractus. de reg. iur.

De precario, vide ſupra libr. 1. tit. de preca.

Qui recipit commodatum obligatur re, & differt à mutuo: quia in commodato non transfertur dominium, nec tenetur de caſu fortuito, niſi culpa ejus præcedat caſum, & hoc ſi gratis conceditur; aliàs ſi cum

mercede eſſet locatio vſus. §. item ſi quis inſtitu. quib. mod. re contrah. oblig & de materia, vide ibid. per glo.

Commodatarius gratia ſui, tenetur etiam de leuiſsima culpa, non de caſu, niſi per culpam eius, caſus acciderit, vel ex pacto, aut ſi eſſet in mora, & commodans ante vſum completum, non reuocat. cap. vni. extra, de commoda.

Actio commodati eſt bonæfidei, & quæ veniāt in ea. vide §. actionum autem, inſtit. de actio. & ibid. glo.

In actione commodati, non admittitur compenſatio. gl. in §. in bonæfidei, inſtitu. eod.

Si inuado rem, quam alij commodaui, vel apud alium depoſui, non teneor, vide tamen Bar. in l. 7. nu. 20. C. vnde vi.

Ad hoc, vt ſit verè commodatum duo neceſſariò requiruntur, nempè, vt res concedatur ad certum vſum, & ad certum tempus tacitum, vel expreſſum, aliàs his deficientibus, non erit commodatum. Docto. in l. 2. ff. ſi cert. pet.

Officio iudicis agit, qui rem ſibi commodatam apud alium reperit. Barto. in l. a 1. ff. de peti. hæred.

Commodatam rem ſi vendidiſti, ago ad rei reſtitutionem; & ſi non poſsis reſtituere, ago ad veram æſtimationem, non ad precium. Bar. in l. 23. ff ſi cert. pet.

Ille, contrà quem agitur actione commodati, poteſt opponere exceptionem proprij dominij. Bar. in l. 15. ff. depoſiti. ſed an commodanti poſsit referri quæſtio dominij, vide gloſ. in l. 8. §. ſed hæc. C. de præſcrip. 30. vel 40. ann.

Impenſa facta in curando equum commodatū non repetitur, ſi fuit modica. l. 8. §. impendia. ff. ſolut. matrim.

Vxor commodans res viri ad quid teneatur, vide Bar. in l. 25. §. ſi vxor. ff. eod.

Depoſiti, vel contrà.

Depoſitarius iuſſu deponentis rem tradens, etiam ſi per latorem perdatur, à cuſtodia liberatur. Afflict. deciſ. 130. nu. 3.

Depoſitarius poteſt reſtituere ei, qui non erat legitimus tutor, & liberatur. Afflic. deciſ. 147.

Furioſo non eſt reddendum depoſitum. Guid. Pap. q. 152.

Depoſitarius etiamſi ſit clericus cogi poteſt per iudicem ſecularem ex officio executiuè implorato, ad reſtitutionem depoſiti. Capel. Thol. q. 168.

Fiduciæ depoſitiuæ ratione, vtilem actionem dari ei, cuius res ab alio, vt reddatur dominō depoſita eſt, reperitur deciſum in libris placito. curiæ. lib. 9. ti. 5. q. 2. in deci. diuerſo.

Recipiens depoſitum qualiter compellatur ad reſtituendum illud, vide Ioan. Pap. lib. 11. tit. 8. Arreſt. 2.

Depoſitarius poteſt cogi, vt reſtituat depoſitum, per iudicem non ſuum. Marant. in ſuo ſpec. par. 4. diſtin. 9. iudicio. nu. 84.

Depoſitarius reſtituens depoſitū iuſſu iudicis, an ſit liberatus, vide Maran. ibid. nu. 148.

Depoſitum reddi debet ad ſolam partis deponentis petitionem, ſequeſtrum non, niſi iudicis mandato, & de alijs differentijs inter ſequeſtrum, & depoſitum, vide per Rebuff. in ſuis comment. ſuper cōſtitutio. reg. Tom. 3. tract. de ſequeſtris. art. 1. glo. 1.

Cui debeat reddi depoſitum, mutata perſonæ conditione deponentis, vide Math. Matheſ. ſing. 5. in additio.

De actione, quæ competit creditori in illum, contrà quem pecunia eſt depoſitata, vide per Bar. in l. 19. C. de vſuris. nu. 13.

Depoſitam rem ſi vendidiſti, ago ad rei reſtitutionem, etſi non poſsis reſtituere, ago ad veram æſtimationem, non ad precium venditionis. Bar. in l. 23. ff ſi cer. pet.

Si duo depoſuerint veſtimenta penes Titium, & Titius ea reſtituit vni eorum altero abſente, vel ea oſtendit aduerſario litis eorum, grauiter punitur. l. 38. §. inſtrumenta duorū. ff. de pœnis.

Non valet denunciatio, ne reddatur depoſitū, & qui talem denunciationem fecerit, tenetur ad intereſſe creditoris. Auth. de depoſ. & denunt.

Actio depoſiti habet tria priuilegia, de quibus, vide ibid. per glo.

Contrà depoſitum, an, & quando poſsit opponi compenſatio, vide Rot. Genuen. deciſ. 34. quod non admittatur ſcribunt Vincent. de Franc. deciſ. 151. Rolan. conſi. 17. volum. 1. & conſi. 4. & 49. volu. 4. vide tamen Math. Matheſil. ſingul. 5. §. in bonæfidei, inſtitut. de actio.

Depoſitarius ſine dilatione, compellendus eſt ad reſtitutionem, nec poteſt obijcere compenſationem, vel dicere ſibi in contrarium factam poteſtationem. Petr. de Rauen. ſingul. 128. an in depoſito confeſsionato admittatur cōpenſatio, vide Natt. conſi. 938.

Hoc verum quando conſtat de depoſito per inſtrumentū; ſecùs ſi per teſtes. ibi. ſing. 128.

Depoſitarij ſuperueniens inopia, non nocet deponenti pro executione obtinenda, vt iterum deponere cogatur. Afflic. deciſ. 172.

Depoſi-

Depoſitarius ſi decesſit, ſiue (vt vulgo dicitur) fallitus ſit, tunc periculo deponentis eſt, maximè ſi creditor ex iuſta cauſa recuſat pecuniam depoſitam. Dec. conſil. 544. nume. fina.

Si quis ſuam ratam à depoſitario recepit, licèt poſteà depoſitarius fiat non ſoluendo, tamē non tenetur communicare cũ cæteris. Bald. ſing. 42.

Periculum caſus fortuiti in depoſito, quando ſpectet ad recipientem, & quando reguletur ſecundum naturam mutui, & ſi ſit factũ gratia vtriuſque, cuius ſit periculum, vide Bart. in l. 4. ff. ſi cert. pet.

Eligens malum depoſitarium eſt in culpa, & eius eſt periculum, ſed eligẽs in depoſitariũ nummularium, quem omnes communiter eligiſſent, excuſatur. Bartol. in l. 39. ff. de ſolutio.

Emptor, & venditor quando inuicem nõ confidunt, fit depoſitum, & tunc cuius ſit periculum, vide Bar. ibid. nu. 3.

Depoſitione pecuniæ facta à debitore animo abdicãdi dominium à ſe, creditor poteſt accipere, & liberat debitorem. Bar. ibi.

Si depoſitum ſit gratia recipiẽtis, ad cũ ſpectat periculum. l. 4. ff. ſi cert. pet.

Conſignatio pecuniæ corám iudice loci valet, licèt ibi non valeat citatio abſentis. Boer. deciſ. 11. nu. 4.

Conſignare quis debet, vt non incidat in pœnam, vel vt conſequatur actionem, & conſignaſſe non videtur, qui pecuniam reaſſumit. Boer. deciſ. 23. nu. 32. & 33.

Depoſitum, vt quis non incidat in pœnam priuationis non eſt neceſſarium, qñ non reperitur perſona, cui erat faciẽda ſolutio. Iac. Put. deciſ. 8. lib. 1.

Soluere volens ad euitandam pœnam ſi non reperit eum, cui ſoluere vult, poteſt iudicis auctoritate deponere. Barto. in l. 73. ff. de procura.

Lite inter duos dominos pẽdẽte de aliqua re, colonus, vel emphyteuta neutri ſoluet, ſed conſignabit Boer. deciſ. 106.

Quando aliquid debetur alicui, contrà quem quis agit, an tunc ſufficiat ſola oblatio, vel requiratur conſignatio, & depoſitio, vide Boer. deci. 124. nu. 22.

Ad hoc, vt liberetur ab vſuris, vide Menoch. de arbitra. lib. 2. caſ. 232. Bartol. ſing. 159. & Bald. ſing. 29. Pet. de Raue. ſing. 772.

Indebitis ex conuentione requiritur cõſignatio, nec ſufficit ſola oblatio. Gaſp. Cabal. Mil. leloq. 330. vt ſequatur liberatio, vide l. 9. C. de ſolu. & libera.

Sola oblatio verbalis ſufficit, vbicũq; debitum liquidum non eſt. Craue. pro genero. conſ. 1. nu. 207. ideò rationem reddere qui tenetur, poteſt depoſitum facere, etiam in vno nummo cum proteſtatione tamen, quòd ſi apparebit in plus teneri ſoluet, & tunc nõ impeditur agere. Beninten. deciſ. 77. idem in quolibet debito non liquido. ibid. & Rot. Genu. deciſ. 103. nu. 14. & deciſ. 177. nu. 11. cautione tamen idonea præſtita de ſupplendo facta liquidatione. Crauet. conſil. 1. pro genero nu. 207.

Per depoſitum inſufficiẽs ſine oblatione ſupplendi, non excuſatur deponens. Rot. Genu. deciſ. 144. num. 14.

Idem in depoſito cũ conditione indebita. Rot. Genu. deciſ. 177. nu. 6. vide Menoch. cõſ. 373. nu. 29. lib. 4.

Etiam per depoſitum conditionale, nõ liberat deponens de debito puro. ead. Rot. d. deciſ. 144. nu. 15.

Depoſitum ad hoc, vt liberet deponentem, & liget obligatum reſtituere, & recipere, debet eſſe integrum, & de bona moneta. Borg. Caual. dec. 16. de contract. par. 2. nu. 40. & de certa ſumma liquida. Ioan. Pap. lib. 11. ti. 8. arreſt. 1. Craue. conſi. 1. pro genero. nu. 13. Menoch. conſi. 372. nu 26. lib. 4.

Niſi pars illud non integrũ depoſitũ acceptaſſet, tũc enim tenet depoſitum ſaluo iure agendi ad reſiduum. Craue. conſi. 106.

Depoſitum ex pecunia improbata eſt illegitimum, & ſi pendente depoſito fuerit reprobata, periculum erit creditoris. Dec. conſil. 668.

Vt depoſitum validum ſit, Primò opus eſt, q pecunia coram teſtibus numeretur: Secũdo debet fieri parte præſente, vel citata: Tertiò in depoſito iudiciali debet fieri de mandato iudicis, & pœnes perſonam eligendam per eum: Quarto depoſitarius debet promittere ſe reſtituturũ depoſitũ parti, contrà quã fit depoſitum. Rot. conſil. 65. volum. 1. nume. 24. vide Bartol. in l. 81. ff. de condi. & demonſtra.

Vt depoſitum validum ſit octo præcedere debent, de quibus vide per Menoch. de arbitra. lib. 2. caſ 232. Guid. Pap. ſingul. 998. & Crauet. conſil. 1. pro genero. nume. 13. & ſeqq.

Item obligatio debet præcedere depoſitum. Menoch conſi. 372. nu. 35.

Quid, ſi fiat poſt lapſum tempus ad ſoluẽdum. vide Menoch. ibi. nu. 36.

Oblatio quando ſit cum conſignatione, & depoſitione, habet duodecim effectus, de quibus, vide per Guid. Pap. q. 570.

Oblatio debiti, & conſignatio, ac depoſitio

tempora,

tempore, & loco congruo, curſum vſurarũ impedit, & à periculo caſus fortuiti liberat debitorem, & pignora diſſoluit, creditori verò parat actionem contrà depoſitarium, & quemlibet detentorem, ſed ſi debitor depoſitum recuperauerit, intereſſe in obligationẽ reincidit. l. 19. C. de vſuris.

Depoſitum quando habeat exequutionem paratã, vide Boer. deciſ. 295. num. 7. & conſi. 25. Borg. Caual. deciſi. 27. par. 2. nu. 91. Rebuff. in ſuis comment. tract. de litte. obliga. ar. 6. glo. 5. nu. 16. Tom. 1. Mathe. Matheſ. ſing. 5. Guid. Pap. ſing. 485.

Inſtrumentum depoſiti habet exequutionẽ paratã, ſed quid in depoſito confeſſionato, vide Rol. conſi. 17. vol. 1.

Quod dicitur depoſitum habere exequutionẽ paratã procedit, quando de illo conſtat per inſtrumentũ, vel aliam publicam ſcripturã. Math. Matheſ. ſing. 5.

Depoſitarius non niſi ſimplex cuſtos eſt, & in eum non transfertur dominium: ideò vtens re depoſita, vel mutuans contrà voluntatem domini, vel præter, tenetur actione furti, & ad intereſſe. Fran. Marc. quæſtio. 443. Joſeph. Ludo. deciſio. Luc. 21. nume. 51. Craue. conſi. 106. num. 7.

Quod procedit quando pecunia deponitur obſignata in ſeculo ſine numeratione; secùs ſi fuerit numerata. Lud. à Pegu. in ſuis quæſt. crimi. cap. 38. vide l. 34. ff. locati. Capel. Thol. quæſt. 168. ſed hoc vltimo caſu, tenebitur ad intereſſe poſt moram. Rot. Genu. deciſ. 34.

Depoſitarius non tenetur reſtituere lucrum, factum ex pecunia depoſita, ſed tantùm legitimas vſuras, ſeu intereſſe. Gaſp. Cabal. Milleloq. 429.

Depoſitarius (penes quem pecunia ad numerum deponitur), non tenetur eandem reſtituere in ſpecie; ſed aliam in eodem genere, & tunc poteſt illa pecunia vti ſolutis vſuris à die moræ, & hoc caſu in ipſum tranſit periculum pecuniæ depoſitæ. Ludo. à Pegue. in ſuis quæſt. crimi. cap. 38.

Contrectans rem depoſitã contrà voluntatem domini, tenetur furti. l. 3. §. ſi rẽ. ff. de acquir. vel amit. poſſ.

Depoſitarius non habet furti actionẽ: quia ſua non intereſt, ſi dolus abſit, & ſi dolum commiſerit, neq; eam habet: quia non debet ex ſuo dolo, actionem conſequi. l. 14. §. is apud quem. ff. de furtis.

Inficiendo depoſitum nemo facit furtum, nec enim furtum eſt ipſa inficiatio, licèt propè furtum ſit ſed, ſi poſſeſſionem eius adipiſcatur interuertendi cauſa, furtum committit. l. 69. ff. de furtis.

Depoſitarius vtens re depoſita non committit furtum, ſi crediderit ſe hoc facere nõ inuito domino. l. 78. ff. eod.

Depoſitarius, qui tantùm tenetur de dolo, non habet furti actionem, niſi ſua intereſſet rem non eſſe furto amiſſam, veluti ſi in re depoſita culpam promiſiſſet, vel mercedem recepiſſet. gloſ. in §. ſed ſi is, inſtitut. de obligat. quæ ex quaſi delict. naſc.

Depoſitarius an poſſit petere ſibi cõſtitui mercedem, vide Marc. q. 443.

Dilatio quinquennalis, non admittitur contrà creditorem ex cauſa depoſiti. Vinc. de Fran. deciſio 151.

Si quis confiteatur habere apud ſe centum in cauſã depoſiti, & non conſtet de reali numeratione, an ex tali confeſſione poſſit fieri condemnatio, vide Boer. conſi. 25.

In depoſito confeſſionato, non admittitur exceptio non numeratæ pecuniæ. Rol. conſil. 17. nume. 9. volum. 1. & conſil. 4. volum. 4. l. in contractibus. §. ſed quoniam. C. de non numer. pecu.

Confeſſio depoſiti recepti facta parte abſente, præiudicat confitenti, vt ab eo depoſitũ exigi poſſit. Fran. Cremẽ. ſing. 105. Pet. de Rane. ſing. 885.

Vtile depoſitum non habetur, neq; prodeſſe ſolet, vbicũq; ſoluere quiſpiã tenetũ; aliud enim eſt ſoluere, aliud deponere. Craue. conſ. 1. pro genero nu. 13.

Iuramentum in litem defertur contrà depoſitariũ ſi ciſta vel valiſia diſsigilata fuit, & quare depoſitarius tàm ſeuerè puniatur, ſi fidem fallat, vide Menoch. de arbitra. lib. 2. caſ. 208.

Si depoſui apud te ſaculum ſignatum, & non reſtituis, vel reſtituis apertum, tũc ſtatur iuramento deponentis ſuper rebus, quę ibi dicebantur eſſe. Abb. conſi. 110. lib. 2. facit. l. 10. C. de rebus creditis.

Maritus, & vxor ſi faciant depoſitum, intelliguntur feciſſe pro virili. Natt. conſil. 30. Tom. 1.

Depoſita res præſumitur abeſſe dolo depoſitarij: ideò ad ipſum pertinet onus probandi, quòd caſu fortuito perierit. Natt. conſil. 131. Tom. 1.

Depoſiti cuſtodiam non videtur ſuſcepiſſe, qui præſens, & tacens illud in domo ſua fieri paſſus eſt, niſi ſit amicitia inter eos, vel coniunctio ſanguinis. Natt ibi nu. 3.

Depoſitum non poteſt ſequeſtrari. Rol. conſ. 4. nu. 5. vol. 4.

Inſtrumẽtũ depoſiti dicitur probatio probata, & veritas apparens, atq; inducẽs euidẽtiſsimã probationem, & non poteſt allegari ſimulatũ, maximè ſi eſſet iuratum. Rol. conſi. 47. vol. 4.

In actione depoſiti contraria, (quæ datur depoſitario contrà dominum) venit leuiſſima culpa. Bar. ſing 47.

Creditori contrà depoſitarium, datur actio, contrà verò creditorem non, niſi debitor id receperit. Bart. ſing. 159. vide Bald. ſing. 29. Pet. de Raue. ſing. 772.

Licèt quis ſuum alterius nomine deponat, donare tamen non videtur. Bar. ſing. 175. Pet. de Raue. ſing. 131.

Depoſitio pecuniæ exigit citationem, qua neglecta firmitatem non obtinet. Craue. conſil. 1. pro genero. nume. 14. vide tamen. ibi. num. 259.

Depoſitum non eſſet, niſi gratis fieret. Iaſ. de actio. in §. ſequens. nu. 30.

Actio depoſiti facti metu tumultus, incendij, ruinæ, aut naufragij, quæ ab initio datur in ſimplum, ex negatione datur in duplum. §. ſequens. inſtitut. de actio. vide Ioan. Criſp. in ſuo tracta. termino: actio. poſt volumen. Iaſ. de actio. nu. 30. & de actione depoſiti, vide ibi. nu. 152.

Rei depoſitæ poſſeſſionem, & proprietatẽ retinemus: fallit in pecunia, quá aliquis apud alium depoſuiſſet numerãdo. Marc. de Mant. ſing 333.

Debitor ſi creditori pecuniam obtulerit loco, & tempore congruis, qui acceptare nolit, & debitor hac cauſa deponat, non poterit amplius eam repetere, etiam antequam creditor acceptet. Marc. de Mant. ſing. 405. vide Bar. in l. 19. C. de vſuris.

Deponens mandato tertij, aut aliás, ne in mora conſtituatur, pecuniam apud eum, qui ab omnibus opinionis integræ reputabatur, ſi per eius fugam deperdatur, liberatur. Marc. de Mant. ſing. 651.

Tantum valet conſignatio, & depoſitio, quantum ipſa ſolutio. Bartol. in l. 1. C. qui potiores.

Ex depoſito facto apud clericum Eccleſiæ, nõ tenetur Eccleſia, niſi in vtilitatẽ Eccleſiæ ſit verſum. c. 1. ex. de depoſito.

Depoſitarius de ſolo dolo tenetur, & etiam de culpa ſi obtulerit ſe depoſito, vel aliquid receperit pro cuſtodia; ſed de caſu non tenetur, niſi ex pacto, vel ſi culpa, aut mora præceſſerit caſum, & depoſitum poteſt reuocari quandocunq; voluerit deponens. c. fin. ibi.

Ad quid teneatur depoſitarius, vide glo. ibid.

Debitum ex cauſa depoſiti poteſt in cauſá mutui conuerti ſola contrahentium voluntate. Bar. in l. depoſui, & in l. certi condictio. ff. ſi cer. pet. l. 9. ibi.

Depoſitarius quando poſſit referre quæſtionem dominij, vide Bartol. in l. 15. ff. commod. & l. 8. & ibi. gloſ. C. de præſcript. 30. vel 40. annorum.

Depoſitarius, qui dolo deſijt poſſidere, ſi conueniatur, quãdo ſibi actio cedatur, vide Bar. in l. ff. de re iudic.

Debitoris res depoſitata pœnes aliquem, in cauſam pignoris capitur modò, ille, qui eam detinet confiteatur eſſe debitoris. Bart. in l. à Diuo Pio. §. fin. ff. de re iudica.

Depoſitario non poteſt interdici, vt depoſitum non reſtituat, & l. fina. C. depoſiti hodie corrigitur, vide Bartol. in Authen. de depoſit.

Depoſitum poteſt probari, non ſolùm per inſtrumenta, verùm etiam per teſtes, & per omnem aliam ſpeciem probationis. l. 1. C. de eden.

Etiam in contractu depoſiti reus nõ tenetur edere actori librum rationum, ad fundandã ipſius actionem. d. l. 1.

Damnatus in actione depoſiti efficitur infamis. l. 1. & 6. §. illud. ff. de his, qui nota. infa. §. ex quibuſdam, inſtitut. de pœna temere litigant.

Ex depoſito facto pœnes inſtitorẽ, tenetur dominus. l. 3. C. quod cum eo.

Si pecunia per poſſeſſorem hæreditatis depoſita perditur, poſſeſſor cedendo actionem liberatur. l. 20. ff. de pet. hæred.

Res depoſita apud defunctum, non diuiditur inter hæredes. l. 45. & ibid. gloſ. ff. famil. erciſc.

Vbi non eſt peculium non poteſt actio de peculio intentari, ſed eſt ad alias actiones cõgruas recurendum, vt ſi depoſui apud filiũ, vel ſeruum: quia illud, quod depoſui non eſt in peculio, ſed remanet deponentis, agitur actione depoſiti. l. 39. ff. de peculio.

Pactum, quòd depoſitum reſtituatur alteri, quàm deponenti, non inducit donationem, in perſonam illius. l. 32. §. eiuſmodi. ff. de donatio.

Depoſitarius re obligatur, & quia non ſui gratia depoſitum fit, tantùm tenetur de dolo, & lata culpa, ideſt magna negligentia. l. 1. §. is quoque. ff de actio. & obliga.

Commodare nihil aliud eſt, quàm deponere. l. 186. ff. de verbo. & rer. ſignifi.

Depoſitarius tantùm dolum præſtat. l. contractus. ff. de reg. iur. §. præterea, & ibi. glo. inſtit. quib. mod. re contrah. oblig.

Depoſitum ſuæ rei non conſiſtit. l. 46. ff. eod.

Actio depoſiti eſt bonæ fidei. §. actionum autẽ inſtit. de actio. & ibi. glo.

Pro ſocio,& de ſocietatibus.

SOcietas regulariter morte alicuius ex ſocijs ſoluitur, & ad hæredes non tranſit,licèt conuétũ ſit.Ozaſ.deciſi.Pede.76. nu. 4.& deciſ.150.vide Fran.Marc.queſt. 626. Tho.Minad.deciſi.30.nu.5. & 7.Rot. Genu. deciſio. 71. Abb. conſil. 86. lib. 2.

Fallit in ſocietate vectigalium , quæ ad hæredes tranſire poteſt. Ozaſ. d. deciſio. 76. num. fina.

Item mandatum teſtatoris,quo præcipit ſocietatem poſt mortem durare, parit actionem aduerſus hæredes mandantis. Ozaſ. deciſio. 150.& de ſocietate cum maiore incoata, an, quando , & quomodo ad hæredes tranſeat, vide Mago. deciſ. 1.Rot.Floren.

Societas,quæ morte finitur, quando in hæredẽ ſocij tranſire poſſit,vide Perilluſt.D.P.Teſſa. deciſ.241.

Lucrum, & damnum ex re effecta cõmuni per ſocietatem , etiam ſi poſt mortem ſocij proueniat,dicitur eſſe cum hæredibus ſocij cõmune.Ozaſ.d.deciſio.76.nume.4.nam etiam ſocietate finita, lucrum præparatorum debetur ſocio,& eius hæredibus.Vinc.de Fran. deciſ.249.nu.fina.

In contractu ſocietatis perſonæ induſtria electa eſſe videtur,& morte vnius ex ſocijs, diſſoluitur ſocietas.ibi.Ozaſ.nu.8. & 10. Mago. deciſ. Rot.Flore.106.

Pupillus cum auctoritate tutoris ſocietas contrahere poteſt;alias ſecùs.Ozaſ deciſ.150.

Societas licèt finiatur morte ,commoda tamẽ, & emolumenta cum hærede diuidi poſſunt. Perilluſt D.P.Teſſa..d.deciſ.242.nu.fin.

Societas vtrum contrahatur, ſi vnus ponit operam,alius pecuniam,& conueniatur,quòd diſcedens à conuentione ſoluat mille,nõ facta mentione communicationis lucri, & capitalis , vide Capic. deciſi. 174.

In eo caſu hæres nõ cogitur perſeuerare in ſocietate poſt mortem alterius ex ſocijs, tamẽ tenebitur ad pœnam illorum mille, vide ibi. & quid ſit ſocietas.

Pactum valet, ꝙ ſocietas intra certum tempus non diuidatur.ibi.nu.7.

Diſpoſitio.l.adeò,& l.actionem.§.morte.ff.pro ſocio,non habet locum,ſi ſocietas fuerit ordinata à patre inter plures filios , ideò eo in caſu vno moriente , cœteri tenentur proſequi patris ordinationem , & remanet ſocietas.Tho.Minad.deciſ.30.

De ſocio,qui idem ſit tutor pupilli:ſi de mãdato conſocij præmortui ſocietatem cũ pupillo cõtinuet,an ad compendium , vel potius ad rationẽ vſurarũ, teneatur rationẽ reddere,maximè poſt diſdictam ſocietatem , vide Mago.deciſ.1 Rot.Floren.

Mortuo vno ex fratribus ſocijs relicto filio pupillo,in eo non cenſetur cõtinuata ſocietas. Menoch.conſi.12.vol.1.vide conſi.221.lib.3. eiuſdem.

Societas finitur morte vnius ex ſocijs;ſed quãdo renouata cenſeatur ex cõſenſu aliorum , vel hæredum defuncti,vide Dec.conſi.213.

Societas licèt in hæredes non tranſeat, poteſt tamen in hæredes continuari ,interueniente diſpoſitione teſtatoris, & renouari inter pupillos cum eorum tutore, qui erat ſocius teſtatoris defuncti , qui tutor poteſt , & pecunias mutuo accipere pro conſeruatione dictæ ſocietatis,& petere intereſſe lucri ceſſantis.Dec.conſi.441.

Poſſunt pupilli poſt finitam ætatem pupillarẽ ſocietatem ratificare,quando patruus negotiatus fuit de bonis communibus. Crauet. conſil.286.

Hæredes ſociorum omnium , ſi ſocietatem inierint nouo conſenſu , ex poſteà geſtis obligantur tanquàm ſocij.Abb.conſi.87. lib. 2.

Societas præſumit durare mortuo vno ex coniugibus ſocijs.Gomie. Leo.deciſio.5.nu.10.in deciſio diuerſo.

Mortuo patre, ſi filius cum ſocio ipſius patris , iiſdem inſtitoribus vtatur , quibus pater in vita vſus fuerat , intelligitur ſocietas cũ filio renouata.ibi.num.11.

Mortuo vno ex fratribus , ſocietas durat cum filijs,quando exercetur eadem mercantia,& negotiatio.Gom.ibi.nu.10.& 11.

Socius,ſeu eius hæres,an teneatur ad debita ſocietatis inſolidum,vel pro parte, vide Ozaſ. deciſio.150.nu.6.& nu.8.

Mercimonium , vbi plures exercent miniſterio vnius,tunc quilibet inſolidũ tenetur,& obligatur.Ozaſ.d.deciſ.150 num.7.

Sed ad hoc, vt ſocij inſolidum obligentur erga contrahentem cum inſtitore, & præpoſito ſocietati,quæ requirantur, vide Ozaſ. ibi. nume. fina. Rot. Genu. deciſio. 13. nume. 29.& 30.

Geſta extra ſocietatẽ non obligant conſocios. Rot.Genu.deciſ.12.nu.fin.

Si quis habens facultatem adminiſtrãdi ſocietatem, nominet in litteris aliquem (adiecto pronomine, noſtrum) vocando eum vti ſocium,tenetur ex facto illius. Rot. Genu.deciſio.7.

Quando quilibet ſociorum habet facultatem , nomen ſocietatis expendendi , tunc qui habet

bet vnum ex illis obligatum habet, & alterũ, vnà cum ſocietate. Rot. Genu deciſ. 7. nu. 8. vide ibi. deciſ. 166.

Contrà ſocios acquiſitionis vectigalium agi poteſt, ſicut contrà acquirentes. ibid. nume. 25.

Socius, non eſt inſtitor præſumptus, & non cẽſetur habere mandatum ab alio ſocio, niſi quo ad venalia. Rot. Gen. dec. 14. nu. 67. vide num. 122. & 125.

Socius an de tota re diſponere poſsit, & quando. ibi. nu. 69. quando verò non obliget creditoribus, vide ibi. nu 87. & 94. & an, qui minimè ſunt nominati, obligentur de geſtis nomine ſocietatis, vide ibi. d. deciſio. 14. num. 100.

Geſta per ſocium, quando ſocium obligẽt, vide Rot. Genu deciſ. 7.

Plures ſocij obligari ſimul, pro virili ſolummodo tenentur; ſecùs vbi vnus ſeparatim ab alio ſe obligat, expendens nomen ſocietatis: tunc enim omnes ſocij in ſolidum tenẽtur, ratio eſt, ne in plures diſtinguatur, quod cum vno actũ eſt. ead. Rot. deciſ. 15. & deciſ. 162 idem indebito contracto ab alio conſtituto à pluribus. ibid. deciſ. 9.

Frater ex facto fratris non obligatur, etiã quòd ſint ſocij dummodo non appareat verſum in ſocietatem, vel ſociali nomine fuiſſet factum, vel geſtum debitum. Rot. Genuen. deciſio. 26. nu. 29.

Perſeuerans in negotijs ſocietatis ſub ſuo nomine, remanet obligatus, ac ſi nomen ſuum expenderetur, licèt de ſuo conſenſu nomen muretur. Rot. Genu. deciſ. 31.

Expendentes nomen inſimul tenentur inſolidum erga creditores, & ſocius nomen ſuum expendi patiens, & non contradicens, ſibi præiudicat. Rot. Genuen. deciſio. 97. & deciſio. 185.

Duo, qui negotiantur, vt duo rei inſolidũ conueniri poſſunt. ibid. d. deciſ. 97. nu. 7.

Socius tenetur ſocio pro rata; ſed alijs inſolidum, ibid. nu. 8.

Socij tenẽtur inſolidum de collatis in burſam communem. Rot. Genu. deciſ. 161.

Si plures ſocij habent facultatem adminiſtrandi, quilibet eorum tenetur inſolidum de adminiſtratis per vnum ipſorum, & facienda eſt diuiſio nomioum debiζorum æqualiter. Rot. Genu. deciſ. 176.

Socius ſolus adminiſtrans, eſt ſolus conueniendus. ibid.

Socius ſocios obligare non poteſt, niſi factum per eum in communem vtilitatem verſum fuerit Hieron. de Mont. in ſuis quæſtio. q. 29. num. 5. vide Menoch. conſi. 375. libr. 4. ideò ſocius in præiudicialibus ex facto alterius ſocij, non obligatur. ibid. num. 6. contrarium tamen ſcribit Ioan. Pap. lib. 10. tit. 1. Arreſt. 5.

Vnus ſociorum poteſt conueoire, & conueniri pro omnibus inſolidum, ſi alij conſocij tollerant, & non contradicant, vel eſſent abſentes, aut ex conuentione. Boer. conſi. 45.

Socius non cenſetur habere mandatum, à ſocio, niſi in his, quæ ſocietatem reſpiciunt. Craue. conſi. 129. ideò ſocius non tenetur ex obligatione ſocij, quæ non cedit ad vtilitatem ſocietatis. Crauet. ibi. nu. fin. vide tamen conſi. 159 nu 8. eiuſdem.

Poteſt vnus ſociorum inſolidum diſponere de re communi. Crauet. conſi. 319. nu. 10.

Socij plures, vbi cõmittunt negotiationis adminiſtrationem vni eorum, tunc quilibet ſociorum ex facto, & contractu illius, tenetur inſolidum, ſi cõtraxit nomine ſocietatis, ſeu ſociorum, & creditores ſciant eum eſſe talẽ, & habeant animum obligãdi omnes ſocios, aliàs ſecus, vide Nat. conſi 567.

Sociorum vnus, qñ ſolus cauſam defendit, inſolidum debet condemnari. Craue. conſi. 8.

Socius tenetur ꝓ ſocio in his, q̃ contracta ſunt ex cauſa ſocietatis. idẽ Craue. cõſi. 149. nu. 8.

Magiſtri ſocietatum pactum prodeſſe, & obeſſe conſtat. l. 15. ff. de pact.

Socij communem ſeruum habentes, poſſunt conueniri inſolidum de peculio, & ſi vnus eorum aliquid præſtiterit, ab alio repetit. gl. in l. 131. ff. de reg. iur.

Societati coitæ ad tempus, poteſt ante tempus renunciari, ex eo, quod promiſſa non ſeruantur à parte. Capic. deciſ. 174. nu. fin.

Societas ſoluitur, quando ſeparatim ſocij agere cœperunt, & ſibi quiſque negotiari. Boer. deciſ. 58. nu. 4.

Societas alicuius negotiationis, an duret quouſque negotio ſit impoſitus finis, vide Rot. Genu. deciſ. 27. nu. 9.

Societatis finitæ ſigna, quæſiuit, vide Mago. deciſ. 1. nu. 5. & 45. Rot. Floren.

Societas finitur egeſtate alterius ſocij decocti, nec requiritur, quòd ceſſerit bonis. Vincent. de Franc. deciſ. 249 par. 2. Borg. deciſ. 11. nu. 3. par. . de contract.

Socius finita ſocietate ſolidum non exigit. Mago. deciſ. 106. Rot. Floren.

Hypotheca conſtituta per vnum ex ſocijs in re communi, non extinguitur diuiſione i nam res tota remanet obligata pro indiuiſo. Aegid. Magiſt. tract. ſubhaſta. cap. 43. in deciſio. diuerſo.

Si vnus ex ſocijs renunciet ſocietati malitiosè, alijs non præiudicat. Gomez. Leo. deciſ. 2. nu. fin. in deciſio diuerſo.

Si duo ſocij faciant pactum, vt non liceat diuidere ſocietatem pro toto tempore vitæ eorum, an valeat tale pactum, vide Iaſon. de actio. in §. quædam. nu. 41.

Socium à ſocietate ante tempus recedere poſſe ob nimiam ſæuitiam ſocij ſcribit Menoch. de arbitra. lib. 2. caſ. 156.

Societas diſſoluitur tacito conſenſu, vt ſi ſocij cœperint ſeparatim negotiari. Natt. conſil. 100. nu 4.

Finito tempore conuento ſocietatis, ſocietas finita cenſetur ipſo iure, & facto. Menoch. conſi. 121. vol. 2.

Finito dicto tempore ſocietatis, quando, & ex quibus actibus cenſeatur renouata ſocietas, & quando non, vide ibid.

Teſtatoris præceptum, quòd in vita alicuius diuiſio ſocietatis non fiat, an valeat, vide Dec. conſi. 442.

Societati quãdoque quis poteſt renunciare altero ſocio inuito, vide Bar. in l. 5. C. de actio. & obliga. antiq. lect.

Societas re integra altero ex ſocijs pœnitente, diſſoluitur. c. 2. extra de ſponſa. & matrimo. vide Bar. in l. 5. ff. de condict. cauſ. dar. nu. 9.

Pupillus habẽs ſocium rixoſum poteſt prouocare ad diuiſionẽ, cum auctoritate iudicis, & maiore ſocio prouocante, minores poſſunt diuidere inter ſe. Bart. in l. 20. ff. de aucto. & conſen. tuto.

Si vnus ex ſocijs intrauit monaſterium ad ſeruiendum per annum, ſocietas diſſoluta non eſt, & lucra per alium communicantur. Bart. conſi. 35. vol. 2.

Qui fuere ſocij, & poſteà per decennium in diuiſione ſteterunt, licèt non probetur aliter ſocietatis diuiſio, ex diuturnitate tamen tẽporis, præſumitur. Fely. conſi. 2. & 3.

Actio pro ſocio, quando incipiat competere, vide gl. in l. 1. §. ad hæc. ff. de annali exceptio.

Diuiſio erronea inter ſocios ſuper ſocietate non valet, licèt æqualitas præſumatur ſeruata in ſocietate. Afflic. decis. 58.

Ipſa æqualitas non ſolùm conſideranda eſt reſpectu numeri rei, puta pecudum, verùm etiã reſpectu bonitatis, vel deteriorationis ipſius rei poſitæ in ſocietate. Afflic. d. deciſ. 58.

An ſocius videns ſocium ponere res malas in ſocietate, proteſtari debeat, ne videatur tacitè conſentire, vide ibid.

Societas ſummam rationem in ſe cõtinere debet: ideò iudicis arbitrium verſatur ſuper inæqualitate rerum ſocietatis, & æſtimatione. Afflic. d. deciſ. 58. nu. 5.

Exercitium perſonale venit in ſocietate conſiderandum. ibid. nu. 8.

Confeſſio receptæ ſolutionis per vnũ ex reis ſocijs credendi, quando præiudicet alteri ſocio, vide Afflic. deciſio. 94. Rot. Genuen. deciſio. 1.

Solutio põt fieri alteri ex conſocijs, & ſoluens liberatur, etiam quòd ille haberet minorem partem. Ioſeph. Ludo deciſ. Luc. 25. Paul. Aemil. deciſ. 384 par. 2. & deciſ. 168. part. 3. vide Hiero. de Monte, in ſuis quæſtionib. q. 24. & Mago. deciſ. Luc. 5.

Vnus ex ſocijs poteſt litem conteſtando totum debitũ præoccupare. Aemil. deciſ. 168. nu. 4. lib. 3.

Si ſunt plures mercatores ſocij vnius mercis, vel plurium, quilibet eorum poterit agere inſolidum contra debitores eiuſdem mercis. Rebuff. in ſuis comment. ſuper conſtitu. reg. Tom. 2. tract. de mercato. arti. vlti. glo. 1. nume. 25.

Socius pro ſocijs abſentib. ſine mandato agere poteſt, cum ſint conſortes eiuſdem litis. gl. in verbo ſocijs. c. 9. ext. de conſtitut.

Vnus ex pluribus ſocijs vnius mercantiæ, non poteſt agere inſolidum pro rebus ſocietatis ſine mandato. Bar. in l. cum te. C. ſi cert. pet.

Quando eſt diſcordia inter ſocios circa locationem rei communis, quid iuris, quõ, & quando iure poſſit ſocius de re communi diſponere, vide Menoch. de arbi. caſ. 442.

Socij omnium bonorum non tenentur communicare illicitè quæſita, tamen ſi communicauerint, lucrum inde quęſitum erit commune. Capic. deciſ. 180. nu. 18.

Societas omnium bonorum, & rei particularis, quando intelligatur inita, & quæ requirantur ad hoc, vt cenſeatur contracta inter fratres ſimul habitantes, vel nepotes, vide per Borg. Caual. deciſ. 10. & 11. de contract. part. 2. Caſſan. in conſuetu. Burg. titul *des ſucceſſions*, Rub. 7. §. 5. glo. 5. num. 24. Natt. conſi. 91. Tom. 1. Barto in l. 4. C. commu. vtriuſque iudi. nu. 9. Bald. in ſuo tract. de duobus fratribus, inter tract. Bar.

Quæ requirantur ad hoc, vt dicatur contracta ſocietas omnium bonorum tacitè, & quæ poſſint adduci contra eum, qui dicit eam contractam, vide Cranet. conſil. 26. 12. & 150. Menoch. conſi. 222. lib. 3. Dec. conſi. 2 1 66. & 68.

Socij omnium bonorum tenentur communicare omnia vndecunq; prouenientia, & ſic bona aduentitia, lucra, hæreditates, legata, & fructus dotis, ac lucrum ex ſtatuto, & etiã damna, atque incommoda ipſorum, & eorũ filiorum, nulla habita conſideratione maioritatis familiæ, & expenſarum; ſecùs in ſocietate particulari, & ſingulari, ac limitata. idem Borg. d. deciſ. 11.

Lucrum

Lucrum dotis venit in communione fratrum, & ſociorum omnium bonorum. ibid. nu. 25. idem in prælegatis, & alijs lucris ibid.

Et generaliter debita, & credita facta inter ſocios, & eorum filios omnium bonorum, debent communicari, & ire in communione etiam, quòd ſint facta extra cauſam ſocietatis, dummodo non ſint exceſsiua. ibid. num. 28. & ſeq.

In ſocietate vniuerſali, an veniant bona obuenta ex titulo hæreditario, vide Crauet. conſi. 26. nu. 8. quòd veniant quæſita ex ſubſtitutione ſcribit Dec. conſi. 395.

Ex communi habitatione fratrum, non præſumitur ſocietas omnium bonorum: ideò ſi vnus fratrum emat prædia nomine proprio, non tenetur illa communicare alijs fratribus. Dec. conſi 651. Craue. conſi. 131. nu. 12. vide tamen ibid.

Quid ſi patruus tutor nepotum exiſtentium in communione cum eo, emerit, vide Crauet. conſi. 286.

Socius tenetur communicare ſocio bona acquiſita, quando ſocietas eſt vniuerſalis, quæ non impeditur ex eo, quòd vnus ſocius negotiatur, alter non, vide Craue. conſi. 158.

Expenſæ factæ ex cauſa ſocietatis, ipſi ſocietati imputantur, quando eſt ſocietas vniuerſalis. Crauet. conſi. 159. nu. 7.

Filia vnius ex ſocijs, dotari non debet de bonis communibus, niſi ſocietas ſit vniuerſalis, & omnium bonorum. Crauet. ibid. nu. 9. Rol. conſi 91. volum. 1. Natt. conſil. 91. Tom. 1. & conſi. 264.

In ſocietate vniuerſali omnium bonorum, omnes expenſæ ſunt imputandæ ſocietati, niſi veniant ex delicto, vel culpa ſocij. Natt. d. conſi. 91. nu. 3. & conſi. 160.

Licèt frater acquirens feudum pro ſe, & fratre, confiteatur in acquiſitione dicti feudi, nihil cum eo habere indiuiſum, tamen ex hac côfeſsione, non probatur ſocietas omnium bonorum. Natt. conſi. 94 Tom. 1.

Societas expreſſa omnium bonorum dici non poteſt contracta, quando aliqua reſeruatio bonorũ facta fuit in ſocietate. Nat. conſ. 100.

Societate omnium bonorũ inita, ſoluere teneri ſocium pro ſua portione contingente æs alienum ab altero ſocio contractum ſcribit Menoch. conſilio 375. libr. 4. etiam ſi non conſtet in vtilitatem ſocietatis conuerſum; ſecùs erit in ſocietate particulari: ſed in ea particulari, ex quibus coniecturis probetur conuerſum in vtilitatem ſocietatis ad hoc, vt alter ſocius teneatur pro portione ſua, vide Menoch. conſi. 375. lib. 4.

Socius omnium bonorum non condemnatur vltra quàm facere poſsit. l. 16. ff. de re iudic. nam ſocius conuentus iudicio ſocietatis, habet beneficium, vt non conueniatur, niſi inquantum facere poteſt. Iaſ. de actio. §. ſunt præterea, verſi. ſed & ſi, nu 6. fallit ſi ex dolo conueniatur. Natt. conſi. 361. nu. 12.

Si ſocius omnium bonorum calidè renunciauerit ſocietati, nempè propter lucrum aliquod, quod ſibi ſoli cupiebat habere, factum ſuum ſibi nocet, quia ſi alter ſocius, cui renunciatum eſt, aliquid quæſierit, renuncianti non communicabit, renuncians autem lucrum, propter quod renunciauerit, communicare tenetur. gl. in l. 98. de reg. iur.

Emens bona de pecunijs ſocietatis omnium bonorum publicè, vel ſcientibus alijs conſocijs, & tacentibus, nomine proprio, non tenetur bona communicare, ſed ſolùm precium. Borg. Caual. deciſ. 11. de contract. nu. 12. 33. & 40. idem in ſocietate particulari. ibid. nu. 41.

Societas inter fratres nôn videtur contracta in relictis bonis, quo mortuo patre retinuerũt hæreditatem ipſius in communi, & eam pro indiuiſo poſsiderunt ſimul cohabitantes. Natt. conſil. 264. & tanto magis hoc procedit, quàdo vnus ex fratribus negotiatur, alij non: quia tunc nullo modo videtur côtracta ſocietas. Natt. ibi.

Fratres ſimul cohabitantes, & lucra eorũ hinc inde inter ſe, & in communi conferentes, videntur inter eos côtraxiſſe ſocietatẽ. Pet. Gerar. ſing. 99. vide Bar. in l. 3. nu. 6. ff. de concubinis & in l. 48. §. altero. ff. de adminiſtr. & peri. tuto. & cura. Bald. in ſuo tract. de duob. fratrib. inter tract. Bar.

Societas inter fratres tacitè contrahitur ex ſolo vſu, in eo, in quo tãtùm apparet vſus inter eos. Bar. in l. 1. §. ſi quis interdicto. ff. de itin. actuq; priuato.

Socius non capax, capit per ſocium capacem, & traditur conſilium relinquendi filio ſpurio nempè, vt pater contrahat ſocietatem, & inde inſtituat ſocium hæredem. Bar. in l. 30. ff. de libera. legat.

Damna ſocio occurrentia culpa aliorum ſociorum, damno eorum cedunt, qui culpam habent. Gramma. deciſ. 71. nu. 10.

Mutuans pecuniam ad mercandum ad mediũ lucrum, & damnum, non dicitur facere contractum vſurarium, ſed ſocietatis. Guid. Pap. q. 186. vide Franc. Marc. q. 887.

Mercator in dubio de pecunia ſibi commiſſa præſumitur lucratus, niſi intra annum proteſtetur de contrario, & poteſt tradi pecunia ad honeſtum lucrum. Marc. q. 886. num. 3. 4. vide q. 887.

Rationem reddi an petere poſſint illi, qui dāt pecuniam mercatoribus ad dimidiam partem damni, & lucri, vide Iaſ. de actio. in §. ſequens. nu. 41.

Mercatores accipientes pecuniam ad partem lucri, & damni, ſi dicant ſuſtinuiſſe damnum furti, rapinæ, vel incendij, de his fidem facere tenentur. Ibid num. 44 intra annum, alias poſteà non audiuntur. Anto. Corſet. in ſuis ſingularib. littera M. ſing. mercator.

Rationem adminiſtrationis pecuniæ datæ ad traficandum, reddi debet ſolùm in fine anni Ludo. Ro. n. ſing. 121. Bart. in l. 4. C. de ſuſceptoribus. lib. 10.

Si dedero mercatori pecuniam ad lucrum, & damnum, ſi patiatur damnum per caſum fortuitum, debet ſocius illud mihi intra annum nunciare, alioqui poſt annum non audietur. Rebuff. in ſuis comment. Tom 2. tractat. de mercat. art. ult. gl. 2. nu. 19. vide Capel. Tholoſ. quæſt. 448.

Societas non dicitur, ſed mutuum, ſi quis det negotiatori pecuniam ad merces emendas, ita vt lucra percipiat, periculum capitalis nō ſentiat, & eſt hoc pactum illicitum, & vſurarium. Natt. conſi. 403. & 404. ratio, quia in tali mutuo transfertur dominium pecuniæ in recipientem, quod eſt contrà naturam ſocietatis: nam ſocietatem contrahendo nemo rei ſuæ deſinit eſſe dominus. Natt. d. conſilio. 403.

Societas et tacitè contrahitur Rot. Gen deciſ. 91. & præſumitur durare, donec per ſocios fuerit renunciata, vel morte diſſoluta, & eſt præſumptio, quòd perſeuerauerint in ſocietate tacendo, & faciendo actus ad ſocietate pertinentes. ibid. nu. 10.

Diuerſos modos cōtrahendi ſocietatem, vide ibid. deciſ. 39. & quæ requirantur ad faciendum aliquem ſocium. ibid.

Effectus ſocietatis, durat etiam extincta ſocietate, donec pertinētia ad ea ſint exacta. ead. Rot. deciſ. 71. nu. 7.

Societas ſemel contracta, præſumitur inde durare, & manere. ibid. deciſ. 97. nu. 12.

Socij cenſentur habere partes in ſocietate pro virili. Ioſeph. Lud. deciſ. 31. Luc.

Si ſocius quiſpiam nomine proprio nuncupetur, & dicatur Titius, & ſocij, nō magis quæritur Titio, quàm alijs ſocijs, quorum vnuſquiſque habet actionem actiuam, & paſſiuā, quod procedit, quando contractus fit nomine ſocietatis. Ioſeph. Lud. d. deciſ. 31.

Qui agit pro ſe, & ſocijs, & declarat, declarati cenſentur principales actores. Rot. Genuen. deciſ. 13. nu. 24. & nu. 130.

Participes nō veniunt, niſi pro ſumma, per eos poſita in ſocietate. ead. Rot. deciſ. 14. nu. 111. & nu. 153.

Particeps an ſit ſocius, vide ibid. deciſ. 30.

Socius ſe exercens, debet habere ſuum ſalariū. Rot. Genu. deciſ. 16. nu. 15.

Societas inita ad tempus, non durat vltra præfixum diem, licèt negotia non ſint perfecta. Rot. Genu. deciſ. 27. & ſocij mei ſocius, non eſt meus ſocius. ibid.

Particeps, commendans, committens, deponens, & mutuans, habet actionem aduerſus ſocium, etiam ſi ſocietatem non adminiſtrauerit. Rot Genu. deciſ. 29.

Societas renouata (alio nō apparente) intelligitur, pactis, quibus à principio fuerat ordinata. Rot. Genu. deciſ. 59.

Socius, & particeps ijdem ſunt: cùm participare in alia ſocietate tam de lucro, quàm de damno proportionabiliter, nihil aliud ſit; quàm ſocium eſſe. Rot. Genuenſ. deciſio. 46.

Societate diſdicta, etiam in quindecim diebus diſdictæ, dicitur durare. Iacob. Put. deciſ. 68. libr. 3.

Societas cōtrahi poteſt ſuper officio emendo. Put. deciſ. 67 lib. 3.

An, & quando ſocietatis pactum cōtinens inæqualitatem, valeat, & an extenſio fiat in tali pacto de caſu, ad caſum, vide Craue. conſi. 173. & conſi. 245. nu 5.

Fœmina poteſt contrahere ſocietatem cum maſculo, & vxor cum marito. Borg. deciſ. 11. part. 2. nu. 6. ſed quando hæc procedant de viro, & vxore, vide Hieron. Mago. deciſ. 65. Rot. Flor. Pet. Gerar. ſing 99.

Socij, ſi poſt diuiſionem retineant bona communia, inducitur inter eos tacita recommunicatio. Crauet. conſi. 73. num. 13. vide Boer. deciſ. 58. nu. 5.

Promiſſio de aſſociando aliquem in officio intelligitur, quando promittens teneret officium nomine ſuo proprio: fallit quando hoc feciſſet in fraudem ſocij; quia tunc teneret ad intereſſe, & fraus poterit probari per coniecturas, de quibus, vide per Crauet. conſi. 100.

Societas quid ſit, quotupliciter contrahatur tacitè, vel expreſsè, quæ veniant in ea, demū multa alia de materia ſocietatis, vide per Maran. in ſuo ſpec. titu. an ſit iudicium ciuil. vel crimi. diſtinct. 4.

Socius an poſſit cauſam ſocietatis cōpromittere, vide Maran. in ſuo ſpecu. par. 4. diſtinct. 9. iudicio. nu. 47.

Socius an habeat beneficium, ne conueniatur niſi inquantum facere poteſt, vide ibidem num. 100.

Socius tenetur conſocio de dolo, & culpa. ibid. num. 104.

Merces emptę de pecunia communi, an pręſumantur communes. Idem Maran. ibi. lib. 6. de teſtium productione. nu 76.

Societas probatur per intitulationẽ librorum. ibi. nu. 79.

Acquiritur poſſeſsio in contractu ſocietatis ex ſolo titulo. Rebuff. in ſuis comment. Tom. 3. tract. 4. de materi. poſſeſſ. in præfat. num. 105.

Communio reſoluta per diuiſionem, poteſt renouari, ſicut ſocietas, veluti quando poſt diuiſionem denuò fratres ſimul habitant, & renouant ſocietatem; ſed quando hoc caſu cenſeatur tacitè cõtracta ſocietas, vide Dec. conſil. 548.

Societas inter fratres contrahi nõ poteſt, quando alter erat pupillus: ideò tunc alter frater maior rem communem alienare non poteſt. Dec. conſil. 556. vide Caſtan. in conſuetud. Burg. tit. *des ſucceſſions*, Rub. 7. §. 5. glo. 5. nu. 24.

Societas tacita ex ſolo vſu cõtrahitur inter fratres, & tacitè diſſoluitur, vide Ant. Corſet. in ſuis ſingularibus, litera S. ſingul. ſocietas. 2.

In ſocietate inter patruum, & nepotes maiores, patruus ſolùm debet reputari pro vno, & ſic pro virili tantùm debet concurrere cùm nepotibus, vide Menoch. conſil. 221.

In ſocietate ita contracta, vt veniat iuſta hæreditas, venit illa, in qua fuit inſtitutus ſocius ab eo, cui ſucceſſurus erat ab inteſtato. Bar. in l. 3. de legat. 1.

Societas poteſt tacitè contrahi per actus, qui tacitè ſocietatem inferunt. Abb. conſil. 87. lib. 2.

Vbi res ad meliorandum traditur, vt quòd melioratur diuidatur, ſi dominium transferatur in totum, erit actio, præſcriptis verbis, at ſi in partem tãtum, erit ſocietas. l. 14. ff. de præſcript. verb.

Contractus ſocietatis ſolo conſenſu contrahitur, ideò neque verba, neque ſcriptura requiruntur ad obligationis ſubſtantiam, ſed ſufficit eos, qui negotia gerunt conſentire, quare inter abſentes rectè cõtrahitur, veluti per nunciũ, vel epiſtolã, & alter alteri obligatur in eo, qđ ex bono, & æquo præſtare oportet. l. 2. ff. de actio, & obliga.

Damnum contingens inter ſocium, & dominũ commune eſſe debet, quemadmodũ vtilitas, niſi damnũ ex culpa alterius proueniret. Ioſ. Ludo. deciſ. Peruſ. 10.

Lucrum dẽt eſſe cõmune inter ſocios, qñ vnus ponit pecuniã, alter operã. Rot. Gen. dec. 31. nu. 16. & Marc. q. 887. idem in damno, & tũc talis ſocietas eſt licita. Marc. ibi. num. 12. vide Cabal. Milleloq. 427.

An periculum capitallis ſit commune, vide ibid. queſt. 887. Iaſ. de actio. in §. ſequens. num. 46.

Sicut lucrum, quod ex ſocietate prouenit, eſt communicandum, ita, & opera ſunt diuidenda. Idem Marc. q. 626.

Pactum factum in ſocietate, vt periculum ad eum, qui accepit ſpectet, & lucrum diuidatur, an valeat, vide ibi. d. quæſtio. 887. nume. 7. ibid.

Societas, etiam ex partibus inæqualibus, fieri poteſt. num. 9.

In dubio præſumitur ſocietas lucrata fuiſſe, nõ autem perdidiſſe, & dicenti non eſſe ſaluum capitale, incumbit onus probãdi. Rot. Genu. deciſ. 24. nu. 5.

Societas quando inæqualitatem lucri, & damni admittat, vide And. Gail. obſerua. 24. lib. 2.

Socij, qui non ſunt æqualis induſtriæ, an lucra æqualiter diuidant, vide Crau. conſ. 159. nu. 3. & fin.

In ſocietate generali vnius negationis, ille ex ſocijs, qui plus in ſocietate contulit, plus lucri conſequi debet, & iudex hoc caſu rationem habere debet pecuniæ, & induſtriæ à ſocijs collatæ in ſocietatis cõmodũ. Menoch. conſil. 221. lib. 3.

Lucrum aſſumit ſibi naturam illam, quàm habet capitale; ideò ſi inter plures ſocios fuit contracta ſocietas ad certum tempus, ſicut non debet minui capitale miſſum in ſocietate, ita nec debet capi de lucro, vide tamen Ant. Corſet. in ſuis ſingularibus, litera L. ſing. lucrum.

Si ex duob. ſocijs vnus (altero inuito) vadit ad mercandũ ſuſcipiens in ſe periculũ, & lucratur, nõ communicat cum ſocio lucrum. Bart. in l. 4. nu. 7. ff. ad Trebel.

Socij poſſunt inter ſe cõuenire, vt alter habeat duas partes lucri. Abb. conſi. 77. lib. 1.

Societas ad hoc, vt ſit licita, oportet, quòd damna, & lucra ſint communia. Abb. ibi.

Quæ ſocietas ſit licita, & quæ illicita, & in illa, quæ conuentiones valeant, & quæ non, vide ibi.

Aeſtimatio, quæ fit de rebus, quæ traduntur in ſocidam, non transfert dominium, neque conſtituit emptionem, ſed fit, vt ſciatur quanti ea res erat tempore initæ ſocietatis. Ioſeph. Lud. deciſ. Peruſ. 10. num. 7.

Capitale eſt dominij in iſtis ſocietatibus beſtiarum, fętus autem, & melioramenta ipſarũ ſunt communia inter dominum, & ſociũ. ibi. nu. 10. vide Fran. Marc. q. 887.

Quòd

Quòd damnum ſit commune, procedit,quando paſtor non eſt in culpa.Ioſ.Ludo.d.deciſ. 10.Peruſ nu.11.vide Marc.q.887.

De contractu ſocidę animalium, vide Marc. q. 887. & ſeq Caſſan. in conſuetud. Burg. titu. *des droicts* Rub.4.§.23.glo.1.nu.53.

Socius,qui adminiſtrauit, tenetur ſocio rationem reddere adminiſtrationis,niſi ambo ſocij adminiſtrauerint: quia tunc non poteſt vnus ab altero rationem adminiſtrationis petere.Idem Ludo.deciſ.28.Peruſ. nu.7. vide tamen ibi. num.10. vbi contrà,& Rot. Genu. deciſ.31.

Socius non habet omnes ſocios inſolidum obligatos, ſed duntaxat ſocium adminiſtratorem.Rot.Genu.deciſ.46.tamen illo adminiſtrante non exiſtente ſoluendo, alij tenētur. ibi.d.deciſ.46.

Adminiſtratores tenentur inſolidum erga participes. ibi. deciſio. 59. nume. 3. & ſocius, qui adminiſtrauit, prius conueniendus eſt. Natt.conſi.133.

Particeps,ſeu ſocius dans ordinem adminiſtrationi ſocietatis, ſeu habens facultatem eligendi inſtitorem, tenetur reddere rationem participibus.Rot.Genu.deciſ.71.

Socij, ad quos ſocietatis peruenerunt merces, tenentur inſolidum de illis rationem reddere.Rot.Genu.deciſ.8.

Adminiſtrator ſocietatis promittens ſocio ſoluere ſummam aliquam, ad illam,etiam ante redditam rationem tenetur, licèt in redditione rationis habenda ſit ratio de ſumma ipſa,vide ibi.deciſ.112.

Habens actionem aduerſus aliquem, ſi ſocietas lucrum, vel damnum ſuſtineat, non poteſt agere contrà eum,quin prius ille, qui adminiſtrauit,reddat rationem,etiamſi librum rationis præſentet.Rot Genu.deciſ.173.

Cùm inter ſe ſocietatem contrahunt ſocij,nulla inter eos certa, & clara forma diuiſionis declarata, quæ tunc diuiſio partium eſſe debeat inter ſocios,ſi vnus plus altero in ſocietate contulit, vide Menoch. de Arbitra. lib.2.caſ.225.

Socius exigens partem debiti, quòd ſocietati debebatur,tenetur communicare partē exactam alteri ſocio,qui ob debitoris ſocietatis inopiam,nihil conſequi potuit.Menoch.cōſ. 46.vol.1.

An finita ſocietate ſocius, qui retinuit pecunias,teneatur ad intereſſe,vide Menoch.cōſ. 121.nu.107.vol.2.

Quod vnus ratione communionis cōſequitur, alteri communicare tenetur. l. 19.ff.de noxa.act.

Si duo,vel tres emerint gabellas portarum, & poſteà diuidant inter ſe emolumenta, quòd vnus habeat emolumentum talis portæ, & alter alterius, non poteſt ſocius petere ſibi communicari plus exactū.l.9.§.ſocij. ff.de publica. & vectig.

In ſocietate,in qua vnus pecuniam pſtat, alter operas, cuius impenſis operæ præſtabuntur,vide Marc.q.888.

Vno ponente in ſocietate pecunias,& alio operam,cùm diſſoluitur,pecuniæ reſtituūtur ei, qui poſuit,ſi fuit conuētum (prout fieri pōt. And.Gail. obſe.24 lib.2. (ſed quid ſi nō fuit, hoc actum,vide deciſ.159. Rot.Genu. Iaſ.de actio.in §.ſequens nu.45.

Opera vnius ęquiparatur pecuniæ alterius poſitæ in ſocietate, quid de interuſurio pecuniarum,vide ibi nu.fina. d.deciſ.159.

Vno ponente pecuniam,altero operā,alio non expreſſo,damna,& lucra debēt eſſe communia. Abb.conſil. 77. & tunc talis ſocietas eſt licita.glo.in c.pleriq;.54.q.3.

Cùm quæſtus, & compendij ſocietas initur, quicquid ex operis ſuis ſocius acquiſierit,in commune confert,ſibi tamen quiſq; hæreditatem acquirit: quia aditio hæreditatis nō conſiſtit in opera.l.45.§.& cum quæſtus.ff.de acquir.vel omit hæred.

Socij ſunt obnoxij damnis ſocietatis.Rot.Gen. deciſ.14 nu.11.

Expendens nomen in ſocietate cātante in vno loco, non poteſt pro dicta ſocietate in alio loco gerere.Rot.Genu.deciſ.27.

Compenſatio non admittitur inter debitum ſociale,& creditum proprium.ead.Rot.deci. 26.nu.30.tamē debitor proprio nomine poteſt cum ſociali nomine compenſare, ibid. deciſio.72.

Impenſæ factæ per inſtitorem debēt refici per ſocios.Rot.Genu.deciſ.170.

Socius nō tenetur ad caſus fortuitos.Rot.Gen. deciſ.124.

Societas,q lucrum,damnumuè ſenſerit,non cognoſcitur,niſi ea finita,& factis cōputis.Rot. Genu.deciſ.173.nu.6.

Pactum,quòd vnus ex ſocijs ſupponatur ſolus periculo rei,valet.Rot. Genu.deciſ 183.licèt regulariter res pereat ſocijs, & ſocietas leonina,quæ dicatur,vide ibi.

Quæſitum nomine ſociorū, debet ab omnibus ratificari,& non ſufficit, quòd ab aliquibus. Iaco.Put.deciſ.70.lib.2.

Pactum factum inter ſocios valet, vt ſi quis aliquid ſuperadderet ſocietati certum quid habeat.Gaſp.Cabal.Milleloq.444.

In diuiſione ſocietatis fructus bonorum vxoris conſumpti,reperi non poſſunt.Craue.cōſ. 159.nu.5.

Item in ipſa diuiſione, an habeatur ratio, quòd vnus ſociorum plus altero expendit: quia maiorem habebat familiam, vi de Crauet. d. conſil. 159.

Habẽs curã bonorũ ſocietatis, nõ poteſt bona vni ſociorum tradere; ſed ſolùm illis, qui poſſunt ſocietatem gubernare. Rot. Genu. deciſ. 172.

Liber ſocietatis ſcriptus à ſocijs alijs ſcientibus, & patientibus, plenè probat. ibid. deciſio. 173.

Participes an agere debeant contrà ſocios pro rata pecuniarum pœnes eos exiſtentiũ, vide ibi deciſ. 176. nu. 8. & 21.

Participi debetur portio mercium in qualibet parte, ſeu balla mercium: ibi. deciſio. 177. tamen tenetur pro rata concurrere ad impenſas. ibi.

Sententia abſolutoria ex cauſa ſocietatis pro vno ſociorum debendi lata, parit exceptionem rei iudicatæ reſpectu aliorum. Hieron. de Mont. q. 29 num. 17.

Fideiubens pro inſtitore, qui præfuerat alicui ſocietati inſtante vno ex ſocijs dictæ ſocietatis, an teneatur etiam erga alium ſocium abſentem, & non nominatum in cautione, vi de Hiero. Mago. deciſ. 17 Rot. Floren.

Tranſactionis ab altero ſociorum initæ, vtilitatem alteri ſi velit communicandam, obſeruatũ fuiſſe legitur in libris placit. curiæ, lib. 11. de litigio. tit. 7. in deciſio. diuerſo.

Socius rei, & negotij particularis ſoluens debitum commune, & dotem ſorori, ac marito, nomine aliorum fratrum de bonis ſtabilibus ſuis, poſt aliquod tempus nullum poteſt prętendere intereſſe, ſed ſolùm agere poteſt ad ratam pecuniæ ſolutæ. Borg. Caual. deciſ. 10. de contract. par. 2.

An ſocius ſoluens pro negotio ſpectãte ad ſocietatẽ, prǽſumatur ſoluiſſe de pecunijs proprijs, aut communibus ipſius ſocietatis, vide Craue. conſi. 129.

Ratificare cenſetur ſocius alienationem factã à conſocio, alienando pluris valentiam ipſius rei. Craue. conſil. 159. nu. 5.

Dans bona mobilia, ſpeciarias, debitores, vaſa, & alia, quæ quis habet in vna apotheca ſpeciariæ, æſtimata, cum termino ad ſoluẽdum, & ad rationem octo pro centenario, pro lucro ſocietatis, ne recipiens teneatur ſingulo anno reddere rationem ſocietatis, intelligitur vendidiſſe dicta bona, & licitam ſocietatem contraxiſſe. Borg. deciſio. 13. parte. de contract.

Socius aliquid acquirens, an teneatur illud communicare, vide Crauet. conſil. 131. num. 12.

An inter ſocios ſit tacitum mandatum ad licita, & etiã ad vendendum partem conſocij: vide in additio. ad Bar. in l. 2. C. de cõſort. eiuſd. lit.

Actio pro ſocio ad quos effectus det, vide Iaſ. de actio in §. ſequens. nu. 37.

Socij duo, ſi acceperint quædam prædia ad laborandum, & vnus eorum habeat duos filios, qui ſimiliter laborant, alius verò nullos habet, qualiter diuident quęſita, vide ibi, num. 47.

Sociorum ſi vnus negligat reficere rem communem, alius verò reficiat, an negligens, & non ſoluens partem impenſarum reficienti intra quatuor menſes, dominium perdat. ibi. nu. 48. vide Maran. in ſuo Spec. par. 4. diſtinct. 9. iudi nu 102.

Libris ſociorum fidem adhiberi inter eos ſcribit Menoch. de arbitra. lib. 2. caſ 92. vide tamen ibi de limitationibus, & Bar. in conſil. 35. vol. 1.

Quando ſocius bonorũ probet pro ſocio, vel contrà, vide ibi. caſ. 474.

Quòd ſocius pro ſocio in ciuili nõ poſsit teſtificari ſcribit Bar. in l. 10. C. de teſtib.

Socius poteſt agere contrà ſocios, pro quibus ſoluit, ſibi quæſita ceſsione. Dec. conſil. 99.

Quando vnus ex ſocijs teneatur pati damnum, quòd paſſus fuit ex pecunia reprobata, in ciuitate, vide Dec. conſi. 697.

Quando vnus ſociorum promiſit pati damnum inſolidum vſq; ad certam ſummam, vel in aliqua re ſocietatis, in alijs caſibus, & ſupra ſummam reſeruatam, damnũ erit commune. Dec. conſi. 697.

Ex dominio de præſenti, nõ prǽſumitur in prǽteritum: ideò bona mobilia per ſocios poſſeſſa, non præſumuntur omnia eſſe communia, niſi hoc probetur. Natt. conſil. 106. num. 16.

Solutio dotis in dubio, an præſumatur facta de pecunia propria ſoluentis, aut de communi, vide ibi. nu. 15.

Socius imputat ſocietati damnũ, qđ paſſus fuit nomine ſocietatis, veluti ſi cũm eſſet in itinere propter negotium ſocietatis fuerit captus ab hoſtibus, & inde coactus ſe redimere. Natt conſi. 248.

Impendens in communi negotio, non poteſt repetere impenſas à ſocio, quas pro ſua tantùm parte facturus erat. Natt. conſ. 303.

Socius non omnium bonorum. dotem filiæ promiſſam tenetur ſoluere de proprio, nec eam poteſt ſocietati imputare. Natt. conſil. 264. nu 3.

Summæ datæ conſocio, qui poſuit pecunias.

durante

durante tempore ſocietatis ,in dubio cenſentur datæ ex lucro facto in negotiatione, et non ex ſuo capitali. Menoch.conſil. 121. vol. 2.

Emens rem à pluribus, ſi ipſa res reperiatur morboſa,& pars eorũ aufugerit,alios ſocios inſolidũ cõuenire poteſt redhibitoria. Fran. Cremen.ſing.166.

Propter communionem, vel ſocietatem,inhabiles gaudẽt beneficio habiliũ,& priuilegio. Hippol.ſing.180.

Beneficium,quod datur vni ex ſocijs,qñ porrigatur ad alium,vide Bar.in l.1. C. ſi in commun. eademq; cauſa.

Socius, qui vult recedere, an poſsit ponere alium loco ſui, inuito ſocio, vide Bald. ſingul.137.

Culpa alterius ex ſocijs, qñ præiudicet alijs,vide Bar.in l.19.ff.ſi ſeruit.vendi.

Pactum vnius ex ſocijs in eo caſu prodeſt inſolidum alijs,quo ſocius, contrà ſocios eſt habiturus regreſſus.Bartol.in l.ex duobus.ff.de duobus reis.

In duobus reis debendi ſocijs, mora vnius nocet alteri. gloſ. penu. in l.134. §. penu. ff.de reg.iur.

Pecunia communis obuenta ad manus vnius ſocij pro rata cõſocio reſtituẽda eſt. Mago. deciſ.Luc.59.

Socius de culpa, & negligentia tenetur, vnde præpoſitus ad debita ſocietatis exigenda, ſi neglectu ipſius deteriora nomina facta ſint, ac non ſoluendo,conſocijs de negligẽtia tenebitur: ideò tales debitores in diuiſione ſocietatis,debẽt aſsignari in portione ipſius. Hippol.ſing.281.

Socio debet fieri copia omniũ inſtrumentorum ſine cauſæ cognitione.Barto.in l.7.C.de eden.

Aetas vnius ex ſocijs,qñ proſit alijs,vide Bar.in l.1.C.ſi in commu.eademq; cauſa.

Res empta per ſocium ex pecunia cõmuni,qñ ſit communis, vide Bartol.in l.4.C.commu. vtriuſq; iud.

Libri mercatoris probant, cuius nomine mercatura exerceatur,vide Barto.ibid. nume.6.

Ceſsio an poſsit fieri inter ſocios, & qualiter, vide Bartol. in l. 22. C. manda. nume.18.

Si inuado rem communem mihi,& alteri ſocio poſsidẽti,quomodo tenear,vide Bart. in l. 7. C.vnde vi.num.33.

Plures ſocij vnius negociationis in diuerſis locis, videntur inuicem inſtitores, & inuicem præpoſiti. Bar.in l.41.ff.ſi cert. pet. nu.31.

Fraus præſumpta non eſt, ſi adhibeatur maior diligẽtia in proprijs, quàm in communibus. Barto.in l.32.ff.depoſiti.

An in diuidenda ſocietate ſocius cogatur ſoluere, quod ipſe debet creditoribus ex cauſa ſocietatis, vel illud deducat, vide Doct. in l. frater à fratre. ff. de condict.indeb.

Socij,q aliqui ſint quomodo intelligatur,& liberato vno ex illis, ad quos peruenit cõmune negotium, an talis liberatio proſit alteri,cùm non ſint ſocij. Bart. in l.3.§.nunc.ff. de libera.cauſ.

Contracta ſocietas inter plures,vt vnus eorum emat merces nomine aliorum, ita vt merces ſint communes inter omnes,ſi ſocius emens merces illas emat nomine proprio, & inde oppignorauerit,conſtitutio pignoris tenet, & valet, vt creditores in mercibus alijs ſocijs præferantur, habent tamen ipſi actionem perſonalem contrà conſocium oppignorantem ad intereſſe.Menoch. conſi.122. lib. 2.

Inſtitor ſocietatis,in qua ſunt plures ſocij,qualiter acquirat, vide Bar. in l.37.ff.de ſtipula. ſermo.

Socij fingũtur vna, & eadẽ perſona.Bald.in l.1. ff.de offi.conſul.nu.17.

In duobus reis ſocijs,debitum vtriq; pro parte videtur deberi actiuè, & paſsiuè. l.in lege.ff. ad leg.falcid.

Societas à libera voluntate procedere dẽt.l.Labeo,& ibi.glo.ff.de oper.liber.

Vendens communem rem cum alio tanquàm communem, tenetur ſocio reſtituere partem precij actione nego. geſt. l. 19. ff. de nego.geſt.

Damnati in actione pro ſocio efficiuntur infames. l. 1. & 6. §.illud. ff. de his qui not. infam. §. ex quibuſdam, inſtitũt. de pœn. teme.litig.

In cauſa ſeruitutis prædij communis, quod vnus ex ſocijs expendit ab alio repetit, per actionem nego. geſt. l. 38. §. fina. ff. de nego.geſt.

Socius re communi inuito ſocio, vti poteſt. glo.in l.13.ff.de vſufructu.

Vnus ex ſocijs non poteſt communẽ parietem deſtruere cauſa reſpiciendi. l. 7. ff. de ſeruit. vrba.prædi.

Ego, & ſocius meus aduerſarij eſſe non poſſumus,ſed vnus loco alterius habetur. l. 4. §. ſi communem.ff.firmi.regu.

Si ſocij habeant res corporales cõmunes,& alter eorũ vult eas res diuidere, poteſt agere iudicio commu.diuid.ibid.

Si paciſcatur ſocius, ne partem ſuã petat, effectu tollitur ſocietas.l.25.ff.eod.

Cùm ſocij diuidunt ſocietatem de eo, quod

ſub

ſub conditione debetur, cautiones interuenire ſolent. l.16.ff.eod.

In ſocietatib. negligentię ad negligentiam admittitur compenſatio.l.10. ff. de compenſa.

Socius non dicitur, niſi aliquid ponat in ſocietatem, nempè rem, vel operam.l.35.§.ſi quis. ff. de mort.can.donat.

Licet ſocio reponere aliquã ſummam ſuo proprio nomine in negotio ſocietatis, & lucrũ factum pro illa ſumma habere propriũ. Monoch.conſi.121.vol.2.

Correus ſocius opponit compẽſationẽ de eo, qđ alteri correo debet. l. 10. ff. de duob.reis.

Quando duo habent æquale ius, & eſt locus præoccupationi, ſi vnus eſt impeditus, impeditur ſocius.l 15. ff.ad leg.Iul.de adult.

Quod pro indiuiſo cũ alio poſsideo, eius partem poſsidere dicor.l.25.§.fin. ff. de verb. & rer.ſignific.

Si ſocius vult vti, ſeu reficere in re cõmuni, numquid melior ſit cõditio prohibentis, vel nõ, vide gl.in §.religioſum, inſtitu.de rer.diuiſio.

Actio pro ſocio eſt bonæfidei.§.actionum autẽ inſtitu.de actio.

Quæ veniant in actione bonæfidei, vide ibi.gl.

Inter ſocios liberalitatis imperialis factæ etiã inter viuos, eſt locus iuri accreſcendi, ſi conſocius ſine hærede decedat.l.vnic. C. ſi liberalit.Imperial.lib.10.

Vide etiam de pertinentibus ad hunc titulum, ſupra lib.1.tit.commu.diuid.

De ſocietate, quæ ex conſuetudine cõtrahitur inter virum, & vxorem, de rebus quæſitis durante matrimonio, & de pertinentibus ad talem ſocietatẽ, vide per Io.Pap.lib.15.tit.2.

Fraternitas inter extraneos cõſtitui poteſt vti ſocietas, ſed an ab inteſtato inter tales fratres detur ſucceſsio, vide Excel.P.Teſ.dec.191.

Socio contrahente nulla facta mẽtione ſocietatis, & non apparente de vtilitate ſociorũ ex eo contractu, an ex illo, alij ſocij remaneant obligati, vide eundem, deciſ.136.

De mercatoribus, commercijs, nundinis, & litteris cambij.

Domini terrarum poſſunt facere ſtatuta penalia, ne ſubditi extra territorium mercatum eant. Franc. Marc q 357.

Ciuitas habens priuilegium faciendi nundinas, & per decem annos non fecerit, priuilegium perdit. Capic.deciſ 134.vide Marc.q.53.Andr.Gail.obſer. 60. lib.2. Felin. conſi.1.nu.21.

Mercata ſiue Principis licẽtia, an fieri poſsint, vide Excel.P.Teſſau.deciſ.264.

Mercatũ alterius loci, an poſsit vna ciuitas, vel oppidum eadem die per concurſum impedire. ibid.num.4. & 5.

Obuiantes portantibus victualia in rem publicam, ſiue in ciuitatẽ, aut in ſuburbia, tenẽtur lege iubia de annona. Boer.deciſ.296.

Mercatores publici de iure communi permiſſi ſunt, & poſſunt ſine Principis permiſſu fieri; nundinæ vero non; ſed an præſes prouinciæ poſsit hoc concedere, vide Franciſ. Marc.q 53.

Nundinæ remiſſæ propter diem feſtum in ſequentem diẽm, eodem priuilegio gaudere debent, ac ſi non eſſent remiſſę, & nundinas liberas eſſe, eſt de iure communi. Franciſ. Marc.q.268.

Feria an dicatur concurſus, & negotiationes mercatorum, & cõceſſum priuilegiatum pro feria, quanto tempore duret, vide Rot. Genu.d.deciſ.1.nu.30.

Nundinas in oppidis, vel ciuitatibus concedere ſolus Princeps poteſt; ſed an illarũ exercitium per longiſsimi temporis ſpaciũ præſcriptum, auferre etiam poſsit, vide Excel.P. Teſſau.deciſ.264.

Nundinas ad alterius iniuriam nemo inſtituere debet, quare priuilegium nũdinarum Imperator non concedit, niſi prius vicinis auditis. And.Gail.obſer.69 nu. 4.lib.2. tamen ius nundinarum auferri poteſt per Principem ſine vlla cauſa, dato etiam quòd vniuerſitas alicuius loci haberet ius nundinandi per tempus immemorabile. Natt. conſilio.511.& 512.

Quando quis vult vti priuilegio nundinarum, quas qualitates probare debeat, vide Ioan. Pap.lib. 10.tit.7. Arreſt.14.

Nundinæ, & mercata quomodo differant, vel conueniant, & de ipſis nundinis, & mercatis, vide per Maran.in ſuo ſpec.par.4.diſtin. 9.iudicio.nu.50.

Ex ſignis, & ſignaculis res cognoſcuntur: ideò ballæ mercatorum præſumuntur eſſe eorũ, quorum ſunt ſignacula. Boer.deciſ.108.nu. 9.vide Maran.in ſuo ſpecu part.6.titu.de teſtium productione, num.62.

An licitum ſit mercatoribus ad inimicos, aut etiam ad alios Babaros, & Saracenos nauigare, & mercantias quaſcunque transferre, & ſi cenſeantur prohibiti, an confiſcentur merces cum nauibus, & beſtijs, & quid ſi reperiantur in itinere antequàm peruenerint ad locum prohibitum, vide per Boer. deciſio. 178.

Quid ſtatuatur contrà falſos mercatores, qui arripiunt fugam cum pecunijs alienis, vide Boer. deciſ.215.

Banquerij falliti non habent beneficium ceſſionis, nec immunitatis Eccleſię. ibi. n. 6. & 7.

Pactum cum bancha, fallitis non eſt ſeruandũ. Boer. ibi. nu. 8.

Computum quid ſit, & quid ratiocinari; rationes autem ſunt, in quibus accepta, & data, ſeu ſoluta continentur. Boer. deciſ. 295. vbi plenè de materia computorum.

Computorum exemplar vnũ, debet penes dominum remanere. Boer. ibi. nu. 4.

In foro mercatorum attenditur æquitas, & bonafides; ideò in illo non habet locum beneficium excuſsionis. Capel. Thol. q. 197. Boer. deciſ. 224. vide ſupra, lib. 1. tit. de excuſsio.

In negotijs mercatorum veritas eſt attendẽda, reiecta omni ſubbilitate, & ſolemnitate iuris. Rot. Gen. deciſ. 3. n. 23. deciſ. 31. 96. & deciſ. 195 nu. 12. & inter eos eſt procedendum ex æquo, & bono. Rot. Genu. deciſ. 23. nu. 15. Gaſp. Cabal. Milleloq. 792.

Qualiter procedatur in foro mercatorum; & quod ius ſeruetur inter eos, vide Maran. in ſuo Spec. par. 6. tit de exceptio. nu. 35.

Stylus, & obſeruantia mercatorum eſt attendenda. Rot. Genu. deciſ. 6. & in cauſis ipſorum attenditur mos, & conſuetudo illorum. ibi. deciſ. 7. nu. 11.

Dicto vnius teſtis cum alijs adminiculis ſtandum eſt intra mercatores, in quorum cauſis proceditur, vt in curia eccleſiaſtica, in qua confeſsio extraiudicialis probat. ead. Rot. Genu. deciſio. 171. etiam facta parte abſente Maran. in ſuo Spec. par. 4. diſt. 9. iudi. nu. 49.

Mercator accipiens pecuniam ad partem damni, & lucri, ſi patiatur damnum, naufragium, vel aliquid ſimile, intra quod tempus teneatur hoc probare, & an vocata parte; vide Capell. Thol. q. 448. ſupra tit. præced. pro ſocio, vbi habetur eum teneri denũciare intra annum, vt ſcribit etiam Rebuff. in ſuis cõment. tract. de mercato. Tom. 2. tract. vlt. gl. 1. n. 19.

Contrahentibus non licet circa quantitatẽ, vel qualitatem ponderis, aut mẽſuræ in mercibus ſe decipere. DD. de Rot. deciſ. 2. titu. de pact. in antiq.

Partitæ, de quib. eſt facta ſcriptura per campſorem, ſeu mercatorem in liberlculo feriæ, poſſunt caſſari, contraſcribi, & proteſtari durante ipſa feria. Rot. Genu. deciſ. 1.

Scribens litteras cambij eo nõ ſoluto tenetur: ideò nunquam cenſetur liberatus quouſque ille, cui ſunt directæ ſoluerit, nec ſufficit; ꝙ ille, qui ſoluere debebat ſcripſerit in ſcartafaccio ſe debitorem illi, cui ſoluere debebat virtute ipſarum litterarum, niſi fuerit acceptatus ab eo, qui recipere pecunias debebat. Rot. Genue. deciſ. 1. imò etiam ſi fuerit acceptatus per litteras, non cenſetur liberatus. ibid. deciſ. 2.

Solutiones faciẽdę in termino ſolutionũ ferię, quo tempore fieri debeant, vide d. Rot. Genuen. deciſ. 1. nu. 5.

Non adimplens litteras cambij ſoluẽdo pecunias cãbiatas, tenetur ad intereſſe. ibi. nu. 42.

Quotiẽſcunq; quis facit litteras cambij, & ille, cui diriguntur acceptat, & poſteà nõ ſoluit; ſcribens litteras remanet obligatus, & ille, qui dedit cambio, habet vtrunque obligatum. ead. Rot. deciſ. 2. nu. 4. & deciſ. 8.

Scriptor litterarum cambij, tunc obligatur ad reſtituẽdum pecunias numeratori, cùm apparuerit eius litteras, vel non eſſe acceptatas, vel non completas. Rot. Genue. deciſ. 4. tamen obligatur, & tenetur ad faciendũ litteras acceptari, & cõpleri, vel ad reddendũ pecuniam acceptatã à cambio, & à tali obligatione nõ cenſetur liberatus, niſi acceptatis, & completis litteris. ibid. nu. 8. & deciſ. 8.

Idem ſi ille, cui litteræ ſcriptæ erant effectus fuerit non ſoluendo. ibi. d. deciſ. 8.

An promiſsio facta per campſorem pro alieno debito, habeat vim ſolutionis, vide d. deciſ. 4. nu. 9. & 11.

Acceptans litteras cambij cum proteſtatione, & poſteà ſoluens ſimpliciter, cenſetur ſoluiſſe iuxta formam litterarum; ſine proteſtu. ibid. deciſ. 6.

Scribens litteras cambij reuerſas cũ proteſtu, tenetur ad reſtitutionem, & ad ſolutionẽ intereſſe. ibi. & ſoluens ſupra preſtu qua actione petere poſsit ſolutum, vide ibid. deciſ. 19.

Soluens litteras cambij etiam ſibi nõ directas, acquirit actionẽ, & habet obligatum ſcribẽtem. ibi. d. deciſ. 6. nu. 8. poteſt enim quilibet ſoluere cambia pro alijs honore litterarũ, & ex ipſa ſolutione ſibi acquirere actionẽ. ead. Rot. deciſ. 32. tñ ſoluens nõ poteſt petere intereſſe, niſi poſt moram. ibi. deciſ. 30.

Non nominatus in litteris, aut contractu cambij, nõ poteſt iure executiuo exigere pecunias datas cambio, licèt prætenderet eſſe ſuas. Rot. Gen. deciſ. 10.

Soluens ſuper proteſtu tractá, habet obligatũ ſcribentem, & eum, de cuius ordine tracta fuit facta. Rot. Gen. deciſ. 32.

Cambij contractus, an ſit nominatus, ſeu innominatus. ibi. nu. 5.

Numeratio, & ſatisfacio ſummę in litteris cambij contentæ, qñ præſumatur. ibid. nu. fin.

Proteſtu litterarum ſequuto, ſcribens litteras cambij tenetur. deciſ. 50.

Qui exigere debet cambium poteſt, eo non ſoluto, pecuniam cambio capere, proteſtatione facta. ibi. deciſ. 143.

Litteræ cambij ſcriptæ alicui probant, contrà ſcribentem ad fauorem tertij, cui ſoluendū erat cambium. Rot. Genu. deciſ. 146.

Soluens cambium non habet obligatum illū, cui ſoluit, ſed eum cuius mandato ſoluit, & recipiens obligatur erga mandantem, non erga ſoluentem. ibid. deciſ. 168.

Cedula bancharia depoſita in manib. auditoris, habet vim ſolutionis. Put. deci. 163. lib. 1.

Debitores cambij nihil, aut tardè ſoluentes cōductori ipſius cābij, non poterunt locatores cābij aliquod intereſſe prætendere, ſed tranſacto cambij tempore contrà cōductorem ad rōnē reddendā agere. Put. deciſ. 131. li. 3.

Litteræ cambii ſi probantur eſſe factæ, præſumuntur in tempore eſſe Ibid. Put.

Litteræ cambii inducunt delegationem, & liberationē. idem Put. deciſ. 124. lib. 3. vide deciſ. 126. ibid.

Litteræ cambii per debitores factæ, à mandatario acceptatæ, cùm res integra non ſit, reuocari non poſſunt. Put. deciſ. 126. lib. 3. n. 3. ſcribens enim litteras cābii illis acceptatis, nō pōt ordinē reuocare. Rot. Gen. deci. 168.

Soluens de propriis pecuniis ſuper cambiis, an damnum fallimenti ſpectet ad ipſum, vel ad committentem, vide Put. deciſ. 369 libr. 3.

In cambio, decoctio ſuperueniens ad quē ſpectet, vide Vera. deciſ. 82. par. 2.

Cambia ſicca, ſapiunt vſuram, ſed quæ huiuſmodi dicantur, quę realia, & quæ licita, vide Borg. Canal. deciſ. 2. de contract. par. 2.

Acceptas litteras cambii, & promittēs ſoluere in tempore, de quo, in illis litteris tenebitur, ēt q̃ is, qui ſcripſerit (pendente termino ſolutionis) ſit decoctus. Vinc. de Fran. deciſ. 303. par. 2. ratio, quia acceptās ipſas litteras, cenſetur fideiuſſor ſcribentis. ibid. nu. 3.

Recognitio eſt facienda, integra apocha banchi exhibita. idem deciſ. 304. par. 2.

De litteris cambii, & pertinentib. ad illas, vide p Marāt. in ſuo ſpec. par. 6. tit. de excep. n. 35.

Scriptura in libris mercatorum ad debitum, & creditum, quomodo operetur ſolutionem, vide Rot. Genu. d. deciſ. 1. nu. 5.

Litteræ mercatorum probant, & habentur pro inſtrō, vide Rot. Genu deciſ. 2. & deciſ. 142.

Mercatores ſolent in libris ſcribere, ſoluiſſe illos, quorum nomine, ſeu ordine ſoluitur, & non qui pro aliis ſoluunt. Rot. Genu. deciſ. 36. num. 18.

Expendentes nomē in ſimul de ſtylo, & cōſuetudine mercatoria, tenētur inſolidum Rot. Genu. deciſ. 30. num. 5. & deciſ. 97. vide ſupra tit. prox. præced. Sed expendentes nomen in ſimul in diuerſis locis, quomodo obligetur, vnus pro alio, vide ibi nu. 6. d. deciſ. 97.

Mercator ex facto iuuenis obligatur, ſed quis dicatr iuuenis, vide Rot. Gen. deciſ. 31. nu. 4.

Socius in mercantia nunquid in ſolidū teneatr pro contractu ſocij, vide Maran. in ſuo ſpec. part. 4. diſt. 9. nu. 94. & 95. & ſupra tit. præced. pro ſocio.

Si ſunt plures mercatores ſocij vnius mercis, vel plurium, quilibet eorū poterit agere inſolidum contrà debitores eiuſdem mercis. Rebuff. in ſuis cōment. Tom. 2. tract. de mercato. art. vlt. glo. 1. nu. 25 Tom. 2.

Si ex plurib. mercatorib. vnus cōtrahat, an quilibet teneatur inſolidū, & ſint duo rei, vide Bar. in Authen. hoc ita. C. de duob. reis.

Plures exercentes vnā mercantiā ſimul, ſiue p ſe, ſiue per aliū, qualiter teneant, vide Bar. in l. 4. ff. de exercit. act. & conueniri, vel agere poſsit, vide eūdē Bar. ī l. 9. n. 9. ff. d. duob. reis.

Mittens merces ad aliū p vēdendo, qua ſpecie cōtractus cōtrahat. Rot. Gen. deciſ. 31. nu. 3.

Mutatio viagij diſſoluit contractū aſſecurationis merciū ſup naui factū. Rot. Gen. deci. 40.

Memoriale probat inter mercatores cōtrà ſcribentē, & hēt vim inſtri. Rot. Genu. deciſ. 126.

Summans calculum, & in eo ſcribens acceptat, & partita pro reſto, denotat omnia præcedentia ſolidata. ibi. deciſ. 152.

Recipiens pecuniam pro emendis mercibus, & non emens, non tenetur ad intereſſe, niſi poſt interpellationem. ibid. nu. 151.

Dominus recipiens merces à tertio, non tenetur ſoluere pro eis pecunias ordinatas ab eo, qui merces miſit. ibi. deciſ. 153. ſecus erit pro expenſis factis in mercibus. ibid.

Computa cum litteris tranſmiſſa, probāt cōtrà tranſmittentē, qui propterea tenetur de adminiſtratis rōnē reddere. Rot. Gen. dec. 161.

Ille, ad quem ſpectant merces (licèt directæ ad alium) poteſt agere contra tertium, in quē peruenerunt. Rot. Gen. deciſ. 171.

Receptio mercium probata per litteras directas ad alium, probat miſsionem illarum ab illo. ead. Rot. deciſ. 175.

Nota dati, & recepti facta inter aliquos, inducit fidem, & probationem quo ad alios. Rot. Genu. deciſ. 202. nu. 2.

Verba litterarū mercatorū, debent intelligi ſecundū ſtylū mercatorū. Iac. Put. deci. 19. li. 1.

Delegatio etiā ſine ſtipulatione inter mercatores fieri pōt. Put. deciſ. 124. lib. 3. & nudo pacto obligant. Gaſp. Cab. Millelo. 793. Rebuff. in ſuis comment. Tom. 2. tit. de mercato. art. vlt. glo. 1. num. 26.

Mercatores ſtatuta facere poſſunt, quando reſpicerent actus eorum. idem Cabal. Milleloq. 792. vide Maran. in ſuo ſpecu. part. 4. diſtinct. 9. iudi. nume. 71. Rebuff. in ſuis com-

ment ſuper veg. conſtitu. tract. de mercatoribus, art. 2. gloſ. 1. Tom. 2.

Nobilis exercens mercatoriam artem perdit nobilitatem, quamdiu eam exercet. Cabal. Milleloq. 794. nobilitas enim mercatura amittitur; ſed quádo recuperet, vide per Rebuff. in ſuis comment. tract. de mercator. minut. vendent. nu. 21. fol. 498. Tom. 2.

Mercator eſt, qui rem emit, & non mutata forma illam vendit, vt ſæcratur, artifex contrà, ideò ex artificio vberior, & honeſtior quæſtus percipitur idem Milleloq. 796.

Mercatura an ſit ars ſordida, vide Maran. in ſuo ſpecu. part. 4. diſtinct. 9. iudi. num. 96. & mercator quis dicatur, ibid. num. 97. ad hoc multa requiruntur, de quibus, vide per Rebuff. in ſuis comment. tracta. de mercat. minut. venden. fol. 457.

Quinque requiſita concurrere debent ad hoc, vt quis dicatur mercator, de quibus vide per Caſſa. in conſuetu. Burg. titul. *des droictz* Rub. 4. §. 1. glo. 13. nu. 2.

Et mercator non dicitur, qui vno actu mercaturam exercet. Bar. in rub. procemi. ff. orum. & in l. 63. de legat. 1.

Signú vnius, alter nó pót accipere. Cabal. Milleloq. 796. & in. tit. de i ſign. & armis, & aſſumés punit. Menoc. de arbi. li. 2. caſ. 318. n. 25.

Conuentiones inter mercatores, & artifices, ne quis eorum minori precio ab eis taxato res vendat, vel ne per vnum incoactum, per alium expediatur, ſeu perficiatur, ſunt à iure reprobatæ, & hoc facientes puniantur pœnis, de quibus in l. vnica. C. de Monopo. & conuent. negot. vide Azo. in ſumma eiuſdem tit. de Monopo.

An conueniri quis poſsit coram iudice mercatorum, vide Maran. in ſuo ſpecu. de ordi. iudi. par. 4. diſtinct. 9. iudi. num. 82. an, & quando coram iudice nundinarum, quando quis venit ad nundinas. ibid. num. 86. quid pro alijs cauſis, non concernentibus mercaturam, & quid de hærede mercatoris, vide ibi nu. 88. & 93.

Tria requiruntur antequám conſeruator nundinarum poſsit cognoſcere de cauſa mercatorum, de quibus vide per Rebuff. in ſuis cõment. tract. de mercato. minuta. venden. nu. 15. fol. 460.

Multa pertinẽtia ad mercatores, mercaturam, & merces, vide p Maran. in ſpec. diſt. 9. n. 109.

Mercator conuenitur ex qualibet promiſſone. ibid. nu. 139.

Mercari, & negotiari prohibentur clerici, nobiles, & milites. Rebuff. in ſuis comment. Tom. 2. tract. de mercaturib. fol. 448.

Licèt prohibeatur quis exercere mercaturam per ſe, tamen per alium exercere poterit. idẽ Rebuff. ibid. art. 1. gl. 15.

Quando mercatores recipiunt merces crediti nomine animo decipiendi creditores, & occultant ipſas, quomodo contrà illos procedatur, vide Rebuff. ibid. art. vlt. glo. 1.

Mercatores occultantes merces, non gaudent immunitate, & reputantur pro latronib. ibi. nu. 8. 9. & qualiter puniantur. nu. 11.

Mercatorum exterorum cauſæ ſummarié tractari debent. nu. 19.

Valet prohibitio, ne quis audeat portare pannum, niſi talis valoris ſub pœna, ibi. num. 17.

Conueniri ibi poſſunt mercatores, vbi tabernas habent, vel officinas, vel factorem. Rebuff. ibid. nu. 20.

Vendere vinum ex proprijs bonis habitum, nó eſt mercaturam exercere, & læſi mercatores non reſtituunt. Rebuff. in ſuis cõment. Tom. 2. ibid. tit. de mercat. art. vlt. glo. 1. num. 23.

Frumentum deferre, & alias merces ad barbaros prohibitum eſt. ibid. nu. 27.

Princeps mercatores extraneos ſine cauſa, expellere non poteſt. ibid. nu. fin.

Mercatoribus priuilegia cóceduntur propter pericula. idem Rebuff. ibid. titu. de mercato. minut. vendent. nu. 9. fol. 497. & mercatores, qui nobiliores. ibi. Rebuff. glo. 3.

Mulier ſi conſtante matrimonio exercens aliquã artem aliquid acquirat, ſibi acquirit, & non viro, vide Menoch. cõſi. 154. lib. 2. nu. 14.

Lucrum turpe eſt, qñ non neceſsitate ductus emo, vt carius vendam. Lud. Roma. ſing. 220.

Mercatores non poſſunt expelli, niſi ex cauſis, ex quib. banniri poſſunt. Pet. Gerar. ſing. 59.

Frumentum, vel merces ſi védantur plus iuſto precio, vt poſt aliquod tẽps emptor ſoluat, an hoc liceat, vide c. nauigandi, ext. de vſuris.

Vectores quando de mercib. teneantur, & propter res illicitas exiſtentes in ſalma cũ rebus licitis, an tota ſalma perdatur, vide Bar. in l. 3. C. de naut. fœno. & infra tit. ſeq.

Qñ filius lucratur cũ pecunia patris, medietas lucri eſt pr̃is, altera filij. Bar. in l. 1. C. p ſocio.

Cùm mercatores védunt mercantias, ſi pp eorum inimicitias eméte ſpolient, debet fieri remiſsio debiti. Bar. in l. 28. §. culpæ. ff. locati.

Quando mercatura, ſeu eſſe mercator prohibeatur, vel liceat exercere mercantiam, vide in c. eliciente. 88. diſtin. 89 cum ſeq.

Dominus tenetur pro delicto famuli delinquẽtis circa id, ad quod præponitur. Bar. in l. 1. ſa milia. ff. de publica. & vectig.

Artifex faciens aurum, & argentum de minori liga, quám ciuitas requirat, punitur de falſo. Bar. in l. 9. ff. ad leg. Corn. de falſ.

Vide etiam de materia in tit. prox. ſeq.

De

De publicanis, & vectigalibus, gabellis, pedagijs, & locationib. publicarum functionum.

Gabella, ſiue data, quæ ex forma ſtatuti, aut conſuetudine ſolui debet iuxta vniuſcuiuſque rei æſtimationem, in iudicium deductæ, ſi res ab aliquo poſſeſſa petatur, ſoluenda eſt ſecundum æſtimationẽ poſſeſsionis tãtum. Oraſ. deciſ. Pede. 1.1.

Gabella res odioſa dicitur, & contra diſpoſitionem iuris ciuilis, ac iure canonico prohibita. ibi. nu. 7.

Gabella, ſi vnica eſt ſoluenda pro qualibet cauſa in iudicium deducta, ſi plures ſint deductæ, ea attenditur, quæ gabellam minuit. ibi. nu. 10.

Princeps imponere poteſt gabellas in mari, & eas exigere à vehentibus merces per mare ſuæ terræ adiacens, ſaltẽ intra centeſimũ milliare. Oraſ. deciſ. 155.

Quòd Principes non recognoſcẽtes ſuperiorẽ, imponere poſſint & tributa ſcribit Marc. q. 59. par. 2.

Gabellæ exigendæ poſſeſsio non probatur, ſciẽtia, & patiẽtia domini nõ probatis. Affli. deciſ. 400. nu. fin.

Locus contractus cõſideratur reſpectu gabellarum. Rot. Genu. deciſ. 105.

Ciuitates, quæ recognoſcunt ſuperiorem non poſſunt inſtituere nouas gabellas, ſine licẽtia ſuperioris: tamen hodie ex quo ciuitates Italiæ habent merum, & mixtum imperium, obtinuerunt de facto, vt imponere poſſint ex iuſta cauſa. Capic. deciſio. 148.

Gabella, vtrum imponi poſſit aliquibus cõtradicentibus, vide ibi. nu. 5.

Forenſes vendentes, aut ementes aſtringuntur ad ſolutionem gabellæ nuper impoſitæ. ibi. nu. fina.

Gabella ſi debet ſolui de quolibet cõtractu virtute ſtatuti, intelligitur de contractu valido. Gram. deciſ. 24 nu. 27.

Ciues omnes ſi ſoluũnt gabellã (excepto vno) qui non ſoluit per 40. annos erit in hoc caſu, præſcripta immunitas, quo ad nõ ſoluentem. Gramma. deciſio. 100. num. 25.

Eccleſiæ non tenentur ad ſolutionem gabellæ vini, licet minutatim vendant: niſi eſſet impoſita pro oneribus, ad quæ Eccleſia tenetur ibi. nu. 26.

Gabella quando dicatur impoſita pro oneribus. ibid.

Gabella poſtquàm eſt impoſita per Principem, eius exactio nõ eſt quid regale. Gram. deciſ. 105. nu. 24.

In venditione gabellæ debet cauſa cognita interuenire decretum. Tho. Minad. deciſio. 14.

Vendere promittens nõ obligatur ad gabellã, donec ſit completa venditio. Boer. deciſ. 48. nu. 9.

Gabellam non ſoluit communitas, ſi ipſamet eam priuato vendiderit, ſeu locauerit, vide Boer. deciſ. 213. ſunt tamen qui tenent contrarium, quid in Principe, vel fiſco, vide Marc. q 423. & in officiarijs ibi Pet. de Raue. ſing. 850.

Pro vitulis, qui ſugunt lac, non debet ſolui portorium, ſeu gabella. Boer. deciſio. 218. nume. 10.

Socius non debentis gabellam ex priuilegio, tenetur in iuribus communibus ſoluere pro parte conſocij non priuilegiati. Boer. deciſio. 300.

Emptor tenetur gabellam ſoluere, niſi ſtatuto aliter caueatur, & gabella in groſſo ſoluta, non debet rurſus exigi, ſi contingat emptorem merces in minuto vẽdere. Capel. Thol. q 452. Ioſ. Lud. deciſ. 113. nu. fin. Marc. q. 285. Roma ſing. 588.

Si plures res diuerſo precio vendantur, ſi pro vna fuit ſoluta gabella, licet nõ pro omnibus, valet contractus pro ea parte, pro qua fuit facta ſolutio, vide Boer. deciſ. 263.

Ex quo per perfectionem inſtrumenti fuit ius quæſitum gabellarijs, dicta gabella debet perſolui, & ſi poſteà inſtrumentum diſſoluatur. Ioſeph. Ludo. deciſio. Peruſi. 113. par. 2.

Gabella ſoluenda de ſucceſſione, nõ pcedit in filio. Gaſp. Cabal. Milleloq. 51.

Gabella debetur ex reuenditione ſtante ſtatuto, quòd de quolibet contractu ſoluatur; ſecus eſt quando reſoluitur cõtractus ipſo iure per pactũ legis cõmiſſionę, vel additionis in diem, & huiuſmodi. Cabal. Milleloq 107.

Gabella non debetur de contractibus nullis. ibid. Milleloq. 108. Craue. cõſi. 1. pro genero. nu. 291.

Gabella debetur de ipſa venditione, non de promiſſione vendendi, niſi de promiſſione fuiſſet ſoluta. Idem Cabal. Milleloq. 202.

Statutum, vt de precio cuiuſcunq; rei ſoluatur gabella, intelligitur de vẽditione. Gom. Leo. deciſ. 34 in deciſio. diuerſo. Tom. 2.

Timore hoſtiũ in ciuitate confugientes, an teneantur gabellam ſoluere, vide deciſio. 150. Rot. Aueni. in deciſio. diuerſo. Tom. 3.

Gabella

Gabella ſolui non debet pro blado, & vino perceptis ex bonis proprijs, ſtante ſtatuto, quòd pro negociatione bladi, & vini ſoluatur gabella. Crauet. conſi.6, nu.136.

Gabella ſoluenda de contractu, ſolui debet in loco contractus celebrati. Crauet. conſil. 325. nu. 3. licèt res ſit alterius loci, vide Dec. conſi.457.

Tamen ſi ſtatutum diſponat, quòd de quolibet contractu ibi celebrato, ſolui debeat, ſi ſolutio in illum locum deſtinata ſit, ibi ſolui debet, etiam ſi contractus alibi fuerit celebratus. Iaſ. de actio. in §. ſi quis agens. verſ. plus autem nu. 15. aliàs ſoluenda eſt gabella ſecundum ſtatuta loci, vbi forenſes contrahunt. Lud. Roma. ſing. 478.

Pro gabella, ſi ſtatuto caueatur, q de precio rei venditæ ſoluatur tantum, an intelligi debet de precio, quod in effectu remanet penes venditorem, deductis omnibus expenſis factis in ſubhaſtationibus, vel aliter, vide Iaſ. de actio. §. omnes autem, verſic. tripli, Barto. in l. 61. §. cuidam. ff. de conditio. & demonſtratio.

An de gabella deduci debeat interuſurium medij temporis, quando ſolutio precij differtur, vide Iaſ. ibi. nu. 11.

De petione redditionis rationis nulla debetur gabella. D. Senator Sol. in ſuis comment. in antiq. conſtit. glo. 6. ſuper. 1. par. decreti, quittationem. tit. de minoribus. fol. 106.

Gabellarum fraudatores puniri, & gabellam fraudere peccatum eſſe (modò iuſta ſit) ſcribit Menoch. de arbit. lib. 2. caſ. 397. vide Ant. Trigo. ſing. 99.

Augumẽtum gabellæ emptoribus gabellarum acquiritur. Dec. conſi. 4.

Si pro re vendita debeatur gabella, & per pactum venditor ſibi reſeruauerit dominiũ rei, donec precium ſoluatur, interim emptor nõ poteſt condemnari. Dec conſi. 440.

Statutum iubens ſoluere gabellam de quolibet contractu, ſubditos extra territorium contrahentes, non ligat, Dec, conſil. 457, num. 6.

Gabella, q ſolui non debeat, in dubio iudicari debet. Dec. ibi. nu. 8.

Pro relictis Eccleſiæ, & locis pijs, gabella non debetur. Dec. conſi. 496.

Multa de gabellis ſcribuntur per Caſſan. in conſuetudi. Burgun. titu. de gabellis in fine libri.

Gabellam ſoluere non tenentur perſonæ eccleſiaſticæ de fructibus, & reditibus ſuarum Eccleſiarum, minus pro rebus, & alijs, quæ deferuntur vſus ſui cauſa. Rol. conſi. 71. volum. 4.

Etſi ſtatuto caueatur, quòd gabella ſoluatur pro rebus prouenientibus ad aliquem ex cauſa lucratiua, non tamen maritus pro lucro dotis, tenetur. Pet. de Raue. ſing. 832.

Quando pro animalibus, quæ introducuntur in ciuitatem debet ſolui gabella, ſi introducantur timore latronum, non debetur. ibid. ſingul. 861.

Venditio gabellæ, facta vltra ſolitum morem, & modum, eſt nulla. Anto. Corſet. in ſuis ſingularibus, litera C. ſing. conſuetudo.

Immunis à ſolutione gabellarum alios excuſare non dẽt, aliàs priuilegiũ amittit. ibi, litera C. ſing. 14.

Ciuitas non poteſt auferre gabellam emptori eius fructuum, ſi tempore ſtatuto ſoluit. Barto. in l. 4. C. de adminiſtra. rer. publica. lib. 11.

Pactum initum per officiales deputatos ad vẽditionem gabellarum cum emptoribus ipſarum, eſt nullum, ſi eſt factum contra ſolitũ modum vendendi. Barto. in l. 1. C. de paſcuis publicis, lib. 11.

Quando ex forma ſtatuti pro quolibet cõtractu ſolui dẽt gabella, quid iuris, vide Bar. in l. 4. C. de conſulibus, lib. 12.

Si caueatur, omnes habentes merces in die fori in platea, debere ſoluere gabellam, tenetur etiam ille, qui hẽt merces ſuper bancho domi ſuæ, licèt non ſit in platea. Bart. in l. 7. ff. de ſeruit. ruſtico. prædio.

Gabellas emẽtibus à ciuitatibus, ſi facto ipſarũ bellũ ſuperuenerit, dẽt fieri remisſio. Bart. in l. 28. §. culpæ. ff. locati.

Gabella ſi dẽt ſolui de qualibet negociatione, non ſoluitur de legato. Bar. in l. 43. §. ſed, etſi de legat. 1.

Propter non ſolutam penſionem annuam gabellarum, vel aliarum rerum publicarum, cõductor priuatur conductione; ſecùs in priuato. Guid. Pap. quæſt. 3. ſed an talia arrẽdamẽta ſint locationes, vel vẽditiones, vt propter caſũ ſuperueniẽtẽ debeat fieri remisſio mercedis, vide ibi.

Pro rebus, quę vehũtur ad vſum propriũ cuiuslibet priuati, nõ debetur vectigal. Guid. Pap. q. 4. ſed ſi aliquid cauſa domus faciendæ, vel reficiẽdæ aliquis faciat vehi, tunc illud non dicitur ad vſum propriũ: ideò debetur laudimium. Guid. ibid.

Solus Rex, & Imperator poſsũt inducere pedagium. cap. 16. ex. de verbo. ſignif.

Noua vectigalia incõſulto Principe, etiam per ſententiam, non poſſunt concedi. Guid. Pap. q. 197. vide Capel. Thol. q. 452. Rebuff. in ſuis comment. tract. de mercat. art. 2. glo. 1. Tom. 2. Roland. conſil. 91. volum. 2. Dec. conſil. 649.

Quia

Quia vectigalia ſunt in numero regalium, & ſine conceſsione ſummi Principis inſtitui nequeunt, poſſunt tamen etiam conſuetudine immemorabili acquiri. Myſing. obſer. 20. Centu. 5. vide Dec. conſil. 534. & 649. Bartol. in l. 4. C. noua vectig. inſtitui non poſſe. Abb. conſ. 83. lib. 2. ſed quis probare teneatur diuturnam Imperatoris patientiã, ad acquirendum ius exigendi vectigalia, vide ibid. obſerua. 30.

Vectigalia inſtituere, & exigere nemo poteſt inferior Principe, niſi ab ipſo Principe fuerit conceſſum, maximè quando conceditur vniuerſum territorium alicuius ciuitatis, ſeu caſtri cum mero, & mixto imperio: quia tũc regalia, & alia reſeruata Principi alienãri poſſunt. Natt. conſi. 661.

Vectigalia acquiſita exactione immemorabili, non poſſunt per Principem annullari, & tolli. Rol. conſi. 66. vol. 1.

Ius exigendi vectigal, acquiritur allegatione tituli, cum probatione temporis immemorabilis exactionis vectigalis. Rolan. conſi. 66. num. 21.

Nec Princeps ſupremus, nec quiuis alius priuilegium ab eo habẽs, vectigalia, vel gabellas, niſi cum rationabili cauſa imponere poteſt, ſed quæ nam ſint legitimæ cauſæ, vide Rol. conſi. 91. vol 2.

Ceſſante cauſa rationabili, & iuſta impoſitionis vectigalis vel gabellæ, ceſſare etiã dẽt illius exactio. Rol. ibi. nu. 45.

Verba pro ſe, filijs, & deſcendentibus poſita in conceſsione vectigalis facta à Principe ex cauſa oneroſa, non tribuit ius filijs acquirentis, quominus ipſe poſsit de huiuſmodi vectigali, ſicut de cæteris ſuis bonis, diſponere. Menoch. conſi. 309. lib. 4.

Ius commune ſolum impedit publicanos exigere vectigalia ex his rebus, quæ cauſa exercitus proprij Principis, parãtur. Menoch. cõſi. 331. nu. 9. lib. 4.

Exactionem vectigalis præſcribit priuatus tempore longisſimo, ſi ipſe per dictum tempus vectigal exegerit. Hiero. Boer. in ſuis ſingularibus. tit. præſcriptio. nu. 4.

Priuatus contra priuatũ præſcribit decẽ annis, ſi tanto tempore vectigal exigere ceſſauerit. Boer. ibi. nu. 5.

Regulariter non eſt licitum fraudare pedagia, vel gabellas, quod limitatur quatuor in caſibus, de quibus, vide per Guid. Pap. ſing. 726.

Statutum imponens vectigal non includit Eccleſias, aut bona clericorum. Gram. dec. 100. num. 19.

Licèt ius exigendi vectigal, ſit de iure regaliũ, attamen tale ius per conſuetudinem acquiritur. Guid. Pap q. 498.

Vectigal, an ſoluãt officiarij Principis, cõſules, ſecretarij, & huiuſmodi perſonæ, vide Boer. deciſ. 246.

Vectigal eſt munus reale, & gabellam tenetur ſoluere dominus mercantiæ pro ſalma, mulio pro mulo. Bartol. in l. placet. C. de Sacroſanct. Eccleſ. in repet, vide eundẽ in l. 3. C. de nau. fœno.

Gabella, ſeu pedagium, q̃ ſoluitur à tranſeuntibus, eſt munus reale. Bart. in l. 1. C. de muneribus, & in quo loco. lib. 10.

Quanto tempore præſcribatur exactio, vel liberatio vectigalis, vide Pet. de Raue. ſingul. 898.

Quæ dicantur publica vectigalia, vide in l. 17. §. fin. ff. de verb. & rer. ſignif.

Agi poteſt contrà tertium poſſeſſorem ad recognoſcendum cenſum debitum reſpectu rei, quam posſidet. Guid. Pap. q 42.

Firmarij non debent gaudere priuilegio fiſci in exigendis eorum debitis. Guid. Pap. queſt. 208. Boer. deciſio. 280. nume. fina. niſi in locatione eſſet conceſſum tale priuilegium. Boer. ibi.

Conductor datij, nõ põt aliquid facere in præiudicium ſecundi datiarij. Ioſ. Lud. deciſ. 62. Peruſ. nu. 36.

Exemptionem, ſi concedat Princeps vni de loco, an eius onus alijs accreſcat, vel decreſcat Principi, vide Boer. deciſio. 213.

Familia, an intelligatur exempta, exempto domino, & familiæ appellatio quid contineat. ibi.

Pedagij ſecundi impetratio, non valet ſine mẽtione primi. Boer. deciſ. 162.

Pedagij collectæ, ſi caſu dupplicãtur, an ſit vtilitas firmarij, vide Boer. deciſ. 178.

Priuilegium Principis ſuper nouo pedagio nõ valet, ſi de pedagijs in eodem loco impoſitis, mentio non fiat. Gulielm. Caſſad. deciſio. 3. tit. de penſio. vide Myſing. obſerua. 31. Centu. 5.

Flumen (mutato alueo) ſi in priſtinum alueum, reuertatur, an prior dominus ius portus, vel pedagij recuperet, vide Fran. Marc. q. 79. par. 1. & q. 541. par. 2.

Vectores mercium ſingula pro pedagio ſoluẽdo collectoribus indicare tenẽtur. Idẽ Marc. q. 128. nec ſtatur eorum dicto, vel iuramẽto. Marc. q. 509. part. 2.

Pedagiũ nõ debetur pro victualibus in mercatũ ad collũ delatis; ſecùs ſi equo deueherẽt. Marc. q 285. ideò emẽtes in mercato victualia, quæ deferunt ſui vſus neceſſarij cauſa, pedagium ſoluere non tenentur. Idem q. 285.

Pariter

Pariter pedagium non debetur pro ſaldagio, quod portatur cauſa ſui vſus retrò equum. Marc.ibi.num.3.circa finem.quęſt.41.& 214. par.2.

Item nó debetur pro annulis, quos quis defert in digito, vel pro veſtibus, quas quis defert ſui vſus cauſa.ibid. nume. fina. d.quæſt. 285. Bartol.in l.4. §. Iulianus.ff.nautæ, caupones, ſtabulari.

Et ſuper veritate præmiſſorum ſtatur iuramento deferentis.Idem Marc.q.286. & quæſt.41. par. 2.

Immunitas à pedagio, vel gabellis, an abuſu vel fraude, aut ex enormi damno, perdatur, vide Marc.q.528.

Receptus pro ciue, aut incola, an iiſdem priuilegijs gaudere debeat, quibus ciues originarij, vel an receptio talis cenſeatur facta in fraudem gabellarum, ad quas originarij ciues non teneutur, vide Marc.quæſt. 528.nu.6.

Piſtores emendo blada, vt panes cõficiant, mercati non videntur, & habentes domicilium iiſdem priuilegijs, & libertatibus gaudere debẽt, quibus cęteri municipes.Marc. q.162. part.2.

Mercatores, non mertium vectores, pedagia ſoluere tenentur.Marc.quæſt.41.par.2.

Alueo mutato ius arrendamenti gabellarum, non augetur. Marc. quæſtio. 110. part. 2. fol.90.

Appellatione bladi, nec farina, nec panis veniunt, ideò pro illis non debet ſolui gabella, vel pedagium.Marc. quæſt.162.part. 2. vide DD.de Rot.deciſio. 7. titu. de conſuetud.in antiq.comprehẽduntur tamẽ in prohibitione de non extrahendo. Marc.ibid. num. 6.d. quęſt.162.Maran.in ſuo Spec.de ord.iud.par. 2.nu.20.fol.9.

Nullus à vectigalium præſtatione excuſatur, et ſi ex Principis reſcripto priuilegium immunitatis habeat.Marc.q.204 par.2.

Exemptus res deſignare, & fidem de apodixa facere tenetur.Marc.ibi.

Tributorum, ſeu pedagiorum ad octauæ partis tationem fieri debere, iuris cõmunis eſt, tamen ſuper hoc ſtandũ eſt cõſuetudini.Marc. quæſt.420.

Nauis (quæ ventorum impetu ad portum non deſtinatum peruenit) pedagium ſoluere non tenetur. Marc. quæſtio. 893. nume. 10. part. 2.

Negotiatores tenẽtur ſoluere vectigal pro mercibus transferendis, quare immunitas à pedagij ſolutione cõceſſa hominibus alicuius loci, nõ videtur conceſſa hominibus negotiatoribus illius loci. Natt.conſi.139.Tom.1.

Et ſtatutum, vel priuilegium permittens extrahi victualia de loco abſq; ſolutione pedagij, intelligi debet de victualibus ſcriptis per Natt.ibi.

Et pariter ꝓhibẽs extrahi fruges, intelligi dẽt de frugibus ibi enunciatis.

Conducens frumentum emptum ab Eccleſia exempta à ſolutione pedagij, tenetur ad ſolutionem ipſius, quia priuilegium mutatur, mutatione perſonæ.Rol.cõſ.61.vol.4.Pet.de Raue.ſing.851.contrariũ tñ tenet Menoch. conſi.136.lib.2.

Vniuerſitas poſt venditionem pedagij, non poteſt augere exactionem ipſius. Menoch.cõſi. 34 vol.1.

Et ſi fuit auctum, tale augumentum debet ſpectare ad emptorem. Menoch. conſi. 201. num.143.

Portantes res Principis, non ſoluũt pedagium, & ſtatutum, ꝙ de contractu ſoluatur gabella, comprehendit contractus etiam à Principe celebratos Barto. in l. 1.C.de nauicularis. lib.10.

Fugiens in territorium alienum propter timorem hoſtium, non tenetur ad gabellã, & qui tempore æſtatis vadit in alienum territoriũ ad macinandum, pariter non tenetur ad gabellã.Bar.in l.1.C.de naufragijs. lib.10.Marc. q.893.par.2.

Fiſci vectigalia non debẽt pro minori tpe, quã triennio, locari.Boer.deciſi.249.

Remiſsio mercedis pedagij ob bladij, & victualium extractorum prohibitionem, fieri debet, quia talis inhibitio inter caſus fortuitos numeratur.Fran. Marc. q.62.ſed non fit ratione peſtis, vel belli ſecũdum.Marc.q.1066.qñ in vectigalibus fiat remiſsio, vide Barto. in l. 11.§.qui maximus.ff.de publica, & vectig.

Firmarius ad certum tempus, an ob bellum, peſtem, vel aliam cauſam poſsit renunciare affitamento, & conductioni; vel petere remiſsionem mercedis, vide Boer.deciſi.149. nume. 2.

Gabellarum conductor quando ob caſum fortuitum excuſetur à ſolutione penſionis, & quid ſi ſuſceperit in ſe caſus fortuitos, vide Menoch.de arbitra iud.lib.2.Caſ.80.

Conductor pedagij cõducẽs pro pluribus annis vnico precio ſoluendo vno tempore, dicitur emere, & tũc nõ fit remiſsio propter bellum, niſi eſſet propter culpam vẽdentis, vel locantis.Bar.q.4.nu.14.

Pedagium, vt dicatur venditum, tribus modis conſiderari poteſt.Bar.ibi.

Pedagium, quot modis accipiatur, & an in cõtractu pedagij, vel vectigalis debeat fieri remiſsio, vide Barto.q.2.

Si fiat inſtrumentum conditionale, de quo fuit ſoluta gabella gabellarijs exiſtentibus tempore inſtrumenti, nõ debet denuò ſolui alijs gabellarijs exiſtentibus in conductione gabellarum tempore euenientis conditionis. Ioſeph. Ludo. deciſ Peruſ. 154. libr. 2. ſed an debeat ſolui gabellario exiſtenti tempore contractus, vel illi, qui eſt tempore euenientis conditionis, vide Boer. deciſ. 5. nu. 25.

Licitator primus, an liberetur alio plus offerẽte, ſi ille aufugiat, vide Boer. deciſ. 248. Pet. de Raue. ſing. 844.

Firmarius, qui lucratus eſt, pro eodem precio, tenetur reconducere, ſi alius non inuenitur. Boer. deciſ. 249. nu. 2.

Licitatione firmarum ad candellæ extinctionẽ facta, an quis poſt tres menſes parte non vocata, ad licitandum admittatur, vide Marc. quæſt. 85.

Publicanus, qui ſciens non nihil præter debitum accipit, actione furti tenetur; qui verò ignoranter, ad duplum. Marc. q. 421. par. 2. vide Ioan. Criſp. de Mont. in ſuo tracta. termino. actio. poſt volumen Iaſ. de actio. nu. 117. imò, quod in quadruplum puniatur ſcribit Menoch. de arbit. lib. 2. caſ. 443.

Ille, qui recipit pedagium, vel vectigal, tenetur ſaluare ſoluentem iuxta poſſe in perſona, & rebus infra ſuum deſtrictum: quia propter hoc ſoluitur vectigal, alioqui tenetur ei ad emendationem perditorum in defectu iuſtitiæ. Marc. quæſt. 893. part. 2. vide Dec. conſi. 534. nu. 9.

Publicanus vnus, ſi non exigit non prohibetur alius exigere, & procedit in eo, quod ſemel fuit exactum: nam tunc indulgentia publicani, ſeu negligentia, non nocet. Vincent. de Fran. deciſ. 397. par. 2. nu. 9. & 14.

Publicanus, ſeu conductor emolumentorum, & pœnarum criminalium, non habet bona confiſcata propter crimen falſæ monetæ. Ioan. Pap. lib. 13. tit. 9. arreſt. 3.

Gubernator generalis non poteſt liberare quẽ à ſolutione oneris, in præiudicium publicani, ſed quid in rege, vide Papon. lib. 13. tit. 9. arreſt. 6.

Publicanus, & exactor pedagij poteſt retinere viatores, donec ſibi ſit ſatisfactum, vide ibi arreſt. 7. 8.

Condemnationes in cauſis criminalibus ſpectant ad conductores exiſtentes tempore ſententiarum, nec attenditur tempus commiſſi delicti. Pap. ibi arreſt. 9.

Decuriones non poſſe per ſe, nec per interpoſitam perſonã reditus, & prędia ciuitates cõducere tradit Menoch. de arbi. caſ. 419. n. 17.

Publicanus non tenetur dicere tranſeunti, ſolue. Bald. ſingul. 35. Petr. de Rauen. ſing. 854.

ſed quando petijt ſoluere debens, an ſit gabella ſoluenda, & publicanus reſpondit, quod non, & deinceps auferat rem, propter gabellam non ſolutam, tenetur ad reſtitutionem rei, cum altero duplo. ibi ſing. 860.

Si quis habuit vectigal anno præcedenti, non admittitur ad offerendum, niſi reddiderit rationem anni præcedentis. Petr. de Rauen. ſingul. 847. tamen publicanus antiquus, qui ſatisfecit pro tempore præterito, præfertur pro tempore futuro cuilibet alteri, dummodo offerat tantũ, quãtum alter. ibi. ſing. 848.

Si emptores gabellarum deficiant ſoluere in aliquo termino, ſtatim poteſt eis auferri gabella. ibi ſing. 852.

Licentia extrahendi res, vel frumentum extra Comitatum, durat ſolùm per ſeptem dies. Corſet. litera. G. ſing. gabella. 4. Bar. in l. vnic. C. de tractatorijs. lib. 12.

Statutum prohibẽs extractionem grani extra ciuitatem, non comprehendit portantem, vel extrahentem granum pro vſu ſuo, etiam ſi poſteà mutata voluntate, illud alienauerit. Hippol. ſing. 86.

Veteranus excuſatur à pedagio, vide Bart. in l. 1. C. de veteranis. lib. 12.

Mulio licèt non ſit deſcriptus in licentia mihi data per datiariũ portandi res ſuas extra ciuitatem; tamen illas licitè portat. Bar. in l. 4. C. de curſu publico. lib. 12.

Statutum prohibens frumentũ extrahi de Comitatu, non intelligitur de eo, quod quis extrahit cauſa ſui vſus, & frumentum emptum in vno loco, non poteſt prohiberi per locũ medium, ne portetur in alium. Bar. in l. 43. §. ſed & ſi, de legat. 1.

Probans ſe preſcripſiſſe ius colligẽdi pedagiũ, obtinet in illa ſpecie, quam probat. Bar. in l. 1. §. ſi quis. ff. de itinere actuque priuato.

Si imponatur vectigal omni tranſeunti ſuper territorio alicuius loci, & quis tranſeat per viam communem ipſius, & alterius, non tenetur ad ſolutionem vectigalis: quia hoc in caſu; quod commune eſt, meum nõ eſt. Abb. conſi. 83. lib. 2.

Vide de materia in titu. C. de locatio. prædio. ciuil. lib. 11. cum tit. ſeq & in tit. ff. de adminiſtra. rer. ad ciuit. pertine.

Finito tempore locationis, ſoluitur contractus ipſius locationis. l. 3. §. cum quinquennium. ff. de iure fiſci.

Conducens rem à fiſco in perpetuum, tenet locum domini, & vendere poteſt. Bar. in l. 1. C. de fundus patrimo. lib. 11.

Publicanus, qui conduxit vectigalia à fiſco, ſi differat ſoluere tempore ſtatuto, poteſt cogi ad ſatisfaciendum, non tamen incidit in pœnam. Abb. conſi. 68 lib. 1.

Si publicanus pęcus meum abduxerit, dum putat contrà legem vectigalis aliquid à me factum, quamuis errauerit, agi tamen cum eo vi bonorum raptorum non poteſt, ſi dolo careat; aliàs ſecùs. l. 2. §. ſi publicanus. ff. vi bono. rapto.

Qui noua vectigalia exercent, vel inſtituunt, lege Iulia de vi publica, tenentur. l. fin. ff. ad leg. Iul. de vi publi. & lege Iulia de ambitu. l. 1. ff. de ambitu.

Conductor ex fundo fiſcali nihil transferre poteſt, nec minoribus 25. ann. debet fieri locatio fundi fiſcalis. l. 45. §. conductor. ff. de iure fiſci.

Qui conduxit à fiſco, poteſt alteri plus locare, & ſoluet tantum, quantum à fiſco conduxit, non plus. l. 47. §. Aemilius. ff. de iure fiſci.

De gabella, & eius ſolutione, vide etiam infra, tit. de laudimis.

Gabellarius, qui libros ſuarum rationum lacerauit, & cōbuſsit, an incidat in crimen falſi, & an pœna falſi ſit puniendus, vide Excell. P. Teſſau. decif. 171.

Ius colligendi pedagia, ſeu vectigalia, quomodo acquiratur ex pręſcriptione, vide Hartm. Hartma. c. 2. tit. de præſcriptio.

De commiſſis, & pęnis fraudantium pedagia, gabellas, & datia.

STatuto ſtante, quòd ſi quis exportauerit granum extra ciuitatem, amittat plauſtra, & animalia cuiuſuis fuerint, ſi cōtrauentum ſit, amittuntur plauſtra, & animalia ętiam ſi fuerint alterius, & dominus ignorauerit, cui tamen ſuccurritur, vt ſcribit Ozaſ. decif. Pedem. 71. nu. 8.

De eo qui ignorauit proclamata facta in ciuitate, & repetita, vt quilibet habens grana, illa intra certum tempus conſignare debuiſſet, an ſi non conſignauerit in pęnam proclamatum, incurrat, vide ibi, & ſupra titu. de iuris, & fact. igno. lib. 1.

Animal commodatum conſcio commodante, ad extrahendum mercātias prohibitas, cenſetur confiſcatū, vnà cum mercantia. Guid. Pap. q. 572. vide Boer. decif. 178. nu. 28.

In pęna commiſsi, quis nō excuſatur prætextu ignorantię, quia debet inquirere tranſeūdo, de iurib. pedagij. Ioſeph. Lud. deci. 80. Marc. q. 63. vide tamen ibid. q. 155. num. 3. & And. Gail. obſer. 48. lib. 2. nu. 26.

Prætextu ignorantiæ à pęna commiſsi nemo excuſatur. Marc. q. 523. par. 2. ſecùs tamen eſt in pęna ſtatuti, qn̄ quis allegat cauſam probabilem ignorantiæ, vt quia tempore publicationis erat abſens, vel eſſet forenſis, offerens ſe iurare. Marc. ibi. d. q. 523.

Culpa imputatur non inueſtigare, an in loco debeatur gabella, imò culpa lata dicitur, nō inquirere de eo, de quo alij inquirere conſueuerunt. Crauet. conſi. 115. nu. 3.

Non ſoluta gabella, non ſolùm merces confiſcantur; ſed etiam animal portās illas. Petr. de Raue. ſing. 853.

Publicanus agens ad pęnam fraudati datij, nō auditur ex eo, quòd ſit in quaſi poſſeſsione datij exigendi, niſi de titulo doceat. Capic. deciſio. 77. nu. 8.

Pęnæ commiſſæ tempore locationis, vel debitæ reſpectu delicti commiſsi tempore locationis, non debentur conductori, niſi intra illud tempus fuerit lata ſententia, ſed erunt ſucceſſoris, in cuius tempore fuit lata ſententia. Guid. Pap. q. 535. Boer. decif. 5. nu. 16. & 17. vide tamen ibi. nu. 18. & 20. vbi ſcribitur contrarium: quòd attendatur tempus ſententiæ, & non commiſsi delicti ſcribit Papon. lib. 13. tit. 9. arreſt. 9.

Publicanus, ſeu conductor emolumentorum, & pęnarum criminalium, non habet bona confiſcata propter crimen falſæ monetæ. Ioan. Pap. lib. 13. tit. 9. arreſt. 3.

An publicanus debeat habere pęnam cōmiſsi, vide Ioan Pap ibi. arreſt. 4. vel aliam, vide ēt Guid. Pap. ſing. 455. Pet. de Raue. ſing. 97.

Conductor debet habere res in cōmiſſum deuolutas, etiam quæ contigerunt ante eius conductionem, quorum tamen eſt facta cōpoſitio, ſeu declaratio de tempore ipſius conductionis, vide Craue. conſi. 212.

Ad eum ſpectant pęnę fraudantium pedagiū, ad quem expectat exactio ipſius pedagij, aut alterius vectigalis. Menoch. conſil. 189. lib. 2. nu. 14.

Emptor conſtituitur in bonafide, ſi venditor, rem venditā frācam, & liberam aſſerat, licèt falsò: ideò excuſatur à cōmiſſo. Guid. q. 24.

Ficta traditio per conſtitutum, non operatur verā traditionē, adeò qđ res prohibita alienari, ſine conſenſu domini, cadat in commiſſum. Guid. Pap. quæſt. 101. vide tamen ibi. in additio.

Pedagium ſi quis fregerit, emolumentum condemnationis debet firmario applicari, niſi de ſtylo aliter ſeruetur. Guid. Pap. q. 413. vide Boer. decif. 180.

Et pedagium qui emit, an videatur pęnas trāſgreſſorum emiſſe, vide Guid. & Boer. ibi.

Sententia lata contrà vnum ex mercatoribus pro ſolutione pedagij, nocet alijs, qui partē non fecerunt. Guid. q. 549.

Si prohibitæ mercantiæ, cũ nõ prohibitis reperiantur, non prohibitæ etiam cenſentur confiſcatæ cũ alijs prohibitis, dolo interueniente. Guid. q. 572. Boer. deciſ. 178. num. 22. & ſeq. idẽ Guid. q. 630. Ant. Frigo. ſing. 90. vide Bar. in l. 3. C. de naut. fœno.

Idem dicendum in mercatore nõ ſoluente pedagium, vt etiam cadant in commiſſum mercantiæ, pro quibus non tenebatur ſoluere pedagium, ſi pro alijs, pro quib. tenebatur, non ſoluerat. Boer. ibi. nu. 26.

Ille, qui non tranſit per iter conſuetum cauſa fraudandi pedagiũ, debet dici fregiſſe pedagium. Guid. d. q. 572. nu. 2. quia dolus arguitur contrà tranſeuntem per viam nõ rectam, ſed inuſitatam. Crauet. conſi. 115. num. 5. vide Bar. in l. 5. C. de nauicular. lib. 10.

Si res vetita portari, nundum deuenerit ad locum prohibitum, an debeat dici confiſcata, vide Guid. Pap. quæſtio. 572. Boer. deciſio. 178. nu. 29.

Fraudantes, & extrahentes granum, oleum, & alia victualia, quomodo, & qualiter puniantur, etiam ſi reperiantur adhuc in territorio non prohibito, in itinere tamen exeundi, vide Ioſeph. Lud. deciſ. Peruſ. 80. par. 2.

Mercator dicitur fregiſſe pedagium tranſeundo locũ, in quo pedagium ſolui debet. Guid. Pap. ſing. 875.

Si frumentum non poſsit extrahi de territorio, ſi mulio onerauerit mulũ frumento, & cœperit itinerari, ſed nundũ exiuerit, an incidat in pœnam, vide Bart. in l. 3. C. de naut. fœno.

Statuto cauente, quòd ſi quis alienauerit rem, & non ſoluerit gabellam perdat eam, ſi alienet, & alienatio ſit nulla, non habet locum pœna ſtatuti, ſi hoc fuerit oppoſitum. Guid. quæſt. 590.

Pœna ſtatuti impoſita vendenti, extenditur ad ementem, & è contrà. Boer. deciſ. 48. num. 4. vide nu. 21.

Si minor ob non ſolutum, & defraudatum vectigal inciderit in commiſſum, intra 30. dies ſeruatur illæſus, & poſt illos, reſtituitur in integrum. Boer. deciſ. 63. nu. 2. facit l. 10. §. pen. ff. de mino. 25. ann.

Statutum prohibens exportare frumentum, nõ comprehendit minorem. Ioſeph. Lud. deciſ. Peruſ. 80. part. 2. nu. 8.

Equos ſi de Prouincia non licet educere, tamen licet aliundè aductos per illam Prouinciam tranſire, & tranſducere. Boer. deciſio. 178. nu. 12.

Maritus, cui in dotem datum eſt caſtrum, an lucretur pœnas, & emendas, vide Boer. deciſio. 189.

Mercator falsò aſſerens merces eſſe alterius nõ ſoluentis gabellam, perdit merces. Boer. deciſio. 300. nume. 4.

Delinquens forenſis, debet puniri ſecundum bandimenta loci commiſsi delicti. Ioſeph. Ludo. deciſ. Peruſ. 80. part. 2. nu. 15.

Prohibitio ſub pœna animalium, & bladorum confiſcationis, ne victualia extra Prouinciã deferantur, licitè fieri poteſt, maximè tempore caritatis, & quid tunc, ſi in illa Prouintia forenſis prædia habeat, an poſsit extrahere ſaltem pro eius prouiſione, vide Fran. Marc. q. 155. part. 1. & q. 617. part. 2. vbi tenet affirmatiuam.

Pęna fraudantis pedagium, habet locum in forenſi. idem Marc. q. 528.

Forenſis excuſatur, ſi non ſoluit gabellam debitam contrà ius commune ex forma ſtatuti, allegando ignorantiam ipſius ſtatuti. Crauet. conſil. 115. num. 4. ſed vide Menoch. cõſ. 397. & ſupra lib. 1. tit. de iur. & fac. igno.

Ignorantia minimè excuſat forenſem non ſoluentem gabellam; tamen propter ignorantiam minus punitur, quia res nõ cadit in cõmiſſum, ſed vectigal duplicatur. Pet. de Rauen. ſing. 858.

Forenſis exiens portam cum re, pro qua debet ſolui gabella, videntibus publicanis, & nihil ſibi dicentibus, non excuſatur. idem ſingul. 859.

Quando tamen petijt, an ſit gabella ſoluenda, & publicanus reſpondit, quòd non, & deinceps auferat rem, propter gabellam non ſolutam, tenetur ad reſtitutionem rei, cum altero duplo. de Raue. d. ſing. 860.

Quando eſt dubium, an pro re ſit ſoluenda gabella, debet ſaltem conſignari publicano. ibi. ſing. 862.

Qui emit, vel tranſportat blada, vel victualia cauſa ſui neceſſarij vſus, vel familiæ, non incidit in pęnam edicti. Marc. q. 287.

Pęna fraudantis pedagium, vel gabellas, quæ ſit, vide Marc. q. 528.

Merces, quas vehendas, vt pedagium non ſolueretur exemptus ſuſcepit, cõfiſcationi ſubiacent. Marc. ibi. nu. 5.

Quando fit prohibitio, ne bladum extrahatur extra territorium, quid iuris, vide ibid. quæſt. 617.

Publicano rei vendicatio datur, quando res in commiſſum incidit, & dicitur quis fraudare gabellam, non profitendo, neque ſoluendo pedagium, etiam ſi gabellarius eum non interpellauerit. Marc. q. 422.

Commiſsi pęna quinquennio præſcribitur. ibi. d. q. 422 Guid. Pap. ſingul. 875. Ludo. Rom. ſingul. 483. Henri. Boer. in ſuis ſingularibus, titu. præſcriptio, nume. 9. Hippol. ſing. 307.

cadente in commiſſum, an dominus poſſit agere poſt quinquennium, vide Guid. Pap. q. 412.

Quando dominus non poſſet recuperare valorem rei ſuæ contrà delinquentem, ipſa res non incidit in commiſſum. Gome. Leo. deciſ. 30 nu. fi. in deciſio. diuerſo. Tom. 2.

Qui frumentum, aut aliud vſus ſui gratia euexit, quòd alieni non licuit, ſi mutato conſilio vendidit, pœnâ non paritur. Petr. Roy. deciſ. 3 lirua. nume. 549. in deciſio. diuerſo. Tom. 2. fol. 416.

Pedagium, vbi fraudatur, bona ipſo iure ſunt confiſcata, Crauet. conſi. 115. ideò Pedagiũ non ſoluens de mercibus, quas ducit, facit eas cadere in commiſſum, adeò quod dominium earum tranſit ipſo iure in dominũ pedagij, non autem poſſeſsio, quæ non tranſit, niſi interueniente facto hominis, nempè ſententia iudicis. Rol. conſi. 42. vol. 3. res ob delictum quando ipſo iure confiſcentur, vide per Bar. in l. 68. §. duorũ, de lega. 2. n. 25.

Vectigal ſoluendum eſt, ne res incidat in commiſſum, ſed quando commiſſo locus ſit, vide Hartma. Hartma. cap. 6. titu. de præſcriptionibus. lib. 2.

Profeſsio mercium, vbi eſt facta, ſed omiſſa pedagij ſolutio, merces non cadunt in commiſſum, ſed duplicatur pedagium. Rol. cõſi. 42. nu. 8. vol. 3.

Quando quis per errorem omiſit ſoluere pedagium auctum, vel aliud, tunc etiam res non cadit in commiſſum; ſed ſolùm duplicatur pedagium. ibid.

Quid quando omiſit ſoluere per ignorãtiam, vide Rol. ibi. nu. 17.

Gabellæ fraudator, non tenetur ad pœnam, ſi dolo non fraudauerit. Menoch. conſil. 98. volum. 1.

Quando conductores non ſoluentes pedagiũ non ſunt ſoluendo, datur domino mercium reſtitutio ad ſoluendum, ad euitandum cõmiſſum. Rol. conſi. 42. nu. 30. vol. 3.

Si mulus portat merces vltra territorium, merces non ſunt publicatæ, niſi probetur dominum duxiſſe. Bald. ſing. 34.

Si famulus meus tranſit mercantias meas non ſoluendo pedagium, non propter hoc mercantiæ meæ debent dici confiſcatæ. Guid. Pap. ſing. 21.

Statutum, dicit, qui emit rem immobilem, & non ſoluit gabellam, incidat in aliquam pœnam, accuſatus poteſt euitare pœnam, ſi ſoluerit gabellam ante ſententiam. Pet. de Rauen. ſing. 844.

Suſpecti, quòd aliquid portent prohibitum, ſi non dimittunt ſe inquiri, poſſunt capi, & ex ſola reſiſtentia puniri. Anto. Corſet. in ſuis ſingularibus, litera G. ſing. gabella. 4.

Datiarij multis priuilegijs gaudent, quia aduerſus datia, & gabellas ſtrandantes, probationes per coniecturas ſufficiunt. Hippol. ſing. 568. Craue. conſi. 115.

Si ſalma tua incidit in cõmiſſum, & venditur à fiſco, an poſsis alteri mandare, vt eam emat, vide Bar. in l. vnica. C. ſi ſeruus extero.

Statutum, quòd ſi quis alienauerit rem, & gabellam non ſoluerit eam perdat, quando habear locum, vide Barto. in l. 3. §. fin. autem. C. commu. de legat.

Statuto ſtante, quòd portans bladùm extra territorium perdat animal, & condemnetur in decem; & alio ſtante ſtatuto, quòd in maleficijs de nocte commiſsis pœnæ duplicentur, quomodo puniatur extrahens frumentum de nocte, & quid ſi plures diuerſo tempore ſuper eodem mulo extraxerint, vide Bar. in l. 68. §. duorum de lega. 2.

De repreſalijs.

Repreſaliæ non debent concedi, niſi tribus concurrentibus cauſis, de quibus, vide per Ioan. Pap. libr. 5. tit. 3. Arreſt. 1.

An repreſaliæ debeant concedi cõtrà eum, qui habet ſaluumconductum, vide Pap. ibid. Arreſt. 2.

Repreſaliæ ſolùm conceduntur contrà bona, & non contrà perſonas. ibi. Arreſt. 3.

Contrà officialem extraneum, qui iniquè iudicauerat, conceduntur repreſaliæ. Pap. ibi. Arreſt. fin.

Non licet vaſallo vnius Regis ad vlciſcendas iniurias ſibi in alienis regnis illatas, perſonas, & bona ipſorum alienorum regnorum pro aliorum noxa capere, repreſalijs ꝓpria auctoritate vtendo, quod ſi fecerit, punitur, licèt poſſet ſimilia facere Principis auctoritate, vide Ludo. à Pegue. in ſuis qõ. crim. c. 11.

Cauſa, ob quam repreſaliæ conceduntur iuſta, & vera eſſe debet, alioqui nullo modo concedi poſſunt. Menoch. conſi. 244. lib. 3. nu. 42.

Repreſaliæ non debent concedi cõtrà mandatariũ, & gubernatorem, ſed contrà mandantem, ſeu ſuperiorẽ. Menoch. ibi. n. 43. & caſu, quo concedantur contrà mandatariũ, ſeu gubernatorem, Princeps, ſeu ſuperior tenet̃ reſarcire damnum paſſum per gubernatorẽ ob repreſalias. ibi. nu. 58. illi, quoque contrà quos fuerunt conceſſę repreſaliæ indebitè, & ſine legitima cauſa, poſſunt agere ꝓ damnis paſsis contrà eum, cuius cauſa fuerunt conceſſę. Menoch. d. conſi. 244. nu. 71.

Propter

Propter negatam iuſtitiam à iudice, vel rectore loci, conceduntur repreſaliæ contrà omnes ciues ipſius loci, ſeu ciuitatis. Anto. Corſet. in ſuis ſingularibus, litera. I. ſingul. judex. 5.

De repreſalijs, Bar. ſcripſit tractatũ, dequo, vide inter tractatus ipſius Bar.

Repreſaliæ ſunt de iure diuino, ſed quibus ex cauſis concedantur, an debeat adiri ſuperior in conceſsione, & an poſsint concedi contrà clericos, vide Guid. Pap quæſt. 32. 33. & 34.

Repreſalia eſt poteſtas impignorandi contrà quemlibet de terra debitoris data creditori pro iniurijs, & damnis, & eius vſus à Romanis legibus originem ſumpſit. Myſing. obſer. 1. Cent. 6.

Repreſalię quibus caſibus in iure ſint pmiſſę, & concedendæ, vide ibi.

Cauſam dans repreſalijs tenetur omne damnũ inde proueniens. damnum paſſo reſarcire, niſi iniuſtè conceſſæ ſint. Myſing ibi nu. 10.

Captus pro repreſalijs contrà communitatem, vel ſpecialem perſonam conceſsis, repetit ab eis, illud quod ſoluit. Hiero. de Mont. in ſuis quæſtio. q 27. nu. 38.

De locato, & conducto.

OFficium iudicis detinẽtibus tãtùm, veluti conductoribus, & ſimilibus, competit, ad recuperandam tenutam rei detentæ. Ozaſ. deciſ. 40. nu. 4. & 7.

De eo, qui vẽdidit, ſeu locauit oblationes, ſiue queſtas ſub certa mercede, an ei incumbat onus probandi patientiam fuiſſe præſtitam percipiendi huiuſmodi oblationes, ſeu eleemoſinas, an verò cõductori, vide Ozaſ. deciſ. Pede. 51.

Patientia in dubio præſtita fuiſſe præſumitur in incorporalibus, & conductori dicenti ſe impeditum, vti, frui re conducta, incumbit onus probandi. Ozaſ. ibi.

Patientia in iuribus incorporalibus pro traditione habetur, ibi. nu. 4. ideò in locatione iurium incorporalium ceſsio præſumitur, & locatio pro traditione habetur. ibid. nume. 7.

Locator ad factum tenet̃, vt patiatur cõductorem frui re conducta. ibi. nu. 8.

Locator petenti mercedem obſtat exceptio rei non traditæ. ibi. num. 10 Ioſeph. Ludo. deciſ. 2. Luc. ideò niſi probet tradidiſſe rem, & præſtitiſſe patientiam non poteſt obtinere. Natt. conſi. 360.

Locator in libello ſuo neceſſariò patientiã ex ſui parte præſtitã inſerere debet. Ozaſ. d. deciſ. 51. nu. 12.

Agẽs virtute locationis, tenetur probare traditionem rei locatæ, & patientiam præſtitiſſe parte opponente, quòd etiã procedit licèt in inſtrumẽto dictum fuiſſet de rei traditione. Mago. deciſ. Luc. 11.

Locator tenetur non ſolùm rem tradere, ſed habere patientiam ſucceſsiuam, quare titulus locationis, quo conductor confitetur rẽ recepiſſe, non ſufficit ad fundãdã intentionẽ locatoris. Ioſ. Ludo. deciſ. 2. Luc. nu. 6 7.

Inquilinus, cui claues domus locatę traditę fuerunt, tenetur ad totam mercedem Marc. q. 1067. & tũc fortuitos caſus in ſe ſuſcipere videtur ibi.

Quando conductor eſſet eiuſdem rei ſibi locate venditor, tunc non poſſet allegare hanc exceptionem rei non traditæ. Mago. d. deciſ. 11. Luc. num. 6.

Licèt cõductor promiſerit ſoluere mercedem, dato q̃ eſſet impeditus adipiſci poſſeſsionẽ, ſeu quaſi rei conductæ; tamen non tenetur, quando eſſet impeditus ex culpa, & facto locatoris. Menoch. conſi. 128. vol. 2. vide cõſ. 246. vol. 3.

Famulus, cui dominus mercedem perſoluere denegat, ſubtrahere pecunias, & res domini poterit impunè. Ozaſ. deciſ. 68.

Admiſſus cum conſenſu locantis ad contractũ locationis, ſiue conductionis cum principali conductore, ſi deinde decedat, an illud ius transferatur ad eius hæredes; ita vt perſeuerare poſsint in conductione, an verò tanquã contractus ſocietatis, non extendatur ad ipſos hæredes, vide Ozaſ. deciſ 76.

Initium in contractu conductionis ſpectandũ eſt. ibi. nu. 5.

Conductores percipientes omnes fructus, & ſoluentes mercedem in pecunia, an teneantur ad ſolutionem collectarum, vel locatores, vide Ozaſ. deciſ. 83.

Eccleſiæ firmarius, vel colonus, an ſoluat gabellam, taleas, vel decimas, quas ſolueret Eccleſia, vide Boer. deciſ. 213. nume. 19.

Locatio facta ad decennium, dicitur facta ad longum tempus, & nõ põt fieri per emphyteutam. Dec. conſi. 204.

Conductor ad longum tempus, ſeu imperpetuum habet vtile dominium, & ius in re, & poſsidet pro ſuo: ideò tenetur ad collectas. Natt. cõſ. 36. Tom. 1. Craue. conſi. 107. Aegid. Bellam. concluſio. 138.

Conducens rem in perpetuum, põt eam vẽdere, donare, & ad poſteros transferre. Corſet. litera. L. ſing. locatio. 2.

Conducens á priuato, non habet actioné, niſi cõducat ad longũ tempus. Barto. in l. 1. ff. de loco publico fruen.

Actio in rem competit conductori ad longum tempus, non ad modicum, & tempus longũ dicitur decennium, & illa eſt ratio, qua dicimus, emptorem poſſe expellere conductorem ad modicum tempus, quia nullum ius habet in re. Bartol. in l. 1. §. quod. ff. de ſuperficiebus.

Dominus, & non conductor, debet conferre pro via reficienda. Guid. Pap q. 444.

Molendino impedito, & reparatione egẽte, ad quid cõductor teneatur, vide Boer. dec. 213. nu. 18. quòd refectio murorum molendini ſpectet ad locatorem ſcribit Rol. conſil. 83. vol. 3.

Conductor, quæ, & quando melioramenta repetat, vide Ioſeph. Ludo. deciſ. Peruſ. 24 34. & 58. Marc. q. 457. nn. 36. Borg Caual. deciſ. 15. de contract. nu. 46. Hartma. Hartm. capit. 3. tit. de emphyteuſi. lib. 1.

Conductor domus pro putei, & viæ reparatione, nõ tenetur; ſed dominus. Marc. q. 457. num. 35.

Conductor ſimplex ad modicum tempus, non dicitur habere ius in re, & tamen pro laboribus, & cuſtodia poteſt rem conductam retinere, donec expenſæ, & melioramenta ei ſoluantur. Borg. Caual. deciſ. 11. de contract.

Conductor an ob deteriorationem poſsit expelli á locatione, & tunc, an amittere debeat melioramẽta, vide Borg. deciſ. 32. nu. 9. 10. 11. 33. & 36 par. 2.

Cõductor non tenetur de ſuo cooperire tectũ, facere Scalas, Feneſtras, Oſtia, purgare puteum, & viam adaptare, nec collectas ſoluere; ſed locator, & ſi ſoluerit, poterit repetere. Borg. d. deciſ. 15. nn. 49. de contract. fallit, vt ibi. num. 55. & ſeqq. vide Bart. in l. 3. ff. de via publ. & itin. pub. ref. nu. 3.

Melioramenta non ſoluũtur (etiam liquidata) niſi in fine locationis. Borg. Caual. deciſ. 28. par. 2 nn. 50.

Impenſæ, quæ gratia fructuum percipiendorum fiunt, á conductore perſoluuntur. Menoch. de arbitra. lib. 2. caſ. 215. vide Natt. cõſ. 149. Menoch. conſi. 64. vol. 1. Idem in impenſa, quæ fit in fructibus colligendis. Menoch. ibi. d. caſ. 215. nu. 3. & quæ non vltra tempus conductionis, protenditur. Natt. conſil. 13. Tom. 1.

Impenſa, quæ cauſa proprietatis fit, & nullam de illa dominus ſentire habet vtilitatem, non pertinet ad ipſum dominum; ſecùs ſi ex ea ſentiret commodum: quia tunc teneretur pro modo illius, Menoch. de arbitrat. lib. 2. caſ. 215. nume. 4.

Impenſa magna facta ad perpetuam rei vtilitatem, ſpectat domino rei; ſecùs in impenſa modica. Natt. conſi. 13. Tom. 1. vide Bar. in l. impenſæ ff. de impen. in reb. dot. fact.

Quæ autem magna, vel modica dicatur, relinquitur arbitrio iudicis, Menoch. d. caſ. 215. num. 5. ſed talis impenſa conſiderari debet, non ſecundum tempus, quo fuit facta, ſed ſecundum valorem temporis reſtitutionis, vide Natt. d. conſi. 13. Menoch. conſil. 14. volum. 1.

Conductor promitrens ſuis ſumptibus ſoluere onera, conſtruere, & meliorare molendinum, & domum, tenetur reficere, & tempore deſtructionis currit penſio. Idem Borg. dec. 28 par. 2. nu. 35.

Cùm fundum in plures annos locarem conuenit, vt conductores foſſas, & canamenta quędam facerent, ideóq́; libras centum, quoe annis de pẽſionibus ſoluendis retinere poſſint, retentis libris centum, primò, ſecundò, & tertiò anno, conductores opus nõ incoarunt, quærebatur vtrum hoc illis liceret, fuit reſponſum per Auguſt. Bero. q. 88. licuiſſe.

Refectio, licèt de iure communi immineat locatori; tamen ex pacto, poteſt pertinere ad conductorem. Abb. conſi. 49. lib. 1.

Locator non tenetur de eo, quòd cõductor vi, vel clàm fecit, niſi ad ſolam patientiam operis teſtituendi. l. 15. §. is, cui fundum. ff. quod vi aut clàm.

Locator operarum ſuarum, ſi per eum nõ ſtetit, quominus operas ſuas præſtaret, debet habere integram mercedem. Ozaſ. deciſ. 98.

Operibus locatis ſimpliciter, locator tenetur operari ſolùm á ſummo mane vſq; ad veſperas; fallit in his, quę poſſunt fieri die, noctéq́. Caſſan. in conſuetu. Burg. rit. *des iuſtices* Rub. 1. §. 8. glo. 6. nu. 14.

Operarius á pluuia impeditus, non debet habere mercedem totius diei integrè; ſed tantùm pro rata temporis, quo operatus eſt: quia ca ſus fortuitos, qui cõtingit in perſonã locatoris, vel in re locata, cedit ad damnũ locatoris. Natt. conſi. 229.

Qui locauit operas ſuas, vt certum opus faceret, tenetur de operis vitio, ſiue vna penſio, ſiue in ſingulos dies præſtita fuerit, qui autẽ operas ſuas ſingulis diebus locat, nec ad certum tempus ſe adſtringit, de vitio operis, nõ tenetur. Bartol. ſing. 122. Pet. de Raue. ſingu. 332. Ludo. Roma. ſingul. 31. Fran. Cremen. in ſing. 81.

Locans operas ſuas alteri in dubio, dẽt operari ſumptibus ſuis, & ſuis ferramẽtis, & nõ ſumptibus alterius. Pet. Gerar. ſing. 14. nu. 18.

In

In his, qui exhibent operas ſuas, quę conſiſtunt in artificio, vel in aliqua arte liberali, vel ſcientia, non dicitur locatio, vel conductio, ſed magis dicuntur præbere operas beneficij cauſa. Bart. in l. 1. ff. ſi menſor falſum modum dix.

Salariũ, quo tempore ſolui debeat, tàm in locatione rerum, quàm locatione operarũ, vide Bar. in l. 1. §. Diuus. ff. de varijs, & extraor. cognit. nu. 16.

Conductor ſi decedat, an debeatur integrum ſalarium locanti operas ſuas, vide Bartol. in conſi. 42. vol. 2.

Expẽſæ, quas locator operarum in præſtatione fecit, nõ deducuntur ex conuenta mercede, ſi per eum non ſtetit, quominus præſtarentur. Guliel. Caſſad. deciſio. 1. titu. de locat. & conduct.

Conductor domus, qui in annum habitationẽ conduxerat, poteſt penſionẽ totius anni ſolutam pro dimidia, vel pro rata tẽporis repetere, quando domum caſu fortuito collapsã habitare non potuit. Ozaſ. deciſ. 98. nu. 9.

Lex ædem. C. locati, nõ fauet his, qui ſe in neceſſitate poſuerunt. Ozaſ. deciſ. 168. nu. 9.

Agens remedio. l. ſi quis conductionis. C. locati, debet probare locationem, eam tamen ſufficit probare per duas ſemiplenas probationes, puta per vnum teſtem, & per confeſſionem partis extraiudicialem. Afflic. deciſio. 12.

Remedium. d. l. quod remedium ſit, & quæ requirat, vide ibid. in dicto remedio dominij exceptio non admittitur. Bartol. in l. 15. ff. depoſiti.

Exceptio dominij, non impedit quominus fiat reſtitutio rei locatæ. Afflict. d. deciſio. 12. nam cõductor nõ poteſt refricare quæſtionẽ dominij. Ioſ. Lud. dec. Luc. 9. Boer cõſ. 13. vel allegare rẽ ſibi obligatã. Borg. Caual. deciſ. 15. de contract. num. 106. Bartol. ſing. 168. ſecùs erit in petitorio. Crauet. conſi. 157. vide Bartol. in l. 15. ff. commodati. & in l. 21. ff. de vſucapio. & ibi glo.

Quod limita, quando eſſet notorium locatorem agentem non habere ius in re: ſed conuentum conductorem. Iaff. Lanf. Balb. deciſio. 498.

Itẽ, quando conductor ageret vti procurator tertij procuratorio nomine. Borg. Caual. deciſ. 15. de contract. nu. 113.

Dominium non probatur ex locatione reſpectu tertij, & conductor non poteſt refricare quæſtionem dominij, minus eius hæres: Idẽ Ioſ. dec. Luc. 54. nec poſſeſſio probatur. Caſſad. deciſio. 20.

Licèt conductor non poſſit referre quæſtionẽ dominij, eo quia nullus poſſit eſſe cõductor rei ſuæ; tamen poſt quæſtionem dominij ab vtraq; parte intentatam, nõ põt actor accumulare ſuper eadẽ re, quæſtionẽ penſionis. Aegid. Bellam. concluſio. 138.

Quando locator agit rei vendicatione contrà conductorem, & producit inſtrumentum locationis, illud inſtrumentum nõ probat dominium. Afflict. deciſio. 14. nu. 8. Craue. conſ. 157. cap. 6. ex. de fide inſtru.

Niſi concurrentibus alijs iudicijs. Gaſp. Cabal. milleloq. 512. Caſſan. in conſuetu. Burg. titu. *des iuſtices.* §. 2. glo. 9.

Probat tamen poſſeſſionem inter ipſos, nõ autẽ quo ad extraneos. DD. de Rot. deciſio. 1. de fid. inſtrumen. in antiq. ſed quãdo, vide Affli. deciſ. 325. & 331. Boer. deciſ. 105. nu. 14. & 15. & deciſ. 239. Ioſ. Ludo. deciſ. Luc. 14. Put. deciſ. 454. lib. 2. & deciſ. 30. lib. 3.

Scienter conducens rem ſuam ſibi non præiudicat in dominio; ſecùs in poſſeſſione. Cabal. milleloq. 39.

Locatione transfertur poſſeſſio: quia cõductor nõ põt ſuo nomine poſſidere, nec poteſt rẽ ſuam conducere. Cabal. milleloq. 906. vide Rebuff. in ſuis commen. trac. de remed. poſſe. Tom. 3. in præfa. nu. 97.

Tamen per locationem, nõ probatur poſſeſſio in præiudiciũ tertij, ſed aduerſus cõductorẽ tantùm. Idem milleloq. 907.

Locatio non probat poſſeſſionem, quando alter reperitur poſſidere. Dec. conſil. 303. num. 16.

Dominus poſſeſſor, ſi ignorans conducit à non poſſeſſore, an perdat dominium, & poſſeſſionem, vide Barto. in l. ſi aliquam. ff. de acquir. poſſe. vbi pleuè de materia; quãdo dominus ignorans, vel ſciens conduxit rem propriam, vide l. 18. C. de rei vendica. & l. 21. ff. de vſucapio. quòd locatio rei ſuę non ſubſiſtat, neque valeat, habetur in reg. neq; pignus.

Contractus non dicitur ſimulatus, licèt venditor remaneat in poſſeſſione rei venditæ titulo conductionis; imò per talem locationẽ transfertur poſſeſſio in emptorem. Abb. in conſil. 49. lib. 1. vide tamen conſil. 12. eiuſdem. lib. 2.

Qui ædificat in alieno ex cauſa conductionis, dominiũ ædificij in dominũ ſoli transferet. l. 40. ff. de rei vendica.

Si venditor, vel donator rem conducat ab eo, cui dedit, ipſa cõductio transferet poſſeſſionem, quam habet, & dominiũ. l. 76. ff. de rei vendica.

Per colonum ſuo nomine poſſidentem, non retinet fructuarius poſſeſſionem, licèt vſumfructum locauerit, & annuam receperit penſionem;

ſionem; ſed per colonũ coloni benè retinet. l.29.ff quib.modi.vſuf.amitt.

Conductor corporaliter tantum detinet, & nõ poſsidet ſibi, ſed domino, & ideò nõ præſcribit. l.1.C.commũ.de vſucapio.

Per conductionẽ pignoris à debitore factã, creditor retinet poſſeſsionẽ; ratione enim poſſeſsionis, locatio, & precarium ſuæ rei eſt. l. 37.ff.de Sal.inter.& ibi dicit glo.

Conductor, vt ab incendio excuſetur, quę probare tenetur, vide Afflict. deciſ. 57. Ioſeph. Ludo. deciſio. Peruſ. 25. aliàs conductor tenetur ad emendam domus combuſtę. Gram. deciſio. 3.

De locatione rerũ eccleſiaſticarum, & beneficiorum, vide ſupra. lib. 1.titu.de locat.rer. eccleſ.

Inquilinus ad poſſeſsionis reſtitutionem condemnatur propter ſimplicem poſsidendi aſſertionem in principio cauſæ; licèt poſteà dicat, quòd poſsidet titulo locationis. Afflict. deciſ. 126. & tunc condemnatur in expenſis propter mendacium.ibi.nu.fin.

Cõtractus locationis habet tacitã hypothecã. Fel.conſi.25.l.4.ff.de pact.

Exequutio pro penſione, an poſsit fieri in bonis alienis, in domo conducta repertis, vide Afflict.deciſio.184.Ioan.Pap.lib.10.titu.3.arreſt.4 & 5.

Tria requiruntur, vt bona aliena inducta in domum ſint tacitè obligata: Primò, vt res ſit inducta: Secũdò, vt domino rei ſciẽte, & patiente: Tertiò, vt perpetuò ibi maneãt durãte locatione. Afflict. ibi.nu.3.

De tacita hypotheca pro rebus inuectis, vide Iaſ.de actio.§.itẽ ſeruiana quomodò, & quæ bona dicantur tacitè hypothecata pro penſione, vide Menoch. de arbitra. lib.2.caſ.44.

An illata per minorem in domum conductam, ſint tacitè hypothecata pro penſione, vide Ioſeph. Ludo. deciſio. Peruſi.75. part. 2. negatiuam tenet Bartol. in l.25.nume. 75. ff. ſolut.matri.

Lecti locati an ſint tacitè obligati pro pẽſione domus, & quid de veſte pęnes ſutorẽ exiſtẽte, vide Afflict.d.deciſ.184.nu. fina.Ioſ.Ludo. deciſi.Peruſ.84.

Pro deterioratione domus inuecta à cõductore, sũt tacitè obligata, & fideiuſſor datus pro pẽſione, tenet pro deterioratione. Gaſp.Cabal.milleloq.635.

Inuecta, & illata pro penſione domus ſunt tacitè obligata; ob quam obligationem, poteſt dominus ea includere, ſi non ſoluatur ei penſio, & locatores bona conductorum capere per ſeruientem poſſunt, & ea vendere, ſi penſiones conductores in terminis nõ ſoluerint. Rebuff in ſuis comment.ſuper cõſtit. reg.tractat. de liter. obliga. artic. 4. gloſ. 2. num 6. idem in ſecundò conductore. Rebuff. ibi.nu.13.Tom.1.

Quod procedit etiam in conductore clerico, doctore, vel alio priuilegiato, ſiue locatio fuerit facta pro pecunia, ſiue pro ſpecie, in ſcriptis, & ſine ſcriptis, in hærede locatoris, vel cõductoris, & etiam ſi illa inuecta ſolùm eſſet in area, porticu, vel diuerſorio ante domum. Idem Rebuff.ibi.nu.15.

Exequutio pro penſione etiam poteſt fieri in illis rebus nouiter repertis, licèt non eſſent illatæ, vt ibi perpetuò ſtarent: nàm et ſi illa requirantur, vt ſint tacitè obligatæ, non tamen, vt exequutio fiat in illis. Rebuff. in ſuis comment.tract.de lite.oblig.art.4.gloſ.2.nu. 25. idem ſiue dominus ſciuerit, vel ignorauerit, ſiue datus fuerit fideiuſſor, vel non. ibi. num.26.

Quid concludi, & peti debeat contrà conductorẽ, qui ſua extra domum detulit; & quid ſi nolet deferre mobilia pro penſione vnius anni, vide Rebuff. ibi.nu.29.& 30. & quando præmiſſa limitentur, vide ibi.nu.31.

Inuecta in prædium ruſticum non ſunt tacitè hypothecata, niſi fuerint illata ſciente domino. Rebuff.ibi.nu.35.

Quandò eſſet perſona inhabilis ad cõtrahẽdũ, tũc inuecta, & illata nõ ſunt tacitè hypothecata.ibi.num.41.

Cõtrà conductorem (cuius bona ſunt inuecta, & illata in domũ conductã) cõceditur exequutio pro penſione, & contrà eum agitur exequutiuè. Rebuff.ibi.art.6.glo.3.nu.39. ſed quid pro alio debito, vide Bar.in l.11.§.ſolutam.ff.de pigno.act.

Inuecta, & illata in domũ locatã, ſunt locatori tacitè obligata; ſed hoc nõ procedit, qñ pro pẽſione ſoluitur ſpecies. Lud. Rom.ſing. 136.

Inuecta, & illata per ſecundum conductorem, non ſunt tacitè obligata primo locatori. Idẽ ſing. 391. vide Bartol. in l.11.§.ſolutam.ff.de pigno.act.

Saluianum interdictũ competit pro rebus tacitè obligatis, contrà ipſum colonum, vel inquilinum, ſed actiò ſeruiana competit contrà quemlibet poſſeſsorem. l. 1. C. de. ſalu. interd. vide §.Item Seruiana; inſtitu. de actio.

Inquilinus ſi timet ruinam domus conductæ; poteſt inde recedere, dummodo ſoluat penſionem temporis præteriti, ſi autem non ſolueret, poteſt locator retinere propria auctoritate inuecta, & illata in domum conductã, tanquàm pignora, debet tamen circa ea diligentiam adhibere. l. 33. ff. de damn. infect.

Soluta

Soluta penſione, cōductor non impeditur migrare é fundo cum rebus ſuis: idem ſi paratus ſit ſoluere, aliàs ſecùs, etiam ſi in diem debeat: quia interim res eius debent in domo remanere loco pignoris, donec ſoluerit. l.1.ff.de Migran.

Res inuectæ in fundum conductum ſunt tacitè hypothecatæ pro pẽſione fundi, & ſi alienentur poteſt euocari earum poſſeſsio, per interdictum ſaluianum, probata ſolummodo poſſeſsione rerum inuectarum. l. 1. ff. de ſaluia.interd.

Dominus fundi, an teneatur inuitus relocare eidem, ſi non vult, vide Afflict.deciſio.238. Boer.deciſ.107. Vincen.de Franc.deciſ.123. quòd non cogatur permanere in cōductione ſcribit Ioſeph.Ludo.deciſ. Peruſ.106.par. 2.nu.24. & 26.

Inquilinus nouus, an poſsit veterem expellere, vide Afflic.d.deciſ.238.nu.fin.

Locatio fundi facta ad tempus, cùm ſterilis fundus eſſet, factus fertilis diligentia conductoris, ex hoc reditur dicta locatio perpetua. Hippol.ſing. 556.

Conductor volens dare tantum, quãtum alius, expelli non poteſt à re conducta. Guliel.de Ludo.ſing.65.facit.l.pen.cum ſi. C. de locat. prædi.ciuil.lib.11.

Locatione finita per lapſum 29. ann. ad quod tempus fuerat facta conceſsio, dominus cogitur relocare hæredibus conductoris. Vincent.de Fran.deciſ.123. vide tamen Crauet. conſi. 107.

Emphyteota Eccleſiæ non poteſt expellere colonum benè laborantem de fundo, in quo per maximum tempus ſtetit. Anto.Corſet.in ſuis ſingularibus, litera E.ſing.emphyteuſis. 3.Hippol. ſing.548.

Locator poteſt alteri locare, vacante hæreditate, ſeu nullo exiſtente conductoris hærede. Capic.deciſ.87.nu.fin.

Locatio ad longum tempus transfert vtile dominium, & cōductor longi temporis non ſoluta penſione, cadit à iure ſuo, ad exemplum emphyteotæ. Boer.deciſ.234.

Conductor iuratam ſolutionem ad ſtatutum diem non adimplens, locationem inualidã reddit, iuſque ſuum amittit. Io.Mohed.deciſ.26.& expelli poteſt.Auguſt.Bero.q.160.

Inquilinus, ſi diù abfuerit domino conceditur licentia rem locatam ingrediendi, & alteri locare. Ioſeph. Ludo.deciſ.17.num.14.vide Menoch.de arbit.lib.2. caſ.79.

Conductor quãdo poſsit expelli, propter deteriorationem rei conductæ, vide Ioſeph. Ludo.deciſ.Peruſ.22.Menoch.de arbit.lib.2. caſ.78.Roland.conſil.49.volum. 2. Menoch. conſil. 372. libr. 4.

Conductor, quid teneatur facere in fundo conducto, vide Ioſeph.Ludo.deciſ.Peruſ.58.

Locatori ſufficit ad probandam poſſeſsionem non eſſe laboratam iuxtà conuenta, producere inſtrumentum locationis, & tempus laboraturæ eſſe lapſum. Beninten.deciſ.16.

Locationis contractus ſub conditione illa factus, ne moleſtetur ſi ſoluerit, omnem purgationem moræ excludit. Mohed.deciſ.26.

Inquilino à te conducta recedere neceſsitatis cauſa (ſicuti domino eo caſu) licitum eſt. Matt.q.1060.nu.2. vel aliam ob iuſtam cauſam, vide Andr.Gail.obſer.23.lib.2. Hippol. ſingul. 615.

Conductor pendente lite ſuper caducitate, ſi ceſſat in ſolutione penſionis, incurrit caducitatem.Paul.Aemil. deciſ.181.

Conductot ex ceſſatione vnius termini tantũ, incidit in caducitatem, ſi in contractu eſt appoſitum iuramentum, vel ſtante ſtatuto, vt quis cadat ceſſando in ſolutione, & hoc proceſsit ex defectu ſolutionis etiam in vno nummo.idem Aemil.deciſ.182 par.1.

Conductor propter contrauentionem locatoris, habet pro damnis, & intereſſe hypothecam omnium bonorum locatoris, & poteſt vti retentione penſionis debitæ lite pendente, ſine periculo caducitatis. Paul. Aemil. vera.deciſ.180. par.1.

Conductor, qui dicit cõtractum inualidũ non excuſatur, niſi offerat mercedem locatori, & deponat.Paul.Aemil. deciſ.118.par.2.

Contractus locationis reſcinditur, qñ pacta, & conditiones ſunt cauſa finalis cõtractus, & non obſeruantur ad vnguem; aliàs non: quia ſoluendo intereſſe quis liberatur. Borg.Caual.deciſ.25.de contract.par.2.nu.42.

Cõductor propter moleſtiam ſibi illatam in re conducta, quando excuſetur à penſione, & rei reſtitutione, vide Mago.deciſ.69.Luc.

Locator propter propriam indigentiam, poteſt à locatione diſcedere, tamen quando hoc procedat, vide Mago.deciſ.75.Luc.

Locator domus poteſt expellere inquilinum ante finitam locationem, ſi ipſe vult in ipſa domo morari, vel illam reparare probabiliter: fallit in locatione facta ad annos decẽ. Ioan. Pap.lib.10.tit.3.

Quod dicitur locatorem poſſe expellere inquilinum, debet intelligi, quando locator nullã aliam haberet domum, & ſoluto intereſſe conductori, ſed dictum limitatur, quando ex neceſsitate oporteret locatorem habere domum locatam, nam tunc illam debet habere nullo ſoluto intereſſe.Ioan.Pap.lib.1.titu. 3.arreſt.3.& fin.

Pro curatore falſo locante rem alterius,ipſa re à domino recuperata, an conductori detur actio ad intereſſe contrà falſum ipſum procuratorem,vide Gom.Leo.deciſ.76.in deciſio.diuerſo.

Quádo locator poſsit propria auctoritate expellere conductorem finito tempore locationis, & proijcere mobilia conductoris extra domum, vide Pap.lib.10.titul.3.arreſt.6. Guid.Pap.q.480.

Colonus, vel inquilinus deiecti,poſſunt agere interdicto poſſeſſorio recuperandæ. Natt. conſi.161.Tom.1.

Locator, ſi non obrulit conductori quæ promiſit, ſimiliter conductor locatori conuenta, obſeruare non tenetur: ideò non poteſt agere locator,niſi prius probet implementum ex parte ſui.Rol.conſi.59. volum.4.Menoch.conſi.55. vol. 1.

Conductor inducendo in domum conductam meretrices,pôt expelli.Marc.de Mar.ſing.7.

Locator ante finitum locationis tempus rem alienans, tenetur ad totale intereſſe conductoris,& hoc locum habet facta conuentione, etiam quod ſi locator intra medium tẽpus locationis alienaret rem, teneretur ad certum quid,nam tunc re conducta alienata poſt tempus conuentionis, adhuc locator tenetur ad intereſſe.Anguſt.Bero.q.97.

Conductor ad longum tempus,etiam ſi ſoluat mercedem in alia re,quàm pecunia, an poſſit expelli, non ſoluendo mercedem intra triennium,ſicut emphyteota,vide Felin.cóſ. 25.nu.9.

Quando conductor, vel alter, qui tantùm habet vtile dominium, poſſit expelli à conductione, vide glo.in l.10.§. nondum in verbo repellere.ff.de publica.& vectiga.

Conductorem propter neceſſarium refectionem rei locatæ expellere licet. l.3.§.cum inquilinus.ff.vti poſsidetis., ſed ea refecta poteſt conductor petere ſe in re.locata reponi.Ludo.Roma.ſingul.135. Franciſ.Cremen. ſingul. 72.

Verba generalia à quocunque prolata, debent intelligi ſecundum iuris diſpoſitionem, & ex hoc infertur ad quæſtionem de locante domum,& promittente nunquam expellere conductorem, quia in tali promiſsione non comprehẽditur perſona locatoris,quotienſcunque pro vſu ſuo proprio,vellet vti re, vel alio modo iure permittente. Marc.de Mant. ſingul.87.

Locator tenetur ad intereſſe, etiam nulla adhibita hypotheca, quando fuiſſet deiectus ab emptore,nullo ei ſoluto intereſſe.Ioſeph. Ludo.deciſ.38.nu.17.

Emptor ſciens locationem, non recuperat intereſſe ſolutum; ſecùs ſi ignorabat. ibidem nume. 16.

Dictum intereſſe, quando eſt liquidum debet ſtatim per ſolui, aliàs admittitur ſatiſdatio, qua præſtita, conductor poteſt expelli, tamen conſideratur qualitas perſonarum. ibi. num.18.

Donator domus,ſalua habitatione in vita,poteſt alteri locare, etiam inuito donatario. Afflic.deciſ.401.

Locator generalis rẽ particulariter locare, an poſsit,vide Marc.q.1068.

Conductor poteſt alteri locare non obſtante ſtatuto hoc prohibente, ꝑpter illa verba appoſita in inſtrumento locationis, pro ſe, & ſuis,&c.Rot.Auenio.dec.68.in deci.diuerſo.

Qui conduxit à fiſco poteſt alteri plus locare, & ſoluet tantum, quanti à fiſco conduxit, non plus. l.37.§. Aemilius. ff.de iure fiſci.tamen non poteſt alteri locare, niſi æquè idoneo. Afflic.deciſ.401.

Conductor non tenetur, niſi de dolo, lata, & leui culpa.Gram.deciſ.3.

An conductor, qui dimiſit equum in paſcuis, quem lupus comedit, teneatur ſoluere domino æſtimationem, vide Boer.deciſio.218. nume.fin.

De conductore equi, ac de cuſtode, & quando teneantur, vide Ioſeph. Ludo.deciſ. Luc. 10. & an conductor teneatur de cuſtodia,ſi locans miſerit famulum,vide Barto.in l.1.ff.de liber. cau.

Conductor equi pro eundo ad vnum locum, ſi eum conducat ad alium,tenetur actione furtiua,vide Ioſeph.ibi.n.2.8.& 9.Hiero. Mago. deciſ.56.Rot. Floren. ſed quando excuſetur, vide ibid.num.3.4. & 5. & Mago.d.deciſ. 56. Rot.Floren.

Conductores equi tenentur ad intereſſe,ſi non dant ei benè comedere, & contrà eos poſſet iurare in litem. Ioſeph.d.deciſ.10. nu.16. & 17.Bart.in l.18.C.de curſu publico. lib.12.

Quid, quando famulus cum equo aufugit, vide Mago.d.deciſ.56. Rot.Floren.

Equi conducti mors, non probatur ex probatione, mortuum fuiſſe equum, qui probantem portabat. Raud.tracta. de Anal.cap.30. nume. 133. ſed debet probari, quod equus mortuus erat ille met, qui fuerat conductus. Craue.conſi.112.nu 3.

Conductor equi mortui in conductione, ſi in ſe ſuſcepit periculum caſus fortuiti, tenetur ad æſtimationem, ſi non ſuſcepit,quando teneatur etiam de leuiſsima culpa,vide Hartma. Hartma. cap. 2. titul. de locationibus. &c.lib.1.

Si

Si equus conductus à conductore percuſſus ligno, pereat, ad conductorem periculum ſpectat; ſecùs ſi ſolùm fuit percuſſus calcaribus, vel flagello. Ant. Corſ. lit. C. ſing. cônductor, vide Bar. in l. 1. C. de curſu publico. lib. 12.

Animalia mea cuſtodire obligatus, ſi ad me pelles deferat, non excuſatur: quia tenetur probare animalia fuiſſe mortua caſu fortuito. Ioan. de Arnono. ſing. 31.

Dolus locatori opponi poteſt, quãdo propter taciturnitatem ipſius, conductor remaneret læſus, & deceptus. Auguſt. Bero. q. 61.

Mulus oneratus ſecundum conſuetum, ſi deceſsit, onerans non tenetur. Bar. in l. 14. C. de curſu publico. lib. 12.

Conducens equum ad vecturam, non tenetur ei dare tantam præbendam, quando auena eſt cara, ſicut quando eſt vilis. Barto. in l. 18. C. eodem.

Aeſtimatio equi locati, non facit emptionem, licèt ob hoc, veniat leuiſsima culpa. Bart. in l. 5. §. nunc videndum. ff. commodati.

Depoſitum dicitur, quando nulla merces pro cuſtodia datur, aliàs dicitur locatio, & in primo caſu, venit dolus, & lata culpa, in ſecundo, venit etiam leuis. l. 1. §. ſi veſtimenta. ff. depoſiti.

Locator primus, an liberetur alio plus offerente, ſi ille aufugiat, vide Boer. deciſ. 248.

Lite inter duos dominos pendente, colonus neutri ſoluet; ſed conſignabit. Boer. deciſio. 106. imò tunc ſufficit cautio de ſoluendo, cui de iure erit obligatus. Borg. deciſio. 25. de contract. par. 2. nu. 20.

Fructuum locatio non comprehendit id, quod datur pro iocundo aduẽtu. Boer. deciſ. 133. nu. 4. & deciſ. 180. nu. 9.

Molendini conductor, ſi nonam addat rotam, an pro rata augeat mercedem, vide Boer. deciſ. 213. nu. 10. tamen pro augmento fructuum, non debet augeri penſio. Marc. q. 210. parte 2.

Licèt propter ſterilitatem fiat remiſsio mercedis, non tamen ob id, ſi prouentus rei locatę augeantur, penſio debet augeri. Hippolit. ſing ul. 134.

Furnarius, ſi operam ſuam alicuius familiæ panibus coquendis locauerit ad certum tempus, aucta familia, non amplius conſequitur, quàm fuerit conuentum. ibid. d. ſing. 134.

Beneficium locari non debet vltrà triennium, olim tamen poterat ad ſeptennium. Boer. deciſ. 224.

Firmarius, qui lucratus eſt, pro eodem precio, tenetur reconducere, ſi alius non inuenitur. Boer. deciſ. 249.

Res, quæ eſt locata per decem annos, dicitur ſolita locari. Mohed. deciſ. 249.

Conductor antiquus non poteſt in fine anni fundum exfructuari in præiudicium noui conductoris, imò tenetur reſtituere prædia in eo ſtatu, in quo reperijt tempore conductionis. Ioſeph. Ludo. deciſ. Peruſ. 62. part. 2. & non poteſt in fraudem ſecundi conductoris aliquid facere in re conducta, vide Vinc. de Franc. deciſ. 96.

Mareſcallus equorum pollicẽdo ſanare equũ, & certa alia verba proferendo, vt quis reddatur audatior ad emendum, an teneatur ad damna, & intereſſe, & quid in alio artifice, vide Fran. Marc. q. 522.

Boues, ſeu alia animalia locari poſſunt, ſub certo reditu. idem. q. 886. nu. 10.

Quando ſunt plures domini vnius rei, & aliqui volunt locare, & alij non, quid ſtatuendum ſit, vide Marc. q. 512. par. 2. Menoch. de arbit. lib. 2. caſ. 442.

Colonus, vel inquilinus cõuentus actione reali, debet nominare dominum, aliàs non præiudicar domino ignoranti. DD. de Rota deciſ. 4. de iudi. in antiq.

Locatio rei, ſi eſt facta ſucceſsiuè duob. & ſecundo tradita eſt poſſeſsio, præfertur ſecundus poſſeſſor; aliàs non. DD. de Rota deciſ. 2. tit. de locat. & conduc. in antiq. vide Borg. caual. deciſ. 25. part. 2. de contract. num. 19. Natt. conſi. 261. nu. 10. licèt traditio rei locatæ nullum ius in re conſtituat. ibidem. d. deciſio. 2.

Sententia lata in fauorem locatoris, prodeſt conductori, qui non interuenerat in cauſa. Iaco. Put. deciſ. 12. lib. 1.

Debitores cambij nihil, aut tardè ſoluentes conductori cambij, non poterunt locatores ipſius cambij aliquod intereſſe prætendere; ſed tranſacto cambij tempore, contrà conductorem ad rationem reddendam agere. Put. deciſ. 121. lib. 3.

Conductor rei alienæ, non poteſt acenſare intrantem, vel damnum dantem in ipſa re, virtute ſtatuti diſponentis contrà damnũ dantes, vel intrantes in re aliena. Iaffred. Lanfr. Balb. deciſ. 96.

Colonus quamuis agere poſsit actione furti; non tamen poteſt agere condictione furtiua; ſed poterit ex conducto agere contrà dominum, vt vindicet, & quòd inde conſequutus fuerit colono præſtet. Gaſp. Cabal. milleloq. 2.

Colonus non facit fructus ſuos, niſi ſoluta mercede. idem milleloq. 185.

Contractus locationis bouum ad arandum, qñando ſit licitus, & quando non, vide per Borg. caual. deciſ. 3. par. 2.

Sutor malè incidens, aut ſuens veſtem, tenetur ad damna,& intereſſe: quia artifex exercendo artem, videtur fateri ſe eſſe peritum, & tenetur de imperitia. Borg. Caual.deciſ. 26. de iudi.

Conductor non tenetur portare affictum, & frumentum ad domum locatoris, ſuis expenſis.Borg.Caual.deciſ.3. de cõtract.par.2.

Locans alicui apothecam ſpeciariæ cum vaſis, & rebus omnib. in d. appotheca poſitis, certo precio fictus quolibet anno,cum hoc, quòd in fine locationis teneatur conductor eadem bona, res, & appothecam reſtituere ſaltem in genere,non dicitur contractum illicitum facere, nec ſapere vſurariam prauitatem.idem deciſ.13.parte.

Locatio facta ab vno ex pluribus fratribus cũ promiſsione de rato, ſi ſumus in re communi indiuidua, & ſit ſolita locari valet, ſi tota eſt locata,niſi alter fratrum vellet ipſe totam conducere : quia eſſet præferendus. idẽ Borg.deciſ.25.nu.11.de contract.par.2.

Locatio quando dicatur ſolita fieri, vide ibid. nume.12.

Conductores quando ſunt plures,quilibet cẽſetur pro rata obligatus, & quid quando principaliter, & inſolidum eſſent obligati, vide ibid. nu.25.

Conductor, qui promiſit facere molendinum certo precio,præparata materia per dominum,ſi cępit ædificare,& poſteà derelinquat opus, tenetur de omni damno, & intereſſe vſq; ad tempus, quo dominus potuerit prouidere. Borg.deciſ.26.de contract.par 2.

Intereſſe,& damnum emergens,& pœna,quando poſsint peti contrà illum, qui promiſit opus facere, & non fecit, vide Borg. ibid.d. deciſio. 26.

Promittens facere ædifitium ad arbitrium boni viri,ſi illo facto ante approbationem minatur ruinam, vel ſit vitioſum, aut caſmate pereat, omne periculum ſpectat ad conductorem,& fabricantem, niſi promiſiſſet tantum operas ſuas dietim. Borg. ibid. nume. 23.& 38.

Emphyteota poteſt vendere bona ſua alteri, hac conditione,q̃ ſibi dentur in emphyteoſim, vel in conductionem ad longum tempus, & poteſt etiam in hoc committi vſura, quòd cognoſci poterit ex coniecturis traditis per eundem Borg. deciſ.32.nu.55.ibid.

Et ſic locatio, & conductio præſumitur ſimulata,& ſapere vſurariam prauitatem ex coniecturis,ſicut quilibet alius contractus. ibid. nu.25.& ſeqq.

Locatio facta pro multis annis, dicitur vnica locatio, & penſio ſoluitur regulariter in fine anni. gloſſ.in l.65.ff. de vſufructu, niſi aliter conuentum ſit,vel aliter diſponatur per ſtatutum.Hiero. Mago.deciſ. Luc.69.vide Bart. in l.1.§.ſi penſio.ff.de migrando, & in l.1.C. de primipi. lib.12.

Scholaris debet ſoluere penſionẽ domus in fine anni,licèt ſtipulatio ſit cõmiſſa in principio,& domus ſi eſt locata, & promiſſa pẽſio in annos,& menſes ſingulos,vna eſt locatio, ſed plures præſtationes. Bart.in l.18.§.cum ſeruus. ff.de ſtipula. ſeruo.

Conductor tenetur nũciare locatori lites motas,& moleſtias illatas.Mago. deciſ. Luc.69.

Medicus quando teneatur de cura ſua, vide Hartma.Hartma.c.23.tit.miſcellaneorum ex iure ciuili.lib.2.

Penſionis ſolutio probat cauſam, & titulum locationis.Mago.deciſ.Luc.79.

Lex ſecunda de reſcin.vendi.locum habet etiã in contractu locationis. Rot. Floren. deciſ. 22. Mago.

Conductori decepto in mercede vltra dimidiam iuſti precij ſuccurritur, vt moderetur precium mercedis, etiam finito tempore cõductionis. Gome. Leo.deciſ.44.in deciſ.diuerſo. Tom.2.

Habitans in domo,non præcedente locatione, non tenetur ad penſionem ex locato, ſed alio iure.Mago.deciſ.340. Rot. Floren.

Locator,ſi non poteſt præſtare rem locatã, pręſtando æquè commodam rem,& habitationem,liberatur, & ille, qui locauit nauim ad vehendum triticum, ſi aliquo caſu ipſum triticum non poſsit haberi,tenetur recipere in naui alias res,loco tritici. Gome. Leo.deciſ. 33.in deciſ.diuerſo.Tom.2.

Nomen hæredis,ad ſucceſſorem ſingularẽ pertinet, in nominatione hæredis in cõductione facta ad vitam.idem, deciſ.87.

Secundus conductor agens vnà cum domino, contrà primum conductorem allegantem habere relocationem ab ipſo domino,quam ſe offert probaturum per teſtes, debet obtinere, nam primus conductor hoc caſu non admittitur ad probãdam relocationem per teſtes. Vincent.de Franc. deciſ.278. part.2. quod non procederet, quãdo dominus iam paſſus fuiſſet fieri probationes per teſtes, vide eundem de Fran.deciſ. 278.num.7.

Inſtrumentum locationis non eſt liquidum facta promiſsione certæ ſummæ, & reſeruata menſura nõ legitimè facta. Vincen.de Fran. deciſ.292.par.2.

Conductor emolumentorum,& pœnarum criminalium, generaliter non habet bona publicata ex crimine falſæ monetæ. Pap.lib.13. tit.9. arreſt.3.

Locatio facta vſq; ad mortem alicuius, non tranſit ad hæredes ipſius conductoris, ſecus ſi eſſet facta vſque ad certum tempus: quia tunc tranſit, tameſi conductor antè moriatur. Boer. conſ. 13. vide tamen. Fran Cremen. ſing. 171.

Si quis conduxerit rem ſuam, quam fatetur in ſui odium fuiſſe captam per exequutionem factam ad inſtantiam locatoris, talis conductio, & confeſsio non præiudicat, ſi nõ conſtat de ipſa exequutione, aliter quàm per cõfeſsionem ipſius conductoris. Crau. cõſ. 157. nam conductio rei propriè nõ valet, neq; nocet. Natt. conſi. 26.

Locator poteſt expellere conductorem à domo ante finitum tempus conductionis, ſuperueniente noua neceſsitate, etiam ſi promiſiſſet moleſtiam non inferre, & tunc non tenetur ad intereſſe: quia hoc facit lege permittente. Natt. conſi. 25. Tom. 1.

Idem ſi non ſoluiſſet mercedem. Abb. conſi. 61. lib. 2. Mago. deciſ. Luc. 47. Boer. cõſi. 13. nu. 17. Rebuff. in ſuis comment. trac. de litter. oblig. art. 4. glo. 2. nu. 11. Tom. 1.

Quod procedit etiam, quando promiſiſſet non expellere cum iuramẽto. Natt. cõſi. 456. vide Put. deciſ. 166. lib. 2.

Aliàs locator non præſtans vſum rei locatę cõductori, tenetur ad intereſſe, ideſt ad mercedis receptæ reſtitutionem, ac ad lucrum, qđ ex dicta conductione facturus fuiſſet cõductor. Natt. conſi. 261. Tom. 1. Rol. cõſi. 59. vol. 4. num. 22. vide Menoch. conſi. 55. vol. 1. Ozaſ. deciſ. 82. Vera. deciſ. 183. part. 1. ſed ceſſante intereſſe, cõductor nullã hẽt actionẽ. Mohed. deciſ. 322.

Conductor reſcindens arbores fructiferas expelli poteſt, quod intellige, ſi damnum ſit notabile; aliàs non. Rol. conſi. 49. vol. 2.

Conductor impeditus facto locatoris, vel eius fideiuſſor, poteſt retinere penſionem, pro intereſſe paſſo ob impeditam reſidui temporis ſuæ conductionis exactionem. Menoch. conſil. 119. vol. 2.

Conductor poteſt auri venas, vel argenti inquirere in re conducta. Crau. conſi. 209.

Ad quẽ pertineat res in commiſſum deducta, nempè, an ad primum conductorem, de cuius tẽpore res cecidit in commiſſum, vel ad ſecundum, de cuius tẽpore rẽs fuit pro commiſſa declarata, vide ſupra tit. de publicanis, & vectiga.

Emolumentum pœnarum ſpectat ad cõductorẽm exiſtẽtem, tempore perpetrati delicti, & non ad exiſtentem, tempore ſententiæ. Rol. conſi. 77. vol. 4.

Sylua cædua conducta, licèt conductoribus incidere nemora ipſius ſyluæ, & prædia illius (euulsis radicibus) colere, & ſeminare. Menoch. conſi. 13. vol. 1.

Actio ex locato ad quid competat, & ad quid actio ex conducto, vide Iaſ. de actio. in §. omnium. nu. 159.

Decuriones non poſſe per ſe, nec per interpoſitam perſonam conducere prædia ciuitatis ſcribit Menoch. de arbitra. lib. 2. caſ. 459. num. 17.

Tot ſunt locationes, & tot ſunt ſtipulationes, quot ſunt anni, pq̃bus ſolutio promiſſa eſt. Rebuff. in ſuis comment. tract. de ſenten. exequut. art. 9. glo. 5. Tom. 1.

Quando vnus rem communem locare poſsit, & poteſtas locandi rem communem perpetuò, in alium transferri non poteſt. Dec. cõſil. 283.

An ſocius præferatur alteri extraneo in locatione rei cõmunis, Dec. cõſ. 283. ſuſtinet partẽ negatiuã, niſi aliter caueretur ſtatuto, vel conſuetudine.

Agens contrà eum, qui vſus eſt domo ſua, debet probare, ꝙ reus tanti conducturus fuiſſet, & quòd tanti ipſa domus locari poterat. Natt. conſil. 53.

Colonus reſiſtens domino, ne ingrediatur poſſeſsionem rei conductæ, dicitur dominum ſpoliare ſua poſſeſsione, quod procedit in vero dominio; ſecùs in alio, qui locauerat nomine alieno, & qui nunquam habuit poſſeſsionem rei locatæ. Natt. conſil. 160. Tom. 1.

Contractus, qui ex ſui natura habet effectum locationis, & conductionis, debet ita adiudicari, licèt ſonet in emptionem, & venditionem. Menoch. conſi. 27. nu. 42.

Non obſtante conuentione conductorum alterantium conſuetudinem exigendi vectigal, dominus poterit deinde exigere tale vectigal, vt exigi olim conſueuerit, cùm per exactionem conductorum nullum ei ſit illatum præiudicium. Menoch. conſi. 189. lib. 2. de locatione vectigalis, & de materia, vide ſupra tit. de publicanis.

Locatio ea eſſe dicitur, quæ vel in ſingulos annos, vel ad trienniũ, ſimileq; modicũ tẽpus ſit, mercede æquiualente fructibus, quibus correſpondet. Menoch. cõſi. 297. lib. 3. nu. 4.

Princeps cõcedẽs alicui immunitatẽ, ne ſoluat vectigal, ad quod tenebatur, debet repẽdere de proprio, & præſeruare indemnes conductores. Menoch. conſi. 312. lib. 4.

Locatio fundi, ſi ſit facta, certa conſtituta penſione frumenti, ad ipſum colonus tenet, nõ ad prçſtationem pecuniç, niſi cõſuetudo aliud ſuadeat. Bar. ſing. 231.

Quæ

Quæ remedia dentur locatori pro recuperanda re locata, vide in additio. ad Bartol. ſing.168.

Licèt verbum vendo ponatur in contractu locationis, & conductionis, non tamen mutat naturam contractus. Bald. ſing.56.

Si ſcriptor incepit mihi ſcribere quoddã opus, ſi non vult complere, poteſt cogi. Idem ſing. 60.& ſing.135.

Conductor probans ſolutionem pẽſionis per tres annos proximos, præſumitur ante ſolniſſe. Fran. Cremen. ſingul. 79. vide tamen ſing.80.

Conductor poteſt probare caſum fortuitũ euẽtum in re conducta, vbi euenit, etiam abſente, & non vocato locatore. Pet. de Rauen. ſing. 756.

Coloni, qui faciunt colere agros, vel vineas per inexpertos, tenentur dominis, ſi ex hoc agri fiãt deteriores. Anto. Corſer. in ſuis ſingularibus, litera. C. ſing. colonus. Bart. in l. 1. C. de Mancip. lib. 11.

Sententia lata contrà conductorem, quando poſſit exequi contrà dominum, vide Bar. in Authen. q̃ in Prouincia. C. vbi de criminibus. nu. 10. vel noceat domino, Bar. in l. 2. C. vbi in rem actio.

Fundo locato, veniunt inſtrumẽta. Bar. in l. 2. C. de verb. & rer. ſignifi.

Actor debet probare ſe rem locaſſe, vel precario conceſſiſſe in iudicio, vnde vi, & reũ cõtumacem fuiſſe in reſtituendo, & contrà hæredes conductoris ſcientes rem conductam, dat̃ cõdictio legis, nõ ab te. C. vnde vi. Bar. ibi.

Tinctores, corrumpentes in tinctura pannos tenentur, quia eorum culpa factum præſumitur. Bartol. in l. 2. C. de Murilegulis, lib. 10. Idem in ſcriptoribus, & pictoribus. ibid.

Conductor, qui annuatim tenetur dare decem corbes frumenti, tenetur dare de illo, quod naſcitur in illo prædio. Bar. in l. 5. C. de Agricolis. lib. 11.

Colonum eſſe, vel inquilinum probat̃, qñ per decem annos ipſe reſpõdet de pẽſione. Bart. in l. 19. ibi.

Locari facta, quæ poſſint, & quomodo cognoſcantur, & locatio nõ eſt, niſi interuenerit pecunia numerata. Bar. in l. 5. §. at cum do. ff. de præſcrip. verb.

Mulier, quando poſſit agere contrà colonum ſine ceſſione, cùm fundus ad ipſam reuerſus eſt, vide Bartol. in l. 8. nume. 10. ff. ſolut. matrimo.

Inquilinus non poteſt procuratorio nomine domini, nunciare nouum opus. Bar. in l. 3. §. ſi ego. ff. de oper. nou. nuncia. tamen cõductor videtur habere mandatum à domino, & poterit nunciare nouum opus, ſi in inſtrumẽto adeſt clauſula, q poſſit vti re conducta tanquàm re ſua, & idem ſi poſuit eum in locum ſuum. Bar. ibi.

Locator finito tempore poteſt domum alteri locare iure ciuili; ſecùs iure canonico in ſcholare inquilino. Bar. in ſuo tract. de differen. int. ius ciuil. & cano. nu. 100.

Si locatur res pro pluribus annis, vno precio, & præſtatio ſit diuerſa per ſingulos annos, dicitur vna locatio. Bartol. quæſtio. 4. nume. 6.

Locatio non conſtat, quando merces fuit repoſita in arbitrio tertij, qui poſteà non fuit arbitratus. Abb. cõſ. 80. lib. 2. l. ſi. C. de contrah. emp. & vend.

Licitè, & ſine peccato quis locando agrum ſuum recipit annuam penſionem, quia videtur quodammodo lucrum accipere, quod aliàs habuiſſet. Abb. q. 5. nu. 9.

Familia domus cõductoris, nõ nocet dominio locatori. l. 5. de hære. & mani.

Siue legetur mihi habitatio, ſiue vſuſfructus habitationis, videtur legatum ius habitãdi, & per me poſſum habitare, & alteri locare. l. 13. C. de vſu. & habitatio.

In locatione ambigua oratio interpretat̃ cõtrà locatorem. l. vectoribus. ff. de pact.

Mulier conducens prædia obligatur pro ſe, ſed ſi maritus conducit, non poteſt obligari pro marito. l. 10. C. ad Senatuſcon. Velleia.

Locatio vectigalis debet fieri per triennium, & ei, qui plus offert in licitatione tempore ſtatuto debet concedi, quo triennio finito, ad nouam locationem debet procedi. l. 4. C. de vectig. & com.

Nauta, caupo, & ſtabularius, vt recepta reſtituant, tenentur ex locato: Idem in fullone, & ſarcinatore. l. 5. ff. nautæ caupones.

Tutor, vel curator, prohibetur vectigalia conducere tutela non finita, vel ratione non reddita, ſub pœna falſi, quam euitar, ſi ſpontè ſatisfecerit: ante tutelam verò conducens, excuſat̃ à periculo. l. 1. C. ne tutores, vel cura. vectig. condu.

Qui habet nudum vſum, non poteſt illum locare. l. 11. ff. de vſu. & habita. vide tñ l. 2. ibi.

Ex locatione prædonis, non cõpetit actio domino: Item ex locatione ſerui, vel domini non tectè ſoluitur prædoni. l. 55. ff. de cõdict. indeb.

Fulloni ſoluenti æſtimationem rei amiſſæ cõpetit repetitio, & actio ex conducto re ad dominum reuerſa; pro qua ipſe ſoluerat æſtimationem. l. 2. ff. de condi. ſine cauſ.

Locato

Locato caſtro cum territorio, & terreno, non cenſentur locata ſyluestra ad culturam pœnitus inhabilia. Bartol. in l. 1. C. de mancipijs.lib.11.

Dominus rei, non debet pati damnũ ex facto, & culpa conductoris.arg.l.1.C.de deſertoribus.lib.12.& ibi.Bart.

Pacto inito, ꝙ res nõ exeat de manu emptoris, locata re, non receditur à pacto. Bartol. in l.4.ff.de iuſtit.& iure.

Locatio conſiſtit etiam in rebus non conſuetis locari, habentibus tamen ſimilitudinem cum eis. Bartol.in leg.ſecunda.§. Mutui. ff. ſi cert.pet.

Colonus, vel inquilinus tenens ab alio rem titulo locati, ſi vſq; ad ſententiam in reſtitutione moratur ſine cauſa, condemnandus eſt vltra rei reſtitutionẽ, in ipſius rei æſtimationem l.10.C.vnde vi.

Debitor poteſt conducere pignus à creditore; l.35.§.fin.ff.de pigno.act.

Ad penſionem conſequendam ſufficit impoſitũ eſſe in naui, niſi aliud actũ ſit.l.10.ff.ad leg. Rodh.de Iact.

Qui dat pecuniã dicitur conductor, qui recipit locator.l.1.§.ſi quis ſeruum.ff.depoſiti.

Quomodo cognoſcatur cõtractus locationis à contractu emptionis, vide gloſ. in l.65. ff.de contrahen.empt.& vend.

Locatio non eſt, niſi merces in pecuniæ quãtitate conſiſtat, & non datur actio locati, vbi tale eſt factum, quòd non conſueuit locari.l.5.§.at cum do.ff.de præſcriptio. verbo. & ibid. Barto.

Creditor prædia ſibi obligata ex cauſa pignoris locare rectè poteſt.leg. vigeſimatertia.ff. de pignoribus.

Inquilinus non cauetur de damno infecto: quia hæc cautio eſt remedium extraordinarium; Ideò ceſſat cum habeat locum ordinarium: l.13.§.de illo.ff.de dam.infec.locator tamen, tenetur cauere inquilino de vitio aliarum ſuarum ædium. l.28.§.ſed inquilino. ff. de dam.infect.

Prohibitus vendere, vel obligare, non videtur prohibitus locare. l.91.§. inſtituto. de legat.2.

In locationibus, & conductionibus conſenſu fiunt obligationes, neq; ad contractus ſubſtantiam requiruntur verba, vel ſcriptura, ſed ſufficit eos, qui negotia gerunt inter ſe conſentire: ideò, & inter abſentes contrahuntur, veluti per nũcium, vel epiſtolã, & in his alter alteri obligatur de eo, quod ex bono, & æquo præſtare oportet.leg.ſecunda.ff. de actio. & obliga.

Si aliquid ex fundo, colonus ſubtraxerit, tenetur conditione furtiua, furti, & ex locato. l. 33.§. huic.ff.eod.

In locationibus, in quibus non eſt opus ſermone, etiam ſurdus interuenire poteſt: quia habet conſenſum, quo perficitur locatio. l. 47. ff.de actio.& obliga.

Fideiuſſor intercedens pro cõductore domus, non ſolùm tenetur pro penſione; ſed etiam pro rerũ deterioratione. l.53. §.fideiuſſores. ff.de fideiuſſo.& manda.in additio.

Locaui tibi fundum, & conuenimus inter nos, vt fructus ob mercedem mihi pignori eſſẽt, ſi eos deportaueris, furti tecum agere poſſũ. l.63.§.locaui.ff.de furtis.

Vide de materia locationũ in tit.C.de mancip. & coloni patrimonia.lib.11.& tit.de locatio. prædio.ibi.

Fullo, & ſarcinator, ſi vtantur veſtibus illis, quas acceperunt ad fulliendum, furti tenentur. l. 84.ff.de furtis.

Finito tempore locationis, finitur contractus ipſius locationis.l.3. §. cum quinquennium. ff.de iure fiſci.

Inſpicitur dies, quo penſio debet præſtari: non dies, quo fructus percipiuntur.l.fin.§.fin.ff.de iure fiſci.

Aſſignatio operis perfecti (facta à cõductore) liberat eum a caſu fortuito ſuperueniente. l. 1.§.fin.ff.de pollicita.

Conductor præſtat dolum, & culpam.l.contractus.ff.de reg.iur.

Actio locati, vel cõducti eſt bonæfidei.§.actionum autem.inſtitu.de actio.

Qui prõmiſit reficere domũ, & ſemel refecerit, ſi rurſus ceciderit, nõ amplius tenetur. Bald.in l.licèt.ff.locati.

Nõ valet denũciatio, ne ſoluatur pẽſio domus locatæ, & qui talem denunciationem fecit, punitur ad intereſſe creditoris. Authẽ.de depoſito, & denunciatio.

Quando faber conduxit hoſpitium iuxta ſcholas, vel domũ doctoris, expellitur. Capel. Thol. q.159.in additio.

Dominus tenetur famulo ſubuenire infirmanmanti, quo ad expenſas. Capel. Thol. quæſt. 269.in additio.

Si poſſeſſor conducit rem à non poſſeſſore, transfert in illum poſſeſſionem, quam habet. l. 19. ff. de acquir. vel amitt. poſſ. vide l. 28. ff. eod.

Qui primò rogat precariò poſteà conduxit eandem rem ab eodem, cenſetur à precario receſſiſſe, cùm poſſeſſionem (quam habebat) transtuliſſe videatur. l. 21. §. finali, ff.eod.

De

De colono partiario.

IN colonis partiarijs imponi poſſit collecta, prætextu fructuum partis colonicæ, vide Ozaſ.deciſ.83.
Coloni decimam ſoluere tenentur. Ozaſ.d.deciſ.83.
Coloni expulſorum ſpoliati à cõmuni, & coacti portare bladum, & pecuniam, non ſunt per iſtam ſpoliationem liberati. Afflict. deciſio.19.
Poſſeſsio ſine apprehenſione hęredi acquiritur, defuncto ſuo animo poſsidente, & corpore alieno, puta per colonum. Afflict. deciſ. 167.
Colonus anni præcedentis penſionem volens illam facere, quam nouus, an poſsit per dominum expelli, & quando, vide Afflict. deciſio.238.
Hæres poſsidet per colonum defuncti, & ſi defuncto locatore, alius ingrediar poſſeſsionẽ illius rei, quam colonus poſsidet, eam non acquirit, niſi expellat colonum, vel colonus dicat ſe tenere nomine illius, qui intrauit poſſeſsionem, quod non procedit, quando colonus hęredi locatoris ſoluiſſet penſionẽ, quia tunc non nocet hæredi aſſertio coloni. Afflict. deciſio. 325. nume.3. vide Mago. deciſio.Luc.38.
Colonus recognoſcens, & reſpondens de fructibus, quando conſtituat aliquem poſſeſſorem, vide Afflict.ibid.nu.fin.Pet.Beniuten. deciſ.93.Ioſ.Lud.deciſ.Luc.20.
Colonus cuius corpore poſsidemus, diſsimulando, vel patiendo, nõ præiudicat domino circa poſſeſsionem, tamenſi realiter tradat, dominus priuatur ipſa ſua poſſeſsione. Capic.deci.57.vide Mago.deciſ.38.Luc.
De poſſeſsione, quam retinet dominus per colonum, & an illa poſsit priuari facto coloni, vide Beminten.deciſi. 42.Ioſeph. Lud. deciſi. Luc.20.Put.deciſio.131.lib.2. Bart.in l 32.§.ſi conductor.ff.de acquir.poſſe. faciunt l 30.§. ſi ego.ll.31.32.37.& 40.§.ſi fortè.ff.d acq.poſ.
Colonus debet potius fructus vendere domino, quàm alijs. Boer.deciſ.107. vide Bar.in l. 1.C.de Metal.lib 10.
Dominus non priuatur poſſeſsione per ſolam apprehenſionem eius, ab alio factam, relicto colono, quo mediãte poſsidebat. Mago. deciſ.69.nu.10.
Paleæ vltimi anni ſunt diuidendæ inter dominum, & colonum, etiam ſi colonus nullas in primo anno inuenerit. Ioſeph. Ludo. deciſ. Peruſi.13.ſed quid de conſuetudine, vide ibi.
Dominus, & colonus dicuntur contraxiſſe inſimul ſocietatem: ideò lucrum, & damnum inter eos participare tenentur.Ioſ.ibi. nu.6. quod procedit impropriè.nu.8.
Colonus, & ſimiles tenentur podare vites, & tenere agros benè cultos.Ioſeph.Lud. deciſi. Peruſ.22.nu.25.
Colonus non poteſt præſcribere contrà annuã pręſtationẽ in futurum, niſi interpellatus recuſet ſoluere, & interuertat poſſeſsionẽ. Ioſ. Ludo.deciſ.Peruſ.106.par.2.
Fructus omnes debent diuidi inter dominum, & colonum nõ obſtãte aliqua pręſcriptione. Ioſ.Lud.dec.106.Peru.par.2.ideò colonus, ſi ſteterit per cẽtũ annos quin reſpõdẽrit de fructibus, tamẽ nõ præſcribit.ibi.nu.12. fallit ſi antè eſſet requiſitus, & recuſet. ibi.nu.150.
Tamen colonus, qui per viginti annos ſtetit in colonia, inde recedere nõ poteſt, neq; dominus poterit veterem conſuetudinẽ immutare, quod procedit concurrentibus requiſitis, de quibus per.Ioſ.ibi.nu.22.
An exceptio præſcriptionis perpetuæ coloniæ de iure ſubſiſtat, doctores variè locuti ſunt, tandem ſuit deciſum, quòd quando conſtat de prima cauſa, & primordio tituli breuis, ac ſimplicis locationis temporalis tacitè renouabilis, non procedat talis exceptio, etiam ſi conſtiterit de ſucceſsiuis ſolutionibus pẽſionum per longiſsimum tẽpus, factis vniformiter, vide dec.2.Rot.Florẽ.Mago.Ant.Corſet. in ſuis ſingularibus, litera.E.ſing.emphyteuſis 3.Hippol.ſing.548.
Colonus corporaliter tantùm detinet, & non poſsidet ſibi, ſed domino, & ideò nõ pręſcribit.l.1.C.commu.de vſucapio.& l.33.§. quod vulg.ff.eod.& ibi.glo.
Locatio non dicitur inducta inter partiarios. Ioſ.Ludo.deciſ.Peruſ.106.nu.24.
Colonus, qui fundum ad tertiam partẽ fructuũ, accepit, propter paucitatem fructuum, expẽſas non deducit.Fran.Marc.q.886.
Colonus arrare, & ſeminare tenetur: & colonus partiarius de fructibus arborum non percipit, niſi dictum ſit.Marc. quæſtio. 886. num.12.& 13.
Mercedis remiſsio propter ſterilitatem colono partiario fieri non debet, nec contractus coloniæ ad hæredem coloni tranſit, negotia tamen per defunctum incoata, per hæredem poſſunt finiri.Marc.q.211.par.2.
Colonus partiarius ſuis impenſis mediam fructuum partem integrè domino præſtare tenetur, & debet portare partẽ domini ad domum ipſius, quando ſunt eiuſdem fori.Marc. d.q.211.par.2.
Colonus detinet poſſeſsionem domini, ſed an habeat remedium poſſeſſorũ, vide Put.deciſ. 13.lib.1.14.& 170.ibi.

Colono

Colono malè ſe habente in cultura agri, dominus hoc allegans, tenetur probare, niſi expreſsè aliquid facere per inſtrumẽtum promiſerit: tunc enim tenetur probare eius implementum. Mago. deciſ. 10 t. Rot. Floren.

Colonus partiarius vendito fundo, non habet portionem fructuum, ſed ſolùm actionẽ perſonalem contrà dominum vendentem, & retentionem pro melioramẽtis. Vinc. de Fran. deciſ. 334. part. 2. ideò fundo per dominum alienato pendentibus fructibus, in quo colonus erat partiarius, fructus ipſi ſpectãt in ſolidũ ad emptorẽ. Marc. de Mant. ſing. 3 10.

Locator partiarius conſequitur ſuam portionem fructuum, ſine aliqua impenſa, quæ in illis colligendis fit per colonum. Menoch. de Arbitra. lib. 2. caſ. 215. nu. 2.

Colonus de iure tenetur ponere ſemen, & omnia de ſuo. Natt. conſi. 243. Bald. ſing. 85.

Locato fundo colono ad dimidiam fructuum, colonus ſolùm debet habere dimidiam fructuum pro opera, & impenſa, & ſic hoc caſu fructus non dicuntur, deducta impenſa, licèt regulariter contrà. Math. Matheſ. poſt eius ſingularia, ad l. 1. C. de fruct. & lit. expen. & Bart. ibid.

Colonus partiarius à domino non poteſt conueniri, niſi inquantum facere poſsit, deducto ne egeat: quia, & ipſe eſt ſocius, qui non conuenitur vlterius. Fran. Cremen. ſing. 156.

Colonus poteſt fundum deſerere, ſi dominus ipſum moleſtet in cultura, vel pacta innouauerit. Bar. in l. 2. C. de agricolis. lib. 11. quid ſi ſtatutum in contrarium diſponat, vide Bar. in l. 22. ibid.

Colonus, quando poſsit refricare quæſtionem dominij, vide Bar. in l. 19. ibid.

Hęredes coloni, ſi remanent in colonia ſine renouatione pactorum, pacta facta inter dominum, & colonum, ſeruari debent. Bar. in l. 22. C. de agricolis. lib. 11.

Coloni, qui colonia finita perſeuerant in ea, cõſuetum fictum præſtare tenentur. Bart. in l. 1. C. in quibus cauſis col. lib. 11.

Colonus, qui fundos ſteriles reddit bonos, & fertiles ſua cultura, non poteſt à domino de eorum cultura remoueri, nec ei pẽſio augeri Bart. in l. 7. C. de omni agro relicto. lib. 11. nume. 4.

Colonus eſt quaſi procurator domini. Bar. in l. ſi pignori res. ff. famil. ercil.

Legato vſufructu, colonus tria ex hoc legato cõſequitur: Primò petet vſumfructũ: Secundò à mercede erit liberatus: Tertiò expenſas, quas fecit gratia rei, recuperabit. l. 41. §. colono. ff. de vſufruct. & quemadmod. quis vtatur.

Poſſeſsiò, an amittatur, ſi colonus ipſam rem animo deſerendi, fundum egrediatur, vide glo. in l. 1. C. commu. de vſucap.

Vendens fundum excepto iure coloni, & nullus ſit colonus, an debeat habere medietatem fructuum, vide Barto. in l. 75. de leg. 1.

Colonus non tenetur facere foſſata perpetua, ſed quæ ſunt ad vtilitatem temporis, quo cõduxit. Bar. in l. 27. §. ita legatum de fundo inſtruct. legat.

Colonus, quando teneatur purgare foſſata fundi conducti, vel cõmunis cum eo, vide Bar. in conſi. 193. vol. 1.

A colono facta venditio, non præiudicat domino. l. 5. C. de acquir. & retine. poſſeſsio.

Fructus rei legatæ adita hæreditate, pertinent ad legatarium, & colonus habet actionẽ cõtrà hæredem. l. 123 §. fin. de legat. & fidei. 1.

Colonus non admittens emptorem fundi, habet interdictum contrà deijecentem, ſi deiectus ſit, & dominus habet interdictũ contrà colonum non admittentem emptorem. l. 12. ff. de vi & vi arma.

Coloni poſſunt habere actionem furti. l. 14 §. præterea. ff. de furtis.

Si colonus ſit, qui reſciderit arbores, etiam ex locato cum eo agi poteſt, ſed vna actione contentus eſſe debet actor. l. 9. ff. de arbo. furt. cęſa.

Colonus eſt, qui prædium ruſticum colit, inquilinus, qui vrbanum. gloſſ. in §. item ſeruiana inſtitu. de actio.

Coloni ſunt multiplices, de quibus vide in Rub. C. de agricol. & cenſi. lib. 11.

Locationi, ſeu colono, an, & quando ſucceſſor ſtare teneatur.

IUs habens in re cõductor propter generalẽ hypothecam, poteſt rẽ locatam alteri venditam retinere pro ſuo intereſſe, & ipſi rei inſiſtere, donec ei ſolutum ſit intereſſe. Ozaſ. deciſ. 156. nume. 6. vide Gram. deciſ. 58. Thom. Leo. deciſ. 63. in decl. diuerſo. Hippol. ſing. 321. Natt. conſi. 426. quo intereſſe ſolutore, ſoluitur ius retentionis. Gaſp. Cabal. milleloq. 133.

In feudis quando res reuertitur ad dominum iure prælationis, vel cõmiſsi, tunc dominus non tenetur ſtare locationi factæ, per vaſallum, & hoc caſu hypotheca nihil operatur. Ozaſ. ibi. nu. 9. vide tamen. nu. 7.

Succeſſor vniuerſalis ſemper tenetur ſtare colono, ſed quid de alijs ſucceſſoribus, vide Guid. Pap. q. 480.

Quæ perſonæ teneant ſtare colono, vide. Borg. Caual. deciſ. 25. de contract. par. 2. nu. 7. penſio ſoluta anticipata locatori, nõ nocet ſucceſſori non hæredi, licèt teneatur ſtare locationi, ſed de nouo pro tempore futuro debet ſolui. Borg. ibi nu. 4.

Conductor, qui habet hypothecam in re, habet cautelam, quòd non admittat emptorem in re per ipſum conductam, donec ei ſoluatur intereſſe, aliàs ipſo emptore admiſſo, contrà ipſum nullam habet actionem; ſed contrà locatorem. Ioſ. Ludo. deciſ. Luc. 38.

Succeſſor etiam ex titulo lucratiuo, non tenetur ſtare colono; quia colonus non habet ius in re, ſecùs ſi haberet. DD. de Rot. deci. 2. tit. de empt. & vend. in antiq.

Succeſſor ſingularis, regulariter non tenetur ſtare facto prædeceſſoris, quod limita in ſucceſſore, qui non ſuccedit in pleno iure: ideò emptor fructuum, tenetur ſtare locationi factæ per dominum ante emptionem. Vincen. de Fran. dec. 216. Io. Pap. lib. 10. ti. 3. arreſt. 1.

Succeſſor ſingularis, non tenetur etiam ſtare facto prædeceſſoris, quando prædeceſſor nõ habet plenum ius in re: item quando ſuccedit non per viã tranſmiſsionis; ſed per viã priuationis, quia reſoluto iure datoris, reſoluit ius acceptoris. Vinc. de Fran. d. deci. 216.

Immiſſus ex primo decreto tenetur ſtare colono, & locatio iurata operatur, quòd alienatio non poſsit fieri in præiudicium conductoris. Mago. deciſ. 97.

Dos eſt titulus vniuerſalis: ideò ſuccedens ex eo, tenet ad obſeruationẽ locationis. Gom. Leo. deciſ. 63. in deciſio. diuerſo. ideò etiam mulier ſoluto matrimonio, tenetur ſtare colono. Rol. conſi. 49. vol. 2. l. 26. §. ſi in ff. ſolut. matrimonio.

Emptor domus tenetur ſtare inquilino, propter iuramentum à locatore præſtitum, iuncta hypotheca, licèt quando adeſſet ſola hypotheca præſtando intereſſe, nõ teneatur. Rot. Auenio. deciſ. 108. in deciſio. diuerſo.

Fallit, quando eſſet facta huiuſmodi locatio à tutore ſine decreto: quia ipſa hypotheca non valet, nam bona pupillorum non poſſunt obligari ſine decreto. Vincent. de Fran. deciſ. 334. par. 2. tamen locatio facta per tutorem, vel curatorem ad certum tempus, durat etiam tutela, vel cura finita. Rolan. conſi. 49. vol. 2. nu. 7.

Succeſſor prælati, pariter tenetur ſtare locationi factæ per prædeceſſorem nomine Eccleſiæ. Rol. ibi. Rom. ſing. 63. Hippol. ſing. 558.

Emphyteota fiſci, tenetur ſtare colono. Ludo. Rom. ſing. 63. Hippol. ſing. 558.

Locatio expirat per venditionem ſimpliciter factam, niſi pactum aliter fiat præſente conductore; ſecus ſi abſente. Felyn. in conſi. 54. nu. 6. & tunc poteſt emptor reſiſtere conductori volenti exportare fructus. Fel. ibi.

Emptor vſusfructus rei, poteſt expellere conductorem, niſi & ipſe haberet per hypothecam, ius in re. Capel. Thol. q. 421.

De conductione, ſeu reconductione tacita.

De tacita reconductione finito tempore locationis, & qualiter in ea procedatur, vide Afflict. deciſ. 365. Put. deciſ. 180. & 184. lib. 1.

Reconductio rei locatæ tacitè, an fieri poſsit, lapſo locationis tẽpore propter conſenſus defectum, & conſenſus abeſt, vbi furor eſt, vide ibi.

In recõductione tacita pro eodem tẽpore, interuentio ſcripturæ ad effectum probandi, videtur facta. Afflic. d. deciſ. 365. nu. 10.

Locatam ſemel rem, præſumitur quis eodem titulo poſteà poſsidere. Boer. deciſio. 58. nume. final.

Locatio tacita poſt lapſum terminum, an retineat conditiones prioris, vide Boer. deciſio. 284.

Pro affirmatiua ſcribit Menoch. de arbitra. lib. 2. caſ. 159.

Confirmatio locationis valet, non facta mentione de mala perceptione fructuũ. Mohed. deciſio. 351.

Conductor quando poſt tempus in prædio ruſtico remanet, conductio tacitè renouata cenſetur. Fran. Marc. q. 538 nu. 6. Abb. conſi. 87. libr. 2.

Succeſſor locatoris recipiendo penſionem rei locatæ, contractum locationis ratificare videtur. DD. de Rot. deciſ. 2. titu. de locatio. & conduct. in nouis.

Tacita relocatio de iure communi operatur in prædio vrbano pro eo tãtum tempore, quo habitatum eſt, tamen lapſus modici temporis, non inducit tacitam relocationem. Mago. deciſ. Luc. 47.

Locatio tacita, & tacita reconductio, dicitur ſtare ſub eiſdem pignoribus, & hypothecis, pactis, & qualitatibus, quib. expreſſa. Mago. deciſ. 340. Rot. Floren. Bero. q. 100.

Quando inſtrumentum locationis habet paratam executionem, hoc non extenditur ad tacitam cõtinuatam reconductionẽ. Gom. Leo. deciſ. 83. in deciſ. diuerſo. Rebuff. in ſuis cõment. tract. de litte oblig. art. 2. gl. 1. n. 902.

Reco-

Renouatio contractus locationis in terminis. l.item quæritur. §. qui impleto. ff. locati. reſtringitur ad contractum locationis, & precarij, nec fit renouatio ex parte eius, qui non impleuit ex parte ſua. Crauet.conſi.87. nume.3.

Locatio inceptura poſt primam finiēdam, poſt certum tempus, habet locū ſtatim, licèt alio modo ante tempus finiatur prima locatio. Natt.conſi.34. Tom.1.

Conductio rei continnata nullo expreſſo precio, intelligitur eodem precio, quo ante, continnari. Fran.Cremen.ſing.13.

De remiſsione mercedis facienda conductori, & quando fieri debeat.

Damnum lenis momenti non eſt in conſideratione, vt conductoribus fiat remiſsio mercedis. Ioſ. Ludo.deciſio.50. Peruſ. nume.8. Menoch.conſi.120. lib.2.num.16. & reſtaurum non debetur damno nō probato. Aemil.deciſ.184. necnon Principis factū, ſemper cenſetur excluſus. Ioſeph.d.deciſ.50. num.fin.

De modo probādi ſterilitatem, & qualiter intelligatur, vt debeat fieri remiſsio mercedis, vide Marc. d.q.208.

Locator nūquam facit reſtaurum, & remiſsionem mercedis conductori, niſi concurrente læſione vltra dimidiam penſionis omnium bonorum in locatione contentorum, compenſato etiam anno ſterili cum præterito, & futuro pinguiori. Borg. Caual. deciſio. 15. num.33.de contract. vide Excel. Præſ. Teſſau. deciſio. 108. Rol.conſi.86.

Sterilitas eſt digna remiſsionis penſionis, quādo fructus percepti non ſufficinnt ad perſoluendam dimidiam penſionis deductis ſumptibus. Rolan.conſi.86. & circa hanc remiſsionem, quid probandum veniat, vide Menoch.de arbitra.libro.ſecundo.caſ.76.& 77. Barto.in l.11. §. qui maximos.ff. de publica. & vectig.

De remiſsione mercedis, vide p Natt.cōſ.149. tamen nō fit remiſsiō mercedis licèt cōductor non perceperit tot fructus aſcendentes ad dimidiam eius, quod ſolitus erat percipere, quando dicti fructus adeò facti ſunt cariores, ita quòd per venditionem eorum, penſio integra ſolui poteſt. Rol.d.conſi.86. num.8.vol.3.

Item non eſt facienda, quando facta denunciatione ſterilitatis, locator obtulit ſe paratum ſuo periculo recipere fructus, & remittere penſionem, & conductor oblationem recuſauit. Rol.conſi.86.nu.9.vol.3.

Denunciatio ſterilitatis requiritur intra annū, vt remiſsio mercedis obtineatur, vide Perilluſtr. Dom. Præſ. Teſſau. deciſ.108.

Conductori propter ſterilitatem non fit diminutio mercedis, ſi non ſoluerit decimam cū rato. Guid. Pap.q.630. tamen onus decimarum, non ſpectat ad conductorem. Vincent. de Fran.deciſ.107. vide c.24. extra de decimis. Abb.conſi.30.lib.3.

Secundò non fit, qn̄ vbertas vnius anni cōpenſatur cū ſterilitate alterius, &ècōtrà. Guid. d.q.630.nu. 2. quod procedit, quando locatur fundus certis annis ſub eodem cōtextu: ſecus ſi eſſent diuerſæ locationes. Marc.qō. 208 par.2. vide And. Gail.obſer.23.nu.12.lib. 2. Papon.lib. 13.tit.9 arreſt.12.

Tertio in conductionib ſtantib. in manib. fortunæ non fit remiſsio, nec ècōtrà. Ioſ.Ludo. deciſ.50. Peruſ.

Quartò non fit remiſsio, quando colonus non colit fundum. Marc.q.208. par.2. Rol.conſi. 85. volum.3.

Quintò non fit, quando conductor ſuſcepit in ſe periculum caſus fortuiti. Marc. d. q.208. quod ex cōſuetudine fieri poteſt. ide Marc. q.1065. quādo ſpecialiter, & nominatim ſuſcepit conductor in ſe omnes caſus. Mago. deciſ.67.num.14. Rot. Flor. vide Dec.conſi. 552. Roland.conſi.86.vol.3. aliàs conductori impedito vti re conducta caſu, vel fortuna, ex natura contractus locationis debetur pēſionis remiſsio. Mago.deciſ.67. Rot.Flor. qd procedit, etiam ſi conductor in conductione excepèrit quoſdam caſus, quia tunc poterit petere nihilominus remiſsionem in alijs caſibus ſimilibus exceptis. ibi. d deciſ.68. & ampliatur dictum, licèt conductor ſuſceperit in ſe quibuſdam verbis generalibus omnem caſum, & aduerſam fortunam; nam tūc nō obligatur ad caſus valdè inſolitos Mago. ibi.nu. 15.

Quando conductor ſuſcepit in ſe omnes caſus fortuitos, adeòquod non poſsit petere remiſsionem mercedis propter illos, an poſsit euenire talis caſus, qui non eſſet comprehēſus in iſta generali renunciatione, ob quem poſſet petere remiſsionem mercedis, vide Craue.conſi.95. Menoch. de arbit.libr.2.caſ. 80. qui caſus fortuiti excuſent conductorē, vide Menoch.ibid.

Quando propter caſum quis non potuit vti re conducta, debet probare ipſum caſum, & quòd propter illum impeditus fuit, & ipſo

non exiſtente vſus fuiſſet re conducta. Dec. conſi.552.

Remiſsio mercedis eſt facienda in caſu à iure perm.ſſo, quando propter caſum fortuitum valde inſolitum, conductor damnũ patitur, licèt ſuſceperit in ſe omnes caſus fortuitos, Menoch.conſi.a 7.vol.1.

Impeditus exigere vectigal locatum, non poteſt conueniri ad præſtationem penſionis.& ſi conductor ſuſceperit omnes caſus fortuitos,non cenſetur ſuſcepiſſe illos,qui facto locatoris proueniunt. Menoch.conſi.119.vol. 2.& conſi.246.vol.3.

Quando ex forma ſtatuti inſtrumentum debet habere executionem (ſaltem media cautione)tunc exequtio inſtrumenti locationis pro penſione non retardatur,præſtita dicta cautione, per exceptionem cõductoris petentis remiſsionem penſionis propter ſterilitatem, vel alium caſum requirentem altiorem indaginẽ.Borg.Caual.deci.28.par.2. Et exceptio dr̃ requirere altiorẽ indaginem, ſi non poteſt eadem inſtantia probari, & finiri, qua principalis cauſa finitur. ibid.num. 12.22.20.& 39.

Cõductor, qui ſcit,aliqd ſolitũ euenire nõ poteſt petere remiſsionem mercedis,& idem ſi culpa ſua euenit. Borg.ibi.nu.33 34.& 94.

Remiſsio mercedis non fit regulariter, niſi in fine locationis. ibi.nu.50.

Propter ſterilitatem fit remiſsio mercedis, & circa æſtimationem huius ſterilitatis communis, & circum colentium opinio cõſideranda eſt,regula traditur cum ampliationibus, & limitationibus per Andr.Gail.obſer. 23. libr. 2. vbi omnino videbis pro pleniori intelligentia huius articuli.

Molitor ſi molendino non poſsit vti, qualem mercedis remiſsionem habere debeat, vide obſer.23.nu.8.lib.2.eiuſdem Gail.

Conductor excuſatur à ſolutione penſionis ob inſolitam ſcicitatem. Menoch.de arbitr.lib. 2.caſ.80.

Colonus denunciare debet domino illatam ſibi violentiam, & non excuſatur à ſolutione penſionis,cùm de domo receſsit,nulla facta denunciatione domino. Menoch.de arbitr. lib.2.caſ.159.

De remiſsione penſionis, q̃.fit inquilino impedito vti re conducta, ſeu domo ad vſum à ſe deſtinatum, & quomodo cognoſcatur cauſa,ob quam domus conducta ſit, vide Menoch.de arbitra.lib.2.caſ.440.

Locator tenetur præſtare conductori damnũ datum in fructibus pendentibus, quod procedit etiam in fructibus à ſolo ſeparatis,nũdum tamen exportatis. Natt.conſi.284.

Conductori remiſsio eſt facienda,ſi ager publicetur.Natt.ibi.nu.10.

Conductor (ſi impeditur vſus rerum, propter quas principaliter fuit facta conductio)liberatur etiam à penſione rerum principaliter, & propter ſe non locatarum dato,quòd vſus earum el nõ prohibeatur. Natt.cõſ.610.n.6.

Licèt conductor quando impeditur facto tertij teneatur denunciare moleſtiam locatori, tamen hoc non procedit, quando impeditur re vti,facto ipſius locatoris, vel impedimentum eſt notorium. Menoch.conſ.120. lib.2.vide conſi.128.ibi.

Conductor, qui in vna parte rei conductæ vi tempeſtatis damnum paſſus eſt, in alia non, nõn poteſt petere reſtaurũ pro parte, in qua paſſus eſt damnum, niſi in totum renunciet conductioni. Barth de Capu.ſing.65.

Propter ſterilitatem fit remiſsio mercedis, ſed quid, vbi fructus iam percepti corrupti ſunt vitio tantùm territorij, in quo nati fuerant, & non culpa coloni, vide Hippol.ſing.85.

Si pactum ſit in inſtrumento locationis datiorum,locatores teneri in caſu peſtis, aut belli conductoribus remiſsionem facere, & peſtis eueniat poſt dictum contractum, ante tamen ingreſſum quaſi poſſeſsionis datiorum, an remiſsio ſit facienda, vide Auguſt. Bero.q.54. vbi concludit pro parte affirmatiua, quando conductores propter peſtem antecedentem paſsi fuerunt damnum.

Fructus molendini ſi aliquis emit, vel alterius ædificij,quod eget magna reparatione,propter quam fructus interim nõ percipiuntur, cuius erit periculum, vide Bart. in l.11.§.qui maximos.ff.de publica. & vectig. nu.13.

Libelli concluſionem quando petitur remiſsio mercedis,vide per Bar.in cõſi.193. vol.1.

Quando conductor timebat ſterilitatem rei conductæ,ſi ſuper ea aliquid ſit conuentum; quid iuris,vide l.2.§.fin. ff.de adminiſtra.rer. ad ciuit. pertinen.

Propter educitatẽ locuſtarum fit remiſsio mercedis. Mago deciſ.67.Ror.Flor.& hoc caſu, ſi ex probabili cauſa timore locuſtarum cõductor, qui ex conuentione tenebatur ſerere, non ſererit,non propterea amittit beneficium remiſsionis, ibid.d.deciſ.67.

Colono ad longum tempus fit remiſsio propter ſterilitatem i idem in locatione ad vitam. Gom.Leo.deciſ.67. in deciſio.diuerſo. alias ipſi colono remiſsio nõ fit propter ſterilitatem. Franciſ Marc.q.211.part.2.Andr. Gail.obſer.23.nu.15. lib.2.

Conductor petens remiſsionem ex duab. cauſis,ſi vnam probat obtinet.Bar.in conſi.193. vol.1.in fin.

Propter

Propter damnū paſſū, & datū p exercitū regis, an fieri debeat remiſsio, vide Afflic.dec.365.

Remiſsio fieri debet, quādo per conductorem non ſtat, quominus vtatur re conducta, niſi renunciatum ſit omni legum auxilio, vel impedimentum procedat à facto ſuo, Capic. deciſ.87.nu.8.

Remiſsio mercedis non fit conductori propter clauſulas, & renunciationes inſtrumenti, vel ſi non probauerit diminutionem introitus conſueti vltrà dimidiam, cauſa mortalitatis inſolitæ. Capic. deciſi 78. vel ſterilitatis, vide Marc.q.208.par.2.num.14.

Penſionis remiſsio debet fieri propter belli, aut peſtis interuētum. Guid. Pap. quæſt. 630. vide Affli&. deciſ 258. Boer. deciſ. 249 Marc. quæſt. 1065. glo. in c.4.§. Vaſalli. de pace conſtātiæ. in vſib. feudo.

Fallit, ſi conductio ſit facta tempore belli, vel peſtis. Ioſ. Ludo. deci. 106. Peruſ. part.2. nu.26. vel conductor ſciebat tempus belli imminere. Craue. conſil.77.

Licet in contractu locationis fiat remiſsio pēſionis propter bellum, non tamen hoc procedit in cōtractu vēditionis, vel permutationis. Dec. conſ.313. nam emptori vſusfructus, non fit remiſsio mercedis, ſeu precij. Barto. q.4. nume.16.

Penſionis remiſsio, quæ fit propter bellum, ad belli timorem extenditur, & exceptio facta de bello, & peſte extēdit ad caſum caritatis, & famis, in quo eadem ratio videtur. Dec. conſi.555. nu.9.

Conductor propter moleſtiam, & damna ſibi à militibus illata in rebus conductis, poteſt à conductione migrare, & mercedis cōſequi remiſsionē, etiam ſi omnibus exceptionibus renunciaſſet. Natt. conſi.610.

Conduxit quis rem emphyteuticā, pēſione magna, & generaliter omni actioni, & exceptioni renūciauit, an tūc locus ſit remiſsioni ꝓpter bellum, concluditur affirmatiuè (modò penſio ſit magna, & ęquiualēs fructibus) per Bero.q.125.

De cenſibus, & contractu cenſuali, & annuis præſtationibus.

Solutio cenſus trium annorum proximè præteritorū antequàm reus conueniatur, facit præſumere ſolutionem in præteritum, non tamē trium annorum ſolutio per multū tempus, antequàm debitor cōueniat. Vincē. de Fran. dec.137. vide Gaſp. Cabal. milleloq. 226. Borg. Caual. deciſio. 29. part. 2. vide Craue. cōſi.313. Fran. Cremē. ſing. 79. & 80. Dec. conſi.650. nu.15.

Probans tres ſolutiones annales proximas, pręſumitur in præteritum ſoluiſſe, quod procedit quando dictæ ſolutiones fuerunt factæ diuerſis temporibus, ſecùs verò ſi omnes vno contextu factæ fuiſſent. Myſing. obſ. 39. Cēt. 5. Caſſan. in conſuet. Burg. titu. *des cenſes*, Rub. 11.§.5. glo.5. Pet. de Raue. ſing.21. vide Excel. P. Teſſau. deciſ.114.

Qui tribus ſoluit annis proximè præteritis, tributum, aut cēſum, præſumitur anteriori ſemper tempore ſoluiſſe, & ipſa ſolutio triennalis, nedum inducit obligationem, liberationem, & quittationem pro omni tēpore præterito, ſed etiam probat ſummam, & quantitatem reditus debiti talem fuiſſe, ſic ſummā ſolutam. Boer. deciſ.236. vide Capel. Thol. q. 236. Frā. Marc. q.587. Bar. in l.3. C. de Apoch. publ. lib.10.

In contractu cenſuali non eſt locus caducitati, ob canonem nō ſolutum, ſed quando in dubio pręſumatur cēſualis, vide Myſing. obſ.65. Cē.3. Hippol. de Marc. ſing.95. Auguſt. Bero. q.14 Natt. conſi.3.

Quòd in contractu cenſuali non ſit locus caducitati, ſcribit Borg. deciſ.16. de cōtract. nu. 91. ob non ſolutam penſionē. Guliel. Caſſad. deciſ.2. tit. de iureiu. ſed quid ſi interueneris iuramentum, vide ibi. Caſſad. nam tunc ſolutione cēſus, nō facta cēſuarius priuatur iure ſuo. Rol. conſil.6. nu.41. vol 1.

Non ſoluens cenſum nō priuatur iure ſuo, ſicut emphyteuta. Cabal. milleloq. 814. Rebuff. in ſuis comment ſuper conſt. reg. trac. de cōſti. redit. art. 1. gl. 17. nu.7. nec alienādo. Capic. deciſ.103. nu. fin.

An cēſualis res in dubio potius, quàm emphyteuticaria præſumatur, vide Creſcent. dec.3. alias 242. tit. de præſumpt. an ſit emphyteuticus contractus, vel cenſualis ex multis dignoſcitur, vide Crau. cōſ.20. Clar. in ſua prac. §. emphyteuſis. q.1. & 2.

Quando contractus debeat iudicari cenſualis, & quando emphyteuticarius, vide Natt. conſi.3. Tom.1.

Feudalis res non cōceſſa in feudo, de qua præſtatur annua penſio in dubio, an ſit præſumēda emphyteutica, vel cēſualis, vide Affli. dec. 129. nu.4. & 8.

Cenſus vbi ſoluitur annuus pro terris feudalibus, ipſæ terræ non dicuntur amplius feudales, nec emphyteuticæ, ſed ſimpliciter cenſuales habentes propriam naturam ſeparatā: ideò poſſunt alienari pro francis. Capic. deciſio. 103.

Contractus, in quo conceditur res, ad annuum reditum,

reditum, videtur præſumendus potius cenſualis,ſeu emphyteuticarius, quàm feudalis. Gramma.deciſ.77.

Cenſus,an emi poſsint, & de bullis circa hunc contractum cenſualē,& alia ad materiā,vide Perilluſt.D.P.Teſſau.deciſ.154.

Licèt annua publica præſtatio, cenſus, & tributum,idem ſint, hoc tamen eſt verum,quādo debentur fiſco:ſed ſi priuato,Eccleſiæ,vel Ciuitati,tunc eſt differentia, vide Hartma. Hartma.cap.1.tit.de cenſibus.lib.2.

Item eſt differentia inter contractum cenſualem,& emphyteuticarium: nam in contractu cenſuali transfertur dominium directum, & vtile in recipientem, & nihil iuris ſuper illa re remanet pœnes concedentem, & ex non ſolutione cenſus res non perditur, ſed compellitur cenſuarius ad ſolutionem:at in contractu emphyteuticario tranſit tantū dominū vtile in emphyteutam ,directo remanēte apud dominum,vide ibi.d.cap.1.

Cenſus quandoq; ſoluitur in ſignum ſubiectionis, quandoq; inſignum perceptę poteſtatis,interdum inſignum præſtitæ libertatis,& quandoq; præſtatur cenſus de re aliqua, & tunc ſi ruſticus aliquis certum cenſum quolibet anno ſoluerit,an teneatur demōſtrare, & aſsignare rem cuius nomine talem cenſū ſoluerit,vide ibi.cap..2.

Ex præſtatione cenſus certo tēpore facta,probatur quaſi poſſeſsio ſubiectionis, quando cenſus fuit præſtitus inſignum ſubiectionis apertè, quia hoc fuit expreſſum, vel tacitè, quia quo tempore alij ſubditi ibant ad certū locum,& cenſum ſoluebant, eo tempore, & loco, talis cenſus fuit ſolutus, vide Hartma. Hart. capit.3.tit.de cenſibus.

Contractus cenſus, & fictus perpetui,valet vſq; ad octo per centenario.Borg.Caual.dec.13. de contract:part.2.num.39.vide tamen And. Gail.obſer.7.lib.2.nu.14.vbi ſcribit nō licere accipere vltra quinq; pro cētenatio,vt qs ſit tutus in conſcientia, et eſt cōtractus licitus à iure approbatus.And Gail. obſer. 7. lib.2. Afflict.deciſi. 397. Marc.quæſt.2.par.2.

Emptio redituum ad vitam valet, quia vita hominis eſt incerta, & incertitudo facit licitum, quod aliàs eſſet illicitum. Idem obſer.8.lib.2.

Emptiones cenſuū, ſeu redituū annuorū, tàm conſtitutorum ab antiquo, quàm de nouo conſtituendorum valent.Ozaſ.deciſ.95.nu.7. Marc.quæſt.21.part.2.& etiam de iure pontificio ſunt approbatæ.Rebuff.in ſuis cōmēt. Tom.2.tract.de conſtit.reditu.glo.1.

Annuus reditus licitè de nouo conſtitui pōt,& emi,ſicut licet emere reditū annuum ab antiquo iam conſtitutum,abſq; labe vſurarum. Natt.conſi.341.

Contractus cenſualis valet,ſi cenſus conſtituatur ſuper re certa, licèt in camera imperiali contrarium obſeruetur. Gail. obſerua. 7. num. 11. lib. 2.

Contractus vſurarius eſt, ſi pecunia ſoluta pro conſtitutione cenſus, ab emptore infra certum tempus exigi poſsit.Gail d.obſ.7.nu.14. licèt ſit in poteſtate venditoris ſoluere ſortem,& ſe liberare à præſtatione cenſus,& nō valet pactum in contrarium.Idem Gail. obſerua.9.lib.2.

Ex conſtitutione imperij,emptiones redituum ad rationem viginti pro vno floreno approbantur, & quid ſupra eam penſionem accipitur tanquàm vſurarium reijcitur. Idē obſer.9.lib.2.

Annui reditus inter immobilia cōputantur.ibi. obſer. 10.

Pluribus rebus pro cenſu hypothecatis,& alienatis diuerſis perſonis, creditor habet electionem agendi contrà quemlibet poſſeſſorem inſolidū, pro cōſequutione cenſus, nec tenetur diuidere petitionem, & agere cōtrà omnes poſſeſſores pro virili. Gome. Leo. deciſ.17.in deciſio.diuerſo.Tom.1.Ioan.Pap. lib.13.tit.2. arreſt.14.vide tamen Fran.Marc. q.433.par.2.

Cenſus ſuper eadem re duobus dominis recognitus,ambobus debetur;ſecùs in laudimio, vide Ioan.Pap.lib.13.tit.2.arreſt.9.

Cenſus plurium annorum, debet ſolui ſecundum magis communem æſtimationem eorundem annorum reſpectiuè, nec attēdēdus eſt valor rei maior, qui minori tēpore anni fuit.Idem Pap ibi. arreſt. 12. & 13. habemus in hac patria hac in re decretum antiq. tit. de cenſu.ſolutione,ſed pro intelligētia, vide comment.D.Sol.ibid.

Fallit ſi per interpellationem legitimam,debitor fuiſſet in mora conſtitutus. ibid. d. arreſt.13.

Tertius poſſeſſor rei cenſualis tenetur illā recognoſcere,cū ſuo onere ab alio impoſito. Idē Pap.ibi.arreſt.18.

Condemnatus ad ſoluendum reditum annuū, tenetur ad recognoſcendum.ibi arreſt.21.

Dominus ſibi nō præiudat in cēſu ſe nō opponendo ſubhaſtationibus, quibus res cēſualis alienatur; nam intelligit̄ ſemper alienata cū ſuo onere.ibi.arreſt.26.

Emens rem ſub cenſu annuali,an teneat̄ ad cēſum re perēpta,ſeu inutilis effecta,vide Pap. lib.13.tit.2.arreſt.fin.

Pro ſolutione cēſus capiunt̄ fructus rei cēſualis poſſeſſę ab alio.Idē Pap.lib.18.tit.5.arreſt.20.

tamen

tamen de iure actio perſonalis pro cenſu priuati non ſequitur fundi poſſeſſorem;ſecùs eſt in cenſu , & tributo Principis. poteſt tamen agi contrà ipſum tertium poſſeſſorem ad recognoſcendum cenſum ipſum.Guid. Pap.q. 42.vide Caſſan.in conſuet,Burg.tit *des cenſes*, Rub.11.§.6.glo.5.nu.14.

Fiſcus,& Eccleſia poſſunt agere pro cēſu contrà tertium poſſeſſorem . Fran. Marc. quæſt. 549. & habent electionem agendi contrà ipſum tertium poſſeſſorem,vel contrà auctorem pro tempore præterito . Idem Marc. quæſtio.550.

Annua præſtatio,qn̄ ſequatur fundum poſſeſſū per tertium , vide Caſſan.titu. *des cenſes*, Rub. 11.glo.4.5,6.

Res emphyte.pro canone eſt obligata : ideò poſſeſſor poteſt conueniri hypothecaria . Pet.de Rauen. ſingul. 183. Gaſp. Cabal. milleloq. 191.

Emens fundum ea lege, ne ſoluat cenſum , tali pacto non excuſatur , quin ſoluere compellatur pro futuro,& præterito tempore.l.2.C. ſine cenſu,vel reliquis.nam poſſeſſor rei emphyteuticę pōt conueniri hypothecaria pro cenſu præterito,nō ſoluto ante alienationē. Afflict. deciſ.95.

Stante ſtatuto, quòd poſsidentes prædia ruſtica,vel vrbana,quæ mouentur de directo dominio alicuius , vel alicui ſunt hypothecata, aut obnoxia,teneantur ſoluere cenſum, ſiue canonem illi,cui hypothecata ſunt, an primus creditor poſsidens rem ſecundò hypothecatam,vigore huius ſtatuti conueniri poſſit à ſecundo creditore,vide Ozaſ. deciſ. 59.

Emphyteuta canonem ſoluere per partes , non poteſt inuito domino : ideò per diuiſionem rei emphyteuticæ canonis ſolutio nō diuiditur,ſed quilibet ex diuidētibus poterit inſolidum conueniri.Affli.dec.153.Borg.deciſ. 45.par.2.nu.26.& deciſ.30.nu.118.ibi.

Succeſſor particularis loci , quando certos redditus ſoluere teneat̄,vide Boer.dec.66.Guid. Pap.q.576.

Dominus directus non cogitur recipere cēſum à non comprehenſo ; tamē poteſt agere pro cenſu , tàm contrà comprehenſum , quàm contrà poſsidentem.Ioſeph.Lud. deciſ.Luc. 9.nume.22.

Et ſi ſolutio canonis indiuidua dicatur, tamen volente domino fit diuidua, & tunc deficiēte vno in ſolutione ipſius canonis, eius pars ſolùm efficitur caduca . Hiero. Mago. deciſio.Luc.9.

Res cenſualis pro penſione præteriti tēporis, remanet hypothecata, quando cenſus ſuper ea fuit conſtitutus,quò caſu res afficitur onere reali,quod onus ſequitur quemcunq; poſſeſſorem. Craue.conſi.217.

Quot modis res fieri poſsit cēſualis,vide Crau. ibi.nu.4.

Res emphyteutica ad quēcunq; puenerit, pōt ille conueniri ad canonem ſoluendum.Abb. conſil.30.lib.2.

Liber monaſterij, dicens rem eſſe redititiā , an probet,vide Afflict.deciſ.364.nu.7.

Cenſus vbi ſoluitur annuus , pro terris feudalibus,ipſæ terræ non dicuntur amplius feudales,nec emphyteuticæ;ſed ſimpliciter cēſuales habētes naturam ſeparatam: ideò poſsūt alienari irrequiſito domino,nec irritat̄ alienatio.Capic.deciſ.103.

Canonem,vel cenſum non ſoluens per 40. ann. erit in hoc caſu præſcripta immunitas,& nō tenetur in poſterum Gramma.deciſ.100. nu. 21.nam cenſus particularis præſtatio eſt prǫſcriptibilis.Fran. Marc.q 352.num.5.vide tamen Rebuff.in ſuis comment.ſuper conſtitu. reg.tract.de conſtitu.redit. art.2.gl 1.Caſſan. in conſuetud . Burg. titu.*des cenſes*,Rub. 11. §. 2.gloſ. fina.

Præſcriptio contrà annuam præſtationem , eſt propria vniuſcuiuſq; anni:ideò quot ſunt anni,tot ſunt præſcriptiones.Myſing. obſer.13. Cent.3 quare in annuis præſtationibus nulla currit præſcriptio continua. vide And.Gail. obſer.76.lib.2.quod procedit in legatis , ſecùs in annuis præſtationibus debitis ex ſtipulatu, in quibus ſpacio. 30. ann. vnica præſcriptione, nocet præſcriptio. Hiero. Mago. dec.95.Rot Floren. vide Ioan. Pap.lib.12.tit. 3.arreſt.5.& 1.

Res hypothecata pro annua præſtatione,nō poteſt pręſcribi per tertium poſſeſſorem poſsidentem cum titulo,& bona fide per ann.10. ſi interim præſtabatur ipſa penſio per principalem conſtituentem , vel eius hæredem. Caſſan.in conſue.Burg.titu.*des cenſes*,Rub.11. §.2.glo.1.nu.36.

Præſcriptio ſuper annuo reditu non incipit currere,niſi ab eo tp̄e, quo ceſſatum eſt in ſolutione.Caſſan.ibi.nu.43.

Præſcriptio aduerſus ſolutionem cenſus, inducitur ſpacio.40.ann. ſeu ex ceſſatione per illud tempus , nec in hoc caſu tenet̄ poſſeſſor probare negatiuam,videlicet,quòd nō ſoluerit , ſed debet agens probare affirmatiuam, Craue.conſil.57.

Quando aliquid debetur domino directo reſpectu alicuius commoditatis , omnes ad illud tenentur , non obſtante præſcriptione, & vnus de vniuerſitate,non poteſt recuſare illud ſoluere , ſi alij ſoluunt , Craue. conſi.27.

Cenſui,

Cenſui, ſeu penſioni emphyteuticæ, quãto tẽpore præſcribatur, vide Excel. P. Teſſau. dec. 114. & deciſ. 179.

Poſſeſſor nouus conuenitur pro decima præteriti temporis. Thõ. Min. ad. deciſ 10.

Annua penſio ſuper furno aſsignata, furno minuto, nihilominus integra peti poteſt à conſtituente, ſeu à donãte, etiãſi nonpromiſerit de euictione. Guid. Pap. q 8.

Condemnatus ad par caponum, vt maiores cõſueuerũt, ſimpliciter cenſetur condemnatus, neq; poteſt petere, vt oſtendatur de cõſuetudine maiorum. Boer. deciſ. 16.

Non ſufficit producere inſtrumẽtum, quo quis ſe obligat ad certum cenſum, niſi probetur traditio rei, reſpectu cuius fuit facta promiſſio. Ioſ. Lud. deciſ. Luc. 2.

Cenſus debiti ratione certorum iugerũ terræ, moderantur ſecundum numerum iugerum, quando in eis eſt deceptio. Marc. q. 566.

Dominus recipiendo ſolutionem præteriti tẽporis cenſus, ſibi præiudicat in pœna commiſsi, niſi contrarium fuerit proteſtatus. Frã. Marc. q. 613.

Quando venditor in inſtrumento venditionis, vendit aliquam rem emphyteuticariam, vel cenſualem cum expreſſo onere alicuius cenſus directi dominij, vel penſionis annuæ, per huiuſmodi confeſsionem, non probat cenſum, vel directum dominium. Marc. q 614.

Si rès augeatur, vel fructus, pẽſio nõ dẽt augeri. Marc. q 210. part. 2.

Per recognitiones ius transfertur in dominũ, & ex illis probat̃ de dominio directo. Crau. conſi. 154. nũ. 5. vide tamen ſupra lib. 1. tit. de fide. inſtrum. Rebuff. in ſuis comment. tract. de conſtitu. redit. art. 2. glo. 1. Craue. conſi. 57. D. Sol. in ſuis comment. in antiq. conſtit. glo. 1. ſuper. 1. part. decreti, rempublicam. titu. de iure. emphyteu.

Canon, cẽſus, & penſio quid ſint, & cenſus ſolutio nullam arguit iuriſdictionem, nec perſonæ ſubiectionem, vide Illuſt. Senat. Sol. in ſuis comment. in antiq. conſtitu. gloſ. 5. ſuper rubrica decreti, rem pub. titu. de iure emphyteu. fol. 11.

Cenſus de qua moneta ſolui debeat, vide ibid. gloſ. 8. ſuper d. decreto rempub. par. 2. fol. 27. & ſupra lib. 1. tit. de augumento monet.

Domini plures cogi debent ad eligendum vnũ exactorem ad colligendum, & recipiendum cenſum, diſtribuẽdum deinde vnicuiq; pro ratã. Idem Senator. ibi. nu. 7.

Cenſum non tenetur emphyteuta ferre ad dominum extra locum, quamuis dominus alibi domicilium habeat. ibi. num. fin. vide gl. 1. ſuper. 3. par. decreti, licẽt. n. 10. eod. tit. fol. 38.

Cenſus, & victualia menſurabilia, non exiguntur, niſi cum menſura loci, in quo debentur, vide D. Sol. in dd. ſuis commen. fol. 49. ſuper antiq conſtitu. Sabaudiæ.

Cenſus ſunt in duplici differẽtia, alij enim ſunt parui reditus, alij magni, ſed de vtriuſq; natura, & differentijs ipſorum, vide per Rebuff. in ſuis comment. tract. de conſtitu. reditu. art. 1. gloſ. 17. Tom. 2.

Quæ differentiæ ſint inter contractum cenſualem, & emphyteuticarium, vide Rebuff. ibi. nume 7. & 2. Caſſan. in conſuetudi. Burg. tit *des cenſes*, Rub. 11. Natt. conſ. 3. Tom. 1. Cabal. milleloq 815.

Solutio cenſus facta per alium tertium, etiam proprio nomine, prodeſt verò emphyteutæ. Dec. conſil. 650. nume. 16. ſed an extraneus ſoluere poſsit domino recuſanti, vide per Cabal. milleloq. 228.

Quando quis vellet cedere prædio ad euitandam ſolutionem cenſus, an, & quando eſſet audiendus, vide Caſſan. in conſuetudi. Burg. titu. *des mains mortes*, Rub. 9 §. 8 glo. 2.

Poſſunt contrahentes facere, vt dominus non habeat rem cenſualem iure prælationis, puta ſi vendatur res inter eos, ſi dominus laudauerit. Idem titu *des cenſes*, Rub. 11. §. 1. gl. 4.

Quando annua penſio imponitur ſuper re, quę non eſt ſufficiens ad ſuportandam pẽſionẽ, promittens tenetur ſupplere ſuper alia. Idẽ ibi. §. 2. glo. 1.

An, & qñ acquiratur annua præſtatio ex tẽporis diuturnitate, vide ibi.

Si fuerit ſterilitas in vno anno, dẽt diminui cẽſus. ibi. Caſſan. nu. fin.

Multa alia de cenſibus, vide per eundẽ Caſſan. ibi. per tot. tit.

Habens reditum, nõ dicitur dominus directus & ideò nõ hẽt priuilegia. quæ hẽt dominus cẽſus. Caſſan. ibi. num. 6. glo. 4.

Cenſus dicitur, qñ in poſſeſſorem tranſlatũ eſt dominiũ directũ, & vtile, ſed recognitionis cuiuſdam cauſa, aliquid annuatim præſtat. Menoch. conſi. 291. num. 5.

Soluens pro alio penſionẽ publicam, dominus rei non efficitur. l. 25. C. de rei vendica. vide l. 46. ff. de acquit. rer. dom.

Diminutio cenſus ſoluti, ad modũ cõſuetũ reducitur, reſcripto obtento illicito non obſtante. l. fina. C. ne rei dominicæ.

Pater cenſuarius, filios cenſum debere ſcribens, non præiudicat ſibi. l. 8. C. de allu. & palud.

Solutio cenſus melius probatur per monumẽta publica, quę ſunt apud magiſtratũ, quàm per teſtes. l. 10. ff. de probatio.

De intellectu l. cũ in rẽ verſo. ff. de vſuris, vide per Cabal. milleloq. 320.

Obligatio annua ab initio, ad tempus côtrahi poteſt. Cabal. milleloq 331.

Allegato titulo probata annua præſtatione, q̃ præſumptio inſurgat, vide ibi milleloq. 593.

Qualiter cõſtituatur hypotheca in annuis præſtationibus, vide Caſſaneu. in conſuetud. Burg. titul. *des cenſes* Rub. 11. §. 4. gloſſ. 2. Ozaſ. deciſ. 50.

Si quis promittat ſoluere quolibet anno, vtrũ perinde habeatur, ac ſi diceretur, ſingulis annis, vide Gnid. Pap. ſing 389.

Qui promittit decem annua, intelligitur promittere in vita ſua. Bar. in l. 34. §. ſi quis auté. C. de donatio.

Soluens aliquid annuatim, an poſsit compelli in futurum, vide Bar. in l. 6 §. non. ff. de offic. proconſul. Cabal. milleloq 319. & an ex hoc probetur emphyteuta, vide Iaſ. de actio. in §. præiudiciales. nu 60.

Principium cuiuslibet anni, in ſtipulatione annua inſpicitur, & ſtipulatio annua, quando ſit vna, & quando plures, vide Bar. in l. 18. §. cum ſuus. ff. de ſtipul. ſeruo.

Solutio canonis in contractu emphyteotico ſcripturam requirente, poteſt probari per teſtes. Afflic. deci. 13. num. 26. cenſus ſolutio, quomodo probetur, vide Hartma. Hartm. c. 4. tit. de cenſibus. lib. 2.

Differentia eſt inter ſolutionem cenſus pro recognitione directi dominij, & ſolutionem cenſus, reſpectu pecuniæ receptæ. Afflict. deciſio. 80.

Solutio cenſus erronea eſt, ſi conſtet de proprietate ſoluentis, neque nocet. Afflict. deciſ. 83. nu. 10.

Emphyteuta tenetur cenſum ſoluere, quando rem ipſam verè poſsidet. Capic. deciſio. 14 num. 21. & 22. ſed emens rem. ſub cenſu annuali, an teneatur ad cenſum, re perempta, vide Papon. lib. 13. tit. 2. arreſt. fin.

Propter bellum, ſit remiſsio canonis. Guid. Pap. quæſt. 171. num. fin. vide Gaſp. Cabal. milleloq. 227.

Remiſsio mercedis, an fiat in côtractu emphyteutico, vide Pet. Benint. deciſ. 6.

Propter ſterilitatem non ſit remiſsio emphyteutæ, vel cenſuario, vide Cab. milleloq. 217.

Regulariter emphyteutæ non fit remiſsio, quia non præſtat canonem conſideratione fructuum, ſed in recognitionem dominij. Gom. Leo. deciſ. 6. in deciſio. diuerſo. vide Bar. in l. 3. C. de fundi patrimo. lib. 11.

Fallit quando emphyteuta penſionem ſoluerct ratione, & conſideratione fructuum; nã eo caſu propter bellum, inundationem, & ſimilia, fit remiſsio. ibid. Gome.

Licet emphyteutæ non fiat diminutio mercedis ob ſterilitatem, ſiue modica, ſiue magna péſio ſoluatur, vno tamé caſu fit, népe quando propter bellum non potuit fundus coli, nec aliquid ex eo percipi. Natt. conſil. 49. Tom 1. & conſi. 154. Tom. 2. Auguſt. Bero. q. 125. Barto. in l. 21. §. quod ex naufragio. ff. de acquir. poſſeſ.

Emphyteuta ſolueus canonem inſtitori de cuius mandato non conſtat, an ſit liberatus, diſtingue, vt per Gnid. q. 173.

Emphyteutæ, qui rem ſterilem fecit fertilem, non debet augeri penſio. Boer. deciſ. 50.

Præſtatio longa operatur, vt omnia ſolemniter acta præſumantur. Marc q 557. nu 4.

Argumentum non valet de emphyteuſi ad cenſum, & econtrà. Gaſp. Cabal. milleloq. 178.

An dominus directus, vel emphyteuta teneatur indicare bona pro quibus canon, ſeu penſio ſoluitur, vide Hiero. Mago. deciſ. 2. Rot. Floren.

Conuenti ad ſolutioné cenſus obligantur oſtẽdere, quæ bona ſint cenſualia, alias bona præſumuntur affecta onere cenſus. Craue. conſi. 217. num. fin. vide Hartma. Hartmã. c. 2. tit. de cenſibus. lib. 2.

Per contractum cenſualem transfertur omne ius in eum, cui ſit conceſsio, ſed per albergamentum, ſeu emphyteuſim perpetuam non; ſed ſolùm vtile dominium. Crauet. conſi. 20. vide Borg. Caual. deciſ. 59 nu. 52. part. 2.

Promittens recognoſcere cenſum ſuper molendinis, cenſetur ipſa molendina obligare, & hypothecare. Craue. ibi. nu. 10.

Contractus cenſualis dicitur, qñ in contractu exprimitur, q contrahens poſsit diſponere, prout de re ſua propria. Crau. ibi. nu. fin.

Poſtquam dominus declarauerit voluntatem ſuam, & expullit emphyteutã, poteſt adhuc penſionem petere præteriti temporis. Crau. conſi. 212. nu. 9.

Cenſus ſolutio nullam arguit iuriſdictioné, nec perſonæ ſubiectionem. D. Sol. in ſuis cômen. in antiq. conſtitu. glo. 5. ſuper decreto rempub. titu. de iure emphyt. tamen contractus emphyteuticus arguitur ex ſolutione affectus. Dec. conſi. 303. nu. 21.

Domo emphyteutica diruta, emphyteuta tenetur ad penſionem, quam præſtabat pro domo integra, & hoc rõne ſoli Natt. conſi. 377.

Emphyteuta, an poſsit particulariter ſoluere canonem, vide Bar. in l. 15. ff. de annuis legat.

Emphyteuta poteſt dominum cogere recipere penſionem pro pluribus annis. Bart. in l. 3. §. quod ſi ſeruus. ff. de ſtatu liberis.

Pater non ſoluendo canonem præindicat ſilio in re emphyteutica, vide Bar. in conſi. 55. nu. fin. vol. 1. & conſi. 60. nu. fin. & infra tit. prox.

De iure emphyteutico.

DE contractu emphyteutico, & eius diſſolutione, & an in eo ſcriptura requiratur, vide Ozaſ.deciſ.Ped. 53. Afflic.deciſ.72. qui tenet affirmatiuam. Crauet.conſi.112.nu.8. quòd de ſubſtantia emphyteuſis, non requiratur ſcriptura, tradit Cabal.milleloq.177. vide Bar in l.45.§.quod autem.ff.de iur.fiſci.

Emphyteuſis propriè non dicitur, vbicunque canon fructibus reſpondet; ſed potius locatio iudicatur.Ozaſ.d.deciſ.53.nu.8.

Dominus directus, habet ius prælationis in re emphyteotica, vt præferatur cuiliber alteri emptori. Ozaſ. deciſ. 156. Capic. deciſ. 99. Guid.Pap.q.47. DD.de Rot.deciſ.1.de loca. & conduc.in antiq. Boer. conſi.52.num.fin. vide Excell. Preſ. Teſſau. deciſ. 170 quando vult pro ſe rem retinere, aliàs ſecùs.Guid.q. 431. Caſſa.in conſuetud. Burg.titu. *des cenſes.* §.1. gl.4 qđ non ꝓcedit, qñ res eſſet donata. Guid.q 47.ceſſat etiam in diuiſionib, Caſſa. d.tit *des cenſes* §.1.glo.4.

Contrahentes poſſunt inter ſe facere cautelam ad euitandum, quòd dominus in venditione non poſsit rem capere iure prælationis, hoc eſt, vendendo rem ſub conditione, ſi dominus directus laudare voluerit. Guid. Pap q.47. Caſſa.in conſuetud. Burg.titu. *des cenſes.* §.1 gl.4. in fine. quando ſunt duo domini, & vnus vult vti iure prælationis, alter non, quid iuris, vide eundem Guid.q.413.

Si res vendatur per ſecundum emphyteutam, quis præferatur in iure prælationis, an prior dominus, vel ſecundus, vide DD.de Rot.deciſio.1.de locato. in antiq.

Dominus directus (ſine cuius conſenſu fuit facta alienatio rei emphyteoticæ) nō poteſt propria auctoritate emptorem expellere, ſed debet præcedere citatio, & etiam ſententia. Afflict.deciſ.97.

Emphyteotam, an poſsit dominus expellere propter canonem non ſolutum, vide Iaſ.in l, 2.C.de iure emphyt.Capic.deciſ.119.num.9.

Emphyteota, non poteſt ſine dñi conſenſu ſua melioramēta vendere. Afflic. deciſ.129.nu.8.

Cōſuetudo res feudales redititias alienare cōcedens irrequiſito domino, quæ requirat, vide Afflic.ibi.nu.13.

Exequutio ſententiæ latæ ſuper emphyteotici prędij ſeruitute, an ſuſpēdi debeat ad petitionem domini directi, vide Afflic.deci.380.

Conſenſus domini nō requiritur in venditione rei emphyteuticæ neceſſaria, puta in adiudicatione, & in ſolutū datione per iudicē facta creditori, ſaluo iure canonis. Capic.deciſio.99.nume.3.& 9.

Res, pro qua ſoluitur cēſus annuus, poteſt alienari irrequiſito domino. Capic.deciſ.103.

Alienatione facta (ſaluo dñi aſſenſu) non tenet, dño non conſentiente. Tho. Minad.deci.24.

Legans fundum emphyteuticum, legare videtur ius, quod habet.l. 19. C. de legat. & ibi. Bart.ſed quòd fundus emphyteuticus, non poſsit legari, neque donari domino irrequiſito, ſcribit idem Bart.in l.74.§.ſi fundus de lega.1.& in l.1.§. quod autem.ff.de ſuperficiebus. & Abb.conſi.74.

Bona emphyteutica poſſunt ſupponi fideicommiſſo, quādo ſunt hæreditaria, vide Ioſeph. deciſ Luc.29. & cadunt ſub fideicommiſſo. Hiero. Mago. deciſ 7. Luc.

Bona ſubiecta fideicommiſſo; quando poſsint concedi in emphyteuſim, vide Ioſ.Ludo.deciſio.Luc.64.

Emphyteuta nō poteſt rem emphyteuticā donare irrequiſito domino, vel ſaltem donatarius, vel emptor debet accipere rem à manu domini directi, & ei ſoluere laudimiū, aliàs enim donando, vel vendendo non transfert dominium, niſi ſequuta inueſtitura, & conſtitutum hoc in caſu, nihil operatur. Guid. Pap. q.46. vide Fran.Marc.q.549.

Illę perſonæ prohibentur rem emphyteuticam alienare, quæ non ſunt ſoluendo, aut quia emptor eſt ita magnus dominus, quòd non eſſet auſus dominus canonem petere. Guid. Pap q 454.nu.fin.

Emphyteuta poteſt donare ius ſuum irrequiſito domino dummodo, donatio non ſit in præiudicium, & fraudem laudimiorum, & gabellarum. Ioſ.Ludo.deciſ Luc.8.Bar.in l.1. C.de fundis patrimonia lib.11.

Dominus directus, nō cogitur inuitus habere alium emphyteotam, eum recognoſcere volentem. Ioſ.Ludo.deciſ. Luc.9 nu.3.

Emphyteuta alienās, ꝑiudicat ſibi, & ſucceſſoribus, ſequuta maximè traditione.ibi nu.6.

Emphyteutæ, ſi eſt data licentia vendendi cuicunque voluerit, an dño irrequiſito vendere poſsit, vide Caſſad deci.3.ti.de loca.& cōdu.

Fundum emphyteuticū poſsidentes cōem, an poſsint eū diuidere irrequiſito dño, vide Capel.Thol.q.75.Bar.in l.8.§.ſi vni.ff.de trāſa.& in conſ.58.qđ poſsint facit.l.10.ff.fami.erciſ.

Emphyteuta licèt nō poſsit rē alienare, tñ illā locare pōt, ēt vſq; ad 100.annos. Hip.ſin.76.

Inter plures emphyteutas eiuſdē rei, permiſſa eſt alienatio irrequiſito dño, cum diſtinctione tamen, de qua per Cabal. milleloq 98.

Emphyteuta quando poſsit rem emphyteuticam in dotem dare, vide milleloq.216. ibi, vel filio propter nuptias. Hippol. ſing.443.

Emphy-

Emphyteuta primus, nō poteſt dare in emphyteuſim, & locare ad longum tempus ſecūdo emphyteutæ irrequiſito domino directo, cō ſuetudine, aut ſtatuto non exiſtente, aliàs cadit à iure ſuo. Borg. deciſ. 30. par. 2. nu. 111.

Quando emphyteota vendit ſua meliotaméta cum conſenſu dñi, poteſt alterari diſpoſitio primæ inueſtituræ, & ex hac ſecunda cōceſſione, pôt admitti fœmina excluſa ex tenore primæ inueſtituræ. Mago. deciſ. Luc. 14.

Prohibita alienatione emphyteuſis in perſonas prohibitas, non admittuntur milites, mulieres, Eccleſiæ, & pauperes. Gom. Leo. deciſ. 56. in deciſio. diuerſo. Tom. 2.

Emphyteuta permutando irrequiſito domino, non priuatur iure ſuo; ſecùs in venditione, & datione in ſolutum, ſed quid quádo permutatio eſt facta ſub ſpecie permutationis, & tamen erit venditio, vide Dec. conſi. 160.

Nam emphyteuta poteſt permutare rē emphyteuticam cum alia, abſq; conſenſu domini directi, & abſque pœna caducitatis, quod procedit etiam in emphyteuſi Eccleſiæ; modò cedat permutatio in vtilitatem ipſius Eccleſiæ. Menoch. conſ. 287. nu. 50. lib. 3. imò quod non poſsit permutare domino irrequiſito, ſcribit Abb. conſi. 74. lib. 1.

Emphyteuta non poteſt abſente, vel inuito domino, ré alteri concedere, ſed an poſsit vſumfructum conſtituere, vide Ludo. Roma. ſing. 626. Fran. Cremen. ſing. 86.

Emphyteuſis non poteſt transferri in Eccleſiā: quia debet transferri in perſonam eiuſdem conditionis. Gaſp. Cabal. milleloq. 164.

Emphyteota, nō poteſt irrequiſito domino, & ſine ipſius conſenſu, rem in emphyteuſim alteri concedere. Spec. tit. de locato. q. 125. Iaſ. in l. fin. nu. 110. C. de iure emphyt. Iul. Clar. in ſua pract. §. emphyteuſis. q. 20.

Dominus ſi receperit pēſionē ab emphyteuta poſt triennium, an ius emphyteutæ reſtauretur, vide Barto. in l. 68. §. duorum. num. 21. de legat. 2.

Emphyteuta, qui emphyteuſim vendidit, & reemit, an poſsideat, ſicut priuatus, & eo iure, vide Bar. in l. 29. ff. ad leg. Falcid.

Publicatis bonis ob delictum, an veniant bona emphyteutica, vide Bart. in l. ſi finita. §. ſi de vectigalibus. ff. de dam. infect.

Pactum, vt emphyteuta non poſsit expelli ex ceſſatione ſolutionis canonis, valet. Abb. conſi. 72. lib. 1.

Emphyteota, an poſsit rem hypothecare, vel ſeruitutem illi imponere, vidè Ozaſc. deciſ. 156. num. 8. & 13. Afflic. deciſ. 380. Guid. Pap. quæſtio. 576. Boer. deciſio. 181. Pap. libro. 13. titu. 2. arreſt. 8. quòd non poſsit in præiudicium directi domini iure prælationis rem recuperantis, ſcribit Vincent. de Fran. deciſ. 226. tamé quòd emphyteotica res veniat in generali hypotheca, & poſsit obligari, tenet Afflict. deciſ. 191. vide Hartma. Hartma. c. 2. tit. de emphyteota. lib. 2.

Filius ad emphyteuſim acquiſitatam, pro ſe, & liberis, admittitur repudiata patris hæreditate. Ozaſc. deciſ. 162. nu. 7. idem in acquiſita per patrem pro ſe, & filijs. And. Gail. obſer. 128. libr. 2. nu. 18. vide Bart. in l. Gallus. §. quidam. ff. de libe. & poſthu.

Emphyteuſis poteſt per patrem recipi, pro ſe, & filio ſpurio, & eius hæredibus. Afflic. deciſio. 99. ſed iſta emphyteuſis imputabitur in alimentis debitis ſpurio. Afflic. ibi.

Emphyteuſis conceſſa minus ſolemniter pro ſe, & hæredibus, non tranſit ad hæredes extraneos. Afflic. deciſ. 100.

Emphyteuſis conceſſa mihi, & ſucceſſoribus quibuſcunque, tranſit ad hæredes, etiam extraneos. Afflic. deciſ. 386. nu. 5.

Emphyteuſis conceſſa, pro ſe, & filijs, intelligitur conceſſa pro maſculis tantùm. Ioſeph. Ludo. deciſio. Luc. 29. num. 16. 24. & 34. quod procedit in dubio. Boer. conſi. 10. num. 11. & tunc illis non poteſt fieri præiudicium. idem Ludo. deciſ Luc. 48. nu. 34.

Emphyteuſis quando non eſt hæreditaria, an ad illam admittatur proximior primi inueſtiti, vel vltimi morientis, vide Ioſeph. d. deciſio. 48. num. 35.

Emphyteuſis quando poſsit alijs concedi per auctorem in præiudicium aliorum vocatorum, vide eundem deciſ. Luc. 66.

In antiqua emphyteuſi, non poteſt pater præiudicare vocatis: quia licèt ius ſit quæſitum in ſpe, non poteſt tamen ab eis tolli, & non conſideratur diligentia acquirentis, niſi concurreret gratia concedentis. Ioſeph. ibid. nume. 10.

Conceſsionis verba ſunt attendenda, an fuerit facta conceſsio intuitu patris, vel filiorum; etiam in conceſsione noua. ibid. nu. 9.

Fœminæ excluduntur in emphyteuſi conceſſa alteri fœminæ pro ſe, & filijs; ſecùs ſi eſſet conceſſa maſculo. Benint. deciſ. 52.

Nepos ad emphyteuſim eccleſiaſticam admittitur virtute cōtractus, licèt neq; natus, neq; conceptus eſſet tpe cōtractus, non obſtante patris repudiationis. Marc. q. 104. par. 2.

Stipulatio patris ſtipulantis rem emphyteuſim pro ſe, & filijs, intelligitur ordine ſucceſſiuo; ſecùs in matre, & filia. Iaco. Put. deciſ. 289. lib. 2.

Emphyteuſis ſimpliciter pr̄i cōceſſa ſine filiorū mētione, cēſet ꝑ ſe, & filijs (nō vt hr̄dib.)

conceſſa, ità vt illis præiudicare non poſsit alienando. Paul. Aemil. deciſ. 302. par. 1.

Patre non ſoluente canonem, an præiudicetur filijs, diſtingue; ſi pater recepit emphyteuſim pro filijs, & hæredib. tunc ceſſando ſoluere, ipſis præiudicat, ſi verò receperit pro filijs, vt filijs, non præiudicat. Myſing. obſer. 66. cent. 3. vide Bar. conſi. 55. nũm. fi. & conſi. 60. nu. fin. vol. 1.

Emphyteuſi recepta pro ſe, & deſcendentibus maſculis, in illa non venit nepos ex filia, nec pronepos ex nepte ex filio. Cabal. milleloq. 104. an filia cõprehendẽ, vide Dec. cõſ. 320.

Et recepta pro ſe, & hæredib. ſuis, intelligitur de hæredibus ſanguinis. Borg. Caual. deciſ. 30. par. 2. nu. 30. vide nu 98.

Emphyteuſis conceſſa pro ſe, filijs, & deſcendentibus, quomodo interpretetur, vide Hiero. Mago. deciſ. 7. Luc.

Emphyteuſi conceſſa, & recepta pro ſe, & eorũ cuiuſcunq; filijs, nõ eſt locus iuri accreſcẽdi inter plures recipientes, & principaliter inueſtitos, quemadmodum eſſet inter eorum filios, propter dictionẽ, cuiuſcunque, diſtributiuam. Hiero. Mago. deciſ. Luc. 8.

Qñ inter plures emphyteoticos habeat locum ius accreſcẽdi, vide Dec. cõſ. 262. & cõſ 327.

Emphyteuſis plurib. immediatè conceſſa, pro virilib. portionib. intelligitur conceſſa, tàm reſpectu acquiſitionis vtilis dñij, quàm canonis ſolutionis. Hiero. Mago. deciſ. Luc. 9.

Emphyteuſi conceſſa pro ſe, filijs, & nepotib. nepos ſubintrat locum patris ſui, & vnà cum patruis admittit. idẽ Mago. deciſ. 19. Luc. ſed quid in emphyteuſi eccleſiaſtica, vide ibid.

Emphyteuſis conceſſa alicui pro filijs, & hæredib. qñ requirat cõcurſum vtriuſq; qualitatis, & quando dicatur hæreditaria emphyteuſis, vide Mago. deciſ. 117. Rot. Floren.

Emphyteuſis eccleſiaſtica conceſſa pro ſe, & hæredibus, tranſit ad hæredes extraneos. Vincent. de Fran. deciſ. 235. par. 2.

Filij poſſunt, acceptata emphyteuſi patri pro ſe, & liberis data, hereditatem repudiare, ſed filia dotata excluſa ab hæreditate paterna per filiũ, an in emphyteuſi ſuccedat, vide Marant. in ſuo ſpec. in repet. l. is poteſt. ff. de acquir. hæred. fol. 627.

Si maritus receperit emphyteuſim pro ſe, & vxore, vtriq; pro dimidia acquiritur, & maritus renunciando, illi præiudicare nõ poteſt, dummodo vxor ratã habuerit acquiſitionẽ; ſed qñ videatur ratificaſſe; vide Dec. cõſ. 58.

Verba in inueſtitura poſita, & quibus dederit, quid Importent, vide Dec. conſi. 171.

In contractu emphyteotico appellatione filiorum, veniunt fœminæ. Dec. conſi. 171. nu. 4.

Quando fuit acceptata, & conceſſa pro ſe, & hęredibus, & ſucceſſoribus quibuſcunque, tũc tranſit in extraneos hẽdes. Rol. cõſ. 96. vol. 1.

Conceſsio in emphyteuſis plurib. facta, & conceſſa, vnicuique acquiritur pro virili parte. Dec. conſi. 327.

Emphyteuſis conceſſa pro ſe, filijs, & hæredib. in dubio videtur recepta pro deſcendentib. omnib. in infinitũ, vide Dec. conſi. 411. 2. vol.

In emphyteuſi accepta pro ſe, filijs, & hæredib. quis nõ ſuccedit, niſi ſit hæres, & is quidem vniuerſalis, nec ſufficit eſſe hæres inſtitutus in re certa. Menoch. conſi. 194. lib. 2.

Conceſsio ad liuellum facta pro ſe, filijs, & hæredibus ab alio, quam ab Eccleſia, dicitur cõprehendere etiam hæredes extraneos. Menoch. conſi. 216. lib. 3.

Bona emphyteutica iudicantur abſolutè vt hęreditaria, quando eſt data facultas alienandi; ſed quando intelligatur data hæc facultas, vide Menoch. d. conſi. 216.

Emphyteuſis accepta pro ſe, & filijs, & hæredibus ad filios tranſit, ſi ſint hęredes, ſaltem in vna parte, & non aliter: ſed ſi fuit dictũ pro hæredibus maſculis, nõ requiritur, quòd ſint hæredes, dummodo ſint maſculi. Franc. Cremen. ſing. 15.

Filij inæqualiter à patre inſtituti, vel hæreditatem etiam iuramento repudiãtes, æqualiter ſuccedunt in emphyteuſi patri conceſſa pro ſe, & filijs, & nepotibus; ſecùs ſi ſimpliciter repudiauerint bona: quia appellatione bonorum, venit etiam emphyteuſis. Pet. Gerar. ſing. 89.

Neptis ex filio, dicitur ex linea maſculina, inde ſi quis acceperit fundum emphyteuticũ pro ſe, & ſuis hęredibus deſcendentibus per virilem ſexum, ad talem fundum ipſa neptis cenſetur vocata; ſecùs eſt in maſculo ex filia, vide Hippol. de Mar. ſing. 33.

Habens fundum ſterilem in emphyteuſi, ſi ſua cultura faciat eum meliorem, an poſsit illũ trãſmittere ad hæredes extraneos, licèt hoc in inſtrumento non dicatur, vide Bar. in l. 7. C. de omni agro deſerto. lib. 11.

Emphyteuſi accepta pro ſe, & filijs, quãdo tranſit ad filios, non vt hæredes, ſpectat ipſa emphyteuſis ad omnes æqualiter, non pro hæreditarijs portionibus. Bar. in l. 26. §. libertus. ff. de condic. indeb. nu. 34. vide eundem Bar. in l. 7. §. 1. ff. de oper. libe.

Filius tenendo emphyteuſim, an videatur hæres, vide Bar. in l. 72. ff. de acquir. hęred.

Filius petẽdo poſſeſsiones emphyteuticas, quæ ex forma pactorum debent venire ad filium, an videatur ſe immiſcere hæreditati, vide Bar. in l. 73. ff. de acquir. hæred.

Filius

Filius, qui renunciauit hæreditati paternæ, non poteſt emphyteuſim retinere, ſi eſt accepta ꝓ ſe, filijſque ſuis, & hæredibus: ſecùs ſi pro ſe, & filijs. Barto. in l. 7. ff. de oper. libert. §. 1. num. 7.

Emphyteuſis accepta pro ſe, ſuiſq; filijs legitimis maſculis, & fœminis, pertinet ad fœminas, ſicut ad maſculos, niſi conſuetudine, vel ſtatuto aliter caueatur, quia tunc admittuntur ordine ſucceſsiuo. Bart. ibi. num. 5. & in conſ. 60. volum. 1.

Emphyteuſis recepta pro ſe, filijs, & nepotibus, nepotes non concepti, admittuntur ad eam. Bar. in l. 8. ff. de ſuis, & legit. hæred.

Si pater accipiat emphyteuſim pro ſe, & filijs, poſt mortem patris à domino rei videntur filij accipere. Bartol. in l. 31. ff. de donatio.

Recipiens emphyteuſim pro ſe, ſuis filijs, & nepotibus, ſi primus deliquir, non ſoluendo canonem, vel alienando ſine conſenſu domini, non nocet ſequentibus. Bart. in l. 3. ff. de interd. & releg.

Bonis alicuius publicatis, non venit emphyteuſis accepta pro ſe, filijs ſuis, & nepotibus. Barto. ibi.

Emphyteuſis recepta à patre pro ſe, & filijs, & nepotibus, vno filiorum decedēte ſine filijs, accreſcit alteri. Bartol. conſil. 58. etiam poſt factam diuiſionem, & quittationē ipſius rei emphyteuticæ. Bart. ibi.

Contractus emphyteuticus, quādo, & ex qbus præſumatꝰ factus in fraudē iuris cōgrui, vide Afflict. deciſ. 72.

Emphyteuſis, quæ conceditur cuius ſummæ requirat ingreſſum, vide Afflic. ibi. nu. 4. emphyteutica penſio excedens in annis 25. valorem prædij emphyteutici, an retractari debeat, vide Perilluſt. D. P. Teſſau. deciſ. 120.

Emphyteuta, cui regulariter propter ſterilitatē non fit remiſsio mercedis, an propter deuaſtationum maioris partis rei emphyteuticæ, à ſolutione canonis (ſaltē pro parte) liberetꝰ, vide Excel. P. Teſſau. deciſ. 20.

Bulla iuliana habet etiam locum in contractu emphyteutico, vt canon nō excedat ſeptem pro cētenario, vide deciſ. 94. Rot. Auenio. in deciſio. diuerſo. Tom. 3.

Emphyteuſis, an finiatꝰ re emphyteutica deſtructa, vide Afflict. deciſi. 83. nu. 12. & reintegratio fit eius, quod loco rei ſubrogatur. Afflic. ibi. in fine.

Eccleſia, an pro ſe retinere poſsit emphyteuſim ad ſe reuerſam, propter lineā finitā, vide Pet. Beninren. deciſ. 19.

Emphyteuta diù abſente, nō pōt dominus emphyteuſim vindicare, dummodo quis ſoluat canonē, niſi dominus mortē emphyteutę, & conſequenter finitam emphyteuſim, probet. Gaſp. Cabal. milleloq. 16.

Quando renouario emphyteuſis intelligatꝰ facta cum ſua cauſa, & ſecundum naturam primæ conceſsionis, vide Hieron. Mago. deciſio. Luc. 14.

Emphyteuſis ab vno recepta, & ab eodem veluti à fonte ad alios deriuata, ſi diuidatꝰ inter eos, pars vnius deficiens nō accreſcit alteri, niſi per lineam finitam illius. Mago dec. 62. Rot. Floren.

Renouatio facta vni comprehenſorū in inueſtitura emphyteuſis, alijs prodeſt. Mago. deciſi. 117. Rot. Floren. nu. 41.

Emphyteuſis quibus caſibus reuertatꝰ ad dominum, vide per Fel. conſi. 42. nu. 8.

Conceſsio in emphyteuſim finita, quando debeat renouari, & ſolutio cenſus facta poſt tēpus finitum, an habeat vim renouationis, & quanto tempore finiatur ius petendi renouationem, vide Dec. conſ. 328. & 329.

Melioramēta quādo repeti poſſint, finita emphyteuſi, vide Dec. conſi. 518.

Locās poſſeſsionem ſuam in emphyteuſim hac lege, vt emphyteuta locationis tempore abſoluto, auferre poſsit melioramenta, domino offerente æſtimationem illorum melioramētorū, ipſa auferri nō poſsūt. Hippol. ſing. 410.

Quando emphyteuſis propter generationem finitam, reuerſa eſt ad dominum, deſcēdētes ipſius emphyteutæ, poſſunt petere rē emphyteuticam ſibi confirmari, & renouari, & domino recuſante, poſſunt appellare ad ſuperiorem. Idem Hippol. ſing. 419 Barto. in l. 1. §. permittitur. ff. de aqua quoti. & æſtiua. Afflic. deciſ. 238. & tunc non requiritur, ꝙ deſcendētes ſint hæredes eius, in cuius ꝑſona emphyteuſis fuit finita. Dec. conſi. 78.

Emphyteuta eiectus propter nō ſolutū canonē, non repetit melioramenta. Bart. in l. 63. ff. de locat. & conduct.

Emphyteuſis recepta pro ſe, & nomine fratris ſui, dicitur finita in perſona patris decedentis ante ceſsionem ſibi factam à fratre, vel ante ratihabitionem. Bartol. in l. 29. ff. de vſufru. legat.

Emphyteuſis meliorationes quomodo ſoluātꝰ, & quomodo de illis fiat æſtimatio, vide Fel. conſi. 42. num 9.

Emphyteuticus contractus non eſt bonæ fidei. Capic. deciſ. 14. nu. 22.

Dominus directus rem emphyteuticam poſsidet ſaltem ciuiliter. Capic. deciſio. 99. num. 5. & emphyteuta naturaliter. Ioſ. Lud. deciſio. Luc. 63. nu. 36. Bar. in l. 5. §. ſi duobus. ff. commodati. nu. 2 1.

Feudum

Feudum cōceſſum ſub annuo reditu, nō eſt feudum, ſed contractus emphyteuticarius, & talis contractus præſumendus eſt, nō obſtātibus verbis conceſsionis, in feudū, ex quo dicta verba impropriari debent. Gramm. deciſio. 77.

Aſſertio venditoris, rem ſe moneri de directo dominio talis domini, facta in inſtrumento venditionis, non probat ipſum directum dominium. Guid. Pap. q. 24. Fran. Marc. q. 614. Ioan. Pap. lib. 13. tit. 2. arreſt. 19.

Illa ſolummodo dicuntur allodialia, quæ à nemine recognoſcuntur, niſi à deo. Guid. Pap. quæſt. 112.

Dominium directum, an probetur ex recognitione, & an ex ea trāsferatur, vide Guid. Pap. quæſt. 272. ſupra tit. præced. de cenſibus, &c. Crau. conſi. 154. Rebuff. in ſuis commē. Tom. 2. de recognit. redit. art. 2. an ſint neceſſariæ duæ recognitiones, vide Rebuff. ibi. n. 8. Bar. in l. 14. ff. de adimen. legat.

Contrà recognitionem, quis nō poteſt admitti ad contrariū probandū, neq; eius hæres. Iac. Put. deciſ. 225. lib. 2.

Quando agitur contrà tertium, vt recognoſcat rem ſub certo cenſu impoſito per alium, cui tertius non fuit hæres, minus ab eo cauſam habet, non ſufficit ad victoriam productio inſtrumenti recognitionis, niſi probetur de iure recognoſcentis, vel de præſtatione dicti cēſus in vim ipſius recognitionis. Craue. cōſi. 57. D. Sol. in ſuis commēt. in àntiq. cōſti. Sabaudiæ. gl. 1. ſuper 1. part. decreti. rempub. titu. de iure emphyteu.

Emphyteuta, vel vaſallus, tenetur domino de damno per eū illato in re. Guid. Pap. q. 282. Ioſ. Ludo. deciſ. Peruſ. 22.

Emphyteuta tenetur recognoſcere totiēs, quotiens fuerit per dominum requiſitus. Guid. q. 417. & poteſt cogi ad renouandum conſignamentum. Ioan. Pap. lib. 13. tit. 2. arreſt. 15. vide ibi. arreſt. 31. & tertius poſſeſſor, tenetur recognoſcere rem cum onere, ab alio ipſi rei impoſito. Idē ibi. arreſt. 18. vide ibi. arreſt. 31.

Dominus directus poteſt petere renouationem recognitionis, quatuor in caſibus, vide Caſſan. in conſuetudi. Burg. tit. *des cenſes*. §. 6. glo. 5. nu. 14.

Si in iure emphyteutico admittatur in facto, de tempore recognitionis recognoſceētē eſſe dominum, & poſſeſſorem rei, poterit ipſe imponere rei ſuæ onus reale penſionis, quod onus poſteà tranſit contrà quoſcunq; poſſeſſores, qui inde poterunt aſtringi ad recognoſcendū probata rei identitate; ſed qualiter probetur, vide Craue. conſ. 112. dans emphyteuſim qualiter probabit ſe dominum, vide Bar. in l. 3. ff. de vſucapio.

Emphyteuſis rei propriæ fieri non poteſt, neq; præiudicat domino rei, ſcienti, vel ignoranti, & ipſam rem propriam in emphyteuſim recognoſcenti. Natt. conſi. 26. Tom. 1. vide Bar. in l. 28. nu. 9. ff. de acquir. poſſe.

Emphyteuta poteſt excidere arbores pro refectione ædium, & non poteſt priuari iure emphyteutico pro parua deterioratione, quæ, & quāta ſit remittitur arbitrio iudicis. Ioſ. Ludo. deciſ. Luc. 6. nu. 10. & 11.

Emphyteuta, non poteſt expelli propter deteriorationem, quando verſa vice feciſſet multas meliorationes, quia admittitur compenſatio. Idem ibi. nu. 12. item non priuatur iure ſuo, quando deterioratio concernit damnū ipſius emphyteutæ; non autem domini. ibi. nume. 13.

Quādo autem emphyteuta poſsit expelli propter deteriorationem, vide eundem Ludo. deciſ. Peruſ. 22. & 94. quòd tria requirantur, habetur in q. 354. Capel. Thol.

Emphyteuta ob inciſionem arborum poteſt priuari iure ſuo, quod tamen non procedit, quando loco inciſarum arborum alias plantaſſet. Ioſeph. Lud. deciſ. Peruſ. 94. nā emphyteuta non poteſt ſcindere arbores fructiferas, niſi eſſent vetuſtæ. Fran. Marc. quæſt. 551. Bar. in l. 8. §. ſi fundum. ff. ſolut. matrimo.

Dominus directus non poteſt vendicare bona poſſeſſa à tertio, durante prima emphyteuſi, ſed dicta vendicatio competit emphyteutę, qui poteſt opponere contrà dominum, tua non intereſt. Ioſeph. Ludo. deciſio. Luc. 9. nume. 16.

Emphyteutæ nō præiudicatur per ea, quæ fiunt contrà dominum directum. Ioſ. Lud. dec. 14. Luc. nu. 21. tñ ſententia lata cōtrà dominum directum, ſciente emphyteuta, ipſi nocet. ibi. num. 22.

Emphyteutica res concedi poteſt poſt mortem primorum conductorum, etiam durante vita ipſorum. Ioſeph. Ludou. deciſio. Luc. 63.

Flumen, mutato alueo, ſi in priſtinum alueum redeat, an prior dominus ius portus, vel pedagij recuperet maximè, ſi recognouerit de feudo emphyteuſis ſuperioris, & ſoluerit cēſum, non obſtante prima mutatione aluei, vide Marc. q. 79.

Emphyteuta, qui recognouit emphyteuſim, nō poteſt domino inuito renūciare. Fran. Marc. quæſt. 325. vide Bart. in l. 7. §. hoc edictum. ff. de dam. infect. Fel. conſi. 20. Excel. P. Teſſau. deciſ. 20. & ſi habet duo molēdina non pōt remittere aliud dirutum, imò illud pōt cogi redificare. Marc. d. q. 325.

Si dominus agat contrà emphyteutam, & is neget ſe emphyteutam, quis probare debeat, vide Rebuff. in ſuis commenta. tracta. de recognitio. reditu. Tom. 2. artic. 2. gloſ. 1. nume. 11.

Emphyteuta habet vtile dominium, & non tenetur emere à domino iura dominij per allodium. Bartol. in l. 12. C. de fund. patrimo. lib. 11.

Res quando traditur ſub annuo cenſu, vel penſione, an contractus cenſeatur cenſualis, vel emphyteuticarius, vide Marc. q. 553. Borg. deciſio. 30. nume. 103. part. 2. Cranet conſil. 120. Natt. conſil. 3. ſupra titu. prox. de cenſibus, &c. Clar. in ſua pract. §. emphyteuſis.

Prætendens rem eſſe emphyteuticam, debet oſtendere, & docere de titulo. Cabal. milleloq. 368.

Emphyteuta, qui diù penſionem alicui ſoluit, an rem, pro qua ſoluit, domino demonſtrare teneatur, vide Fran. Marc. q. 557. vel dominus teneat illā oſtēdere emphyteutę, vide Hiero. Mago. deciſ. 2. Rot. Floren.

Quid ſi oſtendere non vult, vel ſoluere recuſet, niſi inſtrumentum dominus oſtendat, vide ibi. Marc. d. quæſt. 557. Bald. in capit. vaſallus, ſi de feud. fuer. controuer. int. domin. & vaſal. & in cap. illud de prohib. feud. alie.

Dominus poteſt petere ab emphyteuta, vt exhibeat inſtrumentum emphyteuticum. Abb. conſi. 74. lib. 1.

Augumentum omne emphyteutæ cedit, ſine penſionis augumento. Marc. q. 210 part. 2.

An emphyteuta teneatur oſtendere inueſtituram, vide Marc. quæſt. 606. Abb. conſil. 72. lib. 1.

Emphyteuta ſoluens fictū, vti emphyteuta perpetuus per ann. 40. & vltra, præſumit ritè inueſtitus, & præceſsiſſe, quæ præcedere debent. Borg. Caual. deciſ. 29. nu. 4. par. 2. ſed limita, vt ibi. nu. 15.

Emphyteuta tenetur oſtendere domino inſtrumentum rei emphyteuticæ, quando fatetur eum dominum, ſecùs ſi negaret: quia tūc dominus tenetur oſtendere de iuribus ſuis, niſi eſſet in quaſi poſſeſsione percipiēdi cēſum; quia eo caſu deberet manuteneri in ipſa perceptione. Boer. conſ. 52. vide Dec. cōſ. 61. ſed ſi noluerit oſtendere in fraudem domini, res caderet in commiſſum. Bōer. ibid. d. conſi. 52.

Emphyteuta ſi decem annis ſoluat canonem, an talis præſtatio ſufficiat domino ad probandum eum ſuum emphyteutam, vide Iaſ. de actio. in §. præiudiciales, num. 61. quod ex ſolutione affictus, arguatur contractus emphyteuticus, ſcribit Dec. cōſ. 303. nu. 21.

Quid ſi amiſerit inſtrumentā ſuarum inueſtiturarū, & an ex diutina præſtatione canonis emphyteutici probetur, quòd pręceſsit conceſſio in emphyteuſim; vide Iaſ. ibi. nu. 62.

Licèt locator propter neceſsitatem rem à ſe locatam reuocare poſsit, ſecùs tamē eſt in re data in emphyteuſim. Hippol. ſing. 94.

Res emphyteutica non poteſt ab emphyteuta euelli, licèt alius offerat meliorem cōditionem. Bar. in l. 3. C. de fund. patrimo. lib. 11.

Emphyteuta probans tres continuas ſolutiones vltimorū triū annorū, præſumitur ſemper retrò ſoluiſſe, niſi illę ſolutiones eſſent factæ per viam depoſiti, contradicente ex aliqua cauſa domino directo Borg. dec. 29. par. 2. nu. 42. vide ſupra tit. prox. de cenſibus, &c. Dec. conſ. 550. num. 15.

Iulius Clarus ſcripſit amplum tractatum de iure emphyteutico, vt in ſua pract. §. emphyteuſis, & pariter Illu. Senator Sol. in ſuis commēin antiq. cōſti. Sabaudiæ, tit. de iure emphyt. latè ſcripſit de hac materia iuris emphyteutici, quem omnino videbis, pro intelligentia, & cognitione vniuerſæ materiæ.

Per contractum cenſualem transfertur omne ius in eum, cui fit conceſsio, ſed per emphyteuſim perpetuam, non transfertur, niſi vtile dominium. Crau. conſi. 20.

Actio in rem vtilis, quando detur emphyteutæ, vide Maran. in ſuo Spec. par. 4. tit. an ſit in di. ciuil. vel crimi. diſtinc. 3. num. 3.

Recognitio facta vni, non nocet vero domino, ſi tamē emphyteuta pōt illis duobus dominis (quos recognouit) ſatisfacere, tenetur, & illa nouiſsima recognitio valebit, quo ad obligationem perſonalem, ſed nō quo ad realem Rebuff. in ſuis comment. in reg. conſtit. tracta. de recognit. reditu. Tom. 2. art. 2. gloſ. 1. num. 10.

Emphyteuta litigando, non præiudicat domino ignoranti. Bart. in l. 8. §. quidam. ff. qui ſatiſdare coga.

Contractus liuelli, & emphyteuſis in effectu nō differunt. Dec. conſi. 146.

Emphyteuta tenetur ad refectionē furni diruti, & non dominus. Natt. conſi. 377.

Magiſter reditnum Principis etiam exiſtētibus alijs collegis, pōt ſolus, & abſq; interuentu aliorū, concedere in emphyteuſim prædia Principis. Natt. conſi. 428.

In contractu emphyteutico, qualitas appoſita in vna parte orationis, non cēſetur repetita in alia, vide Menoch. conſil. 111. num. 21. volum. 2.

Emphyteuſis dicitur, quando rei dominus eā alteri concedit, transferendo in eū vtile dominiū, & retinendo in ſe directū, cuius cauſa ille

ille emphyteuta quot annis, certam penſionem perſoluit. Menoch. conſil. 291. num. 6. lib. 3.

Liuellus, ſeu contractus liuellarius propriè dicitur, quando vaſallus, vel emphyteuta cõcedit alteri pro annua penſione prædium, qđ ipſe habuerat ab alio, in feudũ, vel emphyteuſim, & ſic qñ concedēs non eſt dominus directus. Menoch. ibi. nu. 7.

Emphyteuta iniuſtè expulſus à domino directo, poteſt contra illum agere ad intereſſe, & omnia lucra, quæ toto tempore erat ab emphyteuſi, percepturus. Paul. Aemil. deciſio. 291. part. 1.

Ager vectigalis, & ager emphyteuticarius non ſunt ſynomina, nec cõuertuntur. Cabal. milleloq. 174.

Emphyteuticus contractus dupliciter, & propriè accipitur. ibi. milleloq. 175.

Arg. non valet de emphyteuſi ad cēſum, & ècõtra. ibi. milleloq. 178.

In emphyteuſi primũ dominũ eſſe attēdendũ, & illi ſoli laudemium deberi, ſcribit Cabal. milleloq. 179.

In contractibus emphyteuticarijs conſuetudo maximè dominatur. Guid. Pap. ſing. 594. Hip pol. ſing. 425.

Contractus præſumitur eſſe emphyteuticus, ſi locatio eſt perpetua, & penſio parua, & etiã ex qualitate pactorum, necnon ex conſuetudine penſionis, & communi vſu loquendi, aliàs præſumitur eſſe contractus locationis, ſi pēſio correſpondet fructibus. Ant. Corſet. in ſuis ſingularibus, litera C. ſing contractus.

Emphyteuta tenetur ad ſolutionē collectarũ. Bar. in repet. l. placet. C. de Sacroſant. Eccleſ. ſed ſi emphyteuta, & ſimiles non ſoluant tributa à domino exiguntur, & dominus põt emphyteutã ſuo iure priuare. Bar. in l. 9. C. de anno. & tribut. lib. 10.

Emphyteuta nunquàm præſcribit contrà dominũ directũ. Bar. in Authen. perpetua. num. 3. C. de Sacroſan. Eccle. vide eũdē Bar. in l. 6. C. de præſcrip. 30. vel 40. ann.

Si emphyteuta, qui cecidit à poſſeſsione rei emphyteuticæ, dicat rem ad ſe pertinere iure dominij, ſuſtinetur libellus. Barto. in l. 1. C. de vſusfruct. nu. 16. ſed ſi in libello dicat rē pertinere ratione dominij, vel quaſi, videtur deductum dominium vtile. Bar. ibi. nu. 17. ideò ſi emphyteuta agendo dicat ſe dominum obtinebit, ſi probauerit ſe quaſi dominum. Bar. in l. 11. ſ. Item. ff. de iureiuran.

Emphyteutici fundi poſſeſsio ſi ad te peruenit, fundus ipſe à te non poterit vendicari. Bartol. in l. 15. ſ. ſed etſi. ff. de conduc. in deb. nu. 13.

Emphyteutæ quæritur alia poſſeſsio, cùm emphyteuſis conceditur ſibi ab eo, qui ciuiliter tantùm poſsidet. Batt. in l. 21. ſ. qui alienam. ff. de acquir. poſſe.

Molendinum habens in flumine publico emphyteuticum, ſi eſt deſtructum, & refectum, an Eccleſia poſſit illud, vt emphyteuticum, repetere, vide Bar. in l. 3. ſ. ſi aquã. ff. de aqua quoti. & æſt.

Extraneus poſſeſſor, non poteſt contrà emphyteutam agentem ad fundum, de canone non ſoluto excipere. Bartol. in l. 45. ſ. ſcire autem. ff. de iure fiſci. Abb. conſil. 67. lib. 2. nume. 2. circa medium. l. 2. & ibi. gloſ. ff. ſi ager vectigalis.

Emphyteuſis poteſt concedi cum pactis fidelitatis, etiam ex interuallo factis, & erit contractus emphyteuticus. Bartol. conſil. 181. volum. 1.

Emphyteuta poteſt vendicare rem emphyteuticam etiam à domino, dummodo ſoluerit penſionem, ergo non ſoluta penſione, reſoluta eſt emphyteuſis, quo ad ipſum dominum; aliàs autem poſſet rem vendicare antequàm reſolueretur iudicis auctoritate. Abb. conſil. 67. lib. 2. l. 1. & tot. tit. ff. ſi ager vectigalis.

Contractus emphyteuticus habet tacitam hypothecam. Fel. conſi. 25. nu. 9.

Emphyteuta tenetur ad collectas. l. 3. ſ. Idē reſpondit. ff. ad municipal. & de incol.

De materia emphyteuſis, vide in ſ. adeò autem inſtitu. de locat. & conduc. & ibi. glo.

De penſione, & canone, quĩ ſoluitur pro re emphyteutica, vide ſupra tit. prox. de cēſib. &c.

De empyteuſi Eccleſiæ, vide in primo. libro. tit. de bonis emphyteuticis. ecclē.

De caducitate, & commiſſo rei emphyteuticæ, vide infra, tit. prox. ſeq.

De caducitate, & commiſſo rei emphyteuticæ.

Emphyteuſim propter canonem nõ ſolutum ad dominum tranſlatam, hæredes ipſius vendicare non poterunt, ſi dominus tacuerit. Ozaſ. deciſio. Pede. 132. num. 6. Caſſad. deciſ. 3. tit. de locat. & conduc. Mago. deciſ. 70. Rot. Floren.

Pœnæ commiſſi remiſsio inducitur per receptionem canonis, ſiue cenſus debiti, nulla facta proteſtatione. Ozaſ. deciſ. 139. num. fin. Guid. Pap. q. 171. Fran. Marc. q. 613. Cabal. milleloq. 221. Imò etiam facta proteſtationē. Guid. q. 172. qđ procedit ita demũ ſi domi-

pus

nus caducitatẽ incurſam ſciebat, vide Hier. Mago.deciſ.145. Rot.Floren.

Dominus directus non poteſt commiſſum ſimul, & penſionem non ſolutam per triennium petere, cum proteſtatione, quòd recipiendo vnum, ſibi non præiudicet ad aliud, ſed ſolummodo poteſt petere commiſſum, aut penſionem. Guid.Pap.q.171.

An dominus poſsit accipere rem in cõmiſſum, & etiam penſionem, vel cenſum petere, vide Boer.deciſ.309.

Emphyteuta non ſoluens canonem, perdit fructus rei, cum ipſa re à tempore, quo res incidit in commiſſum; non autem à quo ceſſauit ſoluere, vide Petr. de Beninten. deciſio. 37. Myſing.obſer.83.cent.6.

Emphyteuta canonem ſoluere per partes non poteſt, inuito domino: ideò per diuiſionẽ rei emphyteuticæ canonis ſolutio non diuiditur, ſed quilibet ex diuidentibus poterit inſolidum conueniri, & non facta ſolutione legitimo tempore per vnum, res cadit in totum in commiſſum, licèt alter ſoluerit pro parte ſua; quod procedit, quando dominus non conſenſit diuiſioni; aliàs ſecùs. Afflict. deciſio.153. Borg. Caual.deciſio.26.part.2. num.26.& deciſio 30. part. 2. nume.118. vide Barto.in l.8.§. ſi vnus.ff. de pignoribus, & in l.8.ff. de publica.& vectigalib. tamen partem cenſus qui ſoluit, euitat commiſſum totius rei emphyteuticæ. Guid. Pap.quæſt.174. vide Mago.deciſ.Luc.34.

Canonis ſolutio, an ſit indiuidua, vide Petr.de Beniutent.deciſ.4. quòd ſit indiuidua etiam in pluribus ſocijs, ſcribit Borg. deciſ.30.par. 2.num.118.

Emphyteuta non euitat caducitatem quamuis tertius, & extranea perſona velit pro eo canonem ſoluere, inuito domino directo. Borg.Caual.deciſ 29.nu.40.par.2.

Solutio canonis, licèt indiuidua ſit, tamen volente, conſentienteque domino directo, fit diuidua, & tunc deficiente vno debitore in ſolutione ipſius canonis, eius pars ſolùm efficitur caduca. Mago.deciſ 9. Luc.aliàs ſecùs, quando non eſſet diuiſa penſio.ibid.

Emphyteuta, qui per triennium non ſoluit canonem, non poteſt moram purgare, deponendo canonem pęnes iudicem, maximè ſi ſit emphyteuta priuati. Afflict.deciſio. 174. & tunc res cadit in commiſſum abſque moræ purgationem. Afflict. ibid. vide Ioſeph. Ludo. deciſ. Peruſ.90. part. 2. Franciſ. Marc. quæſt.571.

Emphyteuta priuati non poteſt moram purgare infra modicum tempus; ſecùs in emphyteuta Eccleſiæ. Cabal.milleloq.221. imò quòd in vtroque caſu vocatus in ius, ſtatim celeri ſatisfatione poſsit morã purgare, plenè ſcribit Hiero.Mago.deci.61.Rot. Floren.

Poſt domini declarationem declarantis velle rem haberi pro commiſſa, non admittitur purgatio moræ. Dec.conſi.146.nu.4.

Etiam caducitas decretalis non inducitur ipſo iure, ſed ſi domino placuerit: ideò ante domini declarationẽ admittitur purgatio moræ ſuper ipſa caducitate; ſed an ſententia declaratoria requiratur, vel ſufficiat ſimplex domini declaratio, vide comment. D. Sola in antiq.conſtitu.glo.11. ſuper decreto licet tit.de iure emphyteu.nu.17.24. & 18.& gl.2. ibi fol.40. vbi tenet emphyteutã monitum, lapſo triennio, non poſſe moram purgare.

In emphyteuſi admittitur purgatio moræ, etiã ſi dicatur in conceſsione, quòd non facta ſolutione canonis, res cadat in commiſſum: quia hoc intelligitur, domino volente: ideò ante declarationem domini mora purgari poteſt, imò ſemper de æquitate canonica. Dec.conſi.138.

Emphyteuta, an, & quando poſsit moram purgare, vt euitet commiſſum, referuntur tres opiniones, & concluditur pro affirmatiua (ſoluendo, vel deponendo ante litem conteſtatam) per Guid. Pap.q.123. & q. 171. vide Barto.in §.ſcire.Authen. de non alienan. aut permut.reb. eccleſ.

Cenſum non ſoluens incidit in commiſſum, ſi contractus ſit iuratus, & ceſſat purgatio moræ; ſecùs ſi non ſit iuratus. Ioan. Muhed. deciſio.26.

Minor ſi non ſoluit cenſum rei emphyteuticæ, quam tenet, res illa deuoluitur ad dominum, poteſt tamen petere reſtitutionem in integrum. Grammat.deciſio.52.Ioſeph.Lud. deciſio. Peruſ.54.num.6. Borg. Caual.deciſ. 30.part.2.num.120. Mago.deciſ.70. num.17. Rot.Flor.idem in Eccleſia, & alio loco pio. Borg.d.deciſ.30.nu.120.

Detenius in carcere tanquam legitimè impeditus, excuſatur à caducitate: idem erit in quolibet altero legitimè impedito. Gramm. deci.52.num. 80.

Si emphyteuta eſt creditor domini, qua propter non ſoluerit, dominus petens commiſſum, poteſt repelli exceptione compenſationis, quæ in pœnalibus fit ipſo iure. Guid.Pap.quæſtio.171.& quæſt. 174. in fine, vide Cabal. milleloq. 222. Ioan. de Peruſia. ſingul. 3.

Re cadente in commiſſum, an dominus poſsit agere, poſt quinquennium, vide Guid.Pap. quæſtio.412. negatiuam tenet Ludo.Roma. ſingul.483.

Emphyteuta ceſſans à ſolutione canonis, an poſsit propria domini auctoritate expelli, vel ſit neceſſaria ſententia declaratoria, vide Caſſad. deciſio. 2. titul.de locat. & conduct. quòd poſsit nulla præcedente iudicis ſententia declaratoria, ſcribit Dec.conſi. 146.vide Barto. in Authen. de non alienandis, aut permutan. rebus eccleſiaſt. §. ſcire autem. Abb.conſil.67. & volu.2. Felyn.conſi. 25.nu m.10.

Et quid ſi hoc ex conuentione fuerit dictum, vide Caſſad.ibid.deciſ.3.

Pendente iudicio caducitatis iniuſto, poteſt quis de nouo in commiſſum incidere. Iaco. Put.deci 427.lib.3.vt ſi pendente eo iudicio, emphyteuta ceſſauerit in ſolutione cenſus. Paul.Aemil.deciſ.299.part.2.tamen emphyteuta excuſatur à pœna caducitatis, ſi non ſoluit penſiones decurſas lite pendente ob prætenſiones damnorum, & intereſſe ratione iniuſtæ expulſionis. idem Aemil. deciſio. 298.part.1. aliâs emphyteuta debet ſingulo anno ſoluere fictum lite pendente, quando dubitatur, an in caducitate declarata, ſit facta remiſsio, vel nõ, alioqui trãſacto tempore debito, poteſt denuo noua caducitas declarari, & cõualidatur iudicium. Borg.deciſ. 29.par.2.nu.64.

Emphyteuta ceſſans in ſolutione, ita demum cadit à iure ſuo, ſi dominus voluerit. Petr.de Beninten.deciſ.37.nu.15. & ſic non ipſo iure Myſing. obſet.55. cent. 3. ideò emphyteuta, vt cadat ab emphyteuſi ob caducitatem, requiritur dñi explicita declaratio, nec facta per procuratorem generalem ſufficeret. Aemil.deciſ.301.par.1.& deciſ.181.par.2. declarationem domini, & petitionem requiri, vt rei, vel iuris alicuius priuatio incurrarur, traditur per Myſing. obſer. 77. cent.6. qualiter fieri debeat, vide Mago. deciſ.76. Rot.Florent.num 24.

Quod dicitur emphyteutam ceſſantem à ſolutione canonis, non cadere à iure emphyteutico, niſi dominus voluerit, & declarauerit ſe velle, hoc adeò verum eſt, quòd niſi dominus voluntatem ſuam declarauerit, emphyteuta adhuc viuente, non poſsit poſteà aduerſus ipſius hæredem declarare, quod intellige ꝓcedere in domino ſciente, & valente reuocare; aliâs ſecùs. Myſing. obſer. 97. cent.3 Borg.Caual.deciſ.14.de contract.nu. 18 quod declara, vt ibi. num.21. & 26.vide Mago.deciſ.70 Rot. Floren. Caſſad. deciſ.2. tit.de locat.& conduc. Pet.Beninten.deciſio. 37.nu. 17.

Ratio, quia dominus tacendo videtur caducitatem remiſiſſe, & condonaſſe. Mago.d.deciſio. 70. nume. 4.

Ampliatur, etiam ſi in conceſsione emphyteuſis fuiſſet expreſsè pacto conuentum, quòd tes ipſo facto caderet in commiſſum. Gaſp. Cabal.milleloq.20.& 134. tamen caducitas declarata contrà emphyteutam, non ſolùm præiudicat ipſi, ſed etiam omnibus eius deſcendentibus, & hęredibus, & etiam fideicõmiſſarijs, & creditoribus. Borg.deciſ.30. par. 2.nume. 5. & multa de caducitate, vide ibi per Borg.

Emphyteuta incidit in caducitatem propter iuramentum ob ceſſationem vnius termini tantù in ſolutione canonis. Pau.Aemil.deci. 300.par.1.Borg.Caual.deciſ.14.de contract. vbi plenè, vide Anto.Trigo. ſing.33. tamen emphyteuta, qui iurauit ſoluere in tempore canonem, & propter paupertatem non ſoluit, nõ fit periurus, nec cadit à iure ſuo. Ioan. de Arnono ſing 62.

Citatio preconia contrà emphyteutas debentes canonem admittitur, abſque citatione particularium, propter ignorantiam, & multitudinem citandorum, & non ſoluto canone caducitas poteſt cõtrà emphyteutas declarari, illis abſentibus, & ignorantibus, & etiam contrà hæreditatem iacentem, per quem autẽ, & quomodo poſsit fieri declaratio, vide Borg.Caual.deciſ.30. par.2.

In patria hac Pedem. iuramentum non accelerat caducitatem attento decreto edito ſu per l. ſi quis maior. C. de tranſact. vt teſtatur D. Senator Sol. in ſuis comment. in antiq. conſtitutio.glo.1.ſuper decreto; licèt, tit.de iure emphyt.nu.25.

Emphyteuta Eccleſiæ biennio ſoluere canonem ceſſans, & priuati triennio, à iure ſuo cadit, niſi in huiuſmodi biennio, aut triennio vnicus fictus ſit perceptus: tunc enim requiritur ceſſatio biennij, vel triennij. Hippol.ſing.409. Bart.in Authen. qui rem. C.de Sacroſanc. Eccleſ. & in titu. C. de Annonis, & tribut. lib.10.

Emphyteuta fiſci ſi ceſſat in ſolutione per triẽniũ, cadit à iure ſuo. Amanel. de claris aquis ſingul.69.

Patre non ſoluente canonem, an præiudicetur filijs, diſtingue, aut pater recepit emphyteuſim pro filijs, & hæredibus, & tunc ceſſando ſoluere illis pręiudicat, aut recepit pro filijs, vt filijs, & tunc illis non præiudicat. Myſing. obſer. 66. cent. 3. vide comment. D. Sol. in antiq. conſtitut.gl.1.ſuper decreto, licet tit. de iure emphyt. Bart.in conſi. 55.nu.fin, vol. 1.& conſi.60. ibi in fine.

Non ſoluens Eccleſiæ canonem per bienniũ, vel rem deteriorẽ efficiens, repelli poteſt ab emphyteutico

emphyteutico iure, & punitur alijs damnis, de quibus in Authen. qui rem. C. de Sacroſanct. Eccleſ.

Imputatur tutori ſi res emphyteutica propter canonem non ſolutum, redit ad dominum. l.23.C.de adminiſtra.tuto.vel curat.

Emphyteutica res valoris coronatorum mille, pro paruo cenſu ſubmiſſa, hoc eſt pro ducatis 300. quos recepit emphyteuta ſubmittẽs rem illam ꝓ ducatis quindecim annuatim, non cadit ex toto in cõmiſſum propter non ſolutum canonem lapſo triennio; ſed tantùm pro illis ducatis 300. quos à principio receperat emphyteuta, & hoc procedit etiã ſi adeſſet pactum, vt canone non ſoluto per triennium, res tota caderet in commiſſum. Afflict.deciſ.80.

Feudalis res in emphyteuſim à domino conceſſa ſub canone, alienata ſine conſenſu, cõmiſſum contrahit. Afflict.deciſ.129.nu.7.

Penſio per alienantem ſoluta procuratori, ante declaratum commiſſum per dominum, præiudicat ipſi domino ſcienti. Afflic.ibid.nu.9. vide Cabal. milleloq. 135. & milleloq. 216. aliàs procurator generalis recipiendo canonem, ius domini donare nõ poteſt. Afflic. deciſ.129 num.11. vide tamen Gaſp. Cabal. milleloq.101.

Emphyteutæ caducitatẽ remittere poteſt Prælatus recipiendo canonem, quod intellige, quando Prælatus ſolus adminiſtrationẽ habet. Cabal.milleloq.135.

De caducitate rei emphyteoticę Eccleſiæ, vide ſupra libr.1.tit. de bonis emphyteoticis eccleſiaſticis.

Emphyteuta alienans irrequiſito domino cadit ipſo iure, ſed dictum limitatur pluribus in caſibus, de quib.vide per Afflic.deciſ.97. an dictũ procedat in hac patria, attẽta generali conſuetudine in contrarium faciente, vide Excel.Præſ.Teſſau.deciſ.169.

Res emphyteutica data in ſolutum ex cauſa voluntaria irrequiſito domino, cadit in commiſſum; ſecùs ſi fuit data in ſolutum ex cauſa neceſſaria; quia tunc non cadit; ſed quãdo dicatur data ex cauſa voluntaria, vel neceſſaria, vide Afflic. deciſ.19. & quando fuit capta per executionem iudicialem, Afflict. ibi, & data inſolutum creditori. Cabal.milleloq.212.

Emphyteuta vendens cadit à iure ſuo; ſecùs ſi ſolummodo promiſit vendere. Capic. deciſ. 155.num.7.

Si emphyteuta partem emphyteuſis irrequiſito domino ſolùm alienauit, pro illa parte tantùm cadit à iure ſuo. Gaſp. Cabal. milleloq.95. vide Natt.conſi.479.& 480.& quid ſi alienauerit ſaluo conſenſu dñi, vide Grammat.deciſ.49.

Emphyteuta alienando abſque conſenſu domini rem ſibi in emphyteuſim conceſſam, ipſa res incidit in commiſſum. Gram.deciſ. 77.Rol. conſi. 51.vol. 2. ſed tunc an ſit locus purgationi moræ, vide Marc.q.575.

Alienatione facta rei emphyteuticæ ſaluo domini aſſenſu, & quòd dicta proteſtatio habeatur pro repetita in traditione, tunc res non incidit in commiſſum; tamen contractus non tenet, domino non conſentiente. Tho. Minad. deciſ.14. vide Menoch. conſil. 138.vol.1.

Cenſualia bona poſſunt alienari per poſſeſſorem ſaluo cenſu, & cenſuarius non priuatur iure ſuo non ſoluendo, vel alienando. Capic. deciſ.103.nu.6.& 7.& deciſ.196. Caſſad.deci. 2 de iureiur. Crauet. conſil. 204. nume. 20. Nã in contractu cenſuali non eſt locus caducitati. Myſing.obſer.65.cent.3. vide ſupra tit. de cenſibus, &c. Dec.conſi.146.

Emptor conſtituitur in bona fide, ſi venditor rem venditam aſſerat francam, & liberam falsò tamen; ideò tunc excuſatur à cõmiſſo. Guid.Pap.q.24.

Si emphyteuta vendat rem ſine conſenſu domini directi, & conſtituat ſe eam tenere nomine emptoris, donec poſſeſſionem realem adeptus fuerit, vel retineat ſibi vſumfructũ, an res tunc ante realem traditionem cadat in commiſſum, vide Guid. Pap.q.101. Boer. deciſ.112.num.5.Franciſ.Marc.q 569.Cabal. milleloq.93.Rol.conſi.51.Menoch.conſi.38. vol.1.Hippol.ſing.412.

Emphyteuta non poteſt alienare rem ſine conſenſu domini, & ſi vendat, tradatque alienatio eſt nulla: ideò ex tali contractu nullo, res non cadit in commiſſum, ſi hoc fuerit oppoſitum. Guid. q. 590. imò emphyteuta alienas præiudicat ſibi, & ſucceſſoribus ſequuta maximè traditione. Ioſeph. Ludo. deciſio.Luc.9.nu.6.nam alienatio fundi emphyteutici facta irrequiſito domino, & ceſſatio à ſolutione cenſus, faciunt rẽ emphyteuticã cadere in commiſſum. Ioſ.Ludo.deciſ.Peruſ. 35.& deciſ.54.

Fallit quando emphyteuta nõ poſsidebat: quia tunc ſiue per tranſactionem remiſerit ius ſuum poſſeſſori, ſiue non ſoluerit canonem, non cadit à iure ſuo. Ioſeph.d.deciſ.35. quia ad hoc, vt emphyteuta priuetur iure ſuo, requiritur vera, & effectualis traditio, ibi. Cabal.milleloq.93.

Commiſſi pœna in pacto legis commiſſoriæ, locum non habet, vbi res ad venditorẽ ipſo iure reuertitur. Marc q.568.nu.6.

Emphyteuta ſi vendiderit rem irrequiſito dño, & poſteà redemerit, priuatur nihilominus re ipſa. Bar. in l. 4. §. idem labeo. ff. de vſucapio.

Emphyteuta vendens rem emphyteuticam nõ exprimendo, quod ſit emphyteutica, cadit à iure ſuo: idem in vaſallo. Crauet. conſil. 112. num. 11.

Idem ſi pro parte vendiderit, nõ exprimendo. Rol. conſi. 17. vol. 2.

Mandatum ſuperioris, excuſat à pęna caducitatis. Afflic. decis 328.

Commiſſum rei emphyteuticæ, locum non habet contrà pupillum, nec in eo eſt opus reſtitutione; ſed in adulto ſic. Guid. q 435.

Emphyteuta faciens depoſitum euitat caducitatem, licet nõ eſſet formiter factum, quã do deponens eſſet ruſticus, ſiue idiota. Ioſ. Lud. deciſ. Luc. 8.

Qui tenetur ad ſolutionem penſionis in loco deſtinato, non incurrit in pœnam priuationis (licèt non ſoluat) quandò in loco deſtinato creditor non eſt, cui fiat ſolutio. Ioan. Mohed. deciſ 307.

Emphyteuta non cadit à iure ſuo, quando per biennium non ſoluit cenſum de rebus boſcatis, de quibus ſingulo quinquennio ſolet fructus colligi. Ioſeph. Ludo. deciſ. Peruſ. 79. nu. fin. par. 2.

An reſtitutio minoris (quo ad caducitatem) proſit maiori cõdebitori emphyteutæ, vide Pet. Beniuten. deciſ 4. Borg. Caual. deciſ. 30. par. 2 nu. 121. vbi tenet affirmatiuam.

Emphyteuta non cadit à iure ſuo, ſi in parte aliqua minima defecerit in ſolutione. Pet. de Beninten. deciſio 6. vide tamen Paul. Aemil. verra. deciſ. 300. par. 1 num fin. & Illuſ. Senat. Sol. in ſuis comment. in antiq. conſtitu. gl. 1. ſuper decreto, licèt tit. de iure. emphyt. n. 14.

Emphyteuta recuperans incontinenti ea, quæ domino irrequiſito alienauerat, penæ commiſsi, locum non facit. Fran. Marc. q 568. vide Barto. in l. 1. §. ſi rem. ff. depoſiti. & multo magis hoc procedit in alienatoine, non ſequuta traditione. ibi. Marc.

Ignorantia, vt quis à pœna commiſsi excuſetur, ſufficit: ideò hæredi non ſoluenti canonẽ ſubuenitur beneficio reſtitutionis in integrum. Marc. q 179. facit. l. 1. §. fin. cum glo. ibid. ff. quando appellan. non ſit. quomodo, & quando ignorãtia excuſet, ſaltem quo ad purgationem moræ, vide Papon. lib. 12. titu. 8. arreſt. 1.

Emptor pariter, qui emit rem, quam credebat liberam, quę tñ erat emphyteuticaria, & per biennium non ſoluit cenſum, non incidit in commiſſum reſpectu ignorantiæ. DD. de Rota deciſ. 1. tit. de empt. & vend. in antiq.

Vbicunque emphyteuta, vel vaſallus ex facto ſuo debet cadere à iure ſuo, intelligitur in ſciente, & nõ ignorante qualitatem rei cauſantem caducitatem: ita quòd dominus petens commiſſum debeat probare ſcientiam, & dicitur probabilis ignorantia in hærede. Gaſp. Cabal. milleloq. 94. quod ignorantia excuſet à caducitate, ſcribit Andr. Gail. obſer. 48. lib. 2 nu. 4.

Oblatio verbalis non congruo loco, neque tẽpore facta, imò de ſola parte precij habetur pro bona, & legitima, pro excuſatione à pœna caducitatis. Paul. Aemil. deciſ. 271. part. 2. quòd ad euitandum cõmiſſum oblatio verbalis ſufficiat, etiam per tertium facta, ſcribit Cabal. milleloq. 229. vide tamen Borg. deciſ. 29 par. 2. nu 40.

Factum non ſufficit ſcire, niſi ſimul ſciatur eius modus, & qualitas. Cabal. milleloq. 99.

Emphyteuta locans ad longum tempus dño irrequiſito, non cadit. Cabal. milleloq 213.

Quando ex parte domini propter ſui abſentiã eſt impedimentum, ceſſat commiſſum. Cabal. milleloq. 214.

Emphyteuta, qui non percipit fructus, non poteſt cadere, nec ſibi poteſt declarari caducitas. Borg. Caual. deciſ. 13. num. 42. part. 2. & deciſ. 30. nu 78. & nu 101.

Aſſenſus domini reſeruatio, an operetur tradita poſſeſſione ad caducitatem euitandam, ſaltem quando fuit facta alienatio, cum clauſula, nec aliter, nec alio modo, vide Vincen. de Franc. deciſ. 267. lib. 2.

Res emphyteuticæ in hac patria, non cadunt in commiſſum propter ceſſationem ſolutionis canonis per trienniũ, niſi conſtet emphyteutam ſuper ſolutione fuiſſe interpellatum ad ſoluendum, & poſt petitionem ceſſauerit per triennium, ita cauetur in antiq. conſtitutio. decret. licet. titul. de iure emphyteut. ſed quomodo fieri debeat dicta interpellatio, ſeu monitio, vide commenta. D. Sol. in antiq conſtitu. ibi glo. 1. fol. 37. & an decretum comprehendat emphyteuſim Eccleſiæ, vide eundem. ibid. quid ſi emphyteuta iurauerit ſoluere canonem ſingulo anno, vide ibid. nu. 5.

Solutio à quouis facta excuſat emphyteutam à pœna caducitatis. D. Sol. ibi. nu. 13. fol. 38.

Emphyteuta, qui negauit rem eſſe emphyteuticam, poſteà conuictus, beneficio decreti non gaudet. Idem. ibid. glo. 2. par. 3. fol. 40.

Oblatio verbalis, an excuſet à caducitate, à qua excuſatur emphyteuta octo in viginti caſib. de quib. vide per D. Sol. in dd. ſuis cõment. gl. 1. ſuper decreto licèt. tit. de iure emphyteu. nu. 34. fol. 39.

Commu-

Communitas ad euitandum caducitatem, poteſt ſoluere pro negligentibus, aut contumacibus. Idem ſuper ipſo decreto. glo. 2. part. 3. nu. 1. fol. 41.

Emphyteuta non habens poſſeſsionem, canonem ſoluere non tenetur, & ſi non ſoluit propter aliquã probabilẽ ignorantiã, ei cõperit reſtitutio aduerſus caducitatem, Dec. conſi. 58. & conſi. 163.

Pluribus in cauſis emphyteuta poteſt excuſari à caducitate, de quibus, vide per Rol. conſil. 87. volum. 1.

An per clauſulam, ſaluo iure domini excuſetur, vide Dec. conſi. 160.

Perſuaſiua probatio à pęna caducitatis liberat, ad quam etiam vitandam oblatio habet vim ſolutionis. Itẽ factum ab alio nomine meo, pro meo facto reputať. Dec. conſ. 550. veluti ſi quis ſoluat canonem, &t nomine proprio. Dec. ibi. nu. 16. Roma. ſing. 562.

Emphyteuta debet realiter offerre fictum ad euitandam pœnam caducitatis, nec ſufficit verbalis oblatio: tamen non eſt neceſſaria aliqua depoſitio, vel conſignatio. Natt. conſi. 3. Tom. 1.

Mulier ex ſtatuto prohibita cõtrahere ſine cõſenſu propinquorum, ſi vendat rem emphyteuticam non ſeruata ſolemnitate ſtatuti, domino irrequiſito, non cadit à iure ſuo: quia contractus remanet nullus. Fran. Cremen. ſing. 113.

Emphyteuta poteſt permutare rẽ emphyteuticam cum alia, abſq; conſenſu domini, & pœna caducitatis, & procedit etiam in emphyteuſi Eccleſiæ, vide Menoch. conſi. 287. num. 50. lib. 3.

Emphyteutæ ſoluere obligati quot annis quatuor denarios, ſi vnus ex hæredibus ſoluit pro duobus annis duos denarios, alter ceſſauerit, an ſolutio duorum annorum coniungi debeat, pro vtroque, & ſic habeatur ac ſi ſoluiſſent ambo pro vno anno, ne res incidat in commiſſum, vide Ant. Corſet. in ſuis ſingularibus, litera. E. ſing. emphyteuſis. 4.

Emphyteuta alienas conſocio partem habenti, non cadit à iure ſuo. Hippol. ſing. 28.

Pactum appoſitum in contractu emphyteuſis, quòd propter canonem nõ ſolutum, res non reuertatur ad dominũ, ſed liceat morã purgare per quinquennium, valet. Bart. in conſi. 161 volum. 1.

Emphyteuta iure ciuili ſi non ſoluit canonem elapſo biennio, cadit à iure ſuo, iure canonico non. Barto. in ſuo tract. de differ. inter ius ciuile, & cano. num. 101.

An emphyteuta ceſſans per 30. annos continuos à ſolutione canonis, nulla facta interpellatione, cadat à iure ſuo, vel præſcribat contra canonis ſolutionem reſpectu præteriti temporis, vide Excel. P. Teſſau. deciſ. 179.

Dominus directus, an poſsit ingredi poſſeſsionẽ propria auctoritate rei ſibi cõmiſſæ, vide Guid. Pap. q. 107. vel emphyteutam expellere. Ioſ. Lud. deciſ. Peruſ. 17.

Quãdo emphyteuta poſsit expelli propter deteriorationem, vide deciſ. 22. Peruſ. Ioſ. Lud. & ſupra tit. prox.

Dominus directus non poteſt conuenire tertium poſſeſſorem detinentem bona emphyteutica, niſi præcedente declaratione ſuper caducitate. Idem Lud. deciſ. Luc. 9.

In caſibus, in quibus licet domino directo accipere poſſeſsionẽ rei emphyteuticæ propria auctoritate, nõ eſt neceſſaria ſententia declaratoria. Craue. conſi. 212.

Dominus directus, poteſt ire contra quemlibet poſſeſſorẽ, & propria auctoritate ingredi poſſeſsionem ob non ſolutionem canonis, deteriorationẽ, vel alienationẽ. Borg. Caual. dec. 30. par. 2. nu. 132. & 133.

Si emphyteuta in fraudẽ dñi noluerit rem oſtẽdere, tes cadit in commiſſum: Idẽ ſi fraudem fecerit circa preciũ appoſitũ in inſtro emptionis, deſcribẽdo plus, vel minus in fraudẽ laudimij, vel iuris prælationis. Boer. cõſ. 52.

Dominus directus non tenetur reſarcire emphyteutæ impenſam factam in domus extructione, ſi res cadat in commiſſum; aliàs ſecùs. Guid. Pap. q. 437. nam emphyteuſis deuoluitur ad directum dominum cum omnibus meliorationibus, & augumento, quando deuolutio oritur ex culpa emphyteutæ; ſecùs ſi ſine culpa, & hæc vera ſunt etiam in emphyteuſi eccleſiaſtica. Vincent. de Franch. deciſio. 191.

Emphyteuta cadens, an perdat omnia melioramenta, vide diſtinctionẽ, de qua per Cabal. milleloq. 176.

Emphyteuta propter deteriorationem ab ipſo cauſatam in re emphyteuticaria, expelli poteſt, & conſequenter ipſe ab omni ſuo iure cadit tribus concurrentibus, de quibus, vide per Myſing. obſer. 86. Cent. 6. Mago. deciſio. 146. ſed qualis debeat eſſe deterioratio, vt poſsit expelli, vide Menoch. conſi. 372. lib. 4. Natt. conſil. 481.

Emphyteuta, qui cecidit à iure ſuo per canonem non ſolutum, an nihilominus repetat meliorationes, vide Iaſ. de actio. in §. omnium. num. 161.

Emphyteura priuať emphyteuſi cùm in ea malè verſatur; ſed quando dicatur malè verſari, vide Menoch. de arbitra. iud. lib. 2. Centu. 2. caſ. 78.

Emphyteuta expulſus à re, propter rei deteriorationem, non poteſt ſua melioramenta, cum deterioratione compenſare. Natt. conſi. 482.

Agi, vt poſsit ad commiſſum, quæ requirantur, & qua actione agatur, vide Guid. Pap. quæſt. 454.

Emphyteuta poteſt ſeruitutem conſtituere, & rem obligare, & valet obligatio pignoris: tamen ſi res peruenerit ad dominum iure prælationis, vel cadat in commiſſum, dictæ obligationes euaneſcunt, nec nocet domino directo præſcriptio; ſecùs ſi peruenerit alio iure. Guid. q. 576. vide Boer. deciſ. 181.

Emphyteuta, qui non recognouit intra tēpora ſtatuta, facit locum commiſſo. Fran. Marc. quæſt. 573.

Tempus caducitatis in Principis emphyteuſi, eſt biennale; ſicut in Eccleſia. Marc. quæſt. 612.

Non obſtante pœna appoſita inſtrumento emphyteuſis, agi pōt ad pœnam caducitatis. Iaco. Put. deciſ. 205. lib. 2.

Res emphyteutica propter non ſolutum laudimium, in caſu mutationis dominij, cadit in commiſſum, poteſt tamen nouus emphyteuta moram purgare, ſed intra quod tempus, vide deciſio 143. Rot. Auenio. in deciſio. diuerſo. Tom. 3.

Agens ad caducitatem, probare debet legitimè rem eſſe emphyteuticam. Illuſt. Senator Sol. in ſuis commenta. in antiq. conſtitutio. Sabaudiæ. gloſ. 1. ſuper decreto, licet, titu. de iure emphyteu. nume. 19. & non ſufficit inſtrumentum recognitionis, vide ibid. gloſ. 2. fol. 40.

Rem caducam, vtrum dominus retinere poſsit in præiudicium agnatorū, & communitatis ratione regiſtri, vide ibi. nu. 5.

Res emphyteutica non dicitur commiſſa antequàm dominus directus declarauerit volūtatem ſuam, quòd vult rem haberi pro commiſſa: ideò res tunc debetur cōductori cuius tempore fuit facta declaratio. Crau. cōſ. 312. de iure tamen communi, res commiſſa pertinet ad dominum directum, non ad conductorem, cui poteſt derogari per pactum, vel per verba cōductionis veriſimilia, & prægnātia, ad talia iura pertinentia. Crauet. conſi. 312. num. fina.

Quando res liuelaria efficitur caduca, applicatur emphyteutæ domino immediato, & non domino directo mediato. Menoch. cōſ. 338. lib. 4.

Quando ſunt duo domini, & vnus tantū inueſtiuit, quid iuris, vide Marc. quæſtio. 573. & ſeq.

De feudis in genere.

CLericus in feudo, an ſuccedere in re poſsit, & quid in militibus hireſolomytanis, vide Ozaſ. deciſio. 27. Menoch. de arbitra. lib. 2. caſ. 231.

De ſucceſsione monachorū, ſeu monialium in feudis, & de ſeruitio in illis, & quòd regulariter monachi, vel clerici ad feuda nō admittantur, vide per Afflic. dec. 320. Capic. deciſ. 10. & 31.

Princeps monachum ad feudum habilitās, tacitè videtur concedere, vt poſsit per ſubſtitutum ſeruire. Afflic. deciſ. 320. nu. 8.

Eccleſia agens interdicto recuperandæ cōtrà ſpoliantis hęredem, qui longo tempore poſſedit, cum confirmatione regis, quid habeat probare, vide Afflic. deciſ. 324.

Eccleſia de ſe feudi incapax. Afflic. ibi.

Feudum fœminæ tranſit ad monaſteriū durante vita monialis, ex quo ſemel fuit habilitata. Capic. deciſ. 10. nu. 9.

Perſonæ eccleſiaſticæ nō poſſunt retinere feudum. Ioan. Pap. lib. 13. tit. 1. arreſt. 1.

Eccleſia ſine habilitate, non poteſt retinere feudum in Regno Franciæ, niſi fuiſſet præſcriptū, præſcriptione 30. ann. Idem Pap. ibi. arreſt. 17.

Clericus, aut Eccleſia regulariter non ſuccedit in feudo: fallit pluribus in caſibus, & decem ſcribuntur per Caſſan. in conſuetu. Burg. titu. *des fiedz.* §. 5. glo. 4. & etiam quando monaſterium poteſt ſeruire domino per ſubſtitutū, vel quando adeſt tale ſeruitutum, quod præſtari poteſt per eccleſiaſticam perſonā. Crau. conſi. 303.

Princeps eſt fundatus de iure communi in Eccleſiarum temporalitate, & iuriſdictione tēporali. Fran. Marc. q. 454.

Appellationes ratione feudi etiam eccleſiaſtici, ad feudi dominum deuolui debēt. Marc. ibi. num. 10.

Bona feudalia, ſi reuertantur ad Eccleſiam, poſſunt rurſus infeudari, non tantùm extraneis, ſed etiam conſanguineis prælatorū. Myſing. obſer. 47. Cent. 5.

Prælatus res infeudari ſolitas ſine conſenſu capituli, in feudum concedere poteſt, aliàs ſecùs. And. Gail. obſer. 161. lib. 2.

Prælatus, & ſi feudū nouum tanquàm antiquū concedat: tamen non ſortitur qualitatē feudi antiqui, ſed nouum manet. Myſing. obſer. 18. Cent. 6.

Verba iſta, omnia beneficia curata, & nō curata, comprehendunt feuda. Dec. conſi. 76.

Poſt

Poſt mortem vaſalli, ſi ad Eccleſiam feudum reuertatur, Prælatus tenetur illud renouare proximioribus agnatis, etiã tranſuerſalibus. Dec.conſi.131.

Hodie Epiſcopi decimas in feudum concedere non poſſunt. glo. in cap.7. ex. de præſcriptio.& datæ poſſunt reuocari.c.7. ex. de his, quæ fiunt à prælato.

Monachus,& clericus quando feudi, & de quo capaces eſſe poſsint, vide per Natt.cõſi.600. vbi ſcribit ſex diſtinctiones,quas omnino videbis pro perfecta intelligentia huius dicti.

Quòd clericus etiam Cardinalis non poſsit ſuccedere in feudo, & illud retinere,ſi ſit feudũ antiquum,rectum,& francum, & habeat dignitatem,ſcribit Menoch.conſil.181. nu. 71. & 99.lib.2.

Feudum conceſſum ſecundum propriã ſui naturam, in quo iuratur ea ſeruari, quæ continentur in veteri,& noua forma fidelitatis,nõ admittit clericum religionem ingrediẽtem ad ſucceſsionem, imò quod habet clericus, amittit.Natt.d.conſi.600.nu.10. vide Bart.in authen.ingreſsi.C.de Sacroſan.Eccleſ.

Prælatus in feudo eccleſiaſtico, quod ſolet cõcedi ſub certa forma, & modo,nõ poteſt mutare naturam feudi,& adijcere aliquid.Natt. conſi.393.& conſi.414.

Clericus beneficiatus conſtitutus etiam in minoribus,non poteſt ſuccedere in feudo.Rol. conſil. 23. volum. 1. etiam ſi poſteà effectus fuerit Cardinalis. Menoch. conſi. 202. num. 117.lib.3.

Bona à iure præſumuntur allodialia, & non feudalia.Ozaſ.deciſ.26.nu.13.Crau. pro genero. conſi.1.nu.427.Natt.conſi.514.num.26.Rol. conſi.46.volum.3.nu.39.Menoch. conſi.395. lib. 4. niſi contrarium probetur. Afflict. deciſio.277.& illa ſola dicuntur allodialia,quę à nemine recognoſcũtur,niſi à Deo. Guid. Pap.quæſt.112.vide Vincen. de Fran. deciſi. 131.num.11.tamen iuriſdictio non præſumitur allodialis.Fran.Marc.q.80.

Territoriũ,ſeu fundus repertus infra fines feudi,nõ præſumitur feudalis. Afflict.deciſ.167.

Non omne, quod eſt intra confines territorij alicuius domini,pertinet ad ipſum dominũ: quia præſumptio pro domino ſolùm comprehendit dominium caſtrorum, & iuriſdictionis,Iaco.Put.deciſ.323.lib.2.

Quælibet res præſumitur libera, niſi probetur contrarium, fallit ſi eſſet fama de antiquo: ſaltem centum annorum, quòd bona eſſent feudalia, vel aliter conſtet per inueſtituram. Caſſan.in conſuetu.Burg.tit.*des fiedz* §.4.glo. 4.nu.16.vide Rol.conſi.82.vol.2.

Omnis res dicitur feudalis, in qua quis habet iuriſdictionem,ſaltem ratione iuriſdictionis. Caſſan.ibi.nu.18.

Feudum non probatur ex eo, quod in inueſtituris dicitur, conceſſum caſtrum cũ iuribus, & pertinentijs, niſi oſtendatur ex longa cõſuetudine, vel conceſsione eſſe aſſignatum aliquid pro pertinentijs.Natt.conſ.313.vide Menoch conſi.395.

Feudalia eſſe prædia præſumuntur,quando nullo intermedio connexa ſunt caſtro infeudato,præſerrim ſi non fuerũt poſſeſſa per alios, quàm per dominos caſtri, & quandò bona ruſticalia præſumãtur feudalia,vide Natt. conſi. 446.

Licèt prædia feudalia non præſumantur, ſed allodialia, tamen hoc fallit, quando adſunt bonæ præſumptiones, ex quibus probantur feudalia; ſed de huiuſmodi præſumptionibus,vide per Natt.conſi.520.

Feudatarius,qui fatetur ſe vaſallum,tenetũr domino indicare bona feudalia, quæ ab ipſo tenet, & ſi non vult oſtendere,omnia bona ſua præſumuntur feudalia, niſi eſſet in iuſta ignorãtia, vt quia ſucceſserit in ius alterius. Rol.conſi.66.vol.3.

Vaſallus recognoſcens omne ius, quod in tali loco habet,excepta tali domo, neq; iuriſdictionem, neq; feudum recognoſcere videt̃. Marc.q.193.par.2.

Tamen tenetur ſpecificè desſignare feudum, aliàs præſumerentur omnia,quę poſsidet,feudalia.Marc.ibi.

Contrà feudi recognitionem quis non poteſt admitti ad contrarium probandum, neque eius hæres.Iaco.Put.deciſ.225.lib.2.

Caſtro recognito,prædia recognita cenſentur. Fran.Marc.q.392.par.2.

Vtilis dominus tenetur recognoſcere, & conſignare bona coram commiſſario, à domino directo deputato. Pap. lib. 13. titu.2. areſt.15.

Per recognitiones ius transfertur in dominũ,& ex eis probat̃ de dominio directo ipſius domini.Craue.conſi 514.nu.fin.

An bona allodialia,poſsint fieri feudalia per recognitiones,vide Crau.conſi.293.

Licèt aliquis recognoſcat bona, & præſtet iuramentum fidelitatis,non tamen videtur induci,aut probari feudum,niſi recognoſcãtur bona tanquàm feudalia, & præſtetur iuramentum fidelitatis ratione feudi;nam bona poſſunt recognoſci ab aliquo, alia ratione, quàm feudi, veluti emphyteuſis. Craue, conſi, 297.

Si per errorem recognitio feudi aliter facta ſit, quàm ſolito more, talis recognitio non nocet poſteris.Dec.conſi.193.vide conſ.363.

&

& 498. eiuſdem Dec. & tunc non derogatur prioribus inueſtituris. Dec. d. conſi. 498.

Feudi recognitio ſuſcepta per Principem ex certa ſciētia, & de plenitudine poteſtatis, ad nouam reducitur conceſsionē, quatenus prima non teneret. Natt. conſi. 628.

Si homo ſe recognoſcit hominem alterius, vnica recognitio non nocet, ſed ſaltem duæ recognitiones requiruntur. Guid. ſing. 876.

Feudum receptum ab Imperatore exiſtēte in territorio alicuius Ducis, non licet recognoſcere ab ipſo Duce, inconſulto Cæſare, & ad detrimētum hominū ſubditorum ratione dicti feudi. Menoch. conſil. 32. vol. 1. & quando per inueſtituram habitam ab ipſo Duce oppida feudalia fuiſſent effecta dicti Ducis, nō ob id poterit Dux ipſe, vel eius adminiſtratores, collectare dictos homines ſubditos mediatos, ratione dicti feudi. Menoch. d. conſi. 32.

Minus poterunt collectari à domino immediato, niſi ex pacto, & conuentione. Menoch. ibid.

Vaſallus in feudo regulariter per ſubſtitutum dño acceptabilem, ſeruire poteſt. Ozaſ. deciſ. 27. num. 3.

Inhabiles ad ſeruiendum, cenſentur inhabiles ad ſuccedendum: tamenſi fiant habiles ad ſeruiendum, poſſunt per ſubſtitutum ſeruire. Ozaſ. ibi. nu. 16.

Vaſallus habet electionem regulariter in omni feudo, an velit ſeruire perſonaliter, vel ſoluere pecuniam, vbi non eſſet electa induſtria perſonæ. Capic. deciſio. 10. nume. 11. & deciſi. 32.

Feuda dantur pro militari ſeruitio: ideò vaſallus tenetur ſeruire Regi (quando eſt bellum in Regno) de ſua perſona cum tribus equitibus, tribus menſibus in anno, ſi feudum eſt valoris 20. vnciarum. Afflict. d. deciſi. 10. num. 14.

Feudum ſi eſt exiguum, non præſtatur ſeruitiū militare integrum; ſed fit ſolutio in pecunia. Capic. deciſ. 32. nu. 3.

Hæredes plures vnius vaſalli, qui diuiſerūt ſibi feudum, præſtabunt vnum de ſe ipſis ad ſeruitium domino præſtandum. Capic. dec. 32. nu. 4. vide Boer. deciſ. 213.

Remiſsio ſeruitij, non inducitur taciturnitate ſola, cum poſſeſsione feudi abſq; præſtatione ſeruitij. Tho. Minad. deciſ. 37. nu. 13.

Vaſallus non poſsidens feudum, non tenetur ad ſeruitia. Cabal. milleloq. 206.

Vaſallus non tenetur poſtponere ſalutem ſuā, ſaluti domini: ſed tenetͣ illi ſeruire ſalua ſua perſona, & vita, quam præponere debet ſaluti domini. Gram. deciſ. 18. nu. 7.

De vaſallo proteſtante, & renunciante iuri vaſallagij, propter retardatam ſeruitiorum renumerationem, vide per Afflict. deciſ. 308.

Homo non ligeus non eſt obligatus, niſi ratione feudi: ſed ligeus ratione perſonæ, & omnium bonorum. Capic. deciſio. 162. nume. 13. vide ſupra lib. 1. tit. de iuramento fidelita. & homag.

Angarij, vel parangarij non ſunt vaſalli baronis, licèt vniuerſitas teneatur anno quolibet dare camerariū, vel ærarium: ideò poſſunt ab ipſo recedere, & alibi habitare. Capic. deciſio. 168.

Prætendēs ſe liberum à ſeruitijs perſonalibus, ſeu ab angarijs, vel parāgarijs, in quibus verſari dicitur cauſa ſtatus, ſemper pro libero haberi debet pendente lite: quia conſeruari debet homo in eo ſtatu, in quo reperitur, niſi aliud doceatur ipſum facere debere. Gram. deciſio. 67.

Vaſalli etiā aſſerentes ſe eſſe in poſſeſsione alicuius iuris, ſeu rei, & fuiſſe per tempus immemorabile, debent in ea manuteneri, lite pendente. ibi nu. 7.

Feudi cōceſsio pro ſeruitio certo, eſt donatio, in qua liberalitas maximè attenditur. Aegid. Bellam. concluſio. 741. nu. 7.

Præſcribi quando poſsint ſeruitia, quæ vaſallus domino debet, & dominus non poteſt augere cenſum ſubditis ſuis, imò ſeruitia noua, & indebita, præſumātur per vim extorta. Boer. deciſio. 132.

Operas debitas domino per vaſallum, an poſſit ipſe dominus alteri delegare, vide Boer. d. deciſ. 212.

Affrancatio vaſalli facta per dominū, quid operetur, vide Boer. deciſ. 263.

Vaſallus an ſuis ſumptibus teneatur domino in bello ſeruire, vide Boer. deciſ. 303.

Dominus prætendens aliquas ſeruitutes ſibi deberi à vaſallis, ſibi incumbit onus probādi de ipſarum præſtatione, & per tantum tempus, cuius initij memoria hōminis non exiſtat in cōtrarium, nec ſufficit longæuus vſus cum tituli allegatione. Gram. vot. 12.

Domino captiuo, vel carcerato, quando ſubditi teneātur præſtare auxiliū, & curare eius liberationē, vide Ioan. Pap. lib. 7. tit. 1. arre. 3.

Subditi, qui tenentur præſtare dominis operas integras, & perfectas, poſſunt ab opere recedentes ire domum pro prandio, ſic ſe habente conſuetudine. Natt. conſi. 227. num. 6.

Vaſallus non tenetur dominum ægenū alimētare, exceptis certis caſibus, de quibus, vide per Rol. conſi. 5. vol. 3.

Vaſallus poteſt recedere à domino nō ſeruante leges Imperatoris. Ludo. Roma. ſing. 500.

Vaſallns quis non probatur., probando quòd per decem annos præſtauerit ſeruitia alicui tanquam domino. Bart.in l.19.C.de agricolis.libr.11.

Vaſallus an conueniri poſsit, tanquàm talis,ex ſeruitio diuturno, vide Bart.in l.6.§.non vero.ff.de offi.proconſul.nu.9.

Si dominus à vaſallo recipit feudum in pignns abſtinendo ab eins ſeruitio,non tenetur cõputare fructus in ſortem. c.1.exr.de feud.

Vaſallus non poteſt prorogare iuriſdictionem alterius indicis,inuito domino.Bart.in l.1.ff. de iudicijs.Abb.conſi.3.lib.2.nu.5.

Vaſallus ad petitionem domini,an cogatur fidelitatem alteri promittere,vide Bart.in l.2. nu.14.ff.ſolut. matrimo.

Vaſallus non tenetnr inuare dominum iniuſtè præliantem.l.3.§. ſi maritus.ff. ad Sylanianũ.

Fideles Imperij non tenentur ſequi Imperatorem,ſi fructus fendi ad impenſas,nõ ſufficiãt. Bar.in l.13.§.vxor.ff de renun.legat.

Cùm Princeps concedit feudum nobile,& gentile, & nihil ſibi reſeruat,videtur concedere ſine omni onere obligationis. Abb. conſil. 30. lib.2.

Facultas indnlgendi, in dubio in inueſtitura conceſſa non cenſetur, cùm ſolis ſupremis principibus competat. Ozaſc.deciſ.29.nu.5.

Vaſallus inueſtitus de iuriſdictione, & eins emolumentis, cẽſetur priuatiuè (quo ad inueſtientem)inueſtitus. Ozaſ.d.deciſ.29.nnm.8.

Ideò dum quis eſt inueſtitus de feudo,non poterit Princeps in primis cauſis cõcurrere in iuriſdictione cũ vaſallo.Gram.deciſ.30.n.11. Rol.conſi.22.vol.4. Princeps tamen alicui iuriſdictionem concedens, cenſetur eam cumulatiuè,& non priuatiue conceſsiſſe. Myſing.obſer.99.cent.6. Rolan.conſ.80 vol.2.& poteſt in terris feudatariorum citare homines ibi exiſtentes,& examinari facere teſtes, ſine licentia vaſalli,habentis iuriſdictionem in primis canſis.Natt.conſi.580.

Argumentum à contrario cenſu in cõſtitutionibns feudalibus,nõ procedir, maximè ſi ex eo reſultet peccatum.Ozaſ.deci.77.nnm.19.

Vaſallus,quando non poſsit ſine conſenſn domini directi,litigare coram alio iudice, vide Ozaſ. deciſ.78.nu.3.

Feudi cauſa poſſeſſoria poteſt cognoſci per iudicem ordinarium, & tamen quæſtio proprietatis fendi non cognoſcitur, niſi per dominnm feudi, vide Ozaſ. deciſ. 78.nu.3.vide ſupra lib.1.

Iuriſdictio competens alicui virtute priuilegij facit, vt non ſit locus præuentioni alterius iudicis: ſecùs ſi eſſet iuriſdictio,quæ ad plures pertineret, quia tunc habet locum præuentio. Gramma.deciſ.30.nu.30.

Quilibet habens merum Imperium habet ſiſcũ ex quadam conſequentia,quantum ad confiſcationem, & annotrationem bonorum, & ſic in crimine hæreſis bona damnatorũ applicantur Baroni illius loci,& non Principi, vel Regi,à quo habet feudum. Guid.Pap.q. 76.vide Aegid.Bellam.concluſio.624. quòd pœnæ pecuniariæ ſpectent ad vaſallum,ſcribit Rolan.conſi.42. volum.2. vide conſil.21. volnm.4.

Quod intellige in bonis ſitis in eius territorio, cætera verò applicantur fiſco loci, vbi exiſtunt.Guid.ibi.

Pęna pecuniaria pertinet ad fiſcum vaſalli,per cuius iudicem fuit reus cõdemnatus,qui appellauerat, & ſententia fuerit confirmata, & execurio pœnę corporalis fit etiã per ipſum primnm iudicem. Guid.Pap.q.237.

Pœna pecuniaria ſubrogata,ſeu mutata de pœna corporali,vtrum ſit Baronis, vel alterins domini iuriſdictionis, vel ad quem ſpectet, & à quibus poſsit fieri hæc commutatio,vide Capic.deciſ.27.nu.12.

Pœnæ commutatio, & bona confiſcata, ſunt fructus iuriſdictionis. Capic. ibi.

Iuriſdictionis fructus ſicut alij fructus, diuidi debent,pro portionibus dominij, vel quaſi. ibi.nu.16.

Pœnæ pecuniatiæ pro delictis impoſitæ non ſunt de mero Imperio: ideò ſunt domini iuriſdictionis,excepta pœna cõfiſcationis bonorum, vel niſi habeat quis merum Imperiũ in feudo. ibi.nu.17.

Prouentus criminales licèt de iure ſint Regis; tamen hoc non procedit in caſtro Baronis. Capic. deciſ.185.

Vaſallo iuueſtito de iuriſdictione, an expectet cognitio,& emolumentum pęnarum, quã offenditur in iudicio ſupremus Iudex, vt in prę ſentatione falſæ ſcripturę,vel in depoſitione falſi teſtis, vide Excel.P. Teſſau.deciſ.266.

Gratia Principis in dubio non præiudicat domino mediato, reſpectu pœnæ pecuniariæ incurſæ,ipſi domino competentis. Marc.q. 243.par. 2.

Conceſſa iuriſdictione cum mero, & mixto Imperio, & cognitione primæ, & ſecundæ appellationis, non cenſetur conceſſa cognitio, & punitio criminis falſæ monetæ: quia tale crimen cenſetur tacitè reſeruatum, in vim ſupremi dominij. Vincent. de Franc.deciſio. 275.part.2.

Cui competunt regalia, videntur competere,& iura fiſcalia.Crauet.conſi.209.

Fiſcalia competunt Domino habenti merum Imperium. Crauet.ibid.

An vaſallo, cui competunt emolumenta iuriſdictionis, etiã priuatiuè quo ad dominum, ſpectet emenda, in qua ſubditus temerè appellans fuit condemnatus per Senatum, vide Excel. P. Teſſa deciſ. 250.

Confiſcatio bonorum ad feudum ante condẽnationem ceſſum, & donatum, non extenditur. Natt. conſi. 628. nu. 5.

Vaſallus habet vtile dominum in caſtro, & territorio, & ad eum ſpectat omnis vtilitas, ſicut ad vſufructuarium. Natt. conſi. 435.

Pœna, quam incurrit ſubditus vaſalli citatus à Principe, propter inobedientiam, an veniat applicanda ipſi Principi, vel vaſallo, vide Natt. conſi. 580.

Conceſſo caſtro à Rege, dicitur etiam cõceſſa iuriſdictio criminalia. Barth. de Capu. ſing. 60. & omnis alia. Bart. in l. 1. §. cùm vrbem. ff. de offi. præfec.

Vaſallus realiter inueſtitus, habet vtile dñium, & põt ſolus, vel ẽt cum dño, agere cõtrà poſſeſſorẽ feudi. Hartm. Hart. c. 13. ti. de feud. li. 2.

Inueſtituræ antiquæ probatio fit per eius tenorem, in alia inueſtitura relatum. Ozaſc. deciſ. 139. nu. 4.

Tenor inueſtituræ primæ eſt attendendus, non autem actus medius, qui non habetur in cõſideratione, maximè ſi conſtat de extremo concordante cum primo tenore inueſtituræ. Afflic. deciſ. 140 num. 5. Cabal. milleloq. 496. Mago. deciſ. 54. Rot. Flor. vide D. Sol. in ſuis cõment. in antiq cõſti. tit. de feud. fol. 83.

Et ſic media inueſtitura non nocet, ſi de cõtrario conſtet in prima, & vltima. Afflic. d. deciſ. 140. nu. 6.

Inueſtituræ tenor, omni feudorum naturæ derogat. Afflic. deciſ. 265. nu. 103.

Conceſsionis verba ſunt attendenda, an fuerit facta cõceſsio intuitu patris, vel filiorum, ẽt in conceſsione noua. Ioſ. Lud. deciſ. Luc. 66.

Ad originale inueſtiturarũ recurrendum eſt, qñ dubitaẽ de qualitate feudi. Cab. millelo. 188.

Natura feudi genus eſt, & tenor inueſtituræ ſpecies, quæ derogat generi, eſtque tenor ipſe diligenter intuendus, ad quem (veluti ſcopũ) feudi ſtatus dirigitur, & inueſtitura eſt ſignum feudi neceſſarium, à cuius tenore nõ diſceditur, ſed præciſam habet formã, à qua cæteræ inueſtituræ reſtringuntur, quãuis feudum tranſierit in aliam familiam, aut in eadem fuerit innouatum. Illuſtr. Senator Sol. in ſuis comment. in antiq. cõnſtitu. glo. ſuper 3. par. decreti, quia in pleriſque titu. de feudis. fol. 83. Rol. conſi. 67. vol. 1. & conſi. 53. vol. 3.

Inueſtitura vim cõtractus obtinet. Afflic. deciſ. 265. nu. 103. & poſſeſsio, ſeu quaſi iurium incorporalium tranſit, per ſolum priuilegium, Capic deciſ. 121. nu. 9.

Feuda quærũtur priuilegio, ſucceſsione, & inueſtitura (etiam præſumpta) vt quia quis tenuit feudum per annos 30. præſtando ſeruitium. Capic. deciſ. 77. nu. 13.

Inueſtitura obreptitiè impetrata parte opponente, non valet. Afflic. deciſ. 282. nu. 6.

Princeps inueſtituram feudi à viuente poſſeſſi, & ad Principem poſt mortem pertiuentis, facere poteſt, & valet talia cõceſsio. Afflic. deciſio. 292. Ioſ. Ludo. deciſ. Luc. 63. Andr. Gail. obſer. 155. lib. 2. ſed an expiret, ſi apperiaẽ feudum poſt mortem cõcedentis, vel ſucceſſor teneatur eã habere ratã, vide Capi. dec. 162.

An per inueſtituram dominium, & poſſeſsio transferantur feudi, ad hoc, vt quia habeat Interdictum adipiſcendæ poſſeſsionis, & plenè quale ius tranferatur per ipſam inueſtituram Regis, vel Principis, vide Afflict. deciſio. 299. Capic. deciſ. 162. nu. 7. Guid. Pap. q. 304. & q. 415. Mago. deciſ. 38. Luc.

An inueſtitura requiratur ad inducendum feudum, vide Raud. tract. de anal. c. 21. num. 77. Afflic. deciſ. 129.

Inueſtitura probat titulum, ſed non ius inueſtientis. Craue. conſi. 124. nu. 11.

Feudum quomodo acquiratur, vide Hartma. Hartm. c. 19. tit. de feudis. lib. 2.

Agnatus inueſtitus in feudis, non teneẽ ad debita filius, qui dedignatus fuit ipſum hæredẽ inſtituere, niſi in ſubſidium. Capic. deci. 199.

Licèt ſtante inueſtitura, ꝙ poſsit quis exigere decimas iuxta formam antiquarum inueſtiturarum, & ſecundũ qđ anteceſſores vſi fuerunt, & poſſederunt, non ſit neceſſe probarè, ꝙ anteceſſores receperunt decimas (quia dictio illa exponitur cauſaliter pro qa, ex qua apparet certitudo diſpoſitionia) ſi tñ ex aduerſo ꝓbetur contrariũ, nou valet cõceſsio. Grã. dec. 59. n. 8. & 23. vide Put. deci. 225. li. 2.

Priuilegium cõceſsionis, licèt cantet pro ſe, & hæredibus, & ſucceſſoribus, non tamen cõprehendit omnes hæredes; ſed intelligitur de primo hærede. ibid. nu. 13.

Conceſsio feudi facta, ſicut venerandæ memoriæ genitor meus tibi, vel tuo genitori tale feudum conceſsit, ſic & nos concedimus, non erit neceſſe vaſallo oſtendere de prima conceſsione. ibi. nu. 27. & 28.

Conceſsio feudi ex pacto, & conuentione legẽ accipit. Gram deciſ. 103. nu. 131.

Feuda non poſſunt ſine titulo poſsideri. Tho. Minad. deci. 1. vaſallus quando, & quomodo teneatur petere inueſtituram, vide Hartma. Hartma. c. 9. tit. de feudia. lib. 2.

Feudatarius poſsidet naturaliter, & dominus ciuiliter. Boer. deciſ. 231.

Inueſtitura ſecundi, præfertur primo per annũ tacenti. Boer.ibid.nu. 10.

Si dominus duos de eodẽ feudo diuerſis temporibus inueſtiat, quis horum ſit præferendus, vide Myſing.obſer.61.cẽt.4. Dec.cõſ.686

Inueſtitura facta vſque ad tertiam generationem, non extenditur vltra neptem, & primus inueſtitus in prima generatione comprehenditur. Paul.Aemil.deciſ.18.par.2.

An inueſtitura feudalis loquens de filijs, extendatur ad nepotes, vide Alex.Raud.tract.de anal.cap. 14.

Duplex eſt feudorum inueſtitura, altera propria, & altera impropria, quæ dicitur abuſiua, propria dicitur realis ipſa feudi poſſeſſio, abuſiua verò eſt, per quam fit quædam imaginaria futuræ poſſeſſionis repræſentatio, per traditionem annuli, vel aliter, & ad quid teneatur dominus faciens abuſiuam inueſtituram, vnde Myſing.obſer.61.cent.4. Hartma. Hartma. c.7.tit.de feudis.lib.2.

Quando dominus feudi poſſit cogere vaſallum ad oſtendendum ſibi inſtrumentum ipſius feudi, vel ècontrà, vide Dec.conſi. 61. Boer.conſi.52.quod vaſallus poſsit cogi, ſcribit Rol.conſi.89.vol.2.

Vti non poteſt quis iure inueſtituræ, niſi vtatũ cũ oĩb.ſuis qualitatib. Craue.cõſi.135.n.26.

Reſeruatio facultatis diſponendi appoſita in decreto domini, repetita cenſetur in omnibus inueſtituris poſteà ſequutis, ad formam ipſius decreti. Crauet.d.conſi.135.nu.14.

Per inueſtituras poſteriores declarantur anteriores. Crauet.pro genero conſi.1.num.358. & inueſtitura noua relata ad antiquas, ſecundum antiquas regulatur. Illuſtr. Senator Sol.in ſuis comment.in antiq. conſtitu.gl.1. Proœmij,nu.26.

Feudum apud emptorem eiuſdem debet eſſe naturæ, qualis erat apud auctorem.ibid.nu. 27.quia feudi conditio non immutatur, alterius perſonæ mutatione. ibi.nu.28.

Feuda à Duce Sabaudiæ conceſſa eandem ſequuntur naturam, quam feuda ab Imperatore tradita.idem ibi.gl.1.nu.6.

Inueſtitura non poteſt alicui fieri per dominũ feudi ſine conſenſu vaſalli: ideò ſi quis allegaret ſe habere titulum à vaſallo, & ſub hac falſa allegatione, inueſtituram obtineret à domino, cuius virtute poſſediſſet p 20. ann. ei non proderit inueſtitura, neque poſſeſsio. Dec. conſi. 144.

Feudum quid ſit, & quomodo diffiniatur, vide Caſſa.in conſuet.Bur.tit. des fiedz. Rub.3.

Vaſallus petendo inueſtiturã debet petere renouationem inueſtituræ, & polliceri fidelitatem. Caſſan.ibid.§.1.glo.3.

Sed an debeat hoc petere, & obtinere ab omnibus filijs domini defuncti, vide ibi.num. 5.

Per inueſtituram non transfertur poſſeſſio; ſed datur facultas, & licentia ingrediendi poſſeſsionem propria auctoritate. Henri.Boer. in ſuis ſingularibus, titu.poſſeſsio, & inueſtitura.num.5.

Inueſtituram habens mittendus eſt in poſſeſſionem bonorum feudalium maximè quãdo ille, à quo petitur, habet facultatem illa tradendi. Rol.conſi.1.nu.82. vol.1.

Inueſtitura collata in tempus, quo feudum erit apertum domino, valet. Rol.conſi.2.nu 46.

Annulus eſt ſignum inueſtituræ, & inueſtitura eſt ſignum traditæ poſſeſsionis. gloſſ.in c.2. ext.de conſtitutio.

Feudi inueſtitura præſumitur ex longitudine temporis. Fely.conſi.28.nu.22.

Inueſtitura de feudo facta, aut alia geſta lite pendente, ſunt nulla. Fely.conſi.32.nu.13.

Inueſtitura vitiatur, ſi ex multis cauſis vna falſa in ea exprimatur, etiam ſi aliæ multę veræ ſubeſſent. Felyn.ibi.

Succeſſor in contractu, an ligetur tranſactionibus, conuentionibus, & pactis ab anteceſſoribus ſuis cum ſubditis initis, vide Ozaſ.deciſio.139.& fuit deciſum pro affirmatiua.

Succeſſor Principis non tenetur ſtare ex noua cauſa contractibus anteceſſorum, cũ ſubditis initis. Ozaſ.deciſ.139. nu.8.aliàs ſecus. ibi.nu.11. & 12.

Succeſsio in feudis titulatis, quæ habent ſpeciem ſeparatam, tranſit in infinitum. Capici deciſ.10.nu.7.

Hæres ſanguinis tantùm ſuccedit in feudo: nã hæredis appellatione, talis ſolùm venit. Capic.deciſ.10.nu.8.& deciſ.34.

Regnum transfertur ſucceſſori iure hæreditario; non aũt electione. Capic.deciſ.121.n.23.

Feudi dñs, an teneatur vaſallum inueſtire, vide Hartma.Hartm.c.8.tit.de feudis. lib.2.

An dominus teneatur feudum ad ſe deuolutũ, hæredibus vltimi inueſtiti concedere, vide Excel.P.Teſſau.deciſ.146.nu.fin.

Agnatus proximior habens facultatem reuocandi feudum ab agnato remotiori, perdit ius ſuum, niſi illud infra annũ proſequatur. Gtam.dec.101.n.39.vide dec.103.n.206.203. & ſeq.Hiero. Mago.deci.54.Ror. Flor.nu.23.

Condemnato ad retrouendendum feudũ mortuo feudatario, debet ſolui preciũ retrouenditionis per hæredẽ, qui ſuccedit in feudo, & non per alios ſuccedentes in burgenſaticis. Gtam.d.deciſ.101. nu.47.

Feudũ, ſi duo fratres pro ſe, & liberis ſuis accipient, pars vnius accreſcit liberis alterius. Boer.deciſio. 214.

Pater ſi dederit filio feudũ, ipſo filio mortuo, ad patrem feudum reuertitur, cum onere tñ ſoluendi æs alienum. Vinc. de Fran. deciſ. 3.

De ſucceſsione collateralium in feudis, & quouſque duret, vide Myſing. obſer. 95. cent. 2.

In feudis aſcendentes non ſuccedunt deſcendentibus. Hartma. Hartm. c. 18. tit. de feudis. lib. 2. vide ibid. c. fin. excepto vno caſu, nempè quando feudum à filio ad patrem reuertitur. Myſing obſer. 93. cent. 3. vide Caſſan. in conſuetud. Burg. tit. *des ſucceſſions*, Rub. 7. §. 6. glo. 1. vbi ſcribitur regula cum quatuor limitationibus, vide Abb. conſi. 82. nu. 8.

Fratrum filij, an in ſtirpes, vel capita ſuccedant patruo in feudis, vide ibi obſer. 94. Myſing.

In ſucceſsione feudi, primi acquirentis ꝓbatio requiritur, niſi conſuetudine aliter inductũ ſit, ſed de hac probatione, vide Gail. obſer. 149. lib. 2.

Limita, quando feudum nouum conceditur, vt antiquum, auitum, & paternum. ibi. nu. fin.

In feudis frater vtrinque coniunctus, non excludit fratrem ex vno latere tãtùm: ſed ambo æqualiter admittendi ſunt. Gail. obſer. 151. lib. 2. Dec. conſi. 444. nu. 5 6.

Si pater fecerit inueſtire filiã, quæ moriatᷣ ſine hærede maſculo, feudum ad proximiores agnatos reuertitur. Dec. conſi. 193.

Frater vterinus nõ ſuccedit in feudo fratri ſuo defuncto: quia in feudalibus, iure cognationis non ſucceditur. Gail. obſer. 151. n. 6. lib. 2.

Feudi poſſeſsio in filium non continuatur ipſo iure, ſine apprehenſione. idẽ Gail. obſer. 152. lib. 2. Myſing obſer. 38. cent. 3.

Facta donatione de feudo filio naturali, & eius liberis maſculis, euenit, quòd talis naturalis habuit filium, & filiam, moritur filius, relicta filia, poſtea moritur filia relicto filio, ſuperſtite dicto naturali auo, quo defuncto, oritur quæſtio de ſucceſsione dicti feudi inter filiã filij donatarij, & filium filiæ, fuit iudicatum pro filia filij Ioan. Pap. lib. 20. tit. 3. arreſt. 27.

Vaſallo mortuo cuius familia cum ipſo extincta eſt, conſanguinei præ extraneis præferendi, & inueſtiendi ſunt, feudo aperto, concurrẽtibus notatis per Myſing. obſer. 79. cent. 6.

Quando feudum propter defectum lineæ debet reuerti ad Principẽ, ſi ipſe Princeps dat facultatẽ vltimo feudatario nominandi aliquem, qui ſuccedat in feudo, quid iuris, vide Raud. tract. de anal. c. 15. nu. 4.

Decretum factum per ſuperiorem circa ſucceſſionem feudorum valet: tamen illo non obſtãte, poteſt ipſe ſuperior derogare iuri quęſito primo ex inueſtitura conceſſa iuxta dictum ſtatutum. Craue. conſi. 135.

Feudi ſucceſſor non tenetur ad onera feudatarij defuncti, niſi debita ſint contracta occaſione ipſius feudi, puta pro illo meliorando. Craue. conſi. 197.

Vaſalli factum præiudicat filijs; ſed non agnatis. Crauet. ibid. nu. 10.

Quando quis iurat fidelitatem domino pro ſe, & ſucceſſoribus ſuis, non eſt iterum iuranda fidelitas nouo ſucceſſori, tanquam comprehenſo in iuramento primo fidelitatis; Crauet. conſi. 215 nu. 8.

Vaſallus non poteſt vocare in ius Principem, vel fiſcum ſine venia. Caſſan. in conſuetud. Burg. tit. *des fiefz*. Rub. 3. §. 4. nu. 8.

Circa ſucceſsionem feudorum, & bonorum allodialiũ, traduntur 16. differẽtiæ per Caſſan. ibid. §. 5. glo. 1.

Quando propter delictum vaſallus fecit compoſitionem, ſi in exequutione ipſius compoſitionis factæ ad aliquam ſummam propter delictum, dñs de nouo mediante ipſa ſolutione cõcedat feudum, etiam in antiquum, in illo ſolùm ſuccedunt deſcendentes excluſis tranſuerſalibus. Raud. tract. de analo. cap. 34. nu. 89.

Feudum receptum pro ſe, & ſuis deſcendentibus vſque in infinitum, non tranſit ad agnatos tranſuerſales. Raud. ibid. nu. 247.

Nepos ex fratre prędefuncto, vbi agitur de ſucceſsione patrui etiã in feudalibus, ſuccedit vnà cũ patruo viuente. Natt. conſi. 507. n. 31.

Feudum, vbi eſt receptum pro ſe, & deſcendentibus, deſcendentes non dicuntur illud habere à vaſallo proximo defuncto; ſed à primo inueſtito. Natt. conſi. 534.

Feudum conceſſum alicui pro ſe, & deſcendentibus, vbi quis petit, tenetur ꝓbare ſe ab eo, cui fuerat conceſſum deſcendiſſe, vel aliter eſſe de perſonis in inueſtitura, cõprehenſis. Natt. conſ. 615. n. 6. vide Rol. cõſi. 3 n. 41. vol. 1. & cõſ. 10. lib. 3. quo loci habetᷣ qualiter fiat hæc probatio, & an ſufficiat ꝓbatio ꝑ famã.

Agnati tranſuerſales in feudum non ſuccedunt vltra ſeptimum gradum. Rol. conſi. 3. vol. 1. nu. 7. quod declara, vt ibid. nu. 8. vide cõſi. 10. vol. 3. nu. 21. eiuſdem Menoch. conſi. 373. lib. 4. nu. 84. ſed deſcendentes ſuccedunt in infinitum. Rol. conſil. 3. nu. 21. Menoch. d. conſil. 373. nu. 85. Felyn. conſi. 28. nu. 12.

In feudis, quis dicitur decedere ſine hærede, qui decedit ſine filijs. Bart. in l. vnica. C. ſi liberalitas imperialis. lib. 10.

Qui dicit aliquem deceſsiſſe ſine liberis, habet ſuam intentionem fundatam de iure cõmuni, niſi contrarium probetur. Bar. in l. 10. §. cũ in bello. ff. de reb. dub.

Naturalis filius non ſuccedit in feudo. Bar. in l. 17. §. ſi quis rogatus. ff. ad Trebellianum.

Filij

Filij in feudo ſuccedunt æqualiter, licèt inæqualiter inſtituti ſint. Barto. in l. 7. § liberi. ff. de oper. libert.

Si fuit feudũ conceſſum duobus fratribus, vno mortuo, pars ſua non accreſcit fratri ſuperſtiti. Abb. conſi. 103. lib. 2.

In perpetuum, verbum in feudo, &c. ſimilibus conceſsionibus appoſitum, facit conceſsionem tranſitoriam ad hæredes. Fel. conſil. 27. num. 12.

Nomẽ hæredum in feudo, intelligitur vſq; ad eã generationem, quę ex natura ſuccedit in feudo Fel. conſi. 28.

Cùm Princeps concedens feudũ vult illud manere indiuiduum, intelligitur voluiſſe, quòd vnus conſortum alteri ſuccedat, iure nõ decreſcendi. Menoch. conſi. 304. lib. 3.

Licèt appellatione liberorum comprehendantur tàm maſculi, quàm fœminæ; tamen hoc eſt verum in materia indifferenti, quę conuenit vtrique; ſecùs, ſi maſculo tantum, vt in materia feudorum. Pet. de Raue. ſing. 137.

Princeps cõcedens feudum alicui pro ſe, ſuiſq; filijs, filiorum nomine, comprehẽduntur etiã nepotes. Io. Ant. Trigo. ſing 35.

Feuda, quæ tranſeunt ad filios, ſi ſunt hæredes, veniunt in petitionem hæreditatis, & feudale ius tanquàm ſingulare, non eſt trahendũ ad conſequentiam. Bart. in l. 7. §. ſi liberi. ff. de oper. liberto.

Comes in perpetuum inueſtitus de Comitatu, dicitur eſſe Princeps, & ea in ipſo Comitatu poteſt, quæ Imperator in ſuo Imperio. Ozaſ. deciſ. 139. nu. 5. intellige, vt ibi. nu. 16.

Princeps priuilegia ſubditis conceſſa ob eorũ ingratitudinem, reuocare poteſt ibi. num. 9. & 11. & quando mæra priuilegia ſubditis conceſſa, reuocari poſsint, vide ibid. num. 22.

Dignitas Vicariatus Imperij, non confertur ex eo ſolùm, quod Imperator aliquem in inueſtitura nominauit Vicarium. Ozaſ. deciſio. 139. num. 18.

Quod viuatur iure francorum non pręſumitur: ideò ille, qui allegat illud, debet probare: quia eſt ſpeciale ius, quo non probato præſumitur, ꝙ iure Longunbardorum viuatur. Afflict. deciſ. 248. nu. 3.

Feudatarij in feudis iure francorum, quãdo dicantur viuere, vide ibi. num. 4. in Gallia enim feuda ſunt redacta ad inſtar patrimonialiũ. Boer. deciſ. 123.

Feudi fructus veniunt, deductis expenſis. Afflic. deciſ. 252. nu. 6.

Licèt exequutio in feudalibus fieri non poſsit ob defectum aſſenſus domini; tñ in fructibus, qui ſunt hæredis, fieri poteſt. Gramma. deciſ. 103. num. 148.

Filius adens hæreditatem etiam cum inuentario, tenetur creditoribus ſatisfacere de fructibus feudi. Boer. deciſ. 199. nu. 6. illius anni, quo mortuus eſt vaſallus, & hoc procedit etiam in feudo ex pacto, & prouidentia in filium prouenięte. And. Gail. obſer. 154. lib. 2.

Fructus feudi, mortuo vaſallo poſt Chalendas Martij, ſpectant ad hæredes vaſalli; non autem ad dominum, vel agnatum. Vincent. de Fran. deciſ. 19.

Exequutio in defectum aliorum bonorum fieri poteſt in feudalibus, ſaltẽ quo ad fructus percipiendos durante vita vaſalli. And. Gail. obſer. 117. lib. 1.

Pecunia ex fructibus feudalibus durante tutela collecta à tutoribus, ad maſculos ſolùm ſpectat, & non ad fœminas, ſi feudum erat maſculinum. Myſing. obſer. 100. Cent. 6.

Feudum creditoribus vaſalli obnoxium non eſt, nec de eo illis ſatisfieri debet, ſed tantũ de eius commoditatibus, niſi aliter ſe habeat conſuetudo, vide Crau. conſi. 197.

Proprietas fructuum, ſiue poſſeſsio pœnes feudatarium eſt, & non domini. capit. 1. ex. de feudis.

Fructus feudi ex pacto, & prouidentia, nõ poſſunt obligari; ſecùs in feudo hæreditario. Afflict. deciſ. 26.

In feudis præſcriptio non habet locum contrà agnatos. Dec. conſi. 144. feudum poteſt præſcribi reſpectu vtilis dominij. glo. in c. 13. ex de præſcriptio.

Feudi pars nullò tempore præſcribi põt. Afflic. deciſio. 254. nu. 4. ſeu particularis res. Afflict. deciſio. 257.

An feuda contrà dominum poſsidet pręſcribi, vide And. Gail. obſer. 160. lib. 2. tamen poſſeſsio immemorabilis vim Regis aſſenſus, & priuilegij habet. Afflict. ibi. imò præſcriptio 30. ann. nocet. Tho Minad. deciſi. 37. num. 15.

Præſcriptio decurſa contrà vnum agnatum, nõ nocet alijs agnatis; datur enim vendicatio ſuccedentibus, quæ poteſt fieri non obſtante præſcriptione. Ioſeph. Ludo. deciſio. Luc. 48. nume. 38.

Dominus, qui reduxit feudum ad manus ſuas, non præſcribit contrà ſuum vaſallum. Ioan. Pap. lib. 11. tit. 1. arreſt. 22.

Domini non poſſunt compellere ſubditos etiã iuramento fidelitatis aſtrictos, vt eant ad eorum molendina, vel ad furnum, niſi eſſet præſcriptũ poſt inhibitionem. Natt. cõſ. 227. nã inferior à Principe non poteſt ſtatuere contrà à iure communi diſpoſita. Natt. ibid. nume. 3.

Quanto tempore præſcribatur ius exigendi pedagium, & quid requiratur ad hoc, vt proce-

dat

dat præſcriptio, vide Barto. in l. 4. §. in omnibus. ff. de publica. & vectig.

Feudalis res qualiter probanda, vide Afflict. deciſio 255. & 277. Gramma. deciſi. 77. num. 12. Crauet. conſil. 276. Rol. conſi. 90. volum. 4. quæ poſſint adduci ad probandum bona eſſe feudalia, vide eundem Crauet. conſil. 293. Menoch. conſi. 252. 255. lib. 3. D. Sol. in ſuis commen. fol. 28. in antiq. conſtitu.

Narratiua Principis motu proprio facta, licèt nõ probet, tñ transfert onus probãdi cõtrarium in aduerſarium. Put. deciſi. 323. lib. 2.

Caſtrum poteſt eſſe ſine territorio, & iuriſdictione, quo caſu de iure communi nullo gaudet priuilegio ſpeciali, ſed ciuitati vicinæ ſubeſt: ſecùs ſi ſubditos habeat, & ius territorij, ſed qñ de pertinẽtijs cõtrouerſia incidit, vtrum talis fundus, villa, aut pagus, pertineat ad caſtrum, quomodo hoc dignoſcatur, vide per And. Gail. obſerua. 62. lib. 2. & de probatione pertinentiarum in iudicio poſſeſſorio, vide ibi. obſer. 63.

Fidelitas eſt de eſſentia feudi, adeò quod in conceſſione feudi facta ſimpliciter, fidelitas intelligitur, etiam nulla de ipſa facta mẽtione. Guid. Pap. q. 518.

Fidelitas eſt cauſa infeudandi. Tho. Minad. deciſ. 37. num. 8 ideò reditus non eſt de ſubſtantia feudi, ſed fidelitas, & illud propriè dicitur feudum, in quo quis habet præſtare ſeruitium perſonale. Afflict. deciſ. 128. Gram. deciſi. 77. Craue. conſi. 293. nu. 9. ſecùs quando ſoluitur pecunia, ibid. Affl. vide Marc. q. 2. par. 2. Craue. conſ. 293. nu. 9. imò feudum, pro quo ſoluitur annuus cenſus prox. accedit ad naturam emphyteuſis. Raud. tracta. de Anal. cap. 21. nu. 95.

Feudalis res non conceſſa in feudo, de qua præſtatur annua penſio in dubio, an ſit præſumenda emphyteutica, vel cenſualis, vide Afflic. d. deciſ. 129.

Cenſus vbi ſoluitur annuus pro terris feudalibus, illę non dicuntur amplius feudales, nec emphyteuticæ, ſed ſimpliciter cenſuales. Capi. deciſi. 103. vide ſupra tit. de cenſibus.

Contractus, in quo conceditur res ad annuum reditum dicitur cenſualis, non obſtantibus verbis conceſſionis, in feudum, ex quo dicta verba impropriari debent. Gramma. deciſio. 77. num. 10.

De obligationibus, quibus tenetur vaſallus domino, & de his, quibus tenetur dominus vaſallo, vide per Afflict. deciſio. 265. Guid. Pap. q 57. Boer. deciſio. 128. Caſſan. in conſuetudi. Burg tit *des fiedz* Rub. 3. § 4. Hartma. Hartma. cap. 31. & ſeqq. tit. de feudis. lib. 2.

Vaſallus feudum remittere non poteſt, domino nolente. Afflict. d. dec. 165. nu. 53. vide Capic. deciſi. 118. nu. 13. & Myſing. obſer. 65. cent. 5. & obſer. 23. cent. 6. Capel. Thol. q. 405. Cabal. milleloq. 35. Bartol. in l. 7. ff. de aqua pluuia arcenda.

Titulum bonorum oſtendere tenetur vaſallus domino requirenti. Afflict. d. deciſio. 265. num. 87.

Dominus res proprias vaſallorum, vendicare poteſt pro neceſſitate. Afflict ibid. num. 105. ſed priuatur feudi proprietate, ſi ſine legitima cauſa deneget vaſallum de feudo inueſtire. Guid. Pap q. 168.

Dominus debet priuari proprietate, ſi cõmittit in vaſallum, ſed an ſit idem, ſi committat in familiam vaſalli, vide Capic. deciſio. 69. nume. 28.

Dominus quando priuetur feudo ob ſæuitiam in vaſallum, vide Boer. deciſ. 304 Guid Pap. q. 620. Natt. conſi. 174. Rol. conſi. 18. vol. 3. & conſi. 40. vol. 4.

Quando mandatis pœnalibus coerceri poſſit, vide And. Gail. obſer. 17. lib. 1.

Vaſallus poterit reſiſtere domino, imò ipſum occidere ob malam tractationem. Capic. d. decil 69. nu. 28.

Dominus malè tractans quamplures eius vaſallos, & eos minus debitè coercendo nonnullis grauibus iniurijs afficiendo, & alia faciẽs illicita, debet priuari ſua iuriſdictione, etiam quo ad alios, qui non fuerunt grauati, & punitur, vide Gramma. deciſio. 104. Boer. deciſio. 304. Guliel. Caſſad. deciſio. 6. titu. de priuilegijs.

Licèt Princeps conceſſerit feudum cum ampla iuriſdictione vaſallo, eum priuilegio, quòd non poſſit etiam ex cauſa retardatæ, vel denegatæ iuſtitiæ cauſas ad eius officiales aduocare: tamen non obſtantibus ſimilibus clauſulis, in dicto caſu poterit hoc facere. Gramma. vot. 28.

Si Barones abutũt ſua iuriſdictione receptãdo potius, quàm puniendo latrones publicos, & alios delinquentes an, & quando poſſint Reges, vel Principes ponere ſub ſequeſtro Regio iuriſdictionem eorum, vide Ludo. à pegue. in ſuis quæſtio. crimina. cap. 36.

Quãdo vaſallus malè vtitur re feudali, quis tũc cognoſcat, vide Hartma, Hartm. obſer. 37. tit. de feudis. lib. 2.

Quando ob ſæuiſiam domini, ſubditus eximatur à ſua iuriſdictione, vide Pap. lib. 23. tit. 5.

Dominus negligens purgare terram ſuam hæreticis, priuatur feudo. c. 13. §. moriantur. ex. de hæreticis.

Feudum habere in alio feudo, & terras ſeparatas, non eſt inconueniens. Afflict. deciſ. 334.

Feudum

Feudum ſemel conceſſum, an, & quando poſsit per Principem alteri concedi, vide Afflict. deciſ. 392. nu. 18.

Sententia de feudo contrà vaſallum lata, nocet domino, & ècontrà. Afflict. deciſ. 396. num. 5.

Procurator vigore procurationis, an habeat poteſtatē concedendi terram in feudum, & quid ſi conceſsit, vide Afflict. deciſ. 305.

Res per ſpacium 30. ann. poſſeſſa, tanquàm res concedi ſolita dicitur, per duas vices. Afflict. ibid.

Status vltimus terræ feudalis, an debeat eſſe in conſideratione, vide ibi. nu. 18.

Tempore belli quam poteſtatem habeat dominus directus in caſtris, & quam feudatarius, & ad quid tunc teneatur, vide Capic. deciſ. 7. quando ſubditi teneantur ad cuſtodiam caſtri, & quando non, vide Papon. lib. 13. tit. 4. arreſt. 1. & ibid. tit. 5.

Spoliatus ante omnia reſtituendus, procedit et in feudalibus, & ſi de titulo non doceatur. Capic. deciſ. 69. num. 38.

Barones, & Vaſalli cęperunt eſſe tempore Imperatorum modernorum. Capic. deciſ. 268.

Diſpoſitio iuris communis ſupplet in his, quæ per leges feudorum deciſa non ſunt. Capic. deciſ. 186. nu. fin.

Princeps dicitur eſſe in bona fide dum conceſſit rem deuolutam ob mortem feudatarij, abſq; legitimis hæredibus deſcedentis: quia habuit iuſtam cauſam credendi, quòd eſſet ſua. Put. deciſ. 225. lib. 2. nu. 34.

Venatio de iure prohiberi non poteſt, licèt dominus fundi poſsit prohibere, ne venandi cauſa eius fundum quis ingrediatur. Gram. deciſ. 67. nu. 9.

Venatio dum prohibetur per dominos ſubditis, illis fit pręiudicium, ſi acquieuerint prohibitioni. ibid. nume. 12. vide infra. titu. de venatio.

Diſpoſitio feudalis cauſæ non videtur facta, niſi exprimatur, quia natura bonorum feudalium, ſeparata eſt ab alijs. Gramma. deciſi. 108. nu. 11.

Princeps poteſt de burgenſaticis, & allodialibus facere feuda, & èconträ de feudalibus burgenſatica. Gram. deciſ. 103. nu. 132.

Aſſertio venditoris, facta in inſtrumento venditionis, rem venditam ſe moueri de directo dominio talis domini, non probat ipſius domini fauore, dictum directum dominium. Guid. Pap. q. 24.

Feudorum liber an fidē faciat, vide Guid. Pap. q. 59. nu. 4.

Doctores acquirentes feudum, debent inueſtiri ſoluendo ſimplicia laudimia, ſicut alij nobiles, licèt aliter ſeruetur in plebeijs, qui debēt ſoluere duplicia laudimia. Guid. Pap. q. 88.

Contractus permutationis dicitur, & non feudalis, quando in infeudatione reperitur aliquid datum in recompenſam; feudum enim gratia, & non precio conceditur. Guid. Pap. quæſt. 155.

An debeantur laudimia pro re feudali, ſicut pro emphyteutica, vide Guid. Pap. q. 405. & infra tit. de laudim. rei feudalis.

Feudales conſtitutiones clauſæ in libris feudorum, faciūt ius commune contrà omnes, niſi contrarium ſeruetur per conſuetudinem, vt in patria Delphinatus, vbi fœminæ ſuccedūt in feudo. Guid. Pap. q. 297.

Vaſallus mei vaſalli, non eſt homo meus. Guid. q. 551. nu. 7.

Dominus, qui habet merum, & mixtum Imperium, poteſt facere inuentarium bonorum decedētium relictis filijs pupillis. Guid. quæſt. 631.

Item dominis, & eorum officialibus, competit dare tutelas, & curas. ibid.

Domino competit cogere Syndicos ad rationes reddendas de adminiſtratis in rebus cōmunibus. ibid.

Vendito caſtro, ſeu conceſſo per Principem, venit iuriſdictio, ſed an veniant regalia, vide Boer. deciſ. 50 nu. 11.

Vaſallus, qui petendo feudum obtulit ſe præſtare homagium, & fidelitatem, an iterū teneatur facere homagium domino condemnato ad reſtitutionē feudi, antequam fiat ipſa reſtitutio, vide Boer. deciſ. 103.

Vaſallum lapſum à poſſeſsione, quam dominus acquiſiuit, an teneatur ipſe dominus iterum inueſtire, vide Boer. d. deciſ. 103.

Vaſallus contrà dominum denegantem eū recipere, agit dupliciter, & dominus an pręcisè cogatur inueſtire, vide ibi. nu. 7.

Vaſallus an poſsit ſeruitutem conſtituere, & rem pignori dare, & quando dominus teneatur ſoluere vaſalli debita, vide Boer. deciſio. 181.

Spuri poſſunt inueſtiri de feudo, & ad honores promoueri. Aegid. Bellam. concluſi. 741. nu. 13. vide tamen Capic. deciſ. 32. nu. 7.

Spurij feudorum ſunt incapaces, tamen ex voluntate domini poſſunt admitti; ſed ex quibus poſsit domini voluntas colligi, ita voluiſſe, vide Raud. de anal. cap. 35.

Feudi incrementum, non per aluuionem, ſed ex induſtria, & opera manuali vaſalli, eſt ipſius. Caſſad. deciſio. 1. titu. de acquit. rer. domin.

Princeps reſeruādo ſibi in inueſtituris feudorū ius ſuperioritatis, & reſorti, videtur ſibi reſeruaſſe ſaltem ſecundas appellationis. Ozaſt. deciſ.

deciſ. 101. nu. 9.

Idem quando ſimpliciter concedit feudnm. Frau. Marc. q. 233. & q. 454. nu. 8.

Vaſallorum diuiſio in iuriſdictionibus generat maximum præiudicium; ideò vitanda. Tho. Minad. deciſ. 10.

Quando aliquid debetur ratione domicilij, ſeu fogagij, an facta diuiſione plurium ſimul habitantium, & eorum bonorum, qui cęperunt poſteá ſeparatim domicilium tenere, multipliciter debitum, & quid èconträ, quando plures, qui ſeparatim habitabant, cœperunt ſimul habitare, an minui debeat debitum, vide Pap. lib. 13. tit. 5.

Feuda maiora annexam dignitatem habentia, de iure feudali, etiam conſentientibus conſortibus, diuidi non poſſuut; licèt de conſuetudine aliter ſeruetnr; ſed feuda inferiora non habentia dignitatem annexam diuidi poſſunt, etiam ſine domini conſeuſu. Gail. obſeru. 153. lib. 2. Barto. in l. 12. ff. de condict. furt. Abb conſi. 3. num. 11. lib. 2.

Qualiter feudum diuidatur, vide Crauet conſi. 318. & qnádo, vide Rol. cõſ. 80. vol. 1. Menoc. conſi. 298. lib. 7.

In diuiſione bonorum feudalium, non ſufficit prouocatio vnius vaſalli; ſed omnes conuaſalli debent conuenire, & concordare, aliàs non poteſt fieri diuiſio. Hippol. de Mar. ſingul. 9.

Feudorum iura ſunt ſpecialia contrá regulas iuris cõis, & ideò non ſunt trahéda in conſequẽtiã. Caſſad. deciſ. 1. tit. de acqr. rer. domi.

An ſubditi teneãtnr pro dotanda filia, tàm patre viuente, quàm ipſo defuncto, vide Boer. deciſ. 129. & 130. Marc. q 65. part. 2. & an pluries hoc facere teneantur, vide deciſ. 131. ibi.

Pater licèt pro filia maritanda poſsit taleare ſubditos, non tamẽ poteſt pro filio. Boer. ibi. nu. 14. & 15.

Domini non poſſunt cogere ſubditos ad cuſtodiam nocturnam caſtri. Natt. conſil. 185. Tom. 1. tamen quando cuſtodire turim debeat dominus, & quando communitas, vide Boer. deciſio. 212. Papon. lib. 13. titu. 4. arreſt. 2. & ibid. titu. 5. qui debeant facere excubias, vide ibi. plene.

Capitaneum poteſt dominus in caſtro ponere inuitis hominibus ſuis, & caſtro conceſſa priuilegia, an debeantur alteri, in quo habitãtes ſe conferunt, vide Boer. ibid.

Quando conſtat de recentionibns inueſtitnris, concernentibus inneſtituras vnius territorij, præſnmitur quòd etiam antiquæ continerent territòrium. Ioan. Mohed. deciſ. 283.

Princeps an matrimonij cauſa caſtrum limitroſum famnlo in feudum concedere poſsit, vide Fran. Marc. quæſtio. 87. & quæſtio. 549. par. 2.

Feudum ex cauſa dotis Princeps alienare non poteſt. ibi. Marc.

Homagij præſtatione, an quæratur quaſi poſſeſsio iuriſdictionis, & homagij, vide Marc. quæſtio. 354.

Superioritatem denotant, perceptiones laydæ, bladorum, tribntorum aunnorum, & alioru. Fran. Marc. q. 454. nu. 32.

Si de inriſdictione villæ, vel caſtri diſceptetur, in dnbio de territorio propinquiotis domini, & adiacentis, intelligitur. Marc. quæſt. 454. numi. 33.

De permntatione facta inter Regem Franciæ, & Comitem Sabaudiæ certorum locorum ipſius Sabaudiæ, vide per Marc q. 333. part. 2.

Domini locorum habẽtes iuriſdictionẽ, poſſũt petere cauſas etiam contrà ſe motas, ad ſe remitti. Ioan. Gal. q. 25.

Vaſallus non poteſt onus imponere feudo in præiudicium directi domini. Papon. lib. 13. tit. 1. arreſt. 2.

Princeps non concedit ſubditis vaſalli contrà ipſum vaſallũ, ſaluum conductum. Idẽ lib. 13. tit. 2. arreſt. 5.

Si vaſallus in territorio, de quo fuit inneſtitus inuenerit venas, illæ ad ipſum pertinere debent; & non ad Principem. Crau. conſi. 209.

An Princeps habeat intentionem ſuam fundatam ſuper iuriſdictione, vide Marc. quæſt. 542. part. 2.

Caſtri reintegratio vbi datur, etiam datur iuriſdictionis reintegratio, vbi caſtrum eſt exemptum, & ſeparatum. Iaco. Put. deciſio. 300. lib. 2.

Confeſsio prædeceſſoris, vt nocet ſucceſſori in re feudali; ita & in eius recognitione particulari, quoq; hæredi nocet. Idem Put. deciſi. 365. nu. 11. lib. 2.

Quando domini, & in quibus caſibus poſſint collectam extraordinariam imponere ſubditis, vide infra. tit. de tribut. & collec.

De carreagis, & ſimilibus, quę debent̄ domino, vide Pap. lib. 13. titn. 6.

In feudalibns cauſis, & controuerſijs definiendis, quid obſernandnm, vide obſ. 76. Myſing. Cent. 5.

Feudnm non venit in petitione hæreditatis. Cabal. milleloq. 473.

Conceſſo caſtro, veninnt molendina, merum, & mixtum Imperinm, cum iuriſdictione, & omnibus pertinentijs. Ant. Corſet. in ſuis ſingularibus, litera. P. ſingul. Princeps. 2. & recognoſcens caſtrum, an territorium recognoſcere videatur, vide And. Gail. obſerua. 62. lib. 2.

Quando caſtrum conceditur cum ſuis pratis, iuriſdictione,paſcuis, bannis,taſquis, cenſibus,montibus,nemoribus,& defenſionibus, &c.probantur prædicta eſſe de pertinentijs ipſius caſtri: quia bona, quæ ſunt in territorio comprehenduntur, in conceſsione facta de caſtro cũ ſuis pertinentijs,niſi aliter probentur exempta, & quicquid eſt intra fines Comitatus, præſumitur eſſe de Comitatu. Crauet.conſi.54. nu.9. ſed an per talem conceſsionem bona probẽtur feudalia,vide Rolan.conſ.2.vol.3.

An bona particulariũ exiſtentia intra confines caſtri venditi cum pertinentijs, dicantur cõprehenſa in emptione, vide Crau.conſi.293.

Quando conceditur caſtrum in feudum cum paſcuis,prædijs,nemoribus, iuribusque omnibus ad caſtrũ ipſum pertinentibus,quę bona cenſeantur cõceſſa, & ad quem pertineat onus probandi ipſa bona eſſe de pertinentijs, vide Crauet.conſi.1.pro genero.nu.430.

Quid ſi concedatur caſtrum ſimpliciter nulla facta mentione de pertinentijs, & prædijs,vide ibid. nu.430.

Princeps cõcedens in feudum caſtrum, vel villam,& demum iura quęcunq;, videtur etiam tranſtuliſſe iuriſdictionem. Nat.conſi.405.

Merum, & mixtum Imperium, venir in donatione caſtri, ſeu villæ ſimpliciter facta; tamẽ ſuprema iuriſdictio, remanet penes concedentem. Natt.ibid.

Caſtrum, ſiue feudum,ſi petatur cum iuribus ſuis,videntur etiam peti homines feudi, ſeu caſtri. Blaſ.de Mureone.ſing.1.

Conceſsione facta de caſtro,cum toto territorio,non venit locus ſterilis, nec vſus fluminum.Ludo. Roma.ſing.64.

Dominus territorij tenetur deprędato reſarcire rapinã,in territorio ſuo commiſſam.Gail. obſer.64 lib.2. vbi dictum limitatur.

Quando non apparet de natura feudi, per ſucceſſores ſtandum eſt confeſsioni prædeceſſorum,ſuper hac natura factæ. Hiero.Mago. deciſ.54. Rot.Flor.nu.7.

Vaſallus frui debet feudo, ſi duo domini poſſeſsionem ipſius feudi ratione directi dominij procurarunt, vel ſi tantum actio cum manus iniectione concurrat. Aegid. Magiſtr. tract.de feudis.c.3. in deciſio.diuerſo.

De iuribus vaſallorum circa bona vacantia,piſcationes,nemora,communia,& paſcua territorij,vide Pap.lib.13.tit.2.arreſt.2.& 3.

In feudis attenditur cõſuetudo loci, vbi eſt ſitum feudum, & non loci reſidentiæ Domini directi.ibid. Pap.arreſt.16.

Duobus Dominis cõcurrentibus circa eandẽ rem,ille præfertur, qui prius fuit conſtitutus Dominus eiuſdem rei, quo ad perceptionẽ laudimij: ſed quo ad cẽſum ſubditus poſſeſſor,tenetur ſoluere ambobus ipſum cenſum ſecundum recognitiones. Pap. ibid. arreſt.9.

Dominus non poteſt prohibere ſubditis ædificationem columberij, vbi columbæ morãtur.idem Pap.ibi arreſt.32.

De feudo inueſtiri poteſt quælibet perſona. Hartm. Hart.c.1.tit.de feudis.lib.2.ideò etiã ruſtici poſſunt emere feuda, dignitates, & iuriſdictiones. ibid.c.2.& poſſunt ipſi ruſticu infeudare,& habere vaſallos ſub ſe,dummodo habeant legitimam adminiſtrationem horum bonorum.ibi.c.6.& vniuerſitas feudũ acquirere,& alijs dare poteſt. ibi.c.3.Eccleſia quoque,monaſterium, Clericus, Abbas, Abatiſſa, poſſunt hře feuda à Laicis. ibi.c.4.

Feudum quandoque præmio, quandoque gratia acquiritur. idem Hartm. ibid.c.5.

Ruſticus poteſt emere dignitates,& iuriſdictiones, quæ ſunt de proprio patrimonio venditoris, & licèt de iure communi iuriſdictiones non poſsint vendi, tamen de conſuetudine hoc permittitur. Abb.conſ.3.n.12.

Exceptio competens Domino directo,non poteſt inter vaſallos prætendentes, opponi. Raud.tract.de anal. c.25.nu.13.

Cridæ loquentes de bonis confiſcatis,non trahuntur ad feudalia. Raud. tract.de annal.c. 32.nu.60. vide tamen ibi.nu.61.

Caſtrum ſolitũ infeudari,poteſt ſemper in feudum concedi.Crauer.conſi.54.

Rex donationes facere poteſt regiam dignitatem grauiter non lędentes, quas ſucceſſor in regno, tenetur obſeruare.Craue.conſi.54.

Marchio in ſuo Marchionatu habet loco Principis: ideò poteſt ſtatuta condere iure communi contraria,cum clauſula,non obſtantibus,&c.Craue.conſi.135.

Clauſula,de plenitudine poteſtatis, vti poteſt inferior à Principe, quando ea vſus eſt per tempus, cuius initij memoria non extat in contrarium. Crane.ibi.

Ius appellationis pertinet ad ſuperiorem iure ſuperioritatis, quod ius remiſſum non cenſetur, cùm vaſallus recognoſcit Dominum in ſuperiorem.Crauet.conſi.209.nn.fin.

De iuramento fidelitatis, & homagij, vide ſupra lib.1.titu.de iuramen. fidelit.

Feudatarius inueſtitus de mero,& mixto Imperio,ſtatuta condere poteſt,& ſtatuere,ꝙ pro qualibet beſtia in bonis eius damnum dante,certum quid ſoluatur, & conſtituere camparium. Natt.conſi. 550.

Legitima nõ debetur de bonis feudalib. Crau. conſilio.236.vide infra tit.de legitima. Capic. deciſ.2. maximè in dignitatibus, veluti

in Comitatu. Abb.conſi.3.lib.2.nu.3.

An bona, quæ allegantur feudalia, ſint libera à ſolutione tallearum, veluti ſi feudū eſſet improprium, vide Craue.conſi.293.

An miles hieroſolymitanus ſuccedat in fendo, vide Crane.conſi.303.quando ſit ca pax feudi, vide Natt.conſi.507. & conſi. 508. vbi tenet affirmatiuam, vide tamen. Rol.conſi.23. lib.1.Menoch.conſi.54.vol.1.

Dominus loci poteſt prohibere delationem armorum ſubditis. Craue.conſ.314.& multa alia facere poteſt, de quibus ibid.

Contrà eos, qui ſubditi nō dicuntur, niſi ratione cōtractus, vel delicti, aut rerum, Princeps non exercet poteſtatis plenitudinem. D.Sola in ſuis comment.in antiq conſtitut.Sabaudiæ in proœmio, gl. 2.nu.15.

Præſertim contemplatione bonorum, reſpectu quorum iuriſdictio non fundatur. ibi.nu. 16. nam ſubditū ſola bonorum poſſeſsio non facit.ibid.D.Sola.

Quare ſi vaſallus non alia ratione, quàm feudi, Domino ſubijceretur (cùm Imperium Domino feudum non tribuat) vaſallus ſub Dñi poteſtate non eſſet. idem Senator. ibi.n.14.

Subditus, an quis dicatur ratione bonorum, ſi alibi habitat, vide Crane.conſ.1.par.2.n.16.

Multa alia de materia feudorum, vide per eundem Senatorem, ibi in Proœmio, in tit.de foro competēti.fol. 4. in titu. de iure emphyt. fol.8.& ſeqq. & ibid.fol.53.& ſeqq 59.60.66. 67 69.& ſeqq.71 73.75.76. in titu. de feudis. fol.78.& ſeq.& alibi fol.86.87.167.& fol.196.

Vaſalli, qui feudum habent ab alio vaſallo, ſubfeudatarij, ſeu ſecundi vaſalli dicuntur, quos ſubfeudādo vaſallus retinet quoddam quaſi vtile dominium iure vaſallicij, & in patria Pedem.ſubfeuda hæc, retroſeuda vocantur. idem D.Sol.ibi.tit.de nominatio. gl.2. ſuper decreto, Baronis.fol.85.

Quando iſti retrofeudatari dicantur nobiles, vide ibi.nu.6.8.

Vaſallus, cui conceſſa eſt in Regno ſubinfeudādi facultas, an ſibi, vel Regi ſubuaſallum acquirat, vide Menoch.de arbitr. lib.2.caſ.220.

An vaſallus poſsit feudum ſuum alteri infeudare, vel vendere, vide Hartma. Hartm.c.38. titu.de feudis. lib.2. & facta tali infeudatione, quale ius retineat, vide ibi.c.39.

Furcas erigendi poteſtatem habet ille, ad quē declaratum fuit pertinere, & ſpectare merū Imperium. Dec. conſi.249.

Conceſsio caſtri ſimpliciter, quando dicatur libera, & non in feudum facta, vide Vincent. de Franc. deciſio. 131.

In dubio conceſsio facta à Principe, videtur facta potius ex titulo donationis, quàm in feudum, vt maior ſit liberalitas, propter qualitatē Principis. Dec.conſi.269.& 413.etiam ſi fuerit reſeruata fidelitas. Dec.ibi.Rol.cōſi.2. vol.1.nu.6. vide conſi.3.nu.72. conſil.50.vol.3.& conſi.1.vol.4.eiuſdem Rol. nam conceſſio non cenſetur feudalis, quādo in ea nulla ſit mentio de feudo, ſed ſimpliciter ſit donatio, ſed ex quibus alijs præſumptionibus præſumatur ſimplex donatio, & non feudum, vide per Rol.d.cōſ.1.vol.4.& cōſi.85.Menoch. conſi.2.vol.1.nu.247. & conſi.191.ibi.

Feudorum iura, & conſuetudines poſſunt tolli, contraria cōſuetudine. Dec.conſi.269.nu.8.

De fundamentis, quæ poſſunt adduci pro vna Ciuitate ad probandum, quòd nō ſit ſubiecta alteri, vide per Dec.conſi.360.vol.2.

Feudatarius poteſt habere duos ſuperiores, vnum ratione domicilij, alium ratione feudi.Natt.conſi.3.Tom 1.

Ex quibus cauſis poſsit ſpectare ad Dominos feudatarios cognitio, cauſarum priuarū appellationum, adeò quòd Princeps non poſſit eos priuare hac cognitione, vide p Natt. conſi.98.Tom.1.

Adhærentes dicuntur eſſe liberi, & non ſubditi iuriſdictioni eius, cui adhærent, & ideò ab eo collectari non poſſunt.Natt.conſi.301.

Vaſalli Principis etiam inueſtiti cum mero, & mixto Imperio, non habent cognitionē primarum appellationum de iure cōmuni.Natt. conſi.309.Rol.conſi.75.vol.3.nu.15.

Dñs directus nullam habet iuriſdictionem in vaſallum ex eo, qđ ſit vaſallus, niſi reſpectu rerum feudalium. Natt.conſi 313.nu.4.

Dominus ſicut poteſt cōcedere ius ſubiectionis, qđ habet in ſubditos, ita poteſt concedere primam, & ſecundam cognitionem, ad eum ſpectantes. Natt.conſi.367.

Stipulari poſſe fratrem fratri, ſpeciale eſt iu feudo. Raud.tract. de analo.c.34. nu.71. ideo in alijs remotioribus gradibus, non valet ſtipulatio.Rand.ibi.nu.269.

Quando Princeps conceſsit feudum, & vult illud denuo concedere alteri, an ſit neceſſaria citatio, vide Natt.conſi. 509.

Qñ ſubditi extraordinariè poſsint grauari per Dñm ex aliqua iuſta cā, vide Natt.conſi.380.

Princeps non poteſt deputare conſultorē iuſdicentibus vaſallorum: quia tunc turbaret iuriſdictionem ipſorum, quod fieri non debet. Natt. conſi. 408.

Princeps feudatariorum ſubditos publica vtilitate, & neceſsitate vrgente, collectare poteſt. Natt.conſi. 487.

Princeps poteſt ſeparare caſtrum à caſtro, quādo ſolùm tractatur de eius præiudicio; ſecus ſi caſtrum eſſet ſubiectū iuriſdictioni alicuius

Ciuitatis

Ciuitatis; tunc enim non poteſt de tali caſtro infeudare Dominum ipſius, cum omnimoda iuriſdictione, & per conſequens, nec ipſum caſtrum ſeparare ab ipſa Ciuitate, vide Menoch.conſi.269.lib.3.

Conſtitutiones feudales faciunt ius apud omnes. Guid.Pap.ſing.450.

In contractibus feudalibus, conſuetudo maximè dominatur. Guid.Pap.ſing.594.

Quæ melioramenta facta ſuper rebus feudalibus, debeantur hæredibus meliorantis, vide Auguſt. Bero.q.96.

Quibus iuribus Marchiones Montisferratis effecti fuerint Domini Ciuitatis Caſalis, vide per Natt.conſi.636.

Imperator poteſt infeudare de Ciuitatib. quæ olim creabāt per ſe Magiſtratus, & per eos rempub. adminiſtrabant, & ſuis legibus viuebant. Natt.conſi.640.

Marchio tanquam habens titulum ſpecialem, non comprehenditur in generali feudatariorum ſubiectione, alicui facta per Imperatorem; ſecùs in ſpecifica. Nat.conſi.686.

De validitate donationis factæ de Marchionatu Montisferrati condam Illuſtriſs. Duci Amedeo ſine conſenſu Cæſaris, quæ poſteà tamen fuit ab ipſo confirmata, & ab his, ad quos feudum erat recaſurum, vide per Rol. conſi.2.vol.1.vbi ſcribit pro inualiditate dictæ donationis, ſed Menoch. conſi.1.vol.1. illam ſuſtinet, & pro eius validitate ſcripſit.

Nobiles habentes merum, & mixtum Imperiū, & omnimodam iuriſdictionem, poſſunt inhibere delationem armorum in ſuo territorio. Rol.conſi.3.vol.2.

In generali diſpoſitione, appellatione bonorum, non veniunt bona feudalia. Rol.conſi.29.volum.3.

De validitate conceſsionis feudi, conceſsi per habentem ius in eo, vide Rol.cōſi.100.vol.4.

Feudi naturam in iure duplicem conſiderari; generalem ſcilicet, & ſpecialem, & naturam ſpecialē derogare generali tradit Menoch. conſi.148.nu 9 & 10.

Caſtrum quomodo, & ex qbus actibus, & coniecturis eſſe ſubiectum alicuius Ciuitatis cognoſcatur, & de eius finibus eſſe, vide Menoch.conſ.269 lib.3. & q̄ poſsint adduci ad probandam ſubiectionem, vide ibid.

Feudum ex his cauſis reuocatur, ex quibus legatum. Bar.in l.9.ff.de his, quibus vt indig. legat. aufe.

Feuda non veniunt in reſtitutione fideicommiſsi. Bar.in l.55.ff.ad Trebellianum.

Vaſallus non poteſt Domini conditionem deteriorem facere. Abb.conſi.82.nu.7.

Dominus concedens feudum nobile, tenetur de euictione, ſi vaſallus patiatur aliquam moleſtiam. Abb.conſil.30 lib.2.& ſi non dat feudum promiſſum, vaſallus non tenetur ſeruare iuramentum. Abb.conſi.94.lib.2.nu.fin.

Plura de materia feudorū, vide per Ozaſ.deci. 26.Iaſ.in præludis feudo. poſt titul. de iure emphyt. C. Iacob.de Fran.in ſuo tracta.poſt deciſiones Vincent. de Fran.Iul.Clar.in ſuæ pract.crim.§.feudum.

Oppidum ſe ſubijciēs alicui Domino cum certis tamen capitulis, cenſetur eſſe ſubditum, quo ad illa capitula tantùm, non autem quo ad alia. Ozaſ. deciſ.139.nu.23.

Vide multas obſeruationes, circa materiam feudorū per Hartm.Hart.tit.de feudis.lib.1.

Si duo ſunt Dñi eiuſdē caſtri, & de eius regimine inter ſe diſentiant, alternis annis quilibet regere debet. Roma.ſing.766.

De feudi alienatione, & diſpoſitione.

Subditi inferiorem dominum habere non coguntur. Ozaſ.deciſio. 139.n.25. nā dñs directus nō pōt alienare ius ſuū, ſiue feudum inuito vaſallo: ſicut ècontrà, nec vaſallus abſque Domini voluntate. Capic. deciſ.162.vide Iaco.Put.deciſ.39.& 40.Fran. Marc.q.337. Crauet.conſil.54.& 318. Natt. conſi.367. Hartma. Hartma.c.41.tit.de feudis. lib.2.

Dominus an poſsit dominium vaſalli in alium transferre irrequiſito ipſius vaſalli cōſenſu, vide Guid.Pap.q.560.Vinc.de Fran.deci.17.

Directus Dominus nō cogitur recipere alium vaſallum, volentem eum recognoſcere. Ioſ. Ludo.deciſ.Luc.9.

Vaſallus inuitus alienari non poteſt; ſecùs in iuribus pecuniarijs, vel quādo vaſallus alienatur cū vniuerſitate. Gaſp.Cabal.milleloq. 21.Alex.Raud.in ſuo tracta. de anal.c.34 nu. 30.vide D.Sol.in ſuis comment.in antiq.cōſtitut.gl.ſuper 1. par. decreti.frequētibus.tit. de pact.inter emptio.& vendi.num.66. Abb. conſi.4.lib.2.

Vaſallus an hypothecam, vel ſeruitutem feudo imponere poſsit, vide Ozaſ.deci.156.nu. 8.& 13.Hart.Hart.c.21.& 29.ti.de feud.lib.2.

Hæredis dictio in materia feudali, regulariter intelligitur de hærede ſanguinis; non bonorū.Ozaſ.deciſ.161.nu.15.imò de filijs.Gram. deci.101.nu.126. Guid.Pap q.59. Fel.cōſ.28. gl.in l.17.§.fin. ff.ad Senatuſcon. Trebell.

Agnatus debet eſſe cautus, vt probet ſe eſſe de deſcendentibus primi inueſtiti, aliàs nō obtineret, & non ſufficit ꝓbare ſe eſſe ex tranſuerſalibus. Ozaſ.deciſ.161.num.7.

Non ob ſtante quittatione omnium bonorum facta per fratrem, ipſe admittitur ad ſucceſſionem feudi. Ozaſ. ibi. nu. fin. quia renunciatio ſucceſsionis bonorum, nó extenditur ad bona feudalia. Gram. deciſ. 101. num. 9. And. Gail, obſer. 154. libr. 2. nu. 16. Dec. conſi. 269. nu. 24. vide tamen Myſing. obſer. 66. cent. 6. fallit in caſu, de quo per Rol. conſi. 64. vol. 2.

Alienandi facultate alicui conceſſa in caſu neceſsitatis, ad hoc, vt valida ſit alienatio, quæ cõcurrere debeant, vide. Ozaſ. d. deci. 171. n. 24. vbi plenè de licentia alienandi feudum, & deciſ. 172. quód reſtringi debeat ad vitam alienantis, ſcribit Ozaſ. deciſ. 164. num. 16. & ad feudum nouum. Iac. Put. deciſ. 66. lib. 1.

Stantibus allodialibus, non poſſunt feudalia ex forma decreti alienari. Ozaſ. deciſ. 174.

Oblatio in caſu alienationis faciẽda eſt agnatis; ſed qualiter, vide Ozaſ. deciſ. 175.

Tempus ad reuocandum feudum alienatũ nõ currit, niſi à die ſcientiæ, & ſciẽtia debet eſſe certa. Ozaſ. deciſ. 176.

Tempus vnius anni, quod competit filijs, vel agnatis ad recuperationem feudi alienati in agnatum remotiorem, ad annos 30. extẽdit, qñ alienatio eſt facta in extraneũ, & vtroque caſu non aliàs currit præſcriptio, niſi à die ſcientiæ. ibid. nu. 2. & feudũ ex cauſa neceſsitatis alienatum ſeruatis ſeruandis, an poſsit per proximiorem agnatum recuperari oblato ꝓcio, vide Perilluſt. D. P. Teſſau. deci. 99.

Reuocatio alienati feudi facta per hæredem, non extenditur ad bona feudalia obligata pro dote vxoris defuncti, alienantis ſaluo aſſenſu domini, dummodo poſt ipſam reuocationem, mulier impetrauerit aſſenſum Domini. Afflic. deciſ. 111.

Alienatio feudi facta ſine regio aſſenſu, reuocari iure proprio poteſt, per alienantem, vel eius hæredem, niſi in dote. Afflic. ibid.

Alienatio feudi facta per patrem ſine filij conſenſu, interueniente regio aſſenſu, an poſsit per filium reuocari, vide diſtinctioné Afflic. deciſio. 112.

Ius reuocandi alienationem feudi, an tranſeat in ſucceſſorem, vide ibi.

Aſſenſus Regis præſtitus ſuper alienatione feudi, ita præiudicat Regi, ꝙ alienante ſine deſcendentibus mortuo, non reuocetur per Regem. Afflic. deciſ. 112. nu. 8.

Si hæres patris vult venire contrà factũ ipſius patris alienantis rem feudalem, vt allodiam, teneť emptori bonæ fidei reſtituere preciũ, exiſtens tempore reuocationis, ſi fuit augumentatum, & talis emptor facit fructus ſuos propter ignorantiam; ſecùs ſi ſciuiſſet rem eſſe feudalem; quia tunc non feciſſet fructus ſuos, minus recuperaret precium. Afflict. deciſ. 278.

Feudi alienatio Rege conſentire nolente, reuocari poteſt, non obſtante iuramento. Afflic. deciſ. 335. nu. 11.

Aſſenſus impetratus poſt reuocationem obligationis bonorum, nihil operatur. Afflic. deciſio. 335. nu. 14. nam aſſenſus Regis poſt ius quæſitum parti, non valet in eius præiudiciũ. Afflict. ibid.

Feudum licèt à creditorib. capi, & vendi poſsit conſuetudine, vel ſtatuto; tamen directus Dominus offerre, & redimere poteſt ab ipſis creditoribus. Capic. deciſ. 99. nu. 7. an Dominus habeat ius prælationis in feudo quotiẽſcunque Vaſallus vult vendere, vide Marc. q. 364. Ioan. Papon. lib. 13. tit. 1. arreſt. 5. 6. an tale ius poſsit cedi, vide per Marc. q. 2. par. 2.

Feudi reuocatio, an permittatur agnatis viuo alienante, & extantibus filijs, vide Perilluſtr. D. Præſ. Teſſau. deciſ. 99.

Feudum etiam Dñi ꝑmiſſu, agnato remotiori alienatũ, alienatore extincto, rectè ab agnato proximiore precio non reſtituto, auocať. Craue. cõſ. 1. pro genero. n. 21. 204. 291. & 295.

Etiam ſi Dñi permiſſu feudum alienetur agnatis, tamen noxia alienatio nó eſt, quominus alienatore ſublato, ad feudum aſpirent. Grauet. pro genero. conſi. 1. nu. 295.

Feudum proprium in dubio cenſetur: ideò qui impropriũ, hæreditariũ ſimpliciter, atq; alienabile feudũ aſſerit, probationib. validiorib. oſtendere neceſſe habet. Crauet. ibi. nu. 314.

Feudalia bona ſub generali locutione, vel donatione, non veniunt. Afflict. deciſ. 14.

Item bonorum paternorum appellatione, non includuntur feudalia. ibid. Afflic.

Feudi vẽditio ſine regio aſſenſu eſt nulla. Affli. deciſ. 60. nam diſpoſitio nulla valet in feudis ſine regio aſſenſu; ſed pro intelligentia dicti, vide Afflict. deciſ. 119.

Alienatio feudi ſine regio aſſenſu, non excuſatur etiam in contractu nullo, propter nullitatem. Afflict. deciſ. 197.

Commertium omne ſuper feudis ſine Dñi conſenſu eſt prohibitum, & remiſsio iurium ad feudum, dicitur donatio. Affl. deci. 232. nu. 3.

Feudi hypoteca ſine regio aſſenſu non procedit, neque aſſenſus poſteà interueniens retrotrahitur in tertij præiudiciũ, cui ius quæſitum erat, per emptionem legitimè factam. Afflict. deciſ. 286.

Omnes alienationes in feudis ſunt prohibitæ, ſed quid in alienatione, quæ fit ob vrgentem neceſsitatem, quando fieri poſsit abſq; conſenſu domini, vide Myſinge. obſerua. 30. cent. 6.

Conſen-

Conſenſu domini, & aliter alienatio facta eſt nulla, adeò vt nec longiſsimo tempore tunc feudum præſcribi poſsit, nec defendi poſset alienatio ex licentia conceſſa alienandi primo inueſtito nominatim, quando ſucceſſor feudum alienaſſet, quia interpretatur perſonalis. Natt. conſi. 163. & ſeqq. Tom. 1.

Feudale ſeruitium tranſit ad emptorem pro tempore præterito, vaſallo feudum de Regis conſenſu alienante. Afflict. deciſ. 95. nu. 4.

De iure communi omnes filij æqualiter ſuccedunt in feudo, niſi in feudo Comitatus, vel Marchionatus. Afflict. deciſio. 119. vel niſi probetur, quòd in ipſo feudo viuat iure francorum. Afflict. ibi.

Decreta dominicalia diſponentia ſuper alienatione bonorum feudalium, ſunt ſtrictè intelligenda, eorumq; forma debet obſeruari, & probari, aliàs alienatio eſt nulla. Ozaſ. dec. 165. & forma, vel qualitas in dicto decreto requiſita, ad vnguē obſeruari, & probari debet. ibid. num. 4.

De conſenſu, ſiue licentia Principis à decreto in alienatione feudi requiſita, vide Ozaſc. deciſi. 166.

Conſenſus Principis habetur pro nō adhibito, quando nō eſt ſeruata forma tradita. ibi. nu. 6. & ratificatio Domini ſuperueniēs, agnatis non præiudicat. ibi. nu. 11.

Statuta correctoria iuris communis etiam in materia feudorum, qualiter intelligi debeāt, & pro quibus cauſis permittatur alienatio feudorum, vide Ozaſ. deciſ. 167.

Feudum de iure communi ex cauſa dotis, vel alia neceſſaria, alienari non poteſt. Ozaſ. ibi. num. 21. nec obligari. Afflict. deciſio. 111. niſi ad vitam vaſalli. DD. de Rota, deciſio. 1. de feudis in nouis, vide Myſing. obſ. 36. centu. 4. Rol. conſi. 97. vol. 1.

Debita voluntariè contracta ante conceſſam licentiam alienandi, an dicantur cauſam vetuſtiorē habere; ita vt pro eis valida ſit alienatio, vide ibi. nu. 16. deciſ. 267. Pede.

Dotis conſtitutio, ſiue reſtitutio, dato quòd ex matrimonio voluntariè contracto procedat, nihilominus voluntaria non dicitur. Ozaſ. deciſ 168 nu. 19.

Decretum Blanchæ loquens de debitis, intelligitur de neceſſarijs, quod multis rationibus comprobatur. ibi nu. 22.

Verba vniuerſalia in decretis poſita, ad ſubueniendum quibuſcunque neceſsitatibus, reſtringuntur ad habilitatem, vt contrarietas, abſurditas, & quanto minus fieri poſsit, correctio iuris communis feudorum, euitetur. Ozaſ. deciſi. 169.

Verba decreti Filippi Ducis incipientis, item quia verba, per quæ ſucceſſor feudi cogi poteſt alienare feudum, pro ſoluendis debitis, pro quibus poterat defunctus, declarantur. ibi. deciſ. 170.

Stante ſtatuto, & conſuetudine, quòd bona feudalia poſsint alienari in caſu neceſsitatis, nō habet locum ſtatutū, quando quis ſuo facto, vel prodigalitate ſe in neceſsitate cōſtituit. Ozaſ. deciſ. 170. nu. 6.

Feudum alicui conceſſum pro conſtituēdis dotibus eius filiabus, reuocari poterit, ſi de alijs bonis paternis filiæ dotentur. Ozaſc. deciſi. 171. num. 7.

Conſuetudo res feudo redititias alienare concedens irrequiſito domino, quæ requirat, vide Afflict. deciſ. 129. nu. 14.

Feudi Dominus incultam rem ſub canone, pōt redigere ſine regio conſenſu, vt fertileſcat. ibi. nu. fin.

Renunciatio hypothecæ rei feudalis facta ſine Domini conſenſu, valet. Afflict. dec. 232.

Licèt feudum non poſsit alienari directè, vel indirectè ſine conſenſu Domini: tamen in augumentum feudi, poteſt fieri alienatio ipſius, ſine conſenſu Domini. Affli. dec. 111. nu. 5. & deciſio. 232.

Feudi alienatio facta in augumentum illius, nō requirit conſenſum Domini, & dicitur facta in augumentum, quando iuuenis vendit ſeni, & habens filios, non habenti, vel aptiori ad præſtandum ſeruitium, aut promittenti ſeruitium duplicatum. Capic. deci. 100.

Alienabilis res ſemel facta, perpetuò durat alienabilis. Capic. deciſ. 156. nu. 22. tamen quod dicitur bona ſemel alienata alienabilia perpetuò manere intelligitur, quādo adeſt prohibitio perſonalis; ſecus ſi realis. Crauet. pro genero. conſi. 1. nu. 489. vide Natt. conſi. 321.

Conſuetudo, per quam dicitur feudum fuiſſe effectum alienabile, quomodo probanda, & quid probandum ſit, vt ſit valida, vide Menoch. conſi. 226. nu. 39. lib. 3.

Feudatarius nō poteſt remittere minimū quid in feudo. Afflict. d. deciſ. 232. nu. 8.

Sufficit conſenſus Baronis in alienatione feudi plani, & de tabula: ideò non reuocatur alienatio ex quo non interuenit cōſenſus Regis, & conſenſus ipſius Baronis poteſt probari per teſtes. Afflict deciſio. 243 aliàs conſenſus Regis requiritur, quando Baro infeudat. Idē deciſ. 282. num. 5.

De aſſenſu regio ſuper alienatione feudi, per verbum fiat, vide Afflict. deciſ. 253.

Communio inter duas ciuitates ſine regio aſſenſu, an præſcribi poſsit longiſsimo tempore, vide Afflict. deciſ. 254.

Feudatarius an poſsit rem infeudare in perpetuum

perpetuum

petuum irrequiſito Domino, vide Afflict. deciſi. 305.

Caſtro à Domino vēdito, iura alteri infeudata non intelliguntur vendita; quia ius, quod habet conceſſor, in conceſsione tantùm venit. Afflic. deciſ. 334.

Aſſenſus Regis in ratificatione alienationis rei feudalis, non eſt neceſſarius. Afflict. deciſio. 285. num. 17.

Aſſenſus non regiſtratus intra tempus datum in regia camera, pro non præſtito habetur. Afflict. deciſi 335. nu. 16.

Regis aſſenſus de perſona ad perſonam, nō extenditur. ibi. nu. 17.

Aſſenſus feudatario præſtitus ſuper alienatione facienda, vel exequutione, nō prodeſt, ſi alienatio, vel exequutio erat per prius facta, Domino inſcio. Afflict. deciſ. 355.

Non requiritur aſſenſus, vbi alienatio fit in præſentia Domini ſcientis. Capic. deciſ. 100. nu. 6. quia tunc præſentia habetur pro aſſenſu. Capic. deciſ. 156. nu. fin.

Aſſenſus Regis, an præſtandus ſuper feudo pro dote obligato per maritum, qui delictum nundum accuſatum, commiſit, vide Afflict. deciſio. 381.

De probatione aſſenſus ſuper alienatione, vel obligatione feudali, vide per Afflic. dec. 398.

Feudum datum in dotem reuertitur, ſi nō oſtēdatur ſcriptura aſſenſus, vide ibi.

Aſſenſus non requiritur, vbi in inueſtitura fuerat adiecta clauſula, ad vendendum, & alienandum inter viuos, & in vltima voluntate. Capic. deciſi. 64. nu. 3.

Aſſenſus regis faciens mentionē de inſtrumēto venditionis viſo, probat inſtrumentū. Capic. deciſio 86.

Aſſenſus in teſtamentis poteſt impetrari, etiā poſt mortem teſtatoris Capic. deciſ. 115.

Legatum de feudo roborari poteſt per conſenſum Domini, ſicut roboratur alienatio. Capic. ibi.

Aſſenſus præſtari nō poteſt in alienatione, mortuo alienante, niſi hæres conſentiat, & ſuper hoc conſenſu alius impetretur aſſenſus. Capic. ibid. num. 4. Gramma. deciſi. 103. nu. 109. & num. 120.

Aſſenſus factus Titio, quòd alienet feudū, prodeſt hæredi Titij decedentis ante alienationem, & quid ſi moriatur Rex ante alienationem, an requirat nouus aſſenſus, vide Capic. deciſ. 121. nu. 11.

Aſsenſus Regis in pacto de vendēdo feudo, requiritur. Vincen. de Fran. deciſ. 48. vide deciſ. 105. Afflic. tamen tenet contrarium.

Aſſenſus ſuper facta vēditione pſtitus, ad faciēdā nō porrigitur. Idem de Fran. d. deciſi. 105.

In caſibus, in quibus Domini conſenſus requiritur in alienatione feudi, an ſufficiat tacitus conſenſus, & quid ſi Domini ratihabitio ſit ſequuta, vide Myſing. obſer. 87. Cent 4.

Quando in alienatione feudi concurrunt maior, ſiue ſuperior, ac proximior dominus, an vtriuſque conſenſus requiratur, vel maioris domini conſenſus ſufficiat, vide Myſing. obſ. 66. cent. 5.

Vaſallus non poteſt feudum alienare, niſi de cōſenſu domini, licèt in inueſtitura dicatur, ad dandum, vel vendendum, vide Dec. conſ. 614. & conſi. 180.

Vaſallus non poteſt ſibi aſſociare alium in feudo ſibi collato ab Imperatore, ſine eius cōſenſu: quia talis aſſociatio eſſet alienatio. Natt. conſi. 288.

Facultas conceſſa vaſallo alienandi feudum, debet intelligi, vt poſsit alienare ſine Domini conſenſu. Roland. conſil. 2. nume. 13. & 60. vide conſil. 79. nume. 25. volum. 2. eiuſdem, & conſi. 55. volu. 3.

Diſpoſitio teſtatoris, & ſi in feudalibus nō valeat: tamen fallit ſi confirmetur à directo Domino, de cuius præiudicio tractatur. Rol. conſ. 71. vol. 2. nu. 15. vide Menoch. conſ. 104. nu. 26. lib. 1.

Quando vaſallus poſsit de feudo teſtari, vide ibi. & conſil. 79. volum. 2. conſil. 10. nume. 30. volum. 3.

Compromiſſum de re feudali ſine conſenſu Domini fieri non poteſt, maximè quando tractatur de præiudicio Domini. Roland. conſi. 22. volum. 4.

Vaſallus alienans feudum propter aliquam neceſsitatem, non poteſt talem alienationē facere ſine cōſenſu Domini, & aliter facta, nō tenet. Rol. conſi. 56. vol. 4.

Quando feudum de conſenſu Domini poteſt alienari, requiritur conſenſus, non ſolùm Domini mediati, ſed etiam immediati. Menoch. conſi. 226 nu 159. lib. 3.

In feudi ſubinfeudati alienatione, cuius conſenſus requiratur, vide Hartma. Hartma. capit. 40. tit. de feudis. lib. 2.

Iuramentum alienantis feudum habet in ſe tacitam conditionem, nempè, ſi dominus alienationi conſenſerit. Capic. deciſ. 100.

Priuilegium venditionis factæ per Regem, continens clauſulam, cum regalibus, angarijs, & parangarijs operatur, quod Baro poſsit exigere ſeruitia, quæ poterat Rex. Capi. dec. 118.

Feudum conceſſum tibi, & cui dederis, tu poteris alteri dare. Capic. deciſ. 121.

Ceſſio litis, & cauſæ ſuper feudo, non valet ſine Regio aſſenſu, ſed ceſſio iuris hypothecæ in feudo, valet abſq; cōſēſu regio. Capi. dec. 155.

Mulier

Mulier habens fendum pro dote hypothecatū cum aſſenſu regio, poteſt hypothecã remittere ſine aſſenſu. Capic. ibi. nu. 7.

Subfeudatarius, ſi tenunciet fendum Domino immediato, non requiritur in huiuſmodi ceſſione, Regius aſſenſus. ibi. nu. 13. & 20.

Vaſallus de iure communi, poteſt ſine Domini licentia trãſigendo, dimittere feudum penes poſſeſſorem, quia tunc non dicitur alienare. Capic. deciſ. 156. nu. 16.

Principalis, ſi non reuocanit obligationem bonorum feudalium ſine aſſenſu, poſt eius mortem, non poteſt eius hæres reuocare, ſed fauore dotis cogitur habere ratum. Gram. dec. 101. nu. 121.

Feuda dum ſunt alienabilia, ſunt ad inſtar allodialium. Gram. ibi. nu. 127.

Inneſtitura, q̃ verba cõtinere dẽat, vt feudatarius inueſtitus in alienatione non teneatur Dominum requirere, vide ibi. num. 130. Tho. Minad. deciſ. fin.

Rem fendalem, ſi emerim, & velim præſtare fidelitatem Domino, cum recognitione homagij, an Dominns poſsit recuſare, & ſic an teneatur conſentire vaſallo vendenti, vide Guid. Pap. q. 415.

Teſtator de rebus fendalibns teſtari nõ poteſt, & aliquod onus imponere regulariter. Fran. Marc. q. 335.

Socius an, & quando partem caſtri ad conſocij enulationem vendere poſsit, vel teneatur ipſam vendere conſocio, vide Marc. quæſt. 364.

Regulariter filinsfamilias de feudo teſtari non poteſt: fallit in feudis regalibus, & donationibus imperialibus. Vincent. de Fran. deciſio. 4.

Proximior agnatus cõſentiens alienationi feudi, præiudicat filijs. Myſing. obſ. 50. cent. 1. & obſer. 55. cent. 5.

Vaſallus poteſt feudū alteri infeudare ſine cõſenſu Domini, agnatis tamen nõ præiudicat talis infeudatio. Myſing. obſer. 62. cent. 1.

In fideicommiſſo bonorum generali, nõ veniũt fenda, nam in diſpoſitione generali, bonorū appellatione non continentur. Hiero. Mago. deciſio. 54. Rot. Floren. num. 17. & feudalium alienatio, non includitur in generali alienatione. Raud. tracta. de anal. c. 22. nu. 92. vel diſpoſitione, vide Craue. conſil. 256. & 303.

Qualiter vaſallus poſsit diſponere de feudo, & ſe iunare de illo, vide Ioan. Pap. lib. 13. titu. 1. arreſt. 4.

Decretum dominicale tribuens facultatẽ alienandi feuda propter dotes, & alia debita neceſſaria, non porrigitur ad debita ab initio voluntaria, ſed ſolum ad neceſſaria, ad quæ quis à lege, vel à natura perſoluẽda, cogi poteſt. Raud. tract. de anal. cap. 15. nu. 214. vide Ozaſ. deciſi. 171.

Alienatione prohibita, cenſetur prohibita trãſactio, per quam trãsfertur res in alium: ideò tranſactio, per quam feudum alienatur, non valet. Craue. conſi. 197.

Quando feuda fuerunt conceſſa accipienti pro ſe, & ſucceſſoribus ad faciendum, & diſponẽdum ad libitum, tunc feuda non amplius retinent naturã feudi: quia pñt eo caſu trãsferri in extraneum. Crau. conſ. 256. nu. 4. & clauſula ad habendum, tenendum, &c an faciat feudum alienabile, vide Perilluſt. D. P. Teſſau. dec. 146. n. 6. ſed per clauſulam appoſitam in inueſtitura, quod inueſtiti faciant quicquid voluerint de feudo, tale feudū redditur alienabile: quia ex tali clauſula cenſetur data facultas alienandi. Craue. conſil. 1. pro genero: num. 292. quod intellige hoc procedere, quo ad Dominū; ſecùs quo ad agnatos. Crau. ibi. nu. 295. vide nu. 297.

Prohibitio alienationis feudi non habet locū, quãdo fieret alienatio in fratrem, aut alium agnatum habilem ad ſucceſsionem feudi, in quem poteſt fieri alienatio ſine cõſenſu Domini. Crau. conſ. 303. nu. 4. Caſſan. in cõſuetu. Burg. tit. *des fiedz* §. 8 glo. 2. num. 8. ſi agnatus emptor, erat immediatè ſucceſſurus. Rol. cõſ. 64 vol. 2. nu. 19. Afflict. deciſi. 111. nu. 5.

Ex decreto antiq. permiſſa eſt feudi alienatio ex cauſa neceſſaria: Item valet alienatio, ſi fiat de conſenſu actoris. Crau. ibi. num. 21.

Quæ cauſa neceſſaria debet legitimè probari, nec ſufficit aſſertio partis, vel Principis. Cra. ibi. nu. 24. quæ verò dicãtur cauſæ neceſſariæ, vide ibi. num. 32.

Per decretum antiqnum verbum vniuerſale appoſitum in inueſtitura hoc modo, pro ſe, & hæredibus ſuis quibuſcunq; reſtringitur, ne ob id feudum intelligatur alienabile; ſecùs de iure communi. Crau. pro genero. conſil. 1. nume. 320.

An feudū dicatur alienabile, vel non, vide plenè Crau. ibi. num. 292. & ſeqq.

Vaſallus in ſui præiudicium feudi naturam mutare poteſt: ideò nõ poteſt venire contrà ſuã alienationem, licèt illa non noceat agnatis. Craue. ibi nu. 328.

Ex actu reuocato cõſuetudo alienandi fendū, induci non poteſt. Crau. ibid. nu. 484.

Tempus antiqnum, quod hominum memoriam excedat, conſuetudo feudi alienandi expoſtulat. Crauet conſi. 1. pro genero. num. 486. & tunc etiam probare oportet feudum fuiſſe alienatum ob cauſas volũtarias. ibi. nu. 487. limita, vt nu. 490.

Camera, ſi ſibi videtur emptorem non eſſe inueſtiendum ſecundum formam,& antiquam feudi naturam, debet ab inueſtiendo abſtinere, vt facultatem emptor habeat recedendi à contractu. Illuſt. Senator Sol.in ſuis comment. in antiq. conſtitutio.gloſ. in proœmio. nume. 31.

Licèt agnatus alleget bona eſſe feudalia, & ſe offerat paratum probare, non ob id poteſt impediri extraneus hæres,quominus debeat mitti in poſſeſsionem bonorũ hæreditariorum.Rol.conſi.2.vol 3.

Valet conſuetudo,quòd bona feudalia alienari poſsint, & licèt conſuetudo eſſet limitata in venditione, idem procederet in datione in ſolutum. Dec. conſi. 586. Natt. conſil. 322.

Poteſt Imperator ex cauſa concedere facultatẽ vaſallo,vt poſsit de feudo teſtari,in præiudicium agnatorum.Dec.conſi.588.

Feudum non poteſt donari, ſed an poſsit hypothecari,ſuper eo tranſigi,vel iuramentum deferri,aut poſsit vaſallus de feudo alium infeudare,vel locare,vel dare in dotẽ,aut permutare,vide Caſſan.in conſuetu.Burg.tit. *de feud.* §.8.glo.2.nu 9.

An poſsit conſtituere ſuper feudo ſeruitutẽ, vel vſumfructum, aut penſionem,vide ibi.

Feudum,ſi recipitur pro ſe,& hęredibus,& quibuſcunq; habentibus cauſam ab eis, alteratur natura eius,ita vt poſsit vaſallus diſponere de eo,ſine licentia Domini,in teſtamẽto, & inter viuos.Natt.cõſi.216.Tom.1.vide Rol. conſi.3.vol.1.nu.61.& tũc trãſit in extraneũ. Rol.conſ.41.vol.4.

Licèt feudum poſsit alienari in alium agnatũ: tamen hoc non procedit in feudo Marchionatus Natt.conſi.289.

Licèt clauſula pro ſe, & quibus dederit,importet alienandi licentiam; tamen iſtud intelligitur,dummodo non fiat alienatio in perſonas prohibitas.Natt.conſi.491.ſed quę dicãtur perſonæ prohibitæ,vide ibi.

Feudatarius abſq; conſenſu Domini, vſumfructum conſtituere non poteſt,aliàs eſſet alienare,ſecùs quo ad fructuum commoditatẽ. Natt.conſi.563.

Vaſallus inueſtitus de feudo ſub verbis, quòd poſsit diſponere,& ordinare prout ipſe Princeps ante contractum poterat, non ob id, poterit feudum alienare maximè, ſi hæc verba ſint appoſita in clauſulis acceſſorijs,& exequutiuis.Natt.conſi.582.

Feudi antiqui renunciatio facta in manibus Domini,licèt agnatis non præiudicet:tamẽ vbi feudũ per competentes inueſtituræ clauſulas eſt alienabile (ex quo poteſt in extraneos alienari) fieri poteſt ,etiam in agnatorum præiudicium: ita vt renuncians inueſtiatur de feudo nouo.Natt.conſi.615.

Idem iudicandum eſt de caſtris donatis ab Imperatore pleno iure, quod de bonis merè patrimonialibus.Roland.conſi. 2. volu. 1. & conſi.3.nu.73.

An feudum francum, & liberum poſsit alienari irrequiſito Domino, vide Rol. conſi.2. num.29.& 134.

Clauſula pro te,& quibus dederis,æquiparatur clauſulæ pro te, & quibuſcunq; hæredibus: Idem in clauſula, & quibus iura tua concedere volueris. Roland. conſil.79. nume. 20. volum.2.

De feudi alienatione, & reuocatione, vide per Hartma.Hartma.cap.5.tit.de feudis.lib.1.

Quando opponitur feudum fuiſſe effectum alienabile per commutationes, & diſpoſitiones ſuper eo factas, quid iuris,vide Menoch. conſi.202.nu.71.lib.3.

Verba pro ſe,filijs, & deſcendentibus poſita in conceſsione vectigalia,facta à Principe ex cauſa onerosa,non tribuit ius filijs acquirentia,quominus ipſe de ipſo vectigali, ſicut de cœteris bonis,poſsit diſponere.Menoch. conſi.309. lib.4.

De alienatione feudi ex pacto, & prouidentia, hæreditarij,vel mixti,vide infra tit.de feudo ex pacto,& prouidentia,&c.

Etiam de alienatione feudi antiqui, vide infra tit. de feud. antiq. & de alia,de feudo nouo, infra tit.de feudo nouo.

Feudum emptum pro ſe, ſuiſq; hæredibus, & ſucceſſoribus, poteſt aſsignari per maritum pro reſtitutione dotis ſuæ vxoris;ſed quid ſi per rebellionem fuerit hoc feudo priuatus,& deinde reſtitutus,an facultas alienandi primo loco data,cẽnſeatur reuocata, vide Menoch.conſi.373.lib.4.

Decretum Principis,per quod prohibetur alienatio feudi in extraneos, & fęminas,nõ procedit in feudo cõceſſo propter benemerita. Menoch.ibi.nu.12.

Idem iudicandum eſt de pertinentijs,quod de re ipſa principali, à qua ipſe pertinentiæ regulantur.Menoch.ibi.nu.76.

Feudatarius poteſt alteri in feudum dare ſuũ feudum,etiam inuito Domino,tamẽ primus feudatarius poteſt renunciare ius feudi in manibus Domini, in præiudicium ſecundi. Lud.Rom.ſing.184.

Vaſallus nõ poteſt de feudo(etiam pro anima) diſponere de iure ciuili; ſecùs de iure canonico.Idem Rom.ſing.535.

Vaſallus volens feudum alienare, debet habere Domini conſenſum,& Dominus ſciens,& tacens

tacens conſentire non videtur. idẽ ſing.720.

Secùs ſi ſit præſens,& taceat non contradicendo. Hiero. Boer. in ſuis ſingularib. tit. auctoritas. nu. 15.

De alienatione feudi franci, & recti, vide infra tit. de feudo franco, &c.

Feudum licèt non poſsit alienari inuito Domino, tamen hoc fallit, quando emptor vult ſubire omne onus, quod ſuſtinebat primus feudatarius. Ant. Corſet. in ſuis ſing. litera F. ſing. feudũ. Bar. in l. 11. C. de murilegul. li. 11.

Vaſallus an poſsit pignorare feudum pro ſeruitio militari, vide Io. Ant. Trigo. ſing. 50.

Feudatarius, qui fecit alium feudatarium, non poſsidet. Bart. in l. vnica. §. hac ſatiſdatione. C. vti poſsidetis. nu. 10.

Abbas, q pôt alienare feudalia, an illa poterit alienare, quæ ad Eccleſiam erant reuerſa, vide Bar. in l. 5. C. de bonis vacantib. li. 10.

Feudum non poteſt pignori obligari. Bart. in l. 99. de legat. 3.

Feudum poteſt capi in cauſa indicati ex ſecundo decreto. Bar. in l. ſi finita. §. ſi de vectigalibus. ff. de dam. infect.

Nobilis, cui eſt conceſſum ius colligendi pedagium, an poſsit illud vendere ſine cõſenſu cõcedentis, vide Bar. in l. 9. ff. de aqu. plu. arc.

Vaſallo alienante ſaluo cõſenſu Domini, ſi Dominus poſt mortem vaſalli conſentiat, talis conſenſus non præiudicat agnatis, quib. ius erat quæſitum. Ozaſ. deciſ. 119. num. 26.

Feudum acquiſitum etiam pro ſe, & filijs numerato pretio, non cẽſetur ex pacto, & prouidentia dantis conceſsum, & conſequenter nullũ ius quęritur ipſis filijs beneficio concedentis, ſed ſolius patris acquirentis, qui ob id ad libitum diſponere de eo poteſt. Menoch. conſi. 158. lib. 2. nu. 76.

An, & quando vaſallus poſsit alienare feudum Domino irrequiſito, vide Caſſan. in conſuet. Burg. tit. *des fiedz* §. 8. glo. 2. nu. 44.

Si agnatus habeat feudum ab agnato, cui etiã erat ſucceſſurus, tenetũ petere renouationem inueſtituræ intra annum, & diem. ibi. nu. 46.

Qñ in inueſtitura adſunt hæc verba, concedo tibi feudum, & quibus dederis, per illa cenſetur data alienandi facultas. Caſſan. ibi. nu. 49. Rol. conſi. 3. nu. 61. vol. 1.

Idem, qñ fuit conceſſum feudum alicui pro ſe, & hæredib. ſuis, & quibus dederit, tunc enim poteſt alienari, etiam in extraneã perſonam. Natt. conſi. 159. nu. 12. & conſi. 322. Rol. cõſi. 42. idẽ in feudo empto. Natt. d. cõſi. 159. vide & conſi. 216. vel conceſso pro annuo cenſu. Nat. ibi. nu. 15. & conſi. 216. & tranſit ad extraneos hęredes ab inteſtato, ex tacito iudicio defuncti. Natt. conſi. 246.

De feudo fœmineo.

An filia in feudi ſucceſsione patruo præferatur, qua in quæſtione tenor inueſtituræ potiſsimum attendẽdus eſt, vide Ozaſ. deci. Pedem. 23. vbi plura circa feudi ſucceſsionem, & de materia feudorum.

Filia hæres inſtitura petens immiſsionẽ in poſſeſsionem, in dubio admittitur in rebus feudalibus, nec agnati hoc caſu erunt legitimi cõtradictores, ad impediendam dictam immiſsionem. Afflic. deciſ. 119. Myſing. obſer. 25. cent. 5. Dec. conſi. 424. 467. 498. & 588. Rol. conſil. 1. vol. 1. idem in nepte. ibid. Rol. Natt. conſi. 502. niſi incontinenti parati eſsẽt de iure eorum edocere. Put. deciſ. 229. libr. 1. vide Myſing. obſer. 25. cent. 5. Natt. conſilio. 502.

Minus ipſã immiſsio impeditur per inueſtituram poſt mortem patris impetratam: quia quando titulus eſt quæſitus poſt ipſam mortem, non impedit remedium. l. fin. C. de edicto Diui Adria. Afflict. d. deci. 119. nu. 6.

Fœminas in feudalibus extantibus maſculis, ſuccedere non debere iuris feudorum eſſe ſcribit Marc. q. 315. tamen in patria Delphinali ſuccedunt: quia ibi feuda ſunt redacta ad inſtar allodialium. Marc. d. q. 315.

Fœminæ maſculis deficientibus, ſuccedunt in feudo plano, quando pro tali feudo ſoluitur cenſus. Vincent. de Fran. deciſ. 7.

Feudum, pro hæredibus maſculis, & fœminis ã patre acquiſitum, non extantibus maſculis, ad filiam deuoluitur, ſi verò filius extat, ille ſolus feudum obtinet: eo autem ſine liberis deinde mortuo, an filia adhuc admittatur, vel feudum reuertatur ad Dominum, valdè cõtrouerſum eſt, vide Myſin. obſer. 74. cẽt. 5.

Verba inueſtituræ, pro hæredib. ſuis maſculis, & fœminis, intelligũtur ſucceſsiuè, vt primo maſculus admittatur, deinde fœmina. Dec. conſi. 139. & cõſi. 208. Fran. Cremen. ſing. 71.

Quando deſcendentes ex fœminis admittantũ ad feudum, vide Dec. conſi. 208. par. 2. & 390.

Rex poteſt habilitare filiã vaſalli ad feudum, ẽt in præiudiciũ agnatorũ, vide Dec. cõſi. 269. & 498. idem in Papa Dec. d. conſi. 498. nu. 24.

Feudum dicitur fęmineũ pluribus modis, nempè quando feudum nulli anteá conceſſum, conceditũ ab ipſo initio fęminę, quo caſu admittitur filia, filio maſculo aliquo non exiſtẽte. Menoch. conſi. 331. lib. 4. Rol. cõſi. 67. vol. 2. idem Menoch. conſi. 148. lib. 2.

Item quando feudum eſt conceſſum ab ipſo initio pro ſe, & filijs maſculis, & fœminis, & deinde mortuis maſculis, feudum peruenit

ad fęminam, & hoc caſu origine ipſa dicitur maſculinum, verum ob id, quod peruenit ad fœminam, dr̃ effectum fęmineũ. Menoch ibi.

Idem, quãdo feudum ab initio conceſſum fuit pro ſe, & filijs maſculis, & deinde concedens nullis exiſtentibus maſculis alterat, & immutat naturam ipſam feudi, atque ita concedit, quòd fęminæ ſuccedant. Menoch. d. conſi. 331. nu. 5. Rol. conſi. 41. nu. 21.

Quãdo feudum ſemel fuit effectum fęmineum, non poteſt concedens alterare naturam ipſius, & excludere fęminas ante vocatas. Menoch. ibi. nu. 64.

Ad feudum conceſſum pro ſe, & omnibus hæredibus, fœmina ſolùm admittitur, vbi non ſuperſit maſculus de agnatione, aliàs ſecùs, & ex quibus alijs, maſculus in eodem gradu exiſtens in tali feudo, excludat fœminas, vide Menoch. conſi. 391. lib. 4.

Quando per inueſtituram vocantur deſcendentes maſculi, & illis deficientibus fęminæ, filij fœminarum non cenſeatur vocati: quia fœmina eſt finis familiæ, vide Menoch. conſi. 400. nu. 46. lib. 4. Hippól. ſing. 411.

In feudo fęmineo hæreditario, fęmina hęres inſtituta, excludit maſculum agnatum, qui nõ erat hæres ſcriptus cum ipſa fęmina. Rolan. conſi. 67. vol. 2. num. 13.

Fęmina & ſi regulariter inhabilis ſit in ſucceſſione feudi; tamen ſcienter inueſtita, admittitur. Ozaſ. deciſ. 27. nu 15. Tho. Minad. deciſ. 36. Guid. Pap. q 59. Bart. in §. emphyteuſim, Authen. de non aliena. aut permut. reb. eccle.

Fœmina quando ſuccedat in feudo recto, & proprio, vide Excel. P. Teſſau. deciſ. 227.

Poſſeſſorium recuperandæ in feudis poſt annũ, non poteſt intentari, ſed ſolùm petitorium. Afflict. deciſ. 196.

Fęmina eo ipſo, quòd habilitata eſt ad ſuccedendum vigore inueſtituræ dicentis, quòd hæredes vtriuſque ſexus ex acquiſitoris corpore deſcẽdentes ſuccedant, videtur etiam habilitata ad præſtandam adoham, ſeu admittendum ſubſtitutum. Capic. deciſ. 10. nu. 16. & deciſ. 31. nu. 3.

Soror exiſtens in capillo excludit maritatas, quo ad feudi ſucceſsionem. Capic. deciſio. 215. num. 13.

Soror primogenita, & dotata à patre in feudis paternis, quando præferatur filiæ, ſeu ſorori exiſtenti in capillo, vide Vincent. de Fran. deciſ. 328. par. 2.

Soror ſuccedit fratri in feudis, in quibus viuitur iure Frãcorum; ſecùs ſi viuatur iure Longobardorum: quia tunc maritata, & dotata à fratre, non ſuccedit fratri. Afflic. deciſ. 248.

Fœminæ ex quibus verbis inueſtituræ excludantur à feudi cõceſsione, vide Paul. Aemil. vera. deciſ. 16. par 2.

Feudum emptitium deficiẽtibus maſculis, etiã reuertitur ad Dominum excluſis filiabus. Myſing. obſer. 73. cẽt. 5. imò feuda emptitia empta mediante pecunia, ad fœminas ſunt tranſitoria. And. Gail. obſer. 159. libr. 2. Alex. Raud. tract. de analo. c. 34. nu. 253. Natt. cõſi. 216. quod dicitur in feudo empto fœminam admitti, limitatur plurib. in caſibus, de quibus vide per Rol. conſi. 41. vol. 5. Excel. Præſ. Teſſau. deciſ. 116.

Feudum dicitur mercenarium, vbi vaſallus dedit notabilem pecuniæ quantitatem, in quo feudo deſcendentes ex fœmina admittunt, & ita fuit iudicatũ, vt teſtatur. Raud. tract. de analo. c. 34. nu. 57. 253. & 58.

Clauſula in inueſtitura appoſita, pro quibuſcunque hæredibus, vel pro ſe, & quibus dederit, includit quoſcunque extraneos hæredes, & tunc fœminæ ſuccedunt in feudis, vide Alex. Raud. tract. de analo. c. 16. num 14. 39. & 46.

Pro ſorore vaſalli in poſſeſſorio continuanda in poſſeſsionem feudorum, fuit pronunciatum. idem Raud. ibi c. 36. nu. 81.

Quando conceditur feudum pro aliquo ſeruitio reali, aut annuo cenſu, vel reditu, iſtud non dicitur propriè feudum, licèt conceſsio ſonet in feudum. Crauet. conſi. 293. dicitur tamen feudum cõditio natum, in quo etiam fœmina admittitur, licèt in eo præſtetur iuramentum fidelitatis. Menoch. cõſ. 65. vol. 1.

In bonis feudalibus regulariter fœmina non ſuccedit; fallit in feudo, pro quo nullũ præſtatur ſeruitium, vide Dec. conſi. 85. num. 6. 136 & conſi. 193. Natt. conſi. 216. nume. 15. Rom. ſing. 180. Hippol. ſing. 411.

Quando ſuccedat fœmina, vide eundem Dec. conſil. 208. 269. 390. & conſil. 424. Menoch. conſi. 548. lib. 2.

Fœminæ licèt non admittantur ad bona feudalia; tamen admittuntur ad bona donata, & primæ inueſtituræ, quæ loquitur de bonis donatis, non derogatur ab alijs inueſtituris poſterioribus, quæ loquuntur de bonis feudalibus, & in dubio bona allodialia præſumuntur. Dec. conſi. 468.

Valet conſuetudo, ꝙ mulier in feudo ſuccedat. Dec. conſi. 588. nu. 7. ſed quando admittitur, fœmina tenetur petere inueſtituram intra annum, & diem. Natt. conſi. 569.

Regulariter fœminæ, non ſuccedunt in feudo, propter quinque rationes, quas ſcribit Caſſan. in conſuetud. Burg. tit. *des fiefz*. §. 5. gl. 1. nu. 28. limita, vt ibid. vide Rol. conſi. 41. vol. 2. & conſi. 41. vol. 4.

Si fœ-

Si Fęmina nõ admittitur ad ſucceſsionẽ feudi, maſculi ex ea deſcendentes non admittunt̃. Caſſan.ibi.n.66.Marc.q.315.Cabal.milleloq. 102.Menoch. conſi.400.nu.34.lib.4.quando deſcendentes ex fœminis admittantur ad feudũ,vide Dec.conſi.208.part.2.& cõſ.396.

Feudum fœmineum poteſt dari in dotem abſq; conſenſu Domini, cum qualitatibus tamen, de quibus per Rol. conſi.29.vol.4. quæ verò requirant̃ ad hoc,vt maritus ex forma ſtatuti lucceretur feudũ, vel partem eius,datum in dote,vide Rand.tract. de analog.c.21.

Quando feudum habet primordialem naturã, & qualitatem fœmineam,talis natura durat, adeò quod feudum tale ſubfeudatum, tranſeat in ſubfeudationẽ cũ hac qualitate: quia membra regulantur à capite, & per alias rationes, de quibus per Menoch. conſi. 148. num.11.vol.1.

Subfeudum dicitur deriuare à feudo principali,& illius retinet naturã,abeoq́ue regulatur, & multa alia de natura huius feudi ſubfeudati,vide ibi.nu.12.

Subinfeudatio nihil aliud eſt, quàm quædam ſubſtitutio, & ſubſtitutus induit perſonam eius, cuius loco ſubſtituitur. Menoch. ibid. num. 16. 17.

Fœmina ſemel excluſa à ſucceſsione feudi, in perpetuum cẽſetur excluſa, in tantum quòd nullo etiam exiſtente de deſcendentia, vel agnatione maſculo,non admitteretur: quia habetur pro mortua. Natt.conſi.676. nu.33. plenè per Menoch.conſi.160.libr.2. & conſi. 400.vol.4.vide tamen Menoch. cõſi.331.nu. 50.lib.4. vbi videtur tenere contrarium.

Feudum conceſſum alicui cum facultate alienandi,& faciendi quicquid animus eius decreuerit,tranſit ad fœminas. Rol.conſi.1.nu. 70.vol.1. & idẽ iudicandum eſt de caſtris donatis ab Imperatore pleno iure,quod de bonis merè patrimonialibus. Rolan.conſi.2.& conſi.30.nu.73.

Feudalis ſucceſsionis incapax eſt fęmina, licèt inueſtitura recepta fuiſſet ſimpliciter pro ſe,& hæredibus: nã nomen hæredum,& ſucceſſorum in inueſtitura prolatum, & in feudis, nõ comprehendit fœminas. Myſing.obſer.72.cent.5.Natt.cõſ.460.& conſi.569.Rol. conſ.71.nu.39.vol.2.& feudũ conceſſum tibi, tuiſq; hæredibus, intelligitur cõceſſum pro maſculis.l.17.§. ſi quis ita.ff. ad Treb.& illos ſolùm comprehendit.Bart.in l.Gallus.§.etiã. ff.de liberis & poſthumis.

Fęmina non agnata, non admittitur in feudis acquiſitis pro ſe,& hæredibus,vel cum clauſulis,& quibus dederit,vel habentib.cãm ab eis: ſecùs erit in fæmina agnata,q̃ in tali feudo admittitur.Rol.conſi.42.vol.4.

Quando feudum eſt fęmineum,nomen deſcendentes appoſitum in inueſtitura,comprehẽdit ẽt fęminas. Menoc.conſi.331.nu.9.lib.4.

De feudo primogenituræ.

Primogenitura à iure diuino introducta eſt,& quę dicatur primogenitura, vide per Ozaſc. deciſ.Pedem.100.nu.39.

Iuri primogenituræ renuntiari, illudq́ue vendi poteſt. Ozaſc. ibid.num.40.

De vita, & militia ſecundogenito per primogenitum debita in feudis antiquis, non obſtante feudo per patrem relicto ipſi ſecundogenito, vide Afflict.deciſ.138.& deci.252.

Feudum antiquum, in quo viuitur iure francorum,poteſt alienari in præiudicium, & ſine conſenſu primogeniti: quia in eo, ipſe primogenitus ſuccedit. Afflic.deciſ.248.

Feudo nouo nouiter obuento per legatum cum regio aſſenſu; an poſsit pater tale feudum dare tertio, vel ſecundogenito,in præiudicium primogeniti,vide Afflic.ibid.

Secundogenitus, & alij poſt primogenitum in feudõ ſolùm ſuccedentes, debent habere vitam, & militiam, quæ eſt perſonalis, & extinguitur cum perſona. Ant.Capic.deci.2.

Quam vitam, & militiam primogenitus dare tenetur.vide ibi.deciſio.158.nu.8.vita,& militia ſecundogenito debentur, etiam in ſucceſsione tranſuerſalium.Capic.deciſ.211.

Ipſa vita,& militia vadit, & taxatur ſecundum legitimam,in Regno. Capi.d.deci.211.

Primogenitus præſtare tenetur vitam, & militiam ſecundogenito,etiam fructibus iam recolectis,inuaſione hoſtium amiſsis.Tho.Minad.deciſ.10.

Vita,& militia debẽtur primogenito, qui ſe ipſum inhabilitauit ad ſucceſsionem feudi,ordines ſacros ſuſcipiendo.Vincent.de Franc. deciſio. 20.

Et in liquidatione ipſius vitæ, & militiæ inſpicitur tempus mortis teſtatoris, & habetur ratio bonorum reintegratorum poſt mortẽ patris.idem deciſ.61.

Primogenitus (adquem ſpectat inueſtitura feudi) ſi videns alium inueſtiri de eo tacuit, ſibi præiudicat. Grammat.deciſio.103.nu.38.

Ius primogenituræ competens ex conſuetudine, vel ſtatuto,eſt tranſmiſsibile ad filium, & ad hæredem ipſius primogeniti. Aegid.Bellam.concluſio.717. ratio,quia ius primogenituræ eſt reale.ibi.

In Regnis, & Principatib. omni iure procedit, & laudabilis eſt conſuetudo, ſeu conſtitutio Gallicana, quod primogenitus ſuccedat in totum, & cæteri illi ſubſint. Iaffr. Lanfr. Balb. deciſio. 138.

Ius primogenituræ etiam locum habet in nummis ex venditione bonorum (in quibus ius illud primogenituræ viget) redactis. ita deciſum fuiſſe reperit, vt teſtatur Aegid. Magiſt. tract. de feudis. c. 7. in deciſio. diuerſo.

Primogenitus in indiuiſibilibus iure diuino, ſecundogenitis præfertur. Abb. conſi. 3. lib. 2.

Decretum factum per ſuperiorẽ circa ſucceſſionem feudorum, vt puta quòd primogenitus in illis ſuccedat, reſeruata aliqua facultate valet. Crauet. conſi. 135. & ex prædicta reſeruatione poterit ſuperior derogare iuri iã quæſito de præſenti, primogenito bona iam poſsidenti. Crauet. ibid.

De iure communi primogenitus nõ præfertur in feudis, niſi maioribus, quæ diuidi nõ poſſunt, pura Ducatus, Marchionatus, Comitatus, & Baroniæ. Craue. conſi. 235.

Princeps recognoſcens ſuperiorem nõ poteſt facere, quòd primogenitus tantùm ſuccedat in feudo iuriſdictionali, in quo de iure communi omnes filij æqualiter ſuccedunt. Natt. conſi. 179. Tom. 1.

Feudum Marchionatus eſt indiuiſibile, & multo magis ſi ſit inductum ius primogenituræ. Natt. conſi. 288.

Feudi inueſtitura facta in perſona patris pro ſe, & filijs, poteſt per inueſtiturã limitari in primogenitũ, cæteris excluſis. Natt. cõſ. 501.

Et quid tũc primogenitus teneatur aſsignare, ſecundogenito, vide Natt. ibi. nu. 37.

Primogenituræ iuri, antiquitus lege, vel conſuetudine conceſſo, pater præiudicare non poteſt. Natt. d. conſi. 501. nu. fin.

Imperator ex cauſa conſtituere poteſt primogenituram in feudis paternis, & antiquis, ſed an hoc poſsit in præiudicium aliorum habẽtium ius in feudo ex inueſtituris anterioribus, vide Rol. conſi. 10. vol. 3.

Dominus directus in conceſsione feudi, poteſt illud concedere cũ qualitate primogenituræ; ſed quã intelligatur conceſſa primogenitura, vide Menoch. conſi. 158. nu. 31. lib. 2.

Vaſallus in feudo mixto poteſt conſtituere primogeniturã, & cõſequenter per teſtamentum illud relinquere vni filiorum. Menoch. ibid. num. 65. & conſi. 161. & 226. lib. 3. ſed an tunc ſit neceſſarius conſenſus domini directi, vide ibid. nu. 86. conſi. 158. in omni feudo acquiſito ob benemerita vaſalli, ille poteſt diſponere, & vni filiorum inſolidum prælegare. Menoch. ibi. nu. 68.

Idem in feudo acquiſito numerato pretio: nã illud acquiſitum etiam pro ſe, & filijs non cenſetur ex pacto, & prouidentia dantis, & conſequenter nullum ius quæritur ipſis filijs beneficio concedentis; ſed ſolius patris acquirẽtis, qui ob id ad libitum diſponere de eo poteſt. Menoch. conſi. 158. lib. 2. nu. 70.

Etiam de iure communi in feudo Marchiæ eſt locus primogenituræ, quæ ſit vt dignitas ad vnum ſolùm peruenire debeat, nempè ad primogenitum. Menoch. ibi. nu. 71. ſed vide cõſ. 163. lib. 2.

Quid quã primogenitus paſſus eſt ſecũdogenitũ negotiari, & actus facere ſpectãtes ad ipſum primogenitum, vide ibid. conſi. 168. num. 81.

Feudum, in quo viuitur iure francorum, non poteſt per patrem alienari in præiudicium primogeniti. Afflic. deciſ. 112.

Primogenitus paratus probare ſtatim de feudo, vel de primogenitura, impedit miſsionẽ in poſſeſsionem petitam per ſororem. Natt. conſil. 502.

Imperium, vbi vnus tãtùm debet imperare, penes maiorem natu reſidere debet: ideò quã dominus cõcedit feudum, quod remanere debeat ſemper penes vnum, adeò quòd vnus ſolũ ſit dominus loci, tunc tale feudum ſpectat ad primogenitum. Natt. conſi. 503.

Conſtituta primogenitura tpe matrimonij, primogenitus non admittitur ad feudum nonum nobile, quod pater poſt aſsignationẽ dictæ primogenituræ, adeptus eſt, vide Auguſt. Bero. queſt. 45.

Filius primogeniti præfertur patruo in ſucceſſione primogenituræ. Capel. Thol. q. 434. Mohed. deciſ. 38. an in primogenitura filius primogeniti, patruo præferatur, vide Abb. cõſi. 89. lib. 1.

De feudo franco, recto, & proprio.

Feudum francum non dicitur, ſi pro eo ſeruitiũ pſtetur. Ozaſc. deciſ. Pedem. 27. nu. 6.

Feudum rectum, & ſimplex dicitur, quando pro ſe, & liberis conceditur. Ozaſ. ibid. nu. 13. quando feudum rectum, & proprium dicat, & quãdo in eo fœmina ſuccedat, vide Perilluſtr. D. P. Teſſau. deciſ. 227.

Fœminæ an ſuccedant in feudo franco, in quo nullum eſt ſeruitium præſtandum, vide Mohed. deciſ. 28 t.

Feudum non dicitur francum, niſi eſſet data facultas alienãdi irrequiſito domino: idem dicendum eſt, ſi francum, & liberũ inſcriptũ eſſet. Ozaſ. deciſ. 163. nu. 10. an feudum francum

cũ poſsit alienari irrequiſito Domino, vide Rol.conſi.2.num.29.& 134.

Feudi ex pacto, vel prouidentia, ſeu mixti natura non mutatur, propter dictionem, francum, ſcriptam in inueſtituris: quare ob eam non dicitur alienabile, maximè quando in ipſis inueſtituris adſunt alia verba, huic licentiæ alienandi contraria, de quibus, vide per Ozaſ.deciſio.163.

Feudum rectum, dicitur proprium, perpetuum, & non reuocabile.ibi.num.4.

Dictionis, francum, eſt facienda interpretatio, ideſt liberum a ſeruitijs realibus, & perſonalibus, exceptis expreſsis in inueſtitura, vel francum, ſecurum à pœna caducitatis, non à lege conuentionis.Ozaſ.deci.163.nu.9.

Feudum francum à feudo non franco, licèt in aliquibus differat, non tamen differt quo ad poteſtatem alienandi.ibi.nu.11.

Clauſula, ad habendum, tenendum, & poſsidendum, & quicquid perpetuò ſibi, & ſuis placuerit, importat facultatem alienandi, ſi ſit apposita in verbis diſpoſitiuis inueſtituræ; ſecùs ſi ſit apposita in verbis exequutiuis, ſeu acceſſoriè. Vincen. de Fran.deciſ.6. nu.7.Ozaſ.deciſ.164.

Clauſula, ad habendum tenendum, &c. dato quòd facultatem alienandi importet: tamẽ debet intelligi de alienatione faciẽda ſecũdum naturã feudi, nempè inter ipſos. Ozaſc. d.deciſ.164 nu.15.

Feudum francum nunquam dicitur, niſi expreſsè apponatur in inueſtitura, verbum, q; ſit francum. Capic.deciſ.64.nu.4.

In feudo franco, quod poteſt irrequiſito Domino alienari, poteſt pro libito voluntatis vaſallus prorogare iuriſdictionem, etiam ſine licentia Domini. Gram. deci.103.n.134.

Natura feudi franci eſt, quòd nullum præſtetur iuramentum, & in hoc feudo franco, & conceſſo pro ſe, & ſuis hæredibus ſimpliciter, non ſuccedunt fœminæ. Ioan. Mohed. deciſio. 281.

In feudo vero, & proprio, cenſetur electa perſonæ induſtria. Crau.conſi.303.nu.2.

Feudum proprium in dubio cenſetur: ideò qui improprium, hæreditarium ſimpliciter, atq; alienabile feudum aſſerit, probationibus validioribus oſtendere neceſſe habet. Cranet. conſi.1.pro genero.nu.314.& 315.

Quòd feudum cenſeatur eſſe rectum, propriũ, & ſimplex, non obſtantibus illis verbis in inueſtituris appoſitis, pro ſe, hæredibusq; ſuis, & ſucceſſoribus quibuſcunq;, ita quòd de tali feudo non poſsit fieri alienatio, neq; diſpoſitio, niſi eo modo, & his caſibus, quibus ius cõmune, natura feudi, vel ſtatuta alienationem rectorum feudorũ fieri permittũt, dictis verbis non obſtantibus, in hac patria pedem. cauetur per antiq. conſtitutio. titu. de feudis.

Feudum in dubio intelligitur proprium, & rectum, & dicitur rectum, quod ad deſcendentes tranſit, & ad eſſentiam huiuſmodi recti feudi, non requiritur qualitas hæreditaria, licèt non ideò minus dicatur rectum, quamuis pro ſe, & hæredibus captum ſit. Illuſt. Senat. Sol. in ſuis comment. in antiq. conſtitut. gloſ. ſuper Rub. tit. de feudis. fol.78.

Feudum proprium poteſt dici, quod ſimpliciter, & verè feudum eſt, cùm id dicatur proprium, quod ſimpliciter eſt, non ſecundum quid, Idem ibi num.6.

Feudum tamen proprium aliquot habet requiſita, nempè quòd ſponte datum ſine pecunia, quòd dominium directum ſit retentum, & vtile tranſlatum, quòd in rebus immobilibus conſiſtat, & perpetuò ad maſculos trãſeat, & pro eo fidelitas præſtetur, nec acquiratur niſi ſucceſsione, vel inueſtitura, rurſus alienare illud non liceat ſine conſenſu Domini, nec cum illius conſenſu alienatio, agnatis præiudicat, & tranſit ad omnes deſcẽdentes maſculos, & melius prout ſcribit Idẽ Senator.ibi.num.7.

Quòd clericus non poſsit ſuccedere in feudo, & illud retinere, ſi ſit rectum, atq; francum, ſcribit Menoch.conſil.181.nume.7.& conſil. 99. lib.2.

Feudum rectum, auitum, & antiquum transferri in extraneos non poteſt, ſed ad deſcendentes ſolummodo tranſit. Crau. conſ.1.pro genero.nu.334.

De feudo ligio.

Ligius quis dicatur, an duorum eſſe poſsit, & an vaſallus ſe ipſum liberare poſsit à iuramento ligij feudi, vide Afflict.deciſio.308.nu.3.& 11.

Ligius homo non poteſt eſſe duorũ, & homo non ligius non eſt obligatus, niſi ratione feudi, ſed ligius ratione perſonæ, & omnium bonorum. Capic.deciſ.162.

Vaſallus ligius quis eſſe non poteſt duorũ dominorum, ſed quando eſt ligius vnius, & alterius ſimplex, de ſua perſona debet ſeruire primo Domino, & ſecundo per ſubſtitutum, quando ambo Domini inuicem bellũ habẽt. Rol.conſi.44.vol.2.

Feudum ligium eius eſt naturę, vt vaſallus iuret fidelitatem nullius alterius fidelitate reſeruata. Ozaſc. deciſio. 163. num. 5. Gaſp. Cabal. milleloq.36. Secundò debet dici expreſsè in

illius

illius conceſsione, quòd ſit feudum ligium, Cabal.milleloq.36.

Homines ligij, vel non ligij, franci, vel taliabiles, q ſint, vide ſupra lib.1.tit.de iurame.fide.

Feudum dicitur ligium, quando Princeps eximit vaſallum ab omni iuriſdictione, & quòd illi Principi ſoli reſeruetur, & promitatur fidelitas. Mohed.deciſ.282.

De iuramento ligio, & an duobus præſtari poſſit, vide Marc.q.454.nu.17.

In feudo ligio pecunia acquiſito, non ſuccedũt fœminæ, niſi probetur conſuetudo. Ioan. Mohed.deciſ.276.

Tria requiruntur ad hoc, vt dici poſsit feudum ligium, de quibus vide per Caſſa.in conſuet. Burg.tit.*des fiedz*.§.3. glo.2.num.16.vbi plenè de ipſo feudo.

De feudo ex pacto, & prouidentia, hæreditario, & mixto.

IN feudo conceſſo pro ſe, & liberis maſculis, atq; agnatis de maſculo, in maſculum deſcẽdentibus, pater non poteſt filijs præiudicare. Ozaſ. deciſ.Pede.29.nu. fin. nam vaſallus habens feudum ex pacto, & prouidentia primi inueſtiti, nihil pòt facere in præiudicium ſucceſſorum. Ozaſc. deciſio. 139.num.20.

Vnde hoc caſu patris factum, gratis acquirẽtis pro ſe, & filijs maſculis, non nocet filijs ſucceſſoribus. Ozaſ.d.deciſi.139 num.15.ſecùs in feudo acquiſito hoc modo, pretio ſoluto. Menoch.conſi.158.nu.70.lib.2.

Sententia lata contrà vaſallum ſuper re feudali, non præiudicat agnatis ſuccedentibus ex pacto, & prouidentia maiorum. Ozaſ. deciſi. 157. ſed quid in præſcriptione, renunciatione, & rebellione, vide Dec.conſ.445.

In contractu, ſiue conceſsione à Principe facta, per quam non acquirenti ſolùm, ſed & liberis prouiſum eſt, ſucceſſor alienare non poterit, niſi durante eius vita. Ozaſ. deciſ. 169. num. 16.

Principes ſtatuentes veriſimile non eſt, voluiſſe feudum ex pacto, & prouidentia conceſſum, pro debitis voluntarijs alienare. Ozaſ.deciſ. 170 nume.4.

Actioni, filio competenti ad recuperationem feudi alienati à patre, nullo reſtituto pretio, non præſcribitur, niſi poſt mortẽ patris alienantis. Ozaſ.deciſ.177.nu.3.

Ratificatio expreſſa, ſiue tacita alienationis bonorum feudalium, quando dicatur valida, vide Ozaſ.deciſ.179.

Reg.l.cùm à matre.C.de rei vendic. non habet locum, vbi eſſemus in feudo ex pacto, & prouidentia. Ozaſ.deciſ.180 nu.5.

Feudum mixtum, vel ex pacto, & prouidentia alienatum, recuperari poteſt à ſucceſſore hęrede cum inuentario, necnon tenetur de euictione, ſi hæreditas alienantis fuerit ſoluendo. Ozaſ.deciſ.181.

Feudum à defuncto non legitimè alienatum, poſſunt filij, vel agnati vendicare, etiam ſi hæreditatem defuncti adiuerint, abſq; cõfectione inuentarij. Ozaſ.ibi.nu.15.

In feudo ex pacto, & prouidentia conſequẽdo, non eſt neceſſaria filio, & hæredi inuentarij confectio. Ozaſ.ibi.num.16.& 18.vide tamen Dec.conſi.158.& conſi.445.

Feudum ex pacto, & prouidẽtia obligatum pro dote ſine regio aſſenſu, reuocatur per hæredem; ſecùs in feudo hęreditario. Affl.dec.111.

Dominus feudi non poteſt facere gratiam de feudo, in præiudicium agnatorum. Gramma. deciſ. 103. ſiue eorum conſenſu. And. Gail. obſer.158.lib.2.

Feudatarius alienans feudum ex pacto, & prouidentia in extraneum, ſi per annum tacuit filius, vel agnatus, nullum fieret ſibi præiudicium; ſed eſſet neceſſarius curſus 30.annorũ. Gram.ibi.nu.217.d.deciſ.103.

Alteratio feudi paterni, non præiudicat agnatis, niſi ipſorum conſenſu ſit facta, vel ſubſequuta ratihabitio. Myſing.obſ. 83. cent. 4.

Feudatarius alienans feudum hæreditarium cũ conſenſu Regis facit, vt non poſsit reuocari alienatio per filios, neq; per alios agnatos; ſecùs in feudo ex pacto, & prouidentia. Gramma. deciſio.103. nume. 207.215. 216. 219. 220. & 222.

Ille, qui ſuccedit in feudo, non poteſt præiudicare proximioribus ſucceſſuris, ſecundũ ordinem primæ inueſtituræ. Dec.conſi.445.

Non eſt ſtandum aſſertiori Imperatoris, quòd quis ſit rebellis, & tunc conceſsio facta ab Imperatore tanquàm ex iure deuoluto propter rebellionem, non valet in præiudicium agnatorum, quibus prius erat ius quæſitum. Dec.conſi.544.lib.2.vide conſi.606.

Feudum receptum pro ſe, & filijs, pater poteſt vni filiorum prælegare, vel aſsignare. Natt. conſil.475.& conſil. 644. Quod procedit in feudo nouo; ſecùs in antiquo. Natt. conſil. 501.vide Crauet.conſ. 135. Dec. conſil. 389. volum.2.

Sicut pater non poteſt diſponere de feudo ex pacto, & prouidentia; ita mater non poteſt illud prælegare primogenito. Menoch. conſ. 162. lib. 2.

Quid ſi filius (ad quem ſpectat feudum) pro dimidia acceptauerit legatum in pecunia

sibi

ſibi à parentibus factum, an ſibi præiudicauerit quominus poſsit petere partem ſuam dicti feudi, vide Menoch. ibi. nu. 8.

Feudum quando quis dicatur habere ex pacto, & prouidentia primi inueſtiti, & primi concedentis, vide Ozaſ. deciſ. 139.

Feuda ex pacto, & prouidentia ea ſunt, quãdo in inueſtitura dicitur pro ſe, & eius filijs, ſiue liberis, aut deſcendentibus: hæreditaria verò mixta, vel ſecundum quid, quando eſt facta mentio de hæredibus, puta ſi dictum ſit pro ſe, & hæredibus. Ozaſc. deciſio. 161. Roland. conſi. 28. vol. 3. & conſi. 55. vol. 3. Menoch. cõſ. 61. vol. 1. & 202. nu. 53.

Verba pro ſe, & cuiuslibet eorum liberis maſculis, feudum ex pacto, & prouidentia eſſe arguunt. Ozaſc. deciſio. 163. nume. 7. Roland. conſi. 28. volum. 3. num. 4. & conſi. 55. nume. 6. Menoch. conſil. 158. & 160. lib. 2.

Quomodo cognoſcatur, an feudum ſit hæreditariũ, aut ex pacto, & prouidẽtia, vide Myſin. obſer. 2. cent. 4.

Feudum dicitur ex pacto, & prouidentia, quando acceptatur pro ſe, & ſuis hæredibus, & ſucceſſoribus vtriuſq; ſenſus de ſuo corpore legitimè deſcendentibus. Roland. conſ. 28. & 55. volum. 3.

Feudum conceſſum pro te, & liberis cum clauſula appoſita in fine priuilegij, in quo dicit, mandantes, quòd reſpondeant tibi, liberis, & hæredibus, dicitur feudũ ex pacto, & prouidentia quæſitum, non autem hæreditariũ. Vincen. de Fran. deciſ. 6.

Conceſsio facta alicui pro ſe, & hæredibus ex ſuo corpore legitimè deſcẽdentibus, dicitur ex pacto, & prouidentia, & non hæreditaria. Mago. deciſio. 54. num. 9. Rot. Floren. vide Dec. conſi. 395.

Feudum ex pacto, & prouidentia, non venit in reſtitutione fideicommiſsi, quando fideicõmiſſarius vocatus, non eſt ex deſcẽdentibus. Mago. ibi. num. 15.

In feudo non ſemper requiritur ſucceſsio hæreditaria vniuerſalis; ſed particularis, & ex pacto. Aegid. Bellam. concluſio. 741. num. 12.

Feudum receptum pro ſe, & liberis, vel pro ſe, & filijs, tranſit ad filium, licèt non ſit hæres, Natt. conſil. 139.

Feudum vbi non eſt receptum pro ſe, & hæredibus, ſed pro ſe, & deſcendentibus, non dicitur hæreditarium; ſed venit ex pacto, & prouidentia concedentis; ideò tunc ſine alia agnitione transfertur ad agnatos. Natt. cõſi. 507. num. 37.

Feudi antiqui conceſsi pro ſe, & hæredibus, ſucceſsio tranſit ad quoſcunq; agnatos (modò ſint hæredes) deſcendentes à primo ſtipite agnationis communis, & vocatur feudũ ex pacto, & prouidentia. Natt. cõſi. 679. num. 4.

An feudum veniat iure hæreditario, vel alio iure, dic non eſſe quid hæreditarium, quando pater acquirit feudum pro ſe, & filijs, ſeu liberis tantùm; ſecùs quando pro filijs, & hæredibus. Caſſan. in conſuetudi. Burg. titu. *des fiedz*. §. 5. gloſ. 1.

Feudum non dicitur hæreditarium, ſed ex pacto, & prouidentia, etiam quando fuit conceſſum cum hac clauſula, ad habendum tenendum, & poſsidendum, & quicquid ſibi (ſaluo iure feudi, & fidelitatis) deinceps de dicto feudo placuerit faciendum, &c. propter illa verba, ſaluo iure feudi, & fidelitatis. Menoch. conſ. 61. vol. 4.

Item dicitur ex pacto, & prouidentia, quando fuit conceſſum vſque in infinitum. Menoch. ibid. nume. 14.

Filius ſuccedendo patri in feudo, non dicitur de nouo acquirere; ſed iam acquiſitum capere. Ozaſ. deciſ. 161. nu. 11.

Filius an feudum retinere poſsit patris hæreditate repudiata, diſputant Doctores, ſed pro conciliatione opinionum diſtinguendũ eſt, aut enim ſumus in feudo paterno ex pacto, & prouidentia præſumpto tantùm, & informi, vt in feudo alicui conceſſo ſimpliciter, nulla hæredum, ſeu liberorũ facta mẽtione, & hoc caſu intelligi debet capit. 1. an agnat. vel fidel. locumq; habet diſtinctio ibi tradita inter filium, & agnatum defuncti, loquunturq; doctores negatiuam opinionem tenentes, nempè non poſſe filium hæreditatẽ repudiare, & feudum retinere. Ozaſ. dec. 162. aut ſumus in feudo paterno ex pacto, & prouidentia vero, proprio, & formi, vt quia expreſsè conceſſum ſit pro primo acquirente, & eius liberis, & deſcendentibus, & hoc caſu non vendicat ſibi locum d. cap. & loquũtur Doctores aliam opinionem tenẽtes, nempè non habere locum d. c. 1. & per conſequens filium eo caſu poſſe retinere feudum, & patris hæreditatem repudiare, ita diſtinguit. Ozaſ. d. deciſ. 162. nu. 9. vide Vincen. de Fran. deciſ. 1. nu. 16. Rol. conſ. 28. vol. 3.

Quando feudum eſt conceſſum pro ſe, & hæredibus, & non ſimpliciter, non tranſit ad agnatos, niſi ſint hæredes. Ozaſ. deciſ. 161. nu. 12. ſed contrarium verius eſt: quia quod dicitur filium non poſſe feudum retinere, & patris hæreditatem repudiare, ſpeciale eſt in filijs, & non extenditur ad alios etiam deſcẽdentes. Ozaſ. ibi. nu. 15.

Concluditur in d. deciſ. in fine, feuda in quorũ inueſtitura ſit mentio hæredum, ſiue ſimpliciter, ſiue aliqua qualitate adiecta, ſtante

forma

forma decreti dominicalis cenſeri hæreditaria, nou merè, ſeu ſimpliciter, ſed mixta, nō tameu reſpectu omnium ſuccedentiū in feudo, quorum ſucceſſores non coguntur eſſe prædecedentium hæredes; ſed dumtaxat reſpectu primi inueſtiti, cuius omnes ſucceſſores debent eſſe hæredes immediatè, ſeu mediatè. ibi. in fine d. deciſ. 161.

Quare filius nō poſsit feudū acceptare, & hæreditatem repudiare, agnatus verò poſsit, in caſu, de quo in deciſio. 162. Ozaſc. vide ibid. num. 2. & ſeqq.

Feudum paternum filius non poteſt habere, niſi ſit hæres, quamuis confecto iuuentario adierit. Afflict. deciſ. 112. num. 3.

Feudum receptū pro ſe, hæredibusq; maſculis, vel pro deſcendentibus, non dicitur hæreditarium: ideò poteſt filius illud retinere, repudiata patris hæreditate. Natt. conſil. 127. & ſeqq. Rol. conſi. 67. volum. 1. maximè ſi in inueſtitura reperiuntur verba illa, pro maſculis ex tuo corpore procreatis. Rol. ibi.

An in feudo accepto pro ſe, & hæredibus ſit neceſſe filium conficere inuētarium ad hoc, vt non teneatur ad æs alienum, & ad approbationem facti patris, & an in tali feudo inuentarium proſit, aut filius poſsit illud acceptare, repudiata patris hæreditate, & quid in alio agnato, vide per D. Sol. in ſuis cōmē. in antiq. conſti. Sabandiæ, gl. ſuper 1. par. decreti, quia in pleriſq; tit. de fend. fol. 80.

Feudum hæreditarium venit in petitione hæreditatis, & fideicommiſsi. Ozaſc. deciſ. 161. nu. 6. & feudum hæredirariū, an veniat in reſtitutione fideicommisſi, & an requiratur in tali fideicommiſso, aſſenſus Domini, vide Mago. deciſio. 15. uum. 20. Rot. Floren. Crau. conſi. 256.

Hæredis dictio, in materia feudali, regulariter intelligitur de hærede ſanguinis, non bonorum. Ozaſ. ibi. num. 15. Crau. conſi. 57. imò de filio. Gramma. deciſio. 103. nume. 126. Guid. Pap. q. 59. num. 3. vide Dec. conſi. 171.

Feudum conceſſum pro ſe, & hæredibus quibuſcunq; ex communi ſententia Doctorum, dicitur ſimplex, & merè hæreditarium tranſitorium ad quoſcunque hæredes, etiam extraneos. Natt. conſi. 679. nume. fina. & in illo valet inſtitutio hæredis extranei. Rol. conſil. 41. quæ concluſio non habet locum in hac patria Pedemontana, ſtante decreto antiq. vide Ozaſ. d. deciſi. 161. nu. 15. in fine. Crauet. conſi. 1. pro genero. nu. 320.

Feudum, quod venit in petitione hæreditatis, eſt hæreditarium, ſed non venit in obligatione generali ſine conſenſu regio. Affli. deciſio. 26.

Filius hæres tenetur, ſicut pater, in feudo hæreditario. Afflict. ibi. nume. 4. nec tunc venit in eo feudo contrà factum defuncti. Afflict. deciſio. 240.

Data communi forma inueſtituræ, tibi, & tuis hæredibus ex tuo corpore deſcendentibus, tunc dicitur feudum hæreditarium in perſona deſcendentium: ideò hodie omnia feuda ſunt hæreditaria, quia cōmunis eſt dicta forma inueſtituræ. Afflict. deciſ. 140.

An legitima detrahatur de feudo (maximè hæreditario) ex quo venit in reſtitutione fideicommisſi, vide Capic. deciſ. 2.

Teſtamentum ſuper feudo hæreditario ſit, mediante aſſenſu. Capic. deciſ. 64. vide tamē ibi.

Feudum hæreditarium poteſt alienari, etiam in præiudiciū agnatorū, niſi pacto fuerit alteratum inter ſe. Capi. dec. 64. vide Crau. cōſ. 256.

Feudum hæreditarium poteſt alienari in ſua natura per conuentiones, & refutationes factas à feudatarijs inter ſe. ibi. Capic. num. fin.

Agnatus nō ſuccedit in feudis hereditarijs, alio hærede inſtituto. Capic. deciſ. 199.

In feudo hæreditario oportet ſuccedentē eſſe hæredem, & adiuiſſe hęreditatē, aliàs nō ſuccederet. Gram. deciſ. 101. nu. 44.

Inueſtitura feudi dum facit mentionem, vt trāſeat ad quoſcunq; hæredes, etiā extraneos, apparet eſſe feudum hæreditarium. Gram. deciſ. 103. uum. 128.

Inueſtitura continens, quibuſcunq; alijs perſonis, prout vobis viſum fuerit, & placebit, hæc verba faciunt feudum trāſitorium ad quoſcunq; hæredes. ibi. nu. 129.

Feudum hæreditarium nō poteſt quis habere, niſi cum qualitate hæreditaria, ſiue poſsit eſſe hæres, ſiue non. Vincen. de Fran. deciſi. 1. nume. 22.

Filij, vel agnati cōſenſus non requiritur in alienatione feudi hæreditarij. ibid. num. 29.

Legatum factum ſuper feudo hæreditario, non tangit feudum, ſed perſonam hæredis, qui propterea, ſi vult feudum, tenet ad legatum. Idem ibi. nu. 33. vide And. Gail. obſ. 154. nu. 7.

Feudum hæreditarium computatur filijs in legitimam. Vincen. de Fran. deciſio. 368. par. 2.

In feudo hæreditario volens ſuccedere, q̄ probare teneatur, vide Creſcen. dec. 1. aliàs 300. tit. de feudis.

Feudum hæreditarium, quod ad hæredes extraneos non tranſit, circa eius alienationem iudicatur, vt aliud feudum non hæreditariū. Crau. conſi. 197.

Filij non admittuntur ad feudum conceſſum pro aliquo, & hæredibus, niſi ſint hæredes progenitoris. Crau. conſi. 197. nu. 5. Rol. cōſi. 67. vol. 1. & tunc non poſſunt contrà factum

ipſius venire, & quando dicatur hæreditarium, vide Crauet. conſi. 256.

Quod dicitur filium non admitti ad feudum paternum, niſi ſit hæres patris, reſtringitur ad feudum hæreditarium, neque illud ad feudum pertinet, quod ad filium quaſi filium ſpectat, & ex hoc Doctores conſtituunt differentiam inter feudum hæreditarium, & ex pacto, & prouidentia, quæſitum: quia in vltimo caſu, non eſt neceſſe filium eſſe hæredē patris. Crauet. conſ. 3. pro genero. nu. 25. Rol. conſi. 67. vol. 1. conſi. 3. vol. 4. nu. 21.

In feudo hæreditario debet eſſe hæres ſanguinis, & hæreditatis. Rol. d. conſi. 3. nu. 22. nec ſufficit eſſe hæredem primi acquirentis, niſi ſit hæres patris. Rol. d. conſi. 3. num. 28. imò, quod ſufficiat eſſe hæredem primi acquirentis, vel vltimi morientis, ſcribunt Rol. conſi. 23. nu. 44. vol. 1. conſi. 10 vol. 3. nu. 19. & cōſi. 32. ibid. Menoch. conſi. 191. lib. 2. nu. 8. & cōſ. 194. vide D. Sol. in ſuis comment. in antiq. conſtitutio. glo. ſuper 1. par. decreti, plerilq; tit. de feud. fol. 81.

Feudum quando dicatur hæreditarium, & quando non, & an in feudo hæreditario hæres patris renunciantis feudo poſſit contrauenire facto ipſius, maximè ſi ipſe hæres filius, vel alius agnatus adiuerit hæreditatem cum beneficio legis, & inuentarij, & ſi poteſt contrauenire, an poſſit reuocare feudū, ex perſona propria, non obſtante, quod ſit hæres patris renunciantis, vide Dec. conſilio. 185. 194. 390. 395. & 445.

Feudum receptum pro ſe, & hæredibus, vel pro ſe, filijs, & hæredibus, non tranſit ad filios, niſi ſint hæredes per ſe, vel per mediam perſonam: idem in agnatis, & tunc defertur pro portionibus hæreditarijs: ideò frater inſtitutus à fratre, habebit duas portiones, & nepos ex altero fratre, qui non fuerat inſtitutus, habebit ſolùm ſuam tertiam. Natt. conſi. 159.

Feudum, vbi eſt receptum pro ſe, & hæredibus vi pacti, & inueſtituræ, non acquiritur deſcēdentibus, niſi hæredibus, etiam ſi dictum fuerit pro ſe, & hæredibus ſuis maſculis, & ſeruata graduum prærogatiua. Natt. conſi. 679. & conſi. 680.

Feudum paternum hæreditarium ſi alienetur, an poſſit filius hæres alienantis venire contrà alienationem, vide Rol. conſi. 2. num. 41. quòd non poſſit, ſiue ſit hæres, ſiue non, ſcribit idem Rol. conſi. 3. vol. 4.

Feudatarius de conſenſu Domini, poteſt hypothecare bona feudalia pro dotibus ſuæ vxoris, & ſufficit, quòd conſenſus Domini interuenerit ex poſtfacto, & agnati in feudo hæreditario, non poſſunt venire contrà dictam hypothecam. Rol. conſi. 97 vol. 1.

In feudo hæreditario, admittitur agnatus, etiā ſi non ſit hæres vaſalli defuncti, veluti, quando illi non poteſt eſſe hæres, quia inſtituit alium hæredem, vide Rol. conſi. 53. vol. 3.

Feudum pluribus modis dicitur hęreditarium: Primò, quando reperitur alicui conceſſum ſimpliciter, nulla facta mentione hæredum. Rolan. conſil. 3. volum. 4. num. 15. & in dubio præſumitur hæreditarium. Ozaſ. deciſio. 161. num. 5. Andr. Gail. obſerua. 154. libr. 2. Natt. conſi. 680. Rol. conſi. 97. num. 39. & conſi. 67. num. 23. vol. 2. Menoch. conſi. 104. vol. 1. vide tamen Ozaſ. deciſio. 61. nume. 5. & 12. Mago. deciſ. 54. Rot. Floren. Menoch. d. conſi. 104. num. 93. & ſin.

Secundò, quando non conſtat de prima inueſtitura, nā tunc præſumitur hæreditarium, & in illo non ſuccedunt agnati, niſi hæredes à vaſallo inſtituantur. Natt. cōſi. 634. nu. 6. & 9.

Tertiò, cēſetur hęreditarium, quando dicitur in inueſtitura pro ſe, & ſuis. Rolan. conſi. 3. num. 16. vol. 4.

Quartò, quando dictum eſt in ea pro ſe, & hæredibus. Rol. d. conſi. 3. nu. 17. Menoch. conſi. 104. vol. 1. nu. 9. conſi. 158. nu. 4. lib. 2. & conſi. 202. nu. 51. ibid.

Quintò, quando dicitur pro ſe, & filijs, & hæredibus. Rol. d. conſi. 3. nu. 19.

Sextò, quando eſt ſuſceptū pro ſe, & hæredibus, ac ſucceſſoribus vtriuſque ſexus, dicitur hęreditarium, tamen in eo fœmina non admittitur, niſi deficiēte linea maſculina, & ſic in dicto feudo, ſoror non concurrit cum fratre. Rol. conſi. 84. vol. 4.

Idem in feudo conceſſo pro ſe, & hęredib. maſculis, & fœminis. Menoch. conſi. 400. num. 7. lib. 4 quod procedit, etiam ſi ante eſſent vocatę fœminæ. ibid. Menoch.

In feudo hæreditario poteſt vaſallus ad libitum diſponere, & teſtari, & fideicommiſſum in eo facere, & onus reſtitutionis apponere, quo caſu feudo publicato propter delictum vaſalli, inſtitutus, vel fideicommiſſarius ad illud admittitur excluſo fiſco, vel Domino. Menoch. conſi. 104. vol. 1. nu. 19.

An de feudo nouo vaſallus diſponere poſſit, diſtingue, aut fuit acquiſitū per verbum pro ſe, & hæredibus ſuis (quo caſu dicitur hæreditarium) & poteſt diſponere. Menoch. conſ. 161. libr. 2. aut aliter fuit acquiſitum, prout plenè traditur ibi, & tunc non poteſt.

An vaſallus poſſit de feudo nouo hæreditario diſponere, vide plenè per eundem Menoch. d. conſi. 161. vbi ſcribit nouem caſus in hoc articulo.

Et ſi multorum ſit opinio, quòd quando feudũ eſt ſimpliciter conceſſum pro ſe, & hæredibus, cenſeatur conceſſum pro hæredibus ſanguinis, non autem pro extraneis: attamen quando cum verbo hæredibus eſt iniunctũ verbum, ſucceſſoribus, tunc feudum dicitur ita hæreditarium, vt comprehendat etiã hæredes extraneos. Menoch. cõſ. 191. lib. 2. n. 76.

In ipſo feudo hæreditario omnes, qui in eo volunt ſuccedere, debent eſſe hæredes prædefuncti vaſalli. Menoch. ibid. num. 80. vel primi acquirentis, & quidem hæredes vniuerſales, nec ſufficit eſſe hæredes in re certa. idẽ Menoch. conſi. 194. lib. 2.

Filius tenendo feudum, an cẽſeat hæres patris, vide Bar. in l. ſi quis. ff. de acquir. hęred.

Feudum emptum à fœmina liberis carente, & ſexagenaria, quæ fuit inneſtita pro ſe, & hæredibus capacibus, an eius ſit qualitatis, vt ad hæredes inueſtitæ tranſeat, vide Excel. P. Teſſau. deciſio. 146.

Feudum conceſſum pro ſe, liberis maſculis, & hæredibus, dicitur eſſe mixtum, quo caſu ſucceſſor debet eſſe hæres vaſalli defuncti. Ozaſ. deciſ. 139. nu. 14.

Feudi ex pacto, vel prouidentia, ſeu mixti, natura non mutatur, propter dictionem, franci, ſcriptam in inueſtituris, quare ob eam non dicitur alienabile, maximè quando in ipſis inueſtituris adſunt alia verba huic licentiæ alienandi contraria, de quibus vide per Ozaſ. deciſ. 163.

Feudum conceſſum pro ſe, & hæredibus maſculis legitimis, dicitur mixtũ, nempe ex pacto, & prouidentia, & hęreditarium: ideo in eo ſuccedentes, debent habere duas qualitates, videlicet, quòd ſint filij, vel deſcendentes, & ſint hæredes, vide Menoch. conſi. 104. vol. 1. nu. 15. plenius conſi. 158. lib. 2. nu. 5.

Idem quando fuit conceſſum pro ſe, filijs, deſcendentibus, ac hæredibus. Menoch. conſi. 202. num. 56.

Pariter quando fuit conceſſum pro ſe, & hæredibus legitimis. Menoch. ibid. nu. 57.

Vaſallus in feudo mixto, non poteſt præiudicare ſucceſſoribus diſponendo de ipſo feudo, vide Menoch. conſi. 202. num. 48. & 49. lib. 3.

Executio ſententiæ latæ, contrà vaſallum poteſt fieri, ſuper fructibus feudi hæreditarij; ſecùs ſi feudum eſſet quæſitum ex pacto, & prouidentia. Afflic. deciſio. 26. vide Tho. Minad. deciſio. 20.

Feudo conceſſo, pro certo ſeruitio, alicui, ſuis liberis, & affinibus deſcendentibus ab eis addito, quòd etiam quædam ſua filia naturalis, & alij naturales ſuccedant, tunc etiam filia naturalis præfertur ex pacto, & prouidentia alijs affinibus. Aegid. Bellam. concluſio. 741.

Inueſtituræ, ſi fuerint cõceſſæ pro ſe, & deſcendentibus, agentes ad poſſeſsionem deſcendentes, ſe tales probare tenentur. Put. deciſ. 300. lib. 2.

Filius an ſoluat patris debita ex bonis feudalibus, ſi allodialia non ſufficiant, diſtingue: aut feudum eſt hæreditarium, aut nõ, primo caſu tenetur, ſecundo non; ſed quid ſi non fecit inuentarium cum beneficio legis, vide Myſing. obſer. 67. cent. 3.

Quando quis habet feudum pro ſe, & hæredib. quibuſcunque (cum poteſtate diſponendi tã inter viuos, quàm in vltima voluntate) ex dicta clauſula, quibuſcunq;, veniunt etiam hi, qui aliàs non erant ſucceſſuri. Tho. Minad. deciſ. vlti. vide Rol. conſi. 79. vol. 2. & conſi. 10. vol. 3. nu. 30.

In feudis ſucceſsio defertur ordine ſucceſsiuo, & gradatim, vt proximior prius admittatur. Aegid. Bellam. concluſio. 741. nu. 14.

Agnati etiam ſi non ſint hæredes, ſuccedunt in feudo antiquo accepto pro ſe, & ſuis hæredibus, & ſucceſſoribus. Ioan. Mohed. deciſ. 47. vide tamen. Andr. Gail. obſer. 154. libr. 2. num. 18.

Clauſula in inueſtituræ feudali appoſita, pro ſe, & hæredibus ſuis ſucceſſoribus, reſtringitur ad maſculos deſcendentes; tamen clauſula, pro quibuſcunq; hæredibus, vel pro ſe, & quibus dederit, includit quoq; extraneos hæredes. Alex. Raud. tract. de analo. c. 16. nu. 12. 14. & ita fuit iudicatum contrà opinionẽ Decij, ſed quando hæc clauſula nihil operetur, vide ibid. nu. 40.

Vbicunque pro deſcendentibus, aut agnatis feudum acquiritur, clauſula, & quibus dederit, nihil operaẽ: quia ad deſcendentes agnatos facultatem alienandi reſtringi oportet. Cranet. conſi. 1. pro genero. nu. 359.

In feudo, quod vni in diuiſione obuenit ſuccedunt hi, qui ſunt ex linea vltimo loco tenentis feudum; alijs omnibus aguatis excluſis, etiam proximiorib. primo inueſtito. Nat. conſi. 22. Tom 1.

In feudo non hæreditario nepos à patruo excludiẽ. Natt. conſi. 127. & ſeqq. Tom. 1. conſi. 679. & 680. tamen nepos concurrit cum patruo in feudo conceſſo pro ſe, filijs, & nepotibus. Rol. conſi. 68. vol. 1.

Feudum conceſſum pro ſe, & hæredibus ſuis, & quibus dederit, eſt alienabile in extraneã perſonam. Natt. conſilio. 159. nume. 12. & conſi. 322. Rol. conſil. 42. vol. 4. idem in feudo empto. Natt. d. conſi. 159. vel conceſſo pro annuo cenſu. ibid. num. 15. & conſi. 216.

& tale

& tale feudum trānſit ad extraneos hæredes ab inteſtato, ex tacito iudicio defuncti. Nat. conſil. 246.

Filij inæqualiter à patre inſtituti, vel hæreditatem etiam iuramēto repudiantes, æqualiter ſuccedunt in feudo patri conceſſo pro ſe, filijs, & nepotibus. Per. Gerar. ſing. 89.

Feudatarius Eccleſiæ, non poteſt ius vſusfructus, aut alimentorum, vel aliud ſimile conſtituere, in præiudicium deſcendentium, & agnatorum, quibus ex pacto, ſeu inueſtitura fuerat ius feudo acquiſitum. Aug. Bero. q. 95.

Tranſuerſales deſcendentes ex deſcendētibus à primo acquirente, ſuccedunt in feudo antiquo hæreditario, deficientibus filijs maſculis, ſi probauerint ſe tales, & reperiri intra ſeptimum gradum, & ſint hæredes primi inueſtiti; vel vltimo loco defuncti, aliàs ſecùs. Rol. conſi. 32. vol. 3.

Hæres etiam cum beneficio inuentarij in feudo hæreditario, tenetur ſatisfacere creditoribus hæreditarijs de obuentionibus feudi; ſecùs in feudo ex pacto, & prouidentia. Rol. conſi. 44. vol. 3. imò de proprio tenetur reſtituere dotem. Menoch. conſi. 127. lib. 2.

De feudo nobili antiquo, auito, & paterno.

FEudi nobilis antiqui, auiti, & paterni natura eſt, vt inalienabile cenſeatur. Ozaſ. deciſ. 163. & vbi alienatur per patrem, alienatio non præiudicat filio; ideò filius ipſe illud poteſt reuocare, etiam quòd ſit heres patris. Natt. conſi. 470. num. 16.

Præſcriptio, ſeu alienatio feudi antiqui, & hæreditarij, non nocet agnatis, neq; ſuper illo fieri pōt fideicōmiſſum. Io. Mohed. dec. 279.

Quando alienatio feudi præiudicet agnatis, & quomodo reuocetur, & de differentia feudi noui, & antiqui, vide Myſing. obſer. 85. cēt. 4.

Vaſalli teſtamentum confirmatum à domino directo ſuper feudo, in domini præiudicium valet. Natt. conſi. 502. nu 31.

Feudi antiqui renunciatio facta in manib. Domini, licet agnatis non præiudicet; tamen vbi feudum per cōpetentes inueſtituræ clauſulas eſt alienabile (ex quo poteſt etiam in extraneos alienari) fieri poteſt, etiā in agnatorum præiudicium, ita vt renuncians inueſtiatur de feudo nouo. Natt. conſi. 615.

Feudi antiqui inalienabilis, facta alienatione in extraneū ſine conſenſu dñi, agnatis proximiorib. competit actio ad reuocandā ipſam alienationē, et viuente vaſallo, & hoc vſq; ad 30. ann. Rol. conſi. 57. nu. 63. & conſ. 60. vol. 3.

Sed ſi vaſallus alienat feudum antiquum remotiori agnato, proximior poteſt illud reuocare, dummodo reuocatio fiat infra annum à die ſcientiæ; alias lapſo anno excluditur à reuocatione. Rol. conſi. 57. nu. 67.

Vaſallus non poteſt in fraudem, & præiudiciū agnatorū alienare feudum antiquum mixtum, illud perſonæ extraneæ (etiam ſibi coniunctæ) alienando; ſed ex quibus colligatur fraus iſta, vide Menoch. conſi. 226. libr. 3. & ſufficere fraudē adeſſe ex pſona vaſalli alienantis, nec requiri fraudem emptoris, ſcribit idem Menoch. ibi. nu. 142.

Feudi antiqui renouatio, non facit ex antiquo nouum, ſed antiquum remanet. Myſing. obſer. 94. cent. 2.

Illuſtr. Camera Ducalis poteſt concedere feudum nouum in antiquum, & cōceſſio feudi noui in antiquum, eſt donatio. D. Sol. in ſuis comment. in antiq. conſtitut. Sabaudiæ glo. 1. in procemio. nu. 21. & 12.

Feudum nouum, ſi cōcedatur tanq̄ paternum, ſiue antiquum, qualiter feudi antiqui ſortiatur naturam, vide Myſing. obſer. 84. cent. 4.

Feudum antiquum, vt nouum in præiudicium agnatorum, concedi non poteſt. And. Gail. obſer. 49 lib. 2. ſed feudum nouum benè poteſt in antiquum cōcedi, ſi cōcedatur ab eo, qui habet poteſtatem concedendi, & tunc aſſumit qualitates feudi antiqui. Natt. conſi. 467. 468. Rol. conſi. 60. & conſi. 16. vol. 3. Menoch. conſi. 158. lib. 2. & plenius conſi. 160. & de differentijs, & vtilitatibus feudi antiqui, & noui, vide per Gail. obſer. 50. lib. 2.

In ſucceſſione feudi, primi acquirentis probatio requiritur, niſi cōſuetudine aliter introductum ſit, de qua ꝓbatione, vide Andr. Gail. obſer. 149. lib. 2. Nat. conſi. 634.

Limitatur non procedere, quando feudum nouum conceditur, vt antiquum, auitum, & paternum. ibid. Gail. nu. fin.

Prælatus, & ſi feudum nouum tanquam antiquum concedat; tamen non ſortitur qualitatem feudi antiqui, ſed nouum manet; ſecùs eſt in conceſſione facta ab eo, qui nouū feudum iure antiqui dare poteſt. Myſinger. obſer. 18. cent. 6. vide Dec. conſi. 185. nu. 7.

Si in inueſtitura noua etiā prima, addatur clauſula, iure feudi paterni, auiti, vel antiqui, nō obſtante quòd feudum ſit nouum, attamen antiquum reputatur. Mago. deciſio. 54. num. 28. Rot. Florent.

Feudum nouum conceſſum in antiquum, quando eſt alienabile, poteſt legari cōiunctæ perſonæ. Rol. conſi. 16. vol. 3. nu 38.

Conſobrinus non ſuccedit in feudis antiquis, vide Affic. deciſ. 292. ſed an frater fratri in illis ſuccedat, vide eundem deciſ. 293.

De feudo antiquo, vel paterno vaſallus teſtari non poteſt, etiam cum Domini aſſenſu, niſi interueniat conſenſus agnatorum; ſecùs in feudo nouo. Capic. deciſ. 103. nu. 3. vide Excel. P. Teſſau. deciſ. 99.

An feudum dicatur nouum, qñ ſit inueſtitura ſub commemoratione antiquarum inueſtiturarum, & horum verborum, prout progenitores noſtri conceſſerunt, vide Mohed. deciſ. 282. & 283.

In ſucceſsione feudi antiqui acquiſiti pro ſe, ſuis hæredibus, & ſucceſſoribus, excludentis fœminas, ſufficit agnatum fuiſſe hæredē primi inueſtiti, vel vltimi, ad ſucceſsionem feudorum. Mohed. deciſ. 284. vide Excel. Præſid. Teſſau. deciſ. 99.

Aſcendens deſcēdenti ſuccedit in feudo antiquo; ſecùs in nouo. Vincen. de Fran. deciſ. 3.

Si per mortē vaſalli ſua linea extinguatur, Dominus tenetur ad inſtantiam cōſanguineorum defuncti vaſalli; ipſos de eiſdem bonis inueſtire præ alijs extraneis; ſed hoc procedit, tribus concurrentibus, de quibus in obſer. 16. Myſing. cent. 5.

Feudum nouum deficientibus maſculis ad Dominum reuertitur; ſed feudum antiquum ad agnatos. idem Myſing. obſer. 72. cent. 5.

Ad originale inueſtiturarum recurrendum eſt, quādo dubitatur de qualitate feudi, & licèt mutetur ipſa qualitas, feudum non dicitur nouum, niſi in qualitate mutata. Gaſp. Cab. milleloq. 188. ratio, quia prima inueſtitura ſemper attenditur. ibid. milleloq. 496. cui ex poſterioribus nō derogatur: quia prima inueſtitura præfertur omni feudorum naturæ, & illa ſola attendi debet. Mago. deciſio. 54. Rot. Florent.

Si feudum antiquum ſemel ad deſcendentes trāſitum fecerit, poſteà verò ad collaterales peruenerit, tunc in illo agnati vſq; in infinitum ſuccedunt, & tali caſu locum habet regula, vltimum agnatū primi acquirentis ſucceſſorem eſſe, etiam ſi feudum per mille manus ambulauerit: ſed ſi feudum non fecerit ſemel tranſitum ad deſcendentes, ſed ex pacto, vel alio modo à primo acquirente ad collaterales peruenerit, tunc locum habet ſucceſsio, ſolùm vſque ad ſeptimum gradū. And. Gail. obſer. 150. lib. 2.

In ſolutione æris alieni, diſtinguēdum eſt inter feudum antiquum ex pacto, & prouidentia, & feudum hæreditarium, primo caſu, ſi ſucceſſor non ſit hæres, non tenetur ſoluere æs alienum, (niſi de fructibus illius anni, quo mortuus eſt vaſallus) ſecundo caſu, tenetur, vide Gail. obſer. 154. lib. 2.

Frater ſuccedit fratri, vbi duo ipſi fratres receperunt feudum, iure antiqui. Raud. tract. de analo. c. 34. nu. 71. 240. 254. & 269.

Feudum nouum receptum iure antiqui, qñ ad tranſuerſales tranſeat, vide ibi. nu. 76. & 308.

Feudum in dubio præſumitur antiquum; ideò aſſerens eſſe nouum probare debet, vide Menoch. de arbitra. libr. 2. caſ. 191. Dec. conſi. 269. nu. 5. & 6. Natr. conſi. 55. nu. 11.

Feudum antiquum vnde colligatur, vide Dec. conſi. 53. & 445. Natt. conſi. 466.

Quando feudum antiquum vrī ab initio conceſſum, deſcendit ad plures, iuriſdictio competit omnibus, non vt ſingulis, ſed vt vniuerſis; ideò vnus ſine alio iuriſdictionem exercere non poteſt, nec aliquid ſtatuere contra alium; quia par in parem, &c. vide Menoch. conſi. 298. nu. 9. vbi ſcribit plura exempla.

In feudo antiquo, & paterno, quando mortuo Domino, vel vaſallo, petitur inueſtitura, dicitur propriè peti confirmatio, vel renouatio inueſtituræ anteà factæ: non autem requiritur inueſtitura realis, ideſt, vt filius, vel agnatus ſuccedens, mittatur in poſſeſsionē rei feudalis, cùm iam ſit in poſſeſsione, vnde talis inueſtitura feudi antiqui potius eſt cōfirmatio rei habitæ, & acquiſitæ, quàm noua acquiſitio. Hartma. Hartma. cap. 10. titu. de feudis. lib. 2.

In feudo antiquo ſi deceſſerit vaſallus, tunc hæres eius à domino, aut ſi Dominus deceſſerit, vaſallus, vel eius hæres ab hærede Domini, neceſſe habebit petere renouationem inueſtituræ intra annum, & menſem, ſi vaſallus eſt miles: ſui verò Paganus, intra annum, & diem, vide ibid. cap. 12. an lapſo tempore petendæ inueſtituræ, poſsit vaſallus purgare moram, vide ibid.

In feudis habet locum ſucceſſorium edictum, de gradu in gradum; ideò quando vaſallus deceſsit ſine hærede, eſt apertum feudum proximiori agnato, & agnatus agnato præiudicare non poteſt in feudo, & plenè quomodo in feudis ſuccedatur, vide ibi. c. 17.

Mortuo vaſallo, feudum æqualiter ad omnes eius filios pertinet, licèt aliàs pater in bonis allodialibus eos inæqualiter hæredes inſtituerit, & tunc ſi feudum eſt indiuiſibile omnes Domino fidelitatem preſtare tenentur, vel alter eorum nomine ſuo, & aliorum fratrum, vide ibid. c. 20.

Maior natu præcedit, & in feudo antiquo ſucceditur ad ſimilitudinem fideicommiſſi relicti familiæ. Dec. cōſ. 445. & excluſus ſemel, ſemper remanet eſcluſus. ibi.

Quando

Quando veniant qui nō erāt nati tempore acquiſitionis, vide Dec. conſi. 445.

Infeudis antiquis rectis, agnatus proximior vltimo feudatario morięti, & tenenti feudum, ſuccedere debet alijs excluſis, etiam filiabus defuncti feudatarij. Roland. conſil. 82. volum. 2. num. 36.

Feudum antiquum dicitur à quarto gradu ſupra, & in dubio dicitur antiquum, quando longo tempore poſſeſſum fuit. Rol. conſi. 55. num. 9. & 10.

Feudum antiquum illud eſſe dicitur, quod iam antea fuit à patre, auo, & anteceſſoribus poſſeſſum, & feudum nobile idem eſt, quod feudum antiquum. Menoch. conſi. 202. num. 48. lib. 3.

De feudo nouo.

Feudum nouum quando dicatur, licèt ſit paternum, vide Afflic. deciſio. 112. nume. 5. & vnde nouum, aut antiquum colligatur, vide Dec. conſi. 53. & conſil. 445.

Feudo nouo nouiter obuento per legatum cum regio aſſenſu, an poſſit pater tale feudum dare tertio, vel ſecundogenito, in præiudicium primogeniti. Afflict. deciſ. 248.

Feudum nouum cauſa noua facit; item & noua forma. Afflict. ibi. nu. 8.

Frater an, & quando ſuccedat fratri in feudo nouo, & quid in antiquo, vide Affli. dec. 293.

Vaſallus teſtari poteſt de feudo nouo interueniente conſenſu Domini; ſed de feudo antiquo, vel paterno non, ſine conſenſu agnatorum. Capic. deciſ. 103. nu. 5.

In feudo hæreditario, & nouo pater filijs præiudicare poteſt; ſecùs eſt in antiquo. Auguſt. Bero q. 45. nu 3.

Conceſsionis verba ſunt attendenda, an fuerit facta conceſsio intuitu patris, vel filiorum, etiam in conceſsione noua. Ioſeph. Ludo. deciſ. Luc. 66. nu. 9.

Conceſsio noua dicitur, quando prima alteratur inueſtitura antiqui feudi. Paul. Aemil. deciſ. 16. par. 2. nu. 4. Raud. tract. de anal. cap. 34. nu. 56 veluti quando mutatur qualitas, & forma primæ conceſsionis. Idem Aemil. deciſio. 17. par. 2.

Aſcendens deſcendenti ſuccedit in feudo antiquo: ſecus in nouo. Vincen. de Fran. deci. 3.

Feudum nouum deficientibus maſculis ad Dominum reuertitur; ſed feudum antiquum, ad agnatos. Myſing. obſer. 72. Cent. 5.

Feudum nouum dicitur, quando ob delictum, Dominus apprehendit poſſeſsionem, etiam ſi inueſtiat de nouo, iure antiqui. Alex. Raud. tract. de anal. cap. 34. nu. 54. 253. & 254.

Quando propter delictum vaſallus fecit compoſitionem, ſi in exequutione ipſius compoſitionis factæ ad aliquam ſummam propter ipſum delictum, Dominus de nouo (mediante ſolutione pecuniæ compoſitę) concedat feudum, illud dicitur nouum, etiam ſi fuerit facta conceſsio in feudum paternum, auitum, & antiquum; Ideò in illo ſolùm ſuccedunt deſcendentes, excluſis alijs agnatis tranſuerſalibus. Idem Raud. ibid. capit. 34. nu. 89. & ſeqq.

Feudum dicitur nouum, quod à linea progenitorum, vel per ſucceſsionem eorundem, non capitur. Illuſt. Senator Sol. in ſuis commēt. in antiq. conſtitutio. Sabaudiæ, gloſ. in proęmio, num. 26.

Feudo nouo alienato, Dominus directus admittitur ad reuocandam alienationem, qui hoc caſu excludit agnatos; ſecùs in feudo antiquo. Rol. conſi. 60. vol. 3.

An de feudo nouo diſponere poſsit vaſallus, diſtinguendi ſunt plures caſus: Primus erit, quando fuit acquiſitum per vaſallum pro ſe, & hæredibus ſuis, quo caſu dicitur hęreditarium, & tunc ſine dubio de tali feudo poteſt diſponere. Menoch. conſi. 161. lib. 2.

Secundus eſt caſus, quando feudum nouum eſt ſimpliciter ex pacto, & prouidentia; ſed pecunia, vel benemeritis acquirentis conceſsū, & hoc caſu pater, qui acquiſiuit prælegare illud poteſt vni filiorum. Menoch. d. conſi. 161. nu. 6. lib. 2. & tunc talę feudum non cenſetur ex pacto, & prouidentia dantis acquiſitum. Menoch. conſ. 309. num. 18.

Tertius eſt caſus, quando feudum nouum eſt ſimpliciter ex pacto, & prouidētia, & gratis, vaſallo conceſſum: ſed conceſsio facta eſt, tàm contemplatione filiorum, quàm patris, & hoc caſu, non poterit pater vni filiorum totum feudum prælegare. Menoch. ibi. n 11.

Quartus eſt, quando feudum nouum ſui natura eſt tale, vt deferatur primogenito tantùm, quo ſanè caſu non poterit pater prælegare hoc feudum alteri filiorum, excluſo primogenito. Menoch. d. conſi. 161. nu. 14.

Quintus eſt caſus, quando feudum nouum eſt ſimpliciter ex pacto, & prouidentia, & non conſtat manifeſtè cuius ſola contemplatione fuerit conceſſum, an ſcilicet ſolius patris, vel etiam filiorum, & iſte caſus eſt diſputabilis inter Doctores, tamē Menoch. ibi. num. 15. concludit patrem nō poſſe, hoc feudo diſponere, & vni filiorum prælegare.

Sextus eſt, quando vaſallus cum conſenſus Domini diſpoſuit de feudo nouo ex pacto, & proui-

prouidentia illud relinquendo vni filiorum, & hoc caſu valet diſpoſitio. Menoch. d. conſ. 161. nu. 52. ſed quid ſi conſenſus Domini acceſſerit poſt mortem vaſalli, vide ibi. nu. 53.

Septimus caſus eſt, quando pater legaret hoc feudum ex pacto, & prouidentia, alicui extraneo, & tunc non poteſt. ibi. nu. 54.

Octauus vltimus erit caſus, an vaſallus diſponere poſſit de feudo ex pacto, & prouidentia nouo, conceſſo iure antiqui, illud prælegando vni filiorũ, quo caſu Menoch. ibi. nu. 57. ſuſtinet partem negatiuam.

Ad feudum, an legitimatus admittatur.

Filij naturales, & legitimati non ſuccedunt in feudo, tamen vbi de conſuetudine feuda ſunt redacta ad inſtar patrimonialiũ, quo ad ius ſuccedēdi, ſuccedũt. Guid. Pap. q. 59.

Legitimatus per ſubſequens matrimoniũ admittitur ad ſucceſsionem feudi; ſecùs eſt in legitimatis per reſcriptum Principis. Myſin. obſer. 42. ceur. 5.

Spurij feudorum ſunt capaces ex voluntate Domini, & per cõſequẽs legitimatio ad feudum fieri poteſt. Raud. tract. de anal. cap. 35. num. 40. ſed ex quibus poſſit Domini volũtas colligi, ita voluiſſe, vide plenè per eundē ibid. d. cap. 35.

De feudi caducitate, & commiſſo, quibus ex cauſis vaſallus feudum amittat, & cui eo caſu, applicetur.

Vaſallus ſi feudum, vel feudi partem, aut feudi conditionem ex certa ſcientia neget, vel craſſa, ſupinaq; ignorãtia dixerit ſe ne ſcire, deinde conuictus fuerit, feudo ſpoliabitur. Ozaſ. deciſio. 29. vide Ioan. Pap. lib. 13. titu. 1. arreſt. 9. & ſeq. Rol. conſ. 66. tamen poteſt reuocare negationem ante ſententiam. ibid. Ozaſc. d. deciſ. 14. nume. 29.

Princeps an poſt mortem vaſalli pœnam amiſſionis feudi declarare poſſit, vide ibi. nu. 13. Caſſad. deciſ. 2. tit. de locat. & conduct. nu. 6.

Dominus directus auocans feudum ſibi competens iure prælationis, nõ tenetur ad onera feudo impoſita, per vaſallum; minus tenetur ſtare locationi ipſius feudi. Ozaſ. deciſ. 156. ſecùs quādo auocat feudum iure commiſſi, quod fuerat cum hypotheca locatum. Idem Ozaſ. deciſ. 156. nu. 7.

Dominus directus non tenetur ad onera feudo impoſita per vaſallum, quando feudum ad eum reuertitur, vt ad Dominum, ideſt iure dominij. Ozaſc. deciſ. 156. nu. 9.

Alienatio de quibuſdam hominibus facta à vaſallo reſcinditur, ſi feudum ad Dominũ peruenerit ob feloniàm vaſalli, & ſeruitus in feudo per vaſallũ cõſtituta extinguit, feudo ad Dominũ reuerſo. Ozaſ. dec. 156. n. 11. & 14.

Feudum tanquàm res burgenſis alienatum, nõ petita inueſtitura, deuoluitur ipſo iure ad Dominum, quod procedit etiam ſi emptor ignoret rem feudalem: quia vēditoris culpa tranſit in eum. Afflict. deciſio. 155.

Vaſallus alienans partem feudi, non debet priuari toto feudo; ſed illa parte alienata dumtaxat. Gram. dec iſ. 49. Dec. conſi. 667. num. 6. vide Bar. in §. ſi verò, inſtit. de legat.

Clauſula, ſaluo iure, ſeu aſſenſu Domini, ſi fuit deuentum ad rei traditionem, nihil releuat, quia videtur Dominus contemni, ſi tamen adijciātur illa verba, videlicet, non aliter, nec alio modo (quia tunc videtur nihil actum fore) non perdit alienas hoc modo feudum. Gramma. d. deciſio. 49. num. fina. Guid. Pap. quæſt. 163. vide Dec. conſil. 160. Roma. ſing. 518.

Feudalis res vendita irrequiſito Domino, ſi deuoluitur ob dictam venditionem, cui applicabitur, an videlicet Dño, vel agnatis illius, qui vendidit, vide Gramma. deciſ. 77. qđ per alienationē factam ſine licentia directi Domini feudum applicetur ipſi Dño, ſcribit Ozaſ. deci. 69. num. fin. quod procedit in feudo nouo; ſecùs in antiquo. Menoch. conſi. 226. num. 201.

Feudum nouum deficientibus maſculis ad Dominum reuertitur, ſed feudum antiquum ad agnatos. Myſing. obſer. 72. ceut. 5. etiam quādo ob delictum publicatur. Ioan. Mohed. deciſ. 55. vide Periluſt. D. P. Teſſa. deciſ. 167 & Raud. tract. de anal. cap. 34. nu. 49.

Habens beneficium à domino, ſi efficiatur rebellis, præiudicat etiam filijs. Idem Raud. capit. 37. nu. 127. tamen vaſallus committens feloniam, non nocet filijs ante natis. Bart. in l. 2. C. de libert. & eor. liber. vaſallo delinquēte an, & quando filius amittat feudum, vide Bar. in l. 3. ff. de interdictis, & releg.

Filius Comitis, vel vaſalli dicitur habere Comitatum, & feudum ab Imperatore, non à patre, & filius vaſalli, an teneatur propter patris delictum, vide Bar. in auth. de exhibend.

tcis.

rtis §.optimum, vt illi, aut agnatis præiudicet, vide Abb. conſi. 3. lib. 2. num.5.gl.in l.2.§.filijs.C.de libert.& eor.liber.

Feudum commune cum alio habens committendo feloniam, tale feudum non reuertitur ad Dominum.Fel.conſi.49.nu.7.

Licèt filius ex perſona ſua, & propter ſuam culpam debeat amittere feudum;nepos tñ illud retinet ex pſona aui.gl.in l.7.§.fi.ff.de Senat.

An Dominus teneatur feudum ad ſe deuolutũ hæredibus vltimi inueſtiti concedere, vide Excel.P.Teſſau.deciſ.146.nu.fin.

Si venditor rem(quam vendit)aſſerat eſſe francam, vel moueri de directo dominio alicuius, licèt hoc non ſit verum, tamen ex tali aſſertione conſtituitur emptor in bona fide, & conſequenter excuſatur à cõmiſſo. Guid. Pap.quæſt.24.

Vaſallus licèt poſsit feudum alteri inſeudare ſine conſenſu Domini; tamen non poteſt illud alienare, quòd ſi vendat Domino irrequiſito,& tradat cadit à iure ſuo, nec euitat pœnam,illud poſteà recuperans.Guid.Pap.q. 162.Abb.conſi.3.nu.5.lib.2.

Rebellis ad feudum amiſſum,& alienatum, reſtituitur pro bono pacis;ſed an tunc cenſeatur reſtitutus ad feudum per ipſum inet alienatũ tẽpore rebellionis,vide Affli. dec. 116.

Feudum ruſticum non amittitur per reditum non ſolutum, nec per alienationem factam irrequiſito Domino.Gram.deciſ.77.num.11.

Si vaſallus ignorans rẽ feudalem, & ita iuret, (puta ſorte,quia alteri ſucceſsit) eã vt francam alienet, electioni emptoris ignorantis committitur, vtrum Domino velit cedere feudum, an vaſallo reſtituere, quo reſtituto vaſallo,idem pro beneficio retinebit nõ obſtante venditione,ſed ſi ſciebat rem feudalẽ, res cadit in cõmiſsũ, & emptor ſciẽs amittit precium.Guid.Pap. q.305.

Vaſallus irrequiſito Domino vendens, nõ perdit feudum,donec poſſeſsionem tradiderit. Guid.Pap.ſing.767.Ant.Corſet.in ſuis ſingularibus,litera. A. ſingul. alienatio,ſed quid,ſi ſe conſtituat nomine emptoris poſsidere. vide Boer.deciſ.112.Caſſan.in conſuet.Burg. titu.*des fiedz*.§.8.glo.4.

Domino inconſulto impunè feudum non alienatur. Crau.conſi.1.pro genero. nu.293.quia per ipſam alienationem, amittitur. capit. 2. ex.de feudis.

Ea ratione in alienatione feudi requiritur cõſenſus Domini,ne in perſonam minus gratã, aut idoneam alienatio fiat, inde fit, vt poſt alienationem conſenſus Domini rectè adhibeatur.Crau.ibi.nu.397.vide tamen.ibi.

Si vaſallus priuetur feudo propter alienationẽ, vel aliam iuſtam cauſam hoc intelligitur, ſi Dominus velit, vel declarauerit etiam per ſententiam.Dec.conſi.185.num.9.nam ſuper declaratione caducitatis eſt neceſſaria ſententia iudicis.Papon.lib.13.titu.2.arreſt. 11.

Quando vaſallus alienat rem feudalem ignorãter,eam non amittit,ratio, quia in omnibus alienationibus,in quibus alienans cadit à iure ſuo,ſubauditur hoc procedere in ſciente. Caſſau.in conſuetu.Burg.tit.*des fiedz*.§.8.glo. 6.nu.15.vide Excel.P.Teſſau.deciſ.227.

Vaſallus,ſi alienet cum allodio fundum feudalem commixtum,Dominus,ſi agat ad feudũ ſine ſuo conſenſu alienatum, docere debet, qui fundus ſit feudalis. Menoch. conſi. 395. num.18.lib.4.

Vaſallus licèt non petendo inueſtituram intra annum,& diem cadat; tamen ſi ignorauerit excuſabitur,cùm illud tempus ignoranti nõ currat. Gram. deciſ.52. vide Hartma.Hartm. cap.25.titu.de feudis.

Succeſſor in feudo,ſi nõn petierit inueſtituram intra annum, non amittit feudum, ſed ſoluit dupplicatum releuium. Gram.deciſ.103. nu. 223.vide Vincen.de Fran.deciſio.425.part.2.

Vaſallus, ſi non præſtet fidelitatem Domino infra annum, & diem,perdit feudum, non ipſo iure, ſed per ſententiam. Guid. Pap. q. 164.quod quidem tempus incipit ſolùm currere à die traditionis, & non alienationis. Guid.quæſt.165.

Vaſallus feudum amittit, ſi cum vxore Domini viui,ſiue mortui,concubuerit.Ozaſc.deciſ. 77. num. 17.

Vniuerſitas delictis, quæ contrà Dominum committuntur, reſiſtere tenetur; aliàs non reſiſtendo,delinquere dicitur. Ozaſc. deciſ. 138. nume. 7.

Vniuerſitas ob crimen rebellionis prædari, ac ſolo æquari poteſt.Ozaſ.ibi.nu.15.

Vaſallus,q Dominum defendere teneatur,& ſi nõ defendat amittat feudum, quomodo intelligatur,vide ibi.num.23.

Feudum paternum propter delictum filij hęredis,cui applicetur,vide Afflic.deciſ.116.

Feuda non cõfiſcanda,niſi pro læſæ maieſtatis crimine.Afflict.ibi.num.4.

De falſario feudatario, qui raſuram committi mandauit in inueſtitura, vel reſcripto, qualiter debeat puniri, & an debeat feudo priuari,vide Afflict.deciſ.404.feudum amittit vaſallus, ob crimen falſi, ſed declara dictum, vt per Raud.tract.de anal.cap.34.nu.23.

Prædeceſſoris delictum acquirẽtis feudum, vel officium,nocet,ſucceſſoribus filijs, ſed vtrũ, noceat agnatis in feudo antiquo, & quid ſi nominatim datum ſit patri, & filijs poſt patris

patris mortem,vide Capic. deciſ.121.nu.31. Hartma.Hartm.cap.26.tit.de feudis. lib.2.& capit.28.ibid.

Patris culpa nocet filio,in eo , quod debet habere filius poſt mortem patris.ibi.Capic.nu. 33. an filius amittat feudum propter delictum patris,vide Caſſad. deciſ.2.num. 8.titu. locat. & conduct.

Feudum , an deuoluatur ad Baronem , ſeu ad Regem , ſi ſubfeudatarius commiſerit crimẽ in Regem,vide Capic.dec.162.nu. 8. & quid ſi fuerit reſtitutus à Rege,vide ibi.

Feudatarius non ligius , nec ſubditus ratione domicilij , vel originis,committens crimen contrà Regem, non tenetur crimine legis maieſtatis.Capic.ibi.nu.12.

Feudum tenens ex delicto, ab eo excluditur. Gram.deciſ.77.

Quando reſpectu criminis rebellionis , quis debeat priuari feudo, vide Gram. deciſ. 105.

Principis priuilegio,in quo declarauit quẽ rebellem,cum manu quæſtoris,ſtandũ eſt.ibid. num.34.& 54.

Feudum conceſſum cum pacto,quòd ex ſui culpa priuari nõ poſsit,intelligit pactũ nõ procedere,vbi culpa conſiſteret in cõmittendo. Gram. deciſ.105. nu.43.

Feudatarius vaſallus committens feloniam,feudũ (quo ad vtile dominiũ) amittit ipſo iure: verum quo ad poſſeſsionem auocandam,requiritur ſententia;ſecùs in crimine læſæ maieſtatis.ibi.num.55.

Rebelles illi dicuntur,qui contrà honorem , & fidelitatem Principis, opera rebellionis faciunt.Tho.Minad.deciſ.13.nu.10.

Actio competens Domino contrà vaſallos,ad repetendum feudum apertum ob feloniam, non terminatur tempore. Tho. Minad. deciſio.37.nu.14.

Feloniam vaſalli contrà Dominum,debet probari per quinque teſtes ad minus. Guid. Pap. quæſt.180.

Vaſallus,ſi commiſerit delictum propter quod amiſerat feudum,hæres Domini non poterit illud opponere.Guid.q.114. quia regulariter jus priuandi vaſallum feudo ,ad hæredes Domini non tranſit.Ozaſ.deciſ.77.nu.11.

Feudi Dominus propter delictum in vaſallum, priuatur iure ſuo,ſicut èconträ. Boer. deciſ. 211.num.3.& 11. feudum an publicetur propter Domini delictum,vide Hartma.Hartm. cap.27.titu.de feudis.lib.2.

Feudum confiſcatum an fiſco,vel Domino applicetur,vide Boer.deciſ. 264. quod feudum confiſcatum ſpectet ad regium feudatariũ offenſum, ſcribit Raud. tracta. de analog. cap.34.nu.15.

Feudalia , an poſsint ob delictum tranſire in fiſcũ,vide Boer.dec.278.ius feudi,an publicetur ex delicto vaſalli,per quod bona publicantur,vide Bar.in l.ſi finita. §. ſi de vectigalibus.ff.de dam.infect.

Si in crimine læſæ maieſtatis,vel alio quis damnetur,an ob hoc bona ipſius publicentur , & feudum , quod ille tenet à Barone,fiſco applicetur,an verò ad Baronem directum Dominum reuertatũ,vide Aegid. Bellam. cõcluſ. 642.Pap,lib.13.tit.1.arreſt.12.

Dominus non reuocans feudum propter feloniam commiſſam per vaſallum,an,& quando eius hæres reuocare poſsit, vide Caſſad.dec. 2.tit.de locat.& conduct.nu.7.quod nõ poſſit,ſcribit Myſing.obſer.97.cent.3.

Pupillus non ſeruiens Domino , non priuatur feudo.Guid.q.335.

Vaſallus non priuatur feudo ob adulterium cũ pediſſequa Domini,vel Dominę,commiſſũ. Boer.deciſ.149.Pap.lib.13.tit.1.arreſt.14.

Vaſallus litigans cum Dño,ſi in ꝓceſſu ſcripſerit,& ꝓtulerit contrà eũ verba iniurioſa,dẽt feudo priuari,vide Io.Pap.lib.8.tit.3.arre.17.

Vaſallus contraueniẽs iuramẽto fidelitatis, nõ amittit feudum,niſi in caſibus à iure expreſſis. Cran.conſi.224.nu.7.

Vaſallus,ſi ob delictum feudo priuetur, & Dominus remitat delictum ,an tanquam nouũ, vel antiquum feudum retinere cenſeatũ , vide Caſſad.deciſ.4.eod.tit.locat.

Publicatis bonis propter delictum,an feudum publicetur,vide Capel.Thol.q 396.

Vaſallus feloniam cõmittens,non amittit poſſeſsione feudi,niſi per ſententiã priuationis. And.Gail.obſer.51.lib.2.

Sicut filius ingratus exhęredari,ita vaſallus feudo priuari poteſt; ſed de hac ingratitudine , vide ibi.obſer.157.lib.2.

Delictum,ſeu contumacia primi vaſall,inõ nocet retrofeudatario, qui ab illo primo habet feudum.Pap.lib.13.tit.1.arreſt.15.

Innocẽtia fratris ꝓdeſt fratri delinquẽti,in materia feudali.Alex.Raud.trac.de anal.cap.14.

Scribens Princeps in ſuis litteris feudũ eſſe deuolutũ,& applicatũ ad cameram, nõ ex hoc infertur , ꝙ vaſallus delictum commiſerit , vide Raud.tract.de anal.cap.31.

Sententia magiſtratus in crimine læſæ maieſtatis nocet agnatis, in inueſtitura vocatis. Idem ibi.cap.32.num.18.declara, vt ibi.num. 19.& ſeqq.tamen quòd ſententia contrà poſſeſſorem feudi, non præiudicet agnatis,ſpecificè non citatis habetur.ibi. nu.63.

Si vaſallus ex cauſa poſuerit milites,& cuſtodes in fortilitio, ſeu caſtro,quod habet cõe cum Domino, qui miſerit commiſſariũ , vt caſtrũ

reſtitueret,

reſtituerēt, cui commiſſario reſiſterent milites, an ob id debeat priuari feudo, vide Crauet. conſ. 319.

Vaſallus feudo priuatur, ſi malè in eo verſatur; ſed quando dicatur malè verſari, vide Menoch. de arbitra. lib. 2. caſ. 78.

Item vaſallus erudelis, feudo priuatur. Menoch. ibid. caſ. 139.

Vaſallus feudo priuatur, ſi grauem iniuriam dño infert; ſed quæ grauis dicatur iniuria, vide Menoch. de arbitra. lib. 2. caſ. 267.

Vaſallus prodens caſtrum (de quo fuerat inueſtitus) inimicis Domini, amittit feudum. Nat. conſ. 174. nu. 16. Tom. 1.

Vaſallus priuatur feudo, ſi ſine cā cum inimico dñi amicitiam inierit, maximè ſi relicto dño ad ipſum eius inimicum acceſſerit, eum eo habitando. Menoch. conſ. 100. vol. 1.

An in dicto caſu, facta pace inter Principes, rebellis reſtituatur ad feuda omiſſa propter capitula pacis, vide Menoch. conſ. 103. ibid.

Cùm Princeps concedens feudum vult, illud manere indiuiduum, intelligitur voluiſſe, q vnus conſortium, alteri ſuccedat iure nō decreſcendi. Menoch. conſ. 303. lib. 4.

Et tunc ſi alter ex conſortib. cōmiſerit crimen læſæ maieſtatis, portio eius remanet inſolidū apud alterum conſortem agnatum, excluſis Domino, & filijs delinquentis. Menoch. d. conſ. 304. nu. 11. & ſeq. & conſ. 305. lib. 4.

Pactum, q pater cadat à feudo, pp feloniā filij, non valet tanq̃ iniuſtum. Ant. Corſet. in ſuis ſingularibus, litera. P. ſing. pactum. 2.

Vaſallus non priuatur feudo, propter Domini delictum. Hyppol. ſing. 122.

In feudo auito, vnus fratrum cōmiſit feloniam, & amiſit feudum, Dominus remiſit, an videatur de nouo datum, vel remaneat auitū Bart. tenet hoc vltimum. in l. ſ. ſi quod dicitur. ff. de impen. in reb. dot. fact.

Ius feudi non tranſit ex ſecundo decreto in illum, qui petijt ſibi caueri ex damno infecto. Bartol. in l. ſi finita. §. ſi de vectigalibus. ff. de damno infect.

An, & qñ vaſallus à domino priuari poſsit feudo, vide Hartm. Hart. c. 24. tit. de feudis. lib. 2.

Qui ſint rebelles, & de pœna eorum, vide Bar. ſu per conſtitutio. q ſint rebelles. fol. 106. & Eccleſia, ſi non ſoluit cēſum, cadit à feudo. Bar. in l. placet C. de Sacroſanct. Eccleſijs.

Clauſula, q deficientib. liberis maſculis, ad nos feudum reuertatur pleno iure, tollit omnem alienationem durāte linea maſculina. Ozaſ. decif. 163 nu. 8.

De capitulo pacis ſuper reſtitutionib. faciendis rebellib. reuerſis, nō extēdēdo ad inuaſores, turbatores, & doloſos poſſeſſores, ſcribit Aſſlic. decif. 403.

Metus iuſtus in vaſallo dato, q incuriſſet cāuſam priuationis feudi, non debet feudo priuari, ſed excuſatur. Gram. decif. 18. nu. 9.

Vaſallus aliquid faciens pro ſua ſalute conſeruanda, & non eā offendendi dñm, non infert rebellionem, aut feloniam. ibid nu. 13.

Dominus non poteſt auferre dominium feudi vaſallo, ipſo nō audito, nec cōuicto. Gram. d. decif. 18. nu fin. Princeps enim non poteſt vaſallo ſuo feudum auferre, non præcedente cauſæ cognitione. Gram. deci. 65. n. 7. & abſq; legitima cā. ibid. n. 33. Craue. conſi. 293. nu. 4.

Aduocatus vaſallus, non poteſt aduocare contra Dominum, aliàs priuabitur feudo: fallit, ſi eſſet cōpulſus à iudice; quia tunc excuſaretur. Gram. decif. 80.

Vaſallus, ſi meliorauerit feudum, dñs non poteſt illud vendicare (ſolū ex cauſa delicti) niſi refectis expenſis meliorationis, alias repellitur exceptione doli, ſi non offerat. Guid. q. 169.

Si feudum efficiatur caducum, & reuertatur ad dominum directum, vaſallus amittit omnia melioramenta; ſecùs ſi reuertatur ex alia cā, veluti ex defectu lineæ. idem Pap. lib. 13. titu. 1. arreſt. 10.

Vaſallus, ſi non petierit inueſtituram intra tempus debitum, poteſt moram purgare, dummodo celeri ſatisfactione ſibi conſulere ſtuderit, hoc eſt, ſi antequā vocetur in iudicio, offerat ſe paratum facere, qđ tenetur, & præſtare. Guid. Pap. q. 166.

Vaſallos ſuffiçit petere inueſtiturā ad euitandū commiſſum, licèt nō offeratur fidelitas: quia petens inueſtituram, ſatis videtur offerre fidelitatem. Guid. Pap q. 167.

Vaſallum priuatum defectu inueſtituræ, ſi dñs recipiat ad obedientiam, an cenſeatur caducitatem remittere, vide Boer. decif. 311. n. 21.

In feudo antiquo, ſi deceſſerit vaſallus, tenetur eius hæres à Domino, aut ſi Dominus mortuus ſit, ab eius hærede, petere renouationē inueſtiturę intra annum, & menſem, ſi vaſallus ſit miles, ſi verò paganus, intrà annum, & diem, quo tempore lapſo, moram purgare non poteſt, omnis tamen iuſta cauſa excuſat vaſallum; ſed quæ nam poſsit eſſe iuſta cauſa, vide Myſing. obſer. 9. cent. 5. Dec. conſi. 144 num. 6. Hartm. Hartm. c. 12. titu. de feudis lib. 2.

Agi vt poſsit ad cōmiſſū rei feudalis, quę requiratur, & qua actione agatur, vide Guid. Pap. q. 454. Excel. P. Teſſau. decif. 227.

Fendū reuerſū ad Dominū, ēt ſine cā, an poſſit Dominus ſpacio 30. ann. præſcribere contrà vaſallum, & èeontrà, an vaſallus præſcribat contrà Dominum, vide Boer. decif. 211.

Si duo Domini contendunt de Baronia, vaſallus poſt annum poteſt differre inueſtituram,

dummodo intra annum offerat ſe velle inueſtituram recipere ab eo, qui eſt verus Dominus, & proteſtetur, quòd per eum non ſtat. Cabal.milleloq.648.

An in fide non intrans,& homagio per annum, & diē,amittat feudum,vide Ioan.Gal.q.162.

Feudum donatū,vt reddatur ad Dñm moriente feudatario ſine liberis,applicatur Domino,pariter,ſi filius feudatarij moriatur ſine liberis. Pap.lib.11.tit.1. arreſt.38.

Quando pro feudo præſtatur cenſus, feudum æquiparatur emphyteuſi; ideò vt euitetur caducitas,admittitur purgatio moræ, etiam ſi dicatur in inueſtitura, ꝙ non facta ſolutione canonis,feudum efficiatur caducum;quia intelligitur Domino volente, & antè declarationem Domini, admittitur purgatio moræ, imò etiam poſt, de æquitate canonica: Dec.conſi.138.

An,& quando Dominus,cui erat Ius quęſitum, videatur caducitatem remittere, vide Dec. conſi. 185.nu.8.

Mortuo Domino, vel vaſallo intra annum, & diem,debet peti renouatio inueſtituræ,& de ratione,quid ſi moriatur vaſallus infra dictū tēpus. & an poſsit Dominus illud minuere, vide Caſſan. in conſuetud. Burg.tit. *des fiedz*. Rub.3.§.1.glo.5.nu.4.

An poſt dictum tempus poſsit vaſallus purgare moram,vide ibid.nu.12. & an feudum poſsit præſcribi. nu.13.

In loco congruo eſt petenda dicta renouatio inueſtituræ. Caſſan. ibid.§.1.glo.12. & multæ ſunt cauſæ, ex quibus vaſallus excuſatur,ſi non petierit inueſtituram intra annum, & diem,de quibus vide ibi.glo.13.

Minor 14.ann. ſi non petierit renouationem inueſtituræ,non priuatur feudo,vide Caſſan. eo.titu.§.2.glo.1 & minor 25.ann. ſi non petierit inueſtituram intra annum, & diem reſtituitur.ibid.num.7.Rol.conſi.40.vol.3.vide Excel. P.Teſſau. deciſ.227.nu.3.

Quando feudum cadit in commiſſum applicatur proprietario, & non vſufructuario. idem Caſſan.ibid.§.8. glo. 3. ſed an feudi apertura fiat per ſententiam,vel ipſo iure, vide ibi.nu. 2.& glo.6.nu.10.

Feudum non poteſt per Dominum in alium transferri ſub prætextu, quòd vaſallus non fecerit recognitionem de eo,debitis temporibus petens inueſtiturā,niſi præceſſerit ſententia.Nat.conſi.22. Tom.1.

Iura feudi, & caducitas ipſius ad quē ſpectent, an ad Dñm immediatū à quo tenet vaſallus immediatus feudū,vel ad mediatū,qui tenet in retrofeudum à primo Dño,vide Caſſa.tit. *des fiedz*.§.8.glo.fin.quòd applicetur Domino immediato, ſcribit Menoch. conſi. 338.

In feudo non eſt locus caducitati propter canonem non ſolutum.Hippol.ſing.446. tamē contrarium tenet Iò. de Arnono, ſing.88.

Vaſallus effectus clericus deſinit eſſe vaſallus, nec feudū recuperat, ſi deſinat eſſe clericus. Bar.in §. neq; Auth. de Sanctiſ. Epiſco.

Feudum,vbi linea finita ad Dominum directū reuertitur, Dominus non tenetur reſpōdere creditoribus vaſallorum, qui dictum feudū tenuerunt. Natt.conſi.615.nu.7.

Vaſallus,qui non petijt inueſtiturā intra annū, & diem non priuatur feudo ipſo iure,ſed requiritur ſententia priuationis. Rol. conſi.18. vol.1.Guid.Pap.ſing.982.

Tempus anni,& diei datū ad petendam inueſtituram,per Dñm non poteſt minui.Rol. ibid. & nō currit ignoranti.idē Rol. cōſi.40.vol.3.

Propter non petitam inueſtituram intra annū, & diem,feudum non aperitur dño;ſed agnatis proximioribus.Rol.conſi.64.nu.27.vol.3. Menoch conſi.304. lib.4.

Quid ſi priuetur propter delictum cōmiſſum in perſonam Domini, vide Rol.conſi.15.vol.4. Menoch.d.conſi.304.lib.4.

Quid,ſi in perſonam alterius,vide ibi.conſi.78. Menoch. d.conſi.304.

Ad defendendum,vt feudum non cadat in cōmiſſum,propter non petitam inueſtituram intra annum, & diē, vide Rol.conſi 64.vol.3.

Vbi familia eorum, quibus fuit conceſſum feudum deficit; deuoluitur ad Dominum directum ipſum feudum. Menoch.conſi.160.li.2.

Licèt vaſallus, qui iurauit fidelitatem, non teneatur ſucceſſori ipſam præſtare; tamen tenetur ipſe ſucceſſor petere inueſtituram intra annum, & diē à Dño.Guid.Pap.ſing.982.

De laudimijs.

VSufructuario debetur laudimiū omnium rerū cenſualium. Capic.deci.184.Clar.in ſua Pract. §.emphyteuſis.q.23.in fine. ſed ꝓprietarius debet laudare, & inueſtire,licèt laudimiū debeatur vſufructuario. Guid. Pap.q.577. Franciſ. Marc.q.604.

Ex donatione debetur laudimiū, quo nō ſoluto,res cadit in cōmiſſum. Guid.q.46. Clar.in ſua Pract.§.emphyte.q.23.Iaſ.in l.fi.C.de iure emphyt.vide Marc. q.572. Pap. lib.13.titu.2. arreſt.20.Caſſa.in cōſuet.Burg.tit.*des retraicts*. Rub.10.§.7.gl.1.Guid.q.48.vbi referuntur tenentes partem negatiuam,vide etiam Capel. Thol.q.279. Vinc. de Fran. deciſ.201.qui tenet pro negatiua.

Emphyteuta poteſt donare irrequiſito Dño,

dummodo talis donatio non fiat in præiudicium,& in fraudem laudimiorum. Ioſeph. Ludo.deciſ. Luc.8.

Ex donatione cã mortis ſequuta traditione, ſtatim laudimium exigi poteſt, ſed quãtum ad effectum,pendet ab euentu reuocationis. Gaſp,Cabal.milleloq.114.

Si Princeps,vel priuatus donet feudũ,aut aliud pro certo pretio,non eſt donatio,ſed venditio,vide Gom.Leo.deci.34. in deciſ.diuerſo.

Doctores debent inueſtiri ſoluendo ſimplicia laudimia, ſicut alij nobiles. Guid.Pap.q.80.

Laudimia debentur, non ſolùm pro valore redituũ feudi,ſed ẽt pro ędificijs.Boer.dec.19.

Laudimium debetur ex toto pretio fundi,cum fructibus pendentibus, vel domus venditæ, cum vtenſilibus parieti affixis. Guid. Pap. ſing.497. non autem,ſi fructus, vel vtenſilia à pariete ſeparata fuerint: quia tunc nõ debetur ex illis fructibus,& vtenſilibus,ſed eorum æſtimatio debet deduci de toto pretio. Boer.deciſ.229.

Quid ècontrà ſi quis vendat primò mobilia etiã affixa, & poſteà ligna,& trabes domus, ita quod non reſtet,niſi fundus,& ſolum, qđ poſtea alio pretio venditur,an tunc pretium dictorum mobilium,primò venditorum,debeat computari in ſolutione laudimiorum, vide Boer.deciſ.230.D.Sol.in ſuis comment. in antiq.conſtitut. Sabaudiæ fol.33.

Nauium emptores, quãdo debeant laudimia, vide Boer.deciſ.277.

Pro rebus Eccleſiaſticis emptis,non debentur laudimia; ſed benè pro rebus emptis à ſeculari per Eccleſiam, ſeu clericum: quia pro ipſis Eccleſia, ſeu clericus tenetur ſoluere. Boer.deciſ.231.

In retractu ſoluuntur duo laudimia, quia proximior retrahens debet reſtituere pretium, & laudimium iam ſolutum per emptorem, & iterum pro noua acquiſitione laudimium Domino ſoluere: fallit ſi primus emptor eſſet priuilegiatus: quia tunc ſi ipſe nõ ſoluit, non poteſt repetere. Boer.deciſ.231. vide tñ D.Sol.in dd.ſuis comment. in antiq.cõſtitu. glo.ſuper.1. par.decreti,in caſibus tit.de iure emphyteu.nu.34.

Qñ fit alienatio cũ pacto retrouẽditionis,& ſequit traditio & deinceps fit retrouẽditio,& res retrotrahit,debent duo laudimia. Marc. q.570.572.vide & q.600.601.Caſſa.in cõſuet. Burg.tit. *des cenſes*.Rubr 11.§.7. glo.1.num.5. Boer. deciſ.182.nu.39. & deciſ.234.vide Excellen. Præſ. Teſſau.deci.75.quod eſt verum, quãdo pactum de retrouendendo ex interuallo fuiſſet appoſitum,vide deciſ.122.num. fin. Rot. Auenio.in deciſio.diuerſo. Tom.3. fol.115.alias ſecùs. Pap.lib.13.titu.2. arreſt. 24.vide Boer.conſi.3.& conſ.42. Craue.cõſi. 1.pro genero.nu.291. D.Sol.in dd.ſuis comment. in antiq. conſtitu.fol.125.

Statutum permittẽs debitori (cuius res ad inſtantiam creditoris alienata fuit) vt poſsit intra menſem rem ſuam redimere, nullo ſoluto laudimio, habet etiam locum in eo,qui ſola hypothecaria tenebebat. Rot. Auenio. deciſ.134.in deciſio.diuerſo.

Tertius emens facultatem reemendi, competentem virtute pacti de retrouendendo inconrinenti appoſiti,reemendo intra tempus ſtatutum,non ſoluit laudimium,niſi pro pretio ſoluto vendenti ſibi talem facultatẽ. Pap.lib.13.titu.2 arreſt.24. vide D.Sol.in dd. ſuis comment. in antiq.conſtitutio.fol.12.

Laudimium reſtitui debet, per venditorem,redimentem rem venditam, emptori. D. Sola ſuper 4 par.decreti, ex frequentioribus titu. de pact.inter empt.& vendito. fol.125.

Laudimium à retrahente iure retractus,adhuc ſoluendum eſt de iure cõi. Caſſan. in cõſuet. Burg.tit. *des retraicts*. Rub.10.§.9.glo.1.

Laudimia an ſoluat cõdemnatus, ad bona per Principem reſtitutus, vide Boer. deciſ.227.

Laudimium ſoluitur Domino pro nona inueſtitura. Capel. Thol. d.q.279.& vt debeatur requiritur noua traditio,ſeu tranſactio poſſeſsionis, propter quã debetur. Marc.q.185.

An Dominus directus poſsit petere laudimiũ ante realem traditionem, quãdo interuenit clauſula conſtituti, vide Marc.q. 569. Guid. Pap.q.101.nu.fin. Boer. deciſ.122. quòd poſſit, ſcribit Ioan. Pap.lib.13.tit.2.arreſt.30.

Quando iterum traditur res vendenti ex antiqua cauſa, non debetur laudimium; ſecùs ſi ex aliqua noua cauſa: tũnc enim ad multitudinem traditionũ,ſequitur multitudo laudimiorum. Fran. Marc.q.601.in fine.

Res emphyteutica, ſi datur in dotem, nõ ſoluit Dño laudimiũ,vbi res non fuerit æſtimata;ſecùs ſi fuerit data æſtimata. Cap.Thol.q.279. vide Iol.Lud.deci.60.Peruſ.nu.12.Cabal.milleloq.116.Pap.li.13.tit.2.arreſt.24.Guid.Pap. q.48.ex ceſsione facta p ſorore fratri, de bonis paternis propter dotem in pecuniã ſolutam,non debetur laudimium. Pap.lib.13.tit. 2. arreſt.34.

Laudimium debetur pro omni alienatione rei emphyteutæ.Craue.conſ.215. Iul.Clar.in ſua Pract.crim.§.emphyteuſis.q.23.

Limita,quãdo pater dedit fundum filiæ inæſtimatum pro eius dote.Craue.d.conſi.215.qđ procedit,qñ pater non habet alia bona, de quibus poſſet dotare filiam. ibi. Craue.nu 7.

Secundò,limita reg. quando res emphyteutica alienatur

alienatur in eum,qui eſt de comprehenſis in inueſtitura,ad quẽ poſt mortẽ emphyteutę res erat peruentura.Craue.d.conſi.215.nu.8.

Tertiò,non debetur laudimium,quando fit donatio filio Craue.d.conſi.215.nu.8. vide tamen ibi,vel alio modo filius acquirit de bonis paternis. Dec.conſi.331.

Quartò,in alienatione neceſſaria laudimiũ nõ debetur.Crauet.conſi.1.pro genero.nu.290. vide D.Sol.in ſuis comment.in antiq. cõſtit. glo.1.ſuper 1.par.decreti,in caſib.tit.de iure emphyteu. nu.27.

Laudimium , an debeatur pro alienatione neceſſaria,quæ fit ex præcepto iudicis,qui leuauit bona de gagio trib.concurrentib nempè ſi cauſa obligationis ſit dos,ſi fiat leuatio ex neceſsitate mera, & ſubhaſta, & ſi nulla alia bona extarent,vide Excel.P.Teſſau dec.139.

Laudimium non debetur ex diuiſione facta inter fratres , quæ dicitur alienatio neceſſaria, pro qua non ſoluitur laudimiũ. Capel.Thol. q.75.in additio. Caſſan. in conſuetud. Burg. tit. *des censes*.Rubric. 11. §. 7. glo. 1. nume.3. fallit, ſi totus fundus eſſet vni adiudicatus. ibi in fine. imò quòd laudimiũ non debeatur ex diuiſione facta inter plures emphyteutas,etiam ſi tota res vni adiudicetur,ſcribit Gaſp. Cabal. milleloq. 112. ſunt tamen, qui tenent contrarium,vide ibid.

Ex alienatione oĩno neceſſaria ex parte emptotis, vel vendiroris nõ debetur laudimiũ, veluti quando res non patiens diuiſionem iuris neceſsitate adiudicatur inſolidum vni ex condiuidentibus,& alter percipit pretiũ pro parte ſua; ſecùs eſt in alienatione neceſſaria tantùm ex parte emptoris,vel venditoris,vt in re capta in executione,nam tunc non dicitur neceſſaria ex parte creditoris emptoris. Pap.lib.13.tit.2. arreſt.23.

Laudimium non debetur de bonis hæreditarijs,legatis,fideicommiſsis, nec rerum diuiſione , ita diſponẽtibus in hac patria antiq. conſtitutio.titu. de iure emphyteu. ſed vide D.Sol.ibid.fol.30.

Laudimium de diuiſione quomodocũq; fiat, nullum deberi in patria Pedemontanã ſtatutum fuit,imò facta diuiſione, non debetur ex contractu , per quem fratres redeunt in communionem. D. Sol. in ſuis cõmẽt.in dd. antiq.conſtitu.Sabaudiæ, glo.1.ſuper decreto,in cauſis.1.par.nu.25.

Ex alienatione neceſſaria reſpectu emptoris, ſeu illius,in quem poſſeſsio rei transfertur, non debetur laudimium , ſecus ex neceſſaria reſpectu venditoris,Caſſan. in conſuet.Burg. tit.*des retraicts*.Rub.10.§.9.glo.1.nu.4.

Ex remiſsione , vel ceſsione , quæ fit inter ſocios, non debetur laudimium . Guid. Pap. quæſtio. 465.

Conſenſus Domini non requiritur in venditione rei emphyteuticæ neceſſaria , puta in adiudicatione,& ſolutum datione per iudicẽ facta creditori,ſaluo iure canonis. Capic. deciſ.99.num.3.

Ex remiſsione , quæ fit inter ſocios, cohæredes non debetur laudimium.Guid.q.411.

Ex ſimpliſi diuiſione nõ trãsfertur dominium, niſi fiat diuiſio ex cauſa tranſactionis. Bart. conſi.93. vol.1.

Laudimij dimidium ex permutatione tantùm deberi,Delphinalis conſuetudinis eſt.Marc. q 572.vide Clar.in ſua Pract.§. emphyteuſis. q.23. Caſſa.in cõſuetu. Burg.tit *des retraicts*. §.7.glo.1. ſed permutatione miſta ſtante , an debeat laudimiũ, vide Cabal.milleloq.113. Guid.Pap.q.92.

Laudimia debentur nedum ex venditione albernagij aquagij,ſed etiã ex eo, qđ ex aquarum decurſu ꝑtium auctum eſt.Marc.q.607.

Laudimium debetur ex ſeruitutis realis venditione. Marc.ibid.

Laudimium, quando debetur ad rationem tertij denarij, debet ſolui ad rationem dimidij pretij.Marc.q.611.

In emphyteuſi primus Dominus ſolùm requiritur, & illi ſoli laudimium debetur . Cabal. milleloq.179. Ioan. Pap.lib.13.tit.2.arreſt 9.

Laudimia quando ſunt ſoluenda de alienatione, ſunt etiam ſoluenda de datione in ſolutum,cùm ſit propriè alienatio. Ioſeph.Lud. deciſ. Peruſ.60.nu.7.

Pendente tempore redimendi pignora ex forma decreti ; ſeu ſtatuti ſuper executione rei iudicatæ, an fieri poſsit prorogatio termini de conſenſu creditoris,abſque incurſu ſolutionis laudimij,vide per Franc.Marc.q.185. par.1.& q.647. par.2.

Quid in prorogatione recapti,quando prorogatur de conſenſu emptoris , vide Marc.q. 185.par.1.& q.647.par.2.

Intra tempora redimendi pignus conceſſa à decreto,non debetur laudimium. Marc.d.q. 185.vide q.647. par.2.

An quis teneatur ad ſolutionem laudimij pretij penſionis, per aliquem in aliqua re conſtitutæ, vide Marc.q.477.

Quando quis emit ſibi, vel eius amico abſenti, & eligendo,rem cum conſtituto,& deinceps ex interuallo ille, qui emit elegerit amicum prædictum,ipſum ſubrogando in locum ſui in re empta , tunc debetur duplex laudimiũ. Franc. Marc.q.558.vide tamen D.Sol.in ſuis comment.in antiq.conſtitutio.gl.1.ſuper decreto,in cauſis ti.de iure emphyt fo.30.n.11.

Laudimia

Laudimia dicta ſunt à laudando, ideſt nominã-do, & agnoſcendo auctore, ſeu domino directo. Cabal. Milleloq. 192.

Propter locationem ad longum tempus rei emphyteuticæ, an debeatur laudimium, ſunt diuerſæ opiniones, vide ibid. milleloq. 213. Pap. lib. 13. titu. 2. arreſt. 20. Boer. deciſio. 231. Dec. conſi. 204 vbi tenet affirmatiuam.

Quando in contractu interuenit pretium eſt emptio, licèt de emptione nulla fiat mentio in ipſo contractu. Gomez. Leo. deciſ. 34. in deciſio. diuerſo.

De iure laudimium debetur ex legato, & donatione, & emphyteuta legatario non ſoluente laudimium, res cadit in commiſſum, poteſt tamen moram purgare ſoluendo laudimium, ſed quando, vide Rot. auenio. deci. 134. in deciſ. diuerſo.

Laudimium domino directo debetur, facta venditione ſubhaſta, quando cauſa, ex qua fit vẽditio oritur ex obligatione contracta per eum, in cuius odium fit alienatio. Vincen. de Fran. deciſ. 277. par. 2.

Laudimium debetur per ſecundum, vel tertiũ emptorem, etiam ratione emptionis, vel emptionum ſuorũ auctorum, qui nõ ſoluerunt: nam actio hypothecaria competit pro laudimio: ideò ſi vltimus emptor vult retinere rem, dẽt ſoluere omnia laudimia, anteà non ſoluta. Idem deciſ. 430. par. 2.

Ex venditione conditionali purificata conditione, ſoluitur laudimium illi, cui tempore contractus competebat ius exigendi, nam hoc caſu inſpicitur tempus contractus, non tẽpus purificatæ cõditionis. Pap. lib. 13. tit. 2. arreſt. 27. vide Boer. deciſ. 5.

Si fiat inſtrumentum conditionale, de quo ſoluatur gabella gabellarijs exiſtentibus tẽpore inſtrumẽti, non dẽt de nouo ſolui, alijs gabellarijs exiſtentibus tempore conditionis euenientis, licèt eo tempore videat ius quęſitum emptori. vide Ioſeph. Ludou. deciſio. Peruſ. 114. par. 2.

Ex pretio aucto in licitatione vltra æſtimatio-nem iudicialẽ iam factã, debetur laudimiũ. Papon. lib. 13. tit. 2. arreſt. 35.

Item ex pretio aucto per tranſactionem, ſeu concordium. Idem Pap. lib. 18. tit. 6. arreſt. fin.

De iure communi an ex ſucceſsione, & noua recognitione, quę fit propter ſucceſsionem, debeatur laudimium, vide arreſt. 28. eiuſdem Pap lib. 13. tit. 2.

Licèt in conceſsione rei emphyteuticę cõuentum ſit inter Dominum, & emphyteutam, quòd poſsit ius ſuum vendere, & alienare cui voluerit, nihilominus ex hac alienatione debetur laudimium. Iul. Clar. in ſua pract. §. emphyteuſis. quæſtio. 23. verſic. ſed quid.

Ad ſolutionem laudimij tenetur emptor. Clar. ibi. d. q. 23. verſi. vlterius.

Vendere promittens non obligatur ad gabellam, donec ſit completa venditio. Boer. deciſio. 48. nu. 9.

Laudimium debetur ex promiſsione de vendendo, & traditione poſſeſsionis, ſi cõuentũ ſit de pretio. Illuſt. Senator Sol. in ſuis commenta. in antiq. conſtitutio. Sabaudiæ, gloſ. 2. ſuper decreto, rempub. t. par. tit. de iure emphyteu. nume. 4 fol. 13. vide Cabal. milleloq. 202. ſi tamen dominus prædij pecunia accepta mutui nomine, promiſerit fundum in ſolutum dare, ſi intra aliquem terminum pecunia non reſtitueretur, atq; interim titulo conducti, creditor prædio frueretur, ſecùs eſſet, modo tale, non eſſet mutuum, vt ceſſaret ſpes luitionis Idem D. Sol. ibid. nu. 4. & 5. vide Cabal. milleloq. 201.

Res emphyteuta, ſiue feudalis alienata tanquã propria, & allodialis, cadit in cõmiſſum, vel ſi nominatim non exprimatur, niſi pactum, vel conſuetudo eſſet in contrarium, prout hæc conſuetudo eſt in patria Pedemontana. Idem D. Sola gloſ. 2. ibid. nume. 9. & 10. tamẽ non eſſet neceſſaria expreſsio, vbi tertia vẽditio pro laudimio deberetur. ibi. n. 11.

Laudimium eſt quinquageſima pars precij, & non valoris rei, & probatio quòd maius ſit, ſpectat ad illum, qui id aſſeuerat, Idem D. Sol. glo. 1. ſuper decreto, in cauſis. titu. de iure emphyteu. tamen conſuetudo valida eſt, quòd debeatur tertia pars precij: Item pactum inter Dominum, & vaſſallum. ibi. nu. 4. & 5.

Laudimium vbi maius debetur, quàm ſit quinquageſima, emphyteutis licèt res alienare, non requiſito Domini conſenſu, & videtur etiam ceſſare ius prælationis, ſed in hoc vltimo, contrarium iudicauit Senatus, vide ibid. nume. 6. & 7.

Origo tertiæ vẽditionis loco quinquageſimæ, vnde proceſſerit, vide ibi. nu. 9.

Laudimium ſolutum pro promiſsione de vendendo, non eſt reiterandum pro venditione. ibid. num. 12.

Laudimium debetur ex contractu donationis reſeruato vſufructu, ipſo vſufructu tamen finito. ibid. num. 15.

Item multo magis debetur de donatione ob cauſam. ibid. num. 16. non tamen per maritum pro ea bonorum dotalium parte, quam lucratur, nec per vxorem pro augmento dotali, quo fruitur. ibi num. 17.

Quomodo, & quando de iure cõmuni debeatur laudimium, pro rebus relictis vltima voluntate, vide ibi. nu. 18. & ſeqq.

Laudimium

Laudimium ſolntũ ex contractu, poſt ſolutionẽ reſoluto, repetit. Papon. lib. 13. tit. 2. arre. 29. vi de Craue. conſ. 1. pro genero. nu. 291.

De contractu nullo, aut qui reſoluitur, nullum laudimium debetur; ſed quid de ſimulato, vide D. Sola in ſuis commenta. gloſ. 1. ſuper 1. par. decreti, in caſibus. tit. de iure emphyt. nu. 37. & 38. tamen quando reſcinditur iure prælationis, laudimium eſt reſtituendum per retraheutem primo emptori, ſed quid ſi emptor ſciuerit rem ſubiacere iuri prælationis, vide ibi. nu. 38. & 39. an ex venditione nulla, debeatnr laudimium, vide Perillu. D. P. Teſſau. deciſio. 75.

An debeatur laudimium ex reſolutione cõtractus. ſi ab eo de conſenſu partuim recedatur, vide Caſſan. in conſuetu. Burg. tit. *des retraicts*. Rub. 10. §. 7. glo. 1. num. 4.

Gabella, ſi debet ſolui de quolibet contractu virtute ſtatuti, intelligitur de contractu valido. Gram. deciſ. 74. nu. 27.

Quamuis verba inſtrumenti debeant intelligi cum effectu, nihilominus ex quo per perfectionem inſtrumenti fuit quæſitum ius gabellarijs, dicta gabella debet perſolui, licèt poſteà inſtrumentum diſſoluatur, & emptor, non venditor, tenetur ſoluere gabellam. Ioſ. Lud. deciſ. Peruſ 114. par. 2.

Laudimium non debetur ex contractu, quo de partium conſenſu vigore pacti, quod ab initio interuenit, ipſo iure reſoluitur, & cancellatur. Marc. quæſt. 570. & 571. vide etiam quæſt. 600. ibid.

Quid ſi emphyteuta intra tempus legitimũ nõ recognoſcat, vide q. 573. eiuſdem.

Laudimium, ſi contractus reſcinditur, non debetur. Idem Marc. q. 604. nec debetur, quãdo res dimittitur penes poſſeſſorem, etiam ex cauſa tranſactionis. Marc. q. 51. nu. 10. part. 2.

Gabella non debetur ex cõtractu nullo. Cabal. milleloq. 108.

Quando venditio reſoluitur conditione exiſtente, fingitur retroacta, acſi nunquam fuiſſet facta alienatio. L. 51. ff. de vſucap. & ibi. Bar.

Laudimium debetur ex vẽditione inter fratres diuiſos, ſi Domini à ſucceſsione, fratrem excludunt. D. Sola in ſuis commenta. glo. ſuper 1. par. decreti, in caſibus. tit. de iure emphyteu. nume. 29. in antiq. conſtitutio. Sabaudiæ.

Venditor certiorare tenetur emptorem, rem ſubijci laudimio, & laudimium intra quod tempus ſolui debeat, vide ibi. nu. 31. & 42.

Laudimiorum iura continentur, legato vſusfructus. ibi. num. 33.

Laudimiorum remiſsio ea quoque comprehendit, quæ erant debita ſub conditione. ibid. num. 35.

Laudimium non debetur de contractu rei cenſualis. D. Sola in dd. ſuis comment. gl. ſuper 1. par. decreti, in caſibus. titu. de iure emphyteu. nume. 36.

Quando venduntur res cenſuales ſub gratia redemptiua, non debentur laudimia. Caſſan. in conſuetud. Burg. titu. *des cenſes*. Rub. 11. §. 1. glo. 2. num. 15.

An debeatur laudimium ex venditione certi frumenti annui cẽſus, cum directo dominio de puro, & franco allodio, prætextu homagij, ſiue generalis recognitionis, vide Marc. quæſt. 291. par. 2.

Laudimium commiſſum tempore primæ conductionis ſpectat primo, & non ſecundo cõductori, licèt in ſuo tempore incidat terminus ſoluẽdi, & petẽdi inueſtiturã; ſecùs eſſet, ſi eſſemus in terminis commiſsi. D. Sol. in dd. ſuis commen. num. fin. fol. 34.

Conſuetudo ſoluendi minora, vel maiora laudimia, quomodo, & quanto tempore inducatur, vide eundẽm D. Sol. ibid. gloſ. 2. num. fina. fol. 34.

Quando propter læſionem agitur, & iuſtum pretium ſuppleatur, ex illo ſupplemento inde facto, debetur laudimium: quia eſt pars pretij. Rebuff in ſuis comment. tract. de reſciſsio. contract. Tom. 2. arti. 1. gloſ. 23. nu. 23.

Pro renouatione inueſtituræ, non debetur laudimium; ſecùs ſi vaſallus alienat in alium nõ vocatum. Caſſan. in cõſuet. Burg. tit. *des fiedz*. Rub. 3. §. 1. glo. fin. nu. 34.

Quando ratione venditionis Dominus pretẽdit laudimiũ, tunc cogitur emptor ad edẽdũ inſtrumentum emptionis. ibi. nu. 38. & in tit. *des retraicts*. §. 1 glo. fi.

Quando ex contractu debetur gabella, vel laudimium, contrahentes non poſſunt recedere à contractu in præiudicium Domini: limita, ſi poſt contractum celebratum partes incontinenti reſoluerẽt contractum, ſi hoc faciant antequã diuertãt ad extraneos actus. Idẽ Caſſa. tit. *des mainſmortes*. Rub. 9. §. 12. gl. 5.

Quando res remiſſa creditori, vt perciperet fructus, & poſsideret, præſumitur potius data inſolutum, quàm remiſſa iure pignoris, vide Menoch. conſ. 201. lib. 3.

Laudimium eſt onus reale, quod præſtari ſolet ratione rei alienatæ. Menoch. conſ. 297. lib. 3.

Immunitas generaliter ab omnibus oneribus (etiam realibus) conceſſa, non cõprehendit ſolutionẽ laudimij rei alienatæ, propter quã fuerat conceſſa immunitas. Menoch. ibid.

Laudimij præſtatio eſt quædam exhibitio obſequij reuerentialis, quã facit emphyteuta ſuſcipiendo inueſtituram Dominum directũ recognoſcẽs. Menoch. ibi. nu. 26. & laudimiũ

dicitur

dicitur decimã quædam, ſicut hoc nomine eam appellant Doctores.ibi.num.33.

Vendita res tanto minus valet, quanto ſoluitur in proxeneticis, ſubhaſtationibus, vel alijs. Bar.in l.72.ff.ad leg falcid.

De materia laudimiorum, vide per Iaſ.in l.fina. C.de iure emphyteu.q.7.

Emphyteuta non poteſt irrequiſito Domino ſine ipſius conſenſu, rem in emphyteuſim concedere. Spec. titu.de locat.verſieu.nunc aliqua, nu. 125.Iaſ. in d.l.fin.Iul. Clar. in ſua pract.§.emphyteuſis. quæſt. 20.& per conſequẽs ex tali conceſsione debetur laudimiũ. Clar.ibi quæſt.23.

Quando aliquid debet ſolui ratione rei petitæ in iudicio, & petatur res ratione poſſeſsionis, ſolummodo debet illud debitum ſolui, habito reſpectu valoris poſſeſsionis, & non proprietatis.Ozaſ.deciſ.Pede.4.

Contractus eſſe talis præſumitur, qualis per nomen appellatiuum profertur. idem deciſio. 139.nume.24.

Vendere, & promittere de vendendo differunt: ideò emphyteota vendens cadit à iure ſuo, non autem, ſi ſolummodo promiſit vendere. Capic. deciſ. 155.num.6.& 7. vide Gramma. deciſ. 103. num.200.

An in pacto legis commiſſoriæ, & addictionis in diem, debeãtur laudimia, vide Guid. Pap. q.48.Gaſp. Cabal.milleloq.107.

Aſſertio vẽditoris, aſſerẽtis rẽ ſe moueri de directo dominio talis Dñi, facta in vẽditione, nõ probat rem ipſam ſe moueri à dicto Domino, niſi aliter Dominus conſtare faciat de eius directo dominio Guid.Pap.q.24.

Emphyteuta vendendo rem ſub conditione, ſi Dominus laudare voluerit facit, vt Dominus nõ præferat iure prælationis. Guid. Pap. q.47.& q.411.

Annus, & dies dati emptori ad obtinendam inueſtiturã, incipiũt currere à die traditionis rei.non à die emptionis.Guid.q.165.

Si emptor rei emphyteuticæ non dicat verum pretium fortè, vt minus ſolueret de laudimio, res cadit in commiſſum. Guid. Pap. q. 171. num.5.

Si ſunt duo Domini, quorum vnus vult retinere rem iure prælationis, alter verò non, ſed vult inueſtire emptorem, quilibet vtitur iure ſuo. Guid.Pap.q.411 in fine.

Quantò tempore præſcribatur commiſſum, reſpectu laudimij non ſoluti, vide Guid.q.416.

Si plures res diuerſo pretio fuerint alienatæ, & pro vna fuerit ſoluta gabella, pro ea tantùm valet contractus.Boer.deciſ.253.

Quando aliqui recipiuntur pro ciuibus, & incolis in aliqua ciuitate, vel villa propinqua exempta à ſolutione pedagij, vel gabellarũ, an gaudeant priuilegio exemptionis, & quid ſi hoc dicatur factum in fraudem, vide Fran. Marc.q.528.num.6.

Fraus, ſi fiat in contractu, vt laudimium nõ ſoluatur, an pœnæ commiſsi locus fiat, vide eundem q. 571.

Hæredi emphyteutæ ratione ignorantiæ ſubuenitur: Idem in alio ignorante. Marc.q.579.

Laudimia nõ debentur ſola recognitione generali, niſi quòd recognitionis tẽpore, recognoſcens tenebat, & poſsidebat, probaretur. Marc.q.292.part.2.

An ratione mutati domicilij, quis priuilegium loci originis amittat, vide Afflict. deciſ. 384. Boer.dec.13.nu.35. quòd mulier alibi nupta, poſsit etiam gaudere priuilegijs loci originis, ſcripſerũt Bar.in l.de iure. §. reſcripſerũt. ff. ad municipales. Ang. in § in poteſtate, inſtitut.tit.de patr. poteſta.

Vxor eius Ciuitatis, ſeu loci eſt, cuius eſt vir.gl. Bar.Bald.& Ang.in l.ciues.C.de incol.lib.10. & dicitur eſſe eiuſdem originis. gloſ.in l.origine.C.de municip.& origina.lib.10.Bald.in l. voluntas. C. de fideic.Menoch.de arbitra. lib.2.caſ.379.D.Sol in ſuis cõment. in antiq. conſtitu Sabaudiæ.fol.54.ideò debet gaudere priuilegijs immunitatis, quibus gaudet vir.

Allodium id dicitur, quod ad aliquem pleno iure pertinet, & nullum laudimium ex eo præſtatur. Vincent.de Fran. deciſ. 131.nu.11.

Pignus extinguitur in re emphyteutica, conſolidato vtili dominio cum directo, & quando res redit ad Dominum ex pacto. Vincent.de Fran.deciſ.226.

Statutũ ſoluendæ gabellæ de acquiſitione hæreditatis, vel cuiuſcunq; dominij, non habet locum in filio ſuccedente patri, nec in alio quouis deſcẽdẽte ex liberis. Cabal.millel.51. nam alienare prohibitus, in filium alienare poteſt. Pet.Roy.deciſ.3.litua.nu.376.in deci. diuerſo.Tom.2.

Si circa pretium rei committatur fraus in præiudicium laudimij, res cadit in commiſſum. Boer.conſi.52.in fine. nam fraus omnino debet à contractibus abeſſe, qui inter Dominũ, & ſubditum fiunt, tamen fraudem alleganti onus probandi incumbit, & præſumitur ad euadendum laudimium ex promiſsione vẽdendi, ſequuta traditione poſſeſsionis, & de alijs fraudibus circa laudimia, vide per D. Sol.in dd.ſuis comment.gl.2. ſuper decreto, rempublicam.tit.de iure emphy.

Ad iudicandum qualitatem contractus, non ſonus verborum, ſed effectus rei inſpicitur, & quando in contractu ponitur nomẽ vnius cõtractus, & effectus alterius, debet iudicari

ſecundum

ſecundum naturam illius contractus, cuius effectus ponitur,& nomen appoſitum, quod nō conuenit,habetur pro nō appoſito: ideò ſi notarius ſcripſit permutationem, & in rei veritate ſit venditio,ſtatur naturæ rei, & non verbo notarij, quia non attenditur nomen contractus; ſed ſubſtantia. Dec. conſi. 160. Crau.conſi. 301.nu.3.

Quando ſoluitur gabella pro qualibet re vendita,non poteſt quis condemnari,modò adſit pactum, per quod venditor ſibi reſeruauit dominium rei venditæ ad tempus, videlicet donec pretium ſoluatur.Dec.conſi.440.

Pro relictis Eccleſiæ, & locis pijs,gabella non debetur.Dec.conſi.496.

Gabella & ſi debeat ſolui de qualibet negotiatione,non tamen ſoluitur de legato.Bar.in l. 43.§.ſed ſi quis.de legat.1.

Si de pretio rei venditæ ſoluatur gabella,an de pretio deducantur expenſæ factæ circa rei venditionem,vide Bar.in l.61.§.cuidam.ff.de conditio. & demonſtra.

De laudimio rei feudalis.

VAſallus de iure communi poteſt ſine Domini licentia tranſigendo,dimittere feudum penes poſſeſſorem, quia non dicitur alienare.Capic. deciſ. 156.

An in feudis ex permutatione, debeatur laudinuum,vide Boer.deci.263.

Vaſallus,ſi non petierit inueſtituram intra tempus debitum,poteſt moram purgare,ſi celeri ſatisfactione ſibi conſulere ſtuduerit,hoc eſt antequam vocetur in iudicium à Domino, obtulerit ſe paratum præſtare quod tenetur. Guid.Pap.q.166.

An debeatur laudimium pro re feudali, ſicut pro re emphyteutica,vide Guid. q. 405.415. vbi tenet affirmatiuam.

De iure communi laudimiũ non debent ſolui de feudo, licèt de conſuetudine ſoluatur. Ioan. Pap. lib. 13. titu. 1. arreſt. 3. Caſſan. in conſuetudi.Burgund.tit *des retraicts*. Rub.10. §.10.glo.2.nume.7.

Feudi Dominus, an à nouo vaſallo exigere poſſit nonum laudimiũ,vide Boer. dec.263.

Feudatarius,ſi nō petit inueſtiturã infra annũ, & diem de iure communi amittit feudũ, de conſuetudine tamẽ in Regno Neapolitano, ſolùm ſoluit dupplicatũ relenium.Vincen.de Fran.deciſ.425.par.2.

Dominus feudi non poteſt rem feudalem ex cambio, ſeu permutatione acquiſita, iure prælationis habere,& retinere. Boer. conſil. 42. vide Clar. in ſua pract. §. emphyteuſis. quæſtio.17.

Dato,quòd pro feudo nō deberetur laudimiũ; tamen hoc non procederet in feudo, pro quo præſtatur annua penſio: quia tunc res potius dicitur emphyteutica, quàm feudalis. Illuſt. Senator Sola in ſuis commenta. gl.ſuper decreto,rempub. de iure emphyteu.

Laudimium debetur, non ſolùm pro valore redituum feudi, ſed etiam pro ædificijs. Boer. deciſio.19.

Pro renouatione inueſtituræ,non debetur laudimium,ſecùs ſi vaſallus alienat in alium, nō vocatum.Caſſa. in conſuet.Burg.tit. *des fiedz*. Rub.3.§.1.glo.fin.nu.34.

De contrahenda emptione, & venditione.

IN re duobus alienata, ille præfertur,cui prius fuit tradita, licèt tẽpore eſſet poſterior. Marc. quæſt. 422.h.1.& l.quoties.C.de re. vendica.l.10.& 11.& ibi.gl.ff. de publi. Hartma.Hartm.cap.6.tit. de emptione.lib.1.

Dicta lex quoties habet etiam locum,quando primus emptor,qui fuit adeptus poſſeſſionẽ non habebat inſtrumentum, ſed probauit emptionem teſtibus: nam tunc debet præferri poſteriori emptori, habenti publicum inſtrumentum. Mago.deciſ.135. Rot. Floren.

Limita primò concluſionem, quando primus emptor in contractu emptionis habet conſtitutum,nam virtute conſtituti debet præferri ſecundo emptori, cui realiter res fuit tradita. Afflict. deciſ.139.num.8.Capic.deciſ. 182.nume.8.Boer.conſil.37.Dec.conſil.247. Marc.ſingu.82.Iaſ.in d.l.quoties,vide tamen Bar.conſ. 74.vol.1.

Quod procedit quando alienians, qui ſe conſtituit poſſidere,tempore contractus,poſſidebat.Capic.d.deciſ.182.num.9.Guid.Pap.q. 112.& contractus erat purus; ſecùs ſi conditionalis.Dec conſil.247.etiam conſtitutum nihil operatur, in rebus emphyteuticis, vel feudalibus,ſi ſecundus emptor primò obtinuerit inueſtiturã. Caſſa.in conſuet.Burg.tit. *des ſucceſſions*,Rub.7.§.1.glo.3.

Secundò limitatur concluſio, in donatione Principis.And.Gail. obſerua. 55. libr.2.Dec. conſil. 689.

Tertiò in feudis, quia ſi datũ eſt primò aliquid in feudum, & poſtea illud detur alteri,non obſtante, ꝙ vltimus habuiſſet poſſeſſionem, admittitur primus.Hippol.ſing.82.

Quartò limita, quando eſſet facta venditio perſonæ

perſonæ priuilegiatæ, vt eſt Eccleſia, vel pſo-
na eccleſiaſtica.ibid.nu.5. vide Bat.in l.19.C.
de Sacroſanct.Eccleſ.

Quintò, in beneficijs eccleſiaſticis. Gail.obſ.55.

Sextò limita, quando primus emptor rē ſigna-
uit.idem Gail.obſer.55.lib.2.

Septimò limitatur dicta concluſio, in cauſa ma-
trimoniali.idē Gail.obſer.55. Hippo.ſing.82.

Octauò limitatur, in ſecundo emptore habēte
ſcientiam primæ venditionis. Gail. d.obſer.
55.Crāue.conſi.77.nu.18.Rol.conſi.9.nu.29.
vol.1. Ioan.Ant. Trigo.ſing.15. vide Ang.in
§.item ſi quis in fraudem, inſtitut.de actio. &
tunc traditio per reuocatoriam, reuocatur.
Iaſ.ibid.num.116. idem ſi eſſet res tradita ex
cauſa donationis.Iaſ.ibid.

Nonò, non procedit concluſio in Eccleſia ven-
dente duobus, quia hoc caſu præfertur ille,
cui prius Eccleſia vendidit. Petr. de Rauen.
ſing.341. Hippol.d.ſing.82.

Decimo, de alijs limitationibus, vide per eun-
dem Gail.d.obſer.55.lib.2.Hippol.d.ſing.82.

Quando primus emptor non ſoluit pretium, &
primò non fuit inueſtitutus, tunc ſecundus,
qui ſoluit, & fuit inueſtitus, præfertur.Guid.
q.112.vide l.10.ff.de publicia.

Licèt in rebus corporalibus ille præferatur, cui
res prius fuit tradita; tamē ſecus eſt in incor
poralibus, in quibus prior, ſemper eſt potior.
Fran. Marc. q.422.

Si debitor in fraudem creditorum vendat rem
pignori captam, & incantatam, & demum
poſt ſubhaſtationem alteri deliberatā, præ-
fertur ille, cui res fuit in incantu deliberata,
etiam ſi emptor à debitore poſsideret; fallit
quando iam eſſet inueſtitus, & laudatus à
domino.Guid.Pap.q.81.

Vendens rē duobus, nō incidit in crimen falſi,
ſi primus emptor fuerit in mora ſoluendi
pretium.Gaſp. Cabal.milleloq.124.

Emptor ſecundus, cui etiam per conſtitutum
res fuit vendita, & tradita, præfertur priori
emptori, cui non fuit tradita. Borg.deciſ.87.
nu.48.par.2.ſed limita dictum, vt ibid.

Vendens rem duobus, ſi ſecundus pręfertur, te-
netur venditor primo emptori ad damna, &
intereſſe. ibid.nu.49.

Primus emptor cū hypotheca ſpeciali, pfert ſe-
cūdo, cui res fuit tradita. Mago.deci.Luc.2 n.

Pluribus volentib. emere, præfertur illæ, qui eſt
creditor, & cognatus debitoris: item credi-
tor tm̄ præfert cognato, ſed inter plures cre-
ditores, qs præferat, vide l.1.ff.de priuil.cred.

Liberū eſt vnicuiq; rem ſuā vendere cui volue-
rit, non habita conſideratione inter coniun-
ctos, vicinos, conſortes, vel extraneos: fallit
tm̄ in multis caſibus, & maximè ratione pacti
in contrariū appoſiti; ſed tunc qn̄ quis con
ſtituatur in mora, non emendi, vt alteri ven-
dere liceat, vide Hartma.Hartma.cap.2.titu.
de empt.& vendit.lib.2.

Qui primò emit rem à non domino, præfertur
ei, qui ſecundò emit ab eodem, poſteà facto
domino.l.2.ff.de except.rei vendit.

Emptorum quis præferatur, ſi vnus emit à do-
mino, alter à famulo, quid de plurib.empto-
ribus mercium, vide Maran in ſuo ſpec.diſt.
4.tit.an ſit iudi.ciuil.vel crimil.n.43.65.& 66.

Si duobus res vendatur, ille eſt prior, cui eſt tra
dita, & in dubio præſumitur prius tradita,
cui prius fuit vendita, quod procedit, ſi pri-
mus emptor pretium numerauit, aliter, ſi ſe-
cundus probet prius pretium numeraſſe.
Roman.ſing.382.

Promittens vendere rē alteri, & iurans, ſi eā de-
inde alteri vēdat, & tradat ſecūdus emptor
pręfertur; & primus ſolum agere poteſt ad
intereſſe, niſi appellaſſet à venditione futura;
quia tunc pēdente appellatione, ſi fieret ſe-
cunda alienatio, nō valeret, vide Pet. Gerat.
ſingul.98.

Pluribus ementibus ab eodē, potior eſt, cui tra-
ditio facta eſt, ſi à diuerſis pfertur poſſeſſor.l.
11.§.ſi duobus.ff.de public. & ibi.Bar.

Fratres in re vendenda, pferuntur alijs, ſi æqua-
le pretium offerant, Bar.conſi.19.

Septem ſunt caſus, quibus res debet alienari
magis vni, quàm alteri, & ſic tunc vnus præ-
fertur alteri, ex cauſa, vide Maran.in ſuo ſpec.
diſputa.8. num.29.

Qui vendit eandem rem duobus, cuilibet inſo-
lidum diuerſis contractibus, pœna falſi pu-
nitur.l.21.ff.ad leg. Corn.de falſ.

Venditio dicitur perfecta trib. modis, de qui-
bus omnibus, vide Boer.deciſ.280. nu.4.

Venditio ad rationem vnius terreni pro quo-
libet palmo, antequam terra menſuretur, nō
eſt venditio perfecta, niſi deuentum ſit ad
traditionem, vide Marc.q.451. Capic. deciſ.
14.nu.6. & 10. ſed an ſufficiat conſtitutū ibi.

Emptio contrahitur poſtq̄ de pretio conuentū
eſt, licèt non fuerit ſolutum. Boer.deciſ.48.

Vēditio facta pro certo ptio cum pacto, q de-
beat æſtimari, & iuxta æſtimationē pretium
augeri, ac minui, dr̄ pura, atq; perfecta, &
trāsfertur ex ea, dn̄ium.Benin.deciſ.29.nu.4.

Emptio, & venditio, qn̄ dicatur perfecta in reb.
quæ in pondere, numero, vel menſura conſi-
ſtunt, vide Maran.in ſuo ſpec. diſt.4.tit. an ſit
iudi.ciuil.vel crim. nu.52.

Licèt nō fuerint liquidati introitus baronales,
ſi tn̄ eſt facta alienatio terræ, dr̄ talis aliena-
tio perfecta, & tranſlatum dn̄ium, prędiorum
introituum.Vincen.de Fran.deciſ.23.

Emptio eſt perfecta quamuis pretium ignoretur à contrahentibus, dummodo in rei veritate certum ſit. ibid.d.deciſ.23.

Facta emptione pro iuſto pretio, emptio perfecta eſt, & pro liquidatione pretij, Iudex debet adhiberi. ibid. nu. 71. vide Pet. de Raue. ſing.774. Menoch. de arbitr. lib.2. nu.143. nā fundus poteſt vendi iuxtà æſtimationē duorum arbitrorum. Dec.conſi. 648.

Contractus venditionis factus in ſcriptura priuata, cum hoc, quòd poſteà fiat inſtrumentū per publicum notarium, quando valeat ad hoc, vt interim donec fiat inſtrumentum publicum, non ſit locus pœnitentię, vide Borg. deci.27.par.2.nu.38. vbi tradit regulam cum limitationib. vide etiā Hiero. Magó. deci.95.

Contractus factus eo pacto, vt de ipſo conficiatur ſcriptura per notarium, an ſtatim valeat, vide Dec.conſi.340.

Contractus perfectio emptionis, & vēditionis, conſiſtit in ſcriptura. Felyn.conſi.50.nu.5.

Arrhæ nō amittuntur per emptorem, ſi emptio facto, & culpa alterius, non autem ipſius emptoris, nō habuerit effectū. Crau.cōſ.233.

Emptio, & venditio, quando dicatur perfecta, & quomodo intelligatur, quod dicitur conſenſu perfici emptionem, & venditionem, vide per Maran. in ſuo Spec. tit. an iudic. ſit ciuil. vel crimin. diſtinct.4.nu.37.fol.96. Pet. de Raue. ſing.193.

Venditio facta ad menſuram dicitur cōditionalis, & ante factam menſuram, non dicitur perfecta, & tunc conſtitutum appoſitum, nihil operatur, & emptor non poteſt ingredi poſſeſsionem ante menſuram. Natt. conſi. 263. vide Bart. in l.2.C.de pericu.& commo. rei vendi.

Venditio facta ad menſuram, etiam de rebus immobilibus, non dicitur perfecta, niſi facta menſuratione. Bar. in conſi.74.

Venditor frumenti conſtituitur in dolo per nō expreſsionem futuræ ordinationis, quam ſciebat eſſe faciendam, de frumento vilius vendendo. Afflict. deciſ.399.nu.9. nā emptor poteſt agere ad intereſſe cōtrà venditorem, qui conſultò rem hodie vendidit ſciens, eā cras minus valituram. Roma.ſing.286. vide Bar. in l.27.ff. de legibus.

Emptio præſumitur facta ex pecunia, quę peruenit ad manus emptoris. Capi deci.194.n.15.

Empta res ex pecunia hęreditaria, an ſubiaceat reſtitutioni, ſicut erat ipſa pecunia. ibi.n.16.

Malafides in venditione interueniſſe præſumitur, in qua non fuerunt ſeruata ſeruanda. Ozaſ.deciſ. 180.nu.10.

Emptor conſtituitur in bona fide, ſi venditor rem venditam afferat liberam, & francam, Guid. Pap.q.24.

Emens rem ab aliquo tāquam negotiorum geſtore, vel coniuncta perſona nomine ſuo, & fratrum, pro quibus de rato, &c. non ſequuta ratihabitione; dicitur malæfidei poſſeſſor; ita quòd teneatur ad fructus à die occupationis. Beninten. deciſ.38.

Denunciatio facta à domino, ne quis emat, conſtituit emptorem malæfidei poſſeſſorem. l. 17. C. de rei vendi.

Habēs liberam adminiſtrationem, poteſt alienare rem domini, aliàs ſecùs, & ſciens rei vitium, non habet iuſtum poſſeſsionis initium, & non præſcribit. l.20. C. quod cum eo.

Venditoris malafides, an noceat emptori, vide glo. in l.3. C. de peric. & commo. rei vend.

Denunciatio eius, qui nō habet ius denunciandi, non conſtituit emptorem malæfidei poſſeſſorem. l.49.ff. de mino.25. ann.

Qui emit rem furtiuam, tenetur eam reſtituere, nec pōt eam ꝓ pretio retinere. l.2. de furtis.

Emens rem à fure, an pſumatur particeps fraudis, vide glo. ibid.

Emptor, & poſſeſſor rei furtiuę auctorem ſuum de vrbanitate tenetur in iudicio nominare, ſi vult euitare ſuſpicionem, quæ à bono viro debet eſſe remota. l.5.C.eod.

Bonęfidei poſſeſſor eſt, & dominium habet, qui auctore iudice comparauit l. 14. §. ſed & ſi res legata. ff. de relig. & ſumpt. fune.

Qui emit ab eo, quē ſcit conſumpturum pretiū bonæfidei eſt, niſi ſciat eum conſumpturum in aliquem malum vſum. l.8.ff. pro empto.

Quilibet intelligitur malæfidei, qui contrà legē mercatur. l.7. in fine. C. de agricolis. lib.11.

Emptoris ius potentius eſt propter titulum emptionis, quàm creditoris pignus. Ozaſc. deciſio. Pedemon.35.

Emptor licèt vigore pacti de retrouendendo rem emptam reſtituere teneatur, quia tamen interim eſt dominus, poterit in alium ſecundum emptorem res emptas transferre. Ozaſ. deciſio.65.

Emptio contrahi poteſt, in rebus dubium, ac incertum euentum habentibus. Ozaſc. deciſio.95.nu.3.

Menſura prædiorum ſecundum conſuetudinē loci, vbi ſunt ſita, an fieri debeat, aut potius ſecundum conſuetudinem loci contractus, vide Ozaſ.deciſ.112. & ſupra tit. de menſuris. lib.1. D.Sol. in ſuis comment. in antiq. conſti. tit. de cenſuum ſolutione. fol 49.

Viro, & vxore ſimul ementibus, vtrique pro virili acquiritur, præſertim ambobus in poſſeſsionem miſsis; tamen hæres mariti habet actionem ad pretium contrà hæredem vxoris. Ozaſ.deciſ.140.

Si con-

Si conſtante matrimonio, vel poſt mulier aliqd acquirat, qd iuris, vide Boer. deciſ. 81.

Res empta per vxorem, erit ipſius vxoris, licèt præſumatur empta de pecunia viri, ſed ipſa tenetur ad pretium viro, vide Bar. in l. 3. C. de fide inſtrum. & iure haſtæ fiſca. lib. 10.

Quicquid acquirit vxor cõſtante matrimonio, de bonis mariti præſumitur acquiſitum. l. 6. C. de donat. int. vir. & vxor.

Per alienationem rei donatæ inter cõiuges, reuocatur donatio. l. 12. C. eod.

Præſumitur emptio ſimulata, ſi eſt appoſitus titulus in perſona vxoris, & traditio eſt facta ipſi marito, ſecùs ſi traditio, & titulus in pſona vxoris concurrunt: quia tunc ei acquiritur dominium. l. 16. C. eod.

Emptio, & venditio facta inter virum, & vxorẽ, nullius eſt momenti. l. 5. §. circa vẽditionem. ff. de donat. int. vir. & vxor.

Venditio à principio nulla non conualidatur ex eo, quod venditor nunquam contradixerit, vel quòd conſenſus filiorum, aut agnatorum, interuenerit. Ozaſ. deciſ. 289. nu. 4.

Contractus venditionis ſtante priore iuramento de non alienando, an, & quãdo ſit nullus, vide Afflict. deciſ. 331. Guid. Pap. q. 569.

Quid iuris, quando fuit conuentũ in venditione, vt dñium non transferatur in emptorem, niſi pretio ſoluto, vide per Afflic. deciſ. 338.

Venditio, in qua falſa pretij cauſa interuenit, quæ cauſam contractui dedit, debet reſcindi. Marc. q. 451. par. 2.

Emptio rei ſuæ non ſubſiſtit, qd limita, vbicũq; ab emptore auelli res poteſt. Crauet. conſi. 1. pro genero. nu. 413. & 423.

Emptor incidit de iure communi in pœnam l. ſi quis maior. C. de tranſact. non ſoluens integrum pretium (intra tempus conuentum) promiſſum cum iuramento. Dec. conſi. 452. ſed in patria Pedemontana, non ſeruatur rigor d. legis, vt ſtatutum eſt per antiq. conſtitutio. Sabaudiæ. lib. 5. fol. 125.

Venditio nulla eſt, quandò venditur vna res pro alia, & in corpore diſſentitur, vel quando pro rebus venditis, ſupponunt aliæ. Natt. conſi. 175. Tom. 1.

Quando ſcienter emerem, vel conducentem rem, quam euincere poteram, tunc videor donare, & renunciare iuri mihi competenti. Marc. de Mant. ſing 344.

Re per metum vendita, quid iuris, vide Bart. in l. 3. C. de his, quæ vi metus.

Ratam habens bonorum ſuorum venditionem ſibi præiudicat. Bart. in l. vnica. C. ſi in communi eademque cauſa.

Patiens rẽ ſuam vendi, qñ videat conſentire vẽditioni, vide Bar. in l. 5. C. ad Senatuſc. Velle.

Venditio præſumitur ſimulata, quando patitur emptor venditorem poſſidere, & quantum tempus requiratur, etiam ſi in inſtrumento venditionis ſit appoſitum conſtitutum: fallit quando venditor reſpondet de fructibus, vel quando vſumfructum ſibi reſeruauit. Bart. in l. 8. §. ſuperuacuum. ff. quib. mod. pign. vel hypothec. ſolu. nu. 5. & 6. vide Abb. conſi. 12. lib. 2. & conſi. 69. ibid.

Alienationes factæ per fideicommiſſarium cõfirmantur, reſtitutione ſequuta. l. filiam fratris. ff. ad Senatuſconſult. Trebellia.

Pactum de non alienando rem propriam, non valet. l. pen. ff. de pact.

Alienatio facta in fraudem legis ipſo iure eſt nulla, ſed facta in fraudem hominis tenet; per reuocatoriam verò reſcindit, & ipſa alienatio omnium bonorum, non valet ipſo iure. l. ſi libertus. ff. de iure patron.

Venditio facta per impreſſionem officiali, reſcinditur, nec ei pretium reſtituitur. l. pen. C. de his quæ vi metus.

Fideiuſſor non poteſt emere pignora debitoris à creditore vẽdente iure pignoris, & ſi emat, ipſe debitor habet ius offerendi ipſi fideiuſſori, & emptori, reiecta emptione. l. 1. C. de dolo malo.

Res non poteſt emi eo pacto, vt non teneatur emptor ſoluere canonẽ, & hoc faciens amittit prædium, neque recuperat expenſas, vel meliorationes, minus iuuatur longa præſcriptione; ſecùs in longiſsima. l. fin. C. ſi fundus rei priuatæ. lib. 11.

Acquirens ab aliquo, non videtur fateri illum eſſe dominum. Afflic. deciſ. 14. nu. 8.

Terram circundatam finib. vendens, præſumit omnia ſecundũ fines vendidiſſe. Afflic. deciſ. 67. nam conſignatio finium, rem deſsignat, & quicquid eſt intra, includit, & ècontrà. Fran. Marc. q. 566. nu. 4.

Pretium rei venditæ potius cõſiderandum eſt, quàm quantitas terræ. Afflic. ibid. nam veriſimile eſt, quod ex pretio colligi poteſt. ibid. ex quo arguitur, an aliquid veniat in venditione, vel non. Craue. conſi. 310.

Terra vẽdita cum expreſſione corporis circũſcripti, licèt ſit maior quantitas, cedit lucro emptoris, ſine aucto pretio; ſecùs ſi numerus eſt expreſsus, intra fines deſignatos. Afflic. d. deciſ. 67. vide Crauet. cõſi. 105. & conſi. 593.

Venditio fundi ad menſurã, quæ reperitur minor, ſeu maior, qñ ſuppleatur, vel pretium refundatur, & quando dicatur facta venditio ad menſuram, vel non, vide Capic. deciſ. 14.

Venditio incipiens à corpore, cõtinẽs plus, tũc imputat venditori, q dẽt ſcire res ſuas, ſecùs qñ reperit minus, qd idiſtinctè reficit. ibi. n. 3.

Venditio fit ad menſuram, quando conſtituitur pretium pro numero menſuræ, l. ſecus in venditione prædij per mille, dicendo, quod eſt centum iugerum. ibid. nu. 5.

Venditio poſſeſsionis, pro certo pretio, & magnitudinis expreſsione, an dicatur ad menſuram facta, vide Iaco. Put. deciſ. 349. lib. 2.

Vendens fundum ad menſuram, conſequitur pretium æqualiter, & debet fieri menſura boni, & mali ſoli. Boer. deciſ. 46. nam cum menſuratione pretij, regulatur venditio. Cabal. milleloq. 124.

Venditor agri, in quo plura inueniuntur, quàm venditor expreſsit, an emptor illa habeat, & ècontra, an venditor teneatur ſupplere, vide Boer. deciſ. 50.

Si in venditione inceptum eſt à numero, vel menſura, dicendo vendo tibi talem terram quatuor modiorum, in talibus finibus, & limitibus contentorum, tunc non venit id, qđ plus reperitur, & èconträ ſi minus reperitur, venditor tenetur ad ſupplementum. Boer. ibi. nu. 5. & 7. ſed quando inceptum eſt à ſpecie, aut corpore certo, nempè vendo tibi talem rem, vel fundum ſic confrontatum, & limitatum, qui eſt quatuor modiorum, tunc illud, quod reperitur plus, cedit emptori, & ſi minus reperitur, venditor ſupplere nõ tenetur. ibid. nu. 6. vide D. Sol. in ſuis comment. in antiq. conſtitu. Sabau. tit. de cenſuum ſolutione. fol. 49. Dec. conſi. 500. Natt. conſi. 34. nu. 7. Tom. 1. qđ ſi aliquid intra limites reperiatur, quod non ſit venditum, vide ibi. nu. 8. Boer. d. deciſio. 50.

Vendita domo ſimpliciter, aut fundo, quid cenſeatur ſimul venditum, vide Boer. deciſ. 229.

Quicquid cõtinetur inter confines annotatos, præſumitur eſſe comprehẽſum in emptione, quod nõ procedit, qñ adeſſent bona alienata à venditore, aut à cõtrahente nõ poſſeſſa. Borg. Caual. deci. 16. de cõtract. in addi. n. 20.

Caſtrum ſimpliciter venditum, intelligitur cum omni iure, & iuriſdictione. Boer. deciſ. 50.

Venditio certæ partis terræ aſsignandæ, à quocunque latere velit emptor, eſt incerta; ideò quid operet aſsignatio, vide Boer. deci. 183.

Seruitus viæ non intelligitur in venditione, niſi exprimatur: fallit plurib. in caſibus, de quibus vide per Boer. deciſ. 322. ideò venditor, qui vendidit partem fundi, non tenetur conſtituere ſeruitutem itineris in parte ſua, niſi fuerit dictum, vel facta alienatio cũ illa clauſula, cum ingreſsibus, & egreſsibus. Crauet. conſi. 105. nu. fin.

Statuæ etiam immobiles poſitæ non ad vſum, ſed ad ornamentũ, nõ veniunt in venditione domus. Ioan. Mohed. deciſ. 17. & deciſ. 114.

Aeſtimatio rei, quando faciat emptionem, vide Ioſeph. Ludo. deciſ. 10. Peruſ. Iaſ. de actio. §. omnium. nu. 80. Bar. in l. 5. §. vſque. ff. cõmod. l. 5. C. de iure dot. l. 3. C. locat.

Pretij mentio requiritur pro eſſentia vẽditionis, tamen teſtes deponentes ſuper venditione, non reprobantur, licèt non exprimant pretium; quia quotieſcunque quæſtio principalis non eſt de quantitate pretij, non curamus, an quantitas ſit expreſſa, nec ne. Ioſ. Ludo. deciſ. 44. Peruſ. vide Gaſp. Cabal. milleloq. 368. Pet. de Raue. ſing. 976. Boer. conſi. 18. nu. 12. vbi tenet cõtrariũ Hyppol. ſing. 38.

Vendito fundo (niſi fuerit facta reſeruatio) cenſetur vendita, non ſolum pars fructuum, quæ ſpectat ad Dominum, ſed etiam illa, quæ attinet ad colonum. Ioſeph. Ludo. deciſ. Peruſ. 83. par. 2. Marc. de Mant. ſing. 310. Borg. Caual. deciſ. 16. nu. 14. de contract. niſi emptor ſciuerit rem eſſe alteri locatam. Borg. ibid. vide Excel. P. Teſſau. deciſ. 55. ſed penſiones ex re vendita prouenientes, cuius ſint, vide eundem Excel. P. deciſ. 56. nu. fin.

Fructus, qui ſemel in anno colliguntur ſpectãt ad emptorem, qui verò ſingulis diebus percipiuntur (vt in penſione domorum) diuiduntur inter emptorem, & venditorem, pro rata temporis. Vinc. de Fran. deciſ. 79.

Venditor, qui vendit fundum plenum fructib. ſaluo iure coloni, ſi nullus colonus adſit (niſi ipſe venditor) nihil operatur talis reſeruatio; secùs ſi ſciuiſſet emptor nullum colonum adeſſe, niſi venditorem. Borg. Caual. deciſio. 16. nu. 15. par. 2. de contract.

Animal venditum, quando moritur intra triduum, præſumitur mori ex morbo præcedenti, & egritudine generata apud venditorem: ideò venditor tenetur. idem deciſ. 118. ibid.

Emens rem propriam, non tenetur ad ſolutionem pretij, imò habet actionem ad ſolutum. Pet. Beninten. deciſ. 5.

Si de pretio inter contrahentes ſimpliciter cõuentum ſit, tunc pretium conſtitutum intelligitur in moneta vſuali, & frequentata in loco contractus. Myſing. obſer. 15. cent. 4.

Si coniuges ſimul vendant cum vulgara clauſula, ſimul, & inſolidum, obligatio tenet inſolidum reſpectu viri, ſed reſpectu vxoris non: quia totum pretium præſumitur perueniſſe ad virum, niſi contrarium probetur. Cabal. milleloq. 226. vide ſupra lib. 1. tit. de pſumpt.

Venditio, & alienatio facta de cameris, aut parte domus, quando præſumatur etiam facta de furno neceſſario, ſtabulo, aut horto contiguo, per quem habetur aditus, vide Borg. Caual. deciſ. 5. de contract. par. 2.

Venditio comprehendit omnia deſtinata ad

vſum

vſum rei venditæ, & vendita domo, intelligitur vendita camera, quæ erat ad vſum illius domus conuerſa, etiam ſi eſſet paries in medio duarum domorum. Craue. conſi. 105. num. 8. ſed an vendita domo, veniat apotheca, vide Craue. conſil. 234.

Equo vendito, an veniant ornamenta, vide Iaſ. de actio. §. omnium. nume. 50. Maran. in ſuo Spec. diſtinct. 4 tit. an ſit iudi. ciuil. vel crimi. num. 57. Bart. in l. 5. §. vſq. ff. commod. ſed an equa vēdita, veniat pullus, vide Iaſ. ibi. nu. 64 quod veniat, ſcribit Amanel. de clatis aquis, ſing. 162. vide Barto. in l. 5. §. vſq. ff. commod.

Cuius expenſis debeat fieri mēſura prædij alienati, an partibus præſentibus, an menſurāda ſint foſſata, ripa prædij, ſepes, vel muri, quibus clauditur, vide per D. Sol. in ſuis cōmen. in conſtitutio. antiq. Sabaudiæ, tit. de cēſuum ſolutione. fol. 49.

Quando recedatur à perſona eius, qui debuit pretium declarare, & de validitate contractus emptionis, quando declaratio pretij confertur in alium, vide Dec. cōſi. 350. 2. vol.

Menſura appoſita in venditione terrarum, an venditionem reſtringat, vide Dec. conſi. 347.

Quando venditur res alicui debita, ſi ille conſentiat venditioni, poteſt à vendente petere pretium. Natt. conſi. 384. nu. fin.

Quando vēditio videatur facta ad menſuram, vide Natt. conſil. 569.

Ripa, & loca, quæ cedunt ripæ, agro vendito, non veniunt menſuranda, niſi dicatur. Bart. in tract. de fluminibus, in verbo agro. num. 4. quæ veniant in mēſura fundi, vide l. 7. §. quod venditor. ff. de pericul. & commod. rei vendi.

Concauitas ſulcorum, quæ eſt annalis rationc culturæ, vel aquæ deriuandæ, non menſuratur. Bar. ibi. nu. 9.

In dubio illud venit in contractu venditionis, quod tempore cōtractus demonſtratur. Pet. de Raue. ſing. 778.

Pecunia in muro domus venditę recondita, nō ſpectat ad emptorem; ſed remanet venditoris; ſecùs in Theſauro. Pet. Gerat. ſing. 95. facit. l. 67. ff. de re. vendic.

Quando dubitatur quid in emptione comprehendatur, recurritur ad coniecturas, de quibus vide per Auguſt. Bero. q. 48.

Fundo vendito, quando dicantur vendita inſtrumenta fundi, vide Bar. in l. 1. C. de verbo. & rer. ſignifi. & glo. in l. 2. C. eod.

Vinum, ſi emo in genere, expenſis vēdentis dēt portari ad domum meam, ſecùs ſi emo decē ſalmas vini de tali vegete, vel vinea. Bar. in l. 18. ff. de conſtitu. pecu.

Si quis emat rem pro ſe, filijs, & nepotibus, vel alio titulo accipiat, an intelligatur ordine ſucceſſiuo emere, vide Bar. in l. Gallus. §. quidam. ff. de liberis, & poſthumis.

Domo vendita, quæ ab alia diſtinguitur pariete communi, medietas parietis videtur vendita. Bar. in l. 4 ff. de ſeruit. legat.

In venditionibus ambigua locutio interpretatur contrà venditorem. l. veteribus. ff. de pact.

Si ædes vendantur, videtur actum, vt contignationes vti ſe habent, maneant. l. 35. ff. de ſeruit. vrba. prædio.

Seruitus prædialis de ſui natura ſemper tranſit ad emptorem. l. 4. & ibid. gloſ. ff. de ſeruit. vrba. prædio.

In venditione vaſis in dubio intelligitur, vt incorruptum vas præſtetur. l. 6. §. ſed ſi vas. ff. de actio. empt. & vend.

Aedibus diſtratis, veniunt omnia ipſis affixa, & quæ ſunt ad perpetuū vſum; ſecùs in his, quæ ad tempus: vendito verò fundo, veniunt omnia, quæ ſunt intra fundum, ad perpetuam vtilitatem fundi. l. 14. §. ædibus cum. ll. ſeqq. ff. de actio. empt. & vend.

Venditioni domus cedunt pilæ, & columnæ extra domum innitæ. l. 54 §. pen. ff. eod.

Qui vendit rem cum mercede debita, intelligitur de debita venditori. l. 55. ff. eod.

Pecunia poſt emptionem ſoluta declarat, cui res empta acquiratur. l. 43. §. fina. ff. de acqui. rer. domin.

Res ex mādato meo empta, non efficitur mea, antequàm mihi tradita ſit. l. 59. ff. de acquir. rer. domin.

Si in vendendo, vel tradendo quis dixerit ſe ſolū ſine ſuperficie tradere, nihil profuit, quominus ſuperficies tranſeat; quia ipſa natura ſolo cohæret. l. 43. §. placet in fine. ff. de actio. & obliga.

Arbore à venditore excepta, & deinceps eradicata, ſi poſteà radices eius pullos fecerint, venditor in eis nullum ius habet. glo. ibid.

In contrahenda venditione ambiguum pactū contrà venditorem interpretandum eſt, & ita accipitur, vt res ſalua actori ſit. l. 133. ff. de reg. iur.

Venditio conditionalis dicitur perfecta. Afflic. deciſ. 280. num. 3. tamen non transfert dominium. Boer. deciſ. 351.

Vēditori rei alienę, ſi dominus ipſius ſuccedat, confirmatur alienatio, & ècontrà, ſi dn̄s ſuccedat venditori rei ſuæ; nam tunc in vtroque caſu confirmatur vēditio, nec ipſi hæredes poterūt reuocare. Boer. dec. 23. num. 13. vide Pet. Beninten. deciſ. 48.

Idem, ſi vir vendat rem vxoris, aut ècontrà, ſi ei ſuccedat, confirmatur alienatio. ibi. num. 18.

Patre, aut matre vendente rem filij, non poteſt filius ei ſuccedens reuocare: Idē in auo. ibi num. 19.

num.19.20.& 21.
Aſſerens ſe dominum ex cauſa emptionis, dēt quatuor probare. Boer.deciſ.42.nu.29.
Si quis vult emere rem, vt ſit tutus, debet eam emere præcedentibus proclamatibus,& ſubhaſtationibus .forma tradita per Boer.deciſ. 42. nume. 32.vide Bartol. in l. 4. C. de fide. inſtrument. & iure haſt.fiſc.lib.10. nam venditio facta publicè ; vel per ſubhaſtationes præiudicat quo ad poſſeſsionem , & proprietatem ei , qui ſe non oppoſuit. DD. de Rot.deciſio.2.de empt.& vendit.in antiq. quomodo hoc caſu dēat fieri alienatio,vide Craue.cōnſi.216.nu.21.
Pœna ſtatuti impoſita vendenti, extenditur ad ementem.Boer.deciſ.48.nu.4.& 21.
Promittens vēdere certo pretio,an vendidiſſe dicatur,ita vt ad traditionem compelli poſſit,vide Excel.P.Teſſau.deciſ.233.
Arrhę datę in pacto promiſsionis de vendēdo, an cenſeātur pars pretij, vel mutuum , vide Boer. deciſ. 48.nu.15.
Promiſsio de vendendo non transfert dominium, etiam firmata iuramento; ſed hæres grauatus de vendendo, compellitur. Boer. ibid. num. 19.
Vendere nulli,quàm mihi promittens, an mihi te neatur vendere,vide ibi.nu.23.
Reg. illa,quòd aliud eſt vendere, aliud pactum de vendendo,quomodo intelligatur, vide Cabal.milleloq.487.Hartm.Hart.capit.3.tit. miſcelle.ex. iure ciuil.lib.2.
Pactum de vendendo, quando habet omnia ſubſtantialia venditionis,dicitur venditio , & non eſt locus pœnitentiæ. Borg.deciſ. 27. par.2.num.45.
Promittens tibi vendere, an ſi volens emere,teneatur ,vide Maran.in ſuo Spec.diſtin.4. tit.an ſit.iudi.ciuil.vel crimi.num.55.
Ille,cui facta fuit promiſsio de vendendo , vel retrouendendo, poteſt conſequi fructus rei, pro rata pretij ſoluti,etiam ſi ex parte ſua nō fuerit impletus contractus. Natt.conſil.384.
Hæres,ſi ſit grauatus vendere Titio,Titius oblato pretio,agit rei vendicatione.Barto.in l. 39.§.agi de legat.3.
Re partim vendita,& partim donata, præſumit fraus.Boer.deciſ.143.
Licèt in eodē inſtrumento cōtineantur plures res,ſi tamen habeant pretia diſtincta, quælibet cenſetur per ſe, & plures intelliguntur eſſe contractus , & tunc ſi pro parte ſuit ſoluta gabella,pro ea ſolùm tenet contractus. Boer.deciſ.253.vide Dec.conſi.421.
Obuiantes portantibus victualia in rempub. ſiue in Ciuitatē, aut in ſuburbia, tenentur.l. Iulia de annona.Boer.deciſ.296.

Habens licentiam vendendi,nō poteſt ſibi ipſi vendere.Rot.Genu.deciſ.4.num.3.
Venditio etiam rei alienæ valet ; tamen illa non præiudicat vero domino. Ioſeph. Lud. deciſio.Luc.3.
An mareſcallus equorum pollicendo ſanare equum , & cętera alia verba proferendo, ex quibus quis reddatur audatior ad emendū, faciat litem ſuam , vt teneatur ad damna , & intereſſe,& quid in omni alio artifice , vide Marc. q.521.
Venditio debet fieri,pretio in pecunia numerata conſiſtente.Rot.Genu.deciſio.9. nu. 121
Simulatus nō eſt contractus venditionis,licèt præceſſerit contractus mutui, & ex interuallo fuerit appoſitum pactum de retrouendēdo,quia in dubio contractus nō præſumitur ſimulatus.Paul.Aemil. deciſ.163.part.3.vide infra.tit.de pa&.inter empt.& vend.
Fundi cautiones apud dominum,nō apud auctorem eſſe debere,obſeruatur apud Gallos, vt habetur ex libris placit. curiæ, titu. apud quem rei venditæ , &c. libr. 9.in deciſio. diuerſo.fol.133.
Quando in contractu interuenit pretium,eſt emptio,licèt de emptione nulla fiat mentio. Gome.Leo. deci.34.in deciſio.diuerſo.Tom. 2.nam vbicunq; fit mentio de pretio,ſemper præſumitur emptio.Hippol.ſing.105.
Hæc verba, vendidit tot modios tritici de tritico Titij, an probent triticum ad Titium pertinere , vide deciſio. 51. Rot. Auenio. in deciſio. diuerſo.
Annuorum introituū emptio permiſſa. Vincēt. de Fran.deci.354.nu. 11.par.2.vide ſupra.tit. de cenſibus,& ann.præſtatio.
Quando emptio redituum ſit licita, & quando non atq; vſuraria,vide Ioan.Pap.lib.12.tit.7. arreſt. 8. venditio redituum ad certum tempus,vel etiam ad vitam alicuius , an valeat, vide Dec.conſi.123.
Exceptiones,quæ competebant venditori,tranſeunt in emptorem, qui propterea illas poteſt opponere.Crau.conſi. 148.vide Bar.in l. 11.§.Item.ff. de pet.hæred.
Emptor quando poſsit vti exceptione ex perſona venditoris, ſi habeat regreſſum contrà eum, & venditor ſi offerat ſe defenſioni, an ex hoc paretur exceptio emptori , vide Bar.in l.27.§.Itē ſi res.ff.de petit.hæred. & in l.6.§.ſi quis.ff. de acqu.pluu.arcen.
Ius ſuperueniens auctori meo prodeſt mihi,nō tamen , vt dominium mihi quæratur, vide Bar.in l.73. ff. de rei vendicat.& in l.42.num. 9.ff.de vſucapio.& l.47.ff.de actio.empt.nam omnis defenſio venditoris,tranſit ad emptorem.l.28.C.de euictio.

Stipulatio de damno infecto, tranſit ad emptorem ſine ceſsione. Bart. in l. damni. §. emptor. num. 4. ff. dam. infect.

Dominium ſuperueniēs alienationē cōfirmat. l. 72. & ibi. glo. ff. eod.

Exceptio, quæ incipit competere vēditori poſt contractum, tranſit ad emptorem. l. 10. ff. de rebus eorum, qui ſub tutela.

Exceptio doli auctoris, non nocet emptori nolenti vti eius acceſsione. l. 4. §. de auctoris. ff. de dol. mal. exceptio.

Emptorum, ſi unus offert pretium, & inſtat partem rei emptæ in communi, ſibi tradi, non auditur. Maran. in ſuo Spec. diſtinc. 4. iudi. tit. an ſit iudi. ciuil. vel crimi. nu. 67.

Magiſtratum gerens, nec per ſe, nec per perſonam interpoſitam, emere poteſt bona ciuiū: Menochi. de arbitr. lib. 2. caſ. 459. nu. 12. facit. l. 46 §. quod. ff. de iure fiſci.

Miles, nec per ſe, nec per alium poteſt emere prædia in ea Ciuitate, vbi militat. Menoch. ibi. nu. 20. niſi ſint paterna. num. 21. vide l. 13. ff. de re milita.

Augumentum gabellæ, emptoribus gabellarū acquiritur. Dec. conſ. 4.

Priuilegium immunitatis conceſſum venditori à Principe, etiam ad emptores deuoluitur. Dec. conſi. 48.

Venditio redituum ad certum tempus, vel etiam ad vitam alicuius, an valeat, vide Dec. conſi. 123.

Valet venditio facta pro eo, quem emptor nominabit, & non facta nominatione, videtur emiſſe pro ſe, & hæredibus ſuis, ſed in nominatione, non poſſunt apponi nouæ conditiones. Dec. conſi. 544. lib. 2. & qn̄ re ipſa videatur facta nominatio, vide ibi.

Contractus, qui ſui natura habet vim locationis, & conductionis, ita dēt adiudicari, licèt ſonet in emptionem, & venditionē. Menoch. conſi. 27. nu. 42.

Emptor promittens venditori non expellere habitantes in re vendita, donec finiatur tēpus habitationis conceſſæ, an illos, qui gratis inhabitant, expellere poſsit, vide Ludou. Roma. ſing. 28.

In dubio venditor præſumitur habuiſſe fidē de pretio. Rom. ſing. 310.

Fallit, quādo quis vēdit ſtatim receſſurus, puta in nundinis. Idem ſingul. 311. nam qui putat ſibi ſtatim ſolui, non videtur habere fidē de pretio. Bar. in l. 3. ff. de pigno. act.

Scutifer, ideſt famulus ſtabuli, poteſt petere pro capiſtro, ſeu fune aliquid, quando equus venditur, vel donatur. Pet. de Raue. ſing. 668.

Adminiſtrator poteſt emere de bonis illius, cuius eſt adminiſtrator, ſi emat palàm, & publicè. Bartol. in authen. quibuſcunque. C. de Sacroſanct. Eccle.

Vendere aliquando quis cogitur, ex cauſa. l. 2. ff. de his, q ſūt ſui, vel alieni iuris, & in vēdēdo poteſt modus ſtatui. Bart. in l. 2. C. de epiſco. audien. vide infra tit. nec emere, nec vēdere, &c. Bar. in l. 1. C. de communi ſeruo manum.

Dominium rei emptæ non quæritur per traditionem, niſi pretio ſoluto, vel de eo habita fide, & qualiter intelligatur habita fides, & an poſsit haberi per traditionem, vide Bart. in l. 12. C. de rei vendica.

Poſſeſsio rei annorū decē, nō inducit præſumptionē emptionis. Bar. in l. 4. C. cōmu. diuid.

Venditor non liberatur, niſi tradat poſſeſsionem omnino uacuam. Bartol. in l. 12. C. de probatio. nume. 9.

Vendens rem alicui à ſe poſſeſſę, poteſt etiam pro luitione rei cedere omnem actionē perſonalem, ſibi competentem. Bart. in l. per diuerſas. C. mandati. num. 21.

Clauſula, uendidit, & tradidit omne ius ſuum, & omnē actionem, quid operetur, uide ibi.

Emens ab hærede uendente pro ſatisfaciendo hæreditarijs creditoribus, à quibus, & quādo, poſsit moleſtari, uide Bart. in l. fina. C. de iure deliber. §. etſi præfatam.

Emptio, & uenditio ſunt de iure gentiū. Bart. in l. 5. ff. de iuſtit. & iure. nu. 8.

Poſsidens ſciente uenditore præſumitur, quòd ei ſit poſſeſsio tradita, & ſi titulus præcedat, ex eo præſumitur tradita. Barto. in l. 2. C. de acquir. & retin. poſſeſſ.

Pretium cui reſtituatur, quando agitur contra emptorem ad rem per fiſcum alienatam, & quæ requirantur, qn̄ fiſcus uendit rem debitoris, uide Bar. in l. 3. C. de iur. fiſc. li. 10. nu. 9.

De ſolemnitate, quæ requiritur in uenditione rerum fiſcalium, & quando procurator fiſci habeat ius uendendi, & quòd non poſsit habere fidem de pretio, & quæ requirantur in tali alienatione, uide Bartol. in l. 1. C. de fide instru. & iure haſtæ fiſc. lib. 12.

Emptor emens à Ciuitate debet probare pretium uerſum in utilitatem eius, & quid in emptore rerum fiſci, uide Bartol. in l. 1. C. de uenden. reb. Ciuita. lib. 10.

Emens à fiſco rem debitoris uendentis, ut ſuā, quando poſsit conueniri, uide Bart. in l. 2. C. de debitorib. Ciuita.

Venditio ſi prohibetur pacto fieri ob utilitatē publicam, non poteſt auctoritate iudicis fieri, ſecùs ſi ob priuatam. Bar. in l. 2. C. de agricolis. lib. 11.

Creditor, qui emit rem obligatam, quā actionē habeat, vide Bartol. in l. ſi pignori res. ff. famil. erciſc. nu. 5.

Clauſula, dedit, vendidit, & tradidit, quando conſtituant venditionem, & quando contractum innominatum, vide Barto. in l. 16. ff. de condict. cau. dat.

Verbum, dedit appoſitum in venditione, nihil operatur. Bar. in l. 4. ff. de vſuris.

Emens per interpoſitam perſonam, præſumitur in fraudẽ emere, niſi palàm, & bona fide faciat. Bartol. in l. 5. §. Item ipſe. ff. de auctor. & conſen. tutor.

Tutor, quando poſsit emere rem pupilli, vide Bartol. ibid.

Venditio fundi, quando eſt certus valet, licèt fines omittantur à notario. Bartol. in l. 71. §. vicos. de lega. 2.

Procurator factus ad vendendum, quam habeat poteſtatem, vide Barto. in l. à Dino Pio. ff. de re iudica.

Si ille, cui reſtitutio erat faciẽda, ipſam rẽ emerit, an ſibi p̃iudicet, vide Bart. in l. 122. §. duo fratres. ff. de verbo. obliga.

Emens rem, prohibitam alienari, quando recuperet p̃tiũ, vel illud p̃dat, vide Bar. in authẽ. de non alienan. aut permut. reb. eccle.

Contractus emptionis non dicitur ſimulatus, & ſi venditor eodem die conduxerit rem vẽditam, addito pacto, quòd refectio pertineret ad ipſum venditorem, imò per huiuſmodi locationem, transfertur poſſeſsio in emptorem. Abb. conſi. 49. lib. 1.

Onus vbicunq; apponitur in contractu venditionis, dicitur pars pretij. Abb. cõſi. 66. par. 2.

Si Imperator vendat alteri, vel aliter tradat rẽ alienam, vt propriam, non valet prætendens illam rem eſſe ſuam, ſeu in ea habere ius, contrà detinentes actionem mouere, ſed contrà fiſcum intra quadriennium dumtaxat, agere poteſt. Abb. conſil. 3. nu. 8. lib. 2. vide l. 2. C. de quadri. præſcriptio. §. fin. inſtitu. de vſucapio.

Venditio non conſiſtit, ſi pretium fuit repoſitũ in arbitrio tertij, & ille non fuit arbitratus. Abb. conſi. 80. lib. 2.

Vendens aliquid, intelligitur vẽdere iure proprio, & non liuelario, ſeu emphyteuticario. Fel. conſil. 32.

Res immobiles Eccleſiæ, nullo titulo poſſunt alienari. l. iubenus. la. 2. C. de Sacroſ. Eccleſ.

Accipiens rem eccleſiaſticam tit. non lucratiuo, præter legis formam, eã reſtituit, & quod dedit perdit, habet tamen actionem contrà venditorem. authen. qui res. C. eod.

Res hoſpitalis non poſſunt alienari, niſi ex cã vrgẽte. l. orphanotrophos. C. de Epiſ. & cler.

Rem meam non nomine meo venditam, poſsũ vendicare, vel ratam habere, quo ad perdendum dominium ipſius, & quoad parandam actionem, nego. geſt. in ſubſidium, ſi res eſſet præſcripta, vel vſucapta. l. 3. & 4. C. de rei vendican.

Res empta cũ pecunia mea, nõ eſt mea, & ideò à me vendicari nõ põt. l. 6. C. eod. fallit in milite, cuius pecunia fuit res empta, ibi. l. 8. vide infra tit. ſi quis alteri, vel ſibi.

Licèt non ſoluatur pretium, res vendita, & tradita; vẽdicari, vel condici nõ põt, ſed agit ad pretium non ſolutum. l. 10. C. de rei vendica. quod pater nomine vnius filij, vel filiæ emit, & ſibi tradidit, debet illi præcipuũ adiudicari, vnà cum parte ſua, aliorum bonorum. l. 18. C. famil. erciſc.

Si res communis diſtrahatur cõi nomine, pretiũ venit in actione mandati, vel nego. geſt. ſi verò proprio nomine, venit in petitione hæreditatis. l. 20. C. famil. erciſc.

Res empta communi pecunia, vel redacta ex rebus communibus, non eſt communis, nec venit communicanda, niſi inter ſocios omnium bonorum, pecunia tũ peti debet. l. 4. C. commu. vtriu. iud.

Non inſpiciuntur fines antiqui, ſed fines in vẽditione deſignati. l. 1. C. fin. regu.

Locus religioſus ſcienter vendi non põt; coherens autẽ loco religioſo, vtiq; l. 9. C. de relig. & ſumpt. fun.

Pactum in donatione appoſitum, ne liceat donatario alienare operatur, quòd aut pactum ſeruetur, aut res donata condicatur ab eo. l. 1. C. de condict. ob cauſ. dat.

Licèt edicto edilitio caueatur, ne quis vendat Animal morboſum, vel vitioſum, tamẽ ſi partes in vẽditione agant, ne pro eis venditor teneatur, poſt perfectam venditionẽ, emptor non agit. l. 32. ff. de pact.

In alienatione fundi ob alimẽta relicti, vel pro alimẽtis obligati, Prętoris auctoritas requiritur. l. 8. §. ſi vni. ff. de tranſact.

Si in hæreticam perſonam alienentur prædia, in quibus ſint Eccleſiæ, vel oratoria fidei, prædia illa à fiſco ſunt vendicanda. l. 9. C. de hæretic.

Alienationes ſũt apoſtatis ipſo iure interdictæ. l. 4. C. de apoſtatis.

Ad curam Chriſtianorum, non ſpectat ſtatuere pretia rebus iudæorum. l. 8. C. de iudæis.

Tranſactio vera præualet venditioni ex ea cauſa tranſactionis ſimulatæ: Ideò pretium ex ea fictum, peti non põt. l. 21. C. de tranſact.

Procurator, vel actor ſine ſpeciali mandato, nõ poteſt vendere rem in præiudicium domini. l. 16. C. de procurat. niſi tpe perituram. l. 63. ff. de procurato.

Pretium conuerſum in vtilitatem domini, qui venditioni ſuæ rei factæ per geſtorem ſuum non conſentit, reſtitui debet, per ipſum,

dominum

dominium emptori.l.19. C. de procurato.

Vendens communem rem cum alio tanquàm cõem, tenetur ſocio reſtituere partem pretij, actione negotio.geſt.l.19.C.de nego.geſt.

Pater non põt alienare res donatas filijs emancipatis, nec obeſt filio minori conſenſus adhibitus in re, quæ ſine decreto alienari non poteſt.l.fi.C.ſi aduerſ. donat.

Si minoris res alicui eſt vendita à fiſco iure creditoris minus ſolemniter, & iuſto p̃tio, etiam poſt quinquennium retractatur, debitore ſatisfaciẽte fiſco.l.3.C.ſi aduerſ.fiſ.reſti. poſtul.

Si minor rem venditam emptori tradiderit, ſtatim emptor moram committit, & tenetur ad vſuras, modò minori pretium non numerauerit.l.3.C.in quibus cauſis reſtitut.

Facta alienatione ratione mutãdi iudicij, poſſeſſor põt cõueniri rei vẽdicatione, quã poſſeſsio parit, & alienator poteſt conueniri ex edicto de alienatione iudicij mutandi cauſa, ad intereſſe, per actionem in factum, quam parit dolus venditoris. l.1. C. de aliena.iudi. mut.cauſ.fact. vide ſupra lib.1. titu. de alien. mutan.iudi.cauſ.fact.

Actor, in quẽ eſt facta alienatio cauſa mutandi iudiciũ, exceptione repellit̃, & primus cedẽs, agere cõpellit̃.l.12.C.de alie.mut.iud.cau.fa.

Dominium ſine inſtrumentis verificatur probando titulum emptionis, cum pretij numeratione, & vacuæ poſſeſsionis traditione.l.12.C.de probatio.nam venditio valet, etiam ſine ſcriptura, & amiſſo inſtrumento non vitiatur, ſi aliter ꝓbetur.l.10.C. de fid.inſtru.

Contractus emptionis intelligitur factus cauſa pignoris, quando apponitur pactum de retrouendendo.l.3.C.plus valere.

Rem tuã te præſente obligare poſſum; non autẽ vendere.l.5.& ibi gl.C.ad Senatuſcõ.Velleia.

Venditor petens pretium patitur cõpenſationem, etiam pro eo, qđ fuit ſolutum, reſpectu predij empti.l.7.& 10. C. de compenſa.

Emptor ex die traditionis poſſeſsiõis, tenet̃ vẽditori ad vſuras p̃tij nõ numerati.l.2.C.đ vſu.

Fundus emptus communiter à duob. vtroq; in poſſeſsionem inducto, cõmunis efficitur, & penſiones ſolutæ ab eorũ altero vnà cũ p̃tio, poſſunt peti, actione ꝓ ſocio.l.2.C. ꝓ ſocio.

Ad hoc, vt venditio bonorum alicuius propter publicũ debitum valeat, quæ requirantur, vide l.16.& ibi.gl.C.de reſcind.vend. & tot.tit. ſi propt.public.penſit.vend.fue.celeb.

Proceres palatij, ſiue conſiliarij, non poſſunt emere res ſubditorũ.l.fin.C.de reſcind.vend.

Prædia tributaria, non poſſunt vendi ſine decreto.Authen.ſed.C.ſine cenſ.vel reliq.fund. compar. non poſſ.

Ante rei traditionem aliquod ius reale non trãsfertur in emptorem; dominium enim ex ſola venditione ſine traditione, nõ transfertur.l.13.C.de deiſtract.pigno. ideò rem non poteſt vendicare, ſed ex empto, vt res tradatur, agere poteſt, pretio prius ſoluto.l.8.& 12. C.de act.empt.quia venditor antequàm tradat, dicit̃ pleno iure dominus.Pet.de Rauen. ſing.785. & nuda traditio ſine iuſta cauſa, nõ transferr dominium.l.31. ff.de acq.rer.dom.

Venditio inter abſentes requirit nuncium, vel epiſtolam.l.fi.C.ſi quis alteri. vel ſibi.

Quando venditur res aliena, quid iuris, vide tot tit.de reb.alien.non alien.

Si res prohibeatur alienari, non ſolùm prohibetur dominij tranſlatio.; ſed etiam pignoris obligatio. l.7.eod.

Conuentiones inter negotiatores, & artifices, ne quis eorum minori p̃tio ab eis taxato res vendat, vel ne per vnum inchoatum ꝑ alium perficiatur, ſunt à iure reprobatæ. l.vnica.C. de Monopol.& conuentio.negot.

Nemini licet vendere ſal, ſine licentia publicanorum.l.11.C.de vectig. & commiſ.

Emptio, & permutatio in quib. conueniant, & differant, vide glo.in l.2.C.de rei permut.

Si res ex cauſa permutationis tradita, alteri vẽdatur, & recipiens non adimpleat cõuenta; contrà emptorem nulla actio competit; ſed contrà eum tantum, qui recepit, vt impleat contractum, vel reſtituat.l.4.C.de rer.pmut.

Generis ad genus non eſt emptio, ſed contractus innominatus, & ideò cauſa nõ ſequuta, eſt locus condictioni ob cauſam: nã emptio ſine pretio eſſe non poteſt.l.7. C. eod.

Emptor fundi non tenetur abſque pacto, ſtare colono.l.9. C. locati.

Ad quid teneatur ille, qui ſciens commodauit falſa pondera, vt venditor emptori merces appenderet, vide l.19.§.de eo.ff. de dol. mal.

Qui rei tuæ vẽditionem impedit, tibi actione de dolo, vel actione in factũ, tenet̃.l.34.ff.eo.

Quę dicta ſunt animo commendandi rẽ, actionem de dolo non pariunt, niſi cauſa decipiendi emptorem dicta ſint.d.l.38.ff.eod.

Contrà emẽtẽ ab eo, qui rem emptam à minore habuerat, datur in integrum reſtitutio in ſubſidium; ſed ipſe poſteà agit de euictione, contrà auctorem, qui vendidit.l.14.§.interdum cum ſeq.ff.de minor.25.ann.

In emptionibus, & venditionibus licet contrahẽtib.ſe inuicẽ decipere.l.27.§. pen. ff.de mino.25.ann q ꝓcedit iure fori, nõ aũt iure poli, vide infra, tit.de reſcind. vendi.

Fundus emptus ex pecunia dotali, nõ efficitur vxoris.l.12. C.de iure dot.

Alienatio eſt oĩs contractus, & actus, per quem dominium transfertur.l.1. C.de fund.dot.

Moleſtia denũciata, venditor debet defendere emptorẽ, corã iudice ipſius emptoris.l.49.ff.

de iud.vide infra,tit.de denũciatio.moleſtię.

Empta cauſa hæreditatis, quæ hæreditati ſunt neceſſaria, veniunt in actione hæreditatis petitionis.l.22. ff.de pet.hæred.

Res vẽdita abſq; neceſsitate, venit in ipſa actione, q̃ ſi vendita eſt ex cauſa neceſsitatis, tũc precium eius venit.l.22.§. ſimili.ff.eod.

Res hæreditariæ poſſunt alienari, ex neceſsitate æris alieni.l 56. ff.de pet.hæred.

Poſſeſſor, qui de neceſsitate vendidit, tenetur ſolùm ad pretium, quod recepit.l.15.§.1. ff. de rei vendica.

Emens ab eo, qui habet poteſtatem vendendi à domino, habet actionem in rem.l.42.§.fin. ff. de rei vendica.

Si quis emerit rem à non domino bonafide, & eius virtute adeptus fuerit poſſeſsionẽ, ſi poſteà ab ea cadat, ei competit publiciana.l.8. §.fin.& tot.tit. ff.de publiciana.

Prohibita alienatione extra familiam, prohibetur etiam donatio.l.4. C.de fideic.tamẽ cum omnium prohibitorum cõſenſu fit venditio, ſi non ſupereſſet perſona, quæ poſſet reuocare alienationem, prohibita alienatio conualeſcit, & firma remanet, etiam facta contrà teſtatoris voluntatem.l.11 C.eod.

Neq; pater inuito filio, neq; filius inuito patre, (niſi ob ęs alienũ) poteſt alienare bona aduẽtitia.l.fin.§ ſed pater.C.de bonis, quæ liberis.

Alienatio neceſſaria tenet, quæ aliàs non teneret.l.12.§.fin. & ibi glo ff.famil. erciſ.

Emens, vel vẽdens hominem liberum ſcienter, committit plagium.l.37.C.de liber.cauſ.

Prohibitio alienationis per defunctum facta cum rationabili cã, impedit rei ſic ꝓhibitę vſucapionem.l.2. C.de vſucapio. pro empt.

A colono facta venditio, non præiudicat domino.l.5.C. de acquir. & retin. poſſeſsio.

Quando ex parte dantis pecuniam, & ex parte dantis ſpeciem, venit dari, non eſt emptio, & venditio, ſed contractus innominatus ı ideò habet locum condictio ob cauſam, & periculum rei pertinet ante traditionem, ad dominum.l.fin.ff. de condict.cauſ.dat.

Debitor non põt pignus emere creditore inuito, & ꝓtium in debiti ſolutionẽ conuertiẽ, rõ, q̃a rei ſuæ nulla eſt emptio.l.4.ff.de pign.act.

Prędium emptũ ex pecunia creditoris, ſi ei fuit ſpecialiter obligatum, ipſe cæteris prioribus creditoribus antefertur; ſecùs, ſi non fuit ſpecialiter hypothecatum.l.7.C.qui potiores.

Emens à debitore rem alteri obligatam cum pacto, vt ex pretio ſoluatur creditori, pretio illi ſoluto, ſuccedit in eius locũ. l. pen. C. de his, qui in prior.cred.ſucced.

Creditore diſtrahente pignus iure pignoris, q̃d iuris, vide per tot.titu. C.de diſtract.pign.& tit.ſi vend.pig.agat.

Debitor inuito creditore vendere poteſt, ſaluo iure creditoris, & dominium tranſit cum ſua cauſa, & ſufficit, quòd emptor ſatisfaciat creditori.l.52. C.de diſtract.pign.

Res vẽditæ nõ deſinũt eẽ vẽditoris, niſi ꝓtio ſoluto, vel fideiuſſore dato, aut aliàs ſatisfacto, vti habita ſit fides de ꝓtio.l.5. ff.de tribu.act.

Procurator ad emendum poteſt repetere pretium, q̃d ſoluit; & ſi aliquid amplius bonafide impendit.l.12.§.ſi mihi. ff.mandat.

Vxor non poteſt dotem alienare in præiudiciũ mariti.l.21.& ibi.glo. C.de donatio.

Si curator bonorum venditionem fecerit, pecuniam autem creditoribus non ſoluerit, quid iuris, vide l.22.§.ſi curator.ff.mandati.

Si mandauero, q̃ emas rem, q̃ habes cõem cum alio certo pretio, aliorum partib.emptis, tuá pro reſiduo pretio dare teneris; ſed ſi pretiũ determinatum non fuerit, tua pars boni viri arbitrio æſtimabitur.l.35. & 36.ff. mand.

Vbi vẽditur vniuerſitas, pretium ſuccedit loco rei, quare ipſe vẽditor tenetur ad ꝓtium: ſed vbi venditur res ſingularis, ꝓtium, vel pœna ab alio exacta, loco rei non ſuccedit, nec eſt propriè in obligatione, vide l.21.ff.de hęred. & act.vendi.

Donec ſoluatur ꝓtium, põt res vendita loco pignoris retineri.l.22. ff.de hæred.& act.vend.

Vbi paciſcitur, q̃d ſi res, quæ venundatur, intra certum tempus diſpliciat, reddatur, valet cõuentio.l.6. ff de reſcind.vendi.

Quod emptoris cã ſtatutum eſt, etiã in ſui læſionẽ retorquet.l.6.ff.de pi. & cõmod.rei vẽdi.

Quando in limine cõtractus imminet periculũ euictionis, tenetur venditor ſatisfacere pro euictione.l.pen.§. fin.ff.eod.

Ex venditione procuratoris, dominus obligatur, & ſibi actio quæritur.l.14.§. ſi procurator.ff.de actio.empt.& vendi.

Dolus venditoris nõ ꝓdeſt emptori.l.38.ff eo.

Si venditor in vna re decipiatur per ignorãtiã, & in alia decipit, debet horum fieri inuicem compenſatio.l.43.ff. eod.

Venditor circa rẽ venditã tenet̃ de dolo, & culpa, & ideò q̃ñ ante venditionẽ culpatur, poſt venditionem punitur.l. pen.ff de act.empt.

Si res vendenda traditur certo ꝓtio, vt ſuperfluum lucretur, venditor actione præſcriptis verbis agit.l.13.ff.de præſcrip.verb.

Aut res dat̃ vendẽda g̃ra vẽditoris, & ſuſceptor tenetur de dolo, & lata culpa; aut datur gratia ſuſceptoris, & tenetur etiam de leuiſsima culpa, aut gratia vtriuſq;, & tunc de leui tãtũ tenetur, & eius gratia dicitur contractus celebratus, qui rogauit.l.18.§. ſi Margaritas.ff eo.

Eo ipſo, q̃d probat̃ pretij ꝑceptio ex certa ſciẽtia, probatur venditio. l. 12. ff. de euictio.

Veniens contrà venditionẽ à ſe factam, vel ab

alio ſuo mandato repellitur exceptione rei venditæ, & traditæ. idem in hærede, etiam ſi veniat ex perſona propria. l. 1. & tot. tit. ff. de except. rei vendi.

Domus non poteſt alienari cauſa deſtruendi. l. fin. ff. de dam. infect.

Hærede deliberante res hæreditariæ, quæ ſeruando ſeruari non poſſunt, alienantur cauſa cognita. l. 5. ff. de iure delibe.

Si duo rem aliquam emerint, & vni eorum tanquam procuratori alterius tradita ſit, ambobus acquiritur. l. 20. §. fi. ff. de acquit. rer. dom.

Si procurator meus, vel tutor pupilli, rem ſuam quaſi meã alteri vendiderit, non receſsit ab eo dominium, & nulla eſt alienatio, qa nemo errans rem ſuam amittit. l. 35. ff. eod.

Fundi venditor etiam ſi mãdauerit, vt emptor in vacuam poſſeſsionem induceretur, priuſquã id fieret, non rectè emptor per ſe in poſſeſsionem veniet. l. 33 ff. de acquir. poſſeſ.

Emptio rei ſuæ nõ valet, tñ per talem emptionem vendens perdit poſſeſsionem. l. 21. ff. de vſucap. facit reg. neque pignus.

Vendens rem alienam præter voluntatem dñi transfert dominium, ſi tempore traditionis domini voluntas adeſt. l. 44. §. conſtat ff. eod.

Damnatus vendere, intelligitur iuſto pretio. l. 52. §. fin. ff. de legat. & fideic.

Qui rem ſibi legatam emit, debet eam habere, & pretium non ſoluere, quod ſi ſoluerit, poteſt repetere. l. 86. de lega. 1.

Qui conſenſit alienatiom rei à teſtatore purè ſibi legatæ, poteſt adhuc petere pretiũ, licèt hęres ſoluendo rẽ, liberare ſe poſsit. l. 94. eo.

Onus præſtandorum redituum, alienationem proprietatis, non impedit. l. 123. de legat. 1.

Qui titulo permutationis, inſolutum dationis, vel ſtipulationis rẽ habet, ſimilis eſt emptori: idem in eo, qui ſoluit litis æſtimationẽ. l. 15. ff. quib. ex cauſ. in poſſeſsio. eat.

Qui vocatur ad fideicommiſſum prędio alienato, non reuocat ab eo, qui emit à creditore teſtatoris. l. 80. §. fin. de legat. 2.

Cùm res vendita reuocatur, pretiũ emptori nõ reſtituit, niſi in vtilitatẽ debitoris appareat eſſe cõuerſum. l. 7. ff. quę in fraudem credito.

Iuſta hæredis ignorantia, alienationem rei per fideicommiſſum relictæ, quæ ſubiacet reſtitutioni, confirmat. l. fin. § fin. de legat. 2.

Diſtracta, vt precario penes emptorem eſſent, donec pretium ſolueretur, ſi per emptorem ſteterit quominus perſolueretur, venditor conſequi poteſt. l. 20. ff. de precario.

Obligationes fiunt conſenſu in emptionibus, & venditionibus: ideò in his, neque verborum, neque ſcripturæ, vlla proprietas deſideratur, ſed ſufficit eos, qui negotia gerũt conſentire, & inter abſentes talia negotia contrahuntur, veluti per epiſtolam, vel nuntium, & alter alteri obligatur in eo, quod alter alteri ex bono, & æquo pręſtare oportet. l. 2. ff. de actio. & obligat.

Si res vendatur hoc pacto, quòd niſi pretium fuerit ſolutum, ſtatuta die, fiat inempta, tunc non eſt opus interpellatione, vt pretium ſoluatur, ſed ſtatim lapſa die, res efficitur inempta. l. 12. circa finem. ff. eod.

Emptio conſenſu perficitur: ideò in ea nõ eſt opus ſermone, & per conſequens ſurdus, in illa poteſt interuenire. l. 47. ff. de act. & oblig.

Contractus imaginarij, etiam in emptionibus iuris vinculum nõ obtinent, cùm fides facti ſimulatur, non interueniente veritate. l. 53. ff. de actio. & obliga.

Promiſsio traditionis vacuæ poſſeſsionis, non cõtinet nudum factum, ſed cauſam bonorũ. l. 52. §. fin. ff. de verbo. oblig.

Qui tenetur ſub pœna vni alienare, illo exiſtente in mora, poteſt alienare cui voluerit. l. 121. §. cohæredes. ff. de verb. oblig.

Prohibitio alienationis, non impedit dominij tranſlationem, licèt contrà faciens, ad intereſſe teneatur. l. 135. §. ea lege. ff. eod.

Venditio non vitiatur, quamuis diſſenſus circa acceſſoria contractus interueniat. l. 137. §. ſi hominem. ff. de verb. oblig.

Alienatio rei legatæ, ſub conditione irritat, cõditione adueniente. l. 104. ff. de cõdi. & dem.

Emptor ante traditam ſibi rem, furti actionem non habet, quòd ſi emptor ipſe rem ſurripiat pretio nõ ſoluto, tenetur actione furti; ſecùs verò poſt pretium ſolutũ. l. 4. ff. de furt.

Emptor bonæfidei habet actionem furti contrà verum dominum, ſi ſurripuerit rem propriam, per alterum bona fide alienatam. l. 20. §. ſi bonafide. ff. eod.

Curator furioſi loco domini habetur: ideò rem furioſi alienare poteſt. l. 58. §. qui tutelã. ff. eo.

Procurator fiſci vendendo rem fiſcalem, & tradendo emptori, fit ipſius emptoris, pretio ſoluto, & non ante, nec fides habita de pretio, excuſat. l. 5. ff. de iure fiſci.

Si dominus ignorans rem ſuam emerit, rectè dicitur res abeſſe: quia videtur res ei abeſſe, cui pretium abeſt. l. 14. ff. de verb. & rer. ſignif.

Imaginaria venditio non eſt, pretio accidente. l. imaginaria. ff. de reg. iur.

Qui poteſt inuitis aliquibus alienare, multo magis ignorantibus, & abſentibus, poteſt. reg. qui poteſt. ibid.

Aliud eſt vendere, aliud vendenti conſentire. reg. aliud. 121.

Cui ius eſt donandi, etiam iure ipſo vendere poteſt. reg. 124. de reg. iur.

Cùm quis poteſt alienare, poterit, & cōſentire alienationi, cui autem donare non conceditur, nec conſentire permittitur. reg. 126.

Qui auctore iudice comparauit, bonęfidei poſſeſſor eſt. reg. 180.

Quando liceat ab emptione recedere, vide infra tit. proxim. & quando quis cogatur rem ſuam vendere, infra titu. nec emere, &c.

Si propter publicas functiones res fuerit alienata, vide infra tit. ſi propter publicas, &c. ſi quis alteri, vel ſibi, vel alterius nomine, vel ex aliena pecunia emerit, vide infra titu. ſi quis alteri, &c.

Sex modis, quis præſumitur in fraudem alienare. glo. 1. in §. in fraudem, inſtitu. quibus ex cauſis manu. non lice.

Si res reperiatur vitioſa, vel in limine contractus emineat euictionis periculū, an emptor teneatur ſoluere pretium, vide glo. in §. fi. inſtitu. de ſuſpec. tuto.

Euenit aliquando, vt qui dñs rei eſt, alienare non poſsit, & ècōtrà, qui dñs non eſt, poteſtatē habeat, vide ī ti. inſtit. qb. alien. lice. vel nō.

Sacræ rei venditio valet inter ignorantes, licèt nō valeat ſtipulatio, & ratio diuerſitatis eſt, quia in venditione non eſt neceſſe transferri dominium, in ſtipulatione autem ſic, & ſimilis eſt ratio, quare quis poſsit rem alienā vendere, ſed non obligare: quia in pignore debet ius conſtitui creditori, qđ ſibi det hypothecariam actionem, in venditione ſola traditio, cum obligatione euictionis, ſufficit. gl. in §. 2. inſtitu. de inutilib. ſtipula.

Vēdita re vitioſa animata, vel innanimata, tres actiones emptori competunt, nempè redhibitoria, intra annum, quanto minoris, intra ſex menſes, in factum, intra duos, de quibus vide per Azo. in ſumma tit. de edil. act.

Debitori fiſci ſoluenti reſtituitur res indebitè alienata. l. 3. C. de iure fiſci.

De alienatione rerū ad Ciuitatem pertinentiū, & quæ in illa requirantur ad hoc, vt valeat, vide tot. tit. C. de vēdēdis reb. Ciuitatis. li. 11.

Quando liceat ab emptione recedere.

Emptio non reſoluitur nuda voluntate poſt traditionem interpoſitam, niſi actus retroſimilis interueniat. Oraſ. deciſ. 35. num. 5. l. ab emptore. ff. de pact. aliàs ab emptione re integra, nudo pacto poteſt recedi, & ſuper ea, ex nudo pacto datur actio, ſi fiat in ſubſtantialibus contractus. l. iuriſgentiū. §. adeò. ff. de pact. l. emptor. ff. eod. tū ſi emptio fuit ſtipulatione vallata, ab ea nudo conſenſu non receditur, & pacta vltima ſunt ſeruanda. l. emptor. ff. de pact.

Contractus emptionis, & venditionis vnius voluntate, non tollitur; ſed requiritur conſenſus vtriuſque. Bar. in l. 10. ff. de negot. geſt.

Si inter emptorem, & venditorem conuenerit, priuſquam aliquid ex altera parte ſolueretur, vt ab emptione diſcedatur, contractus reſoluitur, & fideiuſſor liberatur. l. 95. §. fin. ff. de ſolutio. & liberat.

Contractus, qui conſenſu contrahitur, contrario cōſenſu (re integra) diſſoluitur. §. fi. inſtit. quib. mod. toll. oblig.

An quando, & qualiter à contractibus, qui nudo conſenſu cōtrahuntur, recedatur, & quādo non, & quid tunc requiratur, vide Bart. in l. 59. ff. de pact.

In contractu venditionis rerum conſiſtentium in numero, vel pondere, aut menſura, quę certa die debent conſignari emptori, & non cōſignantur, non licet emptori diſcedere ab ipſo cōtractu, & obligatione, ſi venditor poſt moram per ipſum commiſſam, poſteà conſignauerit res venditas, tenetur tamen ipſe vēditor eo in caſu, ad intereſſe paſſum per emptorem, ex eo ꝙ non tradidit rem, tempore conuento. Afflic. deciſ. 280.

Venditio ad menſuram, ante menſurationē eſt imperfecta, quod intellige, quo ad periculū, vide ibid. & ſupra tit. prox.

In contractibus bonæfidei, vt eſt contractus emptionis, nō eſt locus pęnitētiæ parte altera inuita, ſed reg. limitatur ſeptē in caſibus, de quibus vide per Afflic. d. deciſ. 280. nu. 6. & 10. vide etiam ſupra tit. de pęnitētia. tamē venditionis factę, ſi in craſtinum differatur rogatio inſtrumenti, an interim ſit locus pœnitentiæ, vide Boer. deciſ. 48. nu. 17.

Ante confectum inſtr̄m emptionis interim eſt locus pœnitētiæ, qñ actum eſt expreſsè inter partes, ꝙ contractus celebretur in ſcriptis, & ꝙ ante celebrationem, nihil valeat; aliàs ſecùs. Mago. deciſio. 95. Luc. vide ſupra titu. prox. & tit. de contract. in genere.

Vendere promittēti, ſi pars pretij ſoluatur, ille, qui ſoluit, poteſt pœnitere, & non emere, & pretium ſolutū repetere. Boer. deciſ. 48. n. 11.

Vendere offerēs, poſt alterius acceptationem, an poſsit pęnitere, vide Boer. deciſ. 48. nu. 23. Maran. in ſuo ſpec. diſt. 4. tit. an ſit iudi. ciuil. vel crimi. nu. 56.

Contractus vēditionis, qñ dicatur imperfectus, vide Boer. deciſ. 183. nu. 8. & ſupra tit. prox.

Si vēditæ ſint ædes liberę, & debeāt ſeruitutem, pōt emptor, qui non erat empturus, agere ex empto, ad reſolutionem contractus, niſi ſeruitus redimatur. Gaſp. Cabal. milleloq. 345.

nã quando pro parte receditur à contractu emptionis, ſine culpa emptoris, eſt in eius facultate à toto contractu recedere. l. 49. §. 1. ff. de minor. 25. ann.

Venditor facta exequutione contractus per traditionem rei, habita fide de pretio, non habet amplius regreſſum ad rem; ſed agere dẽt, ad pretium. Hiero. Mago. dec. Luc. 17.

Quando creditor vẽditor ſperat ſe ſtatim pretium recepturum, & nõ recepit, res remanet inempta, & competit ipſi venditori vendicatio ad eam. Gom. Leo. deciſ. 61. in deciſio. diuerſo. Tom. 2.

Idem, quando debitor emptor præconcepit fugam, & pretium non ſoluit; nam quando conſtat de dolo, & præmeditatione fugæ, non cenſetur habita fides de pretio. ibid. d. deciſio. 61.

Venditio facta, ſi Dominus laudare noluerit, eo recuſante, nulla redditur, & vẽditor remanet dominus, & non poteſt agere ad pretiũ; ſed ad rẽ ipſam, reali actione dẽt agere. Rot. Auenio. deciſ. 28. in deciſio. diuerſo.

Si vendo tibi aliquid cum pacto appoſito, vt tenearis facere, quod alter mihi venderet prædium, ſi hoc non feceris, reſoluitur contractus venditionis tibi factæ. Cran. cõſ. 293.

Arrha facit rem deſinere eſſe integram, & an ſi partem pęniteat, vltra duplicationẽ arrharũ, poſsit agi ad intereſſe, vide Maran. in ſuo Spec. diſtinct. 4. titu. an ſit iudi. ciuil. vel crimina. numé. 49.

Emptor incidit de iure communi in pœnam. l. ſi quis maior. C. de tranſact. ſi integrum pretium non ſoluerit intra tempus conuentum, & promiſſum cum iuramento. Dec. cõſ. 452. ſed d. lex in hac patria per decretum antiq. Sabaudiæ, lib. 5. fol. 115. modificatur.

Vbi fit contractus venditionis rei emphyteuticæ, impetrata prius licentia à directo Domino, talis contractus dicitur cõditionalis, adeòquod nõ purificata cõditione perinde erit, ac ſi contractus factus non eſſet, & interim redditur nullus. Rol. conſi. 63. volum. 4.

Mandaui alicui de vendendo rem meam, deinde receſsi, & cùm eſſem domi me pęnituit, & volo reuocare, ne vendat, quare mitto nuntium procuratori, vt nunciet, ne vendat, ante notitiam poſt tamen pœnitentiã, procurator rem alienauit, quęritur, an valeat hęc alienatio. Bar. ſcribit non valere. in l. 1. in repet. ff. de offi. proconſul. nam mandatum de vendendo, non eſt vendere, & põt reuocari. Boer. deciſ. 48. nu. 11.

Promittens vendere certo pretio, an vendidiſſe dicat., ita vt ad tradendum compelli poſsit, vide Excel. P. Teſſau. deciſ. 233.

Nec emere, nec vendere quis cogatur, & quando regula limitetur.

COgi poteſt vicinus ab Eccleſia ad vendendũ ſeruitutem altius non tollendi, etiam via publica intermedia. Vincent. de Fran. deciſi. 223.

Idem ad extruendã, & ampliandam Eccleſiam. ibid. Gram. deciſio. 75. Fran. Marc. quæſt. 534.

Quibus caſibus aliquis cogi poſsit vendere rẽ propriam, vide Myſing. obſ. 27. cent. 5. Gaſp. Cabal. milleloq. 197. Ioan. Pap. libr. 6. titu. 10. arreſt. 2. Bar. in l. 1. C. de commu. ſeru. manu. & in l. 9 ff. de actio. rer. amot.

Licèt regulariter quis non compellatur vendere rem propriam: tamen fallit, quando vtilitas publica hoc requirit, ſed tunc Princeps, vel Reſpub. auferẽs rem, tenetur ad pretium. Natt. conſi. 554. Rol. conſil. 71. volum. 3. vel religio. Boer. deciſio. 322. Gom. Leo. deci. 97. in deciſ. diuerſo. quia vendere rẽ ſuam quis cogitur pro vtilitate Reipublicę, & ſtatutum poteſt facere, quòd quis conuicino habenti magnam poſſeſsionem, vendat rẽ ſuam. Bar. in l. 2. C. de debitorib. ciuitat. nam conſuetudine, vel ſtatuto quis cogi poteſt ad vendẽdũ. Bar. in l. 14. §. ſi cõſtat. ff. commu. prędi.

Pauper nobilis habens palatium ruinã minãs, quod propter paupertatem reficere nõ poſſet, ad illud vendendum cogi poteſt. Ludo. Roma. ſing. 784. Hippol. ſing 470.

In re cõmuni ille, qui habet minorem partem, debet vendere alteri, qui habet maiorem. Guid. Pap. ſingul. 557.

Ratione conſanguinitatis, & coniunctionis, ius commune vult, quod magis vendatur iuſto pretio propinquis, quàm extraneis. Gaſp. Cabal. milleloq. 579.

Septem ſunt caſus, quibus vnus pręfertur alteri in emptione alicuius rei ex cauſa, de quibus vide per Maran. in ſuo Spec. diſput. 8.

Colonus partiarius tenetur pręferre dominum volentem emere alteri extraneo, & vendere domino potius, quã alteri põt cogi. Pet. de Raue. ſing. 104.

Ruſticus poteſt compelli ad portãdum victualia ad Ciuitatem, ad vendendũ. Pet. de Raue. ſing. 607. Capel. Thol. q. 447.

Victualium æſtimatio ad quem pertineat, & qs eã facere poſsit, vide D. Sol. in ſuis cõmẽt. gl. ſuper. 2. par. decreti, caſus. tit. de cẽſuũ ſolutio. fol 46. q. Ciuitas illã facere poſsit. ſcribit Bar. in l. 3. ff. ad leg. Iul. de ann. Idẽ in ſuperiore. Cape. Tho. q. 447. in add. Frã. Mar. q. 539.

Tempore caritatis cogi poſſunt ciues ad vendẽdum granum, etiã viliore pretio. D.Sol.ibid. num.2. Menoch.conſi.137.lib.2.Capel.Thol. q.44.vide Bar.in l.7.ff.de extraor.cogni.imò cogi poſſunt ad deferẽdum grana in forum, & ſtatui, ne quis præter duo ſextaria emat. Idem D.Sol.ibi.nu.6.

Pannorũ pretiũ taxari poteſt, & animaduerti, ne vendatur quid, pro quo.ibi.

Pretium victualiũ illud eſſe debet, quo victualia ipſa venduntur in publico foro. Idem D. Sol.glo.ſuper.3.par.dicti decreti.fol.47.

Pro ædificandis ſcholis, quis cogitur vendere. Fran.Marc. q.534. nu.5.

Socius ad ſocij emulationem alteri partem ſui caſtri, vẽdere non poteſt. Menoch.de arbitra. lib.2.caſ. 156. nu.7.

Emere bona publicata, ditiores loci regulariter non compellantur. Natt.conſi.500.

Quando teſtator reliquit Epiſcopo Ciuitatis certum frumentum annuatim, cum hac conditione, ne tẽpore belli, vel penuriæ extraheretur à dicta Ciuitate, tunc Epiſcopus tenetur frumentum iſtud in ipſa Ciuitate vendere, & quidem illo pretio, quod erit eo tẽpore penuriæ, in ipſa Ciuitate. Menoch. conſil. 137.lib.2.

Corruptas merces emere quis compellitur ratione publicæ vtilitatis. Pet. Gerar. ſing. 79. ideò fiſcus poteſt imponere neceſsitatem ſubditis emendi frumentum corruptũ. Ant. Corſet.in ſuis ſingularib.litera F.ſing. fiſcus.

Princeps poteſt vendere rem, quam commnnẽ habet cum priuato, reddito (partis non ſuæ) pretio. Hippol.ſing.341.

Reſpublica, ſi habet granum ad vendendũ omnes tenentur emere, nec aliquis excuſatur, & èconträ, ſi vult emere, omnes coguntur vendere pro modo patrimonij. Bar.in l.vnica.C. vt nemini liceat in emptione ſpecierum.lib. 10.vide Fran.Marc. q.541.

Denegans reſtituere rem meam, quam habebã venalem, liberatur rem dando, vel verum pretium. Bar.in l.9.ff.de actio.rer.amot.

Tutor poteſt cogi ad emendum. Bar.in l.8.§.ſi poſt.ff.de adminiſtra.& pericul.tuto.& cura.

Quando ex aliqua cõſtructione affertur maius commodum conſtrui facienti, & reipub.quã ſit incommoditas vicinorum, tunc vicini coguntur vendere, & hoc de conſuetudine Delphinali, vide Guid.Pap.q.91.Fran. Marc. q.40.num. 4.

Hæres granatus vendere per teſtatorẽ, ad hoc cogitur. Boer.deciſ.48.nu.2.

Vicinus, an vicino teneatur vendere, ſeu dare aditum, vel viam ad fundum vicini, vide ibi. & infra tit. de itin. pub. & pri.

Tribus concurrentibus compellitur quis emere reditus fiſcales nempè, ſi per tẽps pteritũ emerat, & maximos fructus perceperat, & pro fututo, non reperiatur emptor. l.11.§.fin. ff.de public.& vectig.

Si propter publicas penſitationes vẽditio fuerit celebrata.

Quando res debet aſsignari in caſtro ſub pœna amiſsionis ipſius rei, ſi res nõ aſsignetẽ, quis ipſo iure ea priuatur. Bart.in l. 18.§.ſed an.ff.famil.erciſ.

Tempus ceſſationis ſolutionis penſitationũ quod ſit, ut bona ipſius ceſſantis ſoluere, ſubhaſtari poſsit, vide Menoch.de arbitra.lib.2.caſ.55.

Fiſcus quo ordine capiat bona ceſſantium ſoluere penſitationes, vide ibi.

Fundus ob tributa non ſoluta venditus, ſi in venditione non fuerint ſeruata ſeruanda, vendicatur, niſi 30. ann. ſit præſcriptus, nec pretium ſcienti redditur emptori. l. 1. C. de præſcript.30.vel 40.ann.

Venditio prædiorum propter tributa non ſoluta, vt valeat, quinq; requiruntur. gl.ibi.quæ requirantur, vide per Barto. in l. 1. C. de præſcrip. 30.ann.

Si fundus venuudetur propter ceſſationem vectigalis, vel tributi non ſoluti, an debitore offerente pecuniam, poſsit reſcindi alienatio, vide l.9.ff.de reſcind.vend.

Si fiſcus vendit rem alienam, vt alienam, quia ceſſatum eſſet in ſolutione tributorum, tria exiguntur: Primò quòd ſit debitum tributũ: Secundò quòd ſit ceſſatum in ſolutione: Tertiò quòd res ſubhaſtetur.glo. in §.fin.inſtitu.de vſucapio.

Debitori fiſci ſoluenti, reſtituitur res eius indebitè alienata.l.3.C.de iure fiſci.lib.10.

De bonis alienatis per fiſcum ob publicas functiones, vel debita fiſcalia, vide per tot.tit.C. de fide.inſtru.& iure haſt.fiſca.

Si quis alteri, vel ſibi ſub alterius nomine, vel aliena pecunia emerit.

IN contractibus plus attenditur factum, quàm contemplatio: ideò actio acquirenti datur, nõ ei, cuius contẽplatione acquiritur. Vincen. de Fran.deciſ.33.

Res empta ex pecunia dotali, efficitur dotalis, quando eſt empta nomine mulieris, & ſic

ad eius vtilitatem; aliàs ſecùs. Gaſp. Cabal. milleloq.542. vide Ozaſc. deciſ. 140. Crauet. conſi.104. Pet. de Raue. ſing.601. Barto. in l. ſi vt proponis C. de rei vendic. Bald. in l. vxor marito. ff. de dona. int. vir. & vxo. caſt. in d. l. ſi vt proponis, & Bar. in l.23. §. ſi mulier. ff. ſolu. matrim. l.55. ff. de iure. dot. & l. fin. C. de ſeru. pign. dat. manu.

Filiusfa. emancipatus ſeorſum habitans à patre, emens aliquid, ſuo nomine præſumitur emiſſe, de propria aduentitia pecunia. Mago. dec. 9. Rot. Floren.

Maritus emens pro ſe, & nominandis, ſi poſteà nominauerit vxorem, an nominatio valeat, vt bona ipſi vxori cenſeantur acquiſita, vide Mago. deciſ. 77. Rot. Floren. quid ſi nominauerit filius, vide ibi.

An maritus poſsit emere nomine vxoris, vide d. deciſ. 77. Mago.

Maritus emens fundum pro ſua vxore abſente, ſi confiteatur ſoluere de pecunia ipſius ſuæ vxoris, præſumitur donare, quòd eſt prohibitum, niſi veriſimiliter appareat, quòd aliunde vxor potuit habere pecuniã. Capic. deciſ. 203. num. 18. vide Bart. in l. 16. C. de donatio. int. vir. & vxo.

Marito emente pro ſe, vxore, & hæredibus, vxor non ſuccedet in medietate, niſi ſoluta medietate pretij. Boer. deciſ. 23.

Licèt mulier conſtante matrimonio, vel poſt, regulariter præſumatur emere ex pecunia viri: tamen ſibi rem acquirens, ſolùm tenetur ad pretij reſtitutionem. Craue. conſi. 81. Bar. in l. 3. C. de fide. inſtrumẽ. & iure haſt. fiſc. lib. 10. l. 6. & l. 52. ff. de donatio. int. vir. & vxo. imò ad illud non tenetur, ſi præſente viro, & tacente, emerit. Boer. dec. 81. nu. 5. Ioſeph. Lud. deciſ. Luc. 12. nu. 19. vide Natt. conſi. 30. Tom. 1. vel ex opera fabrili, vel alio modo, vel ex alio licito negotio (veluti ex lucro) emerit. Ioſeph. Lud. deciſio. Luc. 28. vide Rol. conſi. 90. volum. 2. Idem in vidua intra annum luctus. Caſſan. in conſuetudi. Burg. titu. *des droicts*. Rub. 4. §. 14. glo. 2. n. 6. ſecùs ſi poſt annũ. ibid.

Actio marito quæritur, ex contractu facto vxoris nomine accommodato, vide Marc. q. 506.

Maritus, ſi emerit vxoris nomine, & poſſeſsio rei venditæ marito tradita ſit, tunc vxoris nomen ſimulatè appoſitum videtur, & rei venditæ dominium ad maritum, & non ad vxorem ſpectat, licèt nominata ſit. Dec. cõſi. 543. num. 16. & 17. vide Rol. conſi. 90. volum. 2. & Bar. ſing. 163. ſed ſi res fuit tradita vxori, præſumitur donatio tacita. Henri. Boer. in ſuis ſingularibus. tit. præſumptio. num. 9. vide l. 9. & 16. C. de dona. int. vir. & vxo.

Licèt nomen vxoris, ſit appoſitum in inſtrumẽto; tamen vir ſibi in veritate cõparaſſe probatur ex duobus, nempè ſi ipſe vir, antequã perueniretur ad faciendum inſtrumentũ, ſuo nomine emerit, itẽ ſi ipſi viro poſſeſsio tradita fuerit. Pet. de Raue. ſing. 637. Bart. in l. 6. C. ſi quis alteri, vel ſibi. gl. in l. 16. C. de dona. int. vir. & vxo.

Si vxor rem emit, & maritus pro ea pretiũ numerauit, quid iuris, vide l. 8. §. ſi vxor rẽ. ff. de donatio. int. vir. & vxo.

Res empta ex pecunia mulieris donata viro, vẽdicari poteſt, per mulierem. l. 56 ff. eod.

Emens pro ſe, & filio, an habeatur reſpectus ad ordinem ſucceſsiuum, & quòd emens præſumat emiſſe de proprijs pecunijs, vide Mago. deciſ. 104. Rot. Floren.

Pater confitens emiſſe domum de pecunia filiorum exiſtentium in poteſtate, donare præſumitur, quod non licèt, niſi tempore cõfeſsionis appareat filios ita edoctos alicuius exercitij, quòd veriſimiliter potuerunt lucrari pecuniam in inſtrumento contentam. Capic. deciſ. 203. nu. 19.

Pater expreſſo nomine filij in inſtrumento acquiſitionis, non præſumitur ei donare. Menoch. de arbitra. lib. 2. caſ. 88. nu. 11. vide Rol. conſi. 90. volum. 2.

Emptio facta per patrem nomine filij, an habeat vim donationis inter viuos, vel vltimæ voluntatis, vide Caſſan. in conſuet. Burg. tit. *des ſucceſſions*. §. 5 glo. 1. q. tunc pater videatur donare, ſcribit Natt. conſi. 94. nu. fina.

Filius induſtrioſus habitans cum patre, ſi põt lucrari ex officijs, mercaturis, vel alio artificio, acquiſita per eũ, aliunde acquiſita præſumuntur, quàm ex bonis patris. Rol. cõſ. 90. volum. 3. nu. 12.

Empta per filium nomine proprio, & de pecunia paterna, efficiuntur propria acquirentis, licèt pecunia patri reſtituẽda veniat, vel fratribus pro rata. Rol. conſi. 90. nu. 21.

Filius emens rẽ ex pecunia paterna, ſibi illã acquirit, reſtituendo fratribus pecuniam pro rata: idem eſt in patre emente de pecunia filij, ſed quando pater dicatur emiſſe de pecunia filij, vide Auguſt. Bero. q. 46.

Non ſufficit, quòd pater emat nomine filij, niſi ſequatur traditio. Bartol. in tit. C. ſi quis alteri, vel ſibi.

Empta per adminiſtratorem ex re minoris, efficiuntur ipſius minoris, licèt ſuo nomine non ematur. Gom. Leo. deciſio. 5. nume. fina. in deciſio. diuerſo.

Si patruus tutor bonorum cõmunium ipſius, & pupillorũ, emerit bona nomine proprio, qd iuris, vide Craue. conſi. 286. circa finem, & l. 2. ff. quando ex facto tutoris.

Emptum

Emptum de pecunia minoris ita efficitur ſuū,ſi ſit emptum per tutorem,vel curatorem, ſecùs ſi per extraneum, niſi in ſubſidium. Pet. de Raue.ſing.192.vide Bart.in l.48.§.altero. ff.de adminiſt.& peri.tuto.& in l.2.ff.quando ex.facto tutoris.

Res empta ex pecunia priuilegiatorum,poteſt ab eis vendicari, & an minor, Eccleſia, vel vxor vendicent rem,ex eorū pecunia emptā, vide Bart.in l.8.C. de rei vendica.& in l.4.C. commu. vtriuſq; iudi.

Minoris eſt electio, vtrum petat rem emptam ex pecunia ſua(licèt non nomine ſuo)vel pecuniam ipſam cum vſuris.l.3.C.arbitr.tutelę.

Tutor,qui eſt debitor pupilli in genere, ſi rem emit ſuo nomine, non videtur emiſſe de pecunia pupilli.l.59.§. altero.ff. de adminiſt. & peri.tuto.vel cura.

Fundus emptus pupillo (& traditus) pecunia alterius pupilli,eſt obligatus illi pupillo,cuius pecunia fundus eſt emptus, l. 3. ff. de rebus eorum.

Emptio præſumiť facta ex pecunia, quę peruenit ad manus emptoris.Capi.dec.194.nu.15.

Res empta ex pecunia mea,non eſt mihi tacitè obligata:fallit in pupillo.Rot.Genu.deciſio. 127.Bar.in l.17.C.de pign.l.7.ff.qui potiores.

Empta res ex pecunia hæreditaria, an ſubiaceat reſtitutioni; ſicut ipſa pecunia ſubiacebat,vide Capie.deciſ.194.nu.16.

Pretium, & res empta ex pretio in vniuerſalibus,ſuccedit loco rei, & onus probandi, qđ vna res ſit empta ex pretio alterius,cui incūbat,vide Bar.in l.72.§.cum autem de legat.2. l.72.& ſeqq. de legat.2.

Communi nomine, ſeu communibus pecunijs empta res,an ſit ſemper communis,non obſtante pacto in contractu acquiſitionis appoſito,vide Boer.deciſ.214.

Contractus,ſi fiat nomine accommodato, cui quæratur actio,vide Marc.q.506.

Contractus factus ſub nomin is accōmodatione,cenſetur factus de pecunia illius,qui contractui cauſam dedit. Marc.ibi.

Dominus pecuniæ, quā quis conuertit in emptionem mercium, nō habet dominium,nec actionem ad merces,vt ſuas, in ſubſidium tñ agit ad illas, ſi emens non ſit pro pecunia ſoluendo.Rot.Genu.deciſ.127.vide Bar.in l. 3.C.de re.vendic.nu.8.l.17.C.de pign.

Generale eſt in omnibus, ꝙ res empta nomine alterius,& de eius pecunia,acquiratur ei,cuius nomine comparatur.Craue.conſi.304.

Actio vtilis in rem, quando detur militi, vel minori, quorum pecunijs empta ſunt prædia,vide Maran.in ſuo Spec.par.4.diſtinct.3. nu.17.tit.an ſit iudi. ciuil.vel crimin.

Emptor is præſumitur, qui pecuniam numerauit, & ſi alterius nomen fuerit adſcriptum. Menoch. de arbitra. lib. 2. caſ. 470. Auguſt. Beto.q.46.quia ſimulatè tunc nomen appoſitum præſumitur, & verus emptor ille eſſe videtur,qui pretium ſoluit,& rei vēditæ,poſſeſſionem habuit.Dec.conſil.543.

Emens proprio,& fratris nomine,ſi ſoluat pretium,videtur ſoluere de propria pecunia, & poteſt repetere à fratre,partē pecuniæ. Dec. conſil.148.Rol.conſil.4.volum.2.Roma.ſing. 440.Natt.conſi.94.num.10.vide tamen conſ. 358.eiuſdē nattę,& emptio facta à fratre,quā do dicatur facta nomine proprio, & pecunia de proprio,vel de communi ſoluta, vide Bar.in l.2.C.pro ſocio.

Bona empta proprio nomine per aliquem ex fratribus in communione exiſtentibus,non debet communicari.Dec.conſil.651.

Quādo aliquis emit nomine extranei,præſumitur pretium fuiſſe ſolutum de pecunia dicti extranei.Natt.conſi.358.

Frater nomine ſuo rem emens,ſi eam ſuo,& fratris nomine,in libro communis deſcribi patiatur, ex hoc dominium pro parte in alterum fratrem tranſlatum cenſetur,pręſertim, ſi alter frater pro rata ſua collectas ſoluerit. Lud.Roma.ſing.433.

Bona quæſita per fratrem durante communione, ſunt acquirentis,cuius nomine acquiſita ſunt, nec veniunt in communione, ſed ſi ex pecunia communi ſunt acquiſita, vnus contrà alium acquirentem, habet actionem ad partem pecuniæ, ſed agenti incumbit onus probandi.Guid.Pap.ſing.779.

Emi fundum, hoc modo, ille fundus ſit mihi, & Titio emptus,quantum ad Titium, nō valet emptio,ſed totus fundus ad me pertinet. Pet.de Raue.ſing.166.

Emptum de pecunia Eccleſiæ nomine emētis, efficitur Eccleſiæ.Pet.de Raue.ſing.181.Ant. Corſet.in ſuis ſingularibus, litera.E.ſing.emptio.Bar.in l.2.ff. quando ex facto.tuto.

Res empta per ſocium ex pecunia communi, an ſit cōis, vide Bar.in l.8. C. de rei vendica.

An ille ex cuius pecunia res fuit empta,habeat priuilegium inter perſonales actiones, vide Bar.in l.7.C.qui potiores.

Emens ex pecunia mea,& nomine ſuo,non habet ius in re.Bar.in ſuo tract.de diffe t.int.ius cano.& ciuil.nu.127.

Quando non apparet, cuius pecunia res empta ſit,tūc p̄ſumiť ex propria ipſius emptoris empta, niſi aliud ex coniecturis colligi poſſit.Hartm.Hart.c.1.tit.de emptore, & vēditore.lib.2.iō emēs noīe ſuo,& alterius,p̄ſumiť ď ſua pecunia p̄tiū ſoluiſſe vēditori.ibid.

De prohibita rerum alienatione in genere.

Alienationis ꝓhibitio odioſa eſſe dicitur, & ſtrictè intelligenda. Ozaſ.deciſ.50.num.11.vide Capic.deciſ.108.nu.15.

Alienationis verbo, comprehenditur legatum, & hæredis inſtitutio. Ozaſ.deciſ.Pedemon.85.num.3.vide Dec.conſi.422.& 635. Caſſan.in conſuetud. Burg.tit. *des mains mortes.* Rubr.9.§.11.glo.2. Batt.ſing.165.in additio.& in l.7.C.de agricolis.lib.11.& in l.71.§.fratre. de legat.2.

Alienatio certo tempore prohibita, cenſetur alio tempore permiſſa. Ozaſ.deciſ.85.num. 6.Paul.Aemil.deci.23.par.2.& deciſ.399.ibi.

Alienatione ꝓhibita, videtur prohibita omnis alienatio neceſſaria à lege. Ozaſ.deciſ.94.

Alienatio à iure prohibita, non dicitur valere, qñ pars ſe oppoſuerit. Ozaſ. deciſ.94.nu.23.

Maior eſt prohibitio alienationis rerum dotalium, quàm peculij aduentitij.ibid.nu.22.

Alienationis rerum dotalium prohibitio, non ſolùm fit propter ſexus fœminei fragilitatem, ſed etiam ob fauorem mariti.ibi.nu.26.

Alienationis prohibitio ceſſat, deficientib.perſonis, ad quas res prohibita alienari, debet venire. Ozaſc.deciſ.98.nu.23.Natt.conſ.145. nu.19.Tom.1.& conſi.470.

Alienare prohibito in aliquo caſu, cenſetur etiam in eo, interdictum, per quem ad caſum prohibitum deuenitur. Ozaſc. deciſio. 168.num. 17.

Prohibitio alienationis triplex eſt, alia imperſonalis, ſeu realis, alia perſonalis, tertia perſonaliſſima. Capic.deciſ.108.nu.2.

Prohibitio cum cauſa, videlicet, ne res exeat de familia, extenditur vſque ad quartum gradum.ibid.num.3.

Re alienari prohibita extra familiam, ſi omnes alienationi conſentiant, naſcituri poſteà reuocabunt. Boer.deciſio.12. Mago.deciſ.91. & 92.Luc.

Prohibita res alienari, an permittatur permutari, & quid ſi minatur ruinam, & prohibitus fit pauper, vide Capic.deciſ.108. nu.fin.

Prohibitus alienare, non prohibetur permutare, & dare in ſolutum. Boer.deciſio.49.vide Raud.tract. de analo.c.15.nu.257.

Alienatio rei prohibitæ alienari, etiam in præiudicium alienantis, non tenet, & poteſt ipſemet alienans cõtrauenire. Gram.deci.93.

Prohibita alienari, non publicantur propter delictum. Grammat.deciſio. 105.nu.31.vide Boet.deciſio.278.Bar.in l.12.ff. de fideicom. libert. tamẽ quando alienatio eſt prohibita fauore perſonæ alienantis, tunc non eſt prohibita, propter delictum. Bart.in l.7.C.vnde vi. num.12.

Contrahere licet non poſsit, cui eſt interdictũ bonis, tamen delinquendo alienat. Gram. ibid.nu.41.d.deciſ. 105.

Alienationis prohibitio, comprehendit conſtitutionem vſusfructus. Boer.deciſ.199.nu. 4.Abb. conſi.91.lib.2.

Alienationis verbo, quando non contineatur conceſsio in emphyteuſim, vide Ioſeph.Lud. deciſ.Luc.64.nu. 6.

Res ſemel facta alienabilis, ſemper durat alienabilis. Guliel.Caſſad. deciſ.8.tit. de reſcript. Dec.conſi.182.

Alienans rem prohibitam ſub pœna, non excuſatur à pœna, etiam ſi alienationem faciat, cauſa recuperandæ pacis. DD. de Rot.deciſ. 3.de pact.in antiq.

Alienatio prohibita, regulariter non impedit dominij tranſlationem. Ioſeph.Ludo.deciſ. Peruſ.68. part.2. Mago. deci. 47. & 112. Rot. Floren. Vincen.de Fran. deciſio.355.part.2. Ioan.Pap.lib.11.titu.10.arreſt.1. ſed competit ſolũ actio ad intereſſe (ſi alienatio fiat) cõtra alienantem, & eius hæredem. Andr.Gail. obſer.16.lib.2.& obſer.37.nu.16.ibid. Mago. deciſ.102.nu.19. Natt.conſi.474. Rol.conſi. 62.vol.2.Menoch.conſi.63.vol.1.

Regula fallit primò, quãdo adeſt hypoteca.Ioſ. Ludo.d.deciſio.68. Ioan. Pap.lib.11. titu.10. arreſt.1. vide Creſcent. deciſio. 1.aliàs 152. titu.de pigno.Gomez.Leo.deciſio.59. in deciſio.diuerſo.ſed an ſufficiat generalis hypotheca, vide Creſcent.deciſ.1. de pigno. aliàs 152. Natt. conſi.474.nu. 14. & conſi.531.Rol. conſi.62 vol.2.nu.39. Menoch.cõſi.63.vol.1.

Secundò, fallit fauore vltimæ voluntatis.Mago. d.deci.102.n.18. Rot. Flor. Craue.conſi.243.

Tertiò fallit, vt detur actio in ſubſidium cõtrà tertium poſſeſſorem, quãdo participaſſet de dolo. Mago.d.deciſ.102.nu.20.

Quartò fallit, quando res fuit tranſlata in tertium ex cauſa lucratiua. Mago.ibid.nu.21.

Quintò, fallit fauore dotis. Mago.d. deciſ.102. nu.23. vide tamen. Pet.de Raue. ſing.134.

Sextò fallit, qñ adeſt pactũ reſolutiuũ annullans cõtractũ. Vinc.de Fran.deci.355. par.2.Natt. cõſ.474.n.11.& 531. Rol.cõſ.62.vol.2. ſed qñ hęc fallentia ꝓcedat, vide ibid.d.deciſ. 355.

Septimò fallit, qñ pactum eſt reale: quia tunc onus trãſit in quẽcunq; poſſeſſorẽ. Menoch. cõſ.63.vol.1.& de alijs limitationib.vide ibi.

Octauò fallit, ſi aliqua res promittatur nõ alienari, ſub pœna, & obligetur ipſa res pro pœna. Henric. Boet. in ſuis ſingula. tit.fin. nu.6.

Ee De

De huiuſmodi, & alijs limitationibus ad regulam, vide per Gaſp. Cabal. milleloq. 595. & Caſſan. in conſuetu. Burg. tit. *des cenſes.* §. 13 glo. 4. num. 9.

Pactum poſitum in diſtractione fundi, ne poſſet alteri alienari, niſi facta oblatione alieui, non impedit dominij tranſlationem: ideó virtute huius pacti, non poſſet agi contra tertium. D. Sol. in ſuis coment. in antiq. conſtit. Sabau. gl. ſuper 2. part. decreti, ex frequentionibus, titu. de pact. int. empt. & vendi. tamen in hac patria Pedemontana virtute decreti antiq. agi poterit, vide ibid. D. Sol. glo. ſuper 5. par. dicti decreti, fol 124.

Alienationis prohibitio comprehendit etiam matrem, ſine cuius conſenſu, non poterat fieri alienatio. Vincen. de Fran. deciſ. 14.

Alienatione prohibita, prohibetur etiam locatio ad longum tempus, cùm ex ea acquiratur poſſeſsio, & vtile dominium. Vincent. de Fran. deciſ. 122. num. 8. aliàs ſecus. Gom. Leo. deciſ 100. in deciſio. diuerſo. vide Abb. conſi. 91. lib. 2.

Expreſsé prohibita alienari, ob ſolutionem æris alieni defuncti, alienari poterunt, quod intellige, ſi alia bona non ſufficiunt. And. Gail. obſer. 137. nu. 4. idem pro redemptione hæredis, vel ob neceſsitatem famis. Gail. ibid. Bar. in l. 7. num. 6. C. de agricolis lib. 11.

Neceſsitas naturalis iuſtá cauſam præſtat alienandi, aliás inalienabilia. Menoch. de arbitr. lib. 2. caſ. 182. nu. 26. declara, vt ibi num. 31. & 32. ná neceſsitatis cauſa, licet alienare Deo dicata. Menoch. ibi. nu. 36.

Magna in eo, de iure eſt controuerſia, vtrum bona alienari prohibita, veniant in generali hypotheca bonorum, vide Aegid. Magiſt. tract. ſubhaſtatio. cap. 43. in deciſio. diuerſo. Tom. 2. fol. 30. an prohibita alienatione, cenſeatur prohibita hypotheca, vide Dec. conſi. 645. Bar. in l. 24. ff. de pignoribus. Natt. conſi. 474. num. 23.

Prohibita alienatione emphyteuſis in perſona prohibita, emere inhibentur milites, mulieres, Clerici, Eccleſiæ, & pauperes. Gom. Leo. deciſ. 56. in deciſio. diuerſo.

Alienare prohibitus, in filium alienare poteſt. Pet. Roy deciſ. 3. litua. nu. 376. in deciſio. diuerſo, vide Craue. conſi. 39 nu. fin.

Prohibitus legare, prohibetur etiam inſtituere, & econtra. Raud. tract. de analo. c. 18. nu. 8.

Alienatione prohibita, cenſetur prohibita tranſactio, per quam transfertur res in alium. Crauet. conſi. 197. nu. 7. & omnis actus, quo peruenitur ad alienationem. Dec. conſi. 301. Crauet. conſi. 1. pro genero. num. 64. tamen alienatio non dicitur fieri, quando quis relinquit rem penes aduerſarium poſſeſſorem aliquo recepto, per viam tranſactionis. Natt. conſi. 145. nu. 20. Tom. 1.

Alienatione prohibita, non poteſt res in iudicium deduci: quia prohibitus alienare, cenſetur prohibitus rem in iudicium deducere. Craue. conſi. 197 num. 7. quòd intelligitur in præiudicium tertij.

Quando prohibitio reſpicit perſonam hæredis, comprehendit quoque ipſius hæredis hæredem, modò ſit facta ſub nomine appellatiuo. Craue. conſi. 243.

Alienatio, quando eſt prohibita contemplatione certæ perſonæ, nec ad pias cauſas fieri poteſt, aliàs admittitur illa perſona ad reuocandum. Maran. in ſuo ſpecu. diſputa. 8. num. 28. & 37. fol. 591.

Res alienari prohiberi poteſt vel à lege, aut à ſtatuto, vel à Iudice, vel ab arbitro, aut à teſtatore, vel à contrahentibus inter viuos, vel ratione delicti, de quibus omnibus vide per Rebuff in ſuis coment. Tom. 1. de reſcin. contract. in præfat. nu. 24. fol. 425.

An valeat ſtatutum, per quod prohibetur rerum alienatio in extraneos, & dato, quod valeat, quando locum habeat, vide Dec conſi. 301. & nó valet, ſi prohibeat ſpecialiter alienationem fieri in Eccleſiam; ſecus ſi generaliter, & certo caſu: nam tunc comprehendit etiam Eccleſiam. Caſſan. in conſuetud. Burgun. *des mains mortes.* Rubr. 9. §. 9. gloſ. 1. num. 5. & 52.

Statutum loquens de alienatione rerum immobilium, non habet locum in abdicatione actionis perſonalis. Dec. conſi. 301.

Item loquens ſimpliciter de alienatione, non habet locum in prohibitione alienationis neceſſariæ. Dec. d. conſi. 301.

Illi, quorum fauore fuit facta prohibitio, eidem prohibitioni poſſunt renúciare. Dec. cóſi. 394.

Prohibitus vendere abſque ſolemnitate, non poteſt ſine illa pactum facere de vendendo. Dec. conſi. 502.

De intellectu ſtatuti prohibentis quicquá alienari in extraneum à familia, & limitatione, & de duobus ſtatutis concurrentibus, cui potius adhærendum, vide Dec. conſi. 619.

Valet ſtatutum, quòd in venditione agnati, vel conſortes, præferantur. Dec. conſi. 647.

Decretum, vel ſtatutum prohibens alienationem bonorum immobilium, habet locum etiam in vltima voluntate. Dec. conſi. 660.

Si extat ſtatutum in loco prohibens alienationem ſimpliciter in forenſem, non cenſetur prohibita ſucceſsio ab inteſtato. Rol. cóſ. 80. nu. 32. vol. 3. item talis prohibitio, etiam non extenditur ad caſum teſtati, in extraneum.

Rol.conſi,80.nu.36. ſed quãdo eſt prohibita alienatio per ſtatutum quo quomodo, tunc prohibita videtur etiam alienatio neceſſaria.Rol.ibid.nu.37.

In omnibus alienationibus,in quibus alienans cadit à iure ſuo ſubanditur, hoc procedere. in ſciente; ſecùs in ignorante. Caſſan.in conſuetu. Burg.tit.des fiedz Rub.3 §.8.gl.6 nu.17.

Alienare prohibitus,ſi alienat,& is in cuius fauorem facta eſt prohibitio,nõ læditur, haud quoque videtur cõtrà prohibitionem feciſſe,nec incidit in pœnam. Natt.conſi.470.

Bonis prohibitis alienari, non poterunt transferri,etiam in perſonam eccleſiaſticam. Menoch. conſi.57.lib.1.

Quando prohibetur alienatio ſine conſenſu alicuius exequutoris, qui etiam in caſu contrauentionis vocatur ad bona alienara; ſi talis exequutor conſenſerit alienationi ſimpliciter,ſibi, & hæredibus ſuis præiudicat. Menoch.conſi.58.vol 1.

Alienatione prohibita,videtur prohibitus omnis actus, per quem fit translatio dominij directi, vtilis, vel alicuius iuris in re. Bart.ſing. 165.Ioan. Baccan.ſing.4.

Hæredem extraneum inſtituendo, alienare videor.Caſtren.ſing.20.

Alienatione prohibita ſub pœna, per ſimplicem alienationem, vel oppignorationẽ,ipſa pœna non committitur, niſi deuẽtum ſit ad realem traditionem. Anto. Corſet.in ſuis ſingularibus,litera. A.ſingul.alienatio,1.vide ſing. pœnam.11.ibid.litera.P.

Vbicunque concurrũt prohibitio legis, & prohibitio hominis, ſeu teſtatoris circa alienationem,corroborarur prohibitio in tantum, quòd non poteſt res illa alienari, etiam in caſu à iure permiſſo. idem ibid. litera. P.ſingula.prohibitio.

Alienatio interdicta filijs; non extenditur vltra eos,niſi expreſsè dicatur. Aluiſ.de Alber. ſingula. 65.

De materia,vide per Bar.& alios Doct.in l.117. §.diui lo.2.de legat.1. & in l.135.§. ex lege.ff. de verbo. obliga.

Res prohibita alienari,per ingreſſum monaſterij,tranſit in monaſterium, ſed aliquando poteſt reuocari. Bar.in Auth.ingreſſi.C.de Sacroſanctis Eccleſijs.

Prohibitus alienare in ſuos conſanguineos, prohibetur accipere. Barto.in Authen.quicunque. C. eod.

Prohibita venditione, dicitur prohibita donatio. Bar.in l.4.C.de fideicom.

Cautela alienandi rem prohibitam, ea poteſt eſſe, vt ſupponatur aliquis, qui petat rem, & poſſeſſor ſe vincere dimittat, habetur in additio. ad Barto. in l.3. §. item quæri. ff. de rebus eorum.

De prohibitione alienationis rerum, vide per tot.tit.de legat.3. & ibi Bar.

Requiſitus,vt emat ab eo, qui tenetur illi vendere,debet per duos menſes expectari. Bart. in l.122 §.cohæredes.ff.de verbo.oblig.

Denuncians debenti emere, tenetur alternatiuè denunciare. Bar.ibi.nu.5.

Prohibitus alienare inter viuos, an videatur & prohibitus alienare per vltimam voluntatẽ, vide Abb.conſi.40.lib.2.

Prohibitus donare ſine alicuius conſenſu, ſine ſpeciali permiſſu,donare nõ poteſt. Abb.ibi.

Prohibitus alienare,alienando ſibi præiudicat, ſaltem quo ad illam commoditatem, quam eo viuente percipere poterat. Mago.deciſio. Luc.59.num. 28.

Liberum eſt vnicuique rem ſuam vendere, cui voluerit. nõ habita cõſideratione inter cõiunctos, vicinos, conſortes, vel extraneos: fallit in multis caſibus, & maximè ratione pacti in contrarium appoſiti. Hartm. Hartm. c.2.titu.de emptore,& venditore, vide ſupra tit.nec emere,nec vendere.

Qui tenetur ſub pœna vni alienare,illo exiſtente in mora, poteſt alienare cui vult, & ſufficit vnica interpellatio legitimè facta, ad conſtituendum emere debentem in mora. ibid. d. capit.2.

De prohibita rerum alienatione in contractibus.

ALienatio rei prohibitæ ex pacto facto,in ea ius habenti, an ſit nulla,vide Capic.deciſ.182.

Cautela eſt ad prohibẽdum rem alienari, quod pro obſeruantia pacti; res ipſa ſpecialiter obligetur per hypothecam. Capic.ibid. Ant. Corſet.in ſuis ſingularibus, litera P. ſingula. pactum.

Qualiter, & quibus modis poſſit fieri prohibitio alienandi rem in contractibus,& ſi fiat alienatio contrà prohibitionem, an transferatur dominium, vide Guid. Pap. q.569. Boer.deciſ.49 & quid, quando aliquis promiſit nulli vendere,niſi mihi,vide ibid.

Alienatio bonorum dum apparet prohibita per contractum dumtaxat, non ex hoc videtur prohibitus alius contractus alienationis. Grammat. deciſio. 105. numer. 40. ideò alienatio licèt ſit prohibita per contractum, tamen permittitur alio modo, vt puta per teſtamentum.ibi.nu.42.

Pactum de non alienando, non impedit quin res ꝓhibita alienari, veniat ſub obligstione bonorum præſentium, & futurorum, quæ prę cedit acquiſitionem rei, cum illa prohibitione. Tho. Minad. deciſ. 22.

Vendere, ſi promiſi non alij, quàm tibi, an inuitus ad vendendum tibi compelli poſsim, vide Iaſ. de actio. §. ſupereſt. num. 2. & 4. de hac connentione, vide per Bar. in l. 10. §. qui iniuriarum. ff. ſi quis cautio.

Pactum de non alienando rem meam, niſi tibi, proteſtatione tibi facta, quòd volo vendere, præſcribitur infra duos menſes, vt tale pactũ mihi non officiat. Ludo. Rom. ſing. 766.

Tempus, quod præſtituatur illis, qui emere debent, ne alteri fiat alienatio, quale, & quantũ ſit, vide Menoch. de arbi. caſ. 37.

Iurans nõ vendere, ſi vendat, efficitur periurus; attamen venditio tenet. DD. de Rota deciſ. 31. de ſenten. & re. iudic. in antiq.

Facta conuentione de nõ alienando ſub pęna, ſi contrauentum fuit, an detur actio ad pœnam contrà hæredem contrauentoris, vide Mago. deciſ. 47. nu. 14. Rot. Floren.

Authen. res quæ. C. commu. de legat. non habet locum in prohibitione alienationis facta inter viuos. Crauet. conſil. 19. nume. fin. Guid. Pap. ſing. 306. nam ſi prohibitio eſt facta in contractu, in eo caſu, quo poteſt impediri tranſlatio dominij, nullo modo poteſt dicta res in dotem dari. Pet. de Raue. ſing. 134.

Vendere, qui vni tenetur, eo non emente, alteri vẽdere poteſt. Menoch. de arbit. lib. 2. caſ 37.

Pacta inter fratres de non alienando certa bona immobilia ad effectum, vt conſeruentur in familia, & tranſeant ad eorum deſcendentes, valent. Natt. conſi. 474. ſed ſi pactum fuit factum de non aliensndo extra familiam in fauorem deſcendentium, tunc deſcendentes non cenſentur vocari, vti hæredes; ſed vt deſcendentes. idem Natt. conſi. 531. nu. 18.

Quando inter matrem, & filium fuit conuentum, quòd filius non poſsit alienare bona patris, tunc talis connentio extenditur etiã ad legitimam, & Trebellianicam ipſius filij, maximè ſi conuentio fuit iurata. Rolan. conſilio. 99.

Pactum de non alienando, non impedit dominij tranſlationem, ſed ſi res detur minori cum pacto de non alienando, tale pactum impedit alienationem, & alienans, qusndo teneatur ad intereſſe, vide Bart. in l. ea lege. C. de condict. ob cauſa, & ſupra titul. proxim.

Si pactum fuit appoſitũ, ne liceat emptori alienare, & ſi alienaret, res deueniret in talẽ Eccleſiam, vtrum hoc pactum poſtmodum poſſit tolli de conſenſu partium, in prę iudicium Eccleſiæ, vide Barto. in l. 1. C. ſi mancip. ita fue. alienan. vt manumit.

Vendens cum pacto, ne alienetur, ſi fuerit slienats res, primus vendens non poteſt auctoritate propria rem apprehendere. Bar. in §. 1. Authen. vt decæ. commun. Eccle.

An pactum de non aliensndo valeat, vide Bar. in l. 62. ff. de pact. & in l. 7. §. quæritur. ff. de diſtract. pigno.

Si res alienetur cum pacto de non aliensndo, debet ita conueniri vendo, vel dono hoc pacto, vt non liceat alienare, & ſi ad aliquem actum alienationis perueneris, tunc dominium ad me reuertatur, & in eum caſum, ex nunc conſtitues te meo nomine poſsidere, vide Bar. in l. 38. §. ſi quis. ff. de acquir. poſſeſ. vbi etiam de alijs cautelis.

In reciproco pacto de non alienando, factis alienationibus ab vtraque parte, an altera contrà aliam agere poſsit, vide Mago. deciſ. 47. nume. 8. Rot. Floren

De prohibita rerum alienatione in vltimis voluntatibus.

ALienationis prohibitio, vt res in familia remaneat, inducit fideicommiſſum. Ozaſ. deciſio. Pedemon. 50.

Per prohibitionem alienationis extra familiam, inducitur fideicommiſſum in caſu mortis, ſi teſtator voluit bona ſua remanere in familia, vide Mago. deciſ. 72. Rot. Floren.

Ei, cuius cõtemplatione alienatio prohibetur, cenſetur relinqui fideicommiſſum. Gomez. Leo. deciſ. 43. in deciſio. diuerſo.

Alienandi ſimplex prohibitio, non arguit teſtatorem voluiſſe rem illam in familia permanere. Menoch. de arbitra. libr. 2. caſ. 37. num 3. Dec. conſil. 23. Roland. conſil. 43. vol. 4. nume. 42.

An, & quando ex prohibitione alienationis inducatur fideicommiſſum, vide Dec. conſi. 23. 38. 357. 422. 425. 584. 636. & 637. Roland. conſil. 23. volum. 4. & conſi. 43. nume. 42. ibid. Auguſt Bero. q 42.

Prohibitio alienationis eſt odioſa, & facta filijs, non porrigitur ad nepotes. Dec. conſ. 377. nu. 5. ideò debet reſtringi ad perſonam prohibitam. Rolan. conſi. 43. volum. 4. num. 45. fallit, quando teſtator prohibuiſſet alienationem ea ratione, quia voluit bona perpetuò permanere in ſuis deſcendentibus, & agnatione. Dec. cõſi. 182. & cõſi. 218. nu. 4

Aliena-

Alienationis prohibitio facta per teſtatorem filio, quando extendatur ad poſteros, vide Capic.deciſio.108.Bartol. in l.91.§.ſempronianæ,de legat. 3.

Prohibitio facta ſimpliciter non inducit fideicommiſſum,niſi in caſu contrauẽtionis.Dec. conſi.218.num.14.Rol.conſi.43.num.42.vol. 4.Idem Dec.conſi.377.ideò in eo caſu filius, qui deceſsit inſtituta matre,non dicitur cõtraueniſſe prohibitioni. Dec. d.conſi. 377.& 378.& tunc mater etiam ab inteſtato ſuccedit. Dec. conſi. 481. ſecùs quando teſtator addit, quòd vult rẽ prohibitam alienari remanere in familia, vide Dec.conſi.481.

Fideicommiſſum,per quod prohibetur alienatio bonorum, videtur factum fauore hæredũ inſtitutorum,ne diſsiparent.Gramma.deciſ. 105.num.38.ideò prohibitus alienare ob ſui fauorem delinquendo, habet fiſcum in ſucceſſorem.ibi.nu.39.

Prohibitio alienationis extra familiam à teſtatore facta, vltra quartam generationem non extenditur.Dec.conſil.322.& 635.Fel.conſil. 27.nu.13.vide Authen. de reſtit.fideicõ.fallit ſi expreſsè verbis teſtatoris fuerit facta fauore agnationis, vt ſua bona in ea perpetuò permanerent; tunc enim debet extẽdi vltra quartum gradum.Dec.conſi.23.516.nu.16.& 635.Myſing.obſ.64. cent.6.vide Fran. Mant. de couiectu.vlt.volũ.lib.8.tit.2.nu.21.Bart.in authen. de reſtitutione fideicommiſsi.

Alienatio prohibita, ſi inter eos de familia ſit conceſſa,non regulatur ſecundum fideicommiſſum familię factum,in quo cenſentur vocati proximiores:quia alienatio hoc caſu tenet,etiam facta remotioribus in gradu,eiuſdem tamẽ familiæ.Mago.dec.72.Rot.Floren.

Prohibitio alienationis, niſi in illos de domo, cenſetur facta, vt bona conſeruentur in familia, & tunc pater contrauenĩẽs inhibitioni teſtatoris,non nocet filijs. Mago. deciſio. 138.Rot.Floren.

Teſtator,ſi reliquerit rẽ pluribus, & illos vetat eam alienare, videtur eis adinuicem fideicommiſſum relinquere, ſi contingat alterũ ſine cõſẽſu alterius,alienare. Dec.cõſ.422.

Prohibitio alienationis hæredi nominato facta,licèt non comprehendat hæredem hęredis,vbicunq; tamen appoſita eſt ratio agnationis conſeruandæ,ad hæredes hæredis,extenditur.Ozaſ.deciſ.Pede.50.

Diſpoſitio legis fin.§. fin.de legat.2. non habet locum,quando vltra fideicommiſſum eſſet expreſsa prohibitio teſtatoris: quia eo caſu ignorans ignoranti alienare nõ poſſet.Ozaſ. deciſ.73. in fine.

Licèt teſtator prohibuerit, ꝙ aliqua res nullo modo,nulloq; tempore vendatur, alienetur vel ſeparetur per hæredes; tamẽ ex hac prohibitione non cenſetur inductum fideicommiſſum.ideò hæredes poterũt inſtituere hæredem extraneum.Dec.conſi.625.

Bona prohibita alienari ex. familiam an, & quã in vnũ de familia alienari poſsint, vide Nat. conſi.111.Tom.1.

Fideicommittens prohibens bona alienari, & in caſu contrauentionis priuans hæredẽ ab hęreditate (quod facere poteſt)& illã trãsferens in proximiores de familia ſub eadem conditione,videtur illos gradatim vocaſſe, & ordine ſucceſsiuo, adeòquod proximior, poſsit alienata reuocare. Natt. conſi. 675. etiam non natus tempore alienationis, non obſtante conſenſu omnium exiſtentium, illo tempore.Rol.conſil.70 vol 3.

Alienationis prohibitio vbi duplex inducitur, altera à iure communi, altera à teſtatore, vna ceſſante,altera locum habet. Ozaſc. deciſio.85.num.14.

Alienationis prohibitio ceſſat deficientibus perſonis, ad quas res prohibita alienari,dẽt deuenire.Ozaſ.deciſ.98 nu.13 Rol. conſi.25. vol.1.nu.fin.Bart.in authen.de reſtitu. fideic.

Alienare prohibitus extra familiam,vẽdere põt de conſenſu ipſorum, quorum fauorẽ reſpicit prohibitio.l.11.C.de fideic. & ibid.Barto. aut etiam ipſis requiſitis.& nolẽtibus emere. Boer.conſi.46.num.fina Menoch de arbitra. lib.2. caſ. 37. & illis de familia alienare põt: Dec. conſi. 218. 422. & 429. niſi fuerit facta prohibitio contemplatione certæ perſonæ: quia tunc extra illam permiſſam, alienatio fieri non poteſt. Menoch. conſil. 211. lib. 3. nume. 133.

Prohibita alienatione extra familiam, vltimus de familia alienare non prohibetur. Mago. deciſ Luc 59.nu.21. quod non habet locum, quãdo vltimus eſſet grauatus, caſu quo alienaret. quòd tunc res ad alterum perueniret cum aliquo onere.Dec. conſi 182.vide conſ. 584 & 635.eiuſdem.

Prohibitus à teſtatore alienare extra familiam ſub pœna,alienans non incidit in pęnam, quã non offenditur ille,in cuius fauorem prohibitio fuit facta.Dec.conſi.182.vide tamẽ ibi.

Vendere grauatus in familia,vt poſsit alteri vẽdere, debet requirere, & expectare illos de familia.Bar.in l.91.§.inſtituto de legat.2.

Sententia ſuper rẽ prohibita alienari contrà prohibitũ prolata, nõ præiudicat fideicommiſſario non citato.Ozaſ. deciſ.157.num.14.

Baldi conſilium vigeſimum in verſ.ſed remanet quæſtio.vol.2.quo diſponitur eum.qui anteà aliqua bona prodigaliter alienauit, non priuari

uari facultàte ſibi conceſſa à teſtõre alienãdi bona pro euis neceſsitare,& tedẽptione perſonæ,declaratur per Ozaſ. deciſ.168.

Tutis alienatio ꝓhibita ſine cã,nõ tenet.Capic. deci.108.nu.5.vide Barto.in l.11.C.de fideic.

Quando cenſeatur habere legitimã cauſam, vt valeat,vide Dec.conſi.481.

Clauſula, ita quòd domus nõ exeat de familia, &c.vtrum ſit per modum cauſæ, an enunciatiuè, vel diſpoſitiuè, & vtrum referatur ad proxima,vel ad omnia præcedẽtia, vide Capic.deciſ.108.nu.8.

Alienatio rei prohibitę per teſtatorem alienari, eſt ipſo iure nulla. Gram.deciſ.93.

Prohibens alienare extra familiam,poteſt alienare in eius filiam,cũ ſit de agnatione.Natt. conſil.676.nu.13. tamen prohibitus alienare extra familiam,& deſcendẽtes maſculos, dicitur contraueniſſe inſtituendo ſorores, vel filias proprias.Menoch.conſi.356.lib.4.

Filius alienando rem prohibitã alienari, in dubio videtur elegiſſe rem prohibitam alienari, pro ſua legitima, quod procedit.quando nõ extarent aliæ res non prohibitæ, cum legitima deduci debeat de rebus non prohibitis alienari.Gramma.d. deciſ.93.nu.5.6. 7.vide ibid.deciſ.105.nu.46.Vincen.de Fran. deciſio.80.num. 23.Mago.deciſ.85.Rot.Luc.

Legitima poteſt prohiberi alienari vſq; ad 30. annos.Boer.deciſ. 81.vide Rol.cõſ.31.nu.30.

In re prohibita alienari per teſtatorem,non detrahitur trebellianica Guid.Pap.q.51.

Si in teſtamento pater inſtituat filium, prohibueritq; eum poſſe diſponere de ſua legitima,& trebellianica,prohibendo etiam bona ipſius teſtatoris pro dote ; nec aliàs quouis modo donari,& alienari,approbatoq; teſtamento per filium,in vita,& poſt mortem patris etiam cum iuramento, nihilominus non obſtante hac prohibitione per filium approbata,poterunt ipſa bona alienari pro dotibus filiarum ipſius filij grauati. Guid. Pap.q. 96.Boer.deciſ. 129.nu.5.imò teſtator, ſi expreſsè prohibuerit alienationem,res nõ poterunt alienari, etiam in caſibus exceptis in authen.res quæ.Guid. Pap.quæſt.611.Ioſeph. Ludo. deciſio.Peruſi.70.part.2. Guid.ſingul. 301.vide tamen Rol.conſi.81.vol.2.

Prohibita per teſtatorem alienatione, cenſetur prohibita cenſus cõſtitutio,ſuper re ꝓhibita alienari.Paul.Aemil.deciſ.17.par.1.

Res teſtatoris alienari poſſunt propter æs alienum,non obſtante fideicommiſſo, & quacunque prohibitione.Boer.deciſio.129.ſi nõ ſuperſunt alia bona.Andr.Gail.obſ.137.vide Mago.deciſio.91.num.14.& deciſio.92.Rot. Floren.Aegid.Magiſt.tract.ſubhaſtationum. cap.32.in fine.in deciſio.diuerſo.Natt.conſi. 145.nu.22.& 255.nu.fin. Menoch. conſi. 207. lib.2. nam prohibitio teſtatoris de non alienando, non extenditur ad alienationem neceſſariam.Crau.cõſi.215.Bar.in ſuis quæſtionibus.q.12.nu.18.

Alienationis prohibitio facta ad tempus, poſt illud cenſetur permiſſa. Vera. deci.23.par.2. & deciſ.399.ibi.fallit quando fideicõmiſſum fuit iniunctum ante inhibitionẽ.Mago.deci. 149 Rot.Floren.nam tunc per ipſam inhibitionem ad tempus,non cenſetur reuocatum fideicommiſſum,ante factum.ibi.Dec.conſi. 386. volum 2.

Alienatione prohibita,prohibetur etiam locatio ad longum tempus, cùm ex ea acquiratur poſſeſsio,& vtile dominium. Vincent.de Fran.deciſ. 122. nu.8.

Inſtitutis pluribus hæredibus, & inuicem ſubſtitutis, factaq; prohibitione de alienando bona hæreditaria ſub pœna priuationis portionis alienantis, applicandæ alijs hæredibus,non contrafacientibus, an alienans cadat ipſo iure à portione ſua, & an det actio contrà filium ſuum, & quid ſi ille, qui vult reuocare alienata per cohæredem, etiam ipſe alienauerit. contrà prohibitionem teſtatoris,vide Mago.deciſ.16.Rot. Floren.deciſ. 47.& deciſ.50.ibid.

Hæres prohibitus alienare ſub pœna priuationis, alienando partem rei,pro ipſa tantùm puniendus eſt,niſi dictum ſit,ꝙ alienare non liceat neq; in totum,neque in partem. Idem Mago.deciſ.19.ibid.

Si contrà prohibitionem teſtatoris fiat alienatio de bonis prohibitis cum reſeruatione dominij, an dicatur contrauentum prohibitioni, vide Mago. deciſio. 91. & 92. eiuſdem Rotæ.

Magna de eo in iure eſt controuerſia,vtrum bona alienari prohibita, veniant in generali hypotheca bonorum,vide Aegiſt.Magiſt. trac. ſubhaſta.cap.43.in fine.in deciſio.diuerſo.& ſuprà tit.de prohib.rer.aliena.in genere.

Obligatio generalis, an comprehendat bona hypothecari prohibita; ita vt ſequuta hypotheca generali, hæres amittat bona ſibi ſub hac conditione,& prohibitione relicta,vide Excel.P.Teſſau.deciſ.193.

Alienatio prohibita rei hæredis, an impediat dominij translationẽ,ſicut prohibitio alienationis rei teſtatoris,vide Vincen.de Fran. deciſ.298.par.2.

Mentem teſtatoris prohibentis alienationem in extraneos præſumi, eo quod fœminas excluſit, nec inter filios alienationem prohibuiſſe iure communi permiſſam ideò tunc

vni

vni ex filijs poſſe fieri alienationē inſolidū, ſcribit Menoch.conſi.356.lib.4.

Minor alienans contra prohibitionem teſtatoris, qui in caſum alienationis voluit bona ad alium deuenire, nō reſtituitur in integrū, ſi habebat notitiam prohibitionis, ſed an præſumātur illam habere; hoc eſt, habuiſſe ſcientiam teſtamenti, vide Craue.conſi. 193.

Vendere qui vni tenetur, eo non emente, alteri vēdere pōt. Menoch. de arbitra lib.2.caſ.37.

Prohibitio facta à teſtatore, tollere videtur tacitam prohibitionem à lege factam, vide Dec.conſi.386.

Alienans contra prohibitionem teſtatoris, non pōt reuocare alienata, ſed ſubſtitutus admittitur. Natt.conſi.145.nu.18.

Alienationis prohibitio, non extenditur ad legitimam, & trebellianicam Natt.ibid.nu.21.

Res, quæ eſt prohibita alienari per teſtatorem, poteſt preſcribi, quando interueniente conſenſu eorum, in quorum fauorem facta fuit prohibitio, poſſet fieri alienatio. Rol.conſ.3. num.84.volum.1.

Alienatio prohibita per teſtatorem cum clauſula, quod in caſu contrauentionis ſit nulla, & nullius valoris, & res tranſeat ad cohæredes, non habet effectum, quando non ſupereſſet perſona, in cuius fauorem facta ſit dicta prohibitio; & quæ poſſit dictam alienationem reuocare. Roland.conſil. 25. volum. 1.nume.18.

Quando teſtator prohibuit alienationē, & voluit bona peruenire ad cohæredem, ſi aliquis ex hæredibus commiſerit delictum, fiſcus nō admittitur ad bona, ratione delicti. Rol.cōſi. 56.& conſi.81.vol.2.nu.21.

Quando teſtator prohibuit, quòd eius domus non poſſit alienari per hæredem ſuum, vel per ſubſtitutos, ſed voluit, quòd dicta domus remaneat ſub nomine parētelę, & agnationis ſuæ in perpetuum, & pertineat ad antiquiorem, qui tunc reperietur, hærede inſtituto deſcendente cum filijs, primogenitus ipſius, debet habere dictam domū. Roland. conſi 6.volum.4.

Maritus legans vxori vſumfructum fundi, cum hoc quòd non poſſit fundum alienare, videtur legaſſe proprietatem. Fran. Cremen. ſingul 28.

Facta prohibitione, ne bona alienentur extra familiam, ſi vnus de ipſa familia alteri eiuſdem familiæ tradiderit rem prohibitam alienari, in emphyteuſim ſolum, poſteà vendiderit dominium directum extraneo, talis alienatio facta reſpectu dominij directi, non tenet, & poteſt reuocari per proximiorē de familia. Menoch.conſi.116.lib.2.

Prohibita alienatione, niſi in primogenitum filiorum teſtorum, & deſcendentium, tunc filius primogeniti cenſetur vocatus ad excluſionem ſecundogeniti patrui. Menoch.conſ. 211. libr.3.

Ex diuiſione bonorum non dicitur facta alienatio, contra prohibitionem teſtatoris, vide Menoch.conſ.322.lib.4.nu.47.

Alienare prohibitus extra familiam, non prohibetur hæredem inſtituere legitimum, qui ab inteſtato eſſet ſucceſſurus, quamuis non eſſet de familia. Ant. Trigo. ſing.102.

Prohibitio de alienando hæredi per teſtatorē facta, & ſi ſæpius ipſa cōditio diſpliciat, quādoq; tamen eſt vtilis: nam alienandi prohibita, in fiſcum non cadunt. Hippol, de Mar. ſingu.214. vidē tamen Auguſt.Bero. q.41.vbi diſtinguit inter ſimplex fideicommiſſum, & expreſſam prohibitionem.

Alienatio facta per hæredem de re prohibita alienari, non reuocatur hærede viuente, nec ſi aliquem de familia inſtituit hæredem. Bar. in l. 71.§. prædium de legat.2.

Alienatio facta contra voluntatem defuncti tenet, donec reuocetur; & conſentiens alienationi admittitur ad reuocationem eorū, quæ poſteà alienantur. Barto.in l.79.§.liberis de legat.2.

Nudum præceptum de non alienando non valet, quando legatum tranſit ad legatarium ipſo iure; ſecùs ſi debet præſtari de manu hæredis: quia tunc non debet habere legatū, niſi caueat de non alienando. Bart.in l.70.§. Titio.ff. de conditio.& demonſtra.

Alienatio vbicunq; prohibetur à lege, vel à teſtatore, cēſetur prohibita vſucapio. Bart.in l. 24.ff.de vſucapio.

Alienare prohibitus extra familiam, cohæredibus emere nolētibus, pōt vendere extraneo, niſi eſſet prohibitioni adiectum; vt familiæ relinqueretur. Bar.in l.122.§.cohæredes.ff.de verbo.obliga.

Si prohibitio teſtatoris, ſeu præceptum nudum eſt, non valet: quia nō exprimit cauſam quare hoc faciat; ſi autem contineat cauſam expreſſam, vel tacitam, quia vult bona in familia remanere, tunc ſi vnus de familia alienat partem ſuā, inultantur ſequentes: itē ſequente alienante, admittuntur alij ſequētes, non præcedens, qui alienauit, quia ipſe non poteſt venire contra factum proprium. gl. 1. in l. 11.C.de fideic.

Alienatio fieri poterit conſentiente fideicommiſſario. Mago.deciſ.Luc.59.nu.23.

De retractu, nempè quando proximior agnatus, ſeu affinis poſſit reemere rem per alium agnatum, ſeu affinem alienatam.

De hac materia, vide etiam infra, tit. de iure offerendi.

Rei venditæ retractus, non extenditur ad permutationem: idem in prælatione retentionis. Boer. deciſio. 49.

Minor reſtituitur aduerſus tempus datum ad retrahendum. Boer. deciſ. 63. nu. 3. Pap. lib. 11. tit. 7. arre 22. & 23. quę reſtitutio fit per Principem. Idem Boer. deciſio. 140.

Retractus conſanguineorum, an locum habeat in acquiſitis de nouo, vide Boer. deciſio. 76. nume. 1. & 10.

Retractus introductus in fauorē generis, & cōſeruationis agnationis, an locum habeat in acquiſitis de nouo, vide ibi. nu. 6.

Secundus proximior retrahere volens, an teneatur ſoluere emptori id, quod verè, & realiter ſoluit cum legitimis acceſſorijs, vide n. 8

Proximior, qui ſemel declarauit ſe nolle retrahere, non poteſt amplius pœnitere. ibid. Boer. nume. 9.

Proximiore redimente, eodem aucto pretio reuendente, an fiunt duæ vēditiones, vide Boer. d. deciſ. 76. num. fin.

Proximiori reuendere videtur emptor ab eo pretium accipiens, & poſsidere permittens. Boer. deciſ. 77. nam emptor reputatur reuēdidiſſe, ſi intra tempus legitimū recepit pretium. Papon. lib. 11. tit. 6. arreſt. 4.

Emptor non cogitur reuendere, niſi pretio, & alijs ſibi ſolutis, vel cōſignatis. ibi. Boer. n. fi.

Retrahere aliàs ob inopiam non valens, ſi denuò ad eundem venditorem redeat res, an retrahere poſsit, effectus dines, vide Boer. deciſio. 78.

Tempus ad retrahendū, quādo incipiat currere proximioribus, maximè quando venditor adhuc poſsidebat, tñ cōſtituerat ſe poſsidere nomine emptoris, vide Boer. deciſ. 112.

Tempus retractus non currit pendente appellatione. Boer. deciſio. 140. Pap. libr. 11. titu. 7. arreſt. 22.

Retractio inrera certum tempus agnatis conceſſa, habet locum, etiam ſi per mille manus res tranſierit. Boer. deciſ. 182. uu. 52.

In ſtatuto materię retractus, non currit præſcriptio agnatis triginta annorum, niſi à die ſcientiæ. Ioſeph. Ludo. deciſ. Luc. 52. quia tale tempus eſt vtile. Caſſan. in conſuetu. Burg. tit. *des retraicts*. s. 5. glo. 1. num. 4. vide Rol. conſ. 21. volum. 1.

Quando retrahens audiatur poſt annum, vide Pap. lib. 11. tiru. 7. arreſt. 24. & 28 & nō audiat, ſcribit Hippol. ſing. 64. vide Roland. conſ. 21. volum. 1.

Tempus datum ad retrahendum, currit abſque ſpe reſtitutionis. ibi. arreſt. 32.

Oblatio ſola, vel conſignatio pecuniæ in retractu, quando fieri debeat, vide Boer. deciſ. 124. num. 22.

Retrahens ſatisfacit offerēdo liquidum, & pro illiquido, offerēdo cautionem. Ioan. Pap. lib. 11. tit. 6. arreſt. 2.

In iure retractus quando pars, quæ emit ſtat ſemper in finibus non reſtituendi fundū, tūc vicinus, vel proximior non tenetur offerre pretium de neceſsitate, ad obtinendum. Ioā. de Arnono. ſingul. 34.

Qui rem venditam iure proximitatis retrahere vult, quatuor ex parte ſui adimplere tenet, de quibus vide per And. Gail. obſer. 19.

Si conſanguineus verum pretium, quanti res extraneo vendita ſit, ignoret, particularis depoſitio ſufficit, addita proteſtatione, & oblatione, vbi de pretio certior factus fuerit, quòd reliquum ſoluere paratus ſit. ibid. d. obſer. 19. nu. 7.

Condemnatus ad vendendum iure proximitatis, opponens aliquas exceptiones, debet ēt audiri, antequā fiat miſsio in poſſeſsionē rei. Mago. deciſio. 120. Rot. Floren. ſed facta conſignatione, & depoſitione, ſi ſuper ea diſputatur, interim conſignans, deber mitti in poſſeſsionem rei. Papon. lib. 11. titu. 7. & tit. 8. arreſt. 3. eod. lib.

Dominium in retractu reuertitur ad venditorē à tempore conſignationis, poſt quam, deponens facit fructus ſuos. Boer. deciſio. 182. nu. 38. vide Ioan. Pap. libr. 11. titul. 5. arreſt. 1. & 5. imò à die ſimplicis oblatiōis, nulla facta cōſignatione. Pap. lib. 11. tit. 7. arreſt. 30.

Venditione cum donatione pluris valentiæ facta, non poteſt quis in retractu dicere, donationē eſſe partem pretij. Boer. deciſ. 142. & 143. Pap. lib. 11. tit. 7. arreſt. 19.

Permutatio facta interueniente pecunia, an cēſeatur venditio, vt habeat locum retractus, vide Boer. deciſio. 144. & Papon. libr. 11. titu. 7. arreſt. 14.

Retractus non habet locum, quando Eccleſia vēdir, ſed benè quādo ipſa, vel clericus emit. Boer. deciſ. 231.

Proximior retrahens debet reſtituere pretium cum laudimio ſoluto. Boer. deciſ. 231. tamen ſi priuilegiarus laudiminm non ſoluit, non poterit illud à retrahente recuperare. Rot. Auenio.

Auenio.deciſ.26. in deciſio.diuerſo.vide nihilominus.Pap.lib.11.tit.9.arreſt.2.

Proximior non poteſt vnam ex pluribns rebus vennndatis,retrahere. Boer.deciſ.251.

Retractus , an habeat locum in rebus fiſco delatis,vide Boer. deciſ.279.

Sratutum,q bona patrimonialia poſsint quandocunque redimi reſtituto pretio ,eſt in iure validum. Ioſ. Ludo.deciſ.Lnc.47.

Reemēdi ius poteſt cedi proximiorib. vocatis, ſecus remotioribus , & non poteſt cedi extraneo,nec ēt donari.ibid.nu.4.ſed retractus ius,an poſsit cedi,vide Boer.deciſ.139.Vinc. de Fran.deciſ.242.part.2.

Facultas retrahendi rem alienatam ex ſtatuto competens proximiori agnato , non poteſt extraneo cedi.vide Io.Pap.lib.11..ti.7.arreſt. 4.Iaff.Lanfr.Balb.deci.193.Borg.Caual.deci. 19.nu.80.de contract. par.2.

Statuto ſtanre, q vbi quis rem immobilē vendiderit, proximior intra annum redimere valeat,ius illud extraneo cedi nō poteſt. Fran. Marc.quæſt.404.

Quando in contractu interuenit pretium eſt emptio,licèt de emptione nulla fiat mentio, imò contractus ſonet in emphyteuſim, & tunc eſt locns retractui, qui nō procedit,niſi in contractu venditionis.Gom.Leo.deciſio. 34.in deciſio.diuerſo.

Arbores cęduæ ſiluæ redūt eā precioſiorē: ideò illis cęſsis,quid ſit obſeruandum in retractu, vide Vincen.de Fran.deciſ.390. par.2.

In feudis Dñs habet ius retrahendi. Pap.lib.11. arreſt.6.tit.10.ibi.& poſteaq̄ reemit feudum, poteſt de illo ad libitum diſponere.Pap.lib. 11.tit.7.arreſt.7.vide arreſt.6.& 10.ibid.

Si ille, q habet ius retrahendi deceſſerit,relictis plurib hæredib.vnus illorum, nō poterit pro parte ſua tantùm,retrahere.ibid.arreſt.8.

Ius retrahendi competit illi,qui tpe cōtractus non erar natus. Io.Pap.lib.11.titu.7.arreſt.1.

Proximior præfertur extraneo ceſsionario ius retrahendi habenti à venditore, qui ſibi tale ius reſeruauerat in contractn venditionis, ibid.arreſt.3.

In alienatione facta cum pacto legis commiſſoriæ ceſſat interim ius retrahendi : idem qnando venditio fuit facta cum pacto de retronendendo,ſed tempus his duob.caſib.incipit currere,à tpe,quò finitur facultas redimendi , & ceſſat ſpes luitionis. ibid.arreſt.8.

Ceſſat ius retrahendi in re alienata Regi. ibid. arreſt. 11. & in alienatione decimarum facta Eccleſiæ. arreſt.13.

An nus datus ad retrahendum incipit currere à tempore adeptæ poſſeſsionis,& obtentæ inueſtituræ.ibid.arreſt.12.

De cautela ad impediendum ius retrahendi, vide ibid. arreſt. 15.

In reditib. alienatis eſt locus iuri retrahendi,& in qua moneta teneatur retrahens ſoluere pretium,vide ibid. Pap.lib.11.tit.7.arreſt.18.

Si emptor intra annum redemerit rem ab onere, ad quod tenebatur , an retrahens teneatur etiā ad tale pretiū ſolntum,reſpectu dictæ redemptionis, vide ibid.arreſt.20.

Proximior retrahens ſolùm tenetur ad pretiū nominatum in inſtrumēto. Pap.ibi.arreſt.21.

Proximiori competit actio ad retrahendū,contrà agnatum emptorem.exiſtentem in remotiori gradu.ibid.arreſt.28.

Ius retractus habet locum,etiā in alienatione facta per ſubhaſtationes. ibid.arreſt.29.

Facta alienatione per maritum cum promiſsione de ratificando per vxorem , non currit annns,niſi à die ratificationis. Pap.lib.11.tit. 7.arreſt.33.

Quando pater vti adminiſtrator ſuorum filiorum, retrahit ratione proximitatis filiorum ex parte matris , mortnis filijs,bona retracta ſpectant ad proximiores ex parte ipſius matris.Pap.ibid.arreſt.fin.

Retractus conceſſns proximiori cōſanguineo, competit ei,qui eſt proximior tempore,quo euenit caſus retractus. Alex. Raud. tract.de analo.cap.27.nu.55.

Quando conceditur retractns poſt certum tēpus à die confecti inſtrumenti alienationis, idem cenſetur ſtatutum tempns, cùm adhibitis teſtibus ſine inſtrumento,fit alienatio. Menoch.de arbitra.lib.2.cent.1.caſ.63.

Statutum,quod agnatis tribuit poteſtatem recuperandi bona alienata , quomodo interpretetur, & quas exceptiones poſsit adferre emptor contrà agnatum,volentem recuperare bona alienata, vide Deci.conſi.222.

An filius poſsit retrahere rem per patrem venditam,vide Caſſa.in conſuet.Burg.tit. *des retraicts*, Rub.10.§.1.glo.2.nu.8.Boer.deciſ.138.

Filius admittitur ad retrahendum rem alienatā à patre; maximè ſi non fuerit hæres patris. Mago.deciſio.26.Rot.Flor.Ioan. Pap.lib.11. tit.7. arreſt.2.

Si detur vna ſpecies inæſtimata pro alia æſtimata,dicitur venditio , & habet locum hoc ius, Caſſa.d.ti *des retraicts*.gl.3. qd in donatione, vide ibid.num.5.& in fructibus. ibid.nu.9.

Ille,qui vendidit non poteſt retrahere.ibi. glo. 5.& naturales admittuntur.ibid.nu.6.

Proximiore recuſante retrahere, locus erit remotiori.idem Caſſan: ibid.§.2. glo.1.

Quid ſi plures eiuſdem gradus retrahere velint. vide ibid.§.4.

An ius retractus habeat locū in permutatione,

donatione, tranſactione, compenſatione, & in diuiſione, vide ibid. §. 5. nu. 10. & ſeqq.

Venditor, quando præferatur agnatis, ſi vellet redimere, vide ibid. §. 10. glo. 2. nu. 8.

Pactum, vt non transferatur dominium, niſi ſoluto pretio, non poteſt impedire ius retractus. idem Caſſan. ibid. glo. 4.

De modo concludendi contrà emptorẽ, quando agnatus vult agere ad rem venditam iure retractus, vide Caſſan. ibid. §. 11. glo. 11.

Si intra annum datum ad retrahẽdum, emptor alienauerit rem alteri, adhuc agnatus poteſt agere contrà hunc ſecundum emptorem. ibid. glo. 2.

Statutum, quòd emptor infra menſem teneatur retrouendere agnatis proximioribus valet, ſed non habet locum in alienatione neceſſaria. Rol. conſi. 21.

Proximior, qui per retractum auocare poteſt rem veditam, ſi ſibi facta denũciatione nolit emere, retractus iure priuatur. Amanel de Claris aquis, ſing. 21.

Ius retractus non datur, quando contractus emptionis erat nullus ex aliqua cauſa. Ioan. de Arnono, ſing. 56.

Retractus iure ſanguinis, & propinquitatis, habet locum in re, quæ ſolùm fuit patris, ſicut in auita, & re maiorum. Gom. Leo. deciſ. 35. in deciſio. diuerſo.

Sententia eius, qui habet ius retrahendi ſe à retractis de venditione facta, debet eſſe certa, non tñ reſpectu venditionis, ſed ẽt pretij, & aliarum circunſtantiarũ. Put. deciſ. 126. lib. 2.

Agnatis, quando facienda eſt venditio vigore ſtatuti, hoc intelligi debet, de proximiorib. Verra. deciſ. 77. part. 1. & tale ſtatutum dicitur magis ſecundum ius commune, quàm contrà. Cabal. milleloq. 579.

Tempus præfixum ad recatandum, incipit currere à tempore ſcientiæ. Iaffr. Lanfran. Balb. deciſ. 193. quãdo alias incipiat currere, vide Io. Pap. libr. 10. titu. 7. arreſt. 8. Borg. Caual. deciſ. 19. de contract. part. 2.

Beneficium retrahendi, quod à ſtatuto agnatis, vèl conſanguineis conceditur, non competit legitimatis. Myſing. obſer. 35. cent. 1.

Ius congrui per ſtatutum, vel conſuetudinem induci poteſt, ſed coniunctus ſolùm habet annum ad retrahendum à die ſcientiæ. Myſing. obſer. 34. cent. 2.

De venditione facienda virtute ſtatuti inter agnatos. cõfines, & participes, & de materia, vide p Borg. Caual. deciſ. 19. de cõtrac. par. 2.

Agnatus præſtans conſenſum in venditione, an poſteà poſſit retrahere, non obſtante conſenſu, vide ibid. nu. 81.

Statutum non pręfigens certum tempus ad retrahendũ, intelligitur intra annũ, ſi eſt facta vẽditio alteri agnato, aut cõfinanti, ſed ſi eſt facta extraneo, intra triginta annos, & ſi agit contrà tertiũ poſſeſſorem, intra decem, inter pręſentes, & viginti inter abſentes. ibid. nu. 8.

Agnatus tranſmittit ius retrahendi ſuo hæredi, vide ibid. num. 80.

Agnatus, qui eſt etiam confinans, præfertur agnato non confinanti. Borg. deciſio. 19. de contract. par. 2. nu. 85.

De reſtitutione, quæ datur ad retrahendum minori, vide ibid. nu. 86.

De hac materia retractus, vide etiam eundem Borg. deciſ. 20. par. 2.

Legatum de centũ ex bonis teſtatòris factum, dicitur legatum quantitatis: ideò ſi pro tali legato dentur in ſolutum aliqua bona teſtatoris, agnatus virtute ſtatuti, admittitur ad retrahendum. Hiero. Mago. deciſ. 63.

In materia ſtatutaria retractus, quæ bona dicantur patrimonialia, vt poſsint retrahi, p agnatum, vide ibid. deciſ. 93.

Ius retractus valet, ſiue ex cõſuetudine, ſiue ex ſtatuto inductum ſit, & per ſtatutum poteſt prohiberi alienatio bonorum in extraneos. And. Gail obſer. 19. lib. 2.

Condictio, q̃ datˀ ex lege municipali, ad retrahẽdum, nõ eſt merè pſonalis, ſed in rẽ ſcripta: ideò datur contrà tertiũ poſſeſſorẽ. ibi. nu. 6.

Scientia vera, & plena requiritˀ in materia retractus, nec pſũpta ſufficit. Mago. deciſ. 26. n. 44.

Quomodo ſciẽtia pbetur, & ex quib. pręſumatˀ in hac materia, vide eundem deciſ. 49. ibid.

Bannitus, an amittat ius prothomiſeos, vide Mago. d. deciſ. 26.

De iure congrui, nempè quando vicinus poſsit reemere rem per ſuum vicinum alienatam.

VIcinus horti, vel curtis nõ habet ius congrui ad domum coniunctam dicto horto, vel curti, quia hortus, vel curtis licèt ſit de domo, tamen eſt res ruſtica, & ruſticũ non trahit ad ſe vrbanum. Afflic. deci. 223. & p conſequens coniunctus terræ tantùm, non habet ius congrui, ad domum coniunctam dictæ terræ. Afflic. ibid.

Vicinus in re ruſtica, non præfertur vicino in vrbanis, per ius congrui. Afflic. ibid.

Ius congrui medio tempore, an cõpetat de re vendita, in cuius venditione dictum fuit dominium nõ transferti in emptorem, niſi pretio ſoluto venditori, vide Afflic. deciſ. 377.

Ius congrui non habet locum in contractu ſimulato. Afflic.deciſ.339.neque in alienatione neceſſaria. Capic.deciſ.99.

In iure congrui fraus præſumitur, ſi venditor ſibi reſeruauerit ſpaciũ terræ paſſuum trium, circum circa terram à ſe venditam. Capic. deciſio.38.

An ſi plura bona ſeparata ſimul vendãtur, poſſit vicinus non citatus, qui in vna re tantùm cohæret, omnia bona retrahere, vel rem tantùm ſibi contiguam, vide Mago. deciſio.29. Rot. Florent.

Statutum iuris congrui, an habeat locũ in venditione neceſſaria, & datione in ſolutum, vide Mago.deciſ.100. eiuſdem Rot.

Renuncians extraiudicialiter, dando licentiam vendere volenti, quòd vendat cui velit, non poteſt amplius in illa re vti iure congrui. Mago.ibid.deciſ.118.

Ius congrui, an competat Clerico tanquam vicino (reſpectu rei propriæ) contrà laicum, & èconträ, vide Vinc.de Fran. deciſ.285.par.2.

Stante ſtatuto, vel conſuetudine, quòd vicinus poſsit reemere rem per alium emptam oblato, & ſoluto pretio, verũ ſi Clericus emat, poſsit cõueniri iure congrui, & ſic an habeat locum tale ius cõtrà Clericũ, vide ꝑ Maran. in ſuo ſpecu.diſput.8.fol.590. Caſſan.in conſuetud.Burg.tit.*des retraicts*. Rub.10.§.1.gl.2. vbi concludit pro parte affirmatiua.

Vicinus, qui ius congrui petijt, poteſt pœnitere, & recedere à ſua petitione inuito emptore. Vinc.de Fran.deciſ.346.par.2. ſed qđ non poſsit pœnitere, & recedere, ſcribunt Io.Pap. lib.11.tit.7. arreſt.9. & Boer. deciſ.48.

Priuilegium, ꝙ quis non conueniatur iure congrui valet, & tunc emptor hoc iure non poteſt conueniri. Vinc.de Fran.deciſ.383.par.2.

In hoc iudicio iuris congrui, Iudex loci rei eſt competens, remoto Iudice domicilij emptoris. idem deciſ.389.part.2. Ioan.Pap.lib. 11.tit.6.arreſt.1.

Ius congrui habet locum, nõ ſolùm in emptione, ſed etiam quando fit cõceſsio ſub annuo cenſu redimibili in pecunia. Vincen.de Fran. deciſ.392. par.2.

Habens plures domos ſimul continentes, ſi eas ſeparatim vendiderit, qualiter præſumatur hoc feciſſe in fraudem iuris congrui, vide Capic.deciſ.38.

An ſi emptor rei immobilis, qui poterat conueniri iure congrui, donet illam alteri, vel permutet, faciat ceſſare ius congrui, vide Maran. in ſuo ſpec. diſputa.9.fol.604.

Valet ſtatutum, quòd in venditione agnati, vel conſortes præferantur, & tunc venditio tanquã nulla, reuocatur. Dec.conſi.647. Hyppol. ſing.64. Caſſan.in conſuetud.Burg.tit. *des retraicts*, Rub.10.§.1.Rol.conſi.63.vol.1.

Stante dicto ſtatuto, ſi quis velit rem vendere, pro qua inuenit 15.& conſors tantùm velit dare decem, aſſerens hunc verum eſſe rei valorem, conſors ipſe non eſt audiendus. Caſſa. ibid.d.§.1. glo.1.

Qui vult vti beneficio ſtatuti diſponẽtis, quòd liceat vicino emere rem alteri venditam, debet habere, & probare omnes qualitates à ſtatuto requiſitas, vel realiter offerre, & deponere pretium, & alia facere, de quibus per Rol. conſi. 63.vol.1.

De cautela, qua quis vti poteſt contrà ſtatutum diſponens, quòd res non poſsit alienari, niſi conſorti, ſeu vicino habenti domum, ſeu terram contiguã, vt res magno pretio vendi poſsit, vide Pet. Gerar.ſing.26.

De periculo, & commodo rei venditæ.

Emptio facta de boue, vel alio animali, aut de vino pretio cõuẽto, ſi aliquod periculũ euenerit ante traditionem, periculo emptoris cedit, ſi emptio eſt pura, & perfecta. Borg.Caual.deciſ.7.de contract.part.2.

Animal vẽditum, & accõmodatum, ſi intra tres dies moritur, præſumitur ex præcedenti infirmitate mortuum, ſi habet pulmonem putridum, aut inteſtina corrupta. Borg.ibid.

Venditor, qui recepit partem pretij, & reſeruauit ſibi dominium, donec integrum pretium fuerit ſibi ſolutum, tenetur ad reſtitutionem pretij recepti, ſi durante dilatione ſoluendi res vendita perierit abſque culpa, & facto emptoris. idẽ Borg.d.deci.9.de cõtrac.par.2.

Periculum, & commodum ſpectat ad emptorẽ cum pacto de retrouendendo, eſt enim dominus rei. idem deciſ.16.nu.48.ibid.

Perfecta venditione alicuius rei ad quem ſpectet periculum, & commodum rei alienatæ, diſtinctione explicatur, per Myſing. obſer. 36.centu.6.

Peremptio rei venditæ facit deſinere eam eſſe integram, & nihilominus emptor tenetur actione ex vendito ad pretium.l.5.§.emptio. ff.de reſcind. vendi.

Venditor ante traditionem tenetur emptori, ſi fuit in culpa petendi cautionem de damno infecto.l.18.§.emptor.ff.de dam.infect.

An periculum rei venditæ ante traditionẽ ſpectet ad emptorem, & quid de periculo ante venditionem, vide Rot. Genuen. deciſio. 36. nume. 10.

Venditio rerum, quæ deguſtatio nem non requirunt, quando pura eſt, perfecta dicitur, etiam ante traditionem, & periculũ emptoris eſt, modò venditio ſine ſcriptis fiat, aliàs ſecùs. Marc.q.58.nu.12.

Caſus fortuitus poſt perfectam venditionem, ſpectat ad emptorem, & factum ſuperioris, cui venditor tenetur parere, dicitur caſus fortuitus. Rol.conſi.45.

Re ante litem notam perempta, ceſſat euictionis periculum, quia res perit emptori.l.26. C.de euictio.

Periculum, & commodum rei æſtimatæ, datæ in ſolutum, pertinet ad recipientem; fallit in re data in ſolutum per minorem maiori, ſi contractus reſoluatur: quia tunc commodũ ptinet ad minoré. P.au.Aemil.dec.333.par.3.

Vendita res pertinet ad emptorem vnà cum fructibus. ibid. nu.5.

Emens ſub annuo cenſu, re perempta, ſeu effecta inutilis, an teneatur adhuc ad cenſus ſolutionem, vide Ioan.Pap.lib.13.tit.2.arreſt.fi.

Si fiat venditio plurium rerum alternatiuè, erit venditoris declarare, quæ ſit vendita, & ſi duæ vẽdantur alternatiuè, prima perempta, altera remanet in venditione; ſi verò ambæ perierint, pretium æquidem debetur.l.34.§.ſi emptio.ff.de contrahen. empt.

Venditor tenetur præſtare cuſtodiam in re vendita, & ſi abſque culpa ſua perdatur, non tenetur, niſi vt actionem cedat, quã ſi culpa ſua nõ cedat, adhuc tenetur.l.35.ſi res.ff.eo.vide §.cum autem emptio, inſtit. de empt.& vẽdi. vide l.14.ff. de furtis. & glo. in §. cùm autem inſtitut.de empt.& vendit.

In his, quæ venduntur vt ſpecies, periculum eſt emptoris incontinenti: in his verò, quæ venduntur vt pondus, numerus, vel menſura, eſt periculum emptoris, facta menſuratione, & non ante, cum diſtinctione, de qua in d.l.35. §.in his, quæ pondere, vide Afflict.deciſ.280. nu.4.& deciſ.399.Marc.q.58.par.2.

In vino ſtatim facta venditione (etiam ante deguſtationem) periculum eſt emptoris, ſi fiat in ſpecie venditio.glo.in §.cum autem, inſtit. de empt.& venditio. Fran. Marc.q.58.num.7.(limita ibid.nu.9.) aliàs ſecùs, vide Afflict. deciſ.399.nu.10.

Periculum deteriorationis vini poſt emptoris moram, ad emptorem tranſit. Afflic.deciſio.399. num. 11.

Si rem vendidi, vt periculo meo ſit, vbi dolum non commiſſeris, periculo meo perit. l. 62. §. fin. ff. de contrah.empt.

Res vendita adiecto pacto legis commiſſoriæ, interim eſt periculo emptoris. l. 2. in fine. ff. de leg.commiſſo.

Quicquid poſt venditionem venditioni accreſcit, reſtituitur emptori, vel eius hæredi.l.38. §.fin.ff.de hæred.inſtit. nam ſtatim poſt venditionem contractam omne commodum, & incommodum, ad emptorem pertinet.l.11. ff.quod vi aut clam.l.21.ff.de hæred.& actio. vend.§.cum autem emptio inſtit. de empt.& vend. vide Afflic.deciſ.280.nu.5.

Recipiens res vendendas, ſi pretium etiam conuentum ſequuta venditione promiſit, non tenetur ad periculum rerũ: ſecùs ſi promiſit alternatiuè, vel res, aut pretium. Rot.Genu. deciſ.113.vide Iaſ.de actio.§.omnium.nu.79.

Venditio fundi ad menſuram, non dicitur perfecta ſaltem quo ad periculũ, niſi facta menſura. Capic.deciſ.14.nu.6. tamen prędij menſura pro facta habetur, quotiés per alterum contrahentem ſtat, quominus fiat, vt purus contractus æſtimetur, atque periculum eum ſequatur, qui in facienda menſura moram commiſit. Craue.conſi.1.pro genero.nu.267.

Fructus, ſi vendãtur in herba, cuius erit periculum, vide Marc.q.58. nu.10.

Periculum diminutionis pretij rei emptæ, ad quem ſpectet, vide Maran. in ſuo ſpec. tit.an ſit iudi.ciuil. vel crim.diſtin.4.

Augumentum gabellæ emptoribus ipſius accreſcit, & acquiritur.Dec.conſi.4.

De periculo rerum in genere.

DE debitore moroſo, qui tenetur de caſu fortuito propter non factam ſolutionem ſuo loco, & tempore, vide Afflic.deci.150. q debitor interitu rei, non liberat. Iaſ.de act.§. ſic itaq; nu.23.

Rei interitus contingens intra tempus purgandi moram, debitorem non liberat. Afflict. ibid.nu.5.vide tamen. num.32. Gaſp. Cabal. milleloq.437. Bart. in l.25. C. de fideiuſſo.& manda. Io.Ant.Trigo.ſing.6.

Obligatio ad intereſſe poſt moram, non ſtatim ſuccedit in obligatione, rem reſtitui; ſed cũ reus deſinit habere facultatem rei præſtandæ. Afflict.deciſ.357.

Re perempta, adhuc agitur ad ipſam, licèt in condemnatione, veniat æſtimatio. Afflic.ibi.

Caſus, qui ſequitur moram, moroſum non excuſat. Aegid. Bellame.concluſio.83.

Periculum pecuniæ pertinet ad creditoré, qui ipſam accipere noluit. Crauet. conſi.1.pro genero.nu.268.

Rem in obligatione dandi, licèt peremptam poſt moram, poſſum petere. Barto.in §.ſi res aliena inſtitu.de legat.

Poſt

Poſt moram re perempta, non tantùm tenetur poſſeſſor ad fructus, & ad cæteras acceſsiones, ſed ét ad actiones. l. 17. §. Idem Iulianus. ff. de rei vendica. nam ad moroſum pertinet periculũ interitus. l. 3. C. de vſu. & vſuf. legat. l. 16. ff. de conſtitutio. pecu. cum ſeq. l. 82. §. ſi poſt. de verb. oblig. & 91. ibid.

Condemnatus, qui in ſoluendo moram commiſit, tenetur de interitu rei, & etiam de acceſsionibus. l. 7. C. de exequut. rei iudi.

Res perempta poſt moram poteſt condici, & in ſtipulationem deduci. l. 83. §. ſtichum. ff. de verb. oblig.

Mora principalis obligationẽ perpetuat quoad ſe, & fideiuſſores, & eorum ſucceſſores, & mora fideiuſſoris, quo ad ſe, & fideiuſſores ſuos. l. 91. §. nunc videamus. ff. de verb. oblig. vide l. 134. §. penu. de reg. iur.

In obligationibus dandi res perẽpta poſt moram, durat in obligatione, quo ad petitionẽ, acceptilationem, & nouationem. l. 92. §. effectus. ff. de verb. oblig. vide de materia ſupra lib. 1. titu. de mora.

Periculum inopiæ depoſitarij, vel fideiuſſoris ſubſequutæ, ſpectat ad creditorem. Afflict. deciſio. 172.

Si perit ſequeſtrata res, perit periculo ſequeſtrãtis indebitè. Bart. in l. 19. ff. de dolo malo.

Pecuniæ depoſitæ, & acceptatæ per partẽ, periculum ad ipſam partem pertinet: idem cùm per ipſam partem ſtetit, quominus ei ſolutio pecuniæ fieret, ne ex eius mora damnum deponens ſubeat. Crauet. conſi. 1. pro genero nu. 266. aliàs periculum eſt deponentis. Dec. conſi. 543. nu. fina.

Quia cùm pars eſt in mora depoſiti recipiẽdi, pro ſoluta, & acceptata pecunia in odium, & perniciem illius habetur, qui reus moræ eſt. Craue. ibi. nu. 267.

Mora omne periculum transfert in moroſum: Ideò ſi pecunia depoſitata fuerit reprobata, periculum pertinet ad creditorẽ moroſũ. Dec. conſi. 668.

Oblatio debiti, & conſignatio, ac depoſitio, (& ſola oblatio in debitore ſpeciei) tempore, & loco congruo facta, à periculo caſus fortuiti, liberat debitorem. l. 19. C. de vſuris.

Si pecunia per poſſeſſorẽ hæreditatis depoſita perdatur, poſſeſſor cedendo actionẽ, liberatᷣ. l. 20. ff. de pet. hæred.

Si depoſitum fiat gratia accipientis, ad eũ ſpectat periculum. l. 4. ff. ſi cert. pet.

Dolus commiſſus in vendendo rem depoſitam non purgatur, ipſam redimendo depoſitarius: ideò licèt ante ille non teneretᷣ de caſu, tñ poſt tenetᷣ, ét ſi res perierit ſine culpa ſua. l. 1. §. ſi rem depoſitam. ff. depoſiti.

Poſt litem conteſtatam, rei periculum pertinet ad depoſitarium. l. 12. §. fina. ff. eod.

Si res depoſita perijt eo modo, quo eſſet peritura apud deponentem, depoſitarius erit liberatus, ét ſi perierit poſt litẽ cõteſtatam. l. 14. §. ſiue autem. ff. eod.

Si pecunia deponatur à debitore penes electũ per creditorem, periculum eſt ipſius creditoris: ſed ſi ipſe debitor eligat, periculum erit creditoris modò ipſe fuerit in mora percipiendi; ſecùs vbi debitor fuit in culpa offerendi, vel neuter fuit in mora, aut culpa, quia tunc pertinet ad ipſum debitorẽ, quod non procedit in debito ſpeciei, vide l. 39. ff. de ſolutio. & libera.

Aeſtimatio eſt præſtanda, quando quod debetᷣ præſtari non poteſt. Afflict. deciſio. 357. nume. fina.

Pretium loco rei etiam in particularibus ſuccedit, ſed quando, vide Afflict. deciſ. 369.

Quando æſtimatio rei faciat tranſire periculum in recipientem, vide Ioſeph. Ludo. deciſio. Peruſi. 10.

Perempta re, quãdo agi poſsit ad æſtimationẽ, & quando ad ipſammet rem, vide Bart. in l. 15. ff. de condict. cau. dat.

Quando quis teneatᷣ de caſu fortuito, & quòd æſtimatio faciat teneri de caſu, ſcribit Barto. in l. 5. §. nunc videamus. ff. commodati, & facit tranſire periculum in accipientem. l. 56. §. Paulus. ff. locati.

An ille, qui dimiſit equum in paſcuis, quẽ lupus comedit, teneatur ſoluere æſtimationẽ domino, vide Boer. deciſ. 218. nu. fin.

Adminiſtrans negotia aliena, non tenetᷣ de periculo rerum. Rot. Genu. deci. 124.

Deferens res ſibi à domino ad deferendum datas, non tenetur, ſi fuerint captæ à Principe, cui reſiſtere nõ pôt. Rot. Genu. deci. 56.

Recipiens res vendendas, ſi pretium etiam cõuentum ſequuta venditione promiſit, non tenetur ad periculum rerum; ſecùs ſi promiſit alternatiuè, vel res, aut pretium. Rot. Gen. deciſio. 113. vide Iaſ. de actio. §. omniũ. nu. 79.

Interitus, & amiſsio mercium ſpectant ad dominum earum, tamen conſequutum ratione ipſarum mercium deperditarũ, ſuccedit loco earum. Rot. Genu. deciſ. 157. niſi mandatarius alio modo, quàm fuerit ordinatũ, miſerit merces. Rot. Genu. deciſ. 174.

Si mandatarius non cuſtodierit fines mandati, & res perierit, quibus cauſis poſsit excuſari, vide Craue. conſ. 247.

Accipiens rẽ perferendã, tenetᷣ de eius periculo, ſi ſuſcepit cuſtodiam, & pretium accepit. Bar. in l. 14. §. ſi epiſtola. ff. de furtis.

Cõdictio indebiti datur, quatenus locupletior

factus

factus eſt recipiens:ideò ad illum nō ſpectat rei interitus.Gaſp.Cabal. milleloq.385.

Mors animalis, quomodo probet, qñ in itinere morit de longinquo, vide Borg.Caual.deciſ. 7.de contract.par.2.

Promittens facere ædificium, ſi illo facto ante approbationem, minatur ruinam, aut caſmate pereat, omne periculum ſpectat ad conductorem, & fabricantem, niſi promiſiſſet tantùm operas ſuas dietim.Borg.deciſ.26.nu.13. & 38.part.2.

Operis pars coruens ſine culpa conductoris, reficitur expenſis locatoris.l.61.ff. de locat. & conduc.& ibi. Bar.

Aſsignatio operis perfecti, liberat conductorē à caſu fortuito poſteà contingente.l.1. §.fin. ff. de pollicit.

Allegando quis rem traditam ad vendendum, (etiam ſtatuto certo ptio) furto ſurreptam, non liberatur, niſi probet furtū ſine eius culpa contigiſſe.Hiero.Mago.deciſ.Luc.2.

Debitor excuſatur à reſtitutione, quando res perijt penes eum, eo modo, quo peritura fuiſſet, etiam penes creditorem. Idem deciſ. 69.num.23.

Iudicis arbitrio relinquitur, quæ diſtrahere debuerat hęres, & non diſtraxerit, vt fideicommiſſario teneatur, ſi illa perierunt. Menoch. de arbitra.lib.2.centu. 1. caſ. 49. tamen animalia mortua ſine culpa hæredis, nō veniunt in reſtitutione.Dec.conſi 81.nu.4.

Officialis nō tenet pro pecunijs, quæ ſibi furto ſubtractæ fuerunt.Dec.conſ.472.

Res donata ſub modo, vt donatarius teneatur alimentare donantem, perit periculo donatarij, qui propterea poſt interitum rei, tenebitur etiam ad præſtationem alimentorum. Fran. Cremen. ſing.1.

Veſtem ſericam quidam commodato accepit, eamq; reddens in multis deteriorem factam noluit recipere dominus, reliquit commodatarius præ oſtio domini pręſentis, & recuſantis eam acceptare, poſteà veſtis ipſa fuit furto ſurrepta, cuius periculo id cędere debeat, vide Hippol.ſing.607.

Quando creditor pignus tradidit alicui ſibi debitum ſolventi, ſi poſteà illud deperdat, ēt culpa recipientis, nō tenetur debitori. Marc. de Mant.ſingu.261.

Pignore caſu amiſſo, creditor ad hoc, vt agat ad creditum, debet probare caſum, & tē perditam caſu, manifeſtis probationibus.Bar.in l.4.C.de pigno.actio.& res perit ei, cuius eſt. Bar.in l.8.C.eod.

Pignus perit debitori, niſi creditor fuerit in culpa leui, ſed quis eam debeat probare, vide Abb. conſil.84. libr.2.l.25.C.de pignor.& §. fina.inſtitu.quib.mod.re contrah.obligat.

Debitor quidam tradidit rem ſuo creditori, nō vt illi cauſa pignoris eſſet obligata, ſed vt creditor eam creditori ſuo pignoraret, cui nā illius amiſsio ſine culpa imputari poſſet quæſitum eſt, & fuit reſponſum periculum ſpectare ad creditorem, vide Auguſt. Bero. quæſt.123.

Actionem realem, vel perſonalem habēs ad rē, quando agat ad pretium in ſubſidium, re perempta, vide Barto. in l.3.C. de rei vendic.

Si res pereat penes inuaſorem eo modo, quo eſſet peritura penes poſſeſſorem, adhuc tenetur inuaſor de interitu. Bartol. in l.4. C. vnde vi.

Si res per metum, ſeu per vim compulſiuā extorta ante ſecundam ſententiam pereat, perit periculo metum inferentis, ſi verò poſt ſecundam ſententiam, infra tempus datum iudicatis, perit periculo domini, ſi res eodē modo erat peritura penes eum, aliàs ſecùs. l.14.§.quatenus.ff.de eo quod met.cau.

Poſſeſſor, qui non eſt totaliter malæfidei, non tenetur de interitu, ſi res erat eodem modo peritura penes dominum, etiam perempta poſt acceptū iudiciū, niſi mora præceſſerit. l.15.§. ſi ſeruus.ff.de rei vendica.

Quando res nō erat æquè peritura penes actorē, tenetur reus, ēt ſi habebat iuſtam cauſam litigandi.l.12.§ ſi poſt iudiciū.ff.ad exhibēd.

Periculum interitus ſpectat ad metum inferētē. Barto.in l.14.§.quatenus.ff.de eo, quod met. cau.& doloſus ad emendationem damni tenetur.Affict. deciſ.369.

Locupletari vt quis dicatur, an ſufficiat, q res ad eū peruenerit, licèt poſtea illā amiſerit. vide Bar.in l.18.ff.de eo quod met.cau.

Bonæfidei poſſeſſor, an teneatur de interitu rei, vide per Bartol. in l. 15.§. ſi ſeruus.ff.de rei vendica.

Culpa rei vbicunq; abſq; facto actoris ius eius perimitur, peruenitur ad ſententiā, ac ſi perēptum non eſſet.Bar.in l.18.ff.eod.

De periculo rerum, vide Bar.& Doct.in l.quod te.ff.ſi cert. pet.

Quando contractus eſt factus gratia recipientis, non tenetur de periculo, niſi de culpa leuiſsima.Bart.in l.11.ff.eod.

Principale propoſitum inſpicitur, ad cognoſcē dum, cuius gratia contractus fuit celebratus. Bartol.ibid.

Quando dicimus aliquem teneri de caſu, propter culpam præcedentem, qualiter culpa intelligatur præceſsiſſe, vide Bartol. in l.16. ff.de condict. furt. & in l. 5. §. ſed interdum. ff. commodati.

Re perempta, ita quòd primus creditor agere,

non

non poſsit hypothecaria, in ſubſiduum agit ad pretium. Bar. in l. 1. ff. de diſtract. pigno.

Re perempta in ſubſiduum tenetur poſſeſſor actione. neg. geſt. ad pretium eius, licèt non habuerit titulum lucratiuum, quando ei cõtrà perimentem poteſt eſſe conſultum. l. 17. ff. de rei vendic.

Re oblata, & poſteà perempta, an debitor liberetur, vide Bar. in l. 10. ff. ſolu. matrim.

Periculum rerum dotalium regulariter ad mulierem ſpectat. l. 25. §. ſine autẽ. ff. ſolu. matri. & ibi. Bar. & glo. niſi res eſſent æſtimatæ. l. 10. C. de iure doct. & l. 11. eod.

Re legata perempta, poſt moram hæredis, æſtimatio, vel ipſa res peti poteſt, electione legatarij, & quando hæres eſt in dolo, ſtatim tenetur ad æſtimationem rei legatæ, quæ nõ reperitur, ſi in culpa, datur ei tempus ad rem inueniendam. Bart. in l. 49. de legat. 1. vide l. 26. §. ſi certum, & l. 40. eod.

Poſt moram, periculum interitus rei legatæ, pertinet ad hæredẽ. l. 49. §. fina. de legat. 1. l. 111. §. ſi ſeruus. ibid.

Si hæres rem legatã iuſtè interimerit, nõ tenet; ſecùs ſi iniuſtè, vel non diligẽter ſe habuerit. l. 56. §. ſi hæres, de legat. 1.

Si res legata facto hæredis etiam ignorantis præſtari non poſsit, hæres tenetur; ſecùs ſi non ſuo facto: quia tunc periculum pertinet ad legatarium. §. ſi res legata, inſtitut. de legat. & ibid. glo.

Quantitas debita, ſi eſt in obligatione, vt ſpecies, ea perempta, debitor liberatur. Bar. in d. l. 49. de legat. 1. & perit periculo ſtipulatoris. l. 37. ff. de verb. obliga.

Mora nõ præcedẽte quis non tenetur de periculo rei, niſi à die litis conteſtatæ, non autẽ à die dati libelli. Bart. in l. 17. §. quid ergo. ff. ad leg. Iul. de adulte.

Teſtes deponentes ſuper peremptione, vel amiſsione rei, vt probent, qualiter debeant deponere, vide Barto. in ſuo tracta. teſtimoniorum. num. 32.

Periculum interitus pertinet ad furẽ, & ad metum inferentem. l. 1. C. de his, quæ vi metus, & l. 9. C. de furtis. Bar. in l. 14. §. quatenus. ff. de eo, quod met. cau.

Si res per metum extorta perierit, poſſeſſor locupletior nõ videt; ſecùs ſi pereat res empta ex illa. l. 18. ff. de eo, quod met. cau.

Si ſpeciem debitam tertius interimit, vel fideiuſſor ante morã, debitor liberat, & creditori contrà interimentẽ, actione de dolo ſuccurritur. l. 19. § ſi ſeruum. ff. de dol. mal.

Caſus aduerſus fortunæ, non liberat generis debitorẽ. l. incẽdiũ. C. ſi cer. pet. niſi creditor ſuſcepiſſet in ſe periculũ. l. fin. C. d naut. ſœno.

tamen re perempta poſt oblationem, creditore ſine iuſta cauſa recipere recuſante, debitor generis liberatur ope exceptionis: ſpeciei autem ipſo iure: Idem in debitore generis ex cauſa dotis. l. 72. ff. ſolut. matrim. vide l. 86. §. ſi cui homo d lega. 1. l. 6. ff. de dol. mal.

Pecuniæ nauticæ debitoris eſt periculum, niſi aliud fuerit conuentum. l. 2. C. de naut. ſœno.

Qui ſuſcepit in ſe periculum nauigationis, intelligitur in ſe ſuſcipere periculum fortunæ, non culpæ debitoris. l. pen. C. de naut. ſœno.

Caſus verus non prætenſus liberat debitorẽ, ẽt ſi interficiatur. l. 1. C. depoſiti.

Fideiuſſore animal debitum occidẽte ante moram, ipſe, & principalis liberantur: ſed creditori ſuccurritur per doli actionem, aduerſus ipſum fideiuſſorem. l. 20. ff. de dol. mal.

Re à predone vendita perẽpta, eſt electio actoris, vtrum pretium iuſtum, vel conuentũ exigat. l. 39. §. ſi prædo. ff. eod.

Malafides, quæ per litis conteſtationem inducitur, non nocet bonæfidei poſſeſſori, re naturaliter perempta; ſecùs in eo, qui fuit malæfidei. l. 43. ff. de pet. hæredi. l. 21. ff. de rei vendica.

Si res perit culpa poſſeſſoris, eius nomine condemnabitur. l. 37. §. 1. ff. de rei vendic.

Interitus animalis, pro quo eſt contrà aliũ regreſſus, non liberat dominum ab actione de pauperie; ſed tenetur cedere iura. l. 1. §. fi. ff. ſi quadrup. paupe. feu. dic.

Interitus ſpeciei, quæ non eſt in obligatione; ſed in beneficio ſoluendi, non liberat debitorẽ poſt litẽ conteſtatam; ſecùs ſi ante. ibid.

Debita ſunt in triplici genere, & qñ in quolibet pertineat periculum ad debitorem, vide gl. in l. quod te. ff. ſi cert. pet.

Periculum rei traditæ ad vendendum, vt pretio quis vtatur, pertinet ad tradentem, ſi eam venalem habuerit; alias ſecùs. l. 1 ſ. ff. ſi cert. pet.

Per iuramentum non põt deberi res, quæ non extat, niſi ante interitum mora præceſſerit. l. 30. ff. de iureiura.

In obligatione rem reſtitui, ea perempta, ſuccedit obligatio ad intereſſe, quando agitur contrà furem, quanti res plurimi fuerit, & habetur ratio fructuum. l. 8. ff. de condict. furt.

In condictione furtiua periculum interitus indiſtinctè pertinet ad furem, ſed in actionibus deſcendentibus à contractu, habetur ratio culpæ ſecundum naturam contractus. glo. in l. 16. ff. de condict. furt.

Si res perierit culpa nuncij referentis, perit periculo domini, ſi eum miſit; aliàs periculo commodatarij, quando nuncium malum elegit: Idem ſi nuncij dolo perierit.

l. 10.

l.10.§.ſed et ſi.& l.20.ff.commodati.

A die, qua quis incipit habere iniuſtam cauſã litigandi, videtur dolo malo facere, & ad eũ periculum ſpectat.l.13.ff.depoſiti.

Quando res perit antequam ſocietas ſit contracta, perit ei, cuius eſt, ſi poſt contractam ſocietatẽ, perit communiter.l.59. ff.ꝓ ſocio.

Debitor quantitatis reſpectu certæ ſpeciei liberatur, ſi illa ſpecies caſu interijt.l.34.& ibi. glo.ff.locati.l.36.§.fi.& l.99.§.ſi tibi, de leg. 1. tamen obligatus occaſione rei, re perẽpta, etiam ſine culpa obligati, non propterea liberatur.Tho.Minad.deciſ. 10.nu.5.

Maritus non tenetur de periculo nominis, modò ſibi culpa imputari non poſsit. l. 50. ff.ſolut. matrimo.

Si mortuo pupillo res eius cęperint perire, liberatur tutor à periculo.l.44.ff.de adminiſt. & peri. tuto.vel cura.

Poſt litem conteſtatam, ẽt in actionibus ſtricti iuris, tenetur reus de interitu, & etiã ad fructus.l.8.ff. de re iudic.

Per interitum ſpeciei pluribus inſolidum debitæ, quis liberatur ab omnibus. l.117.§.fina. de legat. 1.

Quod ſupereſt ex re mihi debita ante moram perempta, non debetur. l. mortuo boue de legat. 2.

Stichum promiſſum ante moram tradendi debitor manumiſsit, poſteà moritur ſtichus, an cenſeatur liberatus debitor, reſponſum fuit affirmatiuè, in l.44. ff.de actio. & oblig. vide l.33.ff.de verb. oblig.

Debitor ſpeciei eius interitu contingente ſine culpa ipſius debitoris ante moram liberatᷣ, quæ mora contrahitur interpellatione, ſi fiat maiori, vel tutori pupilli. l. 23. & 24. ff. de verbo.obliga.vide Boer. deciſio.216.Ant. Trigo. ſing.6.

Debitor ſpeciei liberatur, ſi ante morã ſpecies illa deſijerit eſſe in commercio. l. 51. ff. de verbo. obliga.

Vna ex rebus alternatiuè debitis oblata, poſt eius interitum debitor liberatᷣ. l.105. ff.eod. aliàs debitor alternatiuus perempta vna re, ad aliam remanet obligatus. Fran. Cremen. ſing.85.vide Barto.in l.3.ff.de eo, quod certo loco.Abb. conſil.4. libr.2.facit.l.95.ff. de ſolutio.& liberat.

Periculum nominis ceſsi, pertinet ad ceſsionarium, quod intellige de periculo inopię ſubſecutæ poſt ceſsionem; ſecùs autem eſſet de inopia, quæ iam erat tempore ceſsionis.l.96. §.ſoror.ff.de ſolutio.& liberario.

Si creditoris, vel tutoris culpa non præceſsit, periculum pecuniæ pertinet ad debitorem, vel pupillum.l.102.ff.eod.

Animalium caſus, morteſq; ſeruorum, quæ ſine culpa accidunt, rapinæ, tumultus, incendia, aquarum magnitudines, & impetus latronũ, à nullo præſtantur. l. contractus. §. fina. ff. de reg. iur.

De reſcindenda venditione.

AN contractns iuratus ex capite enormiſsimæ læſionis reſcindi poſsit, remedio legis. 2. C. de reſcind.vend.vide Ozaſ.dec. 41. Perillu.D.P.Teſſau.dec. 165.Ioſ. Lud.dec.97.par. 2.Caſſad.dec.1. tit.de emp.& vẽd. Cra.cõſi.7.11.114.188.192. vbi concludit pro negatiua, quę primò limitatur, quando dolus, vel fraus interueniret in contractu, in minore, muliere, & ruſtico. Crau.conſi.142.nu.27.& d.conſi.192.

Secundò limitatur, quando læſio vltra dimidiã eſſet nimis exceſsiua.Crau. cõſ.7.& 192.125. n.fi.Rol.conſi.59.vol.1.Rebuff in ſuis cõmẽt. tract.de reſciſsio.contract. glo.15.nu.42.fol. 440.obtenta tamen abſolutione.Natt.conſi. 10.vide Excel.P.Teſſau.deciſ.165.

Maior iurans non contrauenire cõtractui, licèt non poſsit vti remedio.l.2. de reſcind. vend. poteſt tamẽ petere pretium iuſtum ſuppleri. Ozaſ.deciſ.41.nu. 7.vide in fine, & ẽt Caſſad. d.deciſ.1.tit.de empt. & vend.nu.fina.Capic. deciſ.159.nu.40.

Minor iurans non repetere, etiam quòd eſſet deceptus vltra dimidiam iuſti pretij, an excludatur à dicto remedio, vide Ozaſ.d.deciſ. 41.quòd non excludatur etiam ſi iuraſſet nõ contrauenire ratione minoris ætatis, ſcribit Gom.Leo.deciſ.23.in deciſio.diuerſo.

Clauſula, dedit maiorem valorẽ, &c.iurata, facit ceſſare remediũ d.l.2.Afflic.deciſ.80.qđ procedit in maiore; ſecùs in minore.Caſſad.dec. 1.tit.de empt.& vẽd.vide Abb. cõſ. 107.lib.2.

De minore intentante remedium d. l. 2. vide ſupra lib.1 tit.de reſtitutio.minor.

Iuramentum, & renunciatio non tenẽt propter dolum, & læſionem re ipſa, etiam quòd renunciatum foret exceptioni doli.Gram.dec. 76.nu.16.& 17.

Licèt extet communis concluſio iuramentum tollere dictũ remediũ.l.2. de reſcindenda. tñ in praxi ſeruatur contrarium, habita ipſius iuramẽti diſpẽſatione, vt ſcribit Gaſp.Cabal. milleloq.790.vide Gom. Leo. deciſ.23.nu.3. & deciſ.96. in deciſio. diuerſo.tñ de iure cõſtituitur differentia inter maiorẽ, & minorẽ. gloſ.in §. Item ſacramenta, in conſtitutione federici.tit.de pace tuenda, in vſib.feudo.

Expreſſa

Expreſſa renunciatio legis. 2. de reſcind. cum iuramenro, facit ceſſare remedium illius legis. Ozaſ. deciſ. 41. Boer. conſi. 30. ſed generalis non ſufficit. Maran. in ſuo ſpec. part. 6. c. quandoque appellatur. nu. 86. Rebuff. in ſuis cōmenta. tit. de reſciſsio. contract. gl. 15. nu. 21. Tom. 2. quid de clauſula ex certa ſciētia, vide ibid. nu. 87. an tunc poſsit venditor petere ſupplementum pretij, vide Excell. Præſ. Teſſau. deciſ. 165. nu. 5.

An venditor habeat remedium d. l. 2. diſtingue, aut ſcit valorem rei, & tunc non habet: quia ſcienti, & volenti, non fit iniuria, cùm videatur renunciaſſe illi valori. Boer deciſio. 142. Rol. conſi. 9. num. 26. vol. 1. Cranet. conſi. 77. nu. 18. vide Menoch. de arbitra. libr. 2. caſ. 88. & conſi. 144. Dec. conſi. 582. Roland. conſi. 59. fallit in minore. Craue. conſi. 142. num. 24.

Aut venditor ignorabat ipſum valorem, & tūc ſubdiſtingue, aut in genere donauit illum pluris valorem, & adhuc habet ipſum remedium; quia hæc donatio extenditur ſolùm ad modicum. Boer. ibid. num. 6. vide Excel. P. Teſſau. deciſ. 165. nu. 8.

Aut fit donatio pluris valoris, hoc modo in ſpecie, qui venditor ſciens valorem rei prædictę cum ſuis iniuribus, & pertinentibus, & plus valere, ac pretium excedere prædictum, illud totum, & quicquid plus valens quantumcunque ſit, ſiue magnum, ſiue paruum, ex ſua certa ſcientia, & nō alio ducto errore, eidem emptori tanq̃ benemerito dedit, & donauit purè, & liberè, ac ſimpliciter, & ſi excederet dimidiā iuſti pretij, & tūc ceſſat. Boer. d. dec. 142. num. 10. vide Cranet. conſi. 192. Menoch. de arbitra. libr. 2. caſ. 144. Barto. in l. 37. ff. de contract. empt. Felyn. conſ. 27. nam remedio d. l. 2. partes poſſunt ſpecificè renunciare, & etiam omni legum auxilio. Afflic. deciſ. 220. vide Bar. in l. 36. ff. de verbo. oblig. nu. 9. quod procedit, quando renuncians donandi animo verè habuit. Craue. conſi. 154. nu. 10. vide conſi. 192. ſecùs ſi non conſtat de animo donandi. Craue. conſi. 142. num. 23. & in dubio non præſumitur donatio. ibid. nu. 26.

In dicto remedio eſt in facultate emptoris ſupplere pretium, & retinere rem. Boer. deciſio. 118. Fran. Marc. q. 641. part. 2. ideò concludendum eſt alternatiuè. Mag. deciſ. 108. Rot. Flor. vide Crauet. conſi. 151. Rol. cōſ. 59. vol. 1. nu. 8. aliàs ſi alterum præcisè petat venditor ſuccumbet. c. 3. & 6. ext. de empt. & vēdi.

Deceptis vltra dimidiam iuſti pretij in contractu venditionis datur reſtitutio, vel vt iuſtū pretiū ſuppleatur, vel vt reſcindatur contractus, q̃ reſtitutio cōperit vſq; ad 30. ann. Maran. in ſuo ſpec. par. 6. c. & qnq; appellat. n. 83.

Lite pendente ſuper reſciſsione, condemnatur pars ad contractum ſeruandum. Rebuff. in ſuis comment. tract. de ſenten. prouiſio. n. 32.

Ad reſcindendum contractum, quis agere poteſt ſi excedat dimidiam iuſti pretij, etiā in minimo. Rebuff. ibid. art. 9. glo. 5. Tom. 1.

Contrahentibus tàm iure ciuili, quàm canonico licitū eſt ſe in pretio circumuenire. Ozaſ. deciſ. 42. nu. 8. & deciſ. 91. vide Fran. Marc. q. 154. Borg. Caual. deciſ. 3. de contract. part. 2. n. 3. Myſing obſer. 74. cent. 4. & obſ. 38. cent. 6.

Quod procedit, dummodo non adſit læſio vltra dimidiam iuſti pretij. Ozaſc. d. deciſ. 95. vide DD. de Rot. deciſ. 2. titu. de pact. Iaſ. de actio. § ſed iſte. nū. 104. ſed hoc non habet locum in foro poli, ſeu conſcientiæ. Iaſ. ibid. Marc. de Mant. ſing 382. Anto. Trigo. ſing. 92.

Remedium d. l. 2. datur cōtrà ſecundū emptorem, quando ſecunda emptio eodē morbo laborat, quo prima. Ozaſc. deciſ. 65. nu. 9.

Venditio à principio nulla, non conualidatur ex eo, quia venditor nunquam contradixerit, vel quòd conſenſus filiorum, aut agnatorum interuenerit. Ozaſ. deciſ. 180 nu. 4.

Mala fides in venditione interueniſſe præſumitur, in qua non fuerunt ſeruata ſeruanda. Ozaſ. ibid. nu. 10.

De reſcindenda venditione facta per patrem, de bonis aduentitijs filij minoris, vide per Afflict. deciſ. 393.

Emptor ſciēs vitium rei ea caret, & pretio, aliàs pretium redditur, vbi cōtractus reſcinditur. Afflict. deciſ. 278.

Dolus re ipſa, & dolus ex propoſito æquiparantur. Capic. deciſ. 159. nu. 31. Ioſ. Ludo. deciſ. Peruſ. 18. nu. 56. Crau. cōſi. 2. pro genero. n. 36.

Quando dicatur dolus interueniſſe re ipſa, vide ibid. Ioſeph. d. deciſ. 18. nu. 57.

Vendens, aut remittens rem magni valoris tyranno pro minimo pretio, reſtituitur. Capic. d. deciſ. 159. nu. 32.

Læſus non poteſt petere ſe reſtitui in integrum, & rem vēdicare in vno, & eodem libello, ſeu iudicio; ſed prius debet peti reſtitutio, & reſciſsio. Guid. Pap. q. 143. vide tamen ibid. & Myſing. obſer. 42. cent. 2.

Clauſulæ generales, quæ apponuntur ex ſtylo notariorum, non habent locum, vbi interuenit dolus re ipſa. Ioſ. Ludo. deciſ. Peruſ. 18. nu. 66. & 68. & læſio enormiſsima nunquam intelligitur incluſa, quæcunque cautela adhibita in promiſsione. Ioſeph. Ludo. deciſio. Peruſin. 27.

Venditor, aut emptor pluris, vel minoris, quando non teneatur, etiam ſecundum conſcientiam, vide Boer. deciſ. 142. nu. 4.

Deceptio vltra dimidiā in vna plurium rerum

ſimul venditarum, ſolùm reſcindit contractum pro illa parte, quando pretium cuilibet rei fuit ſeparatè appoſitum. Boer. deciſ. 253. vide Dec. conſi. 421.

In contractibus ignorantia valoris rei præſumitur in dubio, eo ipſo, q debitor decipitẽ vltra dimidiam iuſti pretij. Vincen. de Fran. deciſ. 225. nu. 4. Natt. conſi. 10. Tom. 1. quod procedit in minore, & ruſtico. Menoch. de arbitra. lib. 2. caſ. 194. nu. 45.

Remedium. l. 2. de reſcindenda non habet locum, ſi eſt facta venditio cum pacto de retrouendendo, niſi teſtes deponant de valore rei, etiam adhibito pacto redimẽdi, quod quidem facit valere rem minori pretio triginta, pro quolibet centanario. Ioſeph. Lud. deciſ. Peruſ. 97. par. 2.

Emptor, qui iuſtum pretium ſupplet, facit fructus ſuos, neq; tenetur reſtituere perceptos lite pendente. Franc. Marc. q. 179. & q. 641. par. 2. vide Myſing. obſer. 74. cent. 4. nam in remedio d. l. 2. de reſcind. functus non veniunt, niſi à die moræ, etiam reſpectu pretij ſupplendi. Mago. deciſ. 23. nu. 8. Rot. Floren. vide Rebuff. in ſuis comment. tit. de reſciſsio. contract. in præfatio. Tom. 2.

Quis dicitur in iuſto errore facti, qui ab aduerſarij perſuaſione ducitur: ideò illi ſuccurritur per ſententiam. Rot. Genue. deci. 2. nu. 38.

Læſio enormiſsima non conſideratur, in alienante rem Eccleſiæ, quàndo reſtant tot bona, de quibus viuere poſsit. Paul. Aemil. Vera. deciſ. 151. par. 2.

Remedium. l. 2. C. de reſcinden. vendi. procedit in venditore, & emptore. Vincent. de Franc. deciſio. 225.

Remedium. d. l. 2. non procedit, quando teſtator iuſsit vendi pro certo pretio, niſi probetur teſtatorem ignoraſſe certũ pretium rei. ibid. d. deciſ. 225.

Licèt venditio facta per ſubhaſtationem præſumatur facta iuſto pretio; tamen probata enormi læſione, reſcinditur. Gaſp. Cabal. milleloq. 788. vide tamen Papon. lib. 18. titu. 6. arreſt. 2. Crauet. conſi. 29. Rebuff. in ſuis cõment. tract. de reſciſsio. contract. Tom. 2. art. 2. gl. 16. num. 37. nam vbi res minoris, vel alterius venditur cum ſubhaſtatione, non poteſt allegari deceptio vltra dimidiam iuſti pretij. Guid. Pap. ſing. 553.

Quamuis decretum Iudicis faciat præſumptionem rem fuiſſe venditam iuſto pretio; tamẽ probata enormi læſione, conceditur remedium. l. 2. de reſcind. idem Cabal. milleloq. 789. Dec. conſi. 210. nu. 3. Rol. conſi. 59. vol. 1. nu. 34. vide tamen Bart. in l. 1. C. de prædijs decurio. lib. 10.

Dicta lex. 2. non habet locum in re vendità, ſi ibi poſteà reperiatur per emptorem theſaurus. Borg. Caual. deciſio. 15. de contract. part. 2. num. 16.

Quibus modis emptio, & venditio reſcindatur, vide Myſing. obſer. 38. cent. 6.

Remedium d. l. 2. non datur contrà non poſsidentem, minus poſt contractum reſolutum, ex aliò capite. Mago. deciſ. 110. Rot. Floren. imò actio perſonalis competit magis, quàm realis in materia d. l. 2. vnde competit contrà contrahentem, etiam ſi deſierit poſsidere. Gom. Leo. deciſ. 23. in deciſio. diuerſo. Tom. 2. ideò remedium d. l. 2. non datur contrà tertium poſſeſſorem ſecundum cõmunem. Rot. Auenio. deci. 97. in deci. diuerſo. vide Creſcẽt. deciſ. 1. aliàs 265. tit. de empt. & vendi.

Fallit, quãdo emptor iſte tertius eandem rem, vili pretio acquiſiuiſſet, vel titulo lucratiuo illam conſequeretur, aut non eſſet ſoluendo primus emptor: quia in his caſibus in ſubſidium ex quadam æquitate recta via, conuenitur ſecundus poſſeſſor. Rot. Auenio. d. deci. 97. nu. 5. vide Creſcen. ibid. d. deciſ. 1. ſed reſtringe, & ſublimita in his caſibus, quando contrà tertium agit læſus intra quadriennium, poſteà enim non auditur ead. Rot. d. deciſ. 97. nu. fin.

Actio in factum datur, vſque ad triginta annos ad emendationem læſionis enormiſsimæ. Gomez. Leo. deciſ. 96. in deciſio. diuerſo.

Donator vendens rem iam donatam vili pretio, non poteſt agere remedio d. l. 2. licèt donatarius poſteà ratificaſſet vẽditionem. Rot. Auenio. deciſ. 100.

Emptore læſo, venditori eſt electiò recuperandi bona ad ſe, reſtituendo pretium receptũ, vel diminuendi de pretio; ideò quãdo tuiſſent electa bona, & emptor non poſſet illa tradere, ei denegaretur actio, vide Vencen. de Fran. d. deciſ. 143. par. 2.

Reſciſſo contractu ex capite enormiſsimæ læſionis, fideiuſſor non tenetur, etiam ſi fecerit caſum proprium; vide Vincent. de Fran. deciſ. 247. par. 2.

In remedio d. l. 2. emptor non poteſt deteriorare, & minuere rem pro ſupplendo pretio, quod tenetur ſupplere venditori. Ioan. Pap. lib. 16. tit. 3. arreſt. 9.

Venditor hæreditatis, vel actionis incertæ, non habet remedium reſciſſorium ex capite læſionis. idem; arreſt. 18. ibid.

Si venditor agat ad reſcindendam venditionem ratione deceptionis vltra dimidiam iuſti pretij, oportet ipſum probare tempore venditionis, rem communiter valere vltra dimidiam iuſti pretij, ſcilicet cõmunis, nec

ſufficit

ſufficit,ſi teſtis dicat tantùm valere ſecundũ ſuam opinionem. Boer.conſi.30. Craue.conſ. 151.nu.7.& conſi.188.vide Mynſing.obſer.74. cent.4.& quomodo debeat articulare hoc in caſu,vide Boer.ibid.nu.5.

Aeſtimatores, quando agitur de reſcindenda venditione,debent ſe referre ad tempus cõtractus.Ozaſ.deciſ.42.quod attenditur.Abb. conſi.56.lib.2. in fine. ſed quid vbi facies rei eſſet mutata,vel æſtimatio, non referatur ad tale tempus, vide Natt.conſi.353.Rol.conſi. 59. vol. 1.nu.28.

De cautela in probando valorem, vt res valeat plus, vel minus reſpectu qualitatis rei, vel perſonarum,quando quis dicit ſe deceptum vltra dimidiam iuſti pretij, vide Bar.in l.1.§. ſi hæres ff.ad Trebellianum.

Etiam executio vitiatur, ob enormẽ læſionem. Craue.conſi.29. vide Rebuff.in ſuis commẽt. ſuper conſtitut.reg. Tom.2.titu.de reſciſsio. contract. arti.1.glo.15.num.39. & in tract.de præco.& licita.art.7.gl.1.nu.28. tamen ꝙ remedium d. l. 2. non habeat locum in alienatione facta in iudicio,ſcribit Petr. de Rauen. ſingula.340.

In donatione læſio cõſiderari non poteſt: ideò in ea ceſſat remedium d.l.2.Craue.conſi.154. & conſ.192. ſed hoc non eſt perpetuò verum vt ibid.d.conſi.192.Craue. item hoc nõ procedit in minore,& in donatione ob cauſam. Crauet.ibid.

Læſio non videtur cõſiderabilis ratione incertitudinis,aut dubij euentus,quando aliquid poterat ſe habere ad commodum, & incommodum.Craue.cõſi.143. ideò licèt ſpes poſſit in contractum deduci: tamen in illa non habet locum deceptio vltra dimidiam iuſti pretij. Capic.deciſ.159.nu.17. & propter incertitudinem vitæ, contractus iuſtificatur. Dec.conſi.450.

Dolus arguitur ex læſione enormi,qđ latiſsimè explicatur per Craue.conſi.142.nu.21.& cõſ. 192. nu.3. imò dolus ex propoſito arguitur, quando læſio eſt multùm exceſsiua. Crauet. conſi.142. nume.22.

Ius impugnandi contractum reſpectu læſionis, tranſmittitur ad hęredes. Crauet. conſilio. 142. num. fin.

Dolus ex propoſito arguitur ex perſuaſionib.& nimia perſuaſio habetur loco coactionis, imò perſuaſio ad malum plus eſt,quàm compulſio,vide Craue.conſi.192.nu.12.

Læſus non ſolùm minor intelligitur,verum etiã maior, qui aſſertioni contrahentium credidit eſſe locum alienationi,ob cauſas non veras.Craue. conſi.1. pro genero.nu.253.

Si aliquis emerit fundum carius ꝓpter neceſſitatem,quia vicinus(cuius erat fundus) erat rixoſus,& multùm moleſtus, tunc illi ſubuenitur.Iaſ.de actio.5. ſed iſtę.nu.107.

Cõtractus multis modis nõ ſubſiſtit, videlicet vel ꝗa eſt nullus, vel ſi tenet,debet reſcindi, ſed quibus,in caſib.fiat huiuſmodi reſciſsio, vide per Rebuf.Tom.2.titu.de reſciſ.fol.423.

Minor, & ſi conſumpſerit pecuniam adhuc reſtituitur, & eatenus tenet,quatenus effectus fuit locupletior. Rebuff.ibid.in præfat.nu.11.

Aduocati, Procuratoris, Medici, Officialis, & aliorum, quando reſcindantur contractus, vide Rebuff. ibid.nu.28.

Deceptus intra dimidiam iuſti pretij, non agit ad reſciſsionẽ.Rebuff.in ſuis cõment.ibi.art. 1.gl.14.vide tamen Pet.Getar.ſing.22.

Media pars iuſti pretij,quę dicatur,& quod iuſtum pretium, vide ibid.glo.15.

Reſoluta emptione per iudicium reſciſſorium, reſolutum cenſetur omne ius, impoſitum ab emptore rei venditæ.ibid. Rebuff.

Venditor deceptus vltra dimidiam iuſti pretij põt agere,vel vt iuſtum ſuppleatur pretium, vel vt res vendita reſtituatur,quæ reg.procedit etiam in alijs contractib. & ampliatur in 22.caſibus,& limitatur in 15.per eundem Rebuff. ibid.glo.19.fol.435.

Coram quo Iudice agi poſsit, ad hãc reſciſsionem,vide Rebuff.ibid.glo.21.fol.445.

Authen.ſacramenta puberum, non habet locũ data enormi læſione. Dec.conſi.45.

Remedium l.2. de reſcind. habet etiam locum in contractu locationis, ceſſat tamen in conductoribus habentibus ſcientiam, & notitiã bonorum locatorum. Dec.conſi.582.

L.2.de reſcindenda, habet etiam locum in datione in ſolutum,ac in cæteris contractib. & emptor, ſeu recipiens dicitur deceptus vltra dimidiam iuſti pretij,quando rem valentem decem,emit pro 16.Natt.conſi.207. Tom.1. Vincent.de Fran.deciſ.243.part.2.

Minor,ſi dicat ſe deceptum,eo quia contraxit, venditio reſcinditur, ſed ſi plus iuſto dicat ſe emiſſe, ad iuſtum pretium res eſt redigenda. Natt.conſi.371.

Quando granum, vel vinum venditur vno pretio ſoluẽdum per multos annos,& ex tractu temporis pretium grani,vel vini triplum,vel quadruplũ creuit, tunc debitor rõne magnæ læſionis,poteſt petere reſtitutionẽ aduerſus talem contractum. Natt.conſi.548.

Remedium d.l.2.non competit venditori,quãdo poſt contractum interuenit confirmatio ex interuallo. Roland. conſi.59.vol.1. num. 30. & 33.vide tamen Vincent. de Fran.deciſ. 243. part.2.& ſupra titu.de Gemin.contract.

Licèt regulariter præſentia cõiunctorum faciat

ceſſare præſumptionem metus; tamen hoc fallit data enormi læſione. vide Hippol. ſing. 673.

Venditio facta vxore conſentiente, poteſt ob reuerẽtiam maritalẽ reſcindi, & mulieris fideiuſsio ꝓ marito non valet, maximè ſi pꝛ-ceſſerint minæ, quę iuſtum inducerũt metũ. Marc. de Mant. ſing. 256.

Venditio facta ab irato contrà conſanguineos illo calore, an valeat, vide Barto. in l. 49. ff. de regul. iur.

Alienatio facta in fraudẽ legis, ipſo iure nullius eſt valoris, facta verò in fraudem hominis valet, ſed per reuocatoriam reſcinditur. l. 26. ff. de iure patrona.

Si venditor rem habuit, quia fuit probata læſio vltra dimidiam, an pignus conſtitutum ab emptore reſoluatur, vide Bart. in l. 9. nu. 3. ff. de aqua plu. arcen.

Venditio, an ſit nulla ipſo iure, vel per reſtitutionem in integrum, quum deficit aliquid de ſubſtantia lib. vide Bar. in l. 7. §. ſi quis. ff. quib. ex cau. in poſſe. eat.

Quando pro parte reſcindit alienatio ſine culpa emptoris, eſt in eius facultate à toto contractu recedere. l. 49. §. 1. ff. de minor. 25 ann.

Minor agit remedio reſcindendæ venditionis, non obſtante iure; ſecùs in maiore. glo. in §. item ſacramenta, in conſtitutio. Federici de pace tenenda inter ſubdit. in vſib. feud.

De reſciſſionibus contractuum, & quittationum in genere.

ABſolutio à iuramento non requirit, quñ hæres iurantis agit ad reſciſsionem contractus ſimulati. Ozaſ. deciſ. 42. nu. 6. vide ſupra in lib. 1. titu. de abſolutione à iura.

Metus præſumitur, probata enormi læſione ratificantis factum eius, cui debetur reuerentia. Ozaſ. deciſ. 179. nu. 5.

Enormi læſione data, renunciatio facta patri, nõ obſtante iuramẽto, reuocari debet. Ozaſ. deciſ. 179. nu. 6. Ioſeph. Ludo. deciſ. Peruſ. 18. Vincent. de Franc. deciſ. 119. vide Capic. deciſio. 159. Gramma. deciſ. 101. nu. 73 intra 30. ann. & quo ad ſupplementum legitimę. Boer. conſi. 38. 39. Craue. conſi. 11. & conſ. 143. vide tamen conſi. 114. eiuſdem Craue. Maran. in ſuo ſpec. diſputa. 10. Dec. conſi. 180. 205. 551. 616. Menoch. conſi. 8. volum. 1. & conſi. 335. num. fin. lib. 4.

Timor, & reuerentia, verum ſufficiant ad infringendam renunciationem, quid dę minis, aut verberibus, vide Capic. deciſ. 159. nu. 33.

Filia dotata renuncians ſucceſsioni paternæ etiam cum iuramento, ob læſionem in integrum reſtituitur, obtenta tamen prius abſolutione à iuramento. Andr. Gail. obſer. 147. lib. 2. Vincent. de Fran. deciſ. 247. par. 2. Abb. conſi. 107. lib. 1. ſed hæc læſio, an debeat conſiderari de tẽpore quittationis, vel mortis, vide Craue. conſi. 11. 14. & 16. Menoch. conſi. 335. nu. 48. vol. 4.

Quid ſi fuit dotata à patre, vide Pap. lib. 16. tit. 4. arreſt. 3. & 15. quòd tunc non reſtituatur, videtur tenere idem Pap. lib. 16. titu. 3. arreſt. 4. & arreſt. 13. tit. 4. vide ibid. arreſt. 16.

Soror, quæ renunciauit bina quittatione cum iuramento bonis paternis, & maternis, & expreſsè renunciauit legitimæ, & eius ſupplemento, etiam data læſione vltra dimidiam, non amplius auditur, licẽt ſit obtenta abſolutio à iuramento. Boer. conſi. 28. Menoch. conſi. 372. vide tamen conſ. 38 & 39. eiuſdem Boer. & Craue. conſi. 114. Fely. conſi. 26 n. 15.

Soror, quæ renunciauit etiam bonis fraternis, reſpectu dictorum bonorum fratris patre ad hoc viuente, non poteſt dici læſa. Menoch. conſi. 371. nu. 13 lib. 1.

Quittatio nihil aliud eſt, quàm donatio, quando remittitur ius quęſitum. Craue. conſi. 143 nu. 7. ſed quando hoc procedat, vide ibid. tñ propter donationem pluris valoris, nõ ceſſat ſuſpitio ſimulationis. Craue. conſi. 156. nu. 9.

Læſio non videtur conſiderabilis ratione incertitudinis, aut dubij euentus, quando aliquid poterat ſe habere ad commodum, & incommodum, quod exemplificatur in filia primi matrimonij quitante bona materna: quia filia poterat præmori, quo caſu ceſſant pœnæ ſecundò nubentium. Craue. d. conſi. 143 nu. 7. Rebuff. in ſuis comment. Tom. 2. tract. de reſciſsio. contract. art. 1. glo. 15. nu. 47.

Quittatio dicitur nulla, ceſſante cauſa finali ipſius quittationis, & cauſa finalis, illa dicitur, ſine qua aliàs quis facturus non erat, aut eo modo, niſi fuiſſet cauſa illa. Craue. d. conſ. 143. nume. 9.

Error iuris præſumitur in mulieribus, & etiam in maſculis minorib. Craue. ibid. nu. 11.

Dolus, qui fuit in contractu confirmato, repetitus cenſetur in ſequenti contractu confirmante. Craue. ibid. nu. 13.

Quittatio facta per filiam, de bonis paternis, & maternis præſentibus, & futuris cũ iuramento, & dote conſtitura valet, ſi parentes fuerunt præſentes, & eorum præſtiterint conſenſum, & non interuenerit læſio vltra dimidiã eius, quod ſibi debebatur reſpectu legitimæ. Craue. conſi. 11. Maran. in ſuo ſpec. diſputat. 10. vide Dec. conſi. 181. & 551.

Amplia d. concluſionẽ procedere, qñ pater deceſsit etiam nullo facto teſtamento. Crauet. conſi. 42. vide Maran. ibi. d. diſpura. 10.

Limita, quando pater, vel mater eſſet abſens. Craue. d. conſi. 42.

Secundò, quando pater deceſsit nullis relictis filijs maſculis; quia tunc non obſtante quittatione, admittitur filia, quæ quittauit conferens dotem, ad ſucceſsionem cùm alijs filiabus, quæ non quittauerant. Crau. d. cõſ. 42. vide Maran. ibi. diſpura. 10.

Pactum de non ſuccedendo, etiam ſine iuramẽto valet, ſi fiat patri, & fratri præſentibus: quia præſentia fratris, & conſenſus patris, in eo perſeuerantis vſq; ad mortẽ, faciũt illud valere; aliàs ſecùs. Craue. conſ. 52.

Læſionem non poteſt allegare cedens iura fratribus, quando religionẽ ingredit, & ceſsio, quæ fit perſonis coniunctis, reputatur fauorabilis. Craue. conſi. 160.

Quittatio reſcindi debet, ſi in ea interuenerit dolus, & læſio. Crauet. conſil. 282. vide Natt. conſi. 166.

Contractus quando redditur nullus ratione mutuæ culpæ, tunc poterit nullitas per contrahentem allegari, vide Ozaſ. dec. 180. nu. 3.

Tranſactio non reſcinditur prætextu læſionis vltra dimidiam iuſti pretij. Afflict. deciſ. 220. minus reſcinditur conſiderata æſtimatione litis euentus. Afflict. ibid.

Tranſactionemq́ ex capite læſionis reſcindere volens, primò acceptum offerre debet. Affli. d. deciſ. 220. num. 4.

Quando trãſactio reſcindi poſsit, vide Ioſeph. Ludo. deciſio. Peruſ. 18. Gramma. deciſio. 66. nu. 50. & ſeqq. 44. & ſeqq. & deciſi. 101. nu. 54. Pap. lib. 16. tit. 3. arreſt. 6.

Iuramentum non obligat conſtito de dolo, qui excluditur per ratificationẽ: quia tranſactio, quæ per conſenſus defectum eſt inanis, adueniente conſenſu, per ratificationem vires aſſumit. Afflict. d. deciſ. 220.

Dolum ex propoſito in tranſactione allegans, admittitur ad probandum dato termino, nõ obſtante renunciatione doli in inſtrumento facta: quia dolo futuro renunciari nõ poteſt, eo quia eadem facilitate, qua quis inducitur ad contrahendũ, inducitur & ad renunciandum. Afflict. ibid.

Remedium. l. 2. C. de reſcind. vend. quomodo, & quando habeat locum in tranſactione, vide Crau. conſi. 151. nu. 26. Rebuff. in ſuis commẽ. trac. de reſciſ. contrac. ar. 5. gl. 15. n. 18. Tom. 2. Bar. in l. 36. ff. de verbo. oblig. quòd remediũ d. l. 2. non habeat locum in contractu tranſactionis, ſcribit Bart. in l. 78. ff. ad trebellianũ, vide Abb. conſi. 14. lib. 2. & conſi. 15. ibi.

Deceptio vltra dimidiam iuſti pretij in tranſactione qualiter probetur, & quomodo in compromiſſo, quando petitur reductio ad arbitrium boni viri, vide Barto. in d. l. 78. ad trebellia.

De materia, vide ſupra tit. de tranſactio.

Qualiter probetur metus reuerentiæ, quam dèt vxor viro, ad hoc vt contractus reſcindatur, vide in additio. ad Bartol. in l. 1. ff. quar. rer. actio. non det.

Ad hoc, vt contractus dicatur meticuloſus, duo de neceſsitate debent probari: Primò, verba: Secundò, quòd vxor fuit verberata, vt faceret contractum, altero enim iſtorum ſolummodo probato, non reſcinditur contractus, Afflict. deciſ. 246.

Læſio enormis, ſexus fragilitas, minor ætas, & reuerentialis timor, vtrum ſufficiant contrà renunciationem, vide Capic. dec. 159. nu. 35.

Metus reuerentialis cõcurrente maxima læſione, ſufficit ad reſcindendum contractum: q̃a aliàs ſola præſentia, & reuerentia viri, nõ ſufficeret. Gram. deciſ. 103. nu. 49.

Mulieres non libera voluntate; ſed ſeductione, machinationibus, perſuaſionibus, & calliditatibus, inducuntur. Gram. ibi. nu. 51.

Metus introducitur ex nimia reuerentia, & ob id contractus reſcinditur officio Iudicis, & qualiter probetur iuſtus metus reuerentialis, vide Bartol. in l. 1. §. quæ. ff. quar. rerum actio. non det.

Ratione enormiſsimæ læſionis minoribus, & maioribus indiſtinctè conceditur abſolutio à iuramento, & reſcinditur contractus, etiã ſi abſolutio ſolummodo fuit cõceſſa ad effectum agendi, & excipiendi; ſecùs data ſolũ enormi læſione, quia tunc nõ ſuccurrit maioribus, neq; minoribus, non obſtante abſolutione. Afflict. deciſ. 322. num. 8. vide tamen Capic. deciſ. 159.

Promittens minimè contrauenire contractui ratione enormis, vel enormiſsimæ læſionis, poterit contrauenire, ſi fuerit enormiſsimè læſus. Gram. deciſ. 66. nu. 49.

Contrahens cum adoleſcente cõſumpturo, dicitur doloſè facere. ibi. nu. 50.

Conqueſtio continuata contrahentis aſſerẽtis, ſe deceptum, eſt vrgens præſumptio imo argumentum fraudis, & deceptionis. Gramma. deciſio. 76.

In muliere, ruſtico, & minore facilius ignorãtia præſumitur. Gram. ibid. nam in muliere, & minore de iure ignorantia, & ſimplicitas præſumitur, & ſi iurent iuramentum eis non nocebit, ſaltem impetrata abſolutione. ibid. nume. 1.

Obligatio ex fragilitate annullatur, in mulieribus

ribus, & minoribus : quia eadem eſt ratio in eo, qui renunciat, & in eo, qui contrahit. ibid. nu. 18.

Si maior factus, vel minor pubes cum iuraméto à tutore eſt damnificatus in centum, & illa remittat pro quinquaginta, tenet remiſsio, neq; amplius poteſt experiri actione tutelæ. Bar. in l. 40. §. ab eo. ff. de adminiſt. & peri. tut.

Cùm actus ſit contrà legem, irritatur ex fragilitate perſonæ, non obſtantibus iuraméto, & renunciatione, cùm ſemper in eis eadem cõſideretur fragilitas. Gram. deciſ. 76. nu. 19.

Contrahens cum Tyranno, ſi enormiter lædat dno, nempè qualitas Tyranni, & læſio enormis, arguunt iuſtum metum. Gramma. deciſ. 103. nume. 53.

Stante læſione enormi obtéta abſolutione, poteſt quis agere ad reſciſsionem contractus ſimulati. Mohed. deciſ. 286.

Læſus enormiſsimè, poteſt venire contrà renũciationem, vel actum iuratum. Myſing. obſer. 59. centu. 5.

Quæ dicatur læſio enormis, vel quando aliquis enormiter læſus cenſeatur relinquitur arbitrio Iudicis. Idem obſer. 60. centu. 5. periurus tamen non poteſt agere, nec ſtare in iudicio, etiam ſub ſpe enormiſsimæ læſionis, non petita prius abſolutione, & tunc Iudex eccleſiaſticus, põt inhibere Iudici ſpirituali. Borg. Caual. deciſ. 9. de iudi.

Promiſsio facta per maritum proprio nomine caſu, quo eius vxor petat, eum non obligat, ſi altera pars prius contrauenerit, vel ſi fuerit vxor enormiſsimè læſa. Rot. Auenio. deciſio. 103. in deciſio. diuerſo.

Reſciſsione inſtrumenti pendente, inſtrumentũ dét exequi, ét ad inſtantiam actoris. Vincen. de Fran. deciſ. 373. par. 2.

Proteſtatio facta ad partem de contraueniẽdo contractui facto prætextu timoris, vel reuerentiæ, ſeu potentiæ, prodeſt ad reſciſsionem ipſius contractus, vide Papon. libr. 16. titu. 3. arreſt. 5.

Quando in actu interuenit Principis auctoritas, læſio non poteſt allegari. Crau. conſ. 5.

Dolus interueniens re ipſa, ſimilis eſt dolo interuenienti ex conſilio, & propoſito. Crauet. conſi. 2. pro genero. nu. 36.

Contractus multis modis reſcinditur, nempè ratione perſonæ contrahẽtis, ratione formę, propter defectum ſolemnitatis, ratione prohibitionis factæ à iure, vel ab homine, ratione rei, ratione deficientis conditionis, & ratione alicuius cauſæ, de quibus omnibus, vide per Rebuff. in ſuis commenta. tractat. de reſciſsio. contract. in præfatio. fol. 423. & ſeqq. Tom. 2.

Contrahentes decepti vltrà dimidiam poſſunt agere, vel vt iuſtum pretium ſuppleatur, vel vt cõtractus reſcindatur, quæ reg. ampliat in 22. caſibus, & limitatur in 15. per Rebuff. ibi. art. 1. glo. 15.

De iure communi competit actio ad reſciſsionem contractus vſq; ad 30. annos. Rebuff. ibi. glo. 19 & quando ex cõſtitutione abbreuiat̃ tale tempus, illa conſtitutio non procedit in multis caſibus traditis per eundem Rebuff. ibi. d. glo. 19.

Remedium. l. 2. C. de reſcind. vend. habet etiam locum in contractu locationis, ceſſat tamen in conductoribus habentibus ſcientiam, & notitiam bonorum. Dec. conſ. 582. lib. 2. vide ſupra titu. prox.

Lex 2. C. de reſcind. vendi. habet locũ in omnibus contractibus bonæ fidei. Bartol. in l. 25. §. quemadmodum. ff. de locat. & conduc.

Dicta lex. 2. C. de reſcindẽda, nõ habet locũ, qñ renũciatio facta eſt ex mera liberalitate. Bar. in conſi. 90. vol. 1.

Contractus, ſententia, vel teſtamentum nullũ, an poſsint peti ita declarari principaliter à Iudice, vide Bar. in l. 8. §. de hoc. ff. de conditio. inſtitut.

Quando reſcindatur contractus factus in fraudem vſurarum, vide Bar. conſi. 19. vol. 2.

Reductio contractus ad æquitaté, an fieri debeat, quando res tractu temporis efficeretur iniqua, vel in infinitum creſcerẽt, vide Excel. P. Teſſau. deciſ. 226. ideò fornarius, & molendinarius, qui promiſerunt granum, vel panẽ pro tota familia, nõn tenentur pro tota familia, illa augumentata, vide ibi. num. 2. præſcriptio temporis, an officiat quin cõtractus ad æquitatem reducatur, vide ibid.

De actionibus empti, & venditi.

VEnditio rei fideicommiſſariæ, pẽdente cõditione fideicommiſsi valet, licèt venditor de euictione teneatur. Ozaſc. deciſ. 24. ſed an venditor teneatur ſatiſdare in caſu euictionis, vel remoueri à petitione pretij, vide ibi. d. deciſ. 24.

Emptor licèt re non euicta agere non poſsit, poteſt tamẽ agere, vel excipere, vt res libera tradatur. ibi. nu. 4.

Emptor poteſt agere, ſeu excipere, vt tanto minoris æſtimetur pretium rei venditæ, quanto maioris valeret, ſi res empta non eſſet fideicommiſſo ſubiecta. ibi. nu. 5.

Emptor agere poteſt, vt res libera tradatur, etiam ſi ipſa res non ſit obligata, ſed aliquo caſu

caſu poſſet ad tertios poſſeſſores peruenire, Ozaſ. d. deci. 24. nu. 6. nam euenire quod pōt inſpicitur, quādo illud, quod euenire poteſt eſt contingens, ſecundum naturam, & diſpoſitionem hominis. ibi. num. 8.

Emptor nō dicitur in mora, niſi poſt rē traditā. Rot. Genu. deciſ. 34 nu. 9. ſed vide ibi.

Emptor rei, quæ eſt peculij aduentitij filij, pōt contrà patrem venditorem agere, vt rem vēditam proprij iuris eſſe doceat, aut q̧ euictionis nomine ſatisdet, licèt filius viuente patre, non poſſet rem aduentitiā à patre vēditam vendicare. Ozaſ. deciſ. 24. nu. 9.

Condemnatio fieri debet in toto eo, in quo qs in futurum damnificari poſſet, licèt differatē exactio. ibi. nu. 12.

Si vendidi tibi rem francam, & illa erat per prius obligata generaliter, puta pro dote vxoris, non potes agere contrà me, vt eam liberem ab ea obligatione, ſi ego habeam alia bona, in quibus poterit dos ſatisfieri ſoluto matrimonio, ex quo ipſa obligatio eſt conditionalis; ſecùs ſi obligatio eſſet pura. Afflict. deciſ. 241. nu. fin.

Quando quis vendit certum locum, caſtrum, vel vnam Parochiam cum iuriſdictione, & omnibus dependentibus, in quo loco venditor afferat eſſe certum annuum reditum, vel aliud, ſi illud nō reperitur, tenetur actione ex empto, ſupplere de loco propinquiori, & ſi non habet, ad intereſſe. Boer. deciſ. 50. aut tenebitur actione quanto minoris emptor eſſet empturus, aut veram rei æſtimationem pro rata ſoluere. ibid. nu. 2.

Qui ſciens rem obligatam emit, non poteſt obligationem excipere aduerſus petitionem pretij. Rot. Genu. deciſio. 190. Natt. conſi. 267. Tom. 1.

Emptor non tenetur ad pretium re nō tradita, minus ſi non liberè tradatur, & èconträ, venditor non tenetur ad rem traditam, non ſoluto pretio: ead. Rot. deciſ. 190. & deciſio. 214. imò etiam in exequutione ſentētiæ, pōt opponi exceptio rei non traditæ. ibid. nu 6. d. deciſ. 190. ſed ſi nō fuit oppoſitū de pretio non ſoluto, quid iuris, vide ibid. d. deciſ. 214.

Quæ remedia dentur contrà vendentem prædium liberum, quod ſit grauatum, vel obligatum, vide Myſing. obſ. 37. cent. 1. Ioan. Pap. lib. 11. titu. 4. arreſt. 14. vt poſſeſsio rei emptæ præſtetur, agitur primæua actione, vel ad intereſſe, nam venditor tenetur poſſeſsionem liberam, & vacuam tradere, ſeu relinquere emptori, & quādo aliquid deeſt implemēto contractus, rectè agitur primæua actione, licèt pro maiori parte impletus ſit, & tali caſu, poteſt alternatiua petitio fieri, vel ad rem perfectè tradēdam, aut ad ſoluendū intereſſe. Myſing. obſer. 53. cent. 1.

Venditor ſciens, & tacens qualitatem rei, propter quam minus valet, tenetur ad omne intereſſe, ſi autem ignoret, tenebitur ſaltem quanti minoris res eſt. Idem obſerua. 56. centu. 1.

Si venditæ ſint ædes vti liberæ, & debeant ſeruitutem, poteſt emptor, qui non erat empturus, agere ex empto ad reſolutionem contractus, niſi ſeruitus redimatur. Gaſp. Cabal. millel. 345. vel agere de euictione, vide Dec. conſi. 483. nu. 18.

Emptor non tenetur ſoluere pretium, quando res ſibi vendita reperiret alteri hypothecata, ēt ſi fuerit illi tradita, niſi res prius obligatione liberaretur. Idem Cabal. milleloq. 812.

Exceptio pretij non ſoluti impedit litis ingreſſum, ſi fuit oppoſita: quia actio ex empto, pretio non ſoluto inefficax eſt, imò ſi non fuit oppoſita ante ſententiam, poteſt opponi in exequutione. And. Gail. obſer. 17. lib. 2. vide tñ Bar. in l. 13. §. ſi quis. ff. de iureiuran. & èconträ vēditor ad pretium agere nequit, niſi re vendita omnino tradita. ibi. num. 12. & inſtrumenta rei venditæ tradi debent emptori, aliàs venditor ad intereſſe tenetur. ibi. num. 13. vide Natt. conſil. 305. & emptor poteſt retinere pretium per exceptionē, donec ſibi actualis tradatur poſſeſsio. Put. deci. 49. nu. 4. lib. 3.

Quando quis emit rem hypothecatam alteri, non tenetur emptor ſoluere pretium venditori, etiam ſi res fuerit ſibi tradita, niſi res prius obligatione liberet; imò poterit agere quanti ſua intereſt, alteri nō fuiſſe obligatā. Rebuff. in ſuis commen. Tom. 1. tract. de conſtitu. redi. art. 1. glo. 14. nu. 42.

Licèt inſtrumentum ex forma ſtatuti haberet paratam exequutionem, tamen emptor repellitur, ſi totum non ſoluit pretium, necnon venditor, ſi totam rem non tradiderit. Dec. conſil. 129.

Si emptor intra tempus conuentum, & iuratū non ſoluerit reſiduum pretij, incidit in pœnam legis, ſi quis maior. C. de tranſact. Dec. conſi. 452. vide Rol. conſi. 57. & agens contrà venditorem ad tradendum, non audit. Rol. conſi. 53. vol. 1.

Communitas, quæ vendiderat granum, & pretium receperat, non cogitur ad tradendum granum, minus tenetur ad intereſſe, ſed ſolū ad reſtitutionem pretij, quando vrgente neceſsitate ex publica vtilitate oportuit, granum venditum ad alios vſus neceſſarios erogari. Natt. conſi. 11. Tom. 1.

Emptor agens contrà venditorē ad tradendū

tem

rem non eſt audiendus, niſi realiter, & effe-ctualiter, facta reali. numeratione pretium offerat, nec ſufficit verbalis oblatio, etiam ſi venditor ex aliqua cauſa recuſauerit recipere. Rol. conſi. 53. volu. 1. quòd tamen ſufficiat verbalis oblatio, ſcribit Gail. obſer. 46. lib. 2. nu. 11. ſed quando, vide ibid.

Vendens ſcienter rem alienam ſtatim poteſt conueniri ex empto, licèt res non ſit petita in iudicio. Bartol. in l. 20. §. ſi cùm. ff. de nego. geſt.

Creditor, qui emit rem ſibi obligatam, quam actionem habeat, vide Bart. in l. ſi pignori. ff. famil. erciſ.

Vitioſam rem tradẽs tenetur ad intereſſe. Bart. in l. 18. §. Item. ff. commodati.

Venditor reſtituendo duplicatas arrhas, non liberatur: quia tenetᷣ ad totale intereſſe. Bart. in l. 1. §. vnde quæritur. num. 8. ff. de publica. & vectiga.

Si vſusfructus rei vẽditę pertineat ad aliũ, tenetᷣ venditor emptori, quatenus eius intereſt tpe, quo agitur. l. 46. ff. de euictio.

Venditor non tenetur ad intereſſe quãuis res vendita debeat ſeruitutem, niſi fuerit vendita, vt libera, nec etiam tenetur (licèt eidem nõ debeatur) niſi dictum fuerit deberi. l. 75. ff. eod. quod procedit in venditore ignorãte; aliàs ſecùs.

Venditorem agentem ad pretium rei, re ipſa non tradita, poſſe pendente iudicio rem tradere, & ita iudicium conualidare, ſcribit Menoch. de arbitra. lib. 1. q. 16. nu. 6.

Licèt per conſtitutum transferatur dominium, & venditor poſſit conueniri rei vendicatione, vel interdicto vti poſſidetis; tamen per illud conſtitutum non liberatur ab actione ex empto, qua poteſt compelli ad realiter tradendum. Gaſp. Cabal. milleloq. 118. Rol. conſ. 53. Matheſ. ſing. 67. Ozaſ. dec. 36. Guid. Pap. q. 101. & q. 509. vide tamen Beninten. deciſ. 32. Capic. dec. 14. nu. 12. Dec. conſi. 282. & ſupra tit. de conſtituto. Iacob. Put. deciſio. 49. lib. 3. Bar. in l. 59. ff. de pactis. nam venditor, qui tenetur rem venditam præſtare, & tradere intelligitur, de vera actuali, & propria traditione; non de ficta Ozaſ. d. deci. 36. & niſi tradat poſſeſſionem omnino vacuam, non liberatur. Bar. in l. 12. C. de probatio. n. 9.

Stipulatio, fundum tradi, intelligitur de vacuo à nemine detento. Ozaſ. ibid. d. deciſ. 36.

Venditor pro facto auctoris ſui ſingularis, non tenetur, vide Ozaſ. deciſ. 48. nu. 4.

Violentia, vel iniuria emptori facta, venditori non nocet. Ozaſ. deciſ. 48.

In contractibus vltròcitroq; obligatorijs, agẽs ex contractu tenetur ex parte ſui adimplere, quæ ad ipſum ſpectant, & probare eorum implementum. Ozaſ. deciſ. 51. nu. 9. vide infra tit. de rer. permut. & præſcrip. verb.

Pretio non ſoluto actor debet audiri, ſi de non ſoluto minimè opponatur: quia iura, quæ volunt pretium eſſe offerendum, intelliguntur parte opponente. Ozaſc. deciſio. 260. nu. 16. & 17.

Acceptans partem rei venditæ abſq; proteſtatione, ſibi præiudicat quo ad reliqua. Rot. Genu. deciſ. 136.

Emptor rei pretium non ſoluens, non tenetur ad duplex intereſſe, pretij non ſoluti, & lucri ceſſantis: ſed tantùm ad intereſſe pretij non ſoluti, reſpectu fructuum perceptorum liquidandorum tempore exequutionis ſententię. Afflict. deciſ. 20. & tunc tale intereſſe, & vſuræ ſunt licitè. Rot. Gen. deciſio. 136. ad quod intereſſe teneatur emptor, vide Iaſ. de actio. in §. omnium. num. 12. & currit ſtatim tale intereſſe contrà emptorem habentem rem vẽditam. Capic. deciſ. 143. nu. 6. tamen vno caſu emptor non tenetᷣ ad intereſſe reſpectu fructuum perceptorum, nempè quando imminet periculum euictionis in limine contractus, & emptor non obtulit fideiuſſorẽ. Affli. d. deciſio. 20. nu. fin. Myſing. obſer. 56. cent. 4. Borg. Caual. deciſio. 4 titu. de indi. vbi citat multos alios contrarium tenentes, niſi emptor offerat pretium, & petat cautionem, vide pro confirmatione huius dicti. Mago. deciſ. Luc. 17.

Venditor quando facit oblationem pretij emptori, ille non poteſt petere intereſſe pretij non ſoluti; ſecùs quando ſolummodo fuit prorogata dilatio pretij. Ioſeph. Ludo. deciſ. Peruſi. 53.

Emptor fundi ſterilis, qui nullos fructus percepit, an teneatᷣ ad intereſſe pretij nõ ſoluti, vide Beninten. deciſ. 19. nu. 3.

Emptor non tenetur pretium ſoluere vẽditori vbi ſibi factum ſit ſequeſtrum, niſi præſtita ſatiſdatione per venditorem, minus tenetur ad intereſſe ratione fructuum. Borg. Caual. deciſ. 4. de iudi.

Vẽditor petere poteſt ab emptore vſuras pretij non ſoluti, quando emptor percepit fructus ex prædio vendito, & non ſufficit venditorem pro parte ſua impleuiſſe, niſi etiam emptor fructus perceperit. Natt. conſi. 317. Rol. conſi. 14. vol. 2. & tenetur ad vſuras emptor poſt moram vſque ad concurrentem fructuum quantitatem, & non vltra. Natt. conſi. 494. vide tamen Ioſeph. Ludo. deciſio. 53. nume. 3.

Curſus vſurarum ex natura actionis procedẽs, in ſtipulatione nouante, non intelligitur

repetitus:

repetitus ideò actione venditi nouata per ſtipulationem, vſuræ, quæ ante ex natura actionis debebantur, ex ſtipulatione nõ debentur. l.27.ff.de nouat.& delegat.

Imminẽte euictione ĩ limine cõtractus, emptor nõ tenet ſoluere ꝑtiũ, & euictio doloſè ꝓcurata, qualiter euitet, vid Mag. deci.80.Rot.Flo. Bar. ĩ l.17.§.ex quacũq;.ff.de dol.mal.excep.

In Regno Franciæ cogitur ad ſoluendum præſtita cautione; Pap.lib.11.titu.4.arreſt.8. vide glo.in §.inſtitu.de ſuſpect.tuto. tamen etiam imminẽte periculo euictiõis, & lite mota, nõ retardatur ſolutio pretij, quando venditor eſt diues, & in ſe ſuſcepit onus litis moleſtiæ, quo caſu non cogitur fideiubere de euictione; quia auctor laudatus ſuſcipiens in ſe iudicium habetur, vt fideiuſſor. Afflic.deciſ.171.

Imminente euictione rei, ꝓſtanda eſt fideiuſsio emptori, & dr̃ imminere piculũ euictionis, ſi cõſtat de lite mota, aliàs ſecùs. Rot.Gen.dec. 190.vide Hart.Hart.c.3.ti.de emptione.lib.1.

Venditor non conſignans rem venditam, tenet ad intereſſe, quanti plurimi. Rot.Genu.deciſ. 211. fallit ſi eſſet impeditus à Principe. ibid. ad quod intereſſe teneatur venditor, qui nõ tradidit rem venditã, vide Menoch.de arbit. lib.2 caſ.120. Iaſ.de actio.in §. omniũ.n.122.

Intereſſe ſolidũ præſtatur ab eo ante euictionẽ ſequutam, qui ſciens rem alienam vendidit, & tradidit. Cabal.milleloq.259.

Quando emptor opponit venditori imminere periculum euictionis, quib. remedijs poſsit vti venditor ad tollendam hanc exceptionẽ, vide Menoch.de arbitra.lib.2.caſ.224.

Si emptor ꝓmiſit emptorẽ defendere de iure, & de facto, ad qd teneat, vide Bar.in l.17.C. de act.empt.& vend.& in l.28.ff.de verb. obl.

Venditor tenetur emptorem defendere ſtatim lite mota, aliàs facta denunciatione, tenetur ad expenſas. Bar.in l.1.C.de euictio.

Venditor etiam tenetur defendere emptorem in controuerſia, quę fit reſiſtẽdo ipſi emptori. Bar.in l.75.ff.de procurato.

Si res non euincitur verè, ſed fictè, agitur actione ex empto. Bar.in l.39.ff.mandati.

Euictio, qñ imminet, fideiuſſores non ſolũ pro ea dantur; ſed generaliter pro quacunq; alia euict. Bar.in l.1.§.ſtipulationũ.ff.de ꝓtor.ſtip.

Venditor non agit ex vendito ad pretium, ſi antequã illud ſoluatur, res appareat aliena, & emptor habuerit rem quocũq; modo à vero dño, ſiue ex cauſa lucratiua, ſiue oneroſa: qa tunc non tenetur ad pretium ipſi primo, qui rem ei vendidit. l.29.& ibid.glo.ff.de euictio.

Qui de euictione non tenetur, agens ex vendito ad pretium, à pretij petitione, non repellitur, etiam re euicta. l.68.ff.eod.

Priuatus venditor ſi ſemel tradidit emptori, nõ tenetur eum in illa poſſeſsione defendere. l. fin.§.fin.ff.de acquir. vel amit poſſeſsio.

Emptor prædij pro rata pretij ſoluti lucratur fructus. Afflic.deci.87.& non vltra. Ioſ.Ludo. deci.Peruſ.53.Benin.deci.29.vide Natt.conſ. 384.Tom.1.Abb.cõſ.69.lib.2.aliàs fructus rei emptę pcepti p emptorẽ ante numerationẽ, ſunt reſtituendi venditori. Afflic.deciſ.91. in fine, vide Mago.deciſ.143. nu.17. Rot.Flor.

Emptor futurus tenens rem promiſſam ſibi vẽdi, non lucratur fructus, etiam ſi totum pretium ſoluiſſet. Capic.deciſ.155.nu.8.ideò licet venditio præſumatur ex promiſsione de vendendo ad euitandum circuitum, tamen non venient fructus poſt hanc promiſsionẽ percepti, ſicut venirent poſt venditionem factam. Gram.deciſ.103.nu.190.

Venditio fructuum, non recolecta annata, intelligitur de recolectis. Rot.Genu.deciſ.211.

Emptor fructus dimidiæ partis fundi conſequi debet etiam morator, ſi dimidium pretium ſoluit. Cabal. milleloq. 436.

Stipulatio, qñ ſuccedit in locum contractus emptionis, & venditionis, tunc ſecundũ eius naturã veniũt fructus. Bar.in l.38.ff.de vſuris.

Siquis vendat predium poſt fructus perceptos, tamen ante penſionem ſolutam, an tota pẽſio debeatur emptori, vide Bar.in l.50.§.Triphonio. ff.de iure fiſci.

Emptor, ſi ſoluit partem pretij, licèt non poſsit agere ex empto anteq̃ totum ꝑtium ſoluat, tñ poſtq̃ ſoluerit pretiũ integrũ, poterit petere fructus ꝓ rata ꝑtij ſoluti. Abb.cõſ.69.lib.2.

Venditor non præſtans rem bonam, tenetur emptori ad intereſſe. Afflic.deciſ.399.

Venditor frumenti conſtituitur in dolo per nõ expreſsionem futuræ ordinationis, q̃ ſciebat de frumento vilius vendendo. ibi.nu.9. Lud. Rom.ſing.286.vide Bar.in l.28.ff. de legibus.

Vendito fundo ad menſuram, q̃ reperitur minor, vel maior, qñ ſuppleatur, vel ꝑtium refundatur, & qñ dicat facta venditio ad menſurã, vide Capic.deci.14.Io.Pap.lib.11.tit.4.arreſt. 17.& ſupra tit. de contrah.empt.& vendi.

Interpellatio venditoris ad menſurandum fundum legitimè facta habetur, ac ſi fuiſſet verè facta menſuratio. Capic.deciſ.54.nu.18.

Venditione facta de fundo, & nõ de iugerib.& ſtatuto ꝑtio pro toto fundo, & nõ pro quolibet iugere, & reperto numero minore ꝓnunciato, vt ſi dictũ fuerit vẽdo fundũ 50.iugerũ, vel circa, an vẽditor teneat ſupplere, aut pretiũ pro rata reſtituere, vide Pet.de Ben.deci. 30.Marc.q.566.ſup.tit.de cõtrah.emp.& vẽd.

Si contingat controuerſia inter emptorem, & venditorem ratione menſuræ rei vẽditæ, pro deciſione, vide ſupra lib.1.tit. de menſuris.

Menſuratio rei nondum facta, non impedit do-

minij,& poſſeſsionis tranſlationē, alijs concurrentibus.Dec.conſi.179.

Venditor,vbi modus agri minor inuenitur,quā fuerit enūciatus, tenetur, vel ſupplere quod deeſt,vel pretium,quod plus habuit, reſtituere. Natt.conſi. 569. & tunc præſcribitur poteſtas reclamandi aduerſus menſuræ defectum de re vendita,ſpacio.60.dierum, quando fuit actum inter partes ipſam rem debere menſurari ,ſecùs ſi nihil fuit dictum , quia tunc requiruntur 30.anni.Natt.conſi.569.vide in primo libro tit. de menſuris.

Emens decem iugera terræ ex prædio tuo , in illa parte,in qua eligeret, ſi agat rei vendicatione antequàm eligat, nō poterit obtinere. Bar.in l.poſsideri.§.incertam.ff.de acqu.poſ.

Emptor petens intereſſe frumenti,debet ſoluere intereſſe pretij non ſoluti , niſi conſtituiſſet in mora venditorem , offerendo pretium.Capic.deciſ. 19.

Vendiror conuentus ad rem tradendā negans vendirionem, ſi condemnatus ſit ad dictam traditionē , poteſt nihilominus vti retentione,donec ſibi ſoluatut pretiū.Capi.deci.119.

Venditore ad recipiendum pretiū condemnato,an ēt empror illud tradere,& rem recipere,cogatur, vide Boer.deciſ.48.nu.7.

Emptor, qui obtinuit. ſi nō vult vti victoria,an vendiror agi poſsit ad pretiū , vide ibi.n.12.

Exceptio rei non traditæ poteſt quandocunq; opponi,& opponitur venditori agēti ad preeium,ſi rem venditam non tradidit. Ioſeph. Ludo.deciſ.Luc.2. Dec.conſi.299 & 421.

Exceptiones implementi non ſequuti , non intelliguntur reiectæ à ſtatuto, reijciente omnes excepeiones,quod ampliatur procedere, licèt promittens deficeret in minimo capitulo.ibid.nu.3.& in ealibus exceptionibus Iudex ex officio poteſt ſupplere , etiam parte non opponente. ibid.

Mutuum deſcendens ex contractu emptionis, aut ſimili quouis alio cōtractu , ſapit naturā eius contractus,& nō mutui. Capic.dec.143.

Promittens vendere,ſi vendidit,licèt nō vellet tradere,eſſet liberatus. Gram.deciſ.101.nu.97.imò promittens tenetur ad conſignandā rem promiſſam ,quando habet facultatē rei tradendæ.Ioſ.Ludo.deciſ.Peruſ.88.par.2.

Promittens tibi vendere, an ſi nolueris emere, poſsit te cōpellere ad emendū , vide Maran. in ſuo ſpec. diſt.4 Iud.tit. an ſit Iudi.ciuil.vel crimin.num.55. Natt.conſil.384.vbi ſcribit pro negatiua.

Vendere promittens , ad vendendum pręcisè cogi non debet. Dec.cōſ 502.n.8.& cōſ.503.

Ille,qui prohibitus eſt vendere,non poteſt facere pactum de vendendo. Dec.conſ.502.licèt ex pacto de vendendo,nō acquirat ius in re;

ſed pſona obligetur ad ꝑtium.Boer.deci.48.

Hæres grauatus vendere , ad hoc compellitur. Boer.deciſ.48. nu.20.

Vēdito ſimpliciter caſtro,venit omne ius, cum iuriſdictione,ſed conceſſo caſtro,an veniant regalia, vide Boer. deciſ.50.nu.11.

Syluam nō cæduam,an tradere cogatur , qui in loco proximiori certos reditus tradere pollicitus eſt,vide Boer.deciſ.51. & ècōtrà.ibid.

Contractus celebrati eodē die,loco,tpe,& cōteſtib.dñr coreſpectiui. Pet.de Beni.deci.29.

An mareſcallus equorum pollicendo ſanare equum,& alia verba faciendo,& promittendo,vt quis reddatur audacior ad emendum, faciat litem ſuam, vt teneatur ad damna , & intereſſe , & quid in omni alio artifice , vide Fran.Marc q.522.

Venditor tenetur rem tradere,ſi poteſt, & non liberatur ſoluendo intereſſe,ſoluto tamē ſibi pretio. Rot.Gen.deciſ.214.ſed ſi non habeat facultatem tradendi,liberatur ſoluendo intereſſe.Guid.Pap.ſing.51.

Certi condictio,an detur cōtrà eum, qui tenetur ex empto,& qui tenetur hac actione , an teneatur ad factum purum,& venditor tenetur præcisè ad tradendum,ſi poteſt, & ſi eſt dominus,ad transferendum dominium.Bar. in l.certi condictio.ff.ſi cert.pet. aliàs ſoluendo intereſſe liberatur. Bar.in l.72.nu.39 ff.de verbo.oblig. vide tamen eundem Bar. in §.1. inſtitu.de empt. & vendi.

Obligatio,qua tenetur venditor,non continet merum factum,ſed mixtum. Bar.in l.51.§.fin. ff.de verbo.oblig.

Emptor quare teneatur facere pretium venditoris , ſed venditor non rem emptoris , vide Bar.in l.29.§.ſi hæres de legat.3.

Venditor liberatur præſtando intereſſe , quod intellige, niſi ſit lata ſententia diffinitiua ſuper traditione rei , nam tunc perdit beneficium ſoluendi intereſſe.glo.in l. qui reſtituere.ff.de rei vendi. & ibi Bald.

Quamuis propter neceſsitatem aliquid capere liceat,tamen capiens tenetur poſteà ad pretium.Iaco.Put.deciſ.82. lib.2.

Venditor non tenetur tradere emptori inſtrumenta rei venditæ , ſed tantùm exhibere neceſsitate id poſtulante ; ſecùs in legatario. idem Put. deciſ.447.libr.2.vide tamen Ioan. Pap.lib.11.tit.4 arreſt.1.& Hartm.Hartm.c.3. tit.de emptore,& venditore. lib.2.

Emptor poteſt poſt moram contractum ex parte ſua adimplere , & cogere venditorem ad rem tradendam. Put.deciſ.315.lib.3.

Vendens rem duobus nō incidit in pœnā falſi, ſi primus emptor non ſoluit pretium,& ſit in Mora.Gaſp.Cabal.milleloq.124. aliàs ſecùs. l.21.ff.ad leg.Cornel. de falſ.idem in eo , qui

vendidit rem alteri obligatam aſſerens non eſſe. l.28. eod.

Quamuis res ſemel tradita poſt habitã fidẽ de pretio, tranſeat in creditum, adeò quòd vendicari non poſsit à venditore, qui agere debet ad pretium. Mago. deciſ. Luc. 17. Bart. in l.23. §. ſi mulier. ff. ſolut. matrimo. l.8. C. de contrah. empt. & vendi. tamen hoc non procedit, quando emptor tempore venditionis, & traditionis, vel habitæ fidei de pretio, habebat animum fallendi, vel poſteà intra modicum tempus fefellit. Gaſp. Cabal. milleloq. 123. par. 1. And. Gail. obſer. 15. lib. 2. nu. fi. nam tunc non tranſit dominium in emptorem, vide Gom. Leo. deciſ. 61. in deciſio. diuerſo. glo. in §. venditæ, inſtitu. de rer. diuiſio.

Vendens bona allodialia certo pretio, & bona emphytentica alio, accedente conſenſu domini, & non aliter, & directus dominus, non vult præſtare conſenſum, emptor non poteſt recedere in totum à contractu, ſed tenetur pretiũ ſoluere pro bonis allodialib. emptis, nec venditor tenetur de euictione, pro bonis emphyteoticis, ſi per eum nõ ſteterit, aliàs ſecùs. Borgnin. deciſ. 8. de contract. part. 2. aliàs pluribus rebus venditis vnico pretio, ſi vna non tradatur, emptorem poſſe recedere à toto contractu, reperitur deciſum in libris placit. Curiæ lib 9 titu. de euictione in fine, in deciſio. diuerſo.

Emptor, qui rem tradidit etiam per ſolum conſtitutum habita fide de pretio, non poteſt amplius habere regreſſum ad rem, ſed tm̃ ꝑtium, & intereſſe valet petere, ratio, quia in contractibus nominatis, non habet locum pœnitentia, nec regula, frãgenti fidem, fides frangatur. Natt. conſil. 171. Tom. 1. Ioſeph. Ludo. deciſ. Peruſ. 53.

Quando dicatur habita fides de pretio, vide pleuè ibi, & in dubio præſumitur habita fides, ſi res ſit tradita. ibid. nu. 6.

Tempus appoſitum in contractu venditionis, ad ſoluendum pretium, non currit, niſi à die traditionis factæ. idem Borg. deciſ. 19. nu. 28. par. 2. vide Guid. Pap. ſing. 873.

Ex breuitate temporis mortis, præſumitur animal venditum anteà fuiſſe morboſum, & tũc competit redhibitoria. Gome. Leo. deciſ. 40. in deciſio. diuerſo. Tom. 2. ſed venditum animal, ſi intra triduum moriatur, an præſumatur eſſe morboſum tempore venditionis, vide Boer. deciſ. 322. & infra tit. de actio. redhibito. Maran. in ſuo ſpec. titu. an ſit Iudi. ciuil. vel crimin. diſtinct. 4 iudi. nu. 58.

Venditio facta, ſi dominus laudare voluerit, eo recuſante laudare, nulla redditur, & venditor remanet dominus: ideò ad rem ipſam reali actione agere debet, & non poteſt ad pretium experiri. Rot. Auenio. deciſio. 28. in deciſio. diuerſo.

Venditor condemnatus ad præſeruandum indemnem emptorem, reſpectu alicuius debituræ, quæ merebatur liquidationem, ad illã debet euocari, nec facta inter creditorẽ inferentem moleſtiam, & ipſum emptorem, nocet ipſi venditori non vocato. Ioan. Pap. lib. 11. tit. 4. arreſt. 11.

Noſtra intereſt fundos vicinos pretio etiam longẽ maiori habere. Craue. conſi. 3. pro genero. num. 49.

Emptori bonæ fidei, an cõpetat rei vendicatio, vide Iaſ. de actio. §. omnium. nu. 60.

Venditor non ad dandum, ſed ad tradendum obligatur, & per conſequens, non tenetur ad transferendum dominium. Iaſ. de actio. §. ſic itaque. nu. 12.

Artha facit rem deſinere integram, ſed quando: & parte pœnitẽte, an vltra duplicationẽ arrharũ, poſsit agi ad intereſſe, vide Maran. in ſuo ſpec. tit. an ſit Iudi. ciuil. vel crimin. diſtinct. 4. nu. 49.

Periculum diminutionis pretij rei emptæ, ad quem ſpectet, vide ibid. nu. 54.

Vendere mihi offerentem, an poſsim cogere, vt vendat, vide ibid. nu. 56.

Venditor animalis, ſi expreſsè proteſtatur ſe nole teneri de vitijs, an nihilominus teneatur, vide Maran. ibid. nu 59. & 62.

Vendens rem maiori pretio, quàm in conſilio fuerit ſtaturum, an venditio valeat. ibi. n. 61.

Si vnus emptorum offert pretium, & inſtat ſibi partem rei emptæ in communi, tradi, nõ debet puniri. Maran. ibi. nu. 67.

Ille, qui tantùm de euictione promittit pro ſuo facto, non eſt liberatus à prima obligatione, qua tenetur venditor ad tradendum. Dec. conſi.: 82.

Vendens rem mobilem, vel immobilem, data dilatione ad ſoluendum, ſi propter dilationem res vendatur vltra veram æſtimationẽ, vſura committitur. Natt. conſi. 317. nu. 4.

Pretium rei meæ à te venditæ, an & quãdo exigere poſsim, vide Barth. de Cap. ſing. 79.

Emptor, cui res vendita adhuc non eſt tradita, impedire non poteſt, ne tertius in poſſeſſionem mittatur per venditorem. Ludo. Roman. ſing. 292.

Emptor probans venditionem ſibi factam, & pretium à ſe ſolutum, obtinere non debet cõtrà venditorem, niſi & tempus probet. Fran. Crem. ſing. 18.

Venditor, ſi aſſerat in inſtr̃o fundum eſſe liberum, ab omnib. decimis, intelligitur ab extraordinarijs; non ordinarijs. idem ſing. 104.

Emptor, ſi cecidit à poſſeſsione, & poſſeſsio ſit reuerſa ad verum dominum, an poſsit agere publiciana, vide Bart. in l. 27. §. item ſi res. ff. de petit. hæred.

Venditor generis tenetur ad tráslationem dominij, non ex natura contractus; ſed ex natura rei. Bar. in l. 2. ff. ſi cert. pet. vide eundem Bar. in l. 29. §. ſi hæres. de legat. 3.

Stipulatio interpoſita ſuper contractu emptionis, an impediat actionem oriri ex eo contractu, vel oriantur duæ actiones, vide Bart. in l. 15. nu. 9. ff. ſi cer. pet.

Venditor quando tradidit alteri, nō emptori, cui iuſtè arbitrabatur tradere poſſe, liberat ab actione ex empto, tenetur tamen cedere actionē emptori. Bar. in l. 30. §. ſi ſeruū. ff. eod.

Vendens, & promittens pro ſuo facto, & dato tantùm, etiam tenetur pro facto illius, cuius eſt hæres. Bar. in l. 14. ff. de condict. furt.

Venditionem rei meæ poſſum habere ratam, re perempta, vt in ſubſidium conſequar pretiū. Bar. in l. 21. ff. de leg. commiſ.

Habetur ratio pœnæ, in quam incidit ille, qui pretium rei venditæ recipere debebat, & nō recepit ab emptore. Bar. in l. 1. §. Papinianus. ff. de vſuris.

Stipulatio interpoſita in contractu emptionis, & venditionis, eſt æqualis ad emptionem, & venditionem, & quando nouat primā actionem, illam nouat cum omnibus ſuis qualitatibus. Bar. in l. 36 ff. de verbo. oblig.

Tradita re in emptione, & venditione quare venditor liberetur, & ſi nō feciſſet rē emptoris; non ſic in alijs contractibus, vide Bar. in l. 20. ff. de ſolutio. & libera.

Emptor licèt non poſsit rem accipere propria auctoritate (etiam pretio ſoluto) & non dicatur bonæfidei poſſeſſor; tamen non tenetur actione furti. Barto. in l. 14. ff. de furtis, vide ipſam l. 14.

Arrhæ duplicatæ, qua actione petantur, & qui egit ad arrhas duplicatas, an poſteà agat ad intereſſe, vide Bart. in §. 1. inſtitu. de emptio. & venditio.

Actio ex vendito datur etiam ad id, quod deuenit in pacto incontinenti appoſito. l. 75. ff. de contrah. empt. & vend.

Donec ſaluatur pretium, poteſt res vēdita loco pignoris retineri. l. 22. ff. de hēd. vel act. vend.

Emens ignoráter rem, quæ nō eſt in cōmertio, habet contrà venditorem actionē ex empto ad intereſſe. §. fin. inſtitu. de empto. & vendi.

Veniens contrà venditionem à ſe factā, vel ab alio ſuo mandato, repellitur exceptione rei venditæ, & traditæ, ſi tradiderat; idem in hærede, etiam ſi veniat ex perſona ſua propria. l. 1. & tot. tit. ff. de excep. rei vendi.

Qui rem ſibi legatam emit debet eam habere, & pretium non ſoluere, quod ſi ſoluerit, poteſt repetere. l. 86. §. qui ſeruum. de legat. 1.

Licèt quis non ageret ex empto propter ſuam malamfidem, aget tamen, ſi eſt interpoſita ſtipulatio, ex ipſa ſtipulatione. l. 4. §. item Labeo. ff. de dol. mal. excep.

Promiſsio traditionis vacuæ poſſeſsionis, non continet nudum factum, ſed cauſam bonorum. l. 52. §. fin. ff. de verbo. oblig.

Actio empti, & venditi eſt bonæfidei. §. actionū autem inſtitu. de actio. ſed quæ veniant in actione bonæfidei, vide ibid.

De actione redhibitoria, & quanto minoris.

De redhibitoria per reſolutionē contractus conditionalis. lapſo termino, vide Afflic. deciſ. 73.

Venditum animal, ſi intra triduum moriatur, præſumitur morboſum tempore venditionis, & venditor; tunc tenetur ad intereſſe. Ioſeph. Lud. deci. Peruſ. 118. Boer. deciſ. 323. num. 12. vide Maran in ſuo ſpec. diſtin. 4 an ſit indi. ciuil. vel crim. nu. 58. Ant. Trigo. ſing. 110.

Venditor non tenetur de morbo, & vitio patente, niſi emptor eſſet minor, ruſticus, vel groſſus; ſed qn̄ vitium dicatur patens, vide Borg. deci. 7. par 2 nam ex breuitate mortis, præſumitur animal venditū antea fuiſſe morboſum: ideò tunc competit redhibitoria. Gom. Leo. deciſ. 40 in deciſ. diuerſo. Tom. 2.

Propter vitium ſtatim perfecta venditione ſuperueniens, agitur contrà venditorem, per reg. quæ incontinenti fiunt. Hippol. ſing. 614.

Venditor tenetur redhibitoria, ad reſtitutionem pretij, ſi bos, vel aliud animal venditum ſit morboſum, & vitioſum; nam tenetur certiorare emptorem in ſpecie de morbo, & vitio ipſius animalis, & non ſufficit in genere hoc dicere, ſub inuolucro verborum. Borg. Caual. d. deciſ. 7. de contract. nu. 12. par. 2.

Nec excuſatur venditor, ſi vendiderit aliquid, pura equum cum ſuis vitijs, & mangagnis, niſi emptor ſciuerit tale vitium, vide Ioan. Ant. Trigo. ſing. 28.

Agens redhibitoria pro vno vitio, poteſt proteſtari de alijs non apparentibus, de quibus reſeruare ſibi pōt ius agendi, quandocunq; apparuerint. Maran. in ſuo ſpec. part. 4. an ſit iudi. ciuil. vel crimin. nu. 26. fol. 51.

Venditor animalis, ſi expreſsè proteſtatur ſe nole teneri de alijs vitijs, an nihilominus teneatur, vide ibid. diſtinct. 4. nu. 59. & 62.

Emptor

Emptor agens redhibitoria, ſi pendente iudicio res eſt effecta ſana, iudicium vlterius non procedit, ſolutis per partem expenſis. Maran. ibid.

Redhibitoria, ſi in vna tantùm re habuerit locum, & duæ ſint venditæ, an pro ambabus competat, vide Maran. ibi. nu. 63.

Venditio facta ad certam menſuram, quæ non præſtatur, an agatur quanto minoris, vide ibid. nume. 64.

Si venditor ſciuerit, & emptor ſupinè ignorauerit, non tenetur venditor redhibitoria. Pet. de Raue. ſing. 779.

Fructus, operæ, & acceſsiones reſtituuntur in redhibitoria, in qua res ad priſtinum ſtatum reducitur, ac ſi nunquam vẽditio interceſsiſſet. Gom. deciſ. 64. in deciſio. diuerſo.

Redhibitoria competit, quando quis emit rem aliquam, quæ habet vitium latens, qđ ignorabat emptor, de qua actione, vide per Ioan. Criſp. in ſuo tract. termino. actio. nu. 15. poſt volumen. Iaſ. de actio.

De actione quanto minoris, quæ competit ei, qui emit rem, habens latens vitium, propter quod res non tanti valebat, quanti fuit empta, vide Criſp. in d. ſuo tract. nu. 16.

De actione in factum edilitia, quæ competit emptorj contrà venditorem, qui recepit rem venditam, & non reſtituit pretium, quia per hanc poteſt cogi ad illud reſtituendum, vide Criſp. ibi. nu. 17.

Redhibitoria, redhibetur res vendita vitioſa: Idem in re permutata. Fran. Cremẽ. ſing. 159.

Actione quanto minoris propoſita, Iudex poterit (ſi iuſtũ ſibi videbitur) redhibitoria cõdemnare, dummodo eſſemus intra ſex menſes, quibus finitur hęc actio, quanto minoris. Fran. Cremen. ſing. 160.

Redhibitoria poſt ſex menſes agens ſuccũbit, ſed tunc poterit redire ad actionem, quanto minoris. Fran. Cremen. ſing. 165.

Emens rem à pluribus, ſi reperiretur morboſa, & pars eorum aufugerit, alios ſocios inſolidũ cõuenire põt redhibitoria. Fran. Cremẽ. ſing. 166. Pet. de Raue. ſing. 603.

Venditor, ſi non vult reſtituere pretiũ emptori redhibenti, condemnatur in duplum. Pet. de Raue. ſing. 777.

Actiones, quæ dentur emptori pro equo morboſo illi vendito, vide Marc. de Mant. ſingul. 250.

Mareſcalco ementi equum morboſum, nulla datur actio. ibi. d. ſing. 250.

Actio quanto minoris eſt duplex, alia enim finit anno, alia perpetua eſt, vide Iaſ. in l. certi condictio. ff. ſi cert. pet. nu. 26. glo. & Bart. in l. Iulianus. C. de actio. empt.

De materia harum actionum, vide in titu. C. de edili. actio. & in tit. ff. de edilitio edicto.

Abſolutoria lata in actione quanto minoris, facit præiudicium in actione redhibitoria, quatenus ad idem tendunt, & èconuerſò. l. 25. ff. de exceptio. rei. iudi.

De pactis inter emptorem, & venditorem compoſitis, & maximè de pacto de retrouendendo.

PActum de retrouendendo facit rem eſſe minoris pretij. Ozaſc. deciſio. 41. nu. 14. Marc. quæſt. 483. nu. 21. & importat 30. pro quolibet centenario. Ioſ. Lud. deciſio. Peruſ. 97. part. 2. Rol. conſi. 96. num. 38. volum. 2. & conſil. 58. vol. 4. quia cenſetur pars pretij. Boer. dec. 23. nu. 27. Vincen. de Fran. deciſ. 94.

Pretij modicitas (quæ cõcurrit in ſimulatione) debet eſſe, & probari, ꝙ ita fuerit tempore celebratæ vẽditionis, & ſic debet articulari, & probari. Gramma. deciſio. 76. num. 25. vide D. Sol. in ſuis comment. in antiq. conſtitutio. Sabaud. glo. ſuper 1. part. decreti, ex frequentioribus. tit. de pact. int. emp. & vend. fol. 115. Marc. q. 483. nu. fin.

Remedium. l. 2. C. de reſcind. vendi. non habet locum, quando eſt facta venditio cum pacto redimendi, niſi teſtes deponãt de valore rei, etiam adhibito pacto illo, quod quidem pactum facit valere rem minori pretio 30. pro quolibet centanario. Ioſeph. Ludo. dec. Peruſi. 97. part. 2.

Pactum de retrouendendo non facit contractũ illicitum, nec ob id præſumitur vſurarius, ſi res fuit vẽdita iuſto pretio; aliàs ſecùs. Guid. Pap. q. 516. & quæ requirantur, vt valeat, vide ibid. & Marc. q. 483. nu. 16. & 19. Boer. conſi. 3. nu. 17. Caſſan. in conſuetu. Burg. tit. *des rentes.* Rub. 5. §. 1. nu. 17. & 23. Auguſt. Bero. q. 77.

Emptio certorum bonorum cum pacto de retrouendendo ad præfinita tempora, & non ante, ex emptoris arbitrio, non facit contractum vſurarium, licèt emptorem interim lucrari fructus voluiſſe, ſuſpitio clara fit. Ioan. Mohed. deciſ. 157.

Vendens cum pacto redimendi, præſumitur vẽdere ex neceſsitate; tamen ipſa venditio omni iure eſt approbata: ideò ſemper vera præſumitur, & non ſimulata, & pactum ipſum eſt pars pretij, ſed quanta, vide D. Sol. in ſuis cõmen. in antiq. conſtitutio. Sabandiæ. gl. ſuper 1. par. decreti, ex frequentioribus. tit. de pact. int.

int.

ſnt.empt.& vẽd.fol.115.Dec.conſi.544. Menoch.conſi.343.Hartma.Hartm.cap.4. tit.de pactis,& tranſact.lib.2.

Simulationis præſumptio oriri non poteſt in emptione,cùm poſſeſsio eſt emptori tradita. Affli.ct.deciſio.65.num.fin. ſecùs ſi nõ ſit tradita.Boer.deciſio.102.circa finẽ, vide Marc. q.483.num.12.

Quæ coniecturæ poſsint adduci excuſatoriæ à ſimulatione contractus, vide D.Sol.in dd. ſuis comment.glo. ſuper 1.par.decreti,ex frequentioribus.tit.de pact.int.empt.& vend.n. 49.Menoch.conſi.343.lib.4.

Pactum de retrouendendo cum locatione rei venditæ,facta venditori promittenti etiam ſoluere onera, ſi non conſtat de iniuſtitia iuſti pretij, non facit contractum illicitum. Natt.conſi.586.

Si ruſticus emat fundum cum pacto de retrouendendo, non cenſetur contractus vſurarius,licèt in alia perſona, iudicaret illicitus. Natt.ibi.nu.7.

Pactum de retrouendendo, quando fit ad tempus,tempore finito,venditio remanet libera. Boer.deciſio.142.nu.9.ſed an ipſo iure, vide Gaſp.Cabal.milleloq.281.Boer.conſ.3.num. 17.25.& 28.Pap.libr.12.titu.7.arreſt.1.& ſeq. aliàs dominium rei venditæ cum pacto de retrouendendo, ſtatim transfertur in reemptorem facta ſolutione,vel oblatione,& depoſito,abſque alio facto,& miniſterio.Borg. Caual.deciſio.16.nu.6.par.2.quòd ſola oblatio ſufficiat,ſcribit Hippol.ſing.479.

Clauſula reſolutiua contractus operatur,vt ipſo iure transferatur dominium abſq; traditione,& hoc à die cõſignationis pretij.Ozaſ. deciſ.65.nu.12.Boer.deciſ.182.nu.38.

Oblatio pretij retrouenditionis, non requiritur antequàm quis agat, dum tamen fiat ante ſententiam.Iaco.Put.dec.140.lib.2.vide Borg.Caual.dec.16.de contract.part.2.

Sola realis congruaq; oblatio etiã extraiudicialis ſufficit,quo ad recuperationẽ fructuũ, dummodo emptor, vel eius ſucceſſor interpellatus ſciuerit, vel ſcire debuerit ſe teneri ad reuendendum,& ſic in mora conſtitutus fuerit.Gaſp.Cabal.milleloq.353.vide tamen Ioan.Pap.lib.11.tit.5.arreſt.1.& 5. & in libtis placit.curiæ in deciſio.diuerſo.fol.133.Natt. conſi.513.Rol.conſi.27.vol.2.

Quando emptor cum pacto de retrouendendo,faciat fructus ſuos,vide Myſing.obſer. 50. centu. 6.

Ad obtinẽdum virtute pacti de retrouẽdẽdo, ſufficit offerre in iudicio realiter pretium, quo ad rem ipſam;ſecùs quo ad fructus, qui non poſſunt haberi,niſi facta conſignatione. Pap.lib.15.tit.5.arreſt.3.in fine, vide Auguſt. Bero. q.98.

Venditor cum pacto de retrouendendo tenet ſoluere, & deponere pretiũ ſolutũ,& omnes expenſas factas in inſtrumentis, & in bonis, vtiles,& neceſſarias intra tempus.Borg.deci. 16.par.2.nu.33. Natt.conſi. 256.& conſi.601. & ſic melioramenta poteſt recuperare obligatus retrouendere,& poteſt retinere bona, ſi ſint liquida melioramenta, vide ibi.Borg. d.deciſio.16.ſed quomodo debeant æſtimari, vide ibid. d. deciſio. 16. & Natt. conſil. 256.num.27.

Si venditor cum pacto redimendi depoſuerit partem pretij conſentiente emptore,vel poſteà approbante, etiam poſt tempus debet admitti ad redimendum.Crau. conſi. 106.qa recipiens partem pretij,cenſetur conſentire retrouẽditioni;ideò tenetur poſteà retrouendere.ibi.Craue.

Facta conſignatione, & depoſitione pretij, ſi ſuper ea contendatur, interim conſignans debet mitti in poſſeſsionem rei, præſtita cautione de ſupplendo. Idem Pap. libr. 11. tit.5.arreſt.9.

Oblatio,& depoſitum cum ſit pro aliqua re redimenda, debet prius conſtare, in ea re ius luendi competere deponenti, ita vt oblatio, & depoſitum valeant. Menoch. conſil. 301. lib.4.

Simulatio contractus,an præſumatur ex modicitate pretij citra dimidiam, iuncto pacto de retrouendendo intra certum tempus appoſito,vide Ozaſ. deciſio.Pede.42.Gramma. deciſio.76.Boer. deciſ.102.& deciſ.182.nume. 10.Paul. Aemil.deciſio.334.par.3.Dec.conſi. 648.D.Sol.in ſuis comment.in antiq.conſtit. Sabaud.fol.115. Aegid.Bellam. concluſio.7.

Contractus ſimulatus redditur ex modicitate pretij, & pacto de retrouendendo appoſito, vbicunq; exceſſus pretij immoderatus eſſet, vbi etiam cõtrariæ doctorum opiniones cõciliantur per Ozaſc.d. deciſio.42.nume.fina. Gramma. deciſio.76. vide Marc. quæſt. 483. D.Sol. in ſuis comment.in antiq.conſtitutio. Sabaudiæ.glo.ſuper 1.par. decreti, ex frequẽtioribus.tit.de pact.int.empt.& vend. fol.15. Dec. conſi. 167.

Contractus ſimulatus in fraudem vſurarum reſultat,ex pacto de redimendo iniuſtitia pretij concurrẽte, & ſi non probetur,ꝙ emptor ſit ſolitus fœnerari. Afflict. deciſio.40. nu.17. deciſio.65.68.& 336.Gram. deciſio.76 num. 26.Boer. deciſio.102. & 182.nume.10.Aegid. Bellam.concluſio.7.Caſſad.deciſio.1.titu de vſuris.Myſing.obſer.62.cent.3. Rot. Aueuio: deciſio.38.in deciſio.diuerſo. Crau.cõſ. 156. Caſſan.

Caſſan.in conſuetu.Burg. titu *des rentes*.Rub. 5.§.1.num.20.Natt.conſil.198.Rol. conſi.40. volum.2.& tunc dicitur contractus pignoratitius,licèt ſonet in emptionem.Affli.deciſ. 339.Gramma.deciſio.76. num.7. vide eundè ibid. ſed ex quibus cauſis contractus præſumatur ſimulatus,vide Crau.cõſ. 156.Natt. conſi.198.Tom.1.

Pretij modicitas, quando dici poſsit, conſiſtit in arbitrio Iudicis.Gram.deciſ.76.nu.13.vide Boer.deciſio.102.

Quando gratia redemptiua non habet locum, niſi in vltimo anno, ſeu tempore pacti facti inter emptorem,& venditorem ab initio,tũc contractus cenſetur ſimulatus, & vſurarius. Guid.Pap.q.516.nu.fin.vide Pap.lib.12.tit.7. arreſt. 1.

Contractus vſurarius cenſetur, quando præter ſortem aliquid ſoluitur,pretium modicũ interuenit,& ille, qui contraxit, vſuras exercere ſolitus eſt.Marc.q.483.n.7.quòd ex modicitate pretij, & pacto de retrouendendo contractus non præſumatur fœneratitius,niſi probetur tertium, nempè quòd emptor ſit ſolitus fœnerari, ſcribit Hiero. Mago. deciſ. 77.vide Boer.conſi.12.Rol.conſi.58.volum.4. Menoch.conſi.358.lib.4.

An hæc duo,nempè modicitas pretij, & pactũ retrouendendi ſufficiant,ad conuincendum contractum ſimulatum, & in fraudem vſurarum, vel requirantur ad minus tres præſumptiones, quæſtio eſt diſputabilis inter. DD. ſed hæ opiniones poſſunt conciliari, vt affirmatiua (nẽpè ſufficere illa duo) procedat in magna,& enormi pretij modicitate,negatiua,vt non ſufficiant,ex mediocri, ſeu nõ tàm magna pretij vilitate, ita diſtingunt. Gaſp. Cabal.milleloq.415.Borg. Caual.deciſ.1. de contract.par.2.

Modicitas pretij,& pactum de retrouendendo non ſufficiunt ad probandum contractũ ſimulatum: ſed requiritur tertium nempè cõſuetudo fœnerandi. Pap.libr.12.titu.7.arreſt. 3.imò nõnulli tenent requiri quartũ,uidelicet alias coniecturas, vide Menoch. conſil. 358. libr. 4. fallit quando mutuum præceſsit contractum,tunc enim prima duo ſufficiũt. Pap.d.arreſt.3.

Secundò fallit, quando conſtat venditorem potuiſſe habere ab alio emptore emere volente ſine tali pacto, maius pretium. ibid. arreſt. 4.

Tertiò fallit, ſi ex alijs cõiecturis cõſtat cõtractum non eſſe verum, ſed ſimulatum, & factum in fraudem vſurarum,vide Papon ibid. arreſt. 5.

Quartò fallit, quando venditor remanſiſſet in poſſeſsione rei venditæ,reſpondendo de fructibus emptori.Pap.ibi.arreſt.6.vide Menoc. de arbitra.lib.2.caſ.39.ſed qũo probet cõſuetudo fœnerandi,vide Menoc.cõſ.358. vol.4.

Quamuis pactum de retrouendendo, & modicitas pretij contractum vſurarium, & ſimulatum arguant,tamen hæc ceſſare videntur, quando pactum de retrouendendo ex interuallo fuit adiectum; ſed an, & quando hoc procedat arbitrio Iudicis relinquitur. Menoch, de arbitra. libr.2.caſ.13. vide Natt. conſi.198.Menoch. conſi.343.lib.4.

Admiſſa pro vera illa opinio,quòd ad arguendum contractum vſurarium duo ſufficiant, nempè pactum de retrouendendo, & modicitas pretij,illam tamen limitat Rol. conſil. 96.volum.2.primò,quãdo probatur emptorem bonæ famæ eſſe, timoratæq́; conſciẽtiæ. ibid.nume.20.& conſi.58.volum.4.nume.22. Rolandum ſequitur.Menoch.conſil.343. nũ. 18. libr.3.

Secundò, quando paſsim conſueuerunt tales contractus fieri in regione, & patria.Rol.dd. conſi.96.nu.26.& 58.nu.19.& Menoch.d.cõſ. 343. num. 4.

Tertiò,idem Rol. declarat dictam opinionem procedere, quãdo probatur modicitas pretij,& læſio vltra dimidiam iuſti pretij; ſecùs ſi intra,nam modicitas pretij intelligitur,quã eſt minus dimidia iuſti pretij. Rol.ibi.nu. 33. & conſi.58.vol.4.

Quartò declarat,quòd æſtimatio rei debeat fieri habita conſideratione dicti oneris pacti de retrouendendo, quod eſt pars pretij, & illud minuit adeò quod res,quæ valet centũ ſine hoc pacto,ſeptuaginta tãtũ valeat.ibid. dd.conſi.96.nu.38.& conſi.58.nu.16.

Quando probatur tertium,nempè conſuetudo fœnerandi,tunc fortè modicitas pretij diceretur,etiam ſolùm data iniuſtitia eiuſdẽ pretij intra dimidiam,vide Menoch.conſi. 343. num.22.lib.4.

Originalis cauſa mutui plurimum facit ad præſumendum contractum vſurarium, & ſimulatum.Ozaſ.deciſ.42.num.3. Gramma. deciſ. 76.Boer.deciſio.102.Boer.conſ.12.vide Menoch.conſ.343.nu.35.Ludo. Roma.ſing.368. tamen probationes mutui,& pacti de retrouendendo ſimulationem non inducũt.Paul. Aemil.deciſ.163.par.3.

Temporis breuitas dati ad reuendendum,inducit præſumptionem ſimulationis. Gram. deciſio. 76.

Contractus celebratus ſub nomine venditionis,vel inſoluti, cum pacto de retrouẽdẽdo, ſolũ intra certum tempus, & poſteà poſsit reemi, cum modicitate pretij, & alijs clauſulis

claufulis inſolitis dicitur vſurarius, & illicitusq; ſructus. compẽſantur cum ſorte. Borg. Canal. deciſ. 1. de contract. part. 2. vide etiam deciſio. 24 ibid.

Quando contractus cũ pacto de retrouendendo ſit illicitus, & reſcindatur licèt ſit lapſum tempus redimẽdi, & interuenerit ſolùm modica læſio, & multa alia de tali contractu, vide plenè per Borg. d. deciſio. 1. 2. & 24. de contract. part. 2. D. Sôl. in ſuis commenta. in antiq. conſtitutio. Sabaudiæ. glo. ſuper 1. par. decreti, ex frequentioribus. titu. de pact. int. empt. & vend. nu. 48.

Pactum de retrouẽdendo ſimpliciter prolatũ, admittitur à iure ex communi, & operatur diminutionem pretij: fallit ſi cum eo cõcurrunt aliæ præſumptiones, & coniecturæ ſimulationis. Borg. d. deciſio. 1. nume. 16. 25. 28 deciſ. 16. num. 8. & deciſio. 24. part. 2.

Tempus in pacto de retrouendendo nunquam currit, quando contractus eſt ſimulatus, & pignoratitius, licèt cautet in venditionem. Idem Borg. deci. 24. par. 2. num. 28. neq; tunc transfertur dominium. ibid.

Pactum, vt liceat emptori repetere pretium, & reſtituere rem, vt illicitum reprobatur, vide Pap. lib. 12. tit. 7. arreſt. 1.

Terminus, ſeu facultas redimendi ad certum tempus conceſſa, excludit venditorem à redemptione poſt illud tempus, niſi emptor lapſo termino partem pretij acceptaſſet, vel contractus eſſet ſimulatus, aut mora poſſet adhuc purgari, vel ex iuſta cauſa quis integrum reſtitueretur, aut venditor pendente termino, reſcriptum moratorium à Principe impetraſſet. Illuſt. Senator Sol. in ſuis commenta. in antiq. conſtitutio. Sabaudiæ. gloſ. ſuper 1. par. decreti, ex frequentioribus. titu. de pact. int. empt. & vend. nu. 90. fol. 123. vide Menoch. de arbitra. libr. 2. caſ. 217. & cõſ. 343. lib. 4 nu. 46.

Pactum de retrouendendo ad certum tempus, locatio rerum ſtatim ſub annua penſione ad decem pro centenario addito, quòd venditor, & inde conductor teneatur ad ſolutionẽ onerum, cum promiſsione de euictione, faciunt cenſeri contractum vſurarium. Natt. conſi. 497. & 498. ſed tunc qualiter obſtet iuramentum, vide ibi.

Donans omnia bona, an poſsit poſteà cedere ius redimendi alteri in præiudicium donatarij, vide ibi. deciſio. 201.

Vtrum valeat pactum, quòd ſine temporis præfinitione vſq; ad infinitũ, emptor teneatur reuẽdere vẽditori, vide Hartm. Hart. cap. 4. tit. de pactis, & tranſactio. lib. 2.

Venditione facta à duobus cũ pacto de retrouendẽdo, vno nolente reemere, emptor non tenetur reuendere partem, vide ibid.

Emptor cum pacto redimendi poſt mortem venditoris, non tenetur, niſi omnibus hæredibus inſimul totum fundum retrouendere; fallit quando vnus ex hæredibus velit integrum fundum redimere, & partem pretij ad cohæredem tangentem perſoluere: quòd tamen limita, vt per Ioſeph. Ludo. deciſ. Peruſi. 112. par. 2. Idẽ in pluribus venditoribus, vide Borg. Canal. deciſio. 16 nu. 3. par. 2. Ioan. Pap. lib. 1. arre 8. uide in libris placito. curię in dc. diuerſo. Tom. 1. fol. 133. Bart. in l. cui vſusfructus ff. de uſusfru. legat. Alex. in l. 4. §. cato. ff. de uerb. obliga.

Si emptor conceſsit duobus gratiam rechati, unus, non poterit reemere ſine alio, inuito conceſſore, cùm venditio facta fuerit uno pretio. Hiero. Boer. in ſui ſingularibus. titu. fin. num. 5.

Contrahẽtibus tàm de iure ciuili, quàm canonico licitum eſt ſe in pretio circunuenire. Ozaſ. d. deciſ. 42. nu. 8. & deciſ. 95. dummodo deceptio ſit intra dimidiã iuſti pretij. Aegid. Bellam. concluſio. 7. Fran. Marc. q. 483. Marc. q. 483. n. 25. & 29. vide ſupra tit. de reſcin. vẽd.

Facta venditione cum pacto de retrouendendo, ſi venditor rem illam alteri obliget, non ſuſtinetur talis obligatio in præiudiciũ emptoris. Ozaſ. deciſ. 65. Boer. deciſ. 181. num. 8.

Et ècontrà res redempta, non ſubiacet onerib. & Hypothecis medio tẽpore impoſitis per emptorẽ; ſed reſoluunt. Gaſp. Cab. millel. 159.

Si pignoretur res vendita cum pacto de retrouendendo, an primus vẽditor poſsit eam rehabere non obſtante pignoris cõſtitutione, vide Bar. in l. 3. ff. qb. mod. pign. vel hypothe. ſolu. & in l. 9. ff. de aqua pluu. arcen.

Emptor licèt vigore pacti de retrouendendo, rem emptam teneatur reſtituere: quia tamẽ remanet dominus, poterit in alium ſecundũ emptorem res emptas transferre. Ozaſ. deci. 65. nu. 7. vide Boer. deciſ. 181. & 351. Ioſeph. Ludo. deciſ. 79. Peruſ. part. 2. nu. 12.

Quod limita, quando pactum eſſet iuratum, vel adeſſet conſtitutum. Boer. deciſ. 182. num. 53. ſed an in caſu prædicto venditor poſsit de directo agere contrà ſecundum emptorem virtute pacti de retrouendendo, vide Boer. d. deciſ. 182. num. 37. March. q. 404. Iaſ. in l. ab emptione. ff. de pact.

Pactum de rètrouendendo cũ obligatione bonorum eſt reale, & non perſonale, & tranſit contrà quemcunq; tertiũ poſſeſſorem. Borg. Caual. deciſ. 16. par. 2. vide Hartm. Hartm. c. 5. tit. de pactis, & tranſac. lib. 2.

Maximè ſi ſit hypotheca ſpecialis. Hier. Mago.

decíſ.

deciſ.Luc.80. aliàs ſimplex pactum de retrouendendo,non afficit rem, vt detur actio cõtrà ſecundum emptorem,ſicut ſcribunt And. Gail obſer.16.lib.2.Myſing. obſer.69.cent.6. Mago.deciſ.105.Rot.Flor. vide Craue.conſi. 12.& conſi.1.par.2. Caſſa.in conſue.Burg.tit. *des rentes*.Rub.5.§.1.num.27. ſed in hac patria ex forma decreti antiq. competit actio contra tertiũ,vt in tit.de pact.int.empt.& vendi. D. Sol. ibid. in ſuis comment. fol. 115. vide etiam eundem fol. 124.

De datione in ſolutum cum hoc pacto,vide D. Sol.in ſuis comment.in antiq.Sabau.conſtit. glo. ſuper 1.par. decreti, ex frequentioribus. titul.de pact.inter empt. & vendit. num. 54. Dec.conſi.167.

Decretum antiq. de quo ſupra,non procedit in promiſsione paciſcendi de retrouendendo. idem D.Sol.glo. ſuper 2. par.decreti, ex frequentioribus eod.tit.nu.fin. tamen procedit etiam in pacto prælationis,nempè in pacto promiſsionis offerendi rem,antequam vendatur. ibid. gloſſ. ſuper 3. parte dicti decret. fol. 124.

Laudimium reſtitui debet per venditorem redimentem rem venditam. gloſſ.4.ſuper ipſo decreto,ex frequentioribus.nu.3.

Quando debitor dedit in ſolutum creditori ſuo rem aliquam, adiecto hoc pacto, quòd creditor poſsideret ipſam, donec creditum repetierit,tunc non eſt in poteſtate debitoris ſoluere quando voluerit, & recuperare rem, ſed ſolùm competit creditori ius petendi creditum ſuum. Menoch. conſil.201. num. 42. libro. 3.

De conſenſu venditoris, alius redimere poteſt. Dec.conſi.544.

Ius redimendi ex pacto poteſt cedi, vel vendi, aut donari. Ioſeph. Ludo. deciſ. Luc. 47. & deciſ.Peruſ.16.vide Fran. Marc.q.404. Borg. Caual.deciſ.16.nu.27.par.2.Craue.conſi.191. Caſſa.in conſuetud.Burg.titu.*des rentes*.Dec. conſi.614.& 680.& Rolan. conſi.28.lib.2. ſed inter duos ceſsionarios quis ꝓferatur, vide Pap.lib.11.tit.6.arreſt.fin.

Pactum de retrouendendo nõ eſt ita ſuſpectũ, quando fit ex interuallo, ſicut quãdo fit incontinenti. Gram.deciſ.76. nu.8. vide Marc. q.483.nu.26.

Facta vẽditione certi cenſus ſuper domo mea, ſoluendi anno quolibet in feſto omniũ Sanctorum,cum gratia redemptiua, quòd poſſit redimi infra decem annos quandocunq;, tunc emptor non poteſt redimere, niſi de anno in anno, & in principio; aliàs tenetur ad cenſum proximi anni.Guid.Pap.q.271.

Quid de fructib. ſi in medio anni,ante, vel poſt redimerit, vide Marc.q.57.part.2. quòd pro rata temporis debeãt diuidi, ſcribũt Ioſeph. Ludo.deciſ.79. Peruſ. part.2. Borg. deciſ.16. par.2.num.51.& deciſ. 42. nu.9. ſed percepti ante retrouenditionem(niſi data mora)ſpectant ad venditorem, ſed vide ibid. Ioſeph. d.deciſ.79.nu.5.

In pacto retrouenditionis emptor lucratur fructus pro rata temporis, quo fit retrouenditio. Boer.conſil.23.vide Excellentiſs.Præſid. Teſſau.deciſio.56. ſed quid de fructibus pendentibus, vide Caſſan. in conſuetud. Burg. titul. *des rentes*. Rubric.5. §.1. Auguſt. Bero. q.98. quòd tunc fructus etiam debeat diuidi pro rata temporis, ſcribit Rolan.conſi. 27.num. 17. vol. 2.

Promittens retrouendere rem aliquam, & pro retrouenditione recipiens partẽ pretij cum pacto, quòd ꝓ rata pretij teneretur ad fructus rei,ad illos præſtandos,vel eorum valorem,compellitur.Natt.conſi.385.

Emptor lucratur fructus ꝑceptos ex re empta ſub conditione,illa pendente, qua deficiente venditoris fiunt, niſi in caſu deficientis conditionis emptor pretium perdat, venditoriſque lucro cedat. Ludouic. Roman. ſingul. 544.

Quando emptor cum pacto de retrouendendo faciat fructus ſuos, vide Myſing. obſer. 50. cent. 6.

Retrouendendi pacto, an præſcribatur 30.ann. vel requirantur 40.vide Boer.deciſ. 182. etiã quando fuit factum in perpetuum, & quotieſcunque,& quandocunque, vide eundem deci.351.vbi habetur,tunc præſcribi 30.ann. Crauet.conſi.71.Menoch. conſi.143.lib.2. & 364.vol.4.Rol.conſi.21.volum.2.Pet. Gerar. ſing.18. tamen contrarium fuit obſeruatum in camera Imperiali, vt teſtatur Myſing. obſ. 16. cent. 1.

Quod procedit,quando adeſt iuramẽtum.Rol. conſi.25.vol.2.vel eſſet contractus vſurarius, vide Pet. Gerar.ſing.18.

Facta venditione alicuius reditus, retenta facultate luendi, toties quoties placuerit venditori,& in perpetuum,nulla præſcriptio poteſt obeſſe venditori.Pap.lib.11.titu.6.arreſt. 5.ſecùs ſi poſt perfectam venditionem fuerit conceſſa talis facultas.Pap.ibid.

Emptor, qui emerat cum pacto de retrouendendo, an præſcribat ſpacio 10. vel 20. ann. vide Boer.d.deciſ.182.nu.13.

Iuri redimẽdi præſcribitur 30.ann.vel 40.cõtrà Eccleſiam,qđ intelligendum eſt, qñ eſt data facultas ſimpliciter,ſed qd ſi dictũ fuerit de

redimendo toties,& quoties,&c. vide Gaſp. Cabal.milleloq.420.Borg.Caual.deciſ.16.de contract.par.3.Rot.Auenio.deciſ.129. in deciſio.diuerſo. Tom.3. Ioan.Pap.libr.12.tit.3, & Alex.Raud,de analog.c.40.nu.38.

Promittens retrouendere ſimpliciter,intelligitur promiſiſſe intra decem annos inter præſentes, & viginti inter abſentes. Borg.deciſ. 16.par.2.vide Boer. deciſ.183.nu.11.

Contrà hæredem, qui habet facultatem redimendi rem legatã,toties quoties,&c.preſcribitur ſpacio 30.ann. Menoch.conſi.43.lib.2.

Idem in debitore dante rem in ſolutum cũ hac facultate,pulchrè Menoc.cõſ.201.lib.3.n.61.

Creditoris vendentis pactum de retrouendendo,prodeſt debitori. Boer.d.deciſ. 182.n.26.

Reuendere obligatus, licèt ſuccedat obligatio ad intereſſe, condemnatur ad tradendum. Boer.ibid.nu.29.

Filiusfa. emens, an poſsit facere pactum de retrouendendo in p̃iudiciũ p̃ris, vide ibi.n.30.

Tutor emens nomine pupilli,poteſt facere pactum de retrouendendo incontinenti, non aũt ex interuallo. Boer.d.deciſ. 182.nu.35.

Venditio noua an ſit in pacto de retrouendendo,vt debeatur laudimiũ, vide Boer.ibid.nu. 39.40.& conſi.3.& ſupra tit.de laudim.

Quòd reemptio facta virtute pacti de retrouendendo,non dicatur noua acquiſitio,ſed redditio, ita qđ res redempta reincidat in priſtinam cauſam,ſcribit Vincen. de Fran.deciſ. 39.vide deciſ.64.ibid.

Pactum de retrouendendo tranſit ad vtriuſque partis hæredes.Boer.deciſ.182.nu.26. Marc. q.405.n.6. ſed pactum factũ inter fratres ſuper iure retractus, an tranſeat ad hæredes, vide Marc.ibid:

Pactum de retrouendendo probatur, aut per inſtrumentum,aut per teſtes,vel per famam, & vnum teſtẽ.Boer.deciſ.183.imò vehementes preſumptiones probant tale pactũ.Vinc. de Fran.deci.105. tamen confeſsio de retrouendendo in abſentia partis facta, nihil operatur. Boer.d.deciſ.183.nu.4.

Pactum de retrouẽdendo, cujus temporis determinatio in aliam cõuentionem dilata eſt, ſine effectu remanet. ibid.nu.5.

Quando duo ſimul vendiderunt cum pacto de retrouendendo ad certum tempus, ſi vnus ipſorum vult totam rem habere, & reemere ſoluendo totum pretium, an poſsit, & quid in vno ex cohæredibus venditoris,totam rẽ redimere volẽte,vide Boer.deciſ.251.Mago. deciſ.28.Rot. Flor.Io. Pap.lib.11.tit.6.arreſt. 2.Bar.conſi.195.vol.1.& in l.46.ff. de ſolutio. & liber.quid in plurib.hæredib.vide Pap.lib. 11.tit.6.arreſt.8.Caſſan.in conſuetu.Burg.tit. *des rentes.* Rub.5.§.1.glo.2.

Emens rem à duobus cum pacto de retrouendendo,non tenetur retrouendere partem alteri reemere volẽti. Bar.in l.30.ff.de vſuſ.leg.

Emptor cum pacto redimendi, poſt mortẽ venditoris non tenetur, niſi omnibus hæredib. in ſimul totum fundum retrouendere: fallit, quando vnus ex hæredibus velit integrũ fundum redimere, & partem pretij ad cohæredem ſpectantem perſoluere: quod tamen limita,vt per Ioſ.Ludo.deciſ. Peruſ.112.par.2. idem in pluribus venditoribus, vide Borg. Caual.deci.16.nu.3.par.2.Io.Pap.lib.1.arreſt. 8. vide in libris placito. curiæ in deciſio.diuerſo.Tom.1.fol.133.Bar.in l.cui vſusfructus. ff.de vſufruct.legat. Alex.in l.4.§. Cato.ff. de verbo.obliga.

Si emptor conceſserit duob. gratiam rechati, vnus non poterit reemere ſine alio, inuito cõceſſore,cũ venditio facta fuerit vno p̃tio. Hiero. Boer. in ſuis ſingularibus,tit.fin.nu.5.

Arbores vi ventorum eiectæ, & euulſæ in agris emptis cum pacto redimendi,debent incidi, & fieri ligna, & facta æſtimatione conſignari emptori, cuius erunt, ſi venditor non redimerit; aliàs interim vtiſ p̃tio,& in redẽptione,illud reſtituet.Ioſ.Lud.deciſ.5.Peruſ.

Emptor cum pacto de retrouẽdendo, non põt durante tempore retrouendendi,incidere arbores fructiferas, neque deteriorare bona. Borg.deciſ.16.nu.32.par.2.

Pactum de retrouendendo, & ſi fiat poſt abſolutum contractum venditionis,nihilominus eſt primum in intentione,quamuis vltimum in executione.Vinc.de Fran. deciſ.126.

Res redempta non ſubiacet oneribus,& hypothecis medio tempore impoſitis p emptorem;ſed reſoluũtur. Gaſp.Cab.milleloq.159.

Si pignoretur res vendita cum pacto de retrouendendo, an primus venditor poſsit eam rehabere, non obſtante pignoris cõſtitutione,vide Bar.in l.3.ff.quib.mod.pig.vel Hypo. ſolu.& in l.9.ff.de aqua plu.arcen.

Promittẽs ſimpliciter retrouẽdere, intelligit̃ ꝓ p̃tio currẽti tp̃e retrouẽditionis. Borg.deci. 16.par 2.n.34.an retrouẽditio fiat ꝓ eodẽ p̃tio,vide Ioſ.Lud. dec.Peruſ.79.nu.17.part.2.

Tempus ad retrouendendũ, qñ incipiat currere,& qđ vbi actus primus ratificatur,an tempus currat à die primi contractus, vel ſecundi ratificationis, vide Borg.ibid.nu.35.

Tempus prorogatum de retrouendendo,incipit currere ſtatim (licèt etiam ſuperſit tempus retrouẽdendi)non à die finiti primi termini, & ſi eſt ſimpliciter prorogatum ſine tempore,intelligitur tantùm ſecundum tempus, in primo contractu expreſſum.ibi.n.30.

Emptor

Emptor cum pacto de retrouendendo, ſi partẽ pretij recepit intra tempus, non tenetur retrouendere, quando totum non ſoluitur in tempore, ſecùs ſi recepiſſet, vel petijſſet poſt tempus. Borg.d.deciſ.16.nu.38.

De qua moneta teneatur venditor ſolnere, an de currenti tempore contractus venditionis, vel emptionis, vide ibid.nu.42. Vincen. de Fran.deciſ.64. & ſupra in primo libro.tit. de augmento monet.

Hæredi ex capite ignorantiæ datur reſtitutio, aduerſus lapſum temporis dati ad retrouendendum. Mago. deciſ.Luc.77. vide Excel.P. Teſſau.deciſ.103.

Retentio facultatis redimẽdi intra tempus poſteà concordatum inter emptorem, & venditorem, valet.vide Pap.lib.11.tit.6.arreſt.3.

In retractu conuentionali ſuccurritur minori, ſecùs in competenti virtute agnationis.Pap. lib.11.titul.7. arreſt.22.vide Natt.conſi.492. contracto tamen celebrato cũ defuncto maiore, tempus redimendi currit etiam minoribus, nec illis datur reſtitutio, quando contrà adminiſtratorem poſſunt habere regreſſum pro damno, aliàs ſecùs.Rol.cõſ.10.vol.2.

Periculum, & cõmodum rei, ſpectãt ad emptorem cum pacto de retrouendendo, & ſi res perijt pro parte, tenetur pro alia retrouendere ad ratã pretij. Borg.deciſ.16.nu.48. par.2.

Damnum proueniens caſu fortuito in re, quam reuendere quis tenetur ex pacto, cedit periculo illius: ideò ille, qui reemere vult minus præſtabit, habita cõſideratione dicti damni. Natt.conſi.601. quod nõ procedit in molendino deteriorato propter aſsiduum molendi vſum.Natt.ibid.nu.6.

Et ècontrà augmentum prędij factum per aluuionem, ſpectat ad emptorem, qui tenetur reuendere.Menoch.conſi.26.vol.1. vide Perilluſtr.D.Præſ.Teſſau.deciſ.140.

Minor non tenetur adhibere ſolemnitates à iure requiſitas, quando retrouendit virtute pacti antecedentis. Borg.d.deciſ.16.nu.49.

Locatio cẽſetur extincta, & finita reemptione facta, per venditorem cum pacto de retrouendendo. ibid.nu.52.

Condemnatus ad retrouendendum adducens aliquas exceptiones, adhuc debet audiri, antequam fiat miſsio in poſſeſsionẽ rei. Mago. deciſ.120.Rot.Floren.

In hac materia ille præfertur, non cui prius res fuit retrotradita; ſed ille, qui prius pretium numerauit.Pap.lib.8.titu.6.arreſt.8. & ſic hoc caſu limitatur lex quoties. C. de rei vendic. idem Pap.libr.11.titu.5. arreſt. 4. vide tamen ibid.arreſt.fin.

Ius adeundi hæreditatẽ cedi non poteſt.Vincẽ. de Fran. deciſ.60.

Facultas recatandi ex ſtatuto competens proximiori agnato , non poteſt extraneo cedi. Iaff.Lanf.Balb.deciſ.193.Fel.conſi.25.nu.14. Marc.q.404.nu.11.

Ius redimendi conuentionale in quẽlibet cedi poteſt:ius tamen prælationis, quod cõcedit Domino in re emphyteutica,cedi nõ poteſt. Gaſp.Cabal. milleloq.88.

Ius redimendi competens ex contractu virtute pacti de retrouendendo,an poſsit cedi,vt competat alteri,quàm venditori,vide Fran. Marc.q.404.600.& 602. & ſupra tit. de pact. inter emptorem.& vend.

Donans omnia bona , an poſsit poſteà cedere ius redimendi alteri , in præiudicium donatarij,vide Perilluſt.D.P.Teſſau.deciſ.201.

Ceſſa perſonali actione, cenſetur etiam hypothecaria ceſſa, ſed quid èconträ , vide Boer. deciſio.335.

Surrogatus tenetur iuſtificare ius illius, ad quẽ, ſeu in cuius locum ſurrogatur , & per conſequens probare omnia expreſſa , vel tacita in gratia primi,quæ ipſe primus probare tenebatur.Aegid.Bellam. concluſ.112.

Si ceſsionarius,cui non eſt tradita poſſeſsio rei ceſſæ , agat contrà poſſeſſorem narrando in libello eam ad ſe pertinere iure dominij,vel quaſi , petendo ipſam adiudicari , non facta mentione de ceſsione,valet petitio , & debet ſequi condemnatio . Aegid. Bellame. concluſio 732. ſunt tamen qui tenent contrarium,vt ibid.

Cedens actionem, non poteſt aſſeuerare poſitiones traditas contra ceſsionarium agentem nomine ſuo,& actione vtili , niſi ceſsionarius agat periculo cedentis. Capel. Thol, quæſt. 119.

Iura incorporalia , ſeu actiones cùm duobus inſolidum diuerſis temporibus,ceduntur,ille potior habendus eſt , cui ceſsio primò facta fuit,licèt alter præuenerit agendo , quod ſecùs eſt in rebus corporalibus.Frã.Marc.q 422.Vinc. de Fran deciſio. 75.

Ceſsionarius ſecundus , an , & quando primo præferatur,vide Marc.q.864. Afflict. deciſio. 335,nume.20.

Si cedens , & ceſsionarius concurrunt contrà tertium, præfertur ceſsionarius habens ius vtile,vide Crauet.conſil.227 Bartol.in l.3.C. de nouatio.& in l.55.ff.de procurat.glo. in l. 35. ff de procura.

Actio realis cedi poteſt, tamen non transfertur dominium ante traditionem . Marc. quæſt. 602.

Ceſsio cum cauſa facta , an cauſa non ſequuta teneat , vide Marc. quæſtio. 864. quòd falſa cauſa ceſsionem vitiet , ſcribit Dec. conſil. 464. num. 4.

Implemento ceſsionis non ſequuto, reſoluitur ceſsio.Crau.conſi.127.nu.14.

Si ceſsionarius non ſeruet cedenti conuenta , & promiſſa, poteſt cedens recedere , & reuocare ceſsionem , actionibus prioribus experiri , & rem ceſſam vendicare , etiam ſi præceſſerit vnum de tribus caſibus , de quibus in l. 3. C. de nouatio. Iaff. Lanf. Balb. deciſio. 176. Myſing. obſerua. 96. centu. 3.

Ius impugnandi ceſsionẽ ex capite implemẽti, non ſequuti,alteri cedi poteſt. Crau.d.conſi. 127. num.15.

Ceſsio ex paruitate pretij,& qualitate perſonę ceſsionarij ſimulata, & fraudulenta dicit , & actio litigioſa,non poteſt cedi. Marc.q.248. par.2.vide Menoch.de arbitra.libr.2.caſ.248. l.pen.C.mandati.

Ceſsio ex quibus præſumatur ſimulata , vide DD.

DD. de Rot. deciſ. 1. tit. de alienat. muta. iud. cauſ. fact.

Ceſsio ex cauſa donationis pro meritis, & ſeruitijs, an valeat, vide ibid.

Ceſsio rei ſine appoſitiõe pretij, an valeat, vide Rot. Gen. dec. 13. n. 23. 26. & 35. Gaſp. Cabal. milleloq. 821.

Ceſsio facta coniunctæ perſonæ, vel ante rompturam, aut vbi cedens perſeuerat in poſſeſsione rei ceſſæ, quando præſumatur in fraudem, & ſimulata, vide ibi. nu. 38. d. dec. 13.

Legis, per diuerſas. C. mandati, quis ſit verus intellectus, vide Put. deciſ. 22. nu. 5.

Ceſsio ex cauſa venditionis computatur inter caſus exceptos à d. l. per diuerſas. ibid. Put.

Solemnitas, de qua in l. per diuerſas. C. mandati, nõ habet locum in ceſsione, quæ fit cõtrà correum, vel principalem, vide Bart. in l. 76. num. pen. ff. de fideiuſſ. & manda.

Lex ab Anaſtaſio. C. mandati, non habet locum pro tuitione rerum, quas tradunt cedentes. Bar. in cõſi 90. vol. 1. nu. 3. ſed pro rebus, quas poſsident illi, quibus fit ceſsio. Bart. ibi.

Ceſsio facta per laicum Clerico, præſumitur in dubio ſimulata. Iaſſ. Lanf. Balb. deci. 87. & nõ valet. Rol. conſi. 38. vol. 2. nu 21. vide cap. fina. ex de aliena. muta. iudi. cau fact. & Bar. in ſuo tract. de diffe. int. ius cano. & ciui. nu. 48.

Ceſsio de tota re debita fieri debet, & nun de perte. Rebuff. in ſuis cõment. tract. de ceſsio. art. 2. glo. 9. Tom. 2.

Ceſsio actionũ non poteſt fieri, niſi in caſibus, in iure expreſsis, & eandem rationem habẽtibus, & ſi pro parte vendatur, & pro parte donetur, ceſsio facta præſumitur ſimulata. Bar. ſing. 230. tamen vide ibi. in additio. & l. fina. C. mandati.

Dominium, an transferatur in ceſsionarium per ſolam ceſsionẽ, ita vt poſsit intẽtare rei vindicationem, vide DD. de Rota. dec. 2. tit. de alien. mutan. iud. cau. fac.

Ceſsio facta bonafide Officiario valet. Marc. quæſt. 394.

Ceſsio facta per tertium lite pẽdente alteri ex litigantibus, valet. DD. de Rot. deciſ. 19. de reſcrip. in nouis aliàs. 176.

Ceſsionarius non tenetur cauere debitori de indemnitate, quia ex perſona ſua hẽt actionem vtilem, & eſt factus procurator in rem ſuam, iure ſuo. DD. de Rota. deciſio. 3. de iudi in antiq.

Re ceſſa ad menſuram, illa non ſequuta, non dicitur perfecta ceſsio, niſi res fuiſſet tradita. Rot. Genu. deciſ 13. nu. 25.

Ille, qui cedit nomẽ ſimpliciter ſatisfacit, quãdo illud nomen eſt verum; & ſic debitorem ceſſum, oſtendit eſſe debitorem. Rot. Genu. deciſ. 156. vide Hiero. Mago. deciſio. 39. Rot. Floren. tamen ceſsio non ſufficit, niſi ſimul tradantẽ ſcripturę, quibus ceſsionarius poſsit agere contrà debitorẽ ceſſum. Rot. Gen. dec. 189. vide deciſ. 204. ibi. ſecùs autem, quando cedens promiſit iura ceſſa vera, & bona, quia tunc debitore ceſſo non exiſtente ſoluendo tenetur, ſed quid ſi pro parte eſſet ſoluendo, an ceſsio pro parte valeat, vt cedens, non teneatur, vide ibi. deciſ. 156.

Quòd cedens teneatur de euictione, ſi iura ceſſa non ſint exigibilia, ſcribit Crau. conſ. 109.

Emptor nominis debitoris habet regreſſum de euictione contrà cedentem, etiam omiſſa denunciatione litis motæ in cauſa ceſsionis. Dec. conſi. 102.

Exactionem, qui infra certum tempus facere tenetur, ſi non fecerit, cogitẽ ſoluere de ſuo. Anto, Corſet. in ſuis ſingularibus, litera. E. ſingul. exactio.

Periculum nominis ceſsi pertinet ad ceſsionarium, ſi ſuperuenerit poſt ceſsionẽ, at ſi erat tempore ceſsionis, ad cedentem. Bar. in l. 96. §. ſi vxor ff. de ſolutio. & libera. & §. ſoror. d. l. 96 de ſolutio.

Ceſsio facta ex cauſa de præterito exiſtẽti ante litem cęptam, valet facta pendente lite; & intellligitẽ cæpta ex cauſa de præterito. Rot. Genu. deciſ. 198. nu. 4.

Poſito, quòd ceſsionarius non poſsit intentare actiones vtiles ratione ceſsionis, poteſt tamen intẽtare directas nomine cedẽtis. Iaco. Put. deciſ. 48. & 59. lib. 2.

Procuratoris cedentis confeſsio, non poteſt reuocari in ſecunda inſtantia per ceſsionarium, niſi docto de errore. Idem Put. deciſio. 79. lib. 2.

Ceſsio facta fiſco in carcere, non dicitur inualida, nec per eam cedens amittit ius ſuum licèt fiſcus dicatur potentior ratione officij, & priuilegij. Paul. Aemil. dec. 105. par. 1.

Si ſoror læſa fecerit ceſsionem iurium ſuorum fratri, cuius virtute frater ipſe alienauerit bona ceſſa, tertius poſſeſſor etiam reſciſſa renunciatione ceſsionis, non poteſt per ſororem renunciantem moleſtari. Vincent. de Fran. deciſio. 119.

Ceſsionarius intentans directam, debet ante litem conteſtatam fidem facere de ceſsione, vide Ozaſ. dec. 58. Dec. conſi. 303. Guid. Pap. ſing. 245. ſecùs ſi vtilẽ: quia nomine proprio agat, tunc enim ſufficit fidem facere de ipſa ceſsione in tempore probatorio; ſed quando dicatur intentata directa, & quando vtilis, vide Iaſſ. Lanf. Balb. deciſ. 45. Cabal. milleloq. 766. Dec. conſ. 536.

Ceſsionarius exprimere debet qua actione

agat

agat vtili, vel directa. Marc. de Mãt. ſing. 698. & Bar. in l. 93. ff. de ſolutio. & libera.

Solent tabelliones apponere in inſtrumentis ceſsionum hæc verba, dedit, ceſsit, & conceſsit, &c. ad hoc, vt competant actiones vtiles, & directæ, vide Bartol. in l. 1. C. de actio. & obligat. nume. 10. & l. 22. ff. de fideiuſſo. & mandat.

Actione ceſſa qualiter formetur libellus, an nomine cedentis, vel ceſsionarij, vide Bar. in l. inſolutum. C. quando fiſcus, & in l. 34 ff. de procura. glo. in l 9. C. manda.

Actiones vtiles intẽtantur nomine ceſsionarij, ſed directæ nomine cedentis, & ſi habens vtilem alteri cedat, apud ipſum nihil remanet. Bar. in l. 1. C. de hæred. & act. vendi. & in l. 28 ff. ad trebellia.

Emptor hæreditatis, mandatis, & ceſsis actionibus, habet directas, quas cõcipit in perſonam mandantis, ſed non mandatis actionibus, habet vtiles. l. 5. C. eod.

Ille, cui legatur nomen debitoris, habet vtilem actionem ſuo nomine, non autem directam, niſi ſit mandata, vel ceſſa, & actio vtilis in ſex caſibus, datur ſine ceſsione. gloſ. in l. 18. C. de legat.

Fideicommiſſum cedi poteſt, quia omne ius, & omnis actio, non modò nata, ſed naſcitura, imò ẽt incerta, & conditionalis, cedi, & vẽdi poteſt. Cabal. milleloq. 454.

Si debitor ceſſus ſe obligauerit cum iuramẽto erga ceſsionarium etiam abſentem, non põt amplius pœnitere, & reuocare obligationẽ, etiam nundum à ceſsionario acceptatam, vide Hiero. Mago. deciſ. 39. Rot. Floren.

Per ceſsionem actionum ceſsionarius ſuccedit in locũ cedentis in omnibus. Gome. Leo. dec. 85. in deciſ. diuerſo. Tom. 2. fol. 48.

Ceſsionarius tenẽ iurare ſuper dolo. Pap. libr. 12. tit. 1. arreſt. 8.

Ceſsio actionum liberat debitorem obligatum ex eo ſolùm, quòd actionẽ habet. Crau. conſi. 109. num. pen. l. 52. ff de peculio. tamen qui tenẽ ratione culpę, nõ liberatur cedẽdo actionem. l. 23. ff. pro ſocio.

Ceſsio fieri poteſt de iure competenti, ſiue de iure communi, ſiue ſpeciali. Crauet. conſil. 127. nume. 15. ideò beneficium reſtitutionis in integrum, cedi poteſt. Crau. ibi. & cõſ. 191.

Actio realis, & ius prioritatis hypothecæ, quãdo cedunẽ ſimul cum obligatione perſonali, ius legitimæ, & trebellianicæ, & ius recuperandi poſſeſsionem, cedi poſſunt. Crau. conſ. 191. & con. 1. pro genero. nu. 405.

Ceſsio facta particulari Eccleſiæ, quæ non hẽt poteſtatem contrà debitorem ceſſum, non dicitur facta in potentiorem perſonam. Crauet. conſi. 205. nume. fina.

Ceſsio extenditur etiam ad bona mobilia, quũ eſt facta generaliter, & vniuerſaliter, licèt aliqua bona immobilia fuiſſent ibi expreſſa. Crau conſi. 227.

Actio perſonalis tranſit in ſingularem ſucceſſorem, ſi res tradatur cum ceſsione iurium. D. Sol. in ſuis commenta. in antiq. conſtitut. Sabaudiæ. glo. 2. ſupor 2 par. decreti, rem publicani. tit. de iure emphyteu. fol. 17. iura autem realia tranſeunt cum re, licèt non cedantur. ibid.

Cedi poteſt nomen debitoris, & ceſsionarius poteſt cogere debitorem inuitum ad ſoluendum, & recognoſcẽdum debitum ceſsũ. Natt. conſi. 382.

Mulier ſoluto matrimonio, poteſt titulo donationis cedere dotem. Dec. conſi. 536.

Habens vtilem ex inſtrumento habente exequutionem paratam ex forma ſtatuti, poterit petere ipſam exequutionem. Bar. in l. 2. C. de actio. & obliga.

Vide de materia ceſsionum, per eundem Bar. in l. inſolutum. C. quando fiſcus, vel priuatus, & in l. per diuerſas. C. mandati.

Actio in rem poteſt cedi, & ceſsionario competit actio vtilis. Bartol. in l. 9. de hæred. & act. vendi.

Aliquando actio, quæ eſt inutilis penes cedẽtẽ, efficitur utilis penes ceſsionarium. Barto. in l. 33. C. de iure dot.

Quandoque ceſsio tenet, & quandoque non, vide glo. in cap. fin. ex. de alien. muta. iud. cau. fact. & glo in l. 1. C. ne liceat potentioribus.

Actiones deſcendentes ex dolo, cedi poſſunt. Bar. in l. 18. §. Iulianus. ff. de pet. hæred.

Ceſſa actione perſonali, videtur ceſſa hypothecaria, ſed dubium eſt, an ceſſa hypothecaria, videatur ceſſa perſonalis, vide Bar. in l. ſi pignori res. ff. famil. erciſc. & glo. in l 30. ff. eod. fami. erci. hypotheca, an cedi poſsit ſine obligatione perſonali, vide Bar. in l. 17. ff. de fideiuſſo. & manda.

Procurator in rem ſuam dupliciter quis dicitẽ, & conſtituitur quatuor modis, de differẽtia inter cedere, & mandare actiones, an directa poſsit cedi actio, vel ſolùm vtilis, quomodo directa intentetur, & qualiter vtilis, de differentijs, quando intentatur directa, & quando vtilis, & multa alia pertinentia ad materiam ceſsionis, vide per Maran. in l. ſi actor. ff. de procurato. poſt eius ſpec.

Procurator in rem ſuam, non poteſt reuocari. Bar. in l. 14. ff. de condict. indeb.

Procurator in rem ſuã, poteſt ſubſtituere aliũ. Bart. in d. l. 8. §. ſi quis. C. de procurato.

Quid

Quid importent illa verba, ponens eum in ius, & locum proprium, conſtituendo illum procuratorem, vt in re propria, ſcribunt Doct. in in l. qui Romæ. §. duo fratres. ff. de verb. oblig. & Bar. in l. 2. ff. ad Trebell.

Directæ actiones procuratori in rem ſuã mandatæ, mandatore mortuo abſque hærede iuris artificio, in vtiles conuertuntur. l. 1. C. de act. & oblig.

Actio vtilis aliquibus in caſibus, datur ſine ceſſione, vide glo. ibid.

Mortuo procuratore facto in rem ſuam re integra, non finitur mandatum, ſed tranſit ius ad hæredes. l. 33. C. de donatio. vide tamen Azo. in ſumma tit. C. de actio. & oblig.

Clauſula, cedens quod habet, & habere ſperat, importat, vt videantur ceſſæ actiones, quas poſſet habere. Bar. in l. 14. ff. mandati.

Quod operatur traditio in reb. corporalibus, idem operatur ceſſio, in iuribus incorporalibus. Bar. in l. 3. ff. pro ſocio.

Iura vtilia, quando directa non ſunt penes aliquem, efficiuntur directa. Bart. in l. 28. num 6. ff. ad Trebellian.

Facta ceſſione contra principalẽ, an videatur facta cõtrà fideiuſſorẽ, vide Bar. in l. 78. ff. eo.

Ceſſionario, contrà cedentem omnia iura, quæ habebat in bonis alicuius, ad quem peruenerũt aliqua bona ex illis, ſubuenitur actione ex eo contractu. Bar. in l. 1. §. vſusfructuarius. ff. de oper. nou. nunci.

Actio merè perſonalis, non tranſit in ſingularẽ ſucceſſorem ſine ceſſione, ſecùs in actione in rem. Bar. in l. 6. §. ſi quis. ff. de aqu. pl. arcend.

Verbum, concedo, quod continet ſimplex mandatum, in incorporalib. habet uim traditionis, & eſt differentia inter cedere, & cõcedere, qa qui cedit, actiones vtiles cedit, non aũt qui concedit. Bar. in l. 36. ff. de donatio.

An ex ſolo cõtractu ſine ceſſione, trãſeat vtilis actio, vide Bar. in l. 1. n. 23. ff. de actio. & obli.

Exceptio acquirit alteri ſine ceſſione. Bar. in l. ſtipulatio iſta. §. ſi ſtipulet. ff. de verbo. oblig.

Ex interuallo agi poteſt, vt actio cedatur. Bart. in l. 95. §. ſi mandato. ff. de fideiuſ. & manda.

Actiones, quæ competunt hæredi ex ſua prouiſione, non transferuntur facta reſtitutione fideicommiſſi per Trebellianum; ſed noua ceſſione opus eſt. l. ſi hæres pecuniam. ff. ad Senatuſconſ. Trebel.

Actionem ſuam poteſt quis cedere contrà inuitum, & ignorantem debitorem. l. 4. C. de hæred. & actio. vend. ſecùs in delegatione. l. 1. C. de nouatio. & delegat.

Si pecunia per poſſeſſorem hæreditatis perdat, poſſeſſor cedendo actionem liberatur. l. 20. ff. de peti. hæredit.

Ceſſionarius nõ dr̃ ꝓpriè creditor, qa neq; aduerſarius eſt propriè debitor. l. 3. ff. fam. ercis.

Cedens iura, adhuc retinet apud ſe directam actionem, qua experiri poteſt, niſi in tribus caſibus; quorum primus eſt, ſi ceſſionarius fuerit litẽ cõteſtatus: ſecũdus, ſi partẽ debiti receperit: tertius, ſi denũciauerit debitori, ne ſoluat. l. 3. C. de nouatio. & delegat.

Vbi datur, vel ceditur actio, non eſt neceſſarius conſenſus debitoris, contrà quem actio ceditur, vel donat. d. l. 3. de nouat.

Poſſeſſio, & dominium quæruntur per procuratorem, actio perſonalis non, niſi cedatur. l. 49. §. fin. ff. de acquir. vel amit. poſſeſ.

Tutor, vel curator ceſſionem cõtrà minorem, cuius tutelã gerit, vel curã, ſuſcipere nõ pōt, & poſt adminiſtrationem depoſitã, ſub pœna, de qua in §. 1. Auth. vt hi, qui obligatas.

De hæreditate, vel actione vendita.

De actione vendita, vide per Azo. in ſumma. tit. C. eod.

Emptor hæreditatis nõ hẽt illud, qđ puenit indebitè ad venditorem, & hrđem putatiuũ, cùm illud cedat lucro ipſius. Vinc. de Fran. deci. 172. n. 14.

Hæreditas vendita, ceſſante conuentione trahit illa, quæ erant tempore mortis teſtatoris, etiam exacta per hæredem ante ceſſionem. Afflic. deciſ. 81.

Hæres vbicunq; transfert hæreditatem ad aliũ ſine ſuo dolo, licèt extinguatur actio, durat tamen effectus, & hæreditas, quando remanet penes aliquem, remanet cũ omnib. oneribus ſuis. Bar. in l. debitori. C. de pact.

Emptor iuris non hr̃ in cõſideratione, quid ex illo iure pcipiat, vide Bart. in ſuis quæſtio. q. 4.

Hæres cedens ſimpliciter ex cauſa tranſactionis hæreditatem, tenetur debita ante tranſactionem exacta, reſtituere ceſſionario, vel pecunia hæreditaria. Afflic. d. deciſ. 81.

Vendita hæreditate per hæredẽ, vel fideicommiſſarium, quid iuris, vide Fran. Marc. q. 408.

Creditor hæreditatis, qui ſponte egit contrà emptorẽ hæreditatis, intelligitur paciſci de non conueniendo hærede. l. 2. C. de pact.

Per pactum emptoris hæreditatis, fit præiudicium hæredi venditori. l. 17. C. de pact.

Si quis affirmauerit minimã eſſe hæreditatẽ, & ita ab hærede emerit, non eſt de dolo actio, ſed ex eo contractu agitur. l. 9. ff. de dol. mal.

Venditio hrđitatis hrđem non liberat, licèt cõtrà emptorẽ regreſſum habeat. l. 2. C. de lega.

Vendita hrđitate ſeruitutes confuſæ aditione, debent reſtitui. l. 10. ff. commun. prædiorum.

In emptorẽ hrđitatis nõ trãſeunt actiones, niſi quæ tunc tp̃is competebant. l. 14. ff. mandati.

Venditor hæreditatis tenetur quaſi poſsidens, non quaſi dolo deſierit poſsidere.l.45.ſi.ff.ſi quis omiſſa cauſa.

Prædium,& res comparata ex prædio,ſuccedũt loco rei in vniuerſalibus.l.72.§.fin. & l. 73. & ſeq. de legat. 2.

Alienatio hæreditatis non extinguit legatum præſtãdum ex reditu certæ rei, ſed debet adhuc p̃ſtari per hęredẽ.l.21.ff.de adimẽd.lega.

Vendita hæreditate, Prætor poteſt cogere legatarium,vt optet petente emptore hæreditatis, ſicut ſi hæres peteret, vt optaret.l.11.§. Pomponius.ff.de optio.legat.

Emptori partis hæreditatis,non accreſcit pars vacans, ſed cohæredi venditoris. DD. in l. vnica.C.quando non pẽtentium part.

Debitor hęreditatis ſi ignorans ſoluerit venditori, emptori hæreditatis obſtabit exceptio. Vincen.de Fran.deciſ.119.nu.17.

De lege commiſſoria, & eius pactis.

SI venditor apponens pactum legis commiſſoriæ cõtractui venditionis, poſt diem lapſum petat pretium,vel vſuras,renunciare videtur dicto pacto legis cõmiſſoriæ. Guid.Pap.q.174.circa medium,Hiero.Mago. deciſio. 35. Luc.l.4. C. de pact.inter empt.& vendito. compoſ.

Pactum, quòd fundus ſit inemptus, ſi emptor ſuo tempore non ſoluerit pretium,cùm cenſeatur appoſitum fauore venditoris, ita demum procedit,ſi venditor velit. Ioſeph.Lud. deciſio.Peruſ.33.

Verba hæc,res ſit inempta, vẽditio ſit nulla,vel habeatur pro non empta, quòd ſint contractus reſolutiui,& eiuſdẽ ſignificationis, ſcribit Fran. Marc.q 477.

Venditione facta per verba reſolutiua, dominium nõ transfertur, & pactum legis cõmiſſorię inemptionib.eſt permiſſum. Marc.ibid.

An tunc dominium ipſo iure transferatur,vide Marc.quęſt.452.par.2.pro affirmatiua,ſcribit Boer.conſi.3.num.23.

Pactum reſeruatiuũ dñij,donec p̃tium ſit ſolutum valet, & facit contractũ cõditionalẽ, & lapſus terminus datus ad ſoluẽdum, inducit tacitã renunciationẽ.Hier.Mag.deci.Luc.31.

Si quid ea lege vendatur, vt niſi ad diem pretium ſolutum fuerit,illud inemptum fiat, nõ eſt opus interpellatione, vt pretium ſoluatur, ſed ſtatim lapſo die ſtatuto,res efficitur inempta, & dominium reuertitur ad venditorem.l.23.in fine.ff.de actio.empt.

Formula verborum legis commiſſoriæ,& diſpoſita in hac lege, habent etiam locum in omnibus pactis habentibus vim reſolutiuam. Gaſp. Cabal.milleloq.102.

De materia legis cõmiſſoriæ in pignorib. vide plenè per eundẽ. ibid. millelo.337.& tit.ſeq.

Facta venditione ea lege, vt ad diem certũ pecunia ſoluatur, ſeu pretium,hoc dicitur pactum legis commiſſoriæ conditionale, ideò reſoluitur pretio nõ ſoluto ad diem.Gomez. Leo.deciſ.52.in deciſ.diuerſo. Tom.2.& non ſufficit hoc caſu oblationẽ pretij verbalẽ facere;nam debet eſſe realis præſente pecunia numerata, & deſpoſitata.ibid.d.deciſ.52.

Datur actio vtilis in rem ei, qui vendidit equũ lege commiſſoria,nec fuerit facta ſolutio,nã tunc proponitur vtilis rei vẽdicatio. Maran. in ſuo ſpec.tit. an ſit iudi.ciuil. vel crimi.par. 4.diſtinct.3. nu. 21.

Pactum legis cõmiſſoriæ non reprobatur, niſi inter creditorem, & venditorem, nam inter alias perſonas eſt licitũ. Guid. Pap.ſing.980.

Qualiter, & qñ dicatur pactum legis cõmiſſoriæ, & adiectionis in diem, vt ex eo transferatur dñium ipſo iure in venditorem,ſine noua traditione, vide Pet.de Raue.ſing.866.

Feudũ non põt cõſtitui,pacto legis cõmiſſorię. c.pen.de capit.qui cura.venden.in vſib.feud.

Pactum legis cõmiſſoriæ in pignorib. ab initio non valet,valet tñ ſi ex poſt facto fiat. Bar.in l.3.C.de non nume.pecu.nu.8. & etiam valet ſi ſit iuratum.Abb.conſi.95.lib.2.

Aliàs pactum ſimile pacto legis commiſſorię in pignoribus, nihil operatur.l.1.& fin.C.de pactis pignorum, &c. nam pactum ſimile legi commiſſorię,reprobatur inter debitorem,& creditorem,non inter debitorem,& tertium fideinſſorem.l.ſi.ff.de contrah.empt. & vend.

Quando pactũ ſimile legi cõmiſſoriæ reprobetur,& qñ non,vide Bar.in l.3.C.de pact.pign.

Si in venditione apponitur pactum de recuperanda re poſt certum tempus, modico conſtituto pretio,præſumitur pignus,& non venditio.c.5.ex.de empt. & vendi.

Exiſtente conditione pacti legis commiſſoriæ, fundus venditus remanet ineptus, & fructus percepti per emptorem reſtituuntur venditori,facit lex,lecta in fine.ff.ſi cert.pet.

Pactũ legis cõmiſſoriæ reſcindit vẽditionẽ ipſo iure.Bar.in l.9.§.Iulian.ff.de excep.rei iud. vide Azo.ĩ ſum.ti.C.de pact.int,empt.& vẽd.

Verba, ſi pretium nõ ſolueris tali die,res ſit inempta,quid importent,vide Bar.in §.ius bonorum,inſtitu. de bono.poſſeſ.

De materia huius legis commiſſoriæ,vide in l. 39.ff.de mino 25.ann.

Si vendidi tibi fundũ eo pacto,vt ſi ſua die totũ pretium non eſſet ſolutum, ꝙ fundus eſſet inemptus, & ſi inemptus eſſet,quòd fructus

medio

medio tempore percepti reſtituerétur,& ſub alijs pactionibus,pretio ſua die non ſoluto, actione ex eo cótractu agitur ad id, qđ actũ eſt.l.6.§.ſi fundus.ff.de cõtrah.empt.& védit.

Fundo vendito,adiecto hoc pacto legis cõmiſſoriæ,ſi parte ꝑtij ſoluta venditor deceſſerit, & emptor pupillis filijs venditoris datus tutor ſit,quid iuris, vide l.fi.ff.de reſcin.vendi.

Facta alienatione ſub hoc pacto,vt emptor retineret partem pretij, donec venditor daret fideiuſſorem: poſteà appoſito pacto legis cõmiſſoriæ, ſi venditor nõ dederit fideiuſſoré, non reſoluitur venditio,etiá ſi extiterit cõditio pacti legis commiſſoriæ.ibid.d.l.fin.§.fin.

Pactum legis commiſſoriæ, non reddit venditionem conditionalem,ſed facit eá ſub conditione reſolui: ideò interim poteſt res vſucapi,titu.pro emptore,cùm adſit verus titulus.l.2.§.Sabinus.ff.pro empto.

De commiſſoria lege in pignoribus reſcindenda.

Fideiuſſor pro certa ſumma,cui ſit res hypothecata pro cõſeruatione indemnitatis, paciſci poteſt, quòd ſoluendo,res intelligatur data in ſolutum pro dicta ſumma, max. quando tale pactũ fuit adiectũ ex interuallo, vide Hiero. Mago.deciſ.23.Rot.Flor.

Legem pignoris commiſſoriam reſciſſam quidem, ſed ſi debitor intrà certum tempus nõ ſolueret, rem, quanti ea æſtimaretur emptã fore conuentum fuerit, valere conuentionem lapſis duob. menſib. poſt diem dictam, obſeruatur apud Gallos,vt habetur ex libris placit.curiæ lib.10.de pactis pigno. titu.4.in deciſ.diuerſo.vide Pap.lib.11.tit.3.arreſt.2.

Pactum legis commiſſoriæ non reprobatur inter alias perſonas, ſed ſolùm inter creditorem,& debitorem. Guid.Pap.ſing. 980.

Dato pignore in ſolutum lapſo certo tempore, non facta ſolutione, poſt tale rempus,debitor poteſt moram purgare, & ſoluere reperendo pignus.Hippol ſing.468.

Pactum legis cõmiſſoriæ in pignoribus ſit hoc modo, ſi debitor pecuniam mutuatam non ſoluerit intra certũ tempus, habeat creditor rem obpignoratam emptã,pro pecunia mutuata, quod pactum regulariter non valet. Guid. Pap.q. 6. vide Fran. Marc.q.8.& q.59. par.1.& q.166 par.2.

Limita,quãdo fieret tale pactum ex interuallo, qa tunc valeret. ibid.Guid.d.q.6.Abb.conſi. 69.lib.2.l.34.ff.de pigno. act. quod intellige ad excipiendum, non autem ad agendum. ibid.d.q.6.vide Marc. q. 54. & q. 166.part.2. vbi videtur tenere contrarium.

Secundò limita,ſi dictum ſit, vt creditor haberet rem hypothecatam iuſto pretio ad æſtimationem proborum.Guid.d.q.6.Marc.d.q. 166.l.16.§.fin.ff. de pignoribus.

Tertiò limita,vbi tale pactum eſſet iuratum,qa iuramentum obligat iurantem ad obſeruantiam ipſius pacti; non tñ ex ipſo,conualidat cõtractus. Guid. Pap.ibid.vide Marc.q.8.54. par.1.& q.166.458.& 512.par.2.Abb.cõſi.95. li.2. Guid.ſing.477.& c.pen.ex. de pigno.

In obligatione generali bonorũ, ſi apponatur pactum,quòd ſi ad diem non ſoluerit debitor, vna res ſit empta de rebus obligatis, ad electioné creditoris, valet tale pactum.Bar. in l.16. ff. de pigno num.4.

An ſi aliquis acceperit pecuniã mutuo,non dato pignore,ſed adiecto pacto, ꝙ ſi nõ ſoluerit itra tale tẽs, talis res ſit creditori empta, an valeat tale pactũ, vide Guid.d.q.6.nu.3.

Creditor pacti legis cõmiſſoriæ fructus perceptos in ſortem computare tenetur, intereſſe tamen lucri ceſſantis poſt moram,ſi ſolitus ſit negotiari, & paratã mercaturam habeat, petere poteſt. Marc.q.167.par.2.

Si is, qui ſub pacto legis cõmiſſoriæ pignorauit ré ſuá,& iurauit nõ contrauenire, iuſtè impeditus intra dié ſtatutũ non redemerit, poſt diem redimere poterit.c.pen.ex de pigno.

Pacto non poteſt fieri,vt in pignorib.habeat locum pactum legis commiſſoriæ.Bart.in l.39. nu.6.ff.de pact.& quare nõ valeat,ſi apponat incontinenti,vide Bar.in l.34.ff. de pign.act.

Iudex æſtimat iuſtum ꝑtium pignoris, quando eſt appoſitum pactum,ꝙ debito non ſoluto, creditor habat pignus emptũ, iuſto pretio. Bar.in l.16.ff. de pigno.

Pactũ de pignore dãdo in ſolutũ, non ꝑiudicat debitori poſſidenti.l.45.ff.de ſolut.& libera.

Vide de materia in tit.prox.præced.

De in diem additione.

Exiſtente conditione pacti additionis in diem, emptor ipſo iure deſinit eſſe dominus; ideò non poterit vendicare.l.42.ff.de rei vẽdi.

Si in diem addictio facta ſit, idest, niſi quis meliorem conditioné attulerit perfecta ſit venditio, dicitur pura ipſa venditio, reſoluitur tamen ſub conditione, & iterim ꝓcedit pſcriptio.l.2.ſi in diẽ.ff.pro emptore.

Fundo in diem addicto,cõmodum,& incõmodum omne ad emptoré pertinet, antequàm conditio

conditio melior ſit allata,ſed poſt,quicquid conſequutus fuerit,tenetur reſtituere venditori.l.11.§. ſi fundus. ff.quod vi aut clam.

Quid ſit pactũ addictionis in diem,& quando dicatur melior conditio allata,vide p Azo. in ſumma,titu.C.dè pact.int.empt. & vendit.

Pactum additionis in diem, reſcindit vẽditionem ipſo iure. Barto. in l.9.§. Iulianus. ff. de except. rei iudi.

An retrò transferatur dominium ipſo iure, vide Marc.q.452.par.2.

Venditio rerum fiſcalium ſemper vr̃ fieri, ſub pacto additionis in diem;ſecùs in venditione rerum Ciuitatis (niſi habeat priuilegiũ.) Bar.in l.21.§.fin.ff.ad municipales,vel patrimonialium; ideò in primo caſu durante tempore luicionis,ſi ſuperuenerit ſecundus, qui plus offerat ille præfertur,& tale tempus durat per 20. dies. (idem in rebus minoris, & Eccleſiæ)ſed in ſecundo caſu,ſtatim emptor eſt ſecurus.Fran.Marc.q.565.

De dationibus in ſolutum.

CEſſio tunc dicitur fieri periculo ceſſionarij, quãdo nomen debitoris ſimpliciter in ſolutum datur: ſecùs verò quando ceduntur actiones ſolutionis cã; quia tunc periculo cedentis,ſacta dicitur ceſſio. Ozaſ.deciſ.62.nu.7.

Mulier dans nomen debitoris in dotẽ marito, ille contrà debitorem ceſſum agere poteſt. ibid.nu.11. & tunc ceſſi nominis periculum principaliter ad mulierẽ ſpectat, niſi culpa mariti interuenerit.Ozaſ.d.deciſ.62.num.12.

Marito vrgente ad inopiã,poterit mulier debitoribus ceſſis denunciare, ne ſoluãt marito. ibid.nume.12.

Datio in ſolutum habet vim emptionis,& venditionis. Afflic.deciſ.335.nu. 18. qñ facta fuit pro pecunia debita. Rot.Genu.deciſ.4.nu.4.

Datio in ſolutum rei certæ pro debito,cenſetur emptio,& venditio, quod procedit,ſi ſequutum eſt appretium: nam tunc transfertur dominium, & creditor facit fructus ſuos; ſecùs non ſequuto appretio. Afflic. deciſio. 368. vide deciſ.369.ibid.tamen appretium præſumitur ex curſu temporis. Afflic.ibid.

Quãdo datio in ſolutum dicatur propriè alienatio, vt veniat ſub nomine alienationis, & qñ impropriè, vide Ioſ.Ludo.deciſ.Peruſ.60.

Statutum loquens in contractu venditionis,nõ videtur habere locum in contractu dationis in ſolutum.ibid.num.3.vide num.9.& Cabal. milleloq 96.Dec.conſi.586.

Minor non poteſt in ſolutum dare bona ſua,ſine decreto Prætoris: quia datio in ſolutum emptioni æquiparatur.Menoch.de arbit.caſ. 171.nu:50.& 51.l.15.C. de prædijs minorum.

Ille, qui habet rem tit.dationis in ſolutum,eſt ſimilis emptori.l.15.ff.ex qb.cauſ.in poſſ.eat.

Datio in ſolutum primæuam obligationem nõ tollit,quando eſt ipſo iure nulla; alias ſecùs. Afflic. deciſ.335. nu.18.

Datione in ſolutum rei debitoris, vel per tranſactionem receptæ,cenſetur ſublata prior hypotheca, niſi fuerit expreſsè retenta. Boer. deciſ.332.in fine & deciſ.337.

Fallit,quãdo datur in ſolutum ſpecies pro ſpecie, & in cauſa dotis.Boer ibid.d.deciſ.337. facit l.98. ff.de ſolutio.& libera.

Datio in ſolutum vim ſolutionis habet, & re in ſolutum data euicta,agitur ex contractu dationis in ſolutum,nõ autem primæua actione,niſi recipiens in ſolutum ſibi reſeruauerit antiqua iura. Vincen.de Fran.deciſ.50.

Quando res datur in ſolutum cautela eſt proteſtari, quòd per illam dationem in ſolutum creditor non intendit recedere ab hypotheca,vel à fideiuſſorum obligatione, alioqui ſi res eſſet aliena, & debitor non ſoluendo, creditor eſſet in periculo. Cabal. milleloq. 653. Rebuff.in ſuis comment.tracta.de litte. oblig. artic.12. glo.1.num.20. vide Bart.in l. 46.ff.de ſolutio. & libra.

Debitorem fallitum ſcienter tradens, tenetur actione de dolo ad intereſſe, & non liberatur ab obligatione, ſed quando præſumatur ſciens, vide Natt.conſi.342.

Quãdo debitor dedit in ſolutum creditori ſuo rem aliquam adiecto pacto,ꝙ creditor illam teneret donec ſuum creditũ repetierit,tunc eſt in facultate dicti creditoris petendi creditum,& remittere rem,ſed non poteſt cogi. Menoch. conſi.201.lib.3.nu 42.

Lite mota,creditor debet denunciare debitori rem in ſolutum danti, & ipſa re in ſolutum data euicta,an agatur vtili ex empto, an verò duret actio prima ad debitum, vide Bart. in l.8,C,de ſenten.& interloc.omn.iudi.

Pactum qñ aliquid datur in ſolutum,ſi apponatur,ꝙ ſi contingat rem euinci, à prima obligatione non diſcedatur, eſt vtile, vide Bar. in l. 46.ff.de ſolutio.& libera.

Re in ſolutum data euicta,debitor tenet de euictione.l.24.ff.de pign.act. & l.4.C.de euictio.

Dans nomen in ſolutum, non tenetur de euictione, ſi pignora nominis euincantur. l. 68. §.creditor. ff.de euictio.

Si detur in ſolutũ res,quæ poteſt euinci,& non, ex futuro euentu apparebit, an debitor fuerit perfectè liberatus.l.98.§. rem. ff. de ſolutio. & libera.

Datio in ſolutum rei alienæ valet, etiam ſi recipiens ſciebat alienam; tamen domino rei (ẽt. mobilis) datur actio contrà recipientem ad rem, vel ad pretium. Afflict. deciſ. 369.

Creditor aliena bona in ſolutum recipiẽs, quo caſu ad intereſſe teneatur, & qñ in malafide conſtituatur, vide Affli. ibi. nu. 5. 6. & 9.

Fructus cõputantur in ſortem, re loco pignoris tradita, qđ in dubio præſumitur, & nõ inſoluium data. Afflict. deciſio. 373. nam res in dubio non præſumitur tradita, vt dominium transferatur, quare tunc creditor præſumit̃ iure pignoris, & nõ dominij poſsidere. Affli. ibi. nu. 3. & 6. Rebuff. in ſuis commen. Tom. 2. tract. de præco. & licita. art. 1. gl. 1. num. 3. ſed vide Menoch. de arbitra. libr. 2. caſ. 201. lib. 3. tamen res data pro reſtitutione dotis, in dubio præſumitur potius data inſolutũ, quã remiſſa iure pignoris. Menoc. cõſi. 229. lib. 3.

Debitor compelli non poteſt ad pignus inſolutum tradendum: ideò qui allegat dationẽ inſolutum, eam probare debet, etiam ſi poſſideat. ibid. Afflict. num. 4.

Mulier poteſt pro dotario petere ſibi aſsignari terras ſuis vicinas, & cohærentes: Idem in alio creditore. Capic. deciſ. 42.

Creditor, cui debitor vult in ſolutum dare bona, poteſt petere, quæ ſunt meliora. Capic. d. deciſ. 42. num. fina.

Quãdo hoc poſsit facere debitor, vide per Ioſ. Lud. deciſ Peruſ. 65. Pet. de Beninten. dec. 28. Tho. Minad. deci. 2. num. 4. Rot. Auenio. 99. in deciſio. diuerſo. Tom. 3.

Quòd creditor cogat̃ accipere in ſolutum de bonis melioribus debitoris, tradunt Capic. deciſ. 169. Capel. Thol. quæſt. 68. & Ioſ. Ludo. deciſ. Peruſ. 65 par. 2. vbi ſcribit limitationes, quid iuris in hac patria, attẽtis nouis ordinibus, & an per illos deroget̃ iuri cõmuni, vide Perilluſt. D. P. Teſſau. deciſ. 153.

Debitor, ſi patitur litem conteſtari, teneť ſoluere pecuniã, vide tñ Ioſ. Lud. dec. Peru. 65. pt. 2.

Debitor, vt poſsit dare inſolutum meliorem rem, quam habet, creditori ſuo iuxta authen. hoc niſi. C. de ſolutio. quæ obſeruare dẽat, vide Natt. conſi. 344.

Quòd poſsit dare, ſi non habet pecuniã, ſcribit Guid. Pap. ſingul. 941. fallit quando iurauit ſoluere; nam tunc cogitur ad ſoluendũ. Rol. conſi. 6. num. 44. volu. 1. & conſi. 53. num. fina. vide Ioſ. Lud. dec. Peruſi. 65. par. 2. & Perilluſt. D. P. Teſſau. deciſ. 153.

Creditor tenetur inſolutum recipere rem meliorem ſui debitoris, quando debitor emptorem non inuenit: ſed Eccleſia rem etiam non meliorem, dare poteſt. Ludou. Roma. ſing. 815.

Debitor non poteſt cogere creditorẽ, vt accipiat inſolutum nomen ipſius debitoris, niſi debitor eſſet omnino non ſoluendo. Guid. Pap. ſing. 885.

Dominium rei datæ inſolutum à debitore creditori vſurario, non transfertur in ipſum fœneratorem, vide Menoch. conſi. 300. libr. 3. & tunc fœnerator, non poteſt in alium transferre, & eam alienare, nec dare alteri inſolutum, ita vt deſinat eſſe vſuraria. Menoch. ibi. nu. 64. minus poteſt Iudex cogere creditorem fœneratoris, ad accipiendum inſolutũ creditũ manifeſtè vſurarium. Menoch. d. conſi. 300.

Contractus dationis inſolutum præſumitur fœneratitius, modicitate pretij concurrente, cum pacto de retrouendendo. Caſſad. deciſ. 2. tit. de vſuris. tamen in datione inſolutũ, nõ ita vrget exceptio ſimulationis, propter pactum de retrouẽdendo, & modicitatẽ pretij, ſicut in contractu venditionis. Dec. cõſ. 309.

Remedium legis. 2. C. de reſcind. vend. habet ẽt locum in datione inſolutum. Ioſeph. d. deciſio. 60. num. 8.

Datio inſolutũ poteſt fieri volũtariè, & coactè. Ioſ. Lud d. deciſ. 60.

Aliud eſt dare nomẽ inſolutũ, & cedere actionem, & aliud cedere actiones contrà debitorem ſolutionis cauſa creditori ſuo: quia in primo caſu, periculum nominis tranſit in ceſsionariũ, ſed in ſecundo eſt cedẽtis. Rot. Genu. deciſ. 2. nu. 26.

Nomen debitoris datũ æſtimatum (licèt inexigibile) recipienti præiudicat, ſed quãdo, vide Vincen. de Fran. deciſ. 108.

Recipiens nomẽ debitoris nõ ſoluẽdo ſciẽter, ſibi præiudicat; ſecus ſi ignoranter. ibid.

Ceſsio pro ſolutione partis debiti, nulla certa quãtitate expreſſa valet, & ceſsionarius rem vendicare poteſt, nec ordo datus per cedẽtẽ ante factam ceſsionem, de re alteri tradẽda, ceſsionario præiudicat, re adhuc integra. Rot. Genu. deciſ. 13. tamen datio inſolutum ſimpliciter facta à parte, quantitate non expreſſa, non valet, ſicut nec emptio. Bart. in l. à Diuo pro. §. ſi pignore. ff. de re iudi. licèt datio inſolutum facta à Principe ſimpliciter valeat, & facta ita ſimpliciter, intelligit̃ facta pro toto debito. Bart. ibid.

Ceſsio rei vltra debiti valorẽ, vel adiudicatio valoris vltra creditum, an valeat pro concurrẽti quãtitate, vide Rot. Gen. dec. 13. nu 36. & Bar. in l. 26. §. ſi centum. ff. de condict. indeb.

Datio in ſolutum, non præcedẽte ſubhaſtatione eſt nulla, quãuis factis ſubhaſtationibus valeret. Iac. Put. dec. 252. lib. 2.

Surrogatus in locum alterius, eodem iure vti debet. Vera. deciſ. 227. par. 2.

Licèt non fuerint liquidati introitus baronales, ſi tamen eſt facta datio in ſolutum terrę creditori, dicitur translatum dominiũ prædiorum introituum, ſeu functionum fiſcaliũ. Vincen. de Fran. deciſ. 24.

Datio inſolutum in totum annullatur, ſi erret in debito; nõ autem ſi in re plurimi valoris; nam tunc valet pro concurrente quantitate. Mago. deciſ. 109. Rot. Floren.

Datio inſolutum cum pacto, q res æſtimetur. & pro ſumma æſtimata remanear creditoris, an valeat, vide Creſcen. deciſio. 1. aliàs. 39. tit. de ſolutio.

Dationi in ſolutum cenſetur renunciare potens debitum, aut pecuniam debitam. Crau. conſi. 109. nu. 4.

Datio in ſolurum de re creditoris facta, non nocet ipſi creditori, quominus poſsit exigere debitum. Crau. conſi. 1. pro genero nu. 412. limita, quando à creditore res auelli poteſt. ibid. num. 423.

Iudicis arbitrio iudicatur, quod certũ ſit pretium in ſolutum datione. Menoch. de arbitra. lib. 2. caſ. 143.

Quando iudicialitèr creditori in ſolutum dat res, quam ſimpliciter acceptauir, pro toto debito accepiſſe videtur; ideò bonum eſt, vt ipſe creditor declaret, pro qua quantitare illam accipiat, vt ius ei ſaluum ſit pro reſiduo. Rebuff. in ſuis comment. de litter. oblig. arti. 31. glo. 1. num. 11. Tom. 1.

Si pignus detur creditori in ſolutũ ſimpliciter, præſumitur datum pro toto debito, quod videtur procedere in pignore iudiciali, non conuentionali, ſecundum glo. in l. 15. §. ſi pignora. ff. de re iudi.

Præſumitur pro validitate dationis in ſolutum, factæ cum decreto Dec. conſ. 209. par. 2.

Fraudis præſumptiones, ex quibus contractus venditionis arguitur, non habẽt locũ in datione in ſolutum. Dec. conſi. 209.

Datio in ſolutum legitimè facta, retractari nõ poteſt. Dec. conſi. 558. & conſi. 592.

Pater, qui cõnſumpſit mulra bona aduentitia filiorum, poteſt loco ipſorum bonorum cõſnmptorũ, dare filijs alia ſua bona in ſolutũ. Menoch. conſi. 196. lib. 2. nu. 25.

Debitor in certa quantitate dans pignus cum pacto, quòd ſi tali rempore nõ ſoluerir, creditor haberet pignus in ſolutũ, poterit poſt tp̃s moram purgare ſoluẽdo. Hipp. ſing. 468.

Ex datione in ſolutum, quando tranſeat vtilis actio ſine ceſsione, & mandatum procuratoris in rem ſuam, quando finiatur morte, vide Bart. in l. 1. C. de act. & obliga. vbi plenè de materia, & in l. in ſolutum. C. quando fiſcus, vel priuatus.

Pactũ, quòd liceat creditori, non ſolùm ingredi poſſeſsionem, ſed etiam in ſolutũ accipere bona, ſua auctoritate, an valeat, vide Bart. in l. 3. lect. 2 nu. 13. C. de pignoribus.

Debitor debitoris mei, ſi ſciat nomen ſuũ mihi eſſe obligatũ, licèt ipſum nõ cercioranerim, non tamen licitè põt creditori ſuo ſoluere. Bar. in l. 4. C. quæ res pignori.

Pactum, quòd ſi pignus non redimatur, cedat in ſolutum, appoſitum incontinenti non valet; ſecùs ſi ex interuallo. Barto. in l. 2. C. de pact. pigno.

Si apponatur pactum, quòd debito non ſoluto ad rempus, pignus ſir creditoris pro debito, hoc dicitur pactũ legis commiſſoriæ reprobatum, ſi verò apponitur pactum, quòd debito non ſoluto, ſit creditori emptum iuſto pretio, non reprobatur. Bar. in l. 3. C. de pact. pigno. vide eundẽ Bar. in l. 34. ff. de pign. act. cũ ipſa. l. 34. & tunc Iudex æſtimat iuſtũ p̃tiũ. Idem Bart. in l. 16. §. poteſt. ff. de pignoribus.

In obligarione generali bonorum, ſi apponat pactum, quòd ſi debitor ad diẽ non ſoluerit, vna res ſir empta de rebus obligatis, ad ipſius creditoris electionem, valet tale pactũ. Barto. ibid. num. 4.

Licèt in pignoribus pactum legis commiſſorię ſit reprobatum; tamen datio in ſolutũ valer, vide Crau. conſi. 115.

Datio in ſolutum non habet effectũ ante mẽſurationem, & datio rei proprię in ſolutũ, nõ tenet. Bar. conſi. 121. vol. 1. & vbi nomen debitoris datur in ſolutum, vel ex cauſa venditionis, competunt vtiles actiones. l. 2. C. de actio. & obliga.

Dans nomen in ſolutum cedit vtiles, non autẽ mandat directas, niſi ſpecificet. l. fin. C. quando fiſcus, vel priuatus.

Si pignus eſt datũ creditori in ſolurũ, incõmutabiliter tenet datio. l. 13. C. de pignori. Ideò datio in ſolurum ex pacto, non põt per pœnitentiam reuocari. l. 10. C. de ſolutio.

Si fundus in ſolutum datus per induſtriam creditoris melior factus fuerit, non propterea debet reſtitui debitori, etiam minori. l. pen. C. de ſolutio. & libera.

Si debitor habẽs multos debitores dant vni eorum pignus, illud nõ reuocatur; niſi in fraudem aliorum creditorum datum ſit. l. 22. ff. quæ in fraudem creditorum.

Pactum de pignore dando in ſolutum, non præiudicat debitori poſsidenti. l. 45. ff. de ſolutio. & libera.

Vendere prohibitus, non prohibetur dare in ſolutum. Boer. deciſ. 49.

Qui habet poteſtatem vendendi, non põt ſibi ipſi dare rem in ſolutum. Rot. Genu. deciſ. 4.

Simu-

Simulata non dicitur datio in ſolutum, ſi creditum verum eſt; aliàs ſecùs. Paul. Aemil. deciſio.152.part.3.

Si quis promiſerit infra annum dotẽ flo. 1000. reſtituere mulieri, & ſi non ſoluerit dederit ex tunc, prout ex nunc quædam bona in ſolutum, cum pacto, ſi talia bona euincerẽtur, ipſa haberet regreſſum ad doris quantitatẽ, elapſo anno nolẽs mulier acceptare dationem in ſolusum, poterit petere dotis quantitatem: quia dicta datio in ſolutum, hẽt locum ſolùm, ipſa volente. Dec. conſi.12. contrarium tamen ſcripſerunt Soc. Iunior. conſ. 41. & 44. libr. 3. Afflict. deciſio. 368. Alcia. conſi.109. Lauren. Silua. conſi.12. vide Excel. P. Teſſau. deciſio.447.

Actio litigioſa, vel dubia, non poteſt in ſolutũ fiſco dari ſpontè recipienti: Idem in Repub. l.1. & 2. C. ne fiſc. vel Reſpnb. procura.

Ceſſa perſouali actione tit donationis in ſolutũ, vel tit. venditionis, hypothecaria ẽt intelligit̃ ceſſa, ſiue veniat ex obligatione generali, ſine ſpeciali. l.6. & 7. C. de actio. & oblig.

In dote exigenda, debet iuris ordo ſeruari, nec citra ſolemnitatẽ, debẽt ꝓ dote vxori bona mariti in ſolutum dari. l.1. C. ne ꝓ dote mul.

De materia, vide ſupra tit. de commiſſoria lege in pigno. reſcind.

De diſtractione pignorum, de licitationibus, ſubhaſtationibus, & venditione facta ſubhaſta.

CReditor pignus vendens ſe creditorem eſſe probare tenetur, nec ſufficit aſſertio ipſarũ partium, ꝙ creditor eſſet. Ozaſt. deciſ.172. nu.4.

Citari an debeat pars in ſubhaſtatione pignorum iudicialium, vide Afflict. deciſ. 358. num.3.

Debitor per adiudicationem indiclalẽ, priuat̃ dominio rei ſuæ. Afflict. deciſ.358. nu.4.

Facto vltimo incantu, & re deliberata, quis dicit̃ verus poſſeſſor ipſius rei, abſq; alia reali traditione. Guid. Pap. q.22.

Si debitor in fraudem creditoris vendat rem pignori captam, & incantatam, & demum alteri deliberatam, quis præferat̃, an ſi licet emptor, qui emit à debitore, vel ille, cui res fuit deliberata, vide Guid. Pap. q.81.

Exequntori pignoris vendẽdi onus incũbit, nõ parti, & creditori bona ſubhaſtata, qñ adiudicanda, vide Afflict. deciſ. 358. nu.5.

Pignoris adiudicatio facta plus debito ruit in totum. ibi. nu.7.

Adiudicatio facta in maiori quantitate debiti, non valet: ſecùs ſi in re minoris valoris; nam tunc valet pro concurrente quãtitate, & per conſequens adiudicatio annullatur, ſi erretur in debito, non autem ſi in re plurimi valoris. Mago. deciſ.109. Rot. Floren.

Debitor in exequutione ſententię tradens creditori fundum, poteſt poſteà offerre pecuniam, & vendicare fundũ fructibus in ſortẽ cõputatis: quia præſumit̃ tradidiſſe iure pignoris, & non in ſolutum. Afflict. deciſ.273.

Debitor, vtrum habeat ius offerẽdi contrà creditorem, qui virtute inſtrumenti cæpit poſſeſsiouem rei debitoris, & obtinuit decretũ adiudicationis, dum pendebat appellatio, vide Capic. deci.202. quando debitor poſsit offerre creditori debitum, & reſoluere adiudicationem, vide Mago. dec.132. Rot. Florẽ.

Res pro exequutione capta, & vendita Iudicis auctoritate, domino cũ fructibus reſtituit̃, ſoluto debito, quando in venditione dolus interuenit, & ſolẽnitas debita, nõ fuit ſeruata. Gome. Leo. deciſ.19. in deciſio. diuerſo.

Licitatio expeditur ſpacio 20. vel 30. dierum in venditione rerum fiſcalium, Eccleſiæ, vel minoris, in alijs ſtatur arbitrio Iudicis. Capic. deciſio. 36.

Licitatio fieri non poteſt, (niſi ſemel) elapſo termino, in præiudicium tertij, cui ius quæſitum eſt ex oblatione. Capic. ibi. nu.5.

Fallit primò, ſi perſona, quæ licitationem petit itterari, eſſet priuilegiata, vt minor, vel Eccleſia: Secundò, ſi in primo termino nemo obtulerit: Tertiò, ſi ex verbis ſtatuti aliud induceretur. ibid. num. fina. vide Pap. lib. 18. titu.6. arreſt.1. & 3.

Licitator an, & quando admittatur factis ſubhaſtationibus, vide Mag. dec.132. Rot. Florẽ. Pap. lib.13. tit.9. arreſt.1. & lib.18 tit.6. arre.14.

Licitator primus, an liberet̃ alio plus offerente, ſi ille aufugiat, vide Boer. deciſ.248. Pap. lib. 13. titu.9. arreſt.2. Rebuff. in ſuis commenta. tract. de præcon. art.7. gloſ.1. nume.10 Fran. Cremen. ſingu.41. non liberari, niſi ſecunda oblatio fuerit per partem acceptata, ſcribit Cabal. milleloq.819. vide Caſſan. in cõſuetu. Burg. tit. *des rentes* Rub.5.§.2. gl.2. nu.22. Bart. in l.9. ff. de publicanis.

Sola vltimi licitatoris oblatione, primus non liberatur; tamen adiudicatione vltimo licitatori facta, præcedens liberatur. Aegid. Magiſt. tract. ſubhaſt, c.20. in deciſio. diuerſo. fol.198. ſed quando vltimus licitator, non eſt ſoluendo, quid iuris, vide ibi, cap.36.

Iudex tenetur, ſi vltimo licitatori non ſoluẽdo

rem

rem addiceat. Aegid.ibi.cap.20.

Subhaſtationes, & cridæ, non vocato regio procuratore, ſi eius intereſt, sút ipſo iure nullæ. Boer. deciſ.277.nu.5.

Oblationes licitationum cum illa conditione, q pecunia non liberetur creditori, niſi cum cautione de reſtituendo, cui ius permiſerit, debêt admitti, & tunc ſi creditor præſtiterit talem cautionem, debitor tenetur aliá præſtare, de ſeruando ipſum creditoré indemné. Vincen.de Fran.deciſ.200.

Quouſq; poſsit res incariorari, vide Ioan.Gal. quæſt.2.in deciſio.diuerſo.Pap.libr.18.titu.6. arreſt.14.l.4. C.de fide inſtrumen. & de iure haſt.fiſc.lib.10.vbi de materia alienationum publicè factarum.

Quando aliquis inſtat, q bona ponãtur ad cridas, dicitur actor, & cõtradicés, dicitur reus. Rol.conſi.72.volu.3.nu.46.

Tempus ſubhaſtationum in rebus fiſci, Eccleſiæ, & minorum, eſt 20. dierum, in alijs eſt arbitrariũ. Bar.in l.8.ff.de public. & vecti.

Solemnitates in re vendita per licitationé, an præſumantur, vide Cabal.milleloq.820.

Vide de ſubhaſtationibus tract. Aegid.Magiſt. in deciſio.diuerſo.fol.191.

Quare ad valuas templi relinquendum ſit programma, & quo idiomate concipi debeat, vide ibi.Aegid.cap.9 fol.195.

Quælibet adiudicatio tacitè intelligitur facta, cum oneribus ſuis, nempè, cenſus, ſumptuum ſubhaſtationum, & iurium dominicaliũ feudalium, & ſi in omnibus proclamationibus nihil dictum ſit, vide ibi.capit.28.fol.203.

Item ipſa res adiudicata, tranſit cum onere ſeruitutum, vide ibid. cap. 9.

Dilatio à lege indicta, nõ poteſt à Iudice prorogari, ſed an poſsit Iudex prorogare tépus introductum ad licitationes faciendas, vide ibi.cap.30 fol.205.

Ad licitandum nemo admittendus eſt, poſt decreti adiudicationem. Idem Aegid. ibi.c. 35. vide Pap.lib.18.tit.6.arreſt.2.

Adiudicatarius, alieno ſe nomine licitatum aſſerés, licitationi nihilominus ſatisfacere cõpellitur, ibi.Aegid. cap.37.

In venditione, quæ fit ex decreto Iudicis, non habetur fides de pretio: ideò licitator debet habere pretium præ manibus. Aegid. ibid. Rebuff. in ſuis commen. tracta. de præcon. art.7.nu.22.aliàs poteſt incarcerari. Pap. lib. 18.tit 6. arreſt.15. & ante non põt re vti.ibid.

Diluendarum oppoſitionum gratia ſumptus facti, ſubhaſtationis impenſis, non annumerantur. Idem Aegid.ibi. cap.41.

Proclamationes debent fieri in proximo foro, vel in alio celebriori, ſumptibus requirentis, cuius intereſt, fiunt etiam in die dominio coram populo exeunte à Miſſa parochiali. Papon.lib.18.tit.6.arreſt.17.

Debitor cuius res diſtrahitur auditur, ſi pendentibus proclamationibus, & ſubhaſtationibus, vellet alienare nemus exiſtens in prędio proclamato depoſito, & remiſſo tamẽ pretio apud Iudicem, vel commiſſariũ. Idem Pap.lib.18.tit.6.arreſt.19.

Commiſſarius deputatus ad diſtrahendum, nõ poteſt hoc munus ſibi impoſitum alteri remittere, ſine conſenſu eorum, quorũ intereſt. Pap.ibi. arreſt.20.

Præſente, ſiue abſente debitore, res poteſt proclamari, & diſtrahi. ibi. arreſt.23.

Sumptus, & expenſæ proclamationũ, & ſubhaſtationum, fiunt de pretio rei diſtractæ; ſecus in expenſis factis inter opponentes. Pap.lib. 18.tit.6.arreſt.24.& 38.

Licitationes, q̃ fiunt pro re cõmuni cũ minore diuidenda, ſunt periculoſæ. Pap.ibi.arreſt.27.

Proclamationes debent fieri ad minus coràm decem, & his verificari.ibi.arreſt.28.

Proclamationes debent eſſe certæ: ideò quæ veniant obſeruanda circa illas, & alienationes, quæ fiunt ſubhaſta; vide Pap. ibi.arreſt.29.

Defectus ſequeſtrationis rei, annullat proclamationes, & alienationem ſubhaſta factã. Idé arreſt. 31. ibid.

Diſtractio rei nõ dẽt fieri, niſi auditis omnibus opponentibus.ibi.arreſt 33.

Habens ius in ſpe poteſt ſe opponere, non ad impediendam executionem, ſed vt ius ſuum ſibi ſaluum ſit, adueniente cõditione. Pap.ibi. arreſt.39.

Quando venduntur bona debitoris in emẽdo, præfert creditor, vel agnatus alijs extraneis. Maran.in ſuo Spec.diſputa.8.

Debitor plus offerens, dẽt admitti dũ vẽdunt bona ſua, q a nil obſtat, quominus bona ſua emere publicè poſsit. Rebuff.in ſuis commẽ. tract.de litte.obliga.art.5.nu.13. Tom.2.

Proclamationes ſermone patrio fieri debent, & leges. Rebuff.ibid. Tom.2.tracta.vt contract. teſtat.ſenten.glo.1.num.6.fol.574.

Quis ſit pręco, quid programma, ſubhaſtatio q̃, licitator quis, vide Rebuff.ibi. Tom.2.tract. præco.licit.& ſubhaſta. fol.597.

In ſubhaſtationib.& licitationib.cõſuetudines, & ſtatuta locorum ſunt ſeruanda, tàm in tẽpore, quàm in forma, vide ibi.nu.14.

Solẽnitates proclamationũ à partibus remitti non poſſunt.ibi.nu.18.

De alijs ſolẽnitatibus, quæ debent interueniri in ipſa alienatione, & ſubhaſtationibus, vide per Rebuff.ibi.gloſ.2.

In ſubhaſtationibus, ſi quis pecuniã obtulerit

obligatur ex ipſa oblatione. Rebuff. ibid. art. 4. glo. 1. nu. 34.

Quando imponitur pœna opponenti ſe iniuſtè ſubhaſtationibus, quæ concurrere debeant ad hoc, vt quis ad illam pœnam teneatur, vide Rebuff. ibid art. 5. glo. 1.

Plus offerenti res licitata eſt adiudicanda. Rebuff. ibi. art 7. gl. 1. n. 18. quid in Eccleſia. ibid.

Solemnitates in re vẽdita per licitationem interueniſſe, quis probare debeat, vide Rebuff. ibid. num. 23.

Proclamationib. & cridis, arguitur bona fides. Dec. conſi 410.

Offerens fraude maius p̃tium pro re, q̃ ſubhaſta venditur, ad hoc, vt carius ematur, tenet̃ pęna criminis ſtellionatus. Lud. Rom. ſing. 573.

Offerenti plus, res minoris, vel Reipublicæ ſubhaſtatæ conceduntur, nec gratificationi locus eſt: fallit in reb. Eccleſiæ, q̃ iuſtũ pretiũ offerenti, deliberantur. idem Roma. ſing. 762.

Quando res venditur publicè p̃cedentib. ſolẽnitatibus, & ſubhaſtationib. à iure requiſitis, qualiter procedatur, vide Bar. in l. 4. C. de fid. inſtrum. & de iure haſt fiſc. lib. 10.

Si aliquis vadat ad licitãdũ, & p̃mittat notario ſcribente, obligatio inter emẽtẽ, & vẽdentẽ oritur. Bar. in l 9 ff. de publica. & vectig.

Ille, cuius bona vendunt̃, obligatur ad vendendum plus offerenti, quando hoc in proclamate fuit dictum, niſi prius reuocet, antequã alius promittat, vel niſi abſint illa verba, & plus offerenti deliberabitur. Barto. in d. l. 9. de publica. nu. 4.

Emens rem ab executore, debet habere ſententiam, & acta, per quæ probare poſsit ſententiam valere. Bar. in l. 58. ff. de re iudic.

Creditor proclamari faciens bona ſui debitoris (etiam quæ ab alio tenebat) quare illi tertio pariat pręiuditium, vide Boer. deciſi. 112. num. 10. & deciſio. 141.

Creditor, qui habet poteſtatẽ vẽdendi pignus, non poteſt illud ſibi ipſi vendere, vel retinere pignus in ſolutum. Rot. Genu. deciſ. 4.

Alienationi annuę pręſtationis, vel hypothecę, tenetur quis ſe opponere, vel p̃teſtari. Boer. deci. 112. nu. 14. tamen feudi, vel emphyteuſis alienationi, non habet neceſſe Dominus ſe opponere. ibid nu. 15.

Venditio facta publicè. vel per ſuahaſtationes, pręiudicat quo ad poſſeſsionẽ, & p̃prietatẽ ei, qui ſe non oppoſuit. DD. de Rot. deci. fin. tit. de empt. & vendi in antiq. vide Rebuff. in ſuis cõment. tract. de litte. oblig. art. 10 gl. 2.

Et proclamata excludunt quemcunq; habentẽ ius in re. Ioſ. Lud. dec. Peru. 42. ſed tertius adhuc habet ius offerẽdi. Boer. deci. 112. nu. 11.

Minor tamẽ reſtituitur aduerſus cridas, & proclama publicum. Boer. deciſ. 141.

Poſſeſſor debet nominatim vocari, quando per ſe ipſum poſsidet, ſed qñ poſsidet per aliũ (vt per conſtitutum) tunc ſi creditor proclamari faciat bona ſui debitoris poſsidẽtis nomine alieno, ipſo ficto poſſeſſore in Prouincia exiſtente, non amplius auditur per alium. Boer. deciſ. 277. in fine.

Emens præcedentibus proclamationibus, & ſubhaſtationibus, tutè emit. Pap. lib. 18. tit. 6. arreſt. 1 vide tamen arreſt. 9. & ſeqq ibid.

An abſentes tempore, quo fiebat alienatio, poſſint poſt perfectam alienationem per ſubhaſtationem, audiri, vide Pap. ibid. arreſt. 4.

Creditores ſemper audiuntur in pretio dictæ rei venditæ, ante ſolutionem dicti pretij. Pap. lib. 18. tit. 6 arreſt. 5.

Facta alienatione præcedentib. proclamationib. de prædio antea alienato, exiſtenti apud vendentem debitorem titulo conductionis, emptor, & dominus rei, q non oppoſuit ipſi alienationi, amplius non auditur. idem Pap. ibid. arreſt. 8.

Cùm res plures diſtrahãtur, debent vendi ſeparatim. ibid. arreſt. 16. vide Rebuff. in ſuis comment. tract. de litte. oblig. art. 11. glo. 4.

Statuto ſtante, q volens vendere rem immobilem liberè, ponat eam ad cridas, vt ſi aliquis pręten dat ius ſuper illa, compareat, & de iuribus ſuis edoceát, intra tempora à dicto ſtatuto limitata, aliàs excludatur, tunc tale ſtatutum non comprehendit certos habentes ius in re, qui perſonaliter debent citari, & minor cõtrà lapſum temporis reſtituitur, ad faciendam ſuam oppoſitionem. Rol. à Valle conſi. 72. volum. 3.

Affectatio p̃ſtari debet pro p̃tio quo emptores reperiuntur, licèt apprctium fuerit longè minoris p̃tij, vt ſi p̃dium eſſet appretiatum ſex, & emptores offerant duodecim. Capic. deciſio. 41. num. 13.

Tempus datum ad redimendum pignus, à quo die currat, vide Guid. Pap. q. 22. ſed an tale tempus currat cõtrà minorem, & pupillum, vide ibid. quæſt. 31.

Creditore vendẽte bona pupilli ſibi obligata, non requirit̃ illa ſolemnitas, quæ requireret̃, ſi pupillus venderet. Guid. Pap. q. 31. nu. 6.

Creditor debet facere citari creditorẽ alium, viſurum venditionem pignoris in executione ſententiæ. Guid. Pap. q. 329.

Diſtractio pignoris fieri non debet, niſi præcedente mora. Rot. Genu. deciſ. 4. nu. 23.

Habẽs plures res pignoratas, nõ p̃t vẽdere, niſi qđ ſatis eſt p̃ ſua ſolutione. Rot. Gen. deci. 4.

Si in diſtractione pignoris interuenerit deceptio, etiam intra medietatem iuſti pretij, diſtractio retractatur. Franc. Marc. q. 133. vide tamen Pap. lib. 18. tit. 6. arreſt. 2.

Compēſatio ad impediendum pignoris diſtractionem fit ipſo iure.Rot.Genu.deciſ.4.

Datio inſolutum,non præcedente ſubhaſtatione,eſt nulla, licèt factis ſubhaſtationibus valeret. Iaco.Put.deciſ.152.lib.2.

Oblatio verbalis inter alios effectus operatur. vt faciat ceſſare venditionē, adiudicationē, & proclamata. Mago.deci.132.n.17. ibid.

Pignus emens, ſeu rem hypothecatā an, & qñ ſuccedat i locū creditoris, vt ſe tueri poſsit, vide Hartm. Hart.c.4.tit.de creditorib.lib.2.

Tenuta ſi nulla ſit,iure pignoris retineri poteſt, ſi aliàs res obligata erat.Dec.cōſ.449.nu.fin.

Nomen debitoris poteſt aſsignari creditori habenti priorem hypothecam, debitore etiam non citato. Natt.conſi.30.

Leuatio de gagio, quæ iuxta diſpoſitionem noui decreti Sabaudiæ fit in odium debitoris, cum tertio pluris, an procedat in odium tertij, & concurrentibus alijs creditoribus, & quid in vxore,& minore,vide Excell.Præſid. Teſſau. deciſ. 258.

An executio, quæ fit in odium debitoris ad formam decreti Sabaudiæ, cum tertio pluris, poſsit fieri eo modo in odium fideicommiſſarij, vide eundē Excel.P.Teſſau deciſ.194.

Creditor, qui habet ius pignoris, quod excluditur fauore beneficij debitori competētis, vt in muliere,quæ eſt tuta exceptione Velleiani, ius pignus vendendi non habet.l.40.§. fin. ff.de rei vendic.

Pignus poteſt vendi,ſi eſt actū, vel ſi nihil eſt dictum,ſeruata tamen forma legis,ſed ſi agatur ꝙ non vendatur,trina denūciatione pmiſſa, vendi poteſt, aliàs ſecùs. l.4.ff. de pigno.act.

Si ſuper pignoris diſtractione inter partes fuerit conuentum,ſtatur conuentioni,& ſecundum illius formam debet diſtrahi.l.fin.§.ſancimus. C. de iure dominij impet.aliàs ſtatur conſuetudini, vel ſtatuto. ibid. glo.

Creditor licèt nō ſit dñs,poteſt tñ pignus alienare ex pacto, vel ſine pacto,ſeruata forma legis.§.cōtrà aūt,inſtit.qb.alien. licet,vel nō.

Creditor, qui pignus vendidit cogitur reſtituere ſuperfluū ptij,p actionē pignoratitiā.l.6.§. fi.ff.de pig.act.nō debitorē delegare.l.42.eo.

Creditor quando, & quomodo poſsit vendere pignus, & an inuitus cogatur vendere, vide Hartm. Hartm.c.3.tit. de creditoribus.lib.2.

Si creditor vendiderit, & de euictione promiſerit,ei debet à debitore de indemnitate caueri.l.8.§. ſi pignori.ff.eod.

Si ceſſatur in ſolutione partis, pignus venditur totum, vt ſi vnus ex hæredibus debitoris partem ſuam ſoluerit, & alter non.§. ſi vnus.d.l. 8.& l.11.§.ſi creditori. eod.

Pactum de vendendo pignore in dubio, nō intelligitur perſonale. §. de vendendo.d.l.8.

Pignus poteſt vendi propter debitum, & aliā acceſsiones.d.l.8.§.fin.ff.de pigno.act.

Ex pacto creditoris vēdentis,pōt debitor agere, vel petere, vt ſibi cedatur actio.l.13.ff.eo.

Si creditor vendens pignus promittat duplum ex cōſuetudine, vel aliter vtiliter geſerit, qđ hoc nomine præſtiterit,à debitore repetit, alias non,vltra debiti ſummam.l.2.§.ſi creditor.ff.de pigno.actio.

Pecunia redacta ex venditione pignoris prius in vſuras, deinde in ſortē cōputaē.l.35.ff.eo.

Donec prior creditor habet hypothecā,ſecundus non habet ius diſtrahendi,niſi priori creditori ſatisfaciat.l.8. C. qui potiores.aliàs ſine oblatione pretij, non poteſt creditor ſecundus pignoris venditionem impedire. l. fin.C.ſi antiq.cred. pig.vend.

Poteſt prior impedire ſecundum volentem vendere, licèt ipſe non poſsit.l.13.§. ſi prior. ff. qui potiores.

Multa ſpectantia ad hunc titulum,vide in titu. C. ſi vendito pign.agat.

Creditor ſi vult vendere pignus,debet debitori denunciare. Bar.in l.1.C. de pignorib.

Creditor cogit oſtendere debitori volenti vendere rem mobilē penes eum pignoratā, præſtita prius per debitorē cautione, & quid in immobili,vide Bart.in l.6.ff.de pigno.act.

Res tota venditur, ratione partis. Bart.in l.8.§. ſi vnus ff. eod.

Creditor pōt vendere pignus, & habere fidem de pretio. Bart.in l.24 §.ſi vendiderit.ff.eod.

Alienationem ex ſecundo decreto eſſe iniuſtè, vel iuſtè factam probat illc, contrà quem eſt præſumptio.Bart in l.7.ff.de ſepara.bono.

Creditor, qui vendit pignus ex pacto, vel lege, nō transfert dñium;ſed debitor de cuius cōſenſu vendiē. Bar.in §.libertini,inſtit.quib.ex cau.manu.non lice.tamē qđ creditor diſtrahens transferat dominium, habetur in l. 46. ff.de acquir.rer.domin.

Fratres præferūtur alijs,ſi æquale pretium offerant.Bar.conſi.19.nu.fin.vol.1.

Pignus cōuentionale pōt diſtrahi à creditore; ſecùs in pignore prętorio,qđ non poteſt diſtrahi.l.is cui ff. vt in poſſeſsio. legatorum.

Si creditor emerit pignus,deſinit eſſe pignus,niſi eſſet emptio ſimulata.c.ſimiliter tit.ſi de inueſti.feud.controuer.fue. in vſib. feud.

Creditor, qui vendidit rem obligatam minus iuſto ptio,totum iuſtum ptium ſibi computare tenetur.l. 18. C. de fideiuſ. & manda.

Pretiū ex pignore redactū,pōt in naturale debitum eligi.gl.pen.in l.1.C.de ſoluē.& libera.

Illud, qđ creditor percepit ex diſtractione pignoris,liberat debitorem,& mandatorem,ſi de euictione creditor nō eſt obligatus;alias ſecùs.l.59.ff.mandati.

Facto pacto, q liceat vendere, intelligitur res obligata.l.3.ff. qui potiores.

Emptor pignoris poteſt ex pacto in locũ prioris creditoris ſuccedere, ſi ad eum pretium peruenerit.l.18. ff.eod.

Qui vocantur ad fideicommiſſum prędio alienato, illud non reuocant ab eo, qui emit à creditore teſtatoris.l.80.§.fin.de legat.2.

Si debitor habens multos creditores dat vni eorum pignus, tenet datio, niſi in fraudem aliorum creditorum pignus, datum ſit.l.13. & 22.ff. quæ in fraudem creditorum.

Fideiuſſor, qui totum ſoluit, & pignora recepit à creditore, non cenſetur illa emere, ſed luere: ideò tenetur eã reſtituere illi, ad quẽ pertinet, ſoluto ſibi eo, quod ſoluit, & habetur ratio fructuum, & vſurarum. l.60.ff. de fideiuſſorib. & manda.

Si idem pignus duobus debitis eodem tempore ſit obligatum, pretium ex eo redactum, cedit in vtrunq; pro rata; ſi verò diuerſis temporibus, primò cedit in antiquius, & ſi quid ſuperſit, cedit in poſterius.l.96.§.cum in eod. ff.de ſolutio.& libera.

Debitor, qui rem pignori datam vendidit, committit furtum, etiam ſi tantùm erat ſpecialiter obligata.l.68.ff.de furtis.

Idem in creditore, qui ante tempus pignus vendidit.l.75.ff.eod.

Qui auctore Iudice cõparauit, bonæfidei poſſeſſor eſt.l.180.ff.de reg.iur.

Vide de materia in duobus tit. ſeqq.

Si antiquior creditor pignus vendiderit.

EMptor pignoris poteſt ex pacto in locũ prioris creditoris ſuccedere, ſi ad eum pretium peruenerit.l. 18. ff. qui potiores.

Qui emit à creditore primo, irreuocabiliter poſsidet; ſed qui emit à debitore, licèt pretium ſoluatur primo creditori, poterit conueniri, ſi ſolutum pretium ſibi offeratur.l.3.ff. de diſtract.pigno. nam ſi primus creditor auctoritate legis, vel pacti bona ſua debitoris vendiderit, ſecurus eſt emptor, vt non poſsit conueniri à ſecundo creditore pretium offerente: ſecùs ſi debitor dederit in ſolutum, vel vendiderit primo creditori, & ipſe creditor alteri vendiderit; quia tunc competit ius offerendi. Afflic. deciſ.16.vide Vincen.de Fran. deciſ.134.

Emens à creditore non vendente iure creditoris, ius pignoris non conſequitur: fallit quãdo vendidit creditor rem cum omnibus ſuis iuribus, ſibi competentibus in ipſa re. Crauc.conſi.298.nu.6.

Si in cauſa iudicati pignus captũ ſit.

CReditor miſſus in poſſeſsionem pignoris, non efficitur dominus, nec facit fructu s ſuos. Affl. deciſ. 358. tamen debitor per adiudicationem iudicialẽ priuatur dñio rei ſuæ. Afflic.ibid.

Facto deliberamẽto rei, quis dicitur verus poſſeſſor abſque alia traditione. Guid.Pap.q.22.

Si debitor in fraudem creditorum vendat rem pignori captam, & ſubhaſtatam, quis præferatur, an emptor ipſius debitoris, vel ille, cui res ſubhaſta fuit deliberata, vide Guid. Pap. quæſtio. 81.

Crediteri, bona ſubhaſtata quando adiudicanda. vide Affl. deciſ.358.& ſupra de diſtra.pig.

Emptorem non reperiri, vel iuſtum pretium nõ offerri, parificantur. Afflic.d.deciſ.358.nu.6.

Pignus iudiciale, quando creditori addicitur, pro toto debito additum cenſetur. Franciſ. Marc.q 925. par.2.

Si pignus datur creditori in ſolutum ſimpliciter, præſumitur datum pro toto debito.l.15. §.ſi pignora.ff.de re iudic. ſecùs ſi Iudex pro certa quantitate adiudicet, vt quotidie videmus fieri, vide glo.ibid.

Debitor in executione ſententiæ tradens creditori fundum, poteſt poſteà offerre pecuniam, & recuperare fundum, fructibus in ſortem computatis: quia præſumitur tradidiſſe iure pignoris, & nõ in ſolutũ. Affl.dec.372.

Tempus datum ad redimendum pignus, à quo die currat, vide Guid.Pap.q.12. & tale tempus currit contrà minorem, ſed reſtituitur; contrà pupillum verò non currit ipſo iure. Guid. Pap. quęſt.31.

Creditor proclamari faciens bona ſui debitoris quare, & quale pariat præiudicium tertiò, ſe non opponenti, vide Boer. deciſ.122. nu.10. & ſupra tit.de diſtract.pigno.

Deceptio, ſi in executione rei iudicatæ interuenerit etiam citrà iuſti pretij dimidiam, retractatur ipſa executio. Franciſ. Marc.q.133. vide DD.de Rota deciſio. fin. titu. de empt. & vendi. in antiq.

De reuocatione pignoris ex multiplici capite nulliter obtenti, vide deciſ.49. Rot. Auenio. in deciſio.diuerſo. Tom.3.fol.54.

Habens pignus prætorium, præfertur habenti iudiciale, ſi eſt prior tpe.l.2.C. qui potiores.

Creditor, qui iudiciale pignus ob ſententiam eſt conſequutus, præfertur priori ſolùm perſonalem actionem habenti.l.3.C.eod.

Factum Iudicis reputatur factum partis, quare emens ab ipſo Iudice iudicatum exequente, partem debitricem habet obligatam de euictione, & eam agentem repellet exceptio. l. 13. C. de euictio.

In pignorib. captis ex cauſa iudicati, qui prior eſt tempore, potior eſt in iure, etiã ſi actione perſonali tenebatũ debitor. l. 10. ff. q potiores.

Coram Iudice exequente, examinatur quæſtio emergens ſuper rebus pignori captis ſummatim, quę cognitio non facit præiudicium volenti ordinariè agere, & pignus addictum, creditori ad vſucapionem proficiet. l. 15. §. ſi ſuper. ff. de re iudic.

Quando eſt aliquid, quod poſſet capi ſine controuerſia, illud, qđ captũ fuit, in quo eſt cõtrouerſia dimittitũ, & p̃cedens ſummaria cognitio ceſſat: & illud, qđ eſt ſine cõtrouerſia capitur. Item ſi res fuerit alteri anteriori creditori pignorata, quæ pignori capta eſt, pignus pariter venditur, ſed priori creditori prius ſatisfit, & reſiduum in cauſam iudicati conuertitur. §. quod ſi res, d. l. 5. de re iudi.

Poſt rem venditam, & in ſolutum datam, ceſſat ſummaria cognitio iudicum exequentium. ibid. §. ſi poſt.

Si per Iudicem exequentem res ſit vendita pretio non ſoluto ceſſat officium Iudicis in pretio exigendo, quare res debet vendi præſente pecunia, vel vendita reuocari. d. l. 15. §. ſed ſi emptor. ff. de re iudic.

De iure offerendi.

IVri offerendi an præſcribi poſſit per creditorem, quæſtio eſt ingẽs inter Doctores, vide Ozaſ. deciſ. Pedem. 115. Gaſp. Cabal. millelo. 317. Crauet. conſi. 71. nu fin. Dec. conſi 164. Guid. Pap ſing. 966. Bart. in l. 7. C. de præſcrip. 30. vel 40. ann. & in l. ſi finita. §. Iulianus. ff. de dam. infect. nu. 34. glo. in l. 4. & in l. 7. §. eo iure. C. de præſcrip 30. ann. Excel. Præſ. Teſſau. deciſ. 157. quo loci tradit octo caſus circa hanc præſcriptionem, vide Hart. Hartm. cap. 1. titu. de præſcrip. lib. 21. ſed pro parte negatiua fuit iudicatum in Camera Imperiali, vt teſtantur Myſing. obſer. 16. cent. 1. & Andr. Gail. obſerua. 18. lib. 2. limita, vt ibid. tamẽ iuri offerendi per lapſum 30. ann. poſſe præſcribi multis rationibus, & auctoritatibus probat Menoch. conſi. 201. n. 61. li. 3.

Ius offerendi an dicatur ius, vel facultas, & quo facultas à iure cognoſcatũ, vide Ozaſ. dec. 115.

Creditori poſteriori, & cuilibet poſſeſſori ius offerendi priori creditori competit. Ozaſc. deciſ. 135. Fran. Marc. q. 371. Afflic. deciſ. 187 Crauet. conſi. 1. pro genero. nu. 387. quando competat, vide Excel. Præſ. Teſſau. deciſ. 157. dummodo totum creditum offerat. l. 1. & 5. C. qui potiores.

Secundus creditor etiam in cauſa euictionis, non euocat rem à primo creditore alienatã, niſi offerat creditum cum intereſſe primi creditoris, qui rem à debitore in ſolutũ habuit. Afflic. deciſ. 15. vide Vinc. de Fran. deciſ. 134. tamẽ ſi antiquior creditor vendiderit auctoritate legis, vel pacti bona ipſius debitoris, ſecurus eſt emptor, vt non poſſit conueniri à ſecundo creditore offerente pretium debitum. Afflic. deciſ. 16 l. 3. ff de diſtract. pigno. ſecùs ſi debitor dederit in ſolutum, vel vendiderit primo creditori, qa tũc cõpeteret ius offerẽdi. Afflic. ibi. & d. l. 3. ff. de diſtrac. pign.

Creditor ſecundus habet ius offerendi primo creditori, & èconttrà primus creditor poſſeſſor, habet ius offerendi ſecundo, volens retinere pignus oblato debito. Afflic. deciſ. 259. Gramma. deciſio. 51.

Creditor ſecundus tenetur offerre primo creditori (cui res debitoris per Iudicem fuit adiudicata, & data in ſolutum) pecuniam ſolutam, & intereſſe medij temporis vſque ad oblationem, compenſatis cum ipſo intereſſe fructibus perceptis, pro concurrenti ſumma. Vinc. de Fran. deciſ. 12.

Ius offerendi non datur contrà emptorem, qui emit rem ſub haſta, dum vendebatur iure creditoris: fallit, quando emptor erat etiã creditor, nam tunc etiam ſi emerit iure creditoris, poteſt ei offerri pretium per ſecũdum creditorem. Vincent. de Fran. deciſ. 67. vide tamen. Ioan. Pap. lib. 18. arreſt. 3.

Idem in fideiuſſore emente, de Fran. d. deciſio 67. nu. 6. vide Excel. P. Teſſau. deciſ. 157.

Quod poſt rem venditam iure creditoris ceſſet ius offerendi, ſcribit Aegid. Magiſtr. in ſuo tract. ſubhaſtio. cap. 37. in deciſio. diuerſo.

Ius offerendi non habet locum contrà emptorem iure creditoris, ſi venditio fuit rectè facta, aliàs ſecùs: tenetur tamen emptor ſupplere iuſtum pretium, ſi interuenerit læſio in venditione, in ſexta parte pretij. Vincent. de Fran. deciſ. 224.

Ius offerendi non habet locum inter creditores poſt rẽ iudicatam, vt puta ſi primus creditor ex re iudicata ius quęſitum in pignore habeat, & prior in poſſeſſionem pignoris auctore Prætore immiſſus ſit, tunc enim ceſſat ius offerendi. And. Gail obſer. 18 n. fin. lib. 2

Duplex eſt ius offerendi in materia pignorum, vnum, qđ competit poſſeſſori conuento hypothecaria, & iſtud competit poſſeſſori etiã malæ fidei,

malæfidei,& iniuſto.Crau. conſi.298. & hoc ius offerendi cōpetēs poſſeſſori, ſolùm durat vſq; ad litis conteſtationē in cauſa exequutionis iudicati.Crau.ibid.

Alterum eſt ius offerendi competēs creditori, non ratione poſſeſsionis, ſed ratione hypothecæ, puta ſi debitor priori creditori pignus vendiderit, aut in ſolutum dederit, nam poteſt ſecundus creditor pignus auocare à priore creditore, offerendo debitum. Crau. d.conſi.298. nu.8.

Ius offerendi dicitur ius reale competens ratione hypothecæ, quo iure agitur hypothecaria.Crau.ibid.

Ius offerendi competens, non poſſeſſori conuento actione hypothecaria, ſed creditori poſteriori, ſolùm datur creditori hypothecario: ideò tanto tempore durat, quanto durat hypothecaria,& non plus, quia naſcit̃ ius offerendi propter hypothecariam, & ei deſeruit,& ceſſat ipſa ſublata. Cra.d.cōſ.298.

Creditor poſterior, qui non habet hypothecā, ſed ſolùm actionem perſonalem, non habet ius offerendi contrà priorem creditorem: Crau.conſi.1.pro genero.num.388.quia non habenti hypothecam, nę datur ius offerēdi. Crau.ibid.nu.389.vide eundem.conſi.298.

Licèt regulariter poſterior creditor offerens debitum priori creditori, non poſsit cogere eum, vt ſibi cedat actiones, ſeu pignus ſuum: tamen fallit, quando poſterior creditor hēt inſtrumentum liquidatum, vide Maran. in ſuo Spec.par.6.tit.de ꝓductione inſtru.n.16.

Secundus creditor ſoluens priori, cōfirmat ſibi pignus. Barto.in l.1.C.qui potiores,& l.21.C. de pigno.& l.21.ff. qui potiores, tamē ſi creditor ſecundus offerat primo, vtrum ſuccedat in ius primi, tàm in perſonali actione, quàm hypothecaria, vide Bar.in l.3.ff.quę res pign. vel hypothe.oblig.poſ.

Poteſt ſecundus creditor offerre, & fiſco priori,& ſuccedit in eius locum.l. fina. C. de his, qui in prior.credi.lo.ſucced.

Secundus creditor confirmat ſibi pignus ſoluēdo primum debitum, quod præcedit, nec tenetur offere debitum, quod poſteà eſt ſequutum, cùm in eo non ſit poſterior. l. 21. ff.qui potiores.

Creditoribus ſoluto matrimonio per mortem mariti, competit ius offerendi ſolutionem dotalis debiti, & res pro dote hypothecatas proſequendi; ſecùs eſt in reſtitutione, quæ fit propter mariti inopiam; nam pro concurrenti quantitate dotium, ius offerēdi eo in caſu creditoribus non competit. Ozaſ. deciſ.135.nu.4.12. & 13.vide Affli&.dec.199. Capic.dec.41. Rebuff.in ſuis cōmen.Tom.2. tra&.de conſtitu. redit.art.1.glo.14.num.44. fol. 589. Guid. Pap. ſing.583. & Bar. in l.10. C. qui potiores.

Ius offerendi habet poſſeſſor rei pro dote hypothecatæ: tamen non repellitur mulier, vel eius hæres exceptione cedendarum actionū contrà alios poſſeſſores, ſi ſine dolo malo eā facere non poſsit puta, quia liberauit alios poſſeſſores, tamen tenetur cedere actionem, prout cedere poteſt. Affli&.deciſ.343.

Si hæres illius, qui aſſecurauit dotes vēdiderit rem, quæ poſteà fuit euicta per mulierē agēte hypothecaria, nō amplius poterit offerre dotes, & recuperare rem ab ipſa muliere. Crau.conſi. 298.

Oblatio pretij, ad quam tenetur ſecundus creditor, pro euincenda re debitoris vendita, non facta in prima inſtantia, poteſt in cauſa appellationis fieri. Affli&.deciſ.16.nu.5.

Agens remedio.l. vetuſtiſsimā.C.de iure domi. impet.an gaudeat iure offerendi, vide Afflic. deciſio. 187. & dominio tranſlato, ceſſat ius offerendi. Affli&. ibid.

Quando ius offerendi ſolummodo habeat locum ante litem conteſtatam, vide Affli&. d. deciſio. 187.

Etiam ſi poſſeſſor ſit iniuſtus hēt ius offerendi. Affli&.dec.259.in fine,& Capic.dec.99.nu.6. Gram. deciſ.51.Fran. Marc.q.363.

Poſſeſſori offerenti neceſſe eſt iura cedi.Affli&. dec.343. vide ſ̄ titu. de ceſsionibus, & Capic. deciſio. 51. Hartma. Hartm. capit.1. titu. de creditoribus.lib. 2.

Ius offerendi pecuniam condemnato cōpetit in actione hypothecaria, etiā poſt ſententiā, & cuilibet poſſeſſori, ſed dictum limitatur in ſex caſibus traditis per Capic. deciſ. 41. an tale ius competat poſt ſententiam, vide Affli&.deci.187.quòd appellatio ſuſtineat ius offerendi, ſcribit Affli&.ibid.

Melioramenta, ſi quis non fecerit in re, ſi conueniatur hypothecaria, totū creditū offerre tenetur, etiam quòd res obligata eſſet minoris valoris; ſecùs ſi fecerit melioramenta. Vincen.de Fran. deciſ.38.vide Crauet.conſi. 298.Mago.deciſ.51.Rot.Floren.& ſuprà lib.1. titu. de impenſis. ſed an tunc conſideretur, (quo ad æſtimationem rei) tempus emptionis, vel tempus, quo poſſeſſor conuenitur hypothecaria, vide ibid.

De priuilegio facientis melioramēta in aliqua re, qui (ſi cōueniatur hypothecaria) pōt offerre creditori, ſed quando, vide Hiero. Mago. deciſ.9.Rot. Floren.

Emptor poſsidens rem hypothecatam ante ſuam emptionem volens habere ipſam rem, an teneatur offerre, non ſolùm ſortem prin-

Vincen.

cipalem,ſed etiam vſuras,vide dec.109.Rot. Auenio.in deciſio.diuerſo.Tom.5.

Creditor tenetur poſſeſſori offerenti cedere iura ſua,ea tamen,quæ habet, & ſolùm tenetur promittere debitum verũ,& non exactũ. Vincen. de Fran.deciſ.427.par.2.

Siue qs agat hypothecaria,vel renocatoria,ſemper repellitur per oblationem debiti factã per poſſeſſorem.Iaſ.de actio.in §.Item ſi quis in fraudem . num. 114. ſed vſq; ad quantum tempus poſsit bonorum poſſeſſor hanc oblationem facere , vt retentione vtatur, vide ibid. num.115.

Pignus poſsidens,ſi offert debitum,abſoluitur. gloſ. fina. in l. vnica. C. etiam ob chyrogra. pecu.pign.reti.poſſe.

Debitor vtrum habeat ius offerendi contrà creditorem, qui virtute inſtrumenti cæpit poſſeſsionũ rei debitoris, & obtinuit decretum adiudicationis,à quo pẽdebat appellatio,vide Capic.deci.202.

Ius offerendi quando poſsit à debitore fieri creditori,& à creditore ſecundo,vel ab alio extraneo, ẽt non domino , neq; poſſeſſore, vide ibid. plenè.

Ius offerendi non habet locum poſt litẽ cõteſtatam,ſuper actione iudicati : niſi per viam purgatiõis moræ,quæ poteſt purgari vſq; ad ſententiam.ibi.nu.10.

Ius offerendi in conditionibus , non tranſit ad hæredes.gl.fi.in l.108.ff.de cõdic.& demõſt.

Creditorem euictionem pignoris non debere.

LIcèt creditor non teneatur per iuris diſpoſitionẽ de euictione : tamen ſi eam promiſerit, obligatur virtute promiſsionis. l. 22. §. ſi creditor . ff. de pigno. act. Dec. conſil. 449. num.37. & 38.

Qui de euictione non teneť, poterit conueniri, ſi ſciens eſt, vel in dolo repertus fuerit.l.12.§. deniq;.ff.de actio.emp.& vend.

Licèt creditor vendens iure creditoris, non teneatur de euictione ; tamen tenetur inſtrumenta oſtendere, cùm opus erit.l.54.ff. eod. iura cedere , & poſſeſsionẽ tradere.l. pen.ff. de diſtract.pigno.& l.38.ff.de euictio.

Creditor,qui vendidit iure creditoris,nõ teneť de euictione,ſed ſolùm,vt probet rem obligatam ſibi fuiſſe.l.30.ff.de pignoribus.

Creditor non tenetur de euictione, ipſe tamen non poteſt euincere.l.10.ff. de diſtrac. pign. & ſi quando inſtante creditore pignus prætorium diſtrahitur, non teneatur creditor de euictione(niſi vt dominus is vendat , vel nuncupatim de euictione promittat, aut dolosè in ea alienatione verſatus ſit)tamen ſemper tenetur,niſi quatuor præſtet, de quibus per glo.in l.1.C.creditor euict.pign.non deb.vide Mago.deciſ.32.Rot.Floren.

Ad hoc,vt creditor non teneatur de euictione quatuor requiruntur, & ſi eſt actum , vt non teneatur , an ſaltem ad pretium teneatur, vide in additio.ad Bart.in l.12.§. qui autem. ff.de actio.empt.

Creditor,ſi hypothecã vẽdiderit de euictione non tenetur; ſed ſolummodo ad cedendum iura.Marc.q.926.par.2.

Emptor emens iure pignoris in exequutione ſententiæ capti, non habet creditorem de euictione obligatum. l. 50. ff. famil. erciſc. circa medium.

Si creditor vendens pignus promiſerit duplum ex conſuetudine, vel aliter vtiliter geſſerit, quod hoc nomine præſtiterit, cõtrario iudicio repetet;aliàs non,vltra debiti ſummam. l.22.§.ſi creditor.ff.de pign.act.

De denunciatione moleſtiæ, & auctore laudato.

AN ſit neceſſaria denunciatio moleſtiæ ad hoc, vt emptor agat de euictione re euicta, vide per Capic.deciſio.106.Fran.Marc.q.581. Rebuff. in ſuis comment.tract.de dilatio.art.5.nu.24.Tom.3.

Emptor, ſi ſuper re vendita ſibi fuerit mota lis, tenetur venditori , etiam ſcienti denunciare ipſam moleſtiam,ſi vult poſteà agere de euictione.l.1.C.de peric.& commod. rei vendi: l.8.C.de ſenten.& interlocu.om. iud.l.7.8.15. 20.53.55.& 56.ff.de euictio.

Regula limitatur , ſex in caſibus , vide Capel. Thol.q. 408.& in additio.ad Bar.in l.1.C.de euictio.& in l.1.C.de peri.& cõmo.rei vendi.

Denunciatio non eſt neceſſaria , quando venditor eſt præſens in iudicio litis motæ contrà emptorem, ſtante ſuo iuramento de defendendo,quod habet vim denunciationis. Capic.d.deciſio.106.nu.3.Rot.Genu.dec.15. nu.4.& 13.Fran.Marc. q.582. nec tertio poſſeſſori denunciãdum eſt,ſufficit enim, vt denuncietur principali.Abb.conſi.22.libr.2.

Quando neceſsitas denunciandi eſt remiſſa,nõ eſt opus denunciatione moleſtiæ ad hoc, vt emptor poſsit agere de euictione. Rot.Gen. deciſio.15.nu.13.circa medium,vide Maran. in ſuo Spec.par.6.tit. de laudatione.num.15.

ſed

ſed quando dictum procedat,vide dec. 28. num.17.eiuſdem Rot.Genu.

Denunciatio fieri non debet fideiuſſori,quãdo principalis liti aſsiſtit.Rot.Genu.deciſio.15. nu.13. Dec.conſi.74.

Conuentus actione reali, poteſt laudare ſuum auctorem, & ſibi litem denunciare ad effectum, vt poſsit contra eum habere recurſum de euictione: tamen multi ſunt caſus,in quibus abſq; denunciatione habetur recurſus de euictione,de quibus vide per Myſing. obſer.24.cent.3.

Abſenti venditori non eſt opus denunciare litem moram,minus illi fit denũciatio,quãdo certum eſt eum non habere defenſiones. Gome.Leo.dec.12.in deciſio.diuerſo.& dec. 53.ibi.vide Bar. in l.ſi præſente.ff.de euictio. veluti, ſi per publicum inſtrumentum conſtaret de debito.Rot.Auenio.deciſ.111.num. 7.ibid. Tom. 3.

Venditor conuentus iudicio euictionis, non poteſt obijcere de denunciatione litis ſibi non facta,niſi doceat de intereſſe ſuo ideſt, quòd ſi denunciatio ei facta eſſet,emptorem defendiſſet.Crau.conſi.179.num.6.Rebuff.in ſuis commenta.tit. de dilatio. art.5.num.37. Natt. conſi. 231. Tom.1. num. 5. vide Bar.in l.12.ff.de actio.emp. & vend.tamẽ contrariũ tenet Dec.conſi.74.

Minor agit de euictione,etiam nulla facta denunciatione.Rebuff. in dd.ſuis comment.de reſtitut.art.2. glo. 4. num.11.Tom.3.

Ceſsionarius factus procurator, vt in re propria,hẽt regreſſum de euictione cõtra cedẽtem,etiam omiſſa denunciatione litis motæ in cauſa ceſsionis.Dec. conſi.102.

Qui eſt habiturus regreſſum de euictione, dẽt ante iudicium acceptum denunciationem facere.l.29.§.ſi hæres,de legat. 3.

Venditori qñ adeſt, quo tẽpore dẽat fieri denũciatio,vide l.29. §. quolibet.ff.de euictio. Capel.Thol.q.408.& põt fieri quolibet tempore, niſi eſſet concluſum in cauſa. Anto. Corſet. in ſuis ſingularibus litera. D. ſingu. denunciatio.imò poteſt fieri in cauſa appellationis. Amanel. de Claris aquis. ſing.139. vide Bart. in l.1. C. de peric. & commod.rei vend.Abb. conſi.45.lib.2.

Legatarius denunciat hæredi ante litẽ cõteſtatã,emptor verò poſt.Bar.in l.58.ff.de euictio.

Habens titulum lucratiuum,debet denunciare ante litem conteſtatam, ſi oneroſum,poteſt quandocunque ante ſententiam.Bar. in l.29. §.ſi hæres. de legat.3.

Notitia non ſufficit ad incurrendam pœnam ei, qui ad aliquid faciendum eſt obligatus, ſed neceſſariò illi eſt intimatio facienda. Ioan.Mohed. deciſio.160.

Denunciatæ liti,non protinus denunciatorem cedere teneri,ſed auctoris ſui periculo poſſe iudicij teleam experiri, deciſum reperitur in libris placit.curiæ.lib.9.titu.de euictio.in deciſio.diuerſo.

Obijcere non poteſt quis alteri id,in quo cauſam præbuit: ideò non poteſt reus obijcere actori, debebas me interpellare ad defenſionem rei,quando moleſtia procedit facto, & culpa obijcientis.Crau. conſi.83.

Venditor etiam tenetur defendere emptorem in cõtrouerſia,quæ fit reſiſtẽdo ipſi emptori, & qualiter teneaẽ ad litis ſumptus, vide Bar. in l.75.ff.de procurat.

Denuncians venditori, quòd veniat ad defendendum, debet tali tempore denunciare, quòd poſsit venditor occurrere. Bart. in l.5. ff. quod vi,aut clàm.

Interpellatio ad defendendum, ſolùm eſt neceſſaria, quando quis ageret de intereſſe; ſecùs vt ſaluum ſit ius primæuum. Crauer. conſ.83.nu.4.

Auctor laudatus,quis dicatur,& ad quẽ effectũ ſibi lis denuncietur, & an poſsit laudari coram arbitro, & multa alia de denunciatione moleſtiæ, vide per Maran. in ſuo Spec. par.6.tit.de laudatione.fol.135.& qua forma ſit facienda denunciatio, vide Bar.ſing.162.

De denũciatione auctoris faciẽda per eũ, qui poſsidet nomine alterius, & vult litẽ denunciare domino, vide per Maran.ibi.par.5.tit. de nominatione auctoris. fol.340.& Rebuff. in ſuis comment.Tom.3.trac. de dilatio.art. 2.gloſ.& art. 3.4.

Si auctor laudatus noluerit comparere, etiam ſi fuerit euocatus per actorem, quid iuris, vide Rebuff.in ſuis comment.tract. de dilatio. Tom.3.art.5. ſi auctor laudatus, ſumere onus litis tenetur. Rebuff.ibi.nu.7.& 8.

Vbicũq; eſt faciẽda denunciatio, ſeu intimatio moleſtiæ,ſẽper eſt faciẽda in ſcriptis, & cum tenore inſtrumenti rei denunciatæ, & aliter facta eſt nulla. Caſſan. in conſuetudi. Burg.titu.*des cenſes* Rub. 11. §. 4. gloſ. 5. vide Bart.in l.21.C.de euictio.

Emptor, non poteſt cogere auctorem auctoris, ad ſuſcipiendum defenſionem rei, niſi ſibi fuerint ceſſæ actiones. Petr. de Raue. ſing.175. vide Bart. in l.22.§.ſi pro.ff.de euictio.& in l 62.ibid.

Venditor non cogitur præcisè venire ad defendendum, ſed ſibi denunciatur, ſi vult q veniat.Per.de Raue.ſing.776.

Denunciatio facta domino, quando habeat vim quaſi litis conteſtationis,vide Bar.in l.2. C.vbi in rem actio, vbi de materia.

Denun-

Denuncians procuratorio nomine, tẽpore denũciationis debet fidem facere de mãdato. vel de rato promittere. Barto. in l. 75. ff. de procurato.

Emptor quando res euincitur, debet venditori denunciare etiam, vt veniat ad defendendum. Bar. in l. 20. §. ſi cum. ff. de nego. geſt.

Scientia ſimplex, quando ſufficiat, & quando requiratur denunciatio, & non referat à quo fiat, vide Bar. in l. 22. § petitã. ff. de pet. hæred.

Vana eſt dubitatio gloſatorum, & aliorum, qui dubitant, an venditori ſcienti litem motam, ſit denũciãdum, quod fieri debet, non enim requiritur ſola notificatio, & cerciorario, ſed etiam requiritur incitatio, quæ abſq; denunciatione nõ eſt, ita ſcribit Bar. in l. 8. §. morte. ff. eod. Bart. ſequitur Abb. conſi. 49. libr. 2. vbi teſtatur de communi, habemus textum. in l. 17. ff. ad leg. Iul. de adult.

Denunciatio facta procuratori, quando conſtituat dominum in mora, vide Barto. in l. 2. §. mariti. ff. de liber. agnoſc.

Emptor, cui lis mouetur, ſi proteſtatus fuerit ſe non poſſe nunciare venditori, quia ignoret, vbi ſit, eo reuertente, debet ſibi nũciare, aliàs prima proteſtatio non valet. Bar. in l. de pupillo. §. ſi quis. ff. de oper. nou. nunc.

Denunciatio facta viro pro vxore prodeſt, vt denuncians à dolo excuſetur, non ad mulieris præiudiciũ, & facta procuratori, vel ſyndico Reipub. nocet ipſi Reipub. Bart. in l. 5. §. ſi fortè ff. quod vi aut clàm.

Denunciatio an fiat ei, qui dedit rem in ſolutũ, quæ euincit; ſicut fit vẽditori, vide Bart. in l. 46. ff. de ſolutio. & libera. & in l. 8. C. de ſenten. & inter. om. iud. vbi ſcribit ꝑ affirmatiua.

Denunciationem fieri extra iudicium ſufficit. Bar. in l. 16. ff ad leg. Iul. de adult.

Quando quis promiſit aliquẽ defendere, & cõſeruare indemnẽ aduerſus quoſcũq;, ad quid teneatur, vide Abb. conſi. 49. lib. 2.

Promittens aliquem adiuuare, ſeu defendere, non tenetur adimplere promiſsionẽ, quantumcunq; ſciat illum indigere auxilio, niſi fuerit requiſitus, Abb. d. conſi. 49. nu. fin.

Vbi denunciatio fit ſolum ad notificandum, idem operatur ſcientia ſimplex, quod denunciatio, & non refert à quo denuncietur. l. 23. §. petitam autem. ff. de pet. hæred.

Si conueniatur maritus pro re in dotem data, an debeat muliri denunciare, & mulier ſuo auctori, vide gloſ. in verbo agere. l. 22. §. fina. ff. de euictio.

Venditore mortuo, pluribus hæredibus relictis, omnibus denunciandum eſt. l. 62. §. ſi ei, & l. 24. §. mota quæſtione. ff. de euictio. vide l. 85. ff. de verbo. obligatio.

Quis poteſt per iuramentum probare, de denũciatione ſibi facta. Bar. in l. 11. C. depoſiti.

Fideiuſſoribus pro euictione, an debeat lis denũciari, quæſtio eſt inter doctores: tamen auctor concludit, non eſſe neceſſariã denunciationem. Maran. in ſuo Specu. part. 6. tit. de laudatione. nu. 6. quẽ ſequit Dec. cõſi. 74. quando fuit denunciatum principali.

Venditor laudatus in auctorem, quãdo trahat actorem ad forum ipſius auctoris, vide Capic. deciſio. 197.

Laicus emptor, an poſsit clericum venditorem requirere ad aſsiſtendum ſibi, & defendendũ ſe coram Iudice laico, vide Capel. Thol. q. 361. pro affirmatiua, ſcribũt Myſing. obſer. 22. centu. 1. & obſer. 14. centu. 5. Ioan. de Arnono. ſing 69.

Venditor emptorem defendere in emptoris foro tenetur. Fran. Marc. q. 582. l. 49 ff. de iud. ideò non poteſt nominatus declinare forum ratione ſui priuilegij; ſed tenetur ſe defendere, vbi cã cæpta eſt Rebuff. in ſuis commenta. tract de dilatio art. 4 nu. 7. Tom. 3. ſed an hoc procedat in fiſco, vel procuratore patrimoniali, vide Excel. P. Teſſau. deciſio. 213 poteſt tamen recuſare Iudicem ſibi ſuſpectum. ibid Rebuff. verum venditor, qui tenetur ſuſcipere onus litis, & defendere emptorẽ, non põt cogi ad hoc faciendũ extra Regnum. Ioan. Pap. lib. 11. tit. 4. arreſt. 6.

Venditor veniens ad defenſionem emptoris vt auctor laudatus, poteſt in ſe iudicium aſſumere, & compellere actorem inuitum ſecum litigare, ſed limita, vt per. Capic. deciſ. 197. num. 6. vide Pet. de Beninten. deciſ. 92. Fran. Marc. q. 293. part. 2. ſed qua ꝓteſtatione dẽat vti actor, vt iudiciũ nõ nouet, vide Benintẽ. ibi. d. deciſio. 92.

Venditor interueniẽs in cauſa pro defenſione rei venditæ, excludi non poteſt, etiam ſi emptoris perſona ſit ligata, dummòdo alienatio citra fraudem fuerit facta. Iacob. Put. deciſio. 365. lib 2.

Quia venditore volente, & offerente in ſe ſuſcipere cauſam motam contrà emptorẽ, cogit agens proſequi contrà venditorem, & emptorem dimittere. Iaff. Lanf. Balb. deciſ. 239. vide Bart. in l. 1. C. vbi in rem actio. & in l. 27. §. item. ff de pet. hæred. & conſi. 219.

Venditor comparens in iudicio in 1. 2. vel 3. inſtantia, põteſt eo modo, & tempore appellare, quo poterat emptor conuentus, & non aliter: quia aſsiſtens in eodem ſtatu, & gradu tenetur cauſam ſuſcipere, in quibus reperitur. Put. deciſ. 384 lib. 2.

Quando nominatio auctoris admittatur, vide Hiero. Mago. deciſ. 150. nu. 27. Rot. Floren.

Venditor

Venditor, vbi cõparet pro defenſione emptoris, non nouat iudicium. Bart.in l.1.C.vbi in rem actio,& in §.ſi verò. Auth. vt omnes obediant. ideò emptor poſſeſſor debet citari ad videndum iurare teſtes,& ſententia ferri debet in perſona ipſius, contrà quem principaliter actio dirigitur. Nat.conſi.630.

Defenſor ex neceſsitate, poteſt exceptionem ex ſua perſona competẽtem opponere. Bar. ſing.41.Pet.de Raue.ſing.586. idem Bar.in l. 1.C.vbi in rem actio.

Etiam ſi venditor promiſerit emptorem defendere de facto, ad hoc nõ tenetur, ſed ſufficit, vt de iure illum defendat.Dec. cõſi.74. Natt. conſi.181. Tom.1.

An venditor teneatur ſuis ſumptibus defendere auctorem, vide Marc.q.582. quòd pendente lite venditor, non teneatur præſtare ſumptus litis emptori, tradit Marc.q.583.

Venditor tenetur emptorem defendere, ſtatim mota lite. Bar.in l.1. C. de euictio.& tenetur ad expenſas, ſi non defendit ſtatim facta denunciatione. Bar.ibid.

Expenſas litis emptori venditor pro euictione euocatus, an ſtatim reficere teneatur, vel debeat litis finem expectare, & in caſum indebitæ moleſtiæ, an ad illas teneatur, vide Perilluſtr. D.P. Teſſau.deciſ.218.

Qñ venditor ſuſcepit onus litis,& fuit in expenſis condemnatus, ad illas expenſas emptor non tenetur, vide Pap. lib. 11.titu.4.arreſt.13.

Venditor, an tenetur ad ſumptus factos per emptorem, etiam non ſequuta euictione, & nulla promiſsione de reficiendis ſumptibus interueniente, vide Natt. conſi.232. Tom.1. vbi ſcribit pro affirmatiua, quando venditur ſe obligauit ad defenſionem rei.

Venditor non condemnatur ad aſſumptionẽ defenſionis cauſæ, niſi conſtet, quòd moueatur lis emptori, contrà formam promiſſorũ, & per conſequẽs, quòd teneatur de euictione. Cran.conſ.211. quia quando non tenetur vẽditor de euictione, fruſtrà quæritur de denunciatione. Cra.d.conſi.211.

Defenſor vẽditoris, qui non tenetur de euictione, non tenetur defendere, nec poteſt ex pſona ſua excipere, ſed excipit eo nomine, quo principalis. Bar.q.2.nu.24.

Sentẽtia lata contrà emptorem, mandatur executioni contrà auctorem laudatum ex eodẽ proceſſu. Maran.in ſuo ſpec.par.6.cap.& poſt omnia aduertatur circa executio. num. 41. vide Guid.Pap.ſing.435.

Simplici denunciatione in vniuerſalibus, quis efficitur malæfidei, non ſic in particularibus. Bar.in l.27.§.etiam.ff.de pet.hære. vide Bart. in l.2.ff.quod falſo tutore auctore.

Denunciatio, an inducat malã fidem, vide Bar. in l.10.§. ſi quis. ff. quæ in fraudem creditor.

Stipulatio de defendẽdo in vna actione, eſt indiuidua. Bar.in l.4.§.Cato.ff.de verb.obli.n.22.

Debitor, qui vult proteſtari debitori debitoris, cuius nomen eſt ſibi hypothecatum, ne ſoluat, debet ſibi oſtendere inſtrumentum,& illud legere. Bart. in l.43.ff.de reg.iur.

Præſens in iudicio, quando poſsit aliquem inuitum defendere, vide Bart.in §.ſi verò alter nu.5. Auth. vt omnes obediant.

Actor tenetur neceſſarium defenſorẽ recipere, ſi eſt æquè legalis, ſicut principalis, vide Bar. in ſuis qõ.q.2.nu.3.vbi plene de defenſionib.

Denunciatio facta à dño, ne quis emat, conſtituit emptorem malæfidei poſſeſſorem. l. 17. C. de rei vendica.

Denunciatio illius, cuius nõ intereſt, nõ nocet. l.13.& ibi gl.ff.eod.nec conſtituit aliquem in malafide.l.49.ff.de minor.25. ann.

Emptor poteſt vti exceptione ex perſona venditoris, & facta denunciatione, venditore offerente ſe defenſioni, emptor tutus eſt. l. 28.§.item in rem.ff.de pet.hære.

Euictionis cauſa, quando agitur cõtrà emptorem, non tenetur emptor reſpondere poſitionib. ſibi factis de dño euincentis. Bart.in l.20.§. ſi eum me.ff.de nego.geſt.

Emptor litem venditori denuncians, an tenetur oĩa acta ſibi expedita vẽditori exhibere, vel ſufficiat præſentare copiam citationis ſibi tranſmiſſam, vide Excel.P.Teſſ.deci.218.

De euictionibus.

CAſus euictionis cõtingentis poſt perfectã venditionẽ, ad emptorem; non ad venditorem, pertinent. Ozaſ.deciſ.Pedem.48.vide Natt.conſi.181.Bar.ſing.162. & in l.1. C.de peric. & commo. rei vend. Pet.de Raue.ſing.488. nec violẽtia, vel iniuria emptori facta, venditori nocet. Ozaſ. ibid. nã ſi res euincat̃ facto emptoris, de euictione nõ agit̃; ſecùs ſi facto venditoris. l.6.§. ſi tibi obſer.ff.de actio.empt.& vend.

Publicatione facta poſt traditionẽ vacuæ poſſeſsionis rei vẽditę, an cõpetat emptori actio ad reſtitutionẽ ꝓtij, vide Ozaſ.deciſ.48.

In donatione nõ hẽt locũ euictio, niſi inceperit à ꝓmiſsione. Ant. Trig.ſing.21.vel ꝓmiſſa fuerit euictio, aut niſi eſſet donatio remuneratoria. Crau.cõſ.64. Boer.deciſio.67.vel niſi quo ad ĩtereſſe,& expẽſas, ſi quas ſuſtinuerit donator. Capel.Thol.q.71.vide Dec.cõſ.95. 492. Bart.in l.19.§. Labeo.ff.de donatio. vel niſi dolus interuenerit. l.18.§. fin.ff.de donatio. vide ẽt gl.in§. alię aũt, inſti.de donatio.

Venditor læſus promittẽdo defendere totam rem, & in veritate deceptus in parte pretij, non denunciatus ſolemniter, de euictione, non tenetur. Capie. deciſ. 106. nu. fin.

Re euicta iure congrui, quia ex permiſsione legis, & perſona emptoris oritur euictio, venditor non tenetur de euictione. Gram. deciſ. 101. num. 106.

Si reus deferat iuſm actori, perderit regreſſum de euictione. Iaſ. de actio. in §. item ſi quis. nu. 84 Fran. Crem. ſing. 115. tamen licèt emptor fecerit euocare eius auctorem in cauſa, ſi ſcit veritatem, debet agnoſcere bonã fidem, nec per hoc pdit regreſſum de euictione, ſed in hoc grauatur: quia qñ agit cõtrà venditorẽ, debet probare de iure, & dominio euincentis. Fran. Maarc. q. 580. nu. 8.

Emptor, & fideiuſſor, qñ non allegant exceptionem declinatoriam, vel peremptoriam, vel etiam non probauerint, an per hoc perdant regreſſum de euictione, quid ſi non appellauerint, vide Marc. q. 582.

Quid ſi ſententia fuerit lata per ignorantiã, vel iniuriam Iudicis, & non fuerit facta denunciatio, vide ibid. & c. fin. ex. de empt. & vendi. & in l. 68. ff. de fideiuſſo. & manda. nu. 4.

Promiſſor facti alieni (etiam cum iuramento) excuſatur, qñ omnem adhibuit diligentiam. Ioſ. Lud. deci. Peruſ. 27. n. 6. ſed an poſsit adhiberi cautela, vt teneaẽ ad intereſſe, vide ibid.

Tutor vendens ſine neceſsitate, vel promittens nomine proprio, teneẽ de euictione; ſecùs ſi ex neceſsitate alienauerit, tunc enim non tenetur nomine proprio: quia officium ipſius eſt publicum, & vendens ex officio, non tenetur de euictione. Boer. deciſ. 80.

Procurator, qui etiam vendit virtute mandati, pariter non tenetur. Boer. ibid. vide tamen Barto in l. 67. ff. de procura. & in l. 5. ff. de iure fiſci. fallit, ſi promiſerit. l. 67. ff. de procurato.

Vendens rem tanquàm tutor, vel curator licèt non teneatur de euictione, tenetur tamen ſe oſtendere talem legitimè. Bar. in l. 1. C. creditor. euict. pign. non debet.

Qui vendidit, vt procurator de euictione tenetur: ideò ſi euincat, exceptione repellitur, & qui mandauit vendi rem ſuam ex vna cauſa, quam ſuam probat ex alia, non poterit vendicare. l. 49. ff. mandati.

Ex ſentẽtia cõpromiſsi agitur de euictione, qñ arbitri ſunt electi ex neceſsitate ſtatuti. Pet. de Benint. deci. 21. nu. 14. Abb. conſ. 31. lib. 2. & quando venditor promiſit de euictione, quacunq; ratione, vel cauſa res euincatur, ét ſi euinceretur per compromiſſum, pariter tenetur. Marc. q. 584. Rot. Genu. deciſ. 15. num. 13. alias non teneretur de euictione ſententia lata ex laudo lato ab arbitro. Menoch. conſi. 361. lib. 4. nu. 3. Abb. conſi. 96. lib. 1. niſi emptor in vẽditorem compromiſerit. Rom. ſing. 468. Fran. Crem. ſing. 91.

Vendens rem alienam ſcienti, non tenetur de euictione. Rot. Genu. deciſio. 190. nec tunc emptor agit de euictione, minus ad pretium, niſi interuenerit ſtipulatio. Iacob. Put. deciſ. 257. lib. 2. vide Craue. conſi. 64. Rolan. cònſi. 67. vol. 4. Abb. conſi. 30. lib. 2. imò licèt emptor rei alienæ, vel alteri obligatæ ſciens, nõ agat de euictione, tñ poteſt agere ad pretij reſtitutionem, vide Borgn. Canal. deciſ. 8. de cõtract. par. 2. nu. 15. And. Gail. obſer. 137. li. 2. n. 9. Crau. cõſ 77. n. 18. Nat. cõſ. 181. To. 1.

Vendens ignoranter rem alienam, quo caſu de euictione non teneaẽ, vide Put. dec. 257. li. 2.

Licèt fuerit denunciatum venditori, tñ ſi emptor fuerit contumax, & abſens in cauſa, nõ hẽt regreſſum de euictione. Marc. q 293. par. 2. Fran. Crem. ſing. 88. c ſi ex. de empt. & vẽd.

Hæres creditoris, ſi aliquid in ſolutum à debitore accipiat, idq; ratum habeat ſuccedens alteri, qui id, qđ in ſolutum acceperat, ſuum eſſe aſſerit, non confecto inuentario contrà debitoris hæredem, qui inuentarium confecit, quãuis euictionem defunctus debitor promiſerit, agere non põt. Put. deciſ. 256. li. 3.

Euictio nõ habet locum, qñando res euincitur per imprudentiam, ſtultitiam, aut ſordes Iudicis: nam periculum caſus fortuiti pertinet ad emptorem. Paul. Aemil. deciſ. 317.

Quando venditor teneatur de euictione, vide Myſing. obſer. 37. cent. 6.

Euictionis iudicio non tenetur cõmunitas, quę vendidit bona confiſcata contrà aliquem, ſi illa per Principem fuerunt condemnato reſtituta, vide Aemil. deciſ. 318. par. 1.

Pro damnis paſsis culpa, vel negligẽtia emptoris, re euicta, venditor non tenetur. Vincen. de Fran. deciſ. 112.

Emptor, qui à mouente litem indebitè, expenſas non recuperat cùm poſſet, nec à venditore illas recuperabit. ibid. nu. 5.

Clauſula, quòd vendidit rem pro eo iure tantùm, quod in ea habet venditor, & non vltra, ſi in inſtrumento venditionis adijciatur, ius tantùm rei, an ipſa res cenſeatur vendita, adeò vt nullum ius in re vendita habens de euictione teneatur; vide Iaco. Put. deciſ. 373.

Euictio, quando euenit facto Principis, an venditor teneatur, ſaltem ad pretium, vide Put. deciſ. 381. libr. 3. deciſio. 124. Rot. Auenio. in deciſio. diuerſo. Bar. in l. 38 ff. de verb oblig. Princeps quando teneatur ad pretium rei euictæ, vide ibid. Put.

Euictionis promiſsio facta p mulierẽs in alie-

natione

nationē rei minoris, in qua non interuenit decretū valet. Paul. Aemil. deciſ. 310. par. 1. ſecùs in vxore alienante fundū dotalem. ibid.

Si fiat diuiſio inter aliquos, & vni aſsignentur bona emphyteutica, vel feudalia, alteri bona allodialia, ſi is, cui bona emphyteuotica obuenerunt ſine filijs deceſſerit, & ipſa bona ſint ad Eccleſiā reuerſa, non poteſt alter, qui allodialia habuit, conueniri de euictione. Hiero. Mago. deciſ. Luc. 7. nu. 39. Craue. conſi. 211. nu. 6. vide Bar. in l. 14. ff. famil. erciſc. nam euictio non debet; ſi ex natura rei, diuiſa res euineatur, niſi expreſsè in tali caſu eſſet promiſſa. Mago. deciſ. 62. Rot. Flor.

Idem quando emphyteuſis per iua accreſcendi, vel non decreſcendi, accreſcit alteri, niſi expreſſè hoc caſu etiam eſſet promiſſa euictio. Mago. deciſ. 62. Rot. Flor.

Cohæredes facta diuiſione non tenentur de euictione, ſi vnus eorum in portione ſua hæreditaria, rem reſtitutioni fideicōmiſsi ſubiectam, ſciens; prudensq́ue acceperit; tunc enim re euicta non poterit agere, etiam ad pretiū. And. Gail. obſer. 139. n. 15. vide Crau. conſi. 211. nu. 7. aliàs qđ vni cohæredi obuenit ex diuiſione, ab omnibus eſt tuendum. l. 34. ff. famil. erciſc.

Diuiſione facta à teſtatore, vnus ex hæredibus nō tenetur alteri de euictione iure actionis; ſed ope exceptionis: ſed facta inter ipſos hæredes, vel à Iudice, alter tenetur alteri de euictione, iure actionis. Bar. in l. 79. §. euictis. de legat. 2. facit lex 54. C. famil. erciſ. pro limitatione, vide l. 7. C. commun. vtriuſque Iudi.

Promiſsio de euictione facta per executorem in venditione, obligat hæredem, & vendens ex officio nunquam obligatur de euictione. Bar. in l. alio hẽde. nu. 25. ff. de alim. & cib. leg.

Euictionis promiſsio, an teneat non ſubſiſtēte contractu principali ex capite nullitatis, & quid hoc caſu de fideiuſſore euictionis, vide Mago. deciſ. 137. Rot. Flor.

Promittēs de euictione pro facto ſuo tantùm, re euicta tenetur ad reſtitutionem pretij, ēt ſi nihil ſit, quod illi imputetur. Natt. cōſ. 181. Io. Pap. lib. 11. ti. 4. arreſt. 4. & etiam pro facto ſui anteceſſoris, ſeu auctoris, & ſui hæredis. Io. Pap. arreſt. 2. lib. 11. tit. 3. Hyppol. ſing. 656. Frau. Crem. ſing. 32. Dec. conſ. 282. idē Hypp. ſing. 475. quod reſtringitur ad auctorē vniuerſalem, ſecùs in particulari. idē Crem. ſing. 158. Marc. de Mant. ſing. 14.

Niſi expreſſè dictū ſit venditorem ēt non teneri ad p̄tij reſtitutionē, ita reperit deciſum in libris placi. curiæ, tit. de euict. lib. 9. in deciſ. diuerſo. vide Vinc. de Fran. deci. 239. par. 2. facit lex 12. §. qui autem. ff. de act. emp. & vend.

Matrimonium debere eſſe liberum, quomodo intelligatur, vide Afflict. dec. 350. nu. 10.

Parentes nunquid poſsint maritare eorum liberos, & inducere filias ad conſentiendum, & qualiter circa matrimoniũ liberorum in teſtamento poſsint ordinare, vide per Abb. conſi. 65. lib. 2.

Iuramento patris non cogit̃ puella nubere, cui nũquam aſſenſum præbuit. c. ſi verum. 31. q. 2.

Quorum vnũ futurum eſt corpus, vnus dẽt eſſe animus: atq; ideò nulla eſt inuita copulãda. c. de nuptis. 31. q. 2.

Conditio de nubendo arbitrio alterius reijcitur: ideò non nocet, ſi ille, qui debet arbitrari ante moriatur. l. 28. ff. de condi. & demonſt. vide l. 71. §. reſcriptum. eod. tit.

Conditio, quæ inducit viduitatem in omne tẽpus, reſpectu omnis perſonæ, & omnis loci, ſpernitur: ſecùs ſi tantùm inducit viduitatem reſpectu certæ perſonæ, vel certi loci, aut temporis. l. 61. §. fina. cum ſeqq. ff. de conditio. & demonſtra.

Conditio, ſi Titio nupſerit, in legato appoſita, intelligit̃, ſi honeſtè Titio nubere legataria poſsit. Ozaſ. deciſ. Pede. 154.

Mulier cum turpi, & indigno marito matrimonium contrahens, paternæ dotis auxilio, priuari meret̃. Ozaſ. d. dec. Ped. 154. n. 3. aliàs pater tenetur dotare filiam ſuam, etiam iam nuptam. gl. in l. 51 ff. de actio. & obliga. And. Gail. obſer. 95. lib. 2.

Conditio denotatur per illa verba, quando matrimonio collocabitur, & deficiente conditione, perinde eſt acſi actus factus non eſſet: ideò ſi quis reſeruaueit quãtitatẽ dandam filiæ, quãdo matrimonio collocabitur, ſi filia deceſſerit nullo contracto matrimonio, reſeruatio euaneſcit. Cran. conſ. 15.

Matrimoninm contractum ſub conditione reſolutiua, non valet. Pet. Gerar. ſing. 21. & Hyppol. ſing. 286. quod ſingulare vide pro cautela incauti iuuenis.

Conditio ſi nupſerit, dẽt impleri infra terminũ poſt pubertatem. Bar. in l. 2. §. ad filiorum. C. quando, & quibus quarta pars. lib. 10.

An relicta pecunia pro dote, legatum dicatur conditionale, vide Bar. in l. 70. §. Titio genero. ff. de condit. & demonſtra. & infra titu. de dot. prælegat.

Poteſt maritus ſe obligare vxori ad pœnam, ſi tenuerit concubinam. l. 121. §. mulier. ff. de verbo. obliga.

Maritus tenetur in certo loco perpetuum domicilium habere cum ſua vxore, prout in capitulis matrimonialibus cautũ fuerit. Capic. dec. 135. & vxor habet ius in perſonam viri. ibi. num. 5. & tale pactum ſuper habitatione, valet. Capel. Thol. q. 87.

Dotis inſtrumenta non probant matrimoniũ, tamen vide Paul. Aemil. deciſio. 247. part. 3. & Roma. ſing. 451.

Matrimonium dicitur tribus modis, nempè, verum, putatiuum, & præſumptum, ſed qualiter probetur, vel præſumatur, vide per Menoch. conſi. 199. lib. 2.

Ad probandum matrimonium metu fuiſſe cõtractum, ſufficit vnus teſtis, & credit̃ magis illi ſoli, quàm pluribus deponentibus de voluntate. Guid. Pap ſing. 969.

Cohabitatione diuturna, fama de matrimonio, & contractibus matrimonialibus, ac alijs adminiculis, probatur matrimonium. c. 11. ex. de præſumpt.

In cauſa matrimonij pater admittit̃ pro filio, ad teſtificandum. c. 3. ex. qui matri. accu. pòſ.

In matrimonio tria ſunt neceſſaria, nempè conſenſus, pubertas, & habilitas ad coeũdũ. ibid.

De probatione legitimæ filiationis, vel illegitimæ, vide per Marc. quæſt. 457. part. 2. & ſupra tit. de probatio. lib. 1.

Raptor de iure canonico nouiſsimo omnibus conſentientibus, & nullo alio exiſtente impedimento, poteſt accipere in vxorem raptã pœnitentia peracta. c. 1, & fin. ex. de rapt. Bar. in ſuo trac. de diffe. int. ius cano. & ciuil. nu. 97. vide 36. q. 2.

Licèt raptor de iure canonico poſsit ducere in vxorem raptam: tamen non ob id euitat confiſcationem bonorum, ratione raptus. Fran. Marc. q. 2.

In diebus quadrageſimæ, & ſeptuageſimæ, & multis alijs, non licet nuptias celebrare, vide c. non oportet, & ſeqq. 33. q. 4.

Quare conſtitutum ſit, ne conſanguineas ducamus vxores, & quare olim permittebatur, vide c. cum igitur. 35. q. 1.

Vſq; ad ſeptimam generationem nullus de ſua cognatione ducat vxorẽ. c. de affinitate. 35. q. 2. & 3. & c. nullum. ibid.

Infamia notantur, qui conſanguineas ducunt vxores. c. coniunctiones. ibid.

Affines in quinta generatione copulari poſsũt, ſed in quarta ſi fuerint inuenti, non ſeparenũ. c. de propinquis. 35. q. 5.

Nullus ducat in vxorem à conſangineo cognitam, vel aliqua poſtulatione maculata. c. nec eam. 35. q. 2. & 3.

Quibus coniunctio illicita interdicitur, habebunt ineundi melioris coniugij facultatem. c. de inceſtis, in fine. ibid.

Inceſtuoſi nullo ſunt digni nomine coniugij.c. de inceſtis.35.q.2.& 3.

Extraordinaria pollutio in naturalibus, non impedit matrimonium.cap.extraordinaria. 35.q.2.& 3. & de probibitis contrahere matrimonium,vide ibid.

Quonſq; inter aliquos generatio recordatur, aut in memoria retinetur, ſibi inuicem non copulantur. c.in copulatione.35.q.2.

Quomodo ſint computandi gradus conſangui nitatis, & affinitatis,& de nominibus ipſorũ graduum,vide c.ad ſedem,& ſeqq.35.q.5.

Qui admittantur ad teſtificandũ ſuper computatione graduum conſanguinitatis, vel affinitatis,vide 35.q.6.

Non ducant vxores qui vſq; ad mortẽ alterius, in inceſtu perſeuerauerit.c.inceſtuoſi.35.q.8.

Affinitas in ſuperſtite non deletur.c.fraternitatis.35.q.10.ideò ſoboles ex ſecundis nuptijs genita,cõſanguineis prioris viri copulari nõ debet.ibi.d.c.fraternitatis.

Ille,qui dedit ſe, & bona ſua monaſterio, non mutãdo habitũ,põt cõtrahere matrimoniũ. Capel.Thol.q.334.

Matrimoniũ contractũ cum meretrice, & paupere(licèt credat virgo,& diues)tenet.Gom. deciſ.47.in deciſio.diuerſo.fol.32.

Quod dicitur vxorem eſſe in poteſtate viri, & ei teneri operari, intelligitur quo ad operas obſequiales,vt parare menſam, lectum,& familia:ſecus quo ad operas fabriles, & artificiales, quia tunc ſi aliquid lucratur ex licita negotiatione,& artificio,ſibi hoc lucratur,& poterunt hæredes ipſius agere contrà matritum.Ioſeph.Lud.deciſ.Peruſi.28.vide Natt. conſi.154.nu.4.libr 4.

Pater quando teneatur dotare iterum filiam, quæ perdidit dotẽ,vide l.23.§. ſi poſt ſolutũ, & ibid.Barto. ff. ſolut. matrimo. & infra titu. de iure dot.

Pater quando cogatur conſentire filio recipiẽti dotem,vel ipſam promittere,vide Bart. in l.23.§.tranſgrediatur,ff.ſolu.matrim.

De nubentibus poſt votum,vide per totã diſtinctionem.26.& 27.q.1.

Qui vxorem ducere volunt hoc ante ordinem ſubdiaconatus faciant, & in minoribus ordinibus conſtituti vxorem ducere poſſunt, niſi voto, & religioſo habitu prohibeantur. c.ſi quis eorum,& c.ſeriatim,diſtinct.32.

Indignus matrimonio dicitur ille, cui ſine decore mulier nubere nõ poteſt.Bar.in l.62. ff.de conditio. & demonſtra.

Corrumpens virginem, iure ciuili non tenetur eam in vxorem accipere, iure canonico ſic. Barto.in ſuo tract.de different.iur. ius cano. & ciuil.num.124.

Pactum iuratũ, quo aufertur matrimonij libertas, non valet. Bart.in l. 57. ff. de fideiuſſo.& mandat. num. 6.

Legatum, ſi factum fuerit mulieri, ſi Titio nupſerit,videtur prohibita, ne alteri nubat,ſed cum illo Titio tantùm.Abb.conſi.90.lib.1.

Matrimonium vnde dicatur, cuius contrahẽdi cauſæ multiplices ſunt, & multa impedimẽta,de quibus vide per glo.in c.1.27.q.1.

De matrimonio, & quando dicatur contractũ, & inter quas perſonas poſsit contrahi, vide per tot.cauſam.27.q 2.

De forma,& ſolemnitatibus matrimonij, vide per tot.cauſam.30 q.5.

Poſſeſſorij cauſa matrimonialis, coram laico Iudice tractari non poteſt,ſed an debeat remitti ad Iudicẽ eccleſiaſticum, vide Excel. P.Teſſau.deciſ.117.

Sponſus,& ſponſa poſt benedictionem caſtè viuere debent prima nocte,pro reuerentia ipſius benedictionis, quod dictum eſt de conſilio,& non de præcepto.Harma.Hartm.c.4. tit.de ſponſalibus. lib.1.

Licèt matrimonium omni,& quocunq; tẽpore ſimpliciter, & de plano contrahi poſsit: tamen nuptialia conuiuia,ſeu nuptiales ſolẽm nitates,& ſolẽnes traductiones,& carnis cõ mixtio, ſecundum canones certis temporibus, celebrari prohibentur, de quibus temporibus,& pœnis contrafacientiũ, vide Nat. cõſi.250.nu.6. Hartma.Hartm. capit.4.tit.de matrimo.lib.1.& cap.4.ex.de ferijs.

Etiam inter infideles matrimonium, & cõiugiũ exiſtit.ibi.Hartm.capit.7.

Stipulatio pœnalis nõ valet in matrimonio, qa matrimoniũ debet eſſe liberũ à metu pœnarum.l.2. C.de inutil.ſtipul. & l.134.ff.de verbo. oblig.vide Bar.in l.2.C.de ſponſ.

Iudices tẽporales, an de mãmonio cognoſcere poſsit, & an ſtatuta laicorum prohibẽria matrimonia valeant, vide Marc.q.306.

Matrimoniũ quibus tẽporibus prohibeatur,& ſi tunc cõtrahatur cõtrà interdictũ Eccleſię, an teneat,vide Marc.q.710.par.2.

An matrimoniũ contractum contrà interdictũ Eccleſię,vel Papæ, aut Iudicis teneat, vide Marc.ibi. q.711.

Matrimonij bona tria ſunt,videlicet fides,proles,& Sacramentum, & an coitus cõiugũ fiat ſine peccato,& quibus tẽporibus, quis dẽat abſtinẽre, vide Marc. q.725.

Quando durante matrimonio alter coniugum machinatur in mortem alterius, vel polluit per adulterium aliquam mulierem, vel dedit ei fidem, aut de facto contraxit, poſt mortem coniugis, impeditur matrimonium,vide Marc.q.737.

Matrimonium

Matrimoniũ cur potius à matre, quàm à patre dicatur, vide Marc.q.727.par.2.

Coniuges naturæ debitum reddere adinuicem tenentur: fallit, quando maritus participauit cum conſanguinea vxoris, quia tunc priuatur facultate exigendi debitum ab vxore, ratione inceſtus, ipſe tamen tenetur reddere, vide Marc. q.741.

Maritus an, & quando in vxorẽ animaduertere poſsit, vide Marc.q 762.par.2.

Matrimonium contractum cum vna, non obſtantibus ſpõſalibus cõtractis cũ alia, ac muneribus, oſculis, & amplexibus cũ ſponſa habitis, valet. Ant. Corſet. in ſuis ſingula. litera. M. ſing. matrimonium. 1.

Copulæ coniugalis inhibitio hodie eſt reſtricta vſq; ad quartum gradum incluſiuè, niſi aliter ſe habeat conſuetudo, vt extendatur vſque ad quartum gradum, vide tamen ibid. ſingu. matrimonium. 2.

Multa ſpectãtia ad mr̃imonium, vide in Cõcil. Tridẽ. ſeſslo. 24. de Sacramẽto matrimonij.

De interdicto matrimonio inter pupillam, & tutorem, ciuſq; filios.

De iure tutor non poteſt contrahere matrimonium cum pupilla, tñ de conſuetudine põt. Boer. dec. 317. num. 3. in fine.

Ruſticum non excuſari, ſi cùm tutor eſſet, cum eius pupilla matrimoniũ contraxit, ſcribit Menoch. de arbitra. lib. 2. caſ. 194. nu. 11. & quare hoc matrimonium ſit prohibitum, vide ibi. nu. 12.

De iure tamen canonico matrimonium tutor contrahere poteſt cum pupilla. ibi. n. 13. vide Hartm. Hart. c. 2. tit. de matrimon. lib. 1.

De prohibitione nuptiarum inter pupillam, & tutores, ſeu curatores, filioſq; eorum, vel nepotes, vide in l. 59. & ſeqq. ff. de ritu. nupt.

Nuptijs ex voluntate patris puellæ cum filio tutoris iure contractis, dos pro modo facultatũ, & dignitate rectè per tutorẽ conſtitui poteſt. l. 70. §. nuptijs. ff. de iure dot.

Poſt redditionem computi de adminiſtratis, & poſtquàm adulta erit maior 25. ann. ceſſat prohibitio. l. 28. §. ſi quis eo tempore. ff. de liberis, & poſthumis.

Illicitum matrimonium nõ excuſat quẽ à pœna ſtupri, vt in tutore, vel curatore, qui pupillã, vel adultam ducit in vxorẽ ante 26. ann. l. 7. ff. ad leg. Iul. de adult.

De indicta viduitate, & lege Iulia miſcella tollenda.

SI vxori legatũ ſit hac conditione, vt ſi nupſerit reſtituat legatum alicui, ſi nubat cogit̃ reſtituere. l. 14. de legat. 3.

Conditio de non nubẽdo in virgine remittit̃, & legatũ debet̃, etiam nuptijs contractis. l 22. ff de condit. & demonſt. Bar. conſi. 184. vol. 1. nam cõditio, ſi non nupſerit, hodie in primis nuptijs reijcitur, in alijs debet impleri. Fran. Mant. de coniectu. vlt. volunt. lib. 11. tit. 19. vbi de materia huius conditionis.

Conditio, quæ inducit viduitatem in omne tẽpus, reſpectu omnis perſonæ, & omnis loci ſpernitur, ſecùs ſi inducat viduitatẽ reſpectu certæ perſonæ, vel certi loci, aut tẽporis. l. 61. §. fi. 62. 63. 70. §. fi 71. & 73. ff. đ cõd. & demõ.

Conditio viduitatis habet locum in viro, ſicut in vxore, quando hac conditione ei aliquid ab vxore præmortua relictũ fuit. Gom. Leo. deciſ. 9. in deciſio. diuerſo. Tom. 2.

Legatum factum per virum vxori, ſi non nupſerit, & ſi nupſerit legatæ ſint ei dotes, ſi nubat poſt receptionem, reſtituitur cum fructibus. Vincen. de Fran. deciſ 231. par. 2.

Conditio, ſi non nupſerit remittitur in extranea, propter quam conditionẽ veriſimiliter ceſſaret mulier nubere. Bar. ſing. 91

Maritus, ſi aliquid vxori relinquat, donec illa caſtè, honeſtèq; vixerit, & vitã vidualem ſeruauerit, ipſa vxore ingrediente monaſteriũ, legatum debetur. Fran. Cremen. ſing. 143.

De gradib. cognationis, & affinitatis.

AFfinitas contrahitur per fornicationẽ, nõ tñ per coitum ſodomiticũ, nec ẽt ſi clauſtrũ pudoris intrauerit, ſi non emiſerit ſemen. Capel. Thol. q. 96.

Per ſponſalia contrahitur affinitas, & ex illis oritur impedimentum publicæ honeſtatis, vide Hartma. Hartma. capit. 1. titu. de ſponſalibus. libr. 1.

Conſanguinitas quõ prohibetur, vide eundem obſer. 2. tit. de probationibus. libr. 2.

Conſanguinitas quid, & qui dicantur conſanguinei, vide Hartma. Hartm. capit. 1. titu. de matrimo.

De affinitate, & eius gradibus, & quod in matrimonio canones ſint ſeruandi, vide eundem Hartma. cap. 2. eod. & matrimonium contrahere inter quas perſonas ſit prohibitum, vide ibi. obſer. 4.

De

Dè ſecundis nuptijs.

VNus teſtis de morte prioris mariti ſufficit, vt ſecúdò mulier poſſit nubere, & Dux belli pariter ſufficit, & tune concurrente ſaltem fama excuſatur mulier, quæ ſecundò nupſit, licèt poſteà reperiatur primum maritum viuere. Gom. Leo. deciſ. 62. in deciſio. diuerſo.

Mulier non poteſt côtrahere ſecundas nuptias, niſi conſtet de mariti morte, ſed qualis, & quæ probatio ſufficiat, vide obſer. 2. Senat. Thol. in deciſio. diuerſo. & debet probari per certum nuncium, ideò ſecundum matrimonium contractum in abſentia primi viri, non tenet, ipſo reuerſo. Rol. conſi. 93. vol. 3. tamen filij nati ex tali ſecundo matrimonio cótracto bona fide, ſunt legitimi. ibi Rol. n. 8.

Statuto poteſt conſtitui, vt ſecundus vir lucretur dotem mulieris, repulſis filijs primi matrimonij, nec requiritur hoc in caſu, quòd mulier expreſsè declaret ſe velle filios primi matrimonij eſſe priuatos, ſed ſufficit ſimpliciter dotis conſtitutio. Natt. conſi. 146. Tom. 1. vide conſi. 308.

Bona donata contemplatione, & propter benè merita donatarij, tranſeunt etiam in filios ſecundi matrimonij, licèt in donatione fuerit apposita hæc clauſula, pro te, & filijs ex Catherina prima vxore, ſuſcipiendis. Menoch. conſi. 40. vol. 1.

Dotis augmenta acquiruntur (mortua muliere) filijs illius, qui donationem fecerat. Menoch. conſi. 155. num. 36. lib. 2. vide infra tit. de donatio. propter nupt.

Filia ad ſecunda vota tranſiens poteſt patrem compellere, vt eandem dotem, quam primo viro dederat, ſecundo tribuat. Ludo. Roma. ſingul. 788.

Pater non poteſt minuere dotem filiæ ſecundò nubenti, niſi ex cauſa ſuperuenientis paupertatis. §. quia verò. Authen. de æqualitate dotis.

Etiam quando mater commiſiſſet adulterium in ſecundo matrimonio, dos debet reſeruari filijs primi matrimonij. Franciſ. Cremen. ſing. 88.

Mulier ſecundum matrimonium contrahens honeſtè viuere, voluntatemque viri ſeruare cenſetur, qui in teſtamento dixit, lego vxori meæ, ſi caſtè vixerit: ideò ob id non amittit legatum. Hippol. ſing. 177. vide tamen Ioan. de Arnono, ſingul. 3. vbi tenet contrarium, & Bart. in l. 3. §. ſed quia. C. de indicta viduitate. c. Deus. & ibid. glo. 31. q. 1.

Mulier de iure Canonico nubẽs intra tempus luctus, non eſt in famis. c. emphemium. 2. q. 3. tamen tribus cauſis intra tale tempus videtur prohibita contrahere matrimonium, vide glo. in c. omne. 27. q. 2.

Non poteſt quis illam habere vxorem, cuius maritum occiſit machinatione ipſius mulieris, ſecùs ſi ſine machinatione. cap. 1. extra de conuerſ. infidel.

Mulier, quæ ſecundò nubit dote non repetita, habet priuilegia dotis. Bart. in l. 1. num. 28. ff. ſolut. matrimonio.

Mulier in bonis filij (liberis non extãtibus) etiã ſi tranſierit ad ſecunda vota, in totum ſuccedit. Bar. in §. primæ quidem Authen. de nupt.

Secundum veritatis rationem fornicari conuincitur, qui ſecundam duxit vxorem. c. hac ratione. 31. q. 1. ſed vt vitetur periculum fornicationis ſecundum matrimonium conceditur. cap. quomodo. 31. q. 1. ideò duæ, neque tres, nec deinceps nuptiæ ſunt condemnandæ. c. aperuit. 31. q. 1.

Pater per tranſitum ad ſecunda vota, non perdit vſumfructum ſibi quæſitum in bonis filiorum. l. fi. C. de bonis maternis.

Mulier licèt ex primo matrimonio habeat filios, dotẽ ſuam recuperat, & alteri nubere poteſt: ſed ſi faciat extraneum hanc dotem ſtipulari animo donandi cauſa mortis, ea mortua donatio reuocatur, vſq; ad debitũ bonorum ſubſidium, niſi in reſiduo patrimonio inueniatur. l. 2. C. de donat. cau. mort.

Dos primi matrimonij videtur in ſequenti matrimonio repetita. l. pen. §. vxor. ff. ſolut matr. Ozaſ. deciſ. 21. Natt. conſi. 571. Pet. de Rauen. ſingul. 137. quod non procedit in donatione propter nuptias. Natt. conſi. 572.

Mulier ſecundò nubens, & dotem à primis liberis recipiens, nõ tenetur cauere de dote illis ſeruanda (niſi à ſtatuto hoc eſſet diſpoſitum) ſecùs erit in lucris nuptialib. Boer. deci. 200.

Dotem totam poteſt mulier conſtituere in dotem ſecundo viro, & ſic eo in caſu poteſt dare ſecundo viro omnia bona, quæ habet, quibus fruatur donec ipſa viuat. Boer. deci. 200. & 201. Dec. conſi. 246.

An filij primi matrimonij poſsint opponere cõtrà nouercam agentem ad dotis reſtitutionem, confeſsionem ipſius factam in fraudem ipſorũ, & ſapere vim donationis, vide Crau. conſilio. 40.

Mulier trãſiens ad ſecunda vota eſt filijs primi matrimonij multùm ſuſpecta. Bart. in l. 22. C. de adminiſtra. tuto. & curat. nu. 4.

Maritus mortua vxore poteſt ſtatim aliam ducere. Hartma. Hartma. c. 7. titul. de matrimo. libro. 2.

De pœnis ſecundò nubentium.

L. Ex hac edictali. C. de ſecun. nupt. habet locum in alimẽtis viduæ relictis, & in vſufructu, vt tunc æſtimatio fiat ſecundum terminos. l. hæredum. ff. ad leg. Falc. vide tamen deciſ. 95. Rot. Auenio. in deciſio. diuerſo. Craue. conſi. 194.

In terminis d. l. hac edictali, filius detrahit primò ſuam legitimã, & deinde de reliquis bonis, debet fieri diuiſio iuxta ipſam legẽ. Rot. Auenio. deciſ. 95. in deciſ. diuerſo. vide Creſcen. deciſ. 4. aliàs 273. titu. de donatio. Boer. deciſ. 201. nu. 4. Fran. Marc. q. 23. par. 2. q. 24. & 113. ibid. Craue. conſi. 142. & 194. Dec. cõſ. 246. Rol. conſi. 62. vol. 3. & conſi. 29. volum. 4. Boer. q. 119. ſecùs ſi ſecundus vir ex diſpoſitione ſtatuti deberet ſuccedere in dote, cum filijs primi matrimonij. Rol. conſi. 62. vol. 3. vide tamen Excel. Præſid. Teſſau. deciſ. 184. ſed quid, quando mater aliquid reliquit filijs primi matrimonij, vide Boer. deciſ. 201. nu. 6. Marc. q. 23. 24. 71. 78. & 113. par. 2.

Filius primi matrimonij vendicans hæreditatẽ ex diſpoſitione legis, hac edictali. C. de ſecun. nup. (liberorum detracta legitima) facit partem, vide Fran. Marc. q. 85. par. 2.

Tranſmiſſio fit de iure cõpetenti ex. l. hac edictali ad liberos, non ad extraneos, ſi vnus ex filijs primi m̃rimonij deceſſerit ante patrẽ, q ſecũdũ m̃rimoniũ cõtraxerat. Crau. cõſ. 142.

Filia, cui pater dedit omnia bona ſua in cõtractu primi matrimonij pro ipſa, & ſuis deſcendentibus ex ipſo matrimonió, & omnib. alijs habentib. cauſam ab ea, non poteſt ob id donare ſecundo viro in præiudicium filiorũ primi matrimonii. Io. Pap. li. 15. tit. 1. arreſt. 5.

Quod aufertur ſecũdo marito virtute legis, hac edictali, inſolidũ applicatᷣ filij primi matrimonij, excluſis filijs ſecũdi. Pap. li. 15. tit. 1. arreſt. 9. Cra. cõſ. 194. n. 5. Rol. cõſ. 29. n. 8. vol. 4.

Renunciatio, & ceſſio bonorum facta per filiã primi matrimonij, intelligitur facta in fauorem filiorum eiuſdem matrimonij, & fratrũ conſanguineorum dictæ filiæ, & ſororis reſpectiuè. Pap. ibid. arreſt. 10. & nõ filiorũ ſecũdi matrimonij. Boer. deciſ. 184. vide tñ ibid.

Sicut prohibetur donare ſecundo viro vltra iuris diſpoſitionem: ita pariter prohibetur donare perſonæ coniunctæ d. ſecundi viri. idem Pap. ibid. arreſt. 11. vide Boer. deciſ. 201.

Pater non poteſt vxori plus relinquere, q̃ vni ex filiis primi matrimonij relictum fuerit, habito reſpectu ſupplementi legitimæ. Iac. Put. deciſ. 1. lib. 2. & hoc procedit licèt filius (cui minus legitima fuit relictum) ſupplementũ non petat. idem deci. 9. & 14. ibid. & ſic. l. hac edictali. C. de ſecun. nupt. diſponẽs, q nouerca concurrat cũ filiis vſque ad ſupplentũ legitimæ, procedit ẽt ſi filius ſupplementũ nõ petat, vt latè cõprobat. idem Put. d. deciſ. 14.

De intellectu huius legis, vide Creſcen. deciſ. 4. aliàs. 273. tit. de donatio.

Dicta. l. loquens de matre, habet etiam locum in patre. Put. deciſ. 4. nu. 3. lib. 3.

Secundus maritus debet bona vxoris in dotem recipere pro ſe, & communib. liberis naſcituris, quia tunc liberis extantibus, mater plus poterit relinquere liberis ſecundi, quàm primi matrimonii, qui legitima hoc caſu cõtenti eſſe debent. And. Gail. obſer. 82. lib. 2. n. 10. Boer. deciſ. 200. nu. 4. Craue. conſ. 40. & conſi. 104. Dec. cõſi. 246. ſed viro ſolummodo dare poteſt, vt vni ex liberis primi m̃rimonii, cui minus fuit relictum. Boer. deciſ. 20. & Marc. q. 27. par. 2. & q. 123.

Mater, an poſſit plus donare ſecundo marito ſtipulante nomine filiorũ naſciturorũ ex ſecũdo matrimonio, q̃ primis primi matrimonij, vide Craue. conſi. 194. nu. 11. vbi citantur Doctores pro vtraque parte, tandem refert fuiſſe iudicatum pro negatiua cum diſtinctione, de qua ibid. vide Dec. conſi. 246.

Mater, quæ tranſiuit ad ſecunda vota, an poſſit plus relinquare filijs ſecundi matrimonij, q̃ primi, vide Perilluſt. D. P. Teſſau. deciſ. 170.

Mater tranſiens ad ſecunda vota debet reſeruare portionem filijs primi matrimonij iuxta. d. l. hac edictali. C. de ſecun. nupt. ſed an per ſtatutũ poſſit derogari ipſi legi, vide Mago. deciſ. 107. Rot. Flor. Dec. conſi. 19. & cõſi. 195. Fran. Marc. q. 25. par. 2.

Hæres, qui nõ fecit inuentarium gaudet etiam beneficio d. l. hac edictali. Rot. Auenio. deci. 95. in deciſio. diuerſo.

Ob ingratitudinem filius perdit beneficium d. l. hac edictali. Boer. deciſ. 201. nu. 5.

Vxor, vel vir ſecũdi matrimonij poteſt habere tantum, quantũ valet legitima cuiuslibet filii ex primo matrimonio, etiam ſi illi filio minus legitima eſſet relictum. Mohed. deciſio. 231. vide Marc. q. 23. 24. & 113. par. 2. Crauet. cõſ. 40. 142. & 193. nu. 12. vbi de limitationib.

Maritus relinquens nouercæ plus, q̃ vni ex liberis primi matrimonii, illud plus nõ debetur, ſed ipſis filijs primi matrimonij applicatur, ẽt ſi non ſint hæredes patris, ſed quõ hoc intelligatur, vide Fran. Marc. q. 57. q. 848. par. 1. & q. 23. par. 2. Rol. conſi. 29. vol. 4. idem in muliere, vide Abb. conſi. 117. lib. 2.

Quando plus relictum ſit vitrico, vel nouercæ, quã liberis primi matrimonii, motis tempus ſpectandum eſt. Marc. q. 24. par. 2.

Filij primi matrimonij, non ſecundi, de eo gau dere debent, quod plus nouercæ, vel vitrico relictum eſt. Marc. q. 25. par. 2.

Confeſsio nouercæ, vel vitrici etiam iurata, in liberorum primi matrimonij præiudicium, nō valet. Marc. q. 26. par. 2. vide Craue. cōſ. 40.

Si maritus in donatione, quam fecit vxori non exceſſerit legitimam filiorum primi matrimonij, ſi poſteà legitima minuatur, quia naſcātur alij liberi de ſecundo matrimonio, diminui non debet donatio ſecundæ vxoris, quæ ab initio nō fuit exceſsiua. Crau. cōſ. 40.

Lex, hac edictali, non hēt locū in filijs vulgò cōceptis. Rom. ſing. 232. Frā. Crem. ſing. 89.

Mater an poſsit quid relinquere ſecundo viro, qn̄ alteri filiorū ex primo matrimonio, nihil reliquit, & an ſecūdus maritus, & liberi primi matrimonij, reduci debeant ad æqualitatem, vide Craue. conſi. 193. nu. 13.

Filijs primi matrimonii competit actio in rem ſcripta reuocatoria, in terminis. l. hac edictali. Craue. conſi. 194. nu. 6. vide Bar. in §. nec illud. Auth de nupt.

Diſpoſitio. l. hac edictali habet præciſam prohibitionem, ſed in quibus caſibus non habeat locum, vide Dec. conſi. 246.

Mulier ſecundò nubens debet filio primi matrimonii (vltra legitimā) tātum relinquere, quantum ſecundo viro dedit, aliâs non valet diſpoſitio. Amanel. de Claris aquis. ſing. 112.

Licèt omnes pœnę impoſitæ de iure communi contrà viduas nubentes intra annum luctus, hodie ſint ſublatæ: adhuc tamen locum habent contrà viduas luxurioſè, & inhoneſtè viuentes. Iul. Clar. in ſua pract. crim. §. ſtuprū, contrà quam habent locum omnes pœnæ, ſecūdò nubentiū. Bar. in l. 7. C. de reuo. dona.

Pœnæ ſecundò nubentium intra annum hodie ſunt ſublatæ. Paul. Aemil. deciſ. 25. part. 2. nu. fin. Barto in l. 13. ff. de his qui nota. infa. & in Authen. de non eligen. 2. nuben. muli. antiquitus ſecùs erat, vide l. 3. C. ad Senatuſ. Tert. & ſic nubens intra annum luctus nō perdit ſibi donata à viro; ſecùs ſi commiſerit ſtuprūm Gaſp. Cabal. milleloq. 138.

Licèt pœnæ iuris ciuilis in odium ſecundi matrimonii præpoperè contracti impoſitæ, de iure canonico ſint ſublatæ; tamen pœnæ iuris ciuilis in fauorem filiorum primi matrimonii appoſitæ, non ſunt ſublatæ. And. Gail. obſer. 98. lib. 2. nu. 8. Hartm. Hartm. c. 6. tit. de matrimo. lib. 2.

Mulier nubens ſecundò intra annum luctus priuatur hæreditate mariti, qui illam hæredem inſtituerat. Pap. libr. 15. titu. 1. arreſt. 12. & fin. libr. 21. titu. 4. arreſt. 2. vide Boer. deciſ. 186. & in additio. ad Bar. in l. 1. C. de ſecund. nup.

Pœnæ de quibus in l. fœminę. C. de ſecund. nup. appoſitæ mulieri nubenti ſecundò poſt annum fauore filiorum, non ſunt ſublatæ (quia non ſunt appoſitæ in odium matrimonij, ſed fauore filiorum) omnes verò aliæ pœnæ non concernentes fauore filiorum, de quib. in l. 1. & 2. C. de ſecund. nupt. ſunt ſublatæ. Afflict. deciſio. 75. in fine. Abb. in cap. fin. extra de ſecund. nupt. Boer. deciſio. 188. nu. 17. Cranet. conſ. 36. Caſſa. in conſuet. Burg. tit. *des enfans.* Rub. 6. §. 1. nu. 6.

Legata non pdit vxor nubēs intra annū luctus, ſi non extant liberi. Boer. deciſ. 186. nu. 3.

Mulier nubens intra annum luctus, præſumitur primū virū occidiſſe. Guli. de Lud. ſing. 127.

Lucrum, quod debetur filijs reſpectu ſecundarum nuptiarum, non debetur iure hæreditario. Dec. conſ. 86. ideò filij primi matrimonij, etiam ſi non ſint hæredes matris, vel patris, poſſunt auocare tale lucrum. Rol. conſi. 29. vol. 4. nu. 14.

An in tali lucro concurrant filii fratris cum patruo, vide Dec. conſi. 86. nu. fin.

Filia, quæ renunciauit hæreditati maternæ, ſi mortua matre hæreditas delata fuerit renunciantis fratri, qui poſteà moriatur, non prohibetur fratri ſuo ſuccedere. Dec. conſi. 230. Rol. conſi. 95. vol. 1. tamen filia tunc nō habet beneficiū legis, hac edictali. Mar. q. 25. par. 2.

Statutum, quo mater per tranſitum ad ſecunda vota priuatur luctuoſa hæreditate filiorum, non habet locum in bonis ſitis extra territorium loci ſtatuentium, & etiam in mercibus, & mobilibus alibi exiſtentibus, vt perpetuò ibi manerent. Natt. conſi. 184. Tom. 1.

Statutū diſponens, q vxor amittat legatum ſibi à marito p tranſitū ad ſecunda vota, dicit̄ cōditū in ea parte fauore mariti, q propterea pōt concedere licentiam vxori de nubendo, abſq; amiſsione legati. Nat. cōſi. 463.

Mater cùm non poſsit de lucris nuptialibus ad ſecunda vota tranſiens diſponere, ſed ea primi matrimonij filijs reſeruare debeat, ad id tenetur, etiam ſi ſecundæ nuptiæ eſſent nullæ, aut inualidæ. Put. deciſ. 4 libr. 3. vide Bott. deciſ. 185. & 201. nu. 2. Fran. Marc. q. 22. in additio. par. 2. Caſſa. in conſuet. Burgun. tit. *des ſucceſſions.* Rub. 7. §. 7.

Donatum vxori contemplatione mariti non comprehenditur, ſub diſpoſitione legis fœminæ. C. de ſecund. nupt. Vincent. de Franc. deciſ. 18 nu. 7. Caſſa. in conſuetud. Burg. tit. *des ſucceſſions* Rub. 7. gloſſ. 7. Fran. Crem. ſing. 83. non è contrà, vide Marc. q. 113. parr. 2. tamen legatum factū per virum vxori pro bonis ſeruitijs ſubiacet diſpoſitioni d. l. fœminæ. Vincen. de Fran. deciſ. 428. par. 2.

Mulier ſecundò nubens quicquid de bonis prioris mariti lucrata fuerit, filijs primi matrimonij conſeruare tenetur, quod procedit, etſi filij prioris matrimonij nō ſint hæredes patris præmortui, ſed ipſius matris tantùm. Myſing.obſer.24.cēt.5.Pap.lib.15.ti.1. arreſt.7.vide Hart.Hart.c.5.tit. de matrimo.lib.2.

Item procedit, etiam ſi filij renūciaſſent bonis paternis, vel maternis ante tranſitum (quo ad bona matris) ad ſecunda vota. Myſing.d. obſer.24. cent.5.

Quod etiam habet locum in nepotibus patribus prædefunctis. ibid.d.obſer.24.

Quid ſi nulli ſuperſint filij ex primo matrimonio, vide ibid.d.obſer.24.& Boer.deciſ.185. gl.in d.l.fœminæ.§.qđ: tunc enim ceſſant pœnæ d.legis fœminæ. Afflic.deciſ.61.nu.fin.

Pœnæ ſecundarum nuptiarum tantùm habent locum in bonis, quę ex liberalitate cōiugis, non ex legis diſpoſitione proueniunt. Gom. Leo.deciſ.4. in deciſ.diuerſo.

Si mulier titulo tranſactionis aliquid habuerit propter bona primi mariti, an teneatur illud reſeruare, vide Natt.conſi.14.Tom.1.

Pęnæ ſecundò nubentis habent locum nedum, ſi mulier ſecundò cōtraxerit, verum etiam ſi viuat cum amaſio, vel luxurioſè. Paul. Aemil. deciſ.25.part.2.& deciſio.264.ibid. Myſing. obſer.24.cent.5.

Filijs primi matrimonij reſeruant bona paterna, ac materna, & matri, vel patri ipſorum ad ſecunda vota tranſeuntibus alienatio eorum interdicitur. idem Aemil. deciſio. 26. par.2.vide tamen l.18.& Authen.pater. C.de donatio. ante nupt.

Mulier tranſiens ad ſecunda vota, non poteſt retinere proprietatē bonorum, quæ habuit à primo marito virtute mutuæ donationis, quod procedit extantibus liberis primi matrimonij. Pap.lib.15.tit.1. arreſt.6.

Pater ad ſecunda tranſiens vota perdit, ſeu priuatur proprietate bonorū filiorum, ideò eo in caſu excluditur ab alijs filijs fratribus defuncti. Boer.deciſ.187.ſed quid de alijs aſcēdētib.vide ibi. Boer.d.deci.187.Marc.q.879.

Mater tranſiens ad ſecunda vota habet ꝓprietátem in bonis filij auitis, nō paternis. Boer. deciſ. 192. num.5.

Licèt mř per tranſitum ad ſecunda vota efficiatur de proprietaria vſufructuaria, non tñ tenetur ꝓſtare cautionem de vtēdo, fruendoq; arbitrio boni viri: Craue.conſi.285.in fin.

Extraneus, qui in contractu matrimonij donauit coniugib.aliquid de ſuis bonis, vſufructu retento, ſi coniugū alter ad ſecundas conuolauerit nuptias id, qđ datū fuit, liberis primi matrimonij eſt ſeruandū. Fran. Marc.q.76.

Quod dicitur matrem tranſeuntem ad ſecunda vota, tantùm habere vſumfructum in bonis filiæ (quę ei prouenerint ex ſubſtantia paterna) & proprietatem acquiri fratri ſuperſtiti, intelligitur locū habere volente filio primi mřimonij, & declarante matrē priuatam eſſe proprietate bonorum ſororis, propter tranſitum ad ſecunda vota. Rol.conſi.81.vol.1.

Cōcluſio illa hñs, mulierē ſecundò nubētē perdere proprietatem acquiſitorum à primo viro, limitatur pluribus modis. Primò, quando donatio fuit remuneratoria, & non ſimplex. Menoch.conſi. 155.lib.2. & conſi.308.lib.4.

Secundò, in donatione facta vxori, non illius cōtemplatione, ſed alterius affinis. Menoch. d.conſi.155. & d.conſi.308.

Tertiò limitatur, quando mulier tranſit ad ſecunda vota de cōſenſu filiorum, ſed ex quib. cognoſcatur talis conſenſus, vide Menoch. d.conſi.155.nū.13.lib.2. Paul.Aemil.deci.26. par.2.Myſing.obſer.24.cent.5. Pap.lib.15.tit. 15.arreſt.8.Dec.conſi.206.Rolan.conſi.95.& ſufficit tacitus. Menoch.d.conſ.155.nū.16.et interueniens poſt contractum matrimoniū. ibid.vide etiam conſi.237.lib.3.vbi Menoch. ſcribit quinq; caſus circa hanc limitationē; ſed ex qb. ſignis poſſimus arguere filios tacitè cōſenſiſſe, vide Menoc.conſi.237.n.20.li.3.

Quartò limitatur, quando in contractu donationis vxor acquiſiuit pro ſe, & filijs hæredibus, notario ſtipulante pro ipſis. Menoch.d. conſi.155.lib.2.nu.25.& conſi.308.lib.4.

Quintò, qñ tranſiuit ad ſecunda vota de cōſenſu mariti, qui deprehenditur quoties legaſſet vxori aliqđ tranſeunti ad ſecunda vota. Fran. Crem.ſingu.75.vide Myſing.obſer.24.cent.5. Pap.lib.15.tit.1. arreſt.8. Rol.conſi.95.nu.20.

Licèt mulier nubens de conſenſu mariti, vel filiorum euitet penas ſecundò nubentium: fallit tñ, ſi nubat intra annum luctus, quia tunc talis cōſenſus illi nō ꝓdeſt. Lud.Ro.ſing.251.

In caſu, in quo mater tranſiens ad ſecunda vota amittit proprietatem bonorū prouenientiū ex ſubſtantia primi mariti, in illo caſu non ſuccedit in legitima filio, dicti primi matrimonij, in bonis prouenientibus ex hęreditate ſui patris, vt poſſit eam relinquere ſuis hęredibus. Menoch.conſi.237.lib.3.

Statuto diſponente, ꝙ mortuo altero coniugū in matrimonio, ſuperuiuens lucretur certam partem dotis, ſi mulier ſuperuiuens hoc lucrum habuerit, & trāſierit ad ſecunda vota, illud ſeruare tenetur filijs primi matrimonij. Fran.Crem.ſing.273.

Vide de materia ptinenti ad hūc titulū ꝑ Bar. in Auth.de nō eligen. ſecūdò nuben. mulier.

Pater, & mater tranſientes ad ſecunda vota, an

amittant

amittant ſtatim proprietaté, vide Bart. in §. ſi verò in Auth. de nupt. & ibid. in §. optimé. & §. nec illud. vide de materia in Authen. neque viri, quod ex dote eſt.

Quid iuris, muliere tranſeunte ad ſecunda vota circa augmentum nuptiale, vide authen. de non eligend. ſecundò nubent. mulier.

Mulier trãſiens ad ſecunda vota liberis extantibus, non ſolùm perdit quo ad proprietaté quicquid à marito defuncto titulo lucratiuo, ſed etiam quicquid per ſucceſsionem filiorum primi matrimonij conſequuta eſt, ſolo vſufructu iſtorum bonorũ apud ipſam remanente. And. Gail. obſer. 98. lib. 2.

Amplia primò, vt non ſolùm hoc procedat in vxore, verum etiã in marito ad ſecunda vota conuolante, idq; ex idẽtitate rationis. Gail. d. obſer. 98. nu. 3.

Secundò amplia, vt procedat etiam in lucro ex conſuetudine, vel ſtatuto, aut pacto vltimò ſuperſtiti coniugi debito; nam per tranſitum ad ſecunda vota huiuſmodi lucra, ẽt amittũtur. Gail. d. obſer. 98 nu. 6.

Tertiò amplia hanc concluſionem, vt procedat ſiue ante, ſiue poſt mortem filij, vel filiæ ſuperſtes coniunx contrahat ſecũdas nuptias. ibid. Gail. num. 7.

Quartò amplia, vt non ſolùm procedat de iure ciuili, ſed etiam de iure canonico. ibid. Gail. num. 8.

Quintò amplia, vt filia primi matrimonij dotata, ſtatuto, vel renunciatione iurata à ſucceſsione paterna excluſa, admittatur (non obſtante ſtatuto, vel renunciatione) odio ſecundarum nuptiarum, ad ſucceſsionem bonorum, quæ deferuntur liberis primi matrimonij. Gail. d. obſer. 98. lib. 2. nu. 9. Pap. lib. 15. titu. 4. arreſt. 9. Guid. Pap. q. 228. & 229. Crau. conſi. 242. Dec. conſi. 206. 396. & conſi. 239. vide Rol. conſi. 95. vol. 1.

Limita concluſionem, primò quando ſuperſtes coniunx ex voluntate defuncti ſecundas nuptias contrahat. Gail. d. obſer. 98. nu. 18. Pap. lib. 15. titu. 1. arreſt. 8. nam mariti licentia de ſecundò nubendo aufert omnes pœnas mulieri ad ſecunda vota tranſeunti, Boer. deciſio. 175. & 185.

Secundò limita, ſi liberi primi matrimonij cõſentiant in ſecundas nuptias, vnde pro cautela obſeruandum eſt, vt parentes conſenſu liberorum primi matrimonij nuptias repetant. Gail. d. obſer. 98. nu. 19. Pap. lib. 15. tit. 1. arreſt. 8.

Tertiò limita, in acquiſitis titulo oneroſo. ibid. Gail. d. obſer. 98. num. 24.

Quartò limita, vt per Roma. conſi. 279. & conſi. 405. & habetur ibid. d. obſ. 98. nu. 23.

Quintò limita concluſionem, in vſufructu vxori per maritum relicto: quia vxor vſufructuaria bonorũ mariti repetitione nuptiarũ vſufructũ non amittit, ſicut nec legatum conditionale à marito relictum puta, ſi vxor ſua caſtè, & honeſtè vixerit, niſi adiecerit, & in viduitate permanſerit. Gail. d. obſ. 98. nu. fin.

Sextò limita, ſi nuptiæ fuerunt contractæ de licentia Principis, vel ſupremę Curiæ. Pap. libr. 15. titu. 1. arreſt. 8. vide tamen l. 3. C. ad Senatuſconſul. Tertul.

Septimò limita, in bonis obuẽtis mři, ex teſtõ ſui filij. Pap. d. arreſt. 8. Boer. deciſio. 191.

Pœnæ ſecundò nubentium ceſſant præmorientibus liberis primi matrimonij. Cra. cõſ. 242. & quãdo alias ceſſent, vide Rol. cõſ. 81. vol. 3.

Mater tranſiens ad ſecunda vota mortuo filio, alijs ſuperſtitibus, ſuccedit in vſufructu tantùm, reſpectu bonorum obuentorum filio à patre, in reliquis verò bonis etiam quæſitis, ex fructibus bonorum paternorum, ſuccedit in proprietate. Vincent. de Franc. deciſ. 18. vide Boer. deciſ. 190. nu. 3. Crau. conſ. 37. Caſſan. in conſuetu. Burg. tit. *des ſucceſſions*, Rub. 7. §. 7. glo. 4. Bar. conſ. 2. vol. 1. l. 5. C. ad Senatuſconſul. Tertul. ſed quid in portionibus paternis, quas ille habuerat ab aliis fratribus, vide Boer. deciſ. 192.

De ſucceſsione matris in bonis filii etiam poſt tranſitum ad ſecunda vota, Vide per Afflict. deciſ. 75. Boer. deciſ. 185. Rol. conſil. 81. vol. 3.

Quid in patre tranſeunte ad ſecũda vota, vide Boer. deciſ. 185. Crau. conſ. 37. Dec. conſ. 87. & 230. Rol. conſ. 95. vol. 1. Caſſan. in conſuet. Burg. tit. *des ſucceſſions*, Rub. 7. §. 6. glo. 4. Marc. de Mant. ſing. 218.

Pater ſuccedens filio vnà cum illius fratre, poſt tranſitum ad ſecunda vota, an habeat vſumfructũ in medietate fratris defuncti delatã, quem non haberet, ſi non tranſiiſſet ad ſecunda vota, vide Boer. deciſ. 190.

Si per ſtatutum mulier tranſiens ad ſecundas nuptias priuetur ſucceſsione filiorum, perpetuò remanet excluſa, licẽt ſecundo loco efficiatur vidua. Menoch. conſ. 28 lib. 3.

Mater tutelam filiorum gerens, ſi ad ſecunda vota tranſierit, nullo confecto inuentario, tutore filijs nõ petito, nullaq; ratione adminiſtrationis reddita, filij defuncti ſucceſsione excluditur, & frater ipſius defuncti in ſolidũ admittitur. Ozaſ. deciſ. 58. vide Boer. deci. 266. Dec. cõſ. 246. nu. 7. l. 6. C. ad Senatuſ. Tert.

Fallit in matre minore. Boer. deci. 285. num. fin. & quando adſunt alii tutores. Boer. dec. 266. circa fin. Dec. conſ. 246. nu. 7.

Filii primi mřimonii, an mři ſuccedãt ęqualiter cũ filiis ſecũdi, vide Mago. dec. 107. Rot. Flor.

Liberi primi, & ſecundi matrimonij æqualiter ſuccedunt pro numero liberorum, exceptis ſponſalitijs largitionibus, & lucris nuptialibus, cum aliis venientibus contemplatione illius matrimonii; quia debent reſeruari liberis ipſius matrimonij. Franc. Marc. q. 316.

Quando mulier adhuc tutrix filiorũ primi matrimonij, nundum datis rationibus ſuæ adminiſtrationis, ad ſecunda vota conuolat, ſecundus maritus pro vxore tenetur, & eius bona liberis primi matrimonij, tacitè obligantur. And. Gail. obſer. 90. li. 2. vide Dec. cõſ. 591. l. 6. C. de pignoribus.

Mulier tranſiens ad ſecunda vota, non petito tutore, nec reddita ratione liberis primi matrimonij, non poteſt dare ſecundo viro, vltra tertiam partem bonorum ſuorum. Ozaſc. deciſ. 21. num. fin.

Mulier tutrix liberorum, ſi conuolet ad ſecundas nuptias, repellitur à tutela, & quare, vide Gui d. Pap. q. 539. Craue. conſ. 193. num. 13. gl. in l. 6. C. ad Senatuſconſ. Tertul.

De quadam conſuetudine Paduana ſuper bigamis, & in odio ſecundò nubentium, vide per Marc. de Mant. ſingu. 100.

Exemplarem ſubſtitutionem, an facere poſsit Pater, vel Mater ad ſecũda tranſiens vota, ante, vel poſt tranſitum, vide Boer. deci. 188.

Nouerca hæres vniuerſalis inſtituta, cum onere reſtituendi liberis ſecundi matrimonij, cenſetur hæres fiduciaria, contemplatione liberorũ ſecũdi mr̃imonij. Marc. q. 113. n. 7. par. 2.

Secundò nubens poteſt omnia bona ſua dare, ſecundo viro in dotem, vel aliter ad vitam; quia pœnæ impoſitæ ſecundò nubentibus, in fauorem liberorum primi matrimonii, nõ habent locum, quandiu parẽtes viuunt. Cra. conſil. 142. ideò alienata non reuocantur ipſis viuentibus. Crau. conſ. 285.

Mulier, cui per teſtamentum, vel pactum relictus eſt vſusfructus à marito, ſi trãſierit ad ſecunda vota poſt annum luctus, non perdit vſumfructum, niſi hoc expreſsè ſit dictum. Hartm. Hartma. cap. 7.

De diuortijs, repudijs, & ſeparatione à Thoro.

Diuortio facto apud quem liberi educari debeant, vide tit. C. diuortio facto.

Furioſus non poteſt coniugem repudiare, nec ipſe poteſt ex hac cã repudiari, niſi furor ſit intollerabilis. l. 23. §. maritus. ff. ſolut. matri. vide Vincen. de Frãc. deciſ. 312. par. 2.

Ex quibus cauſis de iure ciuili matrimonium diſſoluatur, vide tot. tit. Authen. de nupt.

Conſanguinitas ad dirimendum matrimoniũ, quomodo probetur, vide Paul. Aemil. deciſ. 208. parte 1.

Matrimonium, quando ex aliquibus cauſis iudicatur nullum, datur vtrique parti facultas cõtrahẽdi aliud matrimoniũ. Aemil. ibi. n. 3.

Matrimonium cõtractum inter maleficiatum, aut frigidum, vel impotentem, & non impotentem, nec maleficiatum, ſi poſt triennium remaneat maleficiũ, aut ſtatim appareat de impotentia naturali, & perpetua, poteſt dirimi. Borg. Canal. deciſ. 18. de contract. par. 2. vide obſer. 20. Senat. Thol. in deciſio. diuerſo. & tit. ext. de frigidis, & malefic.

Dos, iocalia, veſtes, & donata reſtituuntur, ſoluto matrimonio; propter impotentiam, vel aliam cauſam. Borg. d. deciſ. 18. Fallit in eo, qui malitioſè, & dolo cõtraxit matrimoniũ. Borg. ibi. num. 10.

Habens virgam erectam, & nõ emittens ſemen, non poteſt contrahere matrimonium. Borg. d. deciſ. 18. num. 6.

Sodomia eſt iuſta cã ſeparationis thori. Caba. mileloq. 5 12.

Dos reſtituitur, quando fit ſeparatio thori propter lepram, morbum gallicum, furorem, dementiam, adulteriũ, & quid ſimile. Borg. deciſ 18. de contract. par. 2. num. 26. Vincen. de Franc. dec. 312. par. 2. vide eundem deci. 244.

Maritus ſæuiens in vxorem, maléq; viuendo, an teneatur ad alimenta tantùm, vel totam reſtituere dotem, vide deciſ. 131. Rot. Auenio. in deciſio diuerſo. tom. 3. & vxor, ſi verberetur à viro licitè poteſt diuertere. Bar. in l. 22. C. de agricolis. lib. 10. num. 7. & c. 8. ext. de reſtit. ſpoliat. & tunc vxor poteſt à viro aufugere, & extra domum petere alimenta. Vincẽt. de Franc. deciſ. 244. par. 2. Lud. à Pegu. in ſuis quæſt. crim. cap 20. vide cap. 8. ex. de reſt. ſpo.

Quòd vxor ꝓbata viri ſæuitia p teſtes oĩ exceptione maiores, poſsit petere ſeparationem thori, & dotem, ſcribit. Natt. conſ. 616. vide Excell. P. Teſſau. deciſ. 130. Marc. q. 738. par. 2.

Matrimonium, ſi ſeparetur quo ad thorum culpa mariti, vxor lucratur donationẽ propter nuptias, & è contrà ſi vxoris culpa, vir lucrat dotem. Vincent. de Franc. dec. 244. par. 2. & cauſa ſeparationis thori, & matrimonij eſt prius tractanda coram Iudice eccleſiaſtico, quàm agatur ad dotis reſtitutionẽ corã Iudice laico. Vinc. de Fran. dec. 312. par. 2.

Confeſsioni coniugum non creditur ſuper matrimonio, cùm ad alterius matrimonij detrimentum eſt. Menoch. de arbitra. li. 2. caſ. 103. num. 6. tamen aliquando cõfeſsioni alterius coniugum creditur, vt fiat thori ſeparatio, vt pu-

vt puta,ſi mulier fateatur commiſiſſe adulte tium.Menoch.ibid.num.7.

Confeſsioni couiugum ſuper impedimẽto nõ ſtatur,ad hoc,vt matrimonium verè diſſolua tur: fallit,ſi ipſi curant, ne diſſoluatur matri monium. Menoch.ibi.nu.8. nam cõfeſsio im pedimẽti nocet confitenti,qui vellet matri-monium valere.ibi.num.fin.

Mulier debet ſeparari à marito,& nõ debet co gi cum eo habitare, ſi contrà illum mouerit litem,propter multa bona mobilia egregii valoris. Crauet.conſil.31.

Vxor poteſt agere ad ſeparationem thori, ma-rito laborãte morbo gallico.Nat.cõſ.24.to.1

Vxor audiri poteſt, & agere ad ſeparationem thori,& repetitionem dotis, & donationis propter nuptias contrà maritum adulterũ, ſicut poteſt ipſe maritus,& quo ad ꝓbatio-nem adulterij,ſufficiũt probationes pręſum ptiuæ.Rol.conſ.50.vol.1. nam propter adul-terium fit ſeparatio thori,non autem, vt de-nuo liceat nubere. c.1.& ibi.gl.ext.vt lite nõ cõteſtata,vide 32.q.1.& c.4.ex d eo,q duxit.

Ei adulterium obiici non poteſt, quæ ad hoc inuita tracta eſt, & ſic non ſemper propter adulterium vir poteſt vxor dimittere.c.6.ex. de eo, qui cognouit conſang.ſuæ vxor.

Si ambo commiſerint adulterium,non fit ſepa-ratio thori: quia paria delicta mutua compẽ ſatione tolluntur.c.4.& 5.ext.eod.

Vxor propter adulterium à viro ſeparata,per-dit dotẽ,& donationẽ pp nuptias.c.4.eod.

Adultera,quam maritus reconciliare non vult, ad agendum pœnitẽtiam in aliquo clauſtro collocatur.c.19.ext.de conuerſ. coniug.

Maritus ab accuſatione adulterij repellitur, in caſibus ſeptem,traditis per glo.in c.1.32.q.6.

Qui fornicatur,cauſa fornicationis vxorem ſuã dimittere non poteſt.ca.nihil.32.q.6. tamen vxor poteſt dimittere virum ob fornicatio-nem.c.apoſtolos.& c.fidelis.32.q.7.

Maritus per ſententiam ab vxore ſeparatus, ſi poſteà adulteratur,an ſit vxori reſtituendus, vide gl.in c.apoſtolus.32.q.7.

Cauſa adulterij vxorem relinquens, continen-tiam ſeruet.c.hi verò.32.q.7.

Vxor non reſtituitur viro capitali odio eam proſequenti, etiam cum cautione. Menoch, conſ.299.lib.3.vide Pet.Gerat.ſing. 65.

Ex cauſa leui,& temeraria coniuges etiam quo ad thorum, & mutuam cohabitationem ſe ſeparare non poſſunt, etiam cum iuramenti interpoſitione.c.24.ext.de iureiuran.

Si vxor alicuius publicè adulteratur, vir licitè poteſt, poſtmodum ad ordines promoueri, & religionem intrare, ſi poſt adulteriũ eam nõ cognouerit.c.15. ex. de cõuerſ. cõiug.

Vxor poteſt à viro per Iudicem Eccleſiaſticum ſeparari,ſi ſit infidelis.c.fin.ext.eod.

Separatur matrimonium,quando liber ignorã-ter contraxit cũ ancilla,niſi poſteà hoc ſciẽs illã cognouerit.c.2.& fin.ext.de cõiug.ſeruo.

Papa ex legitima cauſa poteſt diſſoluere matri monium,per verba de præſenti contractum, copula carnali non ſubſequuta.Hierony. de Monte in ſuis quæſt.q.6.Dec.conſ. 112. & cõ ſil.681.Natt.conſ.290.Menoch.cõſ. 385. li.4. ſed qualis debeat eſſe cauſa,vide Nat.d. cõſ. 290.aliàs ſine cauſa nõ poteſt.Menoch. cõſi. 15.vol.1.Fel.conſ.26.

Vtrum Papa poſsit diſpenſare cum aliquo Prin cipe circa matrimonium(iam conſumatum) diſſoluendum,& cum alia contrahendũ, ma ximè ſi nõ poſsit habere filios, qui ſuccedãt in Regno,vide Boer.conſ.20. quòd poſsit ex cauſa etiam in priuato,ſcribit Dec.conſ.602 & conſ.681.vide Hippol.ſing.165.

Ex magna cauſa, Papa poteſt diſſoluere matri-monium etiam conſumatum.Fel.cõſ. 26. nu. 16.circa fin.vide Marc.q.674.& q.675. par.2.

Papa ſuper matrimonio per verba de preſenti contracto de conſenſu cõiugum (copula nõ ſequuta)diſpenſare poteſt,de poteſtate abſo luta,nõ de ordinaria. Marc.q.675.par.2.

An matrimonium cõtractum per verba de præ ſenti(copula carnali non ſequuta)poſsit diſ ſolui altero ingred. Monaſteriũ,& ꝓfeſsionẽ faciente,vide Borg.dec.18.de cõtrac. par 2.

Statutum de lucro dotis non habet locum in matrimonio ſoluendo propter maleficium, vel impotentiam, licèt vxor moriatur ante diſſolutionem. Borg.d.deci. 18. de contract. par.2.nu.24.ſecus in fructibus dot.ibi.nu.25.

Impotens ad coheundum non poteſt contra-here matrimonium,& ſi contrahat, erit nul-lum.Gome.Leo.deci.39.in deciſ.diuerſo.to. 2.& tunc propter impotentiam coeundi mu lier ſeparatur.c.quod autem.27.q.2.

Matrimoninm non diſſoluitur, pretextu erro-ris,vt ſi quis crederet ducere in vxorem vir-ginem diuitem,& duceret meretricem pau perem.Gome.Leo.dec.47.in dec. diuerſ.to.2

Deſſoluto matrimonio non conſumato,non fit condemnatio expenſarum,& intereſſe, con-trà illum, cuius cauſa fuit diſsolutum. Ioan. Pap.lib.1.tit.4.arreſt.4.

Pendente lite diuorſi vxor debẽt ſtare,& habi-tare cum marito.Io.Pap.lib.15.tit.3.arreſt.1. cap.1.ex.vt lite pendente nihil.

De vxore,quæ virum leproſum non poteſt de-ſerere,& de viro, qui diũ ab vxore abeſſe nõ debet,vide Menoch.de arbitra.lib.2.caſ.456

Conceſsio precibus falſis,& mendacijs conceſ-ſa,eſt obreptitia,& ſubreptitia, & per conſe-

quens

quens nullius valoris: ideò diſpenſatio eius virtute ſequuta nõ tenet, nec filij nati ex matrimonio ſequuto poſt talem diſpenſationẽ, ſunt legitimi.Menoch.conſ.15.vol.1.

Vxor, ſi virum ſemper frigidum fuiſſe allegat, ipſe verò alleget frigiditatem poſt matrimonium proueniſſe, mulieri incumbit onus probandi frigiditatem. Lud.Rom.ſing.158.

Si mulier mittat diuortium, ipſa non debet nubere infra annum.Guid.Pap.ſing.459.

Coniuges voluntariè ſe ſeparantes, poſſunt ſe inuicem alter alterum repetere, non obſtãte huiuſmodi voluntaria ſeparatione. Ioã.de Arnono, ſing.60.

Qui illicitè ſunt coniuncti excommunicandi ſunt, vt abinuicẽ diſcedãt.c.6.de of.iud.ord.

Per ſolam traductionem mulieris ad domum viri, factam non præcedentibus ſponſalibus, vel præcedentibus, ſed inualidis, non acquiritur poſſeſsio, vnde ea recedente propria authoritate, non competit reſtitutio.cap.14.ex. de reſtit. ſpoliat.

Non creditur marito aſſerenti (etiam cum iuramento) vxorem ſe cognouiſſe, ſi vxor per matronas atteſtãtes de ipſius corporis aſpectu, probat contrarium.c.4.ex.de probatio.

Propter impotentiam coitus, mulier repudiat virũ. gl. ibid. ſed matrimoniũ an propter impedimentum ſeparari poſsit. vide Marc.queſtio. 677.par.2.

Non poteſt quis reprobare vxorem (quam approbauit) ex cauſa præcedenti; ſecùs ex ſequenti, & multa impediunt matrimonium contrahendum, quæ non dirimunt iam contractum, & matrimonium de præſenti nullo caſu ſuperueniente diſſoluitur, niſi ante carnalẽ copulã ꝑfireat alter. c.25.ex.de iureiur.

Sententia diuortij in cauſa matrimonij ritè lata, ad ſolam coniugis confeſsionem aſſerentis contrarium, nõ reuocatur, ſed illi ſtatur, donec legittimè de cõtrario doceatur.c.11. ex.de ſenten.& re iudi.

Ante matrimonium conſumatum poteſt alter coniugum (etiam altero inuito) religionem ingredi, ſed alter remanens in ſæculo, poteſt ad ſecũda vota trãſire.c.2.ex.d cõuerſ.cõiug.

Votum ſolemne impedit matrimonium cõtrahendum, & diſſoluit iam contractum.ca. 14. ext.eod. quod procedit ante carnalem copulam.cap.6.ext.de frigidis.

Nemo ſine iudicio Eccleſiæ, debet vxorem ſuã relinquere.c.ta.ext.de deſponſ. impub. vide Franc.Marc.q. 513.

Lepra ſuperueniens nõ diſſoluit matrimoniũ; ſecùs in ſponſalibus, vide tot.tit.ext. de coniug. leproſ.

Compaternitas ſuperueniens ſcienter, vel ignoranter inter coniuges, coniugium non diſſoluit.cap. 2.ext.de cognat.ſpiri.

Affinitas ſuperueniens poſt matrimonium cõtractum, non ſoluit matrimonium, ſed exactionem debiti impedit.cap.1.& 2.ex.de eo, qui cogno.conſag vx.ſuæ,& c.6.& 10.ibi.

Non ſeparatur matrimonium ad dictum vnius aſſerentis affinitatem præceſsiſſe.c.3.ex.eod. & hoc ẽt ſi rumor viciniæ conſentiat.c.5. eo.

Delegatus ad cauſam matrimonij, ſi fert ſentẽtiam diuortij, pronunciare etiam debet dotem reſtitui.c.3.ext.de donat.int.vir.& vxor.

Matrimonium, an de iure Canonico diſtrahatur, & an dirimatur propter coitus impedimentum, quod præſumitur ſuperueniſſe poſt matrimonium contractum, vide Bart. in §. diſtrahatur, autheu.de nup.

An liceat fideli ſe ſeparare ab infideli, vel hoc expediat, vide 28. q.1.

Impedimentum ſuperueniens ex parte mulieris, quando dirimat matrimonium, vide Bar. in d.§.diſtrahatur, auth.de nup.

Matrimonium ex quibus cauſis diſſoluatur, vide Bar.in §.mitiorca.ibi.

Separatur, qui cum filiola, vel matre ſpiritnali, contrahit matrimonium, vide c.1.29. q t.

Quos Deus coniunxit, homo non ſeparet.Fely. conſil. 26.

An liceat coniugibus, vel alteri ipſorum ſe ſeparare cauſa Religionis, vide per tot. 27.q.2.

Qualiſcunque ſit vir ex quo ſemel placuit, non eſt dimittendus.c.horendus.32. q. 5.idem in vxore.c.ſi vxor.ibi.

Licet viro aliã ducere, cui vxor ob infirmitatẽ corporis debitum reddere non valet.c.quod propoſuiſti.32 q.7.

Quis dicatur frigidus, & quis maleficiatus, & an propter frigiditatem, vel maleficium poſsit diſſolui matrimonium, vide Capel. Tholoſ.q.381.

Vide de materia.ext.tit.de diuortijs.

Ob infirmitatẽ, vel damna corporis coniugiũ ſolui non licet.c.qui matrimonium.32.q.7.

Licet mulieri alteri nubere, quam ob frigiditatem vir cognoſcere non poteſt.c.quod ante interrogaſti, & ſeqq.33.q.t.

Maleficiati impediti coire artibus maleficijs, poſt confeſsionem, & orationes factas, cauſa tollendi incantationes, poſſunt ſeparari. c. ſi per ſortiarias.32.q.t.

Niſi poſt reſtitutionem, neque de coniugij fœdere, neque de adulterij crimine inter virum & vxorem, iudicium eſt agitandum.cap. ſiue. 33. quæſt.2.

Quæ alteri nupſit putans virum ſuũ mortuum, illo redeunte, ad ipſum primum redire cogitur.c.cum per bellicam.34.q.1.& 2.

Mulier

Mulier,quę matrimonium contraxit cum viro, quem frigidum eſſe ſciebat, diuortij libellũ dare non poteſt, ibid.nu.3.

Sponſa an ſit virgo,quomodo cognoſcatur,vide nu. 10. & quomodo viſitari debeat, vide ibid. quæſt.678.par.2.

Matrimonium quando ob maleficium ſeparatur, ſeparati poſſunt alibi vxorati. Marc.d.q. 677.nu.15. part.2.

An in crimine ſodomitico, aut alio crimine cõcernente Religionẽ Fidei, fiat ſeparatio quo ad thorum, vide Marc.q.739.par.2.

De adoptionibus,& arrogationibus.

Pater naturalis, an excludat adoptantem,vel cum eo ſimul admittatur, vide Ozaſ. deciſ.75.

Adoptiui filij ſimul cum legitimis, & naturalibus admittuntur ad ſucceſsionem. Ozaſ.ibi.

Pater adoptiuus excluditur à matre naturali,ſi deſinat eſſe pater, puta per emancipationem.ibid.nu.3.

Adoptio quare non operetur defectum ſubſtitutionis factæ ſub conditione, ſi ſine liberis deceſſerit,vide Ozaſ.deciſ.126.nu.16.

Adoptiũus ſubſtitutum non excludit, eſt enim communis concluſio adoptiuum, vel arrogatum appellatione liberorum non venire, quoties adoptione,vel arrogatione diſpoſitio legis, ſtatuti, vel hominis fieret eluſoria, & generaliter ſcire oportet, appellatione filiorum non venire adoptiuum, vel arrogatum, niſi in caſibus in iure expreſsis. And. Gail.obſer.136.nu.4.lib.2.nu.13. & 14.

Adoptatus ab auo materno, an excludat ſubſtitutum,teſtatore prohibente,ne filiæ fœminæ ſuccedant, vide Creſcent. deciſio.1.aliàs 22.titu.de ſucceſsio.

Donatio, quæ reuocatur propter ſuperuenientiã liberorum,non reuocabitur per filios inde adoptatos, qui pariter non faciunt deficere fideicommiſſum.Dec.conſi.399.Rebuf. in ſuis comment.tracta.de ſentent. prouiſio. art.1. glo.2.nu. 27.

Ideò adoptiuis filijs agentibus ad bona paterna, interim non fit prouiſio de alimentis. Rebuff. ibid.nu.29.

Appellatione filij, venit adoptiuus, quando diſpoſitio in alijs filijs verificari non poteſt, regulariter contrà. ibid.

Adoptione non mutatur domicilium. Boer. deciſ.13.nu.4.ſed adoptatus efficitur de domicilio,& origine adoptantis. Fran.Marc.q. 880.& adoptiuus nomen, & arma adoptantis ſequitur. ibid. nume. 2.

Infans arrogari non poteſt, in adoptione tamen ſufficit conſenſus expreſſus, vel tacitus, imò etiam filius inuitus poteſt adoptari, ſed in arrogatione requiritur vocatio, ſeu conſenſus agnatorũ,& parẽtũ. Fran.Marc.q.881.

Quando res alienatur à patre arrogãte in fraudem filij arrogati,quid iuris,vide Iaſ. de act. in § item ſi quis in fraudem.

De ſtipulatione,quæ interponitur à patre arrogante pupillum, vide per Io.Criſp.de Mont. in ſuo tract.termino.actio,num.191.poſt volumen Iaſ.de actio.

Si quis adoptauerit, vel arrogauerit aliquem, adoptaus acquirit poſſeſsionem bonorum illius ſine traditione. Rebuff.in ſuis cõment. tract.de mater.poſſ. in præfat. nu.113.

Aduerſus arrogationem minor reſtituitur. l.3. §.ſi quis.ff.de mino.25. ann.

Arrogatione patris,filij capite minuũtur.l. 3.ff. de capit. dimin.

Dominiũ,& poſſeſsio omniũ bonorũ arrogati, & ipſe arrogatus,in arrogantẽ tranſeunt,ſine vlla apprehenſione.l.16.ff.de precar.

Arrogatus tranſit in poteſtatem arrogantis, & ei ſuccedit.§.item vetuſtas.inſtitu. de hæred. quæ ab inteſta. defer.

Filius emãcipatus, & poſtea arrogatus ab alio, non poteſt venire etiam de iure Prætorio ad hæreditatem patris naturalis, niſi ante mortem ſuam fuerit emancipatus ab arrogante. §.& hi, qui emancipati,inſtitu.eod.hodie tamen hoc videtur correctum, vide §. admonendi. & §.ea omnia.ibid.

Adoptari ſpurius non poteſt, neque filius naturalis.Dec.conſi.289.nu.9.Lud.Rom.ſing.627. & ſcriptura in adoptione, & arrogatione requiritur,& apud Iudicem competẽtem fieri debet.Marc.q.881.

Adoptatus ex cauſa ingratitudinis poteſt exhęredari,ſicut filius naturalis; nam adoptio naturam immitatur.Marc.q 882.

Adoptione vitiata ex aliqua cauſa, vitiãtur inſtitutio,& legatum. Marc.q.883.

Priuilegiũ patris adoptãtis ad filiũ adoptiuũ, ſicut ad legitimum tranſit. Marc.d.q.885.

Feuda ad filios adoptiuos tranſeunt,vide tamẽ Gail.obſer.136.lib.2.nu.15. Fran.Mant.tract. de coniect.vlt.volu.lib.10.tit.8. & adoptiuus neque nobilitatem patris naturalis, neq; dignitatem perdit. Marc.q.885.

Pater adoptiuus, non ſuccedit filio ab inteſtato,etiam poſt mortem patris naturalis.Iaco. Put. deciſ. 505.lib.2.

Quia adoptio in hoc tantùm prodeſt, vt filius adoptatus patri adoptiuo ſuccedat, & non ècõtrà.ibi.Put.& nõ rõne filiationis ſuccedit

patri adoptiuo, ſed quòd illud ſolatiũ adoptanti præſtiterit.ibid.nu.7.

In filijs adoptiuis petentibus ſucceſsionem,nõ habet locum prouiſio de alimentis. Gaſp. Cabal.milleloq.584.

Immunitas, quæ datur patri propter filios,non habet locum in filijs adoptiuis. Dec.conſi. 399. volum.2.

Adoptio facta in loco inſolito p̃ſumitur fraudulenta. Dec.ibid.nu.fin.

Filius datus in adoptionem poteſt vocari ad contra tabulas ex perſona hæredis committentis edictum: idẽ in filio dato in adoptionem auo materno.l.ſi poſt mortem.ff.de bonor poſſeſsio.cont. tabul.

De ſucceſsione filij, vel nepotis dati in adoptionem, vide l.cùm emancipatus.ibid.

Cùm adoptiuus admittitur ad contratabulas patris naturalis, pater eius adoptiuus p̃ eo debet conferre,niſi eũ ante ſine fraude emancipauerit.l.1.§. is quoq;.ff.de collatio.bono.

Fœmina per adoptionem non poteſt habere filium,qui poſsit habere querelam inofficioſi.l.29 §.fin.ff de inoffi.teſt.

Non poteſt quis adoptari, vt frater. l. 7. C. de hæred.inſtitue.

Qui aliquem tanquam filium promittit tractare,ipſum emancipare, inſtituere, vel exhæredare tenetur de iure,vel de facto,aliàs pœna committitur.l.132.ff.de verbo.oblig.

Adoptatus ab aſcendente exit patriam poteſtatem, & tranſit in poteſtatem adoptantis. §.ſed & ſi pater,inſtitut. quibus mod.ius pat. poteſta.ſolu.

Adoptio de ſubſtantia,exigit ſcripturam. ibid.

De patria poteſtate.

IN aduẽtitijs obligatio inter patrẽ, & filium conſiſtit. Ozaſ. deciſio. Pedem. 44.nu fin.

Inter patrem, & filium durante patria poteſtate, non cadit obligatio ciuilis.Abb.conſi.66.nu.3.lib.2.

Contractus inter fratres,& cum patre factus,iuramento confirmatur, & ſubſiſtit irreuocabiliter.Ozaſ.deciſ.125.nu.3.circa medium.

A patria poteſtate ſemel liberatus, in eiuſdem patris poteſtatem honeſtè reuerti non poteſt. Gram.deciſ.54.

Filia de iure communi licèt maritetur, tamen remanet in poteſtate patris, nec tranſit in poteſtatem mariti,ſed ſocia eſt ipſius,ita qđ nõ reincidat in p̃ris p̃tãtem,marito mortuo. Gram.ibid.nu.4.Ioſ.Ludo.deciſ.Peruſ.28.nu. 31.l.5.C.de conditionibus inſertis,& ibid.gl. vide Caſſa.in conſuetu. Burg.titu. *des droicts*. Rubric.4.§.1.glo.3.num.8. propterea quamuis ipſa filia ſit nupta, & demum vidua, non ex hoc poteſt dici exempta à patris poteſtate, & per conſequens cogitur redire ad habitandum cũ patre,hoc requirente.Gram. d.deciſio. 54.

Filia nupta eſt etiam in poteſtate mariti quo ad illa,quæ ſunt neceſſaria ipſi marito.Bar.in l.5.C. de conditio.inſert.

Filia à nexu paterno contrà patris voluntatem, eximi non poteſt. Gramma.deciſ.54.nu.8.

Patria poteſtas de iure non ceſſat per filij, vel filiæ matrimonium; ſecùs de conſuetudine Franciæ, & tunc an filia vidua redeat in patris poteſtatem, vide Boer.deciſio.197.Hart. Hartm.c.11.titu. de matrimo.lib.1.

Pater qua emendatione in filium vti debeat, vide Marc.q.880. par.2.

Pater durante patria poteſtate non poteſt contrà filium actionem exercere in rebus vſufructuarijs, poteſt tamen manum regiam iudicis officio exercere.Put.deciſ.304.lib.3.

Ad iuſſum patris debet Iudex filium detinere, quum non ſit veriſimile, quòd pater vellet eum incarcerari ſine iuſta cauſa. Iaff. Lanfr. Balb. deciſ. 209.

Pater ex cauſa neceſsitatis filium vendere poteſt. Menoch.de arbitr. lib.2.caſ.17·.num.4. Marc. de Mant.ſing. 77. & ſing.547. Hippol. ſingul.101.fallit in filio presbytero. Hippol. d.ſing.77. & ſing.101.

Amor paternus operatũ, quòd filius delinquens præſentatus à patre puniatur. Menoch. de arbitr.lib.2.caſ.347. à Iudice, qui tenetur in filium ſententiam ferre,quam elegerit pater. vide Marc.de Mant.ſing.547 l.3. C.de patri. poteſt.Alex. in l.moribus.ff. de vulgari.num. 24.& Boer.deciſ.199. nu.10.

Filius non ſemper tenetur obedire patri. glo.in l.37.ad leg. Aquil.

Filij parentes caſtigare non debent, ipſi verò poſſunt exercere patriam poteſtatem in filios eos corrigendo,& verberando quotieſcunque velint impedire patrem, & contrà ipſum agere ratione adminiſtrationis bonorum ipſorum filiorum.l.6.§.non autem,& ibi. glo.C.de bonis, quæ liberis.

Filius liberatus à patria poteſtate propter patris monachationem, ſi reuertitur ad ſæculum auctoritate Summi Pontificis pater,reincidit filius in priſtinam poteſtatem.Gram. deciſ.54.num.10.

Clericus liberatũ à patria poteſtate. Guid. Pap. q.382. tamen clericatus non liberat quem à patria poteſtate. Aegid. Bellam. concluſio. 731. num. fin.

Dignitas presbyteralis non liberat filium à patria poteſtate; ſecùs in dignitate Epiſcopali, Ioann. Pap. libro.7. arreſt. 24. vide tamen Guid.Pap.ſing.564.& Authen.ſed Epiſcopalis.C.de Epiſc.& Cler.

Patria poteſtas ſoluit patre effecto monacho, pariter filius effectus monachus liberatur à patria ptāte.Bar.in l.6.n.8.ff. de is,q ſunt ſui.

Ius patriæ poteſtatis eſt à poteſtate ſæculari, & non eccleſiaſtica, introductum.Aegid. Bellam.concluſio.731.

Pater inhoneſtæ vitæ, non habet filium in poteſtate.Capel.Thol.q.242.in additio.

Quando filius habeatur pro illegitimo,vide Io. Mohed.deciſio.29.& quando præſumatur filius, vide Mohed. deciſ.115.& ſupra titu. de nupt.& matrimo.Dec.conſi.289. Natt.conſi. 205.Hippol.ſing.530. & de probatione filiationis legitimæ,vel illegitimæ,vide Dec.cōſi. 54.& conſi.272. Marc.qō.457. part.2. Mago. deciſ.86.Luc.& And.Gail.obſer.97.lib.2.

Filius an præſumatur ex ſemine mariti conceptus, ſi vxor erat alterius aſsidua cōcubina, vide Creſcen.deciſio.1. aliàs 118.titu. qui fil. ſint legit.filiatio enim facilè non poteſt probari,niſi per coniecturas.l.83.ff.de conditio. & demonſtr.& ibid.glo.

Probatio adulterij non infert probationē ſpurietatis: quia in dubio ſtatur præſumptioni, quòd filius ſit conceptus ex ſemine mariti. Alex. Raud. tract.de analog.cap.30.& ſupra tit. de nupt.

In partu ſuppoſito duo teſtes (etiam mulieres) plenè probant. Dec.conſi.342.vol.2.

Filius natus in nouo menſe ex vidua, quæ ſtatim mortuo viro effecta fuit cōcubina alterius,prȩſumitur filius primi mariti,ratione legitimitatis. Fran.Crem.ſing.127.

Probatio filiationis probatur præſumptiuè, & ſi filius eſt in quaſi poſſeſsione filiationis,nō habet neceſſe probare ſe filium. Bar.in l.1.C. quorum bonorum,vide Abb.conſi.105.

Patris, aut matris aſſertio filijs non præiudicat ſuper filiatione.Barto.in l.6.ff.de his, qui ſunt ſui,vel alien.vide Abb.conſi.105.

Aſſertio patris non facit filium nō eſſe in quaſi poſſeſsione filiationis, niſi mulier contempſerit Plautianum. Bart.in l.14.§.ſi quis.ff.de liberis, & poſthumis,vide ſupra libr.1.tit.de confeſsis, & confeſsio.in genere.

Filius in profectitijs agere non poteſt ſine conſenſu patris.Natt.conſi.273.

Filius in poteſtate non poteſt eſſe in iudicio abſque patris aſſenſu:fallit in caſibus,de quibus per Gaſp.Cabal.milleloq.546.vide ſupra libr.1.titu.qui legit.perſo. ſtan. in iudi. habe.

Patris conſenſus, in quibus cauſis filioſa. agenti,& in poteſtate exiſtenti,ſit neceſſarius, vide gloſſ. in l.fin. §. ſi filius ſimili modo. C.de bonis, quæ liberis.

Patria poteſtas præſumitur,niſi cōtrarium probetur.Boer.deciſio.197. ideò filius in dubio præſumitur in poteſtate: fallit quando filius eſſet in quaſi poſſeſsione eſſentiæ ſui iuris, quia tunc transfertur onus probandi in aduerſarium, quod procedit quando filius ſeorſum habitauit à patre per decennium. idem Cabal.milleloq. 547. vide Guid. Pap. ſingul. 337.& l.8.ff. de probatio.

Patri in carceribus detento filius tenetur toto poſſe præſtare auxilium, & illum liberare ſi fieri poteſt; aliàs reputabitur ingratus.Ioan. Pap.lib.7.tit. 1. arreſt.3.

Quando alienantur res à patre, vel à matre in fraudem filiorum,quid iuris, vide Iaſ.de act. in §.ſi quis in fraudem, inſti.de actio. & quando filij poſsint reuocare bona in eorū fraudem alienata, vide ibid.& nu. 119.

Si pr̄ amiſerit omnia bona in ludo, an poſsint filij illa reuocare vſq; ad eorum legitimam, tanquàm in fraudem alienata, vide Iaſ.ibid. nume. 3.

Si pater multos habēs filios vendat omnia bona ſua diſsipādo, & filij petant ſibi aſſignari aliquam poſſeſsionem pro eorum alimentis, an talis petitio procedat de iure, vide ibid.Iaſ.nu.4.

Quando pater dilapidat bona ſua, tunc filius poteſt agere contrà eum. Maran.in ſuo ſpec. par.6.cap. & peruenitur aliquando per viam inquiſi.nume.70. vide gloſſ.in cap. quæritur. 2.quæſt.7.

Filium ex eo à patria poteſtate non liberari, quod pater bannitus ſit, ſcribit Menoch.de arbitra.q.90.num. 45.

Filia alteri donare non poteſt dotem à patre profectam. Menoch.de arbit.lib.2.caſ.242.

Vbicunque propter delictum patris bona filio acquiruntur, ſtatim filius efficitur ſui iuris. Pet.de Raue. ſing. 133.

Nepos ex filio eſt in poteſtate aui, & non patris, tamen hoc non obſtante filius (etiam inuito patre) poterit filium ſuum, & nepotem aui,tradere monaſterio. Hipp.ſing.120.

Promittens aliquem tractare vt filium, tenetur illum emancipare de facto, vel inſtituere, aut exhæredare. Math. Matheſ.ſing.175. & aliter, ad quid teneatur, vide Barto. in l. 131. ff. de verbo.oblig.

Pater non poteſt filium legitima priuare, ſine legitima cauſa.Marc.de Mant.ſing.547.

Patre deportato deinde reſtituto,filius qſi reincidat in eius poteſtatem,& filio in poteſtate datur tutor,ꝑpter malos mores patris.Bart. in l.

in l.13. C. de ſenten. paſsis, & reſtitu. aliàs filio in poteſtate non datur tutor. gl. in l.fi.§. ſi autem. C. de bonis, quæ liberis.

Per deportationem patris, filij liberantur à patria poteſtate, quam non recuperat pater ex ſola indulgentia ſibi conceſſa. l.9. C. de ſenten. paſsis, & reſtitu.

Naturalis filius nō eſt in poteſtate patris, & patria poteſtas quot modis inducat, vide Bar. in l.3.ff. de his, qui ſunt ſui vel alie.iur.

Filij nati ex matrimonio illegitimo, non ſunt in pr̄is poteſtate.§.ſi aduerſus Auth.de nupt.

Filius conditionem matris, vel patris conuerſi ad fidem, ſequi debet, cap.fin. extra de conuerſ. infidel.

Patria poteſtas non curatur in his, quæ publici iuris ſunt, quando aliquid fit, vt à publica pſona; aliàs ſecùs, vide Bart. in l.5.ff. quòd cuiuſq; vniuerſitatis nomine. Marc. quæſt. 529. verum in his, quæ publici ſunt iuris, quando attendatur patria poteſtas, vide eundē Bart. in l.3.ff. de teſtamentis.

Pater, qui fecit atrocem iniuriam filio poteſt accuſari criminaliter Bart. in l.7.§.ſi dicatur. ff. de iniur. & famo. libel. & ècontrà poteſt accuſare filium pro graui delicto in ipſum commiſſo; ſecùs pro leui. Bar. in l.2.ff. ad leg. Cornel. de ſicca.

Lis inter patrem, & filium in poteſtate eſſe non poteſt, iure Ciuili, ſecùs de iure Canonico. Bar. in ſuo tracta. de differen. int. ius Canon. & Ciuil. num.7.

Iure Ciuili durat patria poteſtas in omnē ætatem filii, ſed de iure Canonico ſoluitur adueniente adulta ætate, quo ad matrimonium, & ad iuramentum. Bar. ibid. nu.88.

De patria poteſtate, vide titu.ff. de his, qui ſunt ſui, vel alie. iur. & tit. de adoptio. & emancip. & in tit. quib. mod. patri. pote. ſolu.

Aſſertio alterius non facit filium eum, qui non eſt, & quod relinquitur alicui, vt filio non debetur, ſi appareat illum non eſſe filium. l.5. C. de teſtamentis.

Pater, & filius eadem perſona cenſentur. l.fin. C. de impuberum, quod procedit in his, quæ ſunt iuris; ſecùs in his, quæ facti. Iaſ. ibid.

Pater non poteſt inuito filio ius patriæ poteſtatis ſoluere: ita nec filium inuitum ſub poteſtate redigere. Capic. deciſ. 194. nu.9.

Nemo poteſt ſibi patrem aſsignare, cùm id ſolùm natura faciat: quare qui ſe vocat ex alio parente natum, non officit veritati. l. 12. C. de libera. cauſ.

Si liberi noſtri per alium detineantur, agitur interdicto de liberis exhibendis. l. 2. C. de liber. exhib.

Interdictum de vxore exhibenda cōpetit contrà patrem puellæ, qui habet eam in poteſtate. l.4. C. eod.

Pater ſi expoſuit filium, an perdat ius, quod habet in eum, vide l. fin. & ibid. glo. C. de infan. expo. quòd perdat. facit. cap.1. ex. de infant. langu. expo.

Patria poteſtas in pietate, non in atrocitate conſiſtere debet. l.5.ff. ad leg. Pomp. de pari.

Patriæ, & patris poteſtas æquipatantur. l. veluti. ff. de iuſtit. & iur. Bartol. in l. 1. C. de ſumm. Trinita.

Legitimati per Principem, vel per ſubſequens matrimonium efficiuntur in poteſtate patris. §. fin. Authen. de nupt. & §. generaliter Authen. quib. mod. natur. effic. ſui.

Qualiter, & quando quis efficiatur in poteſtate patris adoptātis, vel arrogantis per adoptionem, vel arrogationem, vide in titu. de adoptio. ſupra.

Fœminæ non habent filios in poteſtate. §. fœminæ, inſtitu. de adoptio.

Quibus modis ius patriæ poteſtatis ſoluatur, vide titu. inſtitu. quib. mod. ius patr. poteſta. ſolu. & in tit. de adoptio.

Emancipato filio, vel in adoptionem dato, nepos tunc conceptus remanet in poteſtate, §. illud, inſtitut. eod. & nepos non eximitur à poteſtate aui ratione feudi. Vince. de Fran. deciſio. 304. lib.3.

De patria poteſtate, & quando dignitas liberet filium ab illa, vide in tit. Authen. conſtit. quæ de dignitatibus.

Patres lenones, ſi filiabus peccandi præbent neceſsitatem, earum perdunt poteſtatem. l.fi. C. de ſpectaculis. li.11. l.13. C. de Epiſ. aud.

De emendatione propinquorum.

DE emendatione, filiorum, vxorum, & monachorum, vide per Boer. deciſ. 304.

Corrigere poteſt ſocer generum, quia ſocer habet loco patris, imò ſenior iuniorem (cum verberādo) & ceſſante coniunctione ſanguinis. Crau. cōſi. 151. n.17.

Caſtigatio, quæ conceſſa ſit propinquis, & de pœna excedentis moderatam caſtigationem, vide per Menoch. de arbit. li.2. caſ. 364.

Vxorem delinquentem maritus leuiter corrigere, & verberare poteſt ſed non carcerare. Ludo. Roma. ſing 4.

Pater poteſt ponere filium inobedientē in cōpedibus. Pet. de Raue. ſing. 816.

Qualem caſtigationem habeat pater in filios, vide ſupra tit. prox. præced.

Pater qua animaduerſione ī filium vti debeat, vide per Marc. q. 880.

De bonis, quæ liberis in poteſtate patris conſtitutis acquiruntur, & eorum adminiſtratione.

Ex erubeſcit filios eſſe caſtigatores parentum. Ozaſc. deciſ. Pedem. 24 nu. 10. vide Bar. in §. ſi verò ſit. authen. de nuptijs.

Pater adminiſtratorio nomine filij, poteſt venire aduerſus cōtractum iuratum, & illum reuocare, maximè quando ſuperuenit iuſta cauſa Franc. Marc. q. 43. & 503. par. 2

In aduentitijs, obligatio inter patrem, & filium poteſt conſiſtere. Ozaſ. deciſ. 44. num. fin.

Publicatis bonis filij, etiam ob crimen læſæ Maieſtatis, non intelligūtur publicata bona aduentitia, ratione vſusfructus ad patrem pertinentis. Ozaſ. deci. 94. vide Boer. deciſ. 7. & deci. 171. num. 33. Capel. Thol. q. 120. Menoc. conſ. 182. lib. 2. nu. 13. limita vt ibi. per Ozaſ. d. deciſ. 94. num. 29.

Publicato vſufructu (propter delictum patris) quem hēt pr̄ in bonis filij, quis interim nutriet filium, vide Boer. deciſ. 7. num. 5.

Propter delictum filij, ex quo publicantur eius bona, pater non priuatur vſufructu, quem habet ī bonis ipſius filij. Pap. li. 14. tit. 2. arreſt. 9.

Publicatis bonis patris, non publicatur peculium filij, publicatur tamen vſusfructus patre viuente, ſed an ècōtrà proprietas peculij publicetur, filio delinquente, vide Bart. in l. 2. §. ſed verum. ff. de mino. 25. ann. & in l. 17. §. iubet. ff. ad leg. Iul. de adult.

Bonorum aduentitiorum alienatio prohibita filio eſt, propter vſumfructum, quem habet in eis pater. Ozaſ. d. deciſ. 94. Afflic. deciſ. 241. Boer. deciſ. 7. num. 13. Myſing. obſer. 10. cent. 6. idem Boer. dec. 61. ſecùs quando pater nō habet vſumfructum in bonis filiorum. Boer. deciſ. 185. num. 11. & Capel. Toloſ. q. 2. quia tunc filius liberè de bonis ſuis agit. Marant. in ſuo Spec. de ordine iud. diſtin. 16. iudi. n. 31

Filia propter eius delictum dotem amittens, non patri, ſed ſibi poſt mortem patris præiudicat. Ozaſ. d. deci. 94. num. 7.

Filius bona aduentitia in patris præiudicium donare non poteſt, nec mortuo patre conualeſcit talis donatio. ibi. d. deciſ. 94. num. 9. vide Crau. conſ. 39. 84. & 92. nec bona aquiſita alienare. l. 3. C. de patria poteſta.

Bonorum aduentitiorum proprietas, & dominium ad filios inſolidum ſpectat, & huiuſmodi dominium, bonorum appellatione cōtinetur. Ozaſ. ibi. num. 13.

Filiusfa. ſi habet ſpem de præſenti contrà debitores patris, eos liberando ſibi p̄iudicat poſt mortem patris. Ozaſ. ibi. num. 21.

Pater hodie de iure nouiſſimo nō occupat bona aduentitia filij iure peculij, ſed vt hæres. ibi. nu. 27. Bar. in l. 1. ff. de Caſtren. pecu.

Pater non dicitur habere ſpem probabilem ſuccedendi filio, cùm ſit contra rationem, & ordinem naturæ. Ozaſ. d. deciſ. 94. num. 30.

Pater remittendo vſumfructum bonorum aduētitiorum filijs, hæredes ab huiuſmodi vſuſfructus petitione excluſiſſe cēſetur. Ozaſ. deciſ. 132. num. 4.

An pater poſsit expreſsè, vel tacitè vſūfructū, quem habet in bonis filij, donare filio, vel filijs, ita quod poſtea eundem reuocare non poſsit, vide Boer. deci. 196.

Pater permittens filium percipere fructus bonorum aduentitiorum, & de eis diſponere, cenſetur ipſi filio remiſiſſe, ius vel commoditatem ipſius vſusfructus ad ſe ſpectātem. ētſi cū patre ipſo habitet. Menoch. cōſ 282. n. 32. Sed quando pater donaſſet hanc cōmoditatem, non poſſet reuocare donationē reſultātem ex dicta permiſsione, pro vſufructu præterito, ſecùs quo ad futurū. Menoc. ibi. nu. 34

Pater dilapidās bona fideicommiſſo ſubiecta, cogitur ante euentum fideicommiſsi illa reſtituere filijs. idem Ozaſ. deci. 180. nu. 8. Bart. in l. 50. ff. ad Trebellia.

Dilapidare bona quando quis dicatur, & patri dilapidāti, vel aliter malè adminiſtrati, quādo interdicatur adminiſtratio bonorum filiorum, & quando non, vide Boer. deciſ. 61. & filijs ſuccurratur, vide Vincent. de Fran. dec. 10. nu. 11. Ioan. Pap. lib. 14. tit. 2. arreſt. 6. Maran. in ſuo Spec. par. 6. tit. & peruenitur aliqñ per viam inquiſ. nu. 70. Caſſan. in cōſue. Burg. tit. *des emfans*, Rub. 6. §. 5. gl. 2. Pet. de Rauen. ſing. 641.

Pater habet vſumfructum bonorū filij (niſi eſſet dilapidator) ſed an habeat vſumfructum in dote filij, vide eundem Boer. deciſ. 195. Ioſ. Lud. deciſ. Peruſ. 13. Crau. conſi. 84.

Patri malè adminiſtranti bona filij interdicitur adminiſtratio. Guliel. de Lud. ſingul. 76. Bar. in l. ſi qs prioris. §. ī illo. C. de ſecūd. nup. Et tūc filius poſſet petere bona ſua. Amanel de Clariſaquis. ſing. 121.

Filius hæres non conficiens inuentarium repellitur à vēdicatione rei aduētitiæ à patre alienatę, ſed quomodo hoc intelligaẗ, vide Ozaſ. deciſ. 181. nume. 20. Boer. deciſ. 23. nume. 13. Gom. Leo. deciſ. 79. in deciſ. diuerſo. Tom. 2.

De reſcindenda vēditione facta per patrem de bonis aduentitijs filij minoris. 11. ann. etiam conſentientis, vide Afflic. deciſ. 393.

Pater an, & quando poſsit alienare bona ſibi, & filio donata, & alia aduentitia filij, vide ibid.

Donatio

Donatio facta patri,& filio,quando in medietate quæratur filio,& quãdo inſolidũ pri.ibi.
Peculium filii profectitium patet alienare põt, Afflict.d.deciſ.393.num.4.
Filius,quando viuo patre partem habeat in feu do patri,& filio dato,vide Affl.ibid.nu.5.
Teſtator quando videatur voluiſſe,ne ad patrẽ perueniat vſusfructus ex nepotis perſona,vi de eundem Afflic.d.deciſ.393.num.7.
Conſenſus minis,& metu extortus,non operat̃ in alienatione rei minoris facta per patrem, ibid. num.10.
Pater eſt legittimus adminiſtrator filiorum, & nepotum,exceptis bonis,in quibus patri nõ q̃rit̃ vſusfructus, & in q̃bus non eſt legitimus adminiſtrator.Afflic.d.dec.56.& dec.73.vide Franc.Marc.q.43.Ioſeph.Lud.deci.Peruſ. 13. num.8.Vincent.de Franc.deciſ.10.nu.6.Bar. in l.36.ff.de iniurijs.
Lex multoties non cõfidit d'a patre, ſi eius qua litas hoc non patiatur. Gram.deci.101.n.37.
Filius inſtitutus in aliquo, grauatuſq; vt amplius petere non poſſit, ſi illud relictum acceperit ſimpliciter,non ob id impeditur petere qđ ſibi debebat̃ á patre.Gui.Pap.q.93.
Filius ſibi acquirit hodie ex omni cauſa aduen titia.Guid.Pap.q.145.
Exequutio ſententiæ contrà filiumfa. latæ,non poteſt fieri in bonis ipſius filij, ſi in illis pater habeat vſumfructum.Guid.Pap.q.526.vide Boer.deci.7.nu.14.Bar.in l.7.C. qui bonis cedere poſſ.in l.34.ff.de noxal.actio.& in l.ſi finita.§.ſi de.ff.de dam.infect.
Quod debetur filio, patri ſolui non poteſt. ibi. Guid.d.q.526.
De publicatione huius vſusfructus,vide Marã. in ſuo Spec.par.6.cap.et poſt omnia.nu.37.
Pater ſolùm vſumfructũ habens in bonis filię, tenetur eam dotare, ſi nemo eam cum nuda ꝓprietate velit accipere.Boer.deci.7.n.9.
Pater quando debeat dare cautionem vtendi, fruẽdiq; arbitrio boni viri,bonis filij ib.n.10
Filius,qui non eſt induſtrioſus,vel non apparet vnde quærere potuit,de bonis patris quæſiuiſſe præſumitur.Boer.deci.81.nu.9. vide l.2. C.de patria poteſta.
In dubio,an bona quæſita per filium præſumãtur quæſita ex ſubſtantia patris,vel ex induſtria ipſius filij,& ſic eſſe profectitia, vel aduentitia,vide Crau.conſ.61.num.8.Dec. cõſ. 670.Rol.conſ.90.vol.1.& conſ.54.vol.3.Bart. in tracta. de duobus fratribus,num.4.& 5.Ab bat.conſ.36.li.2.gloſſ.in l.52.ff.de donat. int. virum,& vxor.
Pater an habeat vſumfructum in bonis filio na ſcituro donatis, vel relictis,vide Boer.deciſ. 172.num.16.17.28.30.& 32.vbi concludit affirmatiuè,& Capic.deciſ.56.
An pater teneatur habere ratum pactum filij, circa rem per ipſum quæſitam,vide Boer.de ciſ.182.num.30.
Pater qñ ſuccedit filio vnà cùm alijs filiis,non habet vſumfructum in partibus illis pertinentibus.Crau.conſ.37.num.fin.Rol. conſil. 95.vol.1.Aluiſ.de Alber.ſing.54.Bar.in §.con ſequens.Authen.de hæredita.quæ ab inteſt. Sed quid iuris, ſi pater tranſierit ad ſecunda vota,an hoc habeat locum,ex eo,quòd tunc pater(etiã portionis ſuæ) tantùm remaneat vſufructuarius,vide Boer.deciſ. 190.
Bona censẽtur eſſe aduentitia,quę prouenerũt ab auo ad nepotem,non paterna.idem Boe. deciſ. 192.
Vſusfructus an cenſeatur patri prohibitus ex eo,quòd fuit á matre grauatus hæreditatem filio in 25.ann.reſtituere, vel requiratur expreſſa prohibitio,vide Boer.deciſ.193. & Io. Pap.lib.7.tit.1.arreſt.5.
Quamuis mater,aut alius ſuperior teſtator poſ ſit prohibere vſumfructum patri acquiri,dubitat̃ tñ,an hęc prohibitio extendatur ad legitimam filio debitam,in qua pater non habet vſumfructum,vide Boer.deciſ. 194.
Pater nolens adire hæreditatem filio delatam, perdit vſumfructum,filio adeunte.Boer.dec. 196.num.fin.
Vſumfructũ an perdat pater per filii matrimonium,per quod de conſuetudine, vel ſtatuto egredit̃ patriã poteſtatẽ,vide Boer.dec.197.
Vſumfructum non perdit pater(quem habet in bonis filiorum)per tranſitum ad ſecunda vota, niſi aliter de cõſuetudine, vel ſtatuto obſeruetur.Boer.deciſ. 198.
An pater binubens in bonis feudalibus filio ex ſucceſsione materna, aut aliàs delatis vſumfructum habeat,ſicut in paganicis,& allodia lib.& ſuccedat filio ĩ illis,vide Boer.dec.199
Vſumfructum in bonis filii,poteſt capere pater propria auctoritate,& adminiſtrare bona,& ſi filius, aut nepos ei reſiſtere velit, patriam poteſtatem in eos exercere poterit,& verberare.Boer.deciſ. 199.num.9.
Pater ſuper bonis aduentitiis filii conuentus, poteſt ante,& poſt litem conteſtatam procu ratorem(vt legitimus adminiſtrator)conſtituere,dummodo filius cõſentiat.Capel.Tho loſ.quæſt. 105.
Pater adminiſtrans bona filii emancipati tenetur reddere rationem,ſicut alius. Capel.Tho loſ.d.q. 105.in additio.
Filio in iudicio condemnato, exequutio fit in peculio caſtrenſi, vel quaſi, ſecùs in aduentitio, in quo pater habet vſumfructum. Capel.Tholo.q.121.

Pater nô ſimpliciter poteſt alienare bona filij, in quibus habet vſumfructum, ſed vrgente ne ceſsitate ſolummodo, quo caſu poteſt aliena re ſine iudicis decreto, aliàs tenetur filio ad intereſſe, ſi eo in caſu non alienauerit. Ioſ. Lud. deciſ. Peruſ. 13. vide Franc. Marc. q. 603. And. Gail. obſer. 71. num. 14 lib. 2. Myſing. ob ſer. 61. cėt. 6. Pet. de Rane. ſing. 555. imò quòd poſsit i omni caſu ſine decreto, ſcribit Dec. conſ. 209. par. 2. num. 3. vide Caſſa. in conſuet. Bur. tit *des enfans*. Rub. 6. §. 5. n. 14. Hip. ſin. 498

Filio eſt dãda actio, pro bonis alienatis per patrem, contrà poſſeſſorem, ſed an detur viuen te patre, vide ibi. d. deciſ. 13. Ioſ. Lud.

Qualiter filiusfa. pupillus poſsit adire hæredita tem, patre recuſante, Vide Franc. Marc. q. 42.

Pater licèt ſit legittimus adminiſtrator, tñ prohibetur alienare bona filij: Ideò poſt mortẽ patris filij poſſunt alienata reuocare, vel aliàs ſoluta patria poteſtate. Frã Mar. q. 604.

Pater vt legittimus adminiſtrator, poteſt pro filijs tranſigere, ſed quid quãdo promiſit pro ipſis de rato, vide Iaco. Put. deciſ. 22. lib. 2. And. Gail. obſer. 72. lib. 2. quãdo poſsit trãſigere, vide Crau. conſi. 74. Natt. conſ. 543. & Ant. Trigo. ſing. 93.

Pater in bonis filij habet maiorem poteſtatẽ, quàm tutor in bonis pupilli: Ideò pôt alienare (ex cã) bona filiorũ ſine decreto. Crau. conſ. 74. Math. Mathe. ſing. 190.

Preſcriptio inter patrem, & filium in aduentitijs poteſt incoari Put. deci. 304. lib. 3.

Patre durante patria poteſtate non poteſt con tra filium actionem exercere in rebus vſufru ctuarijs, poteſt tamen Manum Regiam officio iudicis exercere. Put. d. dec. 304.

Licèt pater ſit prohibitus habere vſumfructum in bonis relictis filio, tamẽ habebit commoditatem vſusfructus, niſi ſit etiam prohibitus habere ipſam cõmoditatem. Vincẽ. de Frãc. deciſ. 10. num. 8.

Pater non tenetur facere inuentarium de bonis filiorum, & cauere, quia inuentarium reſpicit eos, qui sũt obnoxij ad reddẽdã ratio nem, & non alios, ſed pater ob reuerentiam paternam non tenetur ſuæ adminiſtrationis rationem reddere. l. 6. §. omnibus. & l. 8. §. in il lo. C. de ſecundis nup. Myſing. obſer. 93. cent. 2. And. Gail. obſer. 72. lib. 2, vide Gaſp. Cabal. Milleloq. 553. Illuſt. Senator Sola in ſuis com ment. ſuper decret. antiq. glo. vna, ſuper decreto, quoniam. fol. 95. nu. 8. Crau. conſ. 218. Caſſan. in conſuet. Burg. tit. *des enfans*, Rubr. 6. §. 5. & 7. Contrariũ tñ tenent Io. Pap. li. 15. tit. 6. arreſt 1. Boer. dec. 61. quid in matre, vide ibi. Boer. d. dec. 61. num. 22. & 23. Crau. cõſ. 218. Menoch. de arbit. lib. 2. Caſ. 209. Caſſa. in conſuet. Burg. tit. *des enfans*. Rub. 6. §. 7. nu. 5. & 6. l. fin. §. quem, & ibi. glo. C. de ſent. paſſ. & reſtitu. Bar. nu. 4. C. de vſuf. & habita.

Quando pater eſt legitimus tutor filij, tenetur reddere rationem ſuæ tutelæ, quando autem non eſt tutor, ſed eſt legitimus ad miniſtrator ratione vſusfructus, tunc nô tenẽ reddere rationem ſuæ adminiſtrationis. Har tma. Hartma. cap. 2. tit. de tutela. lib. 1.

Quando pater pro mobilibus filii teneatur prę ſtare cautionẽ, vide Pap. lib. 14. ti. 2. arreſt. 6.

Pater habet vſumfructũ in bonis filij, fallit, quibuſdam in caſibus, de quibus per Cabal. Mileloq. 551. par. 2.

Filij in vita pris ſi ſunt in poteſtate ipſius, & ſub eius gubernio, nihil conſequi poſſunt de acq ſitis, viuo patre. Borg. Caual. deciſ. 11. nu. 14. de contract. par. 2.

Legatum relictum filiofa. an, & quando patris contemplatione relictum intelligatur, vide Franc. Mantic. de coniect. vlt. volun. lib. 8. tit. 16. Bar. in l. ex liberis. C. de vſufr. & habitatio. & l. cum antiquitas, C. de iure delib.

An in Regno Franciæ pater habeat vſumfructũ in bonis aduentitijs filiorum, vide Io. Pap. li. 7. tit. 1. arreſt. 4. & lib. 14. tit. 2. arreſt. 10.

Creditor patris poteſt agere ſuper vſufructũ, quem habet pater in bonis filii, deductis tamen alimentis ipſius filii, vide Io. Pap lib. 14 tit. 2. arreſt. 8. Maran. in ſuo Spec. par. 6. cap. & poſt omnia, num. 37.

Quando propter delictum patris conſolidetur vſusfructus cum proprietate. vide Pap. ibi.

Dotis profectitiæ pater habet vſumfructum, ſecùs in aduentitia. Crau. conſ. 84. n. 1. 7. 15 imò aliquando non habet vſumfructũ ipſius dotis profectitiæ. ibi. nu. 11.

Pater nô habet vſumfructum in bonis filii emãcipati, quæſiris poſt emãcipationem. Crau. conſ. 84. num. 8.

Item non habet vſumfructum in feudo aduentitio filij. Rol. conſ. 71. vol. 2. nu. 65.

Item non habet vſumfructum in aliis caſibus, de quibus, vide per Caſſan. in conſuet. Burg. tit. *des enfans*. Rub. 6. §. 5. glo. 3. Guid. Pap. ſing. 738. Bartol. in l. 3. C. de vſufruct. & habita.

Septem ſunt caſus, in quibus vſusfructus non quæritur patri, vide gl in §. 1. Authẽ. vt liceat matri, & aulæ.

An filiusfa. donare cauſa mortis poſsit res, i qnibus pater non habet vſumfructum, ſine conſenſu ipſius, vide Crau. conſ 92

Filius, qui negotiatur pecunia paterna, conſequitur medietatem lucri ipſius negotiatio nis, pro labore, & induſtria, quod limita, quã do negotiatur filius nomine patris. Crau. cõ ſil. 125. in fin. & conſ. 165. vide Menoch. de ar

bitra.

bitra.lib:2.caſ.126.Caſſan. in conſuet. Burg. tit. *des enfans* Rub.6.§.2.glo.2. Maran. in ſuo Spec.tit.an ſit iudicium ciuile.vel crimin.diſtin.4.nu.32.Bar.iu l. 1. C. pro ſocio. vide in tit.de collatio & in tit.quod cum eo.Bart.in l.20.C.de collatio.Ioſ.Lud.deci.Peruſ.28.nu.25.& Abb.conſ.36.lib.2.

Filius,qui negotiatur ex operib.& induſtria ſua nihil communicat aliis fratribus, aut ſororibus.Crau.conſ.165.Dec.conſ.670.fallit,quando filius negotiatus eſt nomine patris.Crau.d.conſ.165.nu.4.

Filius poteſt donare bona aduentitia ſine conſenſu patris, contemplatione matrimonij, ſeu propter nuptias.Crau.conſ.185.

De iudicio agitato ſine conſenſu patris, vide Maran.in ſuo Spec.par.4.diſtin.16.iudi.n.31.

Iudicis arbitrio relinquitur, an pater adminiſtrator bonorum filij,& ab eo liberatus, à reliquatu cenſeatur liberatus. Menoch.de arbitra.lib.2.caſ.209.nu.26.& 27.

Pater tutelam filiorum ſuorum habet, & adminiſtrationem non ſolùm corporum, ſed etiã bonorum.Caſſan.in conſuet.Burgo.tit.*des enfans* Rub.6.§.5. Nec ei debet decerni a Iudice. Caſſan.ibid.

Pater habens adminiſtrationem bonorum filij, poteſt recipere ſolutionem.Caſſan.ibi. nu. 8. vide Nat.conſi.543.

Pater in adminiſtratione bonorum filiorum pfertur matri,quod procedit, quãdo filius eſt legitimus,& naturalis, ſecùs ſi ſit tantùm naturalis quia tũc mater præfertur.ibi. Caſſan. d.§.5.num.10.

Donatio facta per nepotem patruo,ſiue ſit cauſa mortis,ſiue inter vinos,non valet.Rol.cõſ. 89. volum 4.

Quod dicitur filium nihil poſſe diſponere in præiudicium patris, cui debetur vſusfructus in bonis ſuis,intelligitur dummodo (quando pater vult reuocare factum filij)ipſe filius præſtet conſenſum parri, aliàs non eſſet audiendus.Menoch.conſ.154.lib.2.nu.10.

Pater,qui conſumpſit multa bona aduentitia filiorum,loco ipſorum bonorum conſumptorum,poteſt dare in ſolutum filijs alia ſua bona,pro concurrenti quantitate.Menoch.cõſ. 196.lib.2 num.25.

Quòd pater non poſsit alienare bona filij aduentitia, & ſi eorum vſumfructum obtineat, & conſequenter non poſsit renunciando prę iudicare ipſis filijs in bonis maternis, vide p Menoch.conſ.279 nu.33.& ſeqq.

Si pater per publicum inſtrumentum confeſſus fuerit habuiſſe congruam portionem bonorum acquiſitorum per filios, & vſumfructum eorum, cum clauſulis generalibus aptis ad comprehendendum futura acquiſita, quando ipſa futura cenſeantur comprehenſa,vide Menoch.conſ.282.lib.3.

In rebus,in quibus pater non quæritur vſusfructus,quia non vult, cogitur pater in iudicio conſentire.Bar.ſing. 198.

Vbi in venditione rei minoris neceſſaria eſt auctoritas Iudicis,ſi pater vendiderit nõ eſt neceſſaria ipſa Iudicis auctoritas. Bald.ſing.37

Patri acquiritur,quod filius ex ininria ſibi facta conſequitur ex condemnatione pecuniaria, etiam quo ad proprietatem.Bartho.de Cap. ſing.52.

In bonis maternis filijs emancipatis delatis,pater ſuccedit in virilem vſusfructus, ſi ſunt in poteſtate,in totum:idem in neptibus.Pet.de Ranen.ſing.48.

Vſusfructus non debetnr patri in rebus aduentitijs,ex illicita cauſa quæſitis.Pet.de Rauen. ſing. 798.

Filius regulariter,cui hæreditas venit reſtituenda à patre,cautionem reſtituendæ hæreditatis durante patria poteſtate petere non poteſt, fallit, quando teſtator ſpecialiter iuſſiſſet, vel quando pater tranſiret ad ſecundas nuptias.Marc.de Mant.ſing 394.

Libri empti per patrem,& traditi filio,quando videâtur donati,vide Bar.in l.18.C.fami.erc.

Pater dotando filiam, ſi habeat penes ſe bona aduentitia ipſius filiæ,an videatur dotare de bonis proprijs,vel de bonis filiæ, vide Bart. in l.7.C.de dot.promiſsio. & nud. pollicit.

Obligatio ciuilis hodie cadit inter patrem, & filiũ.Bar.in l.6.§.illud.C. ad Senat. cõſ. Treb.

Per mortem filij nõ extinguitur vſusfructus cõpetens patri.Bar.in l.7.C.ad Senat. cõſ. Tert. idem in §.1.Auth.de hæredita. quæ ab inteſt.

Pater poteſt conſtituere procuratorem in bonis filij,etiam ante litem cõteſtatam,& quãdo pater agit,vel conuenitur nomine filij,in cuius perſona ſit formandus libellus, vide Bar.in l.1.C.de bonis maternis.

Pater litigans tanquàm adminiſtrator bonorũ filij,facit expenſas litis de fructibus. Bartol. ibi. in l.1.

Profectitium quid ſit,& qualiter intelligatur ex ſubſtantia patris proficiſci,vide Bar.in l.6.C. de bonis,quę liber.

Filio ĩ poteſtate daĩ tutor propter malos mores patris.Bar.in l.13.C.de ſent. paſſ.& reſtit.

Pater expendens in ſtudio pro filio,quando videatur expẽdere de ſuo,vbi filius habet peculium,vide Bar.in l.36.ff.de nego.geſt. & in l.61.ff.de petit.hæred.

Pater adminiſtrans prębendam filij, tenetur filio actione nego.geſto.idem in aliis bonis,in quibus non quæritur patri vſusfructus.Bart.

in

in l.39.§.pater.ff. de nego.geſt.

Filiusfa. quinq; modis poteſt habere pecuniã, nempe caſtrenſem, quaſi quaſtrenſem, aduentitiam, profectitiam, & paternam. Bart.in l. frater à fratre. ff. de condi.indebit.

Mutuo facto pauperi, de quo filios alimẽtauit, põt agi contra filios, qui habent bona materna. Bart.in l.49.ff.de condict.indeb.

Vide de materia per Bar. in tit.ff.de peculio.

Filius, ſi recepit dotem patre non cõſentiente, nec ſe obligante, patri nihil q̃ritur, ſi tamen lucratur ex pecunia dotali, pr̃ in lucro hẽt vſumfructũ.Bar.in l.6.§.quoties. ff.ſolut.mat.

Si pater auctoratur filio in cauſa aduentitia, ad quem remanebit vſusfructus, vide Bar.in l.1. ff.de aucto.& conſen.tuto.nu.3.

Datum filio patris contemplatione, eſt peculij profectitij.Bar.in l.10.§.in arrogato.ff.de vulgari, ſed qualiter cognoſcaẽ, qđ ſit datũ pr̃is cõtẽplatione, vide Bar.in l.23.ff.de don.cau: mort.& in ſuo tract. de duobus fratrib. nu.7.

Aduentitia non quæruntur hodie per filium patri, & aduentitia dicuntur ea, quæ habet nepos ab auo reſpectu patris. Bart. in l. 93.de leg.1. quod procedit etiam in auo materno.

Vſusfructus ſi relinquiẽ filio, cuius contemplatione videatur relictus, vide Bar. in l.23.ff.de donat.cauſ.mortis.

Filius, qui acquirit vſuras ex pecunia profectitiã patris, illas non communicat fratrib.Bar. in l.24.ff.de acquir. poſſeſ.

Qñ cõſiſtat mutuũ, vẽditio, vel emptio inter patrẽ, & filiũ, vide Bar.in l. 24.ff. de acq. poſſ.& qđ in locatione, & ſocietate.ibi.vel alia obligatione, vide eũdẽ in §.ſi verò.Auth.de nupt.

Donatum filiofa. qñ dicatur peculiũ caſtrenſe, vide Bar.in l 8 nu.3.ff. de caſtren.pecu.

Pr̃ ex cõtractu filij (filio viuo) nõ teneẽ de caſtrẽ ſi peculio, ſed olim de aduẽtitio, & profectitio tenebaẽ, hodie de aduentitio teneẽ, vt legitimus adminiſtrator. Bar i l.17.ff.de caſtr.pec.

Vſusfruct.bonorũ relictorũ filio, quib.caſib.q̃ratur pr̃i, vide Bar.in l.§.1.Auth.vt liceat matri.

Patri ſpurio nõ debeẽ vſusfructus bonorũ eius filio legitimo relictorũ in teſtõ, in quo ipſe, & filius ſunt inſtituti. Bar.cõſi.118.n.2.vol.1.

Inſtitutus cõtemplatione alterius, qñ acquirat illi, cuius contemplatiene fuit inſtitutus, vide Bar. in d.conſi. 118.nu.3.

Pater an obligetur ad reſtitutione bonorum filij, ſi per patrem tanq̃ miniſtrum ſint quæſita filio, vide Bar. conſi.1.vol.2.nu.fin.

Filio poteſt relinqui hoc adiecto, ne acquiratur patri. Bar.q.12.nu.14.

Lucrũ proueniens ex perſona filij, dr̃ aduentitium.Bar.in tracta. de duob.fratrib.nu.2.

Lucrum factũ per filiumfa.cũ pecunia caſtrenſi, vel quaſi, qñ dicatur aduentitium, & quando caſtrenſe, vel quaſi, vide Bar.ibid.nu.13.

Filio hærede inſtituto à matre, vel aſcẽdente linee maternæ cũ conditione, qđ ad patrem non perueniret vſusfructus, an dicta cõditione non obſtante, pater ſaltem in legitima habeat vſumfructum, vide Bart.ibid.num.14.& Bald.ibid.in tracta. de duob.fratrib.

Pater, ſi faciat filium ſtipulari ab aliquo debitore, qñ videaẽ facere animo douandi, vide Bar.in d.tracta. de duobus fratrib.nu. fin.

Filius impendens circa perſonam patris, nõ petit à cohærede iudicio familiæ erciſcũdæ, ſed act. neg geſt. vide Bal.in ſuo tract. inter tractatus Bar.de duob.fratrib.

Pater põt auferre filijs, vel filiab. profectitia, quæ non ſunt dotalia.l.7.C.ſolut.matrimo.

Mater non põt adminiſtrare res filij furioſi, vel mente capti, nec filium obligare.l.4. C.de curato.furio.vel prodig.non põt enim eſſe adminiſtratrix pſonę, neq; bonorũ filij.Cra.cõſ.39

Furioſo in pr̃te pr̃is cõſtituto nõ daẽ curator, ſed eius pr̃ ẽ legitimus adminiſtrator.l.7.c.ti.

Pater non poteſt iura filij repudiare in iudicio, vel extra.l.fi.C.de repud.bon.poſſ.

Filij, vel filiæ non teneẽ cõferre tpe diuiſionis bonorũ parẽtũ aduẽtitia, ſed ſunt ppria eorũ, ſed tñ cõferunẽ bona profectitia, nec caſtrẽtia, vel quaſi conferuntur.l.fin.C.de collatio.

Pater debet habere ẽt in nominibus filij vſumfructum, hoc ideò, quia eſt legitimus adminiſtrator.l 3.ff.de vſufruc. earum rerum.

Si filius ſit inſtitutus ab aliquo cõtemplatione patris, tunc iura vetera non ſunt immutata, quia eo caſu hæreditas pertinet pleno iure ad ipſum patrem.l.13.§.fin. & ibid.gloſſ.ff.de acquir. vel omit.hæred.

In donatione facta filiofa.inſpicitur cuius contemplatione ſit facta donatio.l.23.ff.de mor. cauſa donatio.

Licẽt parens tranſiens ad ſecũda vota amittat proprietatem bonorũ habitorũ titulo donationis, habitæ à coniuge ſolũ retento vſufructu, tñ ſi eius vita durante vult ea bona alienare, non põt impediri per filium, licẽt poſt eius mortem alienatio ſit nullius momenti. §.ſed quod ſancitum. Auth.de nuptijs.

Vſusfructus, quẽ habet pater in bonis filiorum, an perdatur per ingreſſum monaſterij, vide glo.in Authen.idem eſt. C. de bonis, quæ liberis, vel alterius Religionis, vide Boer.deci. 61.nu.13.& deciſ.197. nu.fin.

Auus paternus, qui vnà cũ auo materno ſuccedit in hæreditate nepotis præmortui, facta diſtinctione bonorũ, paternorũ, & maternorũ, an totius hæreditatis habere debeat vſumfructum, vide Excell.Præſ. Teſſau.deciſ.156.

De emancipatione liberorum.

Emancipatio quando pſumatur ſpacio decem, vel viginti annorum, vide Vincen. de Fran. deciſ. 10. Afflic. deciſ. 183. Caſſa. in conſue. Burg. tit. *des enfans* Rub. 5. §. 3.

Emancipatio ad vnum actum non permittitur, quia debet fieri in totum. idem de Fran. deciſ. 32. nu. 13. vide de ratione per Henri. Boer. in ſuis ſing. tit. fin. nu 13.

Reſeruatio vſusfructus dum filius emācipatur, non valet. idem de Fran. d. deciſ. 32. nu. 14.

Filius emancipatus non præſumitur acquirere ex re patris. Mago. deciſ. 9. Rot. Flor.

Filio emancipato præterito, teſtamentum dicitur nullum: fallit, quando filius eſſet bannitus, & ſic incapax ad ſuccedendū, quia tunc, nec ipſe, nec fiſcus poſſunt venire contra teſtamentum. Hiero. Mago. deciſ. 84. Luc.

Filio emancipato licèt exhæredato competit querela inofficioſi; ſed quomodo in ea lis ordinetur, vide l. cognitio. §. fi. ff. de offi. eius cui mandata.

Quomodo ſuccedat nepos præteritus auo, vel patri, vbi eſt natus poſt emācipationem, vide l. ſi emancipatus. ff. de bono. poſſ. cont. tabul.

Emancipatus petit contra tabulas, nec computat in legitimam, quod ſibi cauſa emancipationis datum eſt. l. 1 §. is quoque, & ibid glo. ff. eod. quid, quando pater fuit præteritus à filio emancipato, vide titu. ff. ſi à parēte quis emancipatus.

Bonorum poſſeſsio cā agnoſcendæ litis, quę datur filio emancipato exhæredato, nō tribuit ius: ideò eius virtute ſcriptis hæredibus non poteſt poſſeſsio auferri. l. 2. C. de inoffi teſta.

Emancipatus de iure Ciuili incognitus, ad ſucceſsionē parentis non venit, Prætoris tñ beneficio per bono. poſſeſ. vnde liberi, perinde admittitur, ac ſi in eius poteſtate māſiſſet. §. emācipati, inſtitu. de hæred. q̃ ab inteſt. defer.

Filius emancipatus poſtea arrogatus ab alio, nō poteſt venire (etiam de iure Prætorio) ad hæreditatem patris naturalis, niſi ante mortē fuerit emancipatus ab arrogante. §. at iſ, qui emancipati, inſtitut. eod. titu. ſed hodie hæc videntur correcta per. § admonendi & §. ſed ea omnia, inſtitu. eod.

Hodie parens pſumitur contracta fiducia ſemper emancipare: ideò vocatur ad ſucceſsionem filij emancipati; olim ſecùs. §. fin. inſtit. de legit. agnat. ſucceſsio.

Data à patre filio emancipato in legitimam filij non ſunt imputanda, niſi aliter expreſsè ſit actū, vel aliter colligi poſsit ex inſtrumento emancipationis, vide Mago, d. deciſ. 84.

Emancipati, & ſi aliquando iure Ciuili fuerint incogniti, nunq̃ tñ fraudati fuerunt legitima iure Naturæ debita. Marc. de Mant. ſing. 561.

Emancipati admittuntur ad ſucceſsionem in feudis. idem ſing. 564.

Petita bonorum poſſeſsione contra tabulas, emancipatus tenetur conferre omnia bona profectitia. tot. tit. ff. de collatio.

Emancipationum alia particularis, alia generalis, & de modo, & forma ambarum, vide per Ioan. Pap. libr. 7. titu. 1. arreſt. 25. quid ſit emancipare, & quomodo fiat, vide Bude. in l. 2 ff. de orig. iur. & glo. in §. præterea inſtitu. quib. mod. ius patr. poteſt. ſolu. & ibid. Ang.

Emancipare, quid ſit, & quomodo emancipatio debeat fieri coram Iudice ordinario, nec ſufficiat, ſi fiat coram extraordinario, nempe coram Iudice appellationis. Guid. Pap. q. 632. vide tamen Maran. in ſuo ſpecu. part. 4. diſtinct. 18.

Emancipatio Clerici filijfa. facta coram Iudice Seculari, eſt valida. Aegid. Bellam. concluſio. 731. DD. de Rota. deciſio. 7. de iudi. in nouis tamen huiuſmodi emancipatio, nempe facta coram Iudice Laico, non derogat libertati Clericorum. ibid.

Emancipatio eſt actus patris, & non filij, & vocatur præmium, ſiue donum. DD. de Rota. deciſ. 7. de iudi. in nouis.

Donatio facta per patrem filio emancipato in præmium emancipationis, dr ſimplex. D. Sol. in ſuis cōment. in antiq. cōſtit ſo. 107. n. 12. & ideò indiget iſinuatione. Guid. Pap. ſing. 375.

Emancipatio iurata ſine Iudicis decreto dicitur inualida, ita iudicauit Senatus, & tunc donatio in pręmium emancipationis per patrē filio facta corruit, improbata ipſa emancipatione. D Sol. ibid. num. 13. & 14. fol. 107. ratio eſt, quia cùm emancipatio ſit iuris publici, non poterat eius ſolemnitas, & forma pactis priuatorum (etiā iuratis) tolli, & ſolemnitas iudiciaria interuenire debet partibus præſentibus, quæ neque per prius, neque per poſterius adhiberi poteſt, ſed in ipſo actu neceſſaria eſt, & vbi deficit, iuramentum non ſupplet, emancipatiò quoque cōnumeratur inter actus legitimos, qui non pendent à partium arbitrio, nec per procuratorē quis emācipare poteſt. D. Sol. ibid. nu. 13.

Emancipatio facta coram Iudice incompetenti, an valeat, vide Dec. conſi. 13.

Quòd ad validitatem emancipationis requiratur Iudicis decretum, ſcribit Amanel de Clariſaquis ſing. 207.

Decretum interpoſitum ſtatim poſt emancipationem, & datum in præmium ipſius, eam validat. Bar. in l. 7. ff. de oper. libert.

In emácipatione generali pater amittit vſumfructum bonorum filij, niſi fuerit quo ad certam partem reſeruatus; ſecùs in particulari. Pap.lib.7.tit.1.arreſt.25.

Pater poſt emancipationem habet vſumfructũ in bonis filij. Boer.deciſ. 172.nu.34.

Patri quæritur vſusfructus bonorum aduentitiorum filij emancipati pro dimidia. Ludo. Roma. ſing.547. quod procedit in quæſitis; non autem in acquirendis. Hippol.ſing.518.

In bonis maternis filijs emancipatis delatis,pr̃ ſuccedit ĩ virilẽ vſusfruc. Pet.de Rau.ſing.48.

Pater emancipans filiũ,licèt poſsit ſibi retinere dimidiã vſusfructus in bonis filij,tñ hoc verũ eſt in q̃ſitis;ſecùs in q̃rendis. Pet.Ger.ſing.76.

Pater habet ſolùm hodie dimidiam vſusfructus in præmium emancipationis, cui quidẽ cõmodo pôt renunciare,illumq; filio remittere.l.6.§.cum autẽ.C. de bonis, quæ liberis.

Emancipatus filius poteſt ob ingratitudinem reduci in patriam poteſtatem.Alexan.Raud. tract.de analôg. c.37.

Licèt emancipatio requirat ſcripturam, tamen ſufficit,vt allegetur. Afflict.deciſ.183.

Emancipatio ad quid proſit, vide Caſſa.in conſuetud.Burg.tit. *des enfans*. Rub.5.§.3.

Emancipatio eſt libertatis conceſsio, & debet fieri in ſcriptis,poteſt tamen probari per teſtes,ſed an poſsit fieri per ꝓcuratorem, corã quo, & qño fiat, an infans, vel abſens poſsit emácipari,& an poſsit fieri quo ad vnũ actũ, vide Caſſa.ibid.gl.fin.l.11. C.de fid. inſtrum.

Filius renuncians emancipationi, non reintrat in patriam poteſtatem. Maran.in ſuo ſpecu. par.4 diſtin. 18.nu.fin.

Pater ſæuus filiũ emancipare cogitur. Menoch. de arbitr. lib.2.caſ 139.

An appellatione agnatorum veniant emancipati, vide Dec.conſi.13.

Si filius minor fuerit emancipatus,non poterit petere reſtitutionem in integrum aduerſus emancipationem. Pet.de Raue. ſing.173.

Emancipatio an, & quando in fraudem facta præſumatur,& donatio facta filio emancipato à patre,quando à creditoribus reuocari poſsit,vide Pet.Gerar.ſing.76.

Manumiſsio facta ſub iſtis verbis, manumitto te ſub hac conditione, vt des Titio decem, intelligitur facta ſub modo. Anto. Corſet.in ſuis ſingularibus litera. M. ſing.manumiſsio.

Differentia inter ſuos, & emancipatos quo ad collationem,non eſt ſublata, nec quo ad acquiſitionem,licèt quo ad ſucceſsionem tollatur. Bar.in l.9. C.de collatio. ideò emancipati,à ſuis adhuc in aliquib. differunt.l.1.§. illud quoq;. C. communia de manumiſ.

Emancipatio quando faciat locum ſubſtitutioni vulgari, & tit.de coniungendis cum emancipato liberis, an ſit correctus, & ſit ſublata dñia emácipationis,& patriæ poteſtatis,vide Bar. ĩ l.Gallus.§.& qd ſi tñ.ff.de lib.& poſth.

Filius emancipatus ſi readoptetur, an noceat nepoti,vide Bar.ibid.

Filius poteſt cogi inuitus emancipari ex cauſa, & quando emancipatio ſit honor,aut pœna, vide Bar.in l.132. ff. de verbo.oblig.

Emancipatione capitis dminutio contingit.l. 3.§.1.ff.de mino.25.ann.

De emácipatione ingenui defuncti,etiam poſt quinquenniũ poteſt quæri. l.5. C. ne de ſtatu defunctorum.

Rogatus emancipare filios non pôt cogi iure actionis,ſed officio Iudicis,& ſic hoc caſu pater cogitur emancipare filium. l.91. & ibid. glo.ff.de conditio.& demonſtr.

Emancipatio non recipit diem, vel conditionem.Reg. actus legitimi.

Emancipatione tollitur patria poteſtas, & fit coram quocunque Iudice competenti:idẽq; iuris habet emancipans in bonis emancipati,quod patronus,& retinet tutelam filij impuberis, & poteſt filius emancipari nepote retento in poteſtate, & ècontrà.§. præterea. inſtitu.quib. mod.ius patr.pote.ſolu.

Regulariter nemo inuitus cogitur filium emancipare.§.fi.inſti.eo.fallit in quatuor caſib.ibi.

Circa inſtitutionem, & exhæredationem liberorum non eſt hodie differentia in effectu, inter ſuos,& emancipatos.§.ſed hæc quidem inſtitu.de exhæreda.liber.

De concubinis,& concubinatu.

DOnatio facta concubinæ an valeat, vide Barto. in l.1.C. de dignitatibus lib.12.

Concubinæ, quam quis acceperat ea intentione, vt duceret in vxorẽ,ſi poſtea animo mutato eã expellat,qualis pars bonorũ viri debeat,vide gl.in verbo ꝓinde,in addit.§.ſed q̃a hr̃s,inſti.de fideic.hr̃d.

Donatio inter cõcubinarios valet.Azo in ſumma tit.de donatio.inter vir.& vxo. ſi ſit iurata.Rola.conſi.98.vol.1.fallit in Aduocato, & Clerico.Bar.in l.6.ff.de re iudi. Rol.d.cõſ.98.

Concubina ſuccedit amaſio abinteſtato, ſicut vxor viro. Guid. Pap.ſing.77.

Poteſt donari,& legari concubinæ:limita qñ habens filios ex concubina, habet etiam filios legitimos,& naturales Pet.de Rau. ſing 872.

Legatum factum concubinę pro ſeruitijs Preſbytero præſtitis, debetur ꝓportionabiliter, probatis ſeruitijs. Afflic.deciſ.102.

Mulieri aſſerenti ſe prægnantem ex aliquo, an credatur, vide Boer.deciſ.299.

In ſchemate concubinæ, dicitur animi deſtinatio, & proteſtatio, quę facit mulierem concubinam. Gram. vot. 4.

Ad iuſtificandum concubinatum eſſe, oportet ſeptem requiſita concurrere, de quibus vide per eundem Gram. ibid. nu. 7.

Sub qua pœna prohibeatur concubinatus laicorum, vide decretum antiq. Sabaudiæ tit. de concubin. lib. 3. & D. Sol. in ſuis comment. ſuper ipſo decret. fol. 184. Cócil. Triden. ſeſsio. 24. decret. de reformatione matrimo. cap. 8. & in ſeſsio. 25. de reformat. c. 14. fol. 317.

Concubinatus an de iure Ciuili ſit illicitus, & cõcubina, q̃ propriè dicat̃, & de materia, vide D. Sol. in ſuis cõmẽt. in antiq. cõſti. ibi. fo. 184.

Concubinariorũ pœnę, q̃ ſint tam de iure Pontificio, quàm Cæſareo, & q̃ olim concubinæ, & quomodo permiſſæ erant, vide p Menoch. de arbitra. lib. 2. caſ. 418.

Clericus concubinarius ab officio ſuſpendit̃, & deponitur, imò ex ſimplici fornicatione. ibi.

Concubinarij poſſunt per Iudicem ſecularem compelli ad dimittendum cõcubinas. Ioan. de Arnono ſing. 67.

Qui allegat ſe natum ex legitimo concubinatu admiſſo de iure Ciuili, quid probare debeat, vide Natt. conſi. 421.

Vxor ſequitur forum viri; ſecùs in concubina. Roma. ſing. 666.

Concubina coniugari, vel ſoluti reputat̃ mulier inhoneſtè viuens. Math. Matheſ. ſing. 100.

Concubina quicquid acquirit, præſumitur de bonis amaſij acquiſiuiſſe. Fran. Cremen. ſing. 6. & Pet. de Raue. ſing. 131.

Matrimonium, & concubinatus de iure nõ pręſumuntur, cùm ſint facti: ideò qui allegat matrimonium, vel concubinatum, tenetur probare. Natt. conſi. 421. nu. 10.

Iudicium agitatum inter patrẽ, & filium ſuper legitimitate non præſumitur colluſoriũ, niſi probetur colluſio. Natt. conſi. 537. nu. 29.

De naturalibus liberis tantùm.

Filius naturalis tantùm qualiter patri ſuccedat, vide Afflic. deci. 392. nu. 22. Marc. q. 12. & q. 472. par. 2. Bar. in ſuo tract. de ſucceſſio. ab inteſta. nu. 6. vbi etiam de ſucceſsione matris glo. fin. in §. fin. inſtitu. de nuptijs. Caſſan. in conſuetud. Burg. tit. *des ſucceſſions des baſtards*. Rub. 8.

Nati ex viliſsimis concubinis, & parentibus in dignitate poſitis ſunt ſpurij, & incapaces per viam vltimę voluntatis, & contractus. Afflict. deciſio. 203.

Filijs filij naturalis, aut ſpurij, vna vncia relinqui poteſt ab eorum auo paterno, etiã ſtante legitima prole. Capic. deciſ. 181. nu. fin. tamẽ nepos legitimus ex illegitimo filio natus, nõ poteſt auo ſuccedere ab inteſtato: ideò nõ venit contrà aui teſtamentum. Raud. tracta. de analog. c. 37. nu. 116.

Nepos naturalis ex filio legitimo auo, vel auiæ ab inteſtato non ſuccedit. And. de Yſernia. ſing. 4. tamẽ fratres naturales nati ex eadem matre inter ſe ſuccedunt, & ipſi matri, & mater ipſis, niſi eſſent tales ſpurij, qui poſſent argui de damnato coitu. ibid. d. ſing. 4.

Liberi naturales nati ex concubinis, qui non ſunt ſpurij, ſuccedunt patri in duabus vncijs ab inteſtato, quando pater non habet alios liberos, nec parentem, ſeu coniugem legitimam. Guid. Pap. q. 280. Vinc. de Fran. deciſio. 291. part. 2. vide Rol. conſi. 54. num. 72. vol. 2. aliàs extante legitima prole ſolùm poſſunt inſtitui in vna vncia. Guid. Pap. ſing. 365. vide §. cõſideremus. Auth. de triente, & ſemiſſe. &

Filius naturalis tantùm, poteſt capere ex teſtamento patris. Iul. Clar. lib. 3. ſentent. §. teſtamentum. quæſt. 31.

Ideò filijs naturalibus tantùm, ſi adſunt alij liberi naturales, & legitimi, pater vnam vnciã relinquere poteſt, ſed non extantibus legitimis relicta parẽtibus legitima, reſiduum poteſt naturalibus relinquere. Marc. q. 472. par. 2. Vincen. de Fran. deciſ. 47. aliàs eo in caſu, quando adeſt legitima proles, filius naturalis omni iure excluditur, & non potes à patre inſtitui hæres. Menoch. conſi. 285. lib 3. nec donatio facta per patrem filio naturali in pręmium emancipationis valet. Guid. Pap. quæſt. 632.

Filius naturalis præteritus nullum habet remedium contrà patris teſtamentum. Guid. d. q. 632. in fine Boer. deciſ. 299. Bar. in l. Gallus. §. etiam ſi parente. ff. de liberis, & poſthu.

Quia licèt de iure pr̃ poſsit filio naturali aliq̃d relinquere, non tñ pot̃ ad relinquendũ cogi. D. Sol. in ſuis cõment. in antiq. cõſti. gl. ſuper 1. par. decreti, item quia, tit. de feudis. fol. 75.

Filius naturalis non habet bonorũ poſſeſsionẽ cõtrà tabulas in bonis paternis; ſed in maternis tantũ. Bar. in l. 1. ff. de bon. poſ. contrà tabul. & pater naturalis eodem modo etiam non habet contrà tabulas. Bar. ibid.

Inter naturalem tantùm, & ſpuriũ, hęc eſt differentia, q̃a naturalẽ tñ poteſt pr̃ ad libitum dotare, ſed ſpuriũ nõ, niſi quo ad quantitatẽ alimentorum perpetuorum. Boer. deciſ. 127.

Legatum factum filio naturali ab auia paterna an, & quando valeat, vide Marc. q. 312.

Filio non nato ex damnato coitu, ſed meretricio, pr̃ poteſt legare, quamuis alij extent filij legitimi. Iaco. Put. deciſ. 188. lib. 3.

In

In Regno Franciæ Rex ſuccedit naturalibus duobus caſibus exceptis, nempè ſi habeant filios,& ſi fecerint teſtamentum. Papon. arreſt.5.6.lib.21.tit.3.

Naturalis non ſuccedit cõiunctis ex latere, aut ex perſona patris : ideò ſi deceſſerit aliquis ab inteſtato,relicta ſorore naturali ex parte patris, ipſa ſoror non poteſt ſuccedere fratri cõſanguineo,imò fiſcus admittit,alijs agnatis non exiſtentibus; ſecùs erit in coniunctis ex parte matris,quia ex ea parte dicũtur cognati. Crau.conſ.138. Collaterales naturales tantùm,qualiter inter ſe ſuccedant,vide Bar, in ſuo tracta,de ſucceſsio.ab inteſt.nu.20.

Filij naturales tantùm ſuccedunt matri ab inteſtato etiam cum aliis liberis legitimis, & ex cauſa teſtati,ſuccedunt in legitima,& poſſunt querelare teſtamentum matris, ſecùs in teſtõ patris.Franc.Marc.q.12.& q 472. part, 2.vide Vincen. de Fran. dec. 47.quod limitatur,quando mater eſſet illuſtris; nam tunc filius naturalis non ſuccedit matri. Marc. d. q.472.nu.6.par.2.& Vincẽ.de Franc.dec. 47. tamẽ mater nõ poteſt inſtitui per filiũ naturalem,vide Papon.arreſt.fin.lib. 21.tit.3

Spuria,ſi poteſt ſuccedere eius matri, quia nata ex coitu non damnato accuſabili,& punibili de iure Ciuili,vt quia ex meretrice nata; ita, & eius deſcendentes poſſunt ſuccedere auiæ mri dictæ ſpuriç. Rol.conſ.74.vo.1.n.23

In dicto caſu,in quo filij ſunt nati ex coitu non damnato de iure Ciuili,poſsũt ſuccedere matri,vel alijs aſcendẽtibus per lineam maternam,perinde acſi nati eſſent ex legitimo matrimonio, & per conſequens poſſunt ſuccedere cum legitimis.Rol.ibi.nu,14.

Nati ex coniugato,& ſoluta,quæ publicè reputabatur pro meretrice,non dicuntur nati ex damnato coitu, quo ad ſuccedendum matri modo ſupraſcripto.Rol.ibi.

Legatum relictum filię etiã naturali,conſequenter capaci(non exiſtentibus filijs legitimis) pro dote,ante matrimonium dicitur conditionale: Ideò non tranſmittitur ad matrem ipſius filiæ naturalis, ſed remanet apud heredem patris.Menoch.d.conſ.60.

Baſtardus non retinet dignitatem, ſeu nobilitatem gerens: Ideò non poteſt eſſe conſiliarius Principis,nec portare arma agnationis. Guid.Pap.q.580.vide Bar.in l.5.C.de verbo, & rer.ſign.& in l.7.ff.de capi.diminut.Rebuf, in ſuis commen.in proęmio.glo.5. num.111, Caſſa.in conſuetu.Burg.tit.*des baſtards*, Rub, 8.gl.1.nam illegitimus eſt incapax honoris, & dignitatis.Paul.Aemil. deciſ.8.part.1.vide Myſing.obſer.31.cent.4.& non poteſt,niſi pcedẽte diſpẽſatione ad Sacros Ordines promoueri,nec beneficium ei cõferri poteſt.Vincent.de Franc,deci,189.

Tamẽ naturales in Regno Frãciæ retinent nobilitatẽ, & arma cum differentia vnius barræ, ſecùs tamen eſt de iurę communi. Ioan. Pap.lib.20.tit.3.arreſt.1.

Filiorum appellatione in ſtatuto, an veniant naturales,vide Boer.deciſ.127.

In fauorabilibus appellatione parentum,& filiorum, veniunt parentes, & filii naturales. Pap.li.20.tit.3.arreſt.2.

Appellatione filiorum veniunt naturales tantùm: fallit quando pater tenetur ex facto filii:nam tunc non tenebitur pro facto filiorũ naturalium, ſed ſolum pro facto legitimorũ. Hip.ſingul.139.Filii appellatione in lege,an veniat naturalis,& baſtardi, & naturales idẽ ſunt, vide Bart. in l.17.§.ſi quis rogatus.ff.ad Trebellianum.

Cùm inuenitur in iure, quòd filii naturales ſunt in poteſtate parentum, debemus intelligere de filiis legitimis, & naturalibus, non autem de naturalibus tantùm.gl.in l.68. ff.de reg. iur.

Ignorantiam probabilem non poteſt allegare contrahens matrimonium cum profeſſa,in incluſorio inter moniales habitante: ideò filii ex tali matrimonio nati,dicuntur illegitimi.Put.deciſ.244.libr.3.vide deciſ. 251. 257. & 262. ibid.

Diſpenſatio data illegitimo, vt poſsit promoueri ad omnes Ordines etiam Sacros,nõ extenditur ad accolitatum.Paul. Aemil. deciſ, 70. part. 2.

Filius naturalis excludit ſubſtitutum in ſubſtitutione facta; ſi deceſſerit ſine liberis,quę cõcluſio limitatur pluribus modis, de quibus vide per And.Gail.obſer.136.li. 2. vide Dec. conſ.433.num.17.& Pet.de Raue.ſing.519.

Naturalis dẽt recipi à Domino ad fidelitatem, & homagium.Pap.arreſt.7.lib.21.tit.3.

Cognatio non cõſideratur inter natos,aut cõiunctos ex diuerſis matribus.Crau.conſ.138. nu.fin.& qs dicat naturalis,vide Cra.cõſ.166.

Si filius natus fuerit in ſeptimo, vel octauo,aut nono menſe, aut vndecimo ante, vel poſt, quando habeatur pro legitimo, vel non, vide Menoch.de arbitra.lib,2,caſ.89.nu. 34.

Filius illegitimus potius, præſumitur ſpurius, quàm naturalis. Menoch.conſ.60.vol,1.

Pater naturalis filium in teſtamẽto, vel alio inſtrumento ſine alia expreſsione naturalitatis nominando, videtur filium legitimare, propter præſumptum matrimonium inter amaſiam,& amaſium; ſecùs eſt in matre. Frã. Cremen.ſing.162.Pet.Gerar.ſing.60.ſed declara dictum procedere,vt ibid.

Fœmi-

Fœmina naturalis tãtùm, ſi viro legitimo, & naturali nupta ſit, propter mariti qualitatem, legitima efficitur. Hip. ſing. 501.

Baſtardum Religionis ingreſſu legitimum fieri, ſcribitur ibid.

Naturales filij ex diuerſis patribus (ex vna tamẽ matre) ab inteſtato ſibi ſuccedunt: ſecùs ſi ex diuerſis matribus orti ſint. Amanel. de Clariſaquis. ſing. 89.

Ad docendum prolem illegitimam, non ſufficit probare impedimentum matrimonij, ſi fuit in facie Eccleſiæ contractum. c. 11. extr. qui filij ſint legit.

Scientes inter ſe impedimentum matrimonij, ſi illud contrahant, illegitima erit proles eorum. cap. 10. ext. eod.

Subſtituere filium naturalem filio legitimo, & naturali, quando quis poſsit, vide Bar. in l. 36 ff. de donat. cauſ. mort.

De naturalibus liberis ſpurijs, vel inceſtuoſis.

Spurius ex damnato coitu natus, an ſuccedat fratri ſuo nato ex eadẽ matre, & ex damnato coitu, vide Afflict. deciſ. 96.

Natus ex accuſabili coitu, an ſuccedat collaterali ex latere materno, vide Afflict. ibid.

Inter natos ex damnato coitu datur ſucceſsio, etiam in linea tranſuerſali, & ita obſeruatũ fuit in conſ. Neap. licèt quæſtio ſit controuerſa inter Doctores. Vincent. de Fran. deci. 238. par. 2. Bar. conſ. 194. vol. 1.

Frater (ſicut quilibet extraneus) poteſt relinquere fratri ſpurio, quod intelligendum eſt, vbi frater relinquit a ſe ipſo; ſecùs ſi id fecerit ad effectum exequẽdi legatum paternũ. Natt. conſ. 402. num. 50.

Fratres inceſtuoſi inter ſe ipſos non ſuccedunt: idem in ſororibus, & parentibus; quia inter eos nulla adeſt ciuilis, vel naturalis ſucceſſio. Abb. conſ. 50. lib. 2.

Spurij ex ancilla in domo retenta, & concubina relictorum ſunt incapaces, etiam datis libertatibus. Afflict. deciſ. 203. num. fin.

Pater tenetur dotare filiam ſpuriam. Capic. deciſ. 164. Beninten. deciſ. 22. vide tamen Boer. deciſ. 127. num. 11. c. cum haberet extr. de eo, qui cognouit conſang. tamen filiæ ſpuriæ dari non poteſt pro dote, niſi quantitas æquiualens alimentis, aliàs præſumitur fraus. Capic. deciſ. 181. Pet. de Beninten. deciſ. 22. Rol. conſ. 74. num. 43. vol. 1. ſed ſpuria filia mortua, dos redit ad hæredes patris, quia finita eſt alimentorum cauſa. Capi. d. dec. 181. nu. 3 vide Beninten. d. deciſ. 22. Vincent. de Franc. deciſ. 283. num. 7. Crau. conſ. 186. num. 16. Menoch. conſi. 60. vol. 1. vide etiã Crau. cõſi. 219 ſi deceſserit maximè ſine liberis. Thom. Minad. dec. 21. Abb. conſ. 50. li. 2. Imò etiam cũ liberis. And. Gail. obſer. 88. nu. 13. libr. 2. tamen vide pro conciliatione. Vincen. de Franc. d. deci. 283. quod procedit etiam ſi filia de dote diſpoſuiſſet. Minad. d. deciſ. 21.

Dos data ſpuriæ vltra alimentorum metã, morte dotante, reuocari poteſt etiam conſtante matrimonio. Vincent. de Franc. dec. 104. num. 7. And. Gail. obſer. 88. lib. 2. imò ſolùm illo ſoluto, ſecundum Rol. conſ. 74. nu. 49. vol. 1. & conſ. 85. vol. 3. & Capic. deciſ. 184.

Inter naturalem tantùm, & ſpuriam hæc eſt differentia, quia naturalem tantùm poteſt pater ad libitum dotare, ſed ſpuriam non tenetur, niſi vſque ad quantitatem alimentorum perpetuorum. Boer. deciſ. 127.

Legatum relictum filiæ ſpuriæ in cauſa dotis, non debetur, ſi pater in vita eam poſtea dotauerit. Beninten. deci. 22.

Pater poteſt relinquere filiæ natæ ex nefario, & inceſtuoſo coitu, non ſolùm alimenta, ſed ẽt dotem, & ad id tenetur de iure Canonico. Math. Matheſ. ſing. 146. vide tamen Amanel de Clariſaquis. ſing. 140. Boer. deciſ. 127.

Dos data per patrem filiæ ſpuriæ, ſi ad eam reuertatur, an venientes ab inteſtato poſsint ab ea vendicare, vide Bar. in l. 68. §. duorum. num. 18. de lega. 2. & in l. 25. ff. de his, quæ in fraud. cred. & Abb. conſ. 115. part. 2.

Sacerdos filiæ natæ in ſacerdotio, non poteſt aliquid (etiam ratione dotis) relinquere. Bar. conſil. 119.

Indignus culpa ſua, qñ quis dicat̃ fieri, vide ibi.

Filia ſpuria mortua in matrimonio, maritus lucratur partem dotis ſibi delatæ ex ſtatuto. Rol. conſ. 74. nu. 53

Cautela eſt, quòd pater relinquat filio ſpurio tantum, qđ ſufficiat ad alimenta in vita ſua, & poſt eius mortem relictum ſit filiorũ ſuorum, quibus relinqui poteſt. Capi. d. dec. 181. num. 4. Andr. Gail. obſer. 88. nu 13. lib. 2. Abb. conſ. 115. lib. 2. num. fin. ſed an filijs ſpurij relinqui poſsit, vide eundem Capic. dec. 194. Benint. deciſ. 22. Boer. deciſ. 127. nu. 8. & Ioſ. Lud. deciſ. Peruſ. 18. num. 3 t.

Legatum factum ſpurio, etiam nato ex ſoluta, patre coniugato, & ſine liberis decedente alio hærede inſtituto, non valet. Guid. Pap. q. 280. vide Dec. conſ. 307. quia de iure Canonico iſte talis dicitur natus ex damnato coitu. Guid Pap. ſing. 365.

Spurij ex adulterio, vel inceſtuoſo coitu nati, nihil

hil habere debent in bonis patris: ſuccedunt tamen matri, ſi non ſit illuſtris. Guid. ibi.

Filio ſpurio nato ex damnato coitu nihil poteſt relinqui (niſi occaſione alimẽtorum) & relictum habetur pro non ſcripto, remanetq; apud hæredes in teſtamento inſtitutos, & his deficientibus, venientes ab inteſtato capiũt illud. Iul. Clar. lib. 3. ſent. §. teſtamẽtũ, q. 31. & non applicatur fiſco. Franc. Marc. q. 89. vide tamen eundem. q. 256. & 257.

Spuriorũ materia, & quid eis relinqui poſsit, fuſiſsimè tractatur per Ioſ. Lud. deciſ. Peruſ. 18.

Filij nati ex damnato coitu neque patri, neque matri ſuccedunt. Crauc. conſ. 184. Dec. conſ. 312. & qui dicantur ex damnato coitu nati, vide per Franc. Marc. q. 12. par. 1. & q. 472. par. 2. Neq; auiæ ſuccedunt. Crauet. d. conſ. 184. Dec. d. conſ. 312.

Hæres ſcriptus in teſtamento poteſt relinquere hæreditatem ſpurio teſtatoris: quia ſpurius poteſt capere, & acquirere ab extraneo. Frã. Marc. q. 258. niſi interuenerit fraus. Myſing. obſer. 35. cent. 1. Rot. Auenio. dec. 42. in deci. diuerſo. tom. 2.

Spurius regulariter nullius rei paternæ capax eſt, ſi tamen ſubſtituatur impuberi filio teſtatoris, poſſet accipere bona fratris morientis; ſed non bona patris. Myſing. obſeruat. 35. cent. 1.

Spurius ſub conditione, ſi legitimetur, inſtitui poteſt, & purè inſtitutus ſuccedit patri, ſi ipſo viuente legitimetur. And. Gail. obſeru. 88. num. 17. & 18. lib. 2. vide Natt. conſ. 247.

Spurio ex coitu damnato nõ punibili relinqui poteſt à matre, & cum legitimis in omnib. ab inteſtato ſuccedit. Gail. ibi. nu. 20.

Filij ſacerdotum ſunt omnino incapaces: ideò non poſſunt habere legatum patris, etiam ratione alimẽtorum. Io. Pap. li. 21. ti. 3. arreſt. 17

Spurius natus ex coitu non damnato poteſt capere ex teſtamento, nõ exiſtente legitima ſobole. Crau. conſ. 166 num. 12.

Spurio relicta vẽdicari debent per agnatos intra duos mẽſes, alias fiſco ſit locus, vide Cra. conſ. 166 num. fin. And. de Cap. ſing. 8. nec ſoboles legitima poteſt conſentire, vt aliquid relinquatur filijs ſpurijs, Crau. conſ. 229.

Spurius non habet teſtamenti factionem paſsiuam, niſi quo ad alimenta, & an illi relictum applicetur fiſco, & quid ſi alter fuit inſtitutus ſub tacita conditione, de reſtituẽdo ipſi ſpurio, vide Clar. in §. teſtamentum, q. 31. & tacitè rogatus de reſtituendo ſpurio, ſecundum conſcientiam debet id dare fiſco. Bar. in l. fi. ff. de his, quibus vt indig. legat. aufer. nam pater, nec per ſe, nec per interpoſitam perſonã, poteſt aliquid relinquere filio ſpurio. Menoc. de arbitra. lib. 2. caſ. 459. nu. 27. Dec. cõſ. 462.

Spurius quando inſtitui poſsit ad hoc, vt hæreditas non deferatur in fiſcum, vide Bart. in l. 2. C. de hæredi. inſtitu.

Legatum relictum ſpurio legitimato nõ valet, quando legitimatio nõ valuit, aliqua de cauſa. Dec. cõſ. 289. vide conſ. 579. quia natus ex damnato coitu nõ capit legatum ei factum. Bar. in l. 25. §. ſi à ſocero. ff. quæ in frau. cred.

Spurius an, & quando ad bona paterna admittatur, vide Dec. conſ. 312.

An Princeps poſsit relinquere filio ſpurio, vide per Natt. conſ. 402. & conſ. 420.

Spurius non poteſt inſtitui ab eo, qui fuit inſtitutus a patre ſpurij, & grauatus expreſsè de reſtituendo hæreditatem ſpurio. Natt. conſ. 402. num. 52. Alias ſpurius poteſt inſtitui ab inſtituto à patre ipſius ſpurij, ſed non poteſt emere ab eo, cui pater ipſius vendiderat. Barto. in l. 6. ff. de vulg.

Mater filio ſpurio nato ex coitu damnato non punibili, poteſt relinquere quid vult, ſecùs ſi natus ſit ex coitu punibili. Natt. conſ. 421. vide Bartol. in l. fin. ff. de his, quib. vt indig. legat. aufer.

Spurij ex pacto poſsũt ſuccedere in emphyteuſi, patri conceſſa. Fran. Cremen. ſing. 130.

Spurij non ſuccedũt parentibus, ſed tamẽ parẽtes poſſunt eis relinquere tacitè medietatẽ omnium bonorum, inſtituendo ſocium omnium bonorum illius ſpurij filij. Ant. Corſe. in ſuis ſingularibus litera. S. ſing. ſpurius. 1. Bart. nu. 30. ff. de libe. legat.

Spurius quando inſtituitur, hæreditas deuoluitur inſolidũ ad cohæredem, vel ad ſuccedẽtes ab inteſtato. Bar. in l. 4. ff. de his quib. vt indig. hæred. aufer. excluſo fiſco. Bart. in l. fin. ff. de his. quib. indig. legat. aufer. & conſ. 205.

Parentes eodem modo ſuccedunt ſpurijs, quo ipſi parentibus. Bar. in l. fin. ff. de his, quib. vt indig. legat. aufer.

Confeſsio patris facta in teſtamento cum iuramento, confitentis ſe debitorem filij ſpurij, tenet, ſi veriſimiliter apparet, quòd ſpurius poterat habere bona aliunde quæſita, quàm à patre. Capic. deciſ. 203. num. 20. vide Bart. in l. 27. ff. de probatio.

Inceſtuoſi dicuntur nati ex conſanguinea tranſuerſali, & nepharij dicuntur ex cõſanguinea aſcendente, vel deſcendente. Boer. deciſ. 127 quis dicat ſpurius, & natus ex damnato coitu, vide Crau. conſ. 166.

Spurius dicitur omnis natus ex coitu non approbato à lege, ſeu qui à lege nomen non ſumit, vide Bar. in l. fin. ff. de his, quib. vt indig. legat. aufe.

Statutum habilitans ſpurios ad ſucceſsiones, an

an valeat, vide Boer. dec. 127. n. 9. p negatiua ſcribit Gaſp. Cabal. Milleloq. 767.

An exequutor teſtaméti ad diſtribuendú bona inter pauperes, poſsit eligere ſpurium ipſius teſtatoris pro paupere, vide Boer. deciſ. 127. num. 14. Marc. q. 259. quòd poſsit, ſcribit Myſing. obſer. 35. cent. 1.

Vxor, quæ fuit hæres inſtituta, & rogata a viro de reſtituendo pro anima cui voluerit, ſi reſtituat ſpurio, non præſumitur tacitè rogara, etiam ſi oĩa illi reſtituerit. Bar. cõſ. 194. vol. 1.

Filius propter incapacitatem ſpurij, cui erat fideicommiſſum relictum, detecto fideicommiſſo poſt mortem illius, qſi hẽat bona, vide ibi. & infr. tit. de his, qbus vt indig. leg. aufer.

Nepos legitimus, & naturalis ex filio ſpurio, poteſt inſtitui ab auo cum diſtinctione Bart ſed quid in nepore ex filio inceſtuoſo, vide Vincenr. de Franc. dec. 27. Io. Pap. lib. 11. tit. 1. arreſt. fi. Alex. Raud. trac. de Analog. c. 37. n. 116.

Nepos ex ſpurio auo ſuo ab inteſtato non ſuccedit: nam licèt ipſe ex legitimo matrimonio natus ſit; tamen originem ducit ex radice infecta. And. Gail. obſer. 115. lib. 2. Crauet. conſil. 184. vide Dec. conſ. 85. & 462. & conſ. 471. tamen ab auo nepos poteſt inſtitui, nulla legitima prole exiſtente. idem Gail. dict. obſer. 115. Bar. conſ. 118. vol. 1. Dec. conſ. 462. Crau. conſ. 184. Pet. de Rauen. ſing. 452. vide Ant. Corſ. in ſuis ſing. litera H ſing. hæres. 4.

Fallit, ſi auus nepotem inſtitueret, vel ei aliquid relinqueret contemplatione patris. Gail. ib. num. 2. d. obſer. 115. Aug. Bero. q. 127. Bar. in l. gallus. §. quid ſi is. ff. de liberis, & poſth.

Secundò, fallit in nepore ex filio inceſtuoſo, qui a nullo ex parentibus inſtitui poreſt. Gail. ibi. n. 9. d. obſer. 115. Hip. ſing. 143. ſed ſi extat ſoboles legitima, non valet relictum nullo modo, etiamſi ipſa ſoboles illud racitè approbauerit. Crau. conſ. 200. Caſſan. in conſuer. Burg tit. *des fiedz*. Rub. 3. §. 5. glo. 1. nu. 70 & in tit. *des ſucceſſions, des baſtards*. Rub. 8. §. 3. glo. 1. nu. 15. Crau. cõſ. 326. & Clar. in §. teſtamentum. q. 32.

Inceſtuoſus dicitur natus ex Milite Hieroſolymitano expreſsè profeſſo; & ideò ab hæreditate patris excluditur. Vinc. de Fran. dec. 28.

Filia ſpuria excludit parẽtes matris, etiam quo ad legitimam (niſi marer eſſet Illuſtris) & ſi filia ſpuria eſſet prærerita, ageret contra teſtamentum matris, ſi non eſſer nata ex damnato coitu. Vincent. de Fran. dec. 47.

Illegitimi non admittuntur ad offitia habẽtia dignitatem: quia ſunt infames, & non poſsũt Doctoris titulo inſignari, etiã ſi eſſent legitimati. Myſing. obſer. 31. cent. 4.

Mater non poteſt inſtitui per filium naturalẽ, vide Pap. lib. 21. ti. 3. arreſt. fin.

Bulla Sixti, & Leonis loquens de ſucceſsione ſpurij paſsiuè, an intelligatur actiuè, vide Creſcenr. dec. 2. aliàs 218. tit. de ſucceſsio.

Lex prohibet ſpuriũ ſuccedere patri nobili in dignitate cõſtituto. Raud. tract. de Analog. cap. 37. nu. 36.

Agens contra naturalem, ſeu ſpurium ad bona vendicãdum, primùm, & ante omnia, & pro fundamento ſuæ intentionis, debet probare illum eſſe ſpurium. Crau. conſ. 166.

Spurius præſcribit bona patris, ſpacio 30. annorum. ibid. num. 13.

Tertij ius opponi poteſt per ſpurium in eum, qui agit contra ipſum, quòd non ſit proximior. Crau. d. conſ. 166.

Spurius non comprehenditur ſub diſpoſitione, qua vocantur baſtardi. Dec. conſ. 433.

Licèt naturalis excludat ſubſtitutũ; ſecùs tamen erit in ſpurio. Dec. conſ. 433 nu. 17.

Nati ex coniugato, & ſoluta, quæ publicè reputabatur, & habebatur pro meretrice, non dicuntur nati ex damnato coitu, quo ad ſucceſſionem matris, vide Rol. conſ. 74. nu. 24. vol. 1

Filius nõ legitimus potius præſumitur ſpurius, quàm naturalis. Menoch. conſ. 60. rol. 1.

Spurius, ſi de pr̃is bonis poſsideret, teneť pr̃is creditorib. ſatiſfacere. Barth. de Cap. ſing. 45.

Spurius quo ad pr̃em nõ hẽt lineã, nec ẽ de domo pr̃is, nec ei vlla agnatione, vel cognatiõe cõiũgit. Nat. cõſ. 421. iõ domus, & familia nõ cõſeruãr ex ſpurijs damnati coitus. Affl. dec. 96. nu. 9. ſpurius quoq; nõ eſt de ſtirpe nobili. idem Afflic. deciſ. 195. num. 8.

Spuria, ſi matri ſuccedere non poteſt, minus deſcendentes ab ea, ſuccedent. Rol. conſ. 74.

Spurius ſi directò emat a patre, ſemper præſumitur factum in fraudem, & quid, ſi per interpoſitam perſonam, vide And. de Iſer. ſing. 6.

Spurius cæteris hominibus deterioris conditionis eſt: ideò non præſcribit, niſi longiſsimi temporis ſpacio. Hipp. ſing. 478.

Subſtituere filium naturalem filio legitimo, & naturali, quando quis poſsit, & inſtitutio facta de aliquo, ſi dederit mulie filio incapaci, nõ valet. Bar. in l. 36 ff. de dona. cauſ. mort.

Patri ſpurio, non debetur vſuſfructus bonorum eius filio legitimo relictorum. Bar. in cõſ. 118

Agnatus vltra aſcendentes, & deſcendentes fratres, & ſorores non admittitur ad reuocandum, & vendicandum hæreditatem ſpurio relictam. Barto. d. conſ. 118. num. fin. vide tamen conſil. 119.

Liberi nati ex matrimonio putatiuo illicito, ſunt ſpurij, dato, quòd ignoranter ſit cõtractum matrimonium. vide l. 3. ff. ſoluto matr.

De alimentis horum filiorum, vide infr. tit. ſeq.

De alimentis liberorum naturalium, ſpuriorum, & inceſtuoſorum.

De æquitate canonica ſpurij à parentibus ſunt alendi. vide glo. in §. nouiſsimè, inſtitu. de Senatuſconſult. Orfi. Bart. in Authen. ex complexu. C. de inceſt. & inutil. nupt. Hartm. Hartm. cap. 3. titu. de alimentis. lib. 2.

De legato relicto filijs naturalibus ratione alimentorum, non detrahitur falcidia. DD. in l. diui. ff. ad leg. Falc. & de alimentis, q̃ præſtantur filijs ſpurijs, vide Capic. deciſ. 164. & Pet. de Beninten. deciſio. 22.

Relictum ſpurijs in cauſa alimentorum valet. Iaſ. conſi. 25. libr. 1. Ang. in §. legari, inſtitu. de legat. Bar. in l. fin. ff. de his, quib. vt indig. legã. aufer. Abb. conſi. 15. libr. 2. Andr. Gail. obſer. 88. nu. 12. libr. 2. ſed qd; ſi habeant aliunde, vide Perilluſtr. D. Præſid. Teſſau. deciſio. 211. nu. 18. Hartm. Hart. c. 3. tit. de alimentis. lib. 2.

Spurius ſi aliunde alimenta habeat, non poteſt à patre alimenta petere. Gail. obſer. 88. num. 9. libr. 2. Pet. Beninten. deciſ. 22. vide Excel. P. Teſſau. deciſio. 211. Hartm. Hartm. c. 3. tit. de alimentis lib. 2.

Spurio, an relinqui poſsit pro alimentis, quando poteſt viuere ex arte, & operib. ſuis, vide Crauet. conſi. 199. vbi ſcribit pro parte affirmatiua, vide tamen conſi. 201. & Dec. conſi. 576. Natt. conſi. 207. nu. 8. & conſi. 421. Crau. conſi. 401. & Excell. P. Teſſa. deciſ. 211.

Pater non ſolùm in vita alere tenetur filios naturales, ſed etiam poſt mortem relinquere eis alimenta ſufficientia, aliàs pro ipſis alimentis filij legitimi, & naturales poterunt conueniri, etiam à ſorore naturali iam nupta, quæ ſine culpa ſua amiſerat dotem. Gomez. Leo. deciſ. 15. in deciſio. diuerſo. Tom. 2. vide plenè per Excell. P. Teſſau. deciſ. 211. quid, ſi pater peti prohibuiſſet, vide ibid. d. deciſio. 211. nume. 3.

Imò pater tenetur etiam alere filios inceſtuoſos, & nefarios. Capic. deciſ. 164. nu. fin.

An pater poſsit filio naturali relinquere pro alimentis, quintam partem ſuæ hæreditatis, vide ibid. num. 5.

Quando mater teneatur ſpurio alimenta præſtare, vide d. deciſ. 211. num. 7. & ſeqq.

Alimenta filio naturali ſunt ab hærede patris præſtanda de benignitate canonica. Caſſad. deciſ. 1. tit. de ſucceſsio. ab inteſt. & Pet. Benint. deciſio. 22.

Donatio facta filio ſpurio non valet, vltra metã alimentorũ; ſed reſpectu ipſorum tantùm. Ioan. Mohed. deciſ. 178. quid, ſi eſſet ingratus, vide Perilluſtr. D. P. Teſſau. deciſ. 211. num. 21. nam nati ex damnato coitu à parentibus ali debent. Fran. Marc. q. 458. par. 2.

Spurius non tranſmittit ad hæredes relicta pro alimentis. Crau. conſil. 186. Dec. conſi. 312. & Menoch. de arbitra. lib. 2. caſ. 169. nu. 10.

Legatum factum ſpurijs eſt nullum, niſi fuerit factum in cauſam alimentorum, quod præſumitur, quando ſpurij ſunt pauperes. Crauet. conſi. 219. nu. 7. vide Menoch. de arbitr. libr. 2. caſ. 169. nu. 8. Rol. conſi. 74. vol. 1. nu. 39. Hipp. ſing. 358. & Benint. deciſ. 22.

Valet legatum relictum filiæ ſpuriæ pro dote, & pro alimentis. Dec. conſi. 611. Rol. conſi. 85. vol. 3. Hippol. ſing. 358. Caſſan. in conſuetud. Burg. titu. *des ſucceſſions des baſtards*. Rub. 8. §. 3. glo. 1. nu. 11. non tamen debentur ſpurio alimenta ſplendidè ſecundum qualitatem patris; ſed ſecundum educationem, quæ eſt de iure Naturali; ad quod reſpexit ius Canonicum. Craue. d. conſi. 219. nu. 8. vide Ant. Corſet. in ſuis ſingularibus litera. S. ſing. ſpurius. 2. & Pet. de Benint. deciſ. 22.

Si hæredes non haberent pecunias, non cogerentur vendere bona pro alimentis ſpuriorum. Craue. d. conſi. 219. nu. fi.

Alimenta ſpurio relicta, Iudicis arbitrio præſtanda ſunt. Menoch. de arbitra. lib. 2. caſ. 169.

Spurio alimentorum cauſa, tantum licet relinquere, quantum alimenta requirunt, & non vltrà. Menoch. ibid. caſ. 182. num. 33. Roland. conſi. 74. vol. 1.

Spurijs, & alijs naturalibus liberis, quibus non debentur bona paterna, nec legitima, ex illis non fit prouiſio pro alimentis. Rebuff. in ſuis comment. in Reg. conſtitu. tract. de ſentent. prouiſio. art. 1. glo. 2. nu. 30. Tom. 1.

Succeſſor quilibet bonorũ paternorum, & maternorum, tenetur alimenta præſtare ſpurijs, & naturalibus liberis defuncti, cuius eſt hæres. Rol. cõſi. 54. vol. 2. n. 65. Hippol. ſing. 358. etiam ſi pater hoc prohibuiſſet. Hippol. ibid. d. ſing. 358. quod procedit etiam in donatario omnium bonorum, & reiecta prohibitione paterna. Rol. d. conſi. 54. nu. 67. vide Perilluſtr. D. P. Teſſau. deciſ. 211. nu. 8. ſed quid; ſi naturalis poterat aliunde, & alio modo habere alimenta, vide Rol. d. conſi. 54. num. 67. an alimenta ab hæredibus debeantur, etiam vxori filij naturalis, vide Excell. P. Teſſau. deciſio. 212. num. 2.

Hæres defuncti, ne dũ tenetur præſtare alimẽta filio naturali teſtatoris; ſed etiã duas vncias de bonis ipſius, vide Rol. cõſi. 54. n. 72. lib. 2.

An hæredes patris teneanẽ alere ſpurios, & adulterinos, ſiue natos ex quocunq; coitu, vide

Capic.deciſ.144.& Pet. Benint.deciſ.21.pro affirmatiua,ſcribit Vincent.de Fran.deciſio.178. ſed ſpurius non tenetur alere patrem. Capic.ibid.d. deciſio. 144.

Filius naturalis,ſeu ſpurius artem aliquã exercere non tenetur, qñ eſt ei ſumma verecundia exercitiũ facere. Rol.conſ.54.nu.78.lib.2.

Ius Pontificium(per qđ pater poteſt relinquere ſpurijs alimenta)ſeruandum eſt,etiam in terris Imperij. Rol. conſi.89.vol.3. Capic.deciſ.144. Benint.deciſ.22.

Legatum alimentorum factum filio ſpurio, & liberis, comprehendit nepotes. Rol.conſi.89. num.3.vol.3.

Alimẽnta qñ alicui relinquuntur in domo teſtatoris,poſſunt peti extra domum,vbi ex cauſa in domo pcipi non poſſunt. Rol.d.conſi.89.

Pater iure Pontificio tenetur præſtare alimenta filio ſpurio, & nepotibus, & quando non cogeretur,poteſt ſine difficulate illis legare, ratione alimẽtorũ.Menoch.conſi.23 r.lib.3.

De alimentis liberis à parentibus præſtandis, & econtra,& de liberis agnoſcendis.

DE alimentis naturalium,ſpuriorum, & inceſtuoſorum liberorum, vide ſupra tit.prox.præced.

Auus maternus, vel mater ſi præſtiterint alimenta nepotibus, vel filijs, an pro illis habeant actionem ad repetendum, vide Boer.conſi.5. Natt.conſi.108. num.7. Tom.1.

Quando alimentandi onus non ſpectat ad matrem,mater vr habere animũ repetendi.Bar. in l.36.ff.de neg.geſt.nu.3 & in l.5.§.ſi autem.ff.de liberis agnoſc. vide Natt.conſi.108.

Mater alens filium nulla præcedente proteſtatione,non repetit alimenta à cohæredibus; ſed quando aliàs repetat, & in quibus caſibus, & quando non, vide Auguſt. Bero. q.11.& l.11.C.de neg.geſt.

Mater,frater, vel patronus,an repetant alimẽta præſtita,vide Ioſ.Ludo.deciſ. Peruſ.78.par.1.

Alimentis debitis à patre iure Naturali,filij renunciare non poſſunt,etiam cum iuramẽto. Craue.cõſ.189. qa debentur iure Naturali,& nullo effectu tolli põt.Ozaſ.deciſ.124.nu.10.

Filia ſi debet dotari quando nupſerit,interim alimentari debet,& tunc alimenta debent taxari habito reſpectu ad quantitatem dotis. Crauet. conſil.189. vide Menoch.de arbitra. lib.2. caſ.169.

Pater non poteſt cogi,vt alat filium,quando ex operibus ſuis ſe alere poteſt. Crau.conſ.199.

nu.10.circa finem. Rebuff.in ſuis comment. tract.de ſenten.prouiſio,art.1. glo.2.num.22. Dec.conſi.576.Per.Roy.deciſ.4.Litua.n 274. in deciſ.diuerſo.Bar.in l.vnica, C.de mendicantib.lib.11. & multo magis ſi habeat aliunde,vnde ſe alat, Iaſ.de actio.in §.fuerat. num. 101.Dec.conſi.576. Natt.conſi.402.num.49. Pet de Benint.deciſ.89. quando dicatur quis hre,vnde aliunde ſe alat,vide Craue.cõſ.194.

Pater filium robuſtum alere nõ cogitur. D.Sol. in ſuis comment.in antiq.conſtitu.fol.183.

Pater non tenetur alere filium ſua culpa redactum ad neceſſitatem. Menoch. de arbitra. lib.2.caſ.181.nu.55.

Si dos non eſt conſtituta,& maritus eſt pauper, tunc pater tenetur alere filiam, & non maritus. Guid.Pap.q.439.

Nepos debet ali à patre ſuo,non autem ab auo. l.17.ff.de iniurijs.

Si pater multos habens filios vendat omnia bona ſua diſſipando, & filij petant, ꝙ aſsignẽtur eis aliqua bona patris pro eorum alimentis,an talis petitio procedat de iure, vide Iaſ.de actio.§. item ſi quis in fraudem.nu.4.Hippol.ſingul.615. pro affirmatiua, ſcribit Boer. deciſ.61.nu.18.

Si pater aſsignauerit filio partem ſuam,vnde viuere poterat,& filius illam conſumpſerit, et ludendo, an pater ipſe teneatur deinceps illum alimentare, vide Iaſ.ibid. in §.fuerat.nu.137.Hippol.ſing.104.vbi tenet affirmatiuam. Caſſa.in conſuet.Burg.tit.*des ſucceſſions*. Rub.7.§.2.glo.fin.Pet.de Rane. ſing.44.Ozaſ.deciſ.124.nu.9.glo.in §. 1.inſtit. de iure Natu.gent.

Filia,quę in corpus ſuum peccauit, ſi ſit reuerſa, à patre alenda eſt. Menoch.de arbit.lib.2. caſ.464.nu.28. Pet.de Rane. ſing.197.

Quando filio,nepoti,vel nepti poſt mortem patris ſit prouidendum de alimentis, cùm cõtenditur de bonis paternis, vide Rebuff.in ſuis comment.tract.de ſenten.proui.art.1.gl.2.vbi tradit reg.cum 8. limitationib.nu.21.& Fran.Marc.q.364.par.2. qđ quando pater petit bona filij, vide ibid.Rebuff.nu.9.

Filius poteſt alimenta petere à patre non obſtante,quòd duxerit vxorem ſine eius cõſenſu.Dec.conſi.231.nu.fin.

Parentes tenentur ad alimenta liberorum pro modo facultatum, & debet haberi ratio traffici,quod facit parens,ſed an pater poſsit cogi ad alienandum bona pro alimentis filijs præſtandis, vide Natt.conſi.48.Tom.1.

Pater alens aliquem vt filium, quem poſtea apparuit non eſſe, an poſsit repetere alimenta,vide Natt.conſi.108.nu.8.

Pater non ſolum tenetur alere filium, ſed etiã eius vxorem volentes commorari cum

patre;

patre; aliàs ſecùs. niſi iuſta cauſa interuenien te. Natt. conſi. 278. vide Put. deciſ. 339. lib. 3.

Pater pauper ſi pecuniam mutuo acceperit, & illá in alimẽta filiorũ erogauerit, filij poſtea diuites effecti, eã mutuanti reddere tenẽtur. Lud. Ro. ſing. 213. Bar. ĩ l. 49. ff. de cõdi. indeb.

Onus, quo pater tenetur alere filium, & ècontrá tranſit ad hæredes in ſubſidium, quando nullus eſt à quo poſsint peti alimenta, vnde ſi filius, vel filia habuit legitimam, & poſtea peruenerit ad paupertatem, poterit in ſubſidium petere alimenta ab hæredibus, de bonis hæreditarijs patris, vel matris. Math. Mathesil. ſing. 147.

Alimenta ex ijſdem cauſis poſſunt denegari filio, ex quib. poteſt exhæredari. Fran. Cremen. ſing. 20. Pet. Gerar. ſing. 1. Ozaſ deciſ. 124.

Si pater, quĩ alimentabat filiam intrauerit monaſterium, filiam ipſam monaſteriũ tenetur alimentare. Pet. de Raue. ſing. 520.

Filius alimentatus, non poteſt petere alimenta prẹterita, niſi feciſſet ſe debitorem alterius, pro illis alimentis. Afflic. deciſ. 10. nu. fin.

Pater non cõpellit̃ dare vitam, & militiam filio ſecundogenito, ſed officio Iudicis tenetur ad alimenta. Afflic. deciſ. 290. nu. 9.

Pater non tenetur dare alimenta filijs, ſi ipſe nõ habeat pro ſuis alimentis; quia prima charitas, &c. Afflic. deciſ. 290. Pet. de Ben. deciſ. 89. & ſi fructus bonorũ non ſufficiant pro patre, & filijs, ſunt dandi patri, qui hoc caſu non tenetur præſtare alimenta filijs, nam non debet cogi vendere proprietatem. Vincent. de Fran. deciſ. 336. par. 2.

Filio lite pendente non præſtantur alimenta à patre. Capel. Thol. quæſtio. 77. Niſi filius eſſet in quaſi poſſeſsione filiationis. Paul. Aemil. Vera. deciſ. 21. par. 1. quod limita, vbi filius eſſet ingratus, vel haberet aliunde vnde ſe aleret, vel poſſet ex ſuo labore honeſtè viuere. ibi in additio. d. q 77. Capel. Thol. vide Gaſp. Cabal. milleloq. 682.

Pr̃ tenet̃ alere filiũ, ſed qũo alimenta ſint præſtãda p patrẽ filio, & qualiter ſint taxãda, vide Pet. de Benin. deciſ. 89. Mag. deciſ. 73. Luc.

Statutum excludẽs filias dotatas, & maridatas à ſucceſsione patris extantib. maſculis, vel filiab. nõ nuptis, illas nõ excludit ab alimẽtis ſuper bonis paternis, illis non habentib. vnde ſe alerent. Iaff. Lanf. Balb. deciſ. 210.

In filijs ădoptiuis petentib. ſucceſsionẽ, nõ hẽt locũ ꝓuiſio de alimẽtis. Cabal. milleloq. 683.

Alimenta per patrem filio debentur inſtinctu Naturæ: ideò pater alimenta negans anathema eſt, & turbat filiũ in ſtatu quaſi poſſeſsionis ſuæ filiationis. Hier. Mago. deciſ. Luc. 78. c. ſi quis relinquerit, diſtinct. 30.

Aliquando pater non tenetur filio alimenta præſtare: Primò, quando filius habitat ſeorſum à patre: Secundò, quando proprio exercitio ſibi victum quęrit. Tertiò, qñ duxit vxorem dotatam, vide Mago. d. deciſ. 73. ſed qñ ſæuitia dat iuſtã cãm filio nõ cohabitãdi cũ patre, tunc pr̃ tenetur ꝓſtare alimenta filio ſeorſum habitãti. Mago. deciſ. 112. Rot. Flor.

Parentes, & liberi ſibi inuicem præſtant alimenta, non iure patriæ poteſtatis; ſed ratione filiationis, vel paternitatis. Azo in ſumma tit. C. de patri. poteſt, vide §. illud quoq; & ibid. glo. Auth. vt liceat matri, & auiæ. Hart. Hart. c. 1. tit. de alimentis lib. 2.

Pater tenet̃ emere libros filio ſtudenti. Caſtren. conſi. 184. & Bart. in l. fi. C. de ſilentia. lib. 12.

Alimenta petunt̃ officio Iudicis; quia pro illius non datur actio, quando debentur iure Naturali. Bar in l. 5. ff. de liber. agnoſc. & tale officium Iudicis deſcendit ex charitate ſanguinis, & ex æquitate. Bart. in §. ſed vtrum d. l. 5. de liber. agnoſcend.

Non exiſtens in quaſi poſſeſsione filiationis nõ alitur. Bar. in l. 7. ff. de liber. agnoſc.

Filius nolẽs alere patrem põt exhęredari, & eſt iuſta cauſa. Bar. in ſuo tract. de alimen. nu. 10.

Pater tenetur alere filios, & ècõtrá filij patrem. l. fi. § ipſum autem. C. de bonis, quæ liberis.

Sententia ſuper alimentis, an p̃iudicet in filiatione, vide glo. fin. in l 2. C. de ordin. cogn.

Pater filium non põt facere ſeruum, niſi ex neceſsitate famis. l. fin. C. de patri. poteſt.

Alimenta an ſint pręſtanda per eum, qui negat aliquem filium, vide glo. in l. pen. C. eod.

Si ſit cõtentio de filiatione impuberis, aliquando cauſa differtur (etiam patre viuo) vſque ad pubertatem, & interim impubes reponitur apud idoneum tertium, vel ſi eſſet apud matrem, ipſa cæteris præfertur in educatione. l. 3. §. Iulianus, & §. etiam. ff. de liber. exhibe.

Pater cogit̃ alere filiũ maiorẽ triennio ; minorẽ aũt triẽnio cogitur mr̃. l. 9. C. de patri. poteſt. & ibid. Bar. c. fin. ex. de conuerſ. infide. limita, vt per Hartm. Hartm. c. 1. tit. de alimentis.

Mater tenetur alere filiũ vſq; ad trienniũ, ſi modũ habeat; aliàs ſecùs. D. Sol. in ſuis cõmen. in antiq. cõſti gl. ſup 3. par. decreti abuſsionib. tit. de capt. n. 8. fol. 133. Caſſa. in cõſuet. Burg. tit. *des enfans*. Rub. 6. §. 8. nu. 12. Amanel. de Clariſaquis ſing. 7. & Ozal. deciſ. 46. nu. 10.

Matrẽ teneri alere filiũ, vel filiã cũ pr̃ eſt inops, ſcribũt Menoch. de arbit. li. 2. caſ. 460. Bar. in Auth. res q̃. C. cõia de leg. & Boer. deciſ. 129.

Mater non tenetur alere filium, qñ eſt pauper. Vincent. de Fran. deciſ. 336 par. 2. nu. 4.

Filium minorem triennio non pater, ſed mater cogitur alere. Azo in ſumma tit. C. de patri

poteſt. Bar.in ſuo tracta.de alimentis. nu.13.
Vxore diuertẽte culpa ſua, filij apud virũ aluntur expẽſis matri, ſi eſt dives. Bar.in §.illud. quoque, Auth.vt liceat matri,& auiæ.
Pater, an ob patriam poteſtatem compellere poſsit filios ſecum habitare, & habẽs dotem vxoris ipſius filij,tenetur alere filium,& vxorẽ,omniaq; onera ſuſtinere. Boer.decif.195.
Mater vſufructuaria tenetur alere filiũ, & ſuis expenſis litigare. Hartm.Hartm.cap.4.tit.de alimentis.
Filius patrem egentem alere tenetur.Iaſ.de act. in §.ſunt præterea,verſi.ſed & ſi.
Alimenta filij parentibus indigentibus præſtare tenentur. Ozaſ.decif.124.nu.8.aliàs ſi haberent vnde ſe alerent, filij non tenerentur. Iaſ.in l.1.§.excipitur.ff.de ferijs.
Mater,quæ adulterium cõmiſit,dummodo poſtea honeſtẽ viuat,& pœniteat,à filijs alimenta ſumere poteſt. Ozaſ.ibid.nu.13.
Quando tractatur de dandis alimentis aſcendenti per deſcendentẽ, tenebitur deſcendens dare auo, vel patri ex iuris diſpoſitione fundata in ratione Naturali,quemadmodum tenetur aſcendens præſtare deſcendentibus ex linea maſculina. Vincent.de Franc. deciſio. 178.num.10.
Filius patrem exulem alere tenetur. Pet. Roy. decif.3. Litua nu.431.in decif. diuerſo.Tom. 2.Bar.in Auth. inceſtas. C.de inceſt. & inutilib.nupt.& in l.5.§.vtrum.ff. de liber. agnoſc. Menoch.de arbitra.q.90.nu.45.
Filius emancipatus denegans alimenta, reuocatur in poteſtatem. Bar.in l.6.§.Imperatoris.ff.de liber.agnoſc.
Quando quis habet patrem, & filium diuites, quid iuris,circa præſtationem alimentorum, vide Bar.in l.8.ff.eod.
Alimenta ſunt parentibus,& patronis præſtanda.l.2.& ibi.gl. C.quod cum eo.§.illud quoq; & ibid.glo. Authen. vt liceat matri, & auiæ.
Filia tenetur alere matrem pauperem.l.5. C. de patr. poteſta.
Licẽt mater poſsit priuari legitima filij per pupillarem ſubſtitutionem, tamen ſi maxima paupertate laborat, quo ad alimenta ei ſuccurritur.l.5.§. item. ff.de liber. agnoſc.
Alimenta liberis à parentibus, & ècontrà,officio Iudicis decernuntur: fallit,ſi fuerint immeriti. Marc.de Mant.ſing.683.
De actione, quæ datur pro partu agnoſcendo, vide per Ioan. Criſp. de Mont. in ſuo tracta. termino.act.nu.10.poſt volumen, Iaſ.de act.
Actio in rem præiudicialis de partu agnoſcendo,quando detur,& quomodo proponatur, vide Maran.in ſuo ſpec. de ordi.iudi.titu. an ſit Iudic. ciuil. vel crim.

De alimentis præſtandis à fratre fratri,vel ſorori,aut à marito vxori, & ècontrà.

SOror petens legitimam eſt alimentanda etiam in prima inſtantia. Afflict.decif.11. idem in filio,eriã Religioſo. Fran. Marc.q.127.
Sicut pater tenetur alere filium fratris egentem; ita hæres fratris alere tenetur. Rip.in l.filiusfa.§.diui de leg.1.nu.43. vide tamen Bar. in l.5.§.item ff.de liber.agnoſc.
Frater tenetur alere fratrem, & ſoror ſororem inopem. Paul.de Caſtr.ſing.5.Bar. in l.5.§.itẽ reſcriptũ.ff.de liber.agnoſc.Guid.Pap.q.439. nu.ſi.& Hart.Hart.c.2 tit. de alimentis lib.2.
Frater tenetur alere ſororem ex eodẽ, vel alio patre natã. Boer.deci.129.vide Excel.Præſid. Teſſau.decif.192.& fratrem inopem.Franciſ. Marc.q.154 par.2.nu.7.
Patruus tenetur alere neptes, & nepotes, & ſic de ſingulis.Ioſ.Lud.decif Luc.62.nu.33. vide tamen Vincen.de Fran. decif.175.
Frater agens petitione hæreditatis contra fratrem debet habere alimenta, & expenſas à fratre poſſeſſore hæreditatis,lite pendente. DD. de Rota decif. 2. de arbitr. in antiquio. Paul.Aemil.decif.20.par.1.
Frater diues tenetur alere fratrem, & ſororem pauperes,hoc tamen onus nõ extenditur ad nepotem ex fratre: quia nõ porrigitur vltra primum gradum. Vincent.de Fran.deci.175.
Frater tenetur etiam alere fratrem naturalem egentem.Hart. Hart.c.2.tit.de alimẽtis lib.2. Bar.in l.5.§.vtrum. ff. de liberis agnoſcendis.
Quando fœmina excluditur à ſtatuto propter maſculum, tenetur maſculus ad eam alimentandam. Craue.conſi.189.
Filia,ſi debet dotari,quando nupſerit, interim antequam nubat ali debet.Crau.conſi.189.& qualiter tunc debeãt taxari alimẽta. ibi.n.9.
Alimentandi onus,quoad tranſeat ad hæredes & frater alit fratrem inopem,& non hæredes extranei filij ipſius.l.5. §. item reſcriptum.ff. de liber.agnoſcend.
Pater hærede filio inſtituto, & dote filię relicta deceſsit, tunc ſi ſoror alimentet à fratre,donec maritetur,non cõpenſat frater alimẽta cũ dote, vide in libris Bar.in l.3.§.ſed ſi egeni.ff. de excuſ.tuto. in quadã lect. Nicol.de Neap.
Frater vti tenetur alere ſororem inopem; ita tenetur eam dotare. Abb.conſi.50.lib.2.
Alimenta quã præſumantur per maritum vxori remiſſa, & quã non, ad hoc, vt hæres ipſius mariti ad ea agere poſsit, vide Ozaſ.decif. 32. & Gram.decif.103.nu.29.

Maritus

Maritus vxori (quamuis indotatæ) alimenta præſtare tenetur.ibi.nu. 8. vide tamen nu. 18.Afflic.deciſ.152.Gramma.deciſ.103. num. 26.Guid.Pap.q.439.Boer.dec. 22. quod procedit,ſi vxor nullā dotem promiſerit, ſecùs tamen ſi dos fuiſſet promiſſa, & non ſoluta. Capel.Tholoſ.q.87.And.Gail.obſer.87.lib.2. Bar.in l.ſi conſtante,num.102.ff.ſolut. matr.

Marito exuli alimenta per vxorem præſtanda ſunt.Ozaſ.deci.124.nu.11. & vxor diues tenetur alimentare virum.Guid.Pap q.439.

Maritus tenetur ad alimenta per vxorem petita,in quæſtione dotis reſtituendæ,& lite pendente.Afflic.deci.10. vide deciſ.152.

Maritus adulter tenens concubinam, tenetur præſtare alimenta vxori, quæ propter pellicem ab eo receſſit.Affl.ibi.

Mariti bona pro alimentis vxori debitis ſunt tacitè hypothecata, & vxor etiam ſi aliunde poſſet viuere,poteſt petere ſe à viro alimentari,quando alimenta debētur iure actionis; ſecùs ſi officio Iudicis.Afflic.dec.10.

Si vir verberaret atrociter vxorem ſuam, licitū eſt vxori fugere,& debet alimētari extra domum viri,ſumptibus ipſius.Guid.Pap.q.439. vide Boer.dec. 195.Guid. Pap.ſing. 534. & Capel.Tholoſ.q. 87.

Vxor tenetur operari viro,& non poteſt petere alimenta præterita, quando aliunde fuit allmentata.Ioſ.Lud.dec.47.Peruſ.nu.13.

Vxori debentur alimenta in bonis mariti, & ſi haberet vnde aliunde ſe aleret,quod intellige,ſi maritus dotem ſibi promiſſam receperat,nam ſi dos fuerit ſibi promiſſa,& non ſoluta,non cogitur. Myſing.obſer.64.cent.1.

Vxori exiſtenti in infirmitate maritus tenetur ſubuenire de alimentis,medicinis, & omnibus neceſſarijs de proprio.Gaſp.Cabal.milleloq. 531.

Mulieri à viro expulſæ, pendente lite fit prouiſio de alimentis.Cabal.milleloq.688.idem pendente appellatione.ibi.milleloq 690.

Mulieri ſeorſum habitāti à marito non fit prouiſio,niſi eſſet valetudine affecta. Cabal. milleloq.689.ſed pauperi prouideri debet.ibi. milleloq.696.

Maritus non tenetur dotem, nec alimenta reſtituere, & præſtare vxori ſeorſum à marito habitanti abſque culpa mariti.Borg. Caual.deciſ.21.par.2.vide ſupra tit.de diuortijs.

Quando dos non ſoluitur,vel reſtituitur,an, & quando pendente lite fiat prouiſio pro alimentis mulieris, & quid quando aliqua ex cauſa non habitat cum marito, vide Rebuſ. in ſuis commeut.tracta.de ſentent.prouiſio. art.1.glo.4.num.22.

Quādo maritus teneatur alere vxorē, vel non, traduntur nouem concluſiones per Caſſan. in conſuet.Burg.tit. *des droicts*. Rubr.4. §. 23. glo.1.num.14.

Mulier poteſt alienare rem dotalem durante matrimonio pro alimentis ſibi,& familiæ cōparandis,marito abſente. Natt.conſ.547.

Marito abſenti debent mitti alimenta.Bar.in l. ſi conſtante.nu.22.ff.ſolut.matr.

Dotis reſtitutæ fructus ſi non ſufficiant mulieri ad alimenta,vir tenetur vltrà dare,& eam alere.Bar.ibi.num.103.tamen debet ali vxor ſecundum reditus, qui percipiuntur ex dote. Bar.in l.13.§.ſi autem.ff.ſolut.matr.

Vxor,cui dos eſt reſtituta,tenetur ex ea(ſi ſatis ſit)alimentare virum, & filios alterius matrimonii.Bar.in l.ſi conſtāte.nu.109.ff.ſol.matr.

Maritus,an teneatur de neceſsitate expendere in vxore ægra, & quando poſsit alimenta repetere,vide Bart. in l.quod in vxorem. C. de negot. geſt.

Vir,qui tenetur vxori ad alimenta,tenetur etiā pro ſeruitìbus,inſpecta eius qualitate:idem in quocunque alio, cui alimenta debentur. Bart.in §.illud.Autheut. de non eligendo ſecundò nuben.

Maritus non alimentat vxorem principaliter propter dotem acceptam; ſed quia vxor deſeruit oneribus matrimonij.Abb.cōſ.19.libr. 2.nu.4.vide in addit.l.23.§.ſi aūt.ff. ſol.matr.

Dos promiſſa ſi non ſoluitur viro,licitum eſt ei vxorem à ſe repellere, & ſibi alimenta denegare.Abb.conſ.85.lib.2.ſed vide ibi.

Expenſa facta in curanda vxore non repetitur; ſecùs in impenſa funeris.l.13.C.de neg.geſt.

Maritus cogitur vxorem furioſam alimentare, & alia neceſſaria impendere.l.23.§. ſi autem. ff.ſolut. matrimo.

Vxor agens contra maritum ſuper conſanguinitate,& impedimento matrimonij,ab eodē eſt alenda.Capel.Tholoſ.q 88.

De alimentis in genere.

ALimenta lite pendente præſtita, an ſint reſtituenda alimētrio ſuccūbente, & quomodo debeant dari liberè,vide Vincent.de Fran. dec. 536. Boer.deciſ.324.Marc. q. 364.

Quod fuit ſolutum per modum prouiſionis pēdente lite,non computatur in id,in quo fuit condemnatus cōuentus per ſentētiam. Pap. lib. 18.tit.1.arreſt.38 & 39.ibid,

Monachus cum Abbate litigans ſumptus litis habere debet ab Abbate cum alimentis, tàm in cā principali,quā appellationis. Affli.dec. 10. vide DD.de Rot.dec.4 tit.de accuſ.in antiq.Gaſp.Cabal.milleloq.680 quibus in cauſis pendente lite fiat prouiſio, vide Ioſ. Pap. lib.

lib. 18. tit. 1. arreſt. 18. Myſing. obſer. 21. cent. 6. & quibus perſonis. Rebuff. in ſuis comment. tract. de ſenten. prouiſio. nu. 104 fol. 146.

Alimentorum præſtantia non impeditur per litis pendentiam. Afflic. dec. 152. num. 3. vide Boer. deciſ. 324. ideò appellatio non admittitur à ſententia præſtationis alimentorum. Afflict. d. dec. 152. nu. 3. Nat. conſ. 108. Marc. de Mant. ſing 285. & tunc etiam reuocata ſentẽtia, non datur repetitio. Afflic. d. dec. 152. n. 4.

Abbas, qui ſolet per electionem aſſumi, ſi priuetur abbaria, & poſtea iudicio reſtitutorio agat, debent ſibi decerni alimenta. Aegid. Bellame. conclu. 88.

Quando debeantur alimenta pendente lite, & debeant decerni in prima, & ſecunda inſtantia, vide Ioſ. Lud. deci. Peruſ. 46. qd in filio, vel nepte agentib. p hr̃ditate, vide Marc. q 364.

Alimenta ſubminiſtrantur accuſato, vel litiganti ſuper bonis, pendente lite. DD. de Rot. deciſ. 1. tit. de accuſ. in antiq.

Alimenta, an debeantur eiecto à Religione, vide Iaco. Put. deciſ. 208. lib. 1.

Abbatiſſæ eiectæ debẽtur alimenta, ſed nõ expenſæ litis. idem deciſ. 271. lib. 1.

Filio litiganti ſuper bonis paternis, alimẽta debentur ſemper dum litigat. Paul. Aemil. deci. 18. & 20 par. 1. etiam in prima inſtãtia. idem deciſ. 249. par. 2.

Alimenta non debentur illi, qui ex propria confeſsione fouet malã cauſã Idẽ deci. 19. par. 1.

Legitimationis quaſi poſſeſsio, quomodo ſummatim probetur ad effectum obtinendi alimenta, & expenſas litis, vide Veral. deci. 150. par. 1. & deciſ. 379. ibid. Viduæ agenti contra tertium poſſeſſorem habentem cauſam ab ea, pendente lite non fit prouiſio de alimentis. Pap. lib. 18. tit. 1. arreſt 16.

Prouiſio alimentorum pendente lite fit, tum pro præterito, tum pro futuro tempore. Pap. ibi. arreſt. 18

Prouiſio non fit inter collaterales, dum agitur de aliqua ſucceſsione inter eos. ibi. arreſt. 34. Rebuff. in ſuis cõmen. tract. de ſenten. prouiſio. & Fel. conſ 154 nu. 33

A prouiſione quis cenſetur excluſus, ſi incidẽs prouiſionale iungatur cum principali. Papo. arreſt. 35. lib. 18. tit. 1.

Prouiſio non debet ordinari, nec fieri ſine cautione regulariter. Pap. li. 18. tit. 1. arreſt. 36. vide tamen arreſt. 41. ibi.

Filio, vel filiæ pendente lite ſuper bonis hæreditarijs fit prouiſio de alimẽtis; ſed quando dictũ procedat, vide per Rebuf. in ſuis cõmẽtar. tract. de ſent. prouiſ. art. 1 gloſſ. 2. fol. 151. idem in quolibet alio deſcendenti. ibi. nu. 6. ſeu reg. limitatur octo in caſibus, de qb. ibi.

Quæ prouiſio fieri debeat vulnerato pro medicinis, & alimẽtis, vide Rebuff. ibi. gl. 4. fo. 156.

Alimenta ſi præſtantur officio Iudicis, non requiritur ſatiſdatio in caſu, quo appareret actorem ius non habere; ſecùs ſi iure actionis petantur. Gul. de Lud. ſing. 139.

Exiſtens in poſſeſſione, ſeu quaſi præbendæ, aliſ tur ex ea, etiam ſi de ea ſibi moueatur quæſtio. Bar. in l. 7. ff. de libe. agnoſ.

Cauſa alimentorum pendente, alimenta actori præſtantur. l. ſi negent. C. de alendis liberis.

Qui in querela inofficioſi obtinuit, pendente appellatione debet ex hæreditate ali. l. 27. §. de inofficioſo. ff. de inof. teſta.

Alimenta quis habere non debet ex his bonis, quæ illi rõne delicti auferunt. Ozaſ. dec. 124

Cauſa alimentorum fauorabilis eſt. Ozaſc. deciſ. 132. Capic. dec. 65.

Alimentorum cauſa adeò eſt fauorabilis, vt impediat perpetuò tranſlationem dominij rei donatæ, reſpectu alimentorum. Ozaſ. dec. 85.

Præſtatio alimentorum eſt pia cauſa, cui iura concedunt etiam priuilegia iuris publici. Afflic. dec. 252. num 8. vide Capic. dec. 65. quòd cauſa alimentorum ſit pia, ſcribit Marc. de Mant. ſing. 22.

Cauſa alimentorum eſt ſummaria, & liquida. Thom. Minad. deciſ. 3.

Alimenta non patiuntur dilationem cùm nemo viuat vento, negareq; illa eſſet necare homines; quare ſunt priuilegiata, & cõceſſa eorum fauore, ad piam cauſam dicuntur cõceſſa. Guliel. Caſſad. dec. 1. de mutu. petic.

Propter alimẽta, & dotem, quæ ſuccedit loco alimentorũ, diſceditur à regulis iuris in multis caſibus, vide ibid.

Alimentorum fauore poſſunt hæredes inſolidũ conueniri. Ioſ Lud. deciſ. Peruſ. 92. 2. par. ſed quando hoc procedat, vide ibi nu. 14. & 15.

Alimentorum cauſa eſt priuilegiata, tum reſpectu proceſſus, tum etiam probationum. Vera. deciſ. 22.

In cauſa alimentorum proceditur ſummariè oĩ dilatione reiecta. ibi. num. 4. & dec. 259. par. 2

Alimentorum fauor ceſſat, in alimentis præteritis. Vinc. de Franc. deciſ. 203.

Fauore alimẽtorum poteſt fieri exequutio inſolidum contra plures hæredes. ibid. d. deciſ. 203. Ideò alimenta ſi à pluribus debeantur, Iudex vnum ſtatuere poteſt, qui ſolus ſoluat, cæteris contribuentibus partes ſuas. Myſing. obſer. 62. cent. 1.

Si alimenta vſq; ad pubertatem conceſſa ſunt, debentur vſque ad annos 18. in maſculo, & vſque ad 14. in fœmina. idem Myſing. obſer. 12. cent. 3. Ludo. Rom. ſing. 604.

Sententia in cauſa alimentorum, an ſit interlocu-

cutoria, vel definitiua, vide Barto. in l.5.§.ſi vel parens.ff.de libe.agnoſ.

Mulier intra annum luctus debet ali ab hæredibus viri, ſi non habeat aliunde, vnde ſe alat; tamen ipſa tenetur illis operari, & quatenus velit habitare, ſeorſum debentur alimenta, deducto pretio, ſeu æſtimatione operatum, niſi eſſet magna domina. Bar. in l. diuortio. ff.ſolut.matr.nu.4.Bald.num.5.Caſtren num. 10.Iaſ.num.14.Alex.num.28.ibid.Capic. deciſ.24.Ioſ.Lud.deciſ.Peruſ.21.Iaſ. de actio. in §.fuerat,num.23.Rebuf.in ſuis comment. tracta.de ſent.prouiſ.art.3.glo.1.num.10.Pet.de Rauen.ſing.782.Guid.Pap.ſing.111.Rol.cōſ. 55.vol.2.niſi intra annum tranſiſſet ad ſecūda vota.Iaſ.ibi.num. 26. ſed an teneantur eā alere poſt annum luctus, vide Iaſ.ibid.nu. 26. Rol.conſ.55.vol.2.& Abb.conſ.39.lib. 2.

An hæredis ſit electio ſoluere dotem, vel dare alimenta viduæ infra annum luctus; vide Capic.dec.24.pro affirmatiua, ſcribit Iaſ.de act. in §.fuerat.num.24.poſsidentes dotem intra annum viduam alere debent, ſi non habeat, vnde ſe alat; ſecùs ſi dos ſtatim ſoluatur. Gaſpar.Cabal. milleloq. 687. ſed qñ quis dicat habere, vnde ſe alat, vide Rol conſ.55. vol. 2.

Alimenta debita viduæ virtute conſuetudinis, pro ſex menſibus primi anni luctus, tranſmittuntur ad heredes ipſius. Vincent. de Franc. deciſ.338.

Vidua, vtrum de domo viri debeat expenſis hæredum habere veſtes lugubres, ſeu viduales, vide Capic. dec.26. Capel.Tholoſ.q.337.fol. 532.pro affirmatiua ſcribit Gaſp.Cabal.milleloq.521.vide etiam Vincen.de Franc.deci. 413.& an tales veſtes finito anno repeti poſſint, vide Rol.cōſ.30.nu.8. & Guid.Pap.ſing. 111.& 398.

An alimenta præterita mulier ab hæredibus viri petere poſsit, cum, durante anno luctus, ꝑ filiorum præſtatione non interpellauit hæredes, vide Perilluſt. D.P.Teſſau.deciſ.44.

De alimentis carceratis præſtandis, vide Afflic. dec.71.& ſup.lib.1.tit.de carcer.exp.

Decretū, ſeu ſñia ſuper alimentis futuris mandatur exequutioni, appellatione non obſtante, & illa expreta.Afflic.dec.261.Pap. lib. 18.tit. 1.arreſt.19.& 31.

Alimenta etiam præterita debentur, quoties non officio Iudicis; ſed actionis iure petuntur.Io.Mohed.dec.127.

Alimenta ſtatim, quòd petita ſunt in iudicio dicuntur futura, & non præterita. Vera. deciſ. 20 par.1.ideò à die motæ litis dicuntur futura.idem deciſ.22.& ſuper iſtis non datur appellatio; ſecùs in alimentis, quæ fuerunt decurſa ante motam litem, ſi petantur. Idem Paul. Aemil. Vera.dec.24.par.1.

Licèt appellatio à ſententia lata ſuper alimentis futuris non ſuſpendat; tamē deuoluit cauſam. Vera. dec.39.par.1.& dec.145.par.3.

Quando alimenta petuntur iure actionis, vt puta legati, tunc in illis datur appellatio; ſecùs quando petuntur officio Iudicis. idem deci. 98.par.1.Bar.in l.7.ff. de appellat. recipien.

Alimentorum futurorum ſolutio non retardatur, propter cognitionem negotij principalis.Vera.dec. 21. & 22.par.1. tamen proceſſus negotij principalis retractatur, quando ille, qui in negocio principali vult procedere, eſt cōdemnatus ad ſoluendum alimenta, & litis expenſas parti, & non ſoluit.Paul. Aemil.deciſ.385.par.2.

In omnibus caſibus, in quibus ſit prouiſio alimentorum, non obſtāte appellatione, fit exequutio.Rebuff in ſuis comment.tract. de ſententi.promiſ.art.1.glo.2.nu.34.tamen illa exequutio non nocet cauſæ principali. Rebuff. ibid. fol. 155.

Alimenta præſtantur ſingulis menſibus.l. fin.ff. de liber.agnoſ.& ibi Bar. vide eundem Bart. in l.8.§.vult.ff.de tranſact. fallit, quando alimenta ſunt parua, quia tunc præſtantur in principio cuiuſlibet trimeſtis. Bart.ibi. vide eundem Bar.in l.9.ff.de libe.agnoſ.

Alimenta debent ſolui anticipatè. Vincent. de Franc.deciſ.155.num.3.

Alimenta promiſſa per aliquem alicui non expreſſo tempore, intelliguntur promiſſa eius vita durante.Gramma.deci.101.nu. 56. vide tamen ibi.num.112.

Alimenta promiſſa alteri, in cuius domo debeantur, in domo, videlicet promittētis, aut alimentarij, vide Gramma.ibi.nu. 57.

Alimenta promiſſa præſtari per ſocerum, genero, & filię inter viuos per ſe, & filios licèt tempus non præſignetur, tñ intelligi debet ꝓmiſſa in vita viri. Gram.deci. 101. nu. 119.

Sponſus, qui recipit dotes, tenetur ſubminiſtrare expenſas ſponſæ.Gramma.deciſ.103.n.24.

Alimēta tenetur quis præſtare ſeruo, vel alteri, quem habet in ſuo ſeruitio.Gramm.ibi.n.27.

Tranſactio facta ſuper alimentis, firmatur iuramento, Guid.Pap q.190.alias non valet. Pap. lib.5.tit.1.arreſt.5.

Quando de alimentis tranſigere liceat, qua ſolemnitate tranſigatur, vide Menoch. de arbitra.lib.2.caſ.170.

Tranſactio alimentorum facta ſimpliciter, non porrigitur ad habitationem, & veſtiarium, niſi expreſsè de illis fiat mētio.Bar.ſing.111. & in l.8.§.qui. ff. de tranſact. & Pet. de Raue. ſingul.218.

Quis poteſt cum iuramento renunciare futuris ali-

alimentis,quæ debentur ex diſpoſitione hominis; ſecùs autem ſi debebantur ex diſpoſitione legis, ſiue Naturæ, vide tamen Henric. Boer.in ſuis ſingularibus.tit.iuramentū.n.17.

Super alimentis præteritis liberè tranſigitur,ſuper futuris verò auctoritas Prætoris requiritur.l.de alimentis.C.de tranſact.

Si vir,& vxor donauerint eorum bona reſeruata aliqua penſione pro alimētis,mortuo vno ipſorum non debetur,niſi medietas penſionis,quia cauſa alimentorum eſt reiterabilis. Gui.Pap.q.204.& maritus reſeruās ſibi alimēta, cenſetur etiam reſeruaſſe pro vxore; ſed quid,ſi ſibi fuerit ſtipulatus,vide Cra.cōſ.51.

Conſtituta pēſione ſuper aliquo fundo pro alimentis,fundus pro ipſis cenſetur obligatus. Guid. Pap.q.576.

In caſu neceſsitatis pro alimentis filij grauati, poſſunt bona ſubiecta fideicommiſſo alienari. Guid. Pap.q.611.

Præſtatio triennalis in alimentis,ſufficit ad futuram obligationem inducendam. Boer.deciſ.236.nam fauore alimentorum facta ſolutione per triennium ex voluntate minus ſolemni,debentur ex inde impoſterum. l. 1. C. de fideic.Bar.ſing.187.& Pet.d Rau.ſing.218 tamen præſtatio annua, vt debeatur in futurum(etiam ratione alimentorum)requiritur, quòd fuerit præſtita per decennium. Bart. in l.6.§.non verò.ff.de offic.Proconſ.

Vſusfructus ſexagēarij, eſt per tempus quinque annorum. Ioſ.Lud.deciſ.21.Luc.nu.62.

Alimenta fuiſſe præſtita alicui,qualiter probeī. vide Ioſ.Lud.deciſ.Luc.42.

Alimentorū qualitas,& quantitas poſsunt probari per teſtes domeſticos,ibi.nu.7.& 26.

Alimenta continuò eſſe prꝗſtita in domo,quomodo probetur,vide Beninten.deciſ.43.

Liberculus,in quo apparet expēſum an,& quādo probet,vide ibi,nu.5. & expēſæ,quæ quotidie minutim fiunt,quō probētur.ibi.nu.11.

Vbi aliquis tenetur ad alimenta ex promiſsione,non debet creditor probare,quòd nō fuerit alitus;ſed debitor,qđ aluerit,Nat.cōſ.569.

Bona illius, qui alimenta præſtare tenetur, an tranſeant etiam in fiſcum,cūm illo onere,vide Perilluſt.D.P.Teſſau.dec.211.nu.11.

Alimentarius non debet operari ad commodū hæredis, quando alimenta debentur iure actionis;ſecùs quando debentur Iudicis officio,vt in vxore,quæ tenetur operari viro, & non poteſt petere alimenta præterita,quando aliundè fuit alimentata.Ioſ.Ludo. deciſ. Peruſ.47.num.13.

Ius alimentorum ad ſingularem ſucceſſorē trāſit,& quando alimenta debentur iure actionis,ext. domū debēt pſtari.Fran.Marc.q.323

Alimenta an petere poſsit,qui ſe poteſt ex operibus ſuis alere,vide Bar.ī l.5.§.ſed & ſi filius. ff.de liber.agnoſc.Diſtingue tñ, aut alimēta debentur ex diſpoſitione legis, ſtatuti, vel Iudicis,& peti non poſſunt, vel debentur ex diſpoſitione hominis,vel iure actiōis, & tūc peti poſſunt. Rol.conſ.55.vol.2.nu.5.

Circa alimenta, quando dicatur quis habere, vnde aliunde ſe alat,vide Crauet.conſil.194. nume.5.& 6.

Alimenta,quæ præſtantur in domo,debent pręſtari in vna habitatione: ideò facta diuiſione inter hęredes,ipſi non poſſunt cogere alimētarium ad habitandū in domo cuiuslibet ipſorum. Ioſ.Ludo.ibi num.20.vide Bart.in l.8. §.vult.ff.de tranſact.

Alimenta debentur ſecundum fructuum quantitatem(ſalua ſemper rei ſubſtantia. Franciſ. Marc.q. 323.)& qualitatem perſonarum.Vera. deciſ.21.part.1.num.3.vide Hiero. Mago deciſ. Luc.73.

An in alimentis quis teneatur in plus,quàm facere poſsit,vt etiā cogatur arctare victū ſuū pro illorum præſtatione,vide Perilluſt. D. P. Teſſau.deci.211.nu.fin.

Si reditus non ſufficiunt pro alimentis præſtādis,vendi non debent bona magni valoris, ſed parui fructus,niſi pro alimentis filiorum. Hiero.Mago deciſ.Luc.73.nu.26.vide Craue. conſ.25.num.fin.& conſ. 199.

Alimentorum modus totus committitur arbitrio Iudicis,qui debet arbitrari,habito reſpectu ad quantitatem dotis,qualitatem matrimonij,& dignitatem alimentarij, & ad conſuetudinem regionis. Crau.conſ.189.

Alimentorum moderatio,ſeu taxatio debet fieri ſecundum quantitatem redituum,non autem ſecundum valorem bonorum, aut ædificiorum.Boer.deci.19. nu. 8. ideò ſi extarent bona magni valoris, quæ ita paucos reditus afferrent,vt non ſufficerent ad præſtationem alimentorum,nō poſſet alienari proprietas, niſi alimenta deberentur ei,qui futurus eſſet dominus bonorum. Io.Ant.Trigo.ſing.11.

Alimenta debēt moderari reſpectu valoris patrimonij.Bar.in l.50.ff.ad Trebel.nu.4.

Alimentorum appellatione non ſolùm victus venit; ſed etiam cubile. Franc. Marc.q.154. par.2.num.7.

Appellatione alimentorum veniunt calciamenta, veſtimenta, & etiam medicinæ,& expēſæ ſtudij,vbi agitur de perſona docil. Crau. conſ.199.nu.3. quæ veniant alimentorum nomine, vide Menoch. de arbitra.li.2.caſ.170. Rebuff.in ſuis cōmen.tract.de ſenten.prouiſio.art.1.glo.2.& 4.Caſſan. in conſuet. Burg. tit. *des enfans*. Rub.6.§.4.gl.11.Rol.cōſ.22.li.1

Veſtes

Veſtes,quando præſtentur,vide Hart.Hart. c.9. tit. Miſcellaneorum ex iure Ciuili.lib.2.

Alimenta qui (ex diſpoſitione teſtatoris habet, etiam habebit expenſas in ſtudendo; ſecùs ſi debeantur ex diſpoſitione legis. Marc. de Mant.ſingul.660.

Promittens aliquem velnti filium alere ſub pœna,tenetur eum tradere iu diſciplinam,ſi facultates eius patinntur,& conditio perſonæ pueri non repugnet.Barto.in l.132.nu. 10. ff. de verborum obligat.

Dominus tenetur facere famulo infirmo impēſas modicas, non magnas, & medicinæ ſunt præſtandæ illi, cui alimenta debentur. Bart. in l.23.§.ſin autem.ff.ſolut.matr.

Sententia lata ſuper alimentis à die motæ litis, comprehendit expenſas litis poſitas in prima commiſsione. Vera.dec. 20.nu.5

Alimenta etiam quòd ſint illiquida, tamē pars debet offerre cautionem de ſoluendo, vel facere depoſitum.Paul.Aemil. deciſ.72. parte 1.num.fin.

Alimenta petita à curatore nulliter deputato, qui vti conuentus illa petere poterat, ſunt nulliter petita.Vera.deciſ.23.par.1.

Hæres tenetur ad alimenta, quod procedit in hęrede deſcendentis; non autem collateralis,& quando hæres eſt extraneus tenebitur, vt hæres,ſed ſi hæredes eſſent liberi,vel nepotes, tenerent ipſi ex propria perſona.Vincē de Franc.deciſ.178.num.9.

De reditu ad vitam conſtituto, vide Gaſp. Cabal. milleloq.421.

Operæ cuius ſumptibus præſtari debeant, diſtingue,aut præſtantur ex liberalitate, & tūc debent præſtari ſumptibus Domini,aut pręſtantur ex neceſsitate,& hoc caſu debēt præſtari ſumptibus,& expēſis ſubditi. Cabal.milleloq.575.vide Caſſan.in conſuetud.Burgun. tit. *des mains mortes*. Rub.9.§.18.gloſſ.2.nu.26.

Ita demum prouidetur miſerabilibus perſonis, ſi ſint pauperes.Cabal.milleloq.700.

Alimēta præſtita à patre,fratre, & patruo in dubio;præſumnntur præſtita animo donandi. Borg.Caual.deciſ.6.de contract.nu.13.

In alimentis præſtitis per aſcendentem deſcendenti, quando onus alimentādi ad alium ptinebat,non præſumitur donatio; quia tunc præſumitur aſcēdens expendere tanquā gerens negocia illius,qui tenetur ad ipſa alimēta,& ſic animo repetendi. Crau. conſ. 86. nu. 3. Auguſt.Bero.q. 11.Natt.conſ.108.

Alimenta repetuntur,licèt quis non geſſerit animo gerendi alterius negocia. Bart. in l.16. C. de nupt.

Vitricus expendēs in priuignum pīno affectu, nō repetit; ſecùs ſi geſtorio nomine. l. 15.C. de negocijs geſtis.

Aliquando alimenta præſtita pietatis cauſa,rēpetu ntur,vide l.16.C.de nupt.

Alens filiam ſuam,quam nuptui tradiderat, nō tenetur ad vſuras dotis tardius ſolutæ, licèt per errorē promiſerit.l.17.ff. de dol. mal.exc.

Quando tractatur de æſtimandis alimentis,p quot annis debeant extimari, vide deciſ.95. num.4.Rot.Auenio.in deciſ. diuerſo.

Per pactum non poteſt remitti ius alimentorū. Pap.lib.18.tit.1.arreſt.20.

Si tutor non curauerit, vt pupillo decernantur alimenta, punitur.§.ſi quis autem, & §. ſi quis tutor.inſti.de ſuſpect. tuto.

Alimenta non comprehenduntur in generali excluſione,aut prohibitione, & tolli nō poſſunt per ſtatutum.Crau.conſ.189.

Quando alimenta debētur reſpectu dotis,quomodo debeant taxari,vide Crau.ibi.

Vſura non arguitur ex taxatione alimētorum. Crau.d.conſ.189.num.5.

Ruſtici vti non debent pane albo,vel pullis,aut alijs delicatis cibarijs.Iaſ. de actio. in §. ſunt præterea.verſ.item ſi de dote.nu.8

Infantes expoſitos alere non tenetur Communitas,ſed illius loci Eccleſię Rector,vbi expoſiti ſunt,ſi modū habeat.Illu.Senator Sola in ſuis commēt.in antiq.conſtit.gl.ſuper 3. par. decreti abuſionibus.tit.de capt.nu.7.fol.133 vide Perilluſt.D.P.Teſſau.deci.118.

Alimenta præterita,poſſunt peti etiam per hęredem eius,cui debebātur. Menoc.conſ.231. num.32. & 33.

Alimentatio minus grauis videtur in domo, quàm extra.ibid.

Vaſallus non tenetur dominum egenum alimētare,exceptis certis caſibus,de quibus p Rol. conſ.5.vol.3.vide Bar.in l.6.ff. de liber.agnoſ.

Alimenta extraneo pietatis gratia præſtita,aliquando repetuntur, licèt ea quis non præſtiterit animo gerendi alterius negocia. Bartol. ſingul. 169.

Eccleſia tenetur alimentare donantem re donata cōbuſta, quando fuit hac cōditione donata,vt teneretur alimentare donatorē, & ipſa acceptauit hanc donationē.Frā.Crem.ſin. 1.

Si quis aliquem alere tenetur ſatisfeciſſe videtur,ſi ei præbendam ad alimoniam procurauerit, vel ſi in aliquo hoſpitali de alimentis prouiderit; ſed illud de hoſpitali intelligitur, dummodo ille, cui debentur alimenta poſſet ſine eius dedecore ibi habitare.Hipp. ſing. 420.

Alimentorum expenſæ paruæ, compenſantur cum operibus.Bar.in l.30.§.ſeruū.ff.ſi cer.pe.

Marito abſenti debent mitti alimenta.Bar.in l. 23.nu.22.ff.ſi cert.pet.

Te Dona-

Donatarius, an teneatur alere donantem, vide Barto, in l. 6. ff. de liber. agnoſc. §. 1. & in l. 134 ff. de reg. iuris.

Si diues dederit alicui multa bona, effectus pauper, poteſt illum cogere, vt ipſum alat. Bar. in §. 1. inſtitu. de oblig. num. fin.

Donatum, vt alimenta præſtentur, non ſolùm poteſt condici (ſi non præſtentur) ſed etiam rei vendicatione agi: & tres actiones competunt contra illum donatarium, qui alimenta promiſſa non præſtat. l. 1. & ibi gloſ. C. de donatio. quæ ſub modo.

Alimentorum præſtatio continet duas obligationes, vnam videlicet perſonalem, quæ non tranſit ad ſingularem ſucceſsorem, alterā hypothecariam, & hæc tranſit ad quemcunque. Bar. in l. 2. nu. 3. ff. de alimen. & cib. leg.

Ius alimentorū non poteſt in alium vēditionē trāſferre. Bar. in l. 55. §. cū Titio. ff. ad leg. falc.

Stipulatio facta pauperi, videtur cauſa alimentorū. Bar in l. 16. §. ſtipulatio. ff. de verb. obli.

Si Decurio perdat bona ſua, danda ſunt ei alimenta de publico. l. 8. ff. de curator.

Sumptus alimentorum, an poſsint fieri de rebus, quæ obnoxia ſunt reſtitutioni, vide Bar. in auth. res quæ. C. communia de lega.

Officium Iudicis circa alimenta, deſcendit ex charitate ſanguinis, & æquitate. Bart. in l. 5. §. vtrum. ff. de liber. agnoſc.

De materia alimentorum, vide Bartol. in ſuo tracta. de alimentis. fol. 128.

Si filia mutuum in alimenta conuerterit, tenet pater de in rem verſo, ſi onus alimentorum ad patrē ſpectabat, vide l. 20. ff. d in rē verſo.

De alimentis præſtitis per tutorem facultatum pupilli perſonis, erga quas pupillus tenebatur, vide l. 1. & per tot. tit. ff. de ration. diſtrah.

Poteſt capi de bonis pupilli ad eius nutrimentū, licèt bona ipſius ſint à creditoribus poſſeſſa eo, quòd non defendebatur. l. 17. ff. de priuileg. credit.

De alimentis, & cibarijs per legatum relictis.

Legatum alimentorum ad vitam relictum, ſubijcitur falcidiæ, & reputatur aſcendere ad tantā quantitatem, quantam comprehendere poteſt tempus vitæ, habita ratione ætatis, de qua in l. hæredum. ff. ad leg. falcid. vide l. diui Seueris. eod.

Alimenta relicta æſtimantur ad 30. annos vitæ, ſi alimētarius eſt infra illā ætatē. Affli. dec. 71

Hæres, q deducit ſortē p alimētis, cauere dēt ſi deicōmiſſario de ipſa ſorte reſtituēda, mortuis alimētarijs. l. maritus. §. 1. ff. ad leg. falci.

Trāſactio facta ſuper alimentis, vltima voluntate relictis, non tenet ſine Iudicis decreto; ſecùs ſi fiat ſup debitis inter viuos. l. 8. ff. d trāſ.

Quæ deciſio procedit, ſi efficiat deterior alimentarij cōditio; alias ſecùs. §. eam. d. l. 8. vide ſupra tit. proxi.

Alimenta relicta legatarijs quouſq; cum Titio morari fuerint, etiam debētur poſt mortem Titij. l. 1. C. de legat.

Præſtatio triennalis alimentorum, concurrente fauore vltimæ voluntatis, facit legatum deberi (etiam in futurū) ex voluntate minus ſolemni. l. 1. C. d fideic. Guid. Pap. q. 200. & Bar. ſing. 187. vide ſupra tit. præced.

Legatum incertum relictum in his, quæ alimenta reſpiciunt, valet, vide l. 12. de leg. 3. & l. 14. ff. de annuis legat.

Legatū donec nubat ītelligit annuū. l. 17. ff. eo.

Alimentorum legatum, non venit ſub legatorū ademptione in genere. Afflic. dec. 111. nu. 10. nam legatum incertum pium valet, & eo in caſu Iudex ſupplet de facto, inquirens ex officio. Affl. dec. 371. & voluntas alterius fauore piæ cauſæ, ſecretè cōmittitur. Affl. ibi. nu. 4.

Quod deſuit in fructu vnius anni, ſuppletur ex fructibus ſequentium annorum, in annuo legato. l. 17. §. fin. ff. de annu. legat.

Alimenta ſi ſunt legata in domo, non poſſunt extra eam peti, modò commodè legatarius cum hærede morari poſsit, & legatum alimētorum poteſt peti pro tpe præterito, & quid tunc petitio cōtinere debeat, vide Bar. conſ. 211. vol. 1. & conſ. 4. vol. 2.

Alimenta regulariter debent præſtari in domo hæredis granati: fallit, quando inter hæredē, & alimentariū eſt lis. Ioſ. Lud. dec. Peruſ. 47. n. 9. vel ex alia cauſa, quis non poteſt morari in domo hǣdis. Rol. cōſ. 22. & cōſ. 89. n. 10. vol. 3.

Alimentorum præſtatio dicitur minus grauis hæredi, quando ille, cui alimenta ſunt præſtanda, habitat cum hærede. idem Lud. deci. 92. Peruſ. Natt. conſ. 384. ideò ſi alimenta legentur in domo, videtur hoc factum fauore hæredis. Natt. ibi. ſed quando hoc procedat, vide ibi. num. 14. & 15. d. deci. 92. Ludo.

Quando viduæ relinquuntur alimenta in domo, & vbi non poſſet ibi morari, aliud certum relinqueretur, illi non eſt credendum, dicenti non poſſe cū hærede morari. Rot. Anenio. dec. 95. num. 2. in dec. diuerſo. tom. 3.

Legatum alimentorum nō extinguitur morte eius, cum quo morandum erat. Andr. Gail. obſer. 144. lib. 2. num. 15.

Alimenta legata alieni, quo ad cum aliquo morabitur, ſi legatarius non poteſt morari in

in illa domo propter aliquem iuſtam rationem, nihilominus debentur legatario extra illam domum.Lud.à Pegu.in ſuis queſt.crim. c.20.aliàs ſi noluerit habitare,alimenta non debentur.Dec.conſ.454.

Alimentarius tenetur operari ad vtilitatem, & fauorem hæredis,in cuius domo percipit alimẽta.Crau.conſ.25.nu.23.vide ſup.tit.præce.

Alimenta relicta in domo,debentur ex.domũ, quando non ſtat per legatarium, quominus in ea perceperit;ſed per hæredem, qui tradere debebat,vel ex aliqua iuſta cauſa.Natt.cõſil.387.num.5.

Alimenta in domo hæredum relicta, ibi præſtanda ſunt, ideò ſi hæredes ipſam domum alienauerint,legataria nõ cogitur in alia domo morari,& percipere ipſa alimenta. vide Auguſt.Bero q.101.

Legatum victus,veſtitus,& habitationis, qualiter intelligatur,vide Barto.conſ.4.vol.2.

Appellatione pãnorum in legatis, quid veniat. vide Abba.conſ.105.num.fin.

Fundo relicto ad alimenta,videtur relicta proprietas.Bar.in l.8.§.ſi vni.ff.de tranſact. Nam ꝓprietas dicit relicta, relicto fundo plurib. vt inde pcipiāt alimẽta.Capic.dec.188.n.5.

Legatus,vel donatus fundus ad alimenta,legatum,vel donatio non extinguitur morte legatarij,vel donatarij.Franc.Cremen.ſing.34.

Alimentis relictis,bona ſunt obligata,ſicut pro cæteris legatis.Bar.in l.8.§.ſi vni.ff.de trāſ.

Annuum relictum , quando videatur factum in cauſam alimentorum,vide Bart. in §. ſi in ſingulis.d.l.8.de tranſact.

Conditio mixta dependens ex facto meo, & alterius,ſi caſu deficiat,legatum non extinguitur fauore alimentorum.Bar.in l.29. §. vxori, de legat.3.& in l.20.ff.de annu.legat.

Legatum alimentorum non eſt reiterabile.Bar. in l.19.§.qui marco.ff.de annu. leg. Menoch. conſ.231.nu.62.lib.2.ſed limita, & declara,ꝑ vt ibid.d.conſ.231.nu.67.& 71.

Alimenta ſi ſunt præſtanda in pecunia, hæres tenetur eam deferre ad domum legatarij; ſi verò in alia re,in cuius portatione eſt neceſſaria expenſa, tūc in domo hæredis eſt tradẽda.Bar.in l.1.n.4.ff.de alimẽ.& cibar.lega.

Vxor, cui per maritum fuit relictus victus, & veſtitus non adiecto , quòd maneret in domo ſua,poteſt morari vbi vult,& habere alimenta.Bar.in l.4.§.Lucius.ff.eod.

Teſtator ſi legat vxori veſtes,non poteſt hæres eleuare maſpillos.Bart.in l.20.§. planè. ff. de auro,& argent.legat.

De legato facto vxori circa ea, quæ pertinent ad cultũ ipſius,vide in tit.de auro,& arg.leg.

Vxor,cui maritus reliquit alimẽta in domo ipſius teſtatoris, quæ nõ valet ibi pacificè,vel honeſtè viuere, poteſt petere alimenta ſibi miniſtrari extra domum.Boer.dec.195. nu.6

Vxori relictæ dominæ,& vſufructuariæ debentur tantùm alimẽta,quãdo extãt filij.Ioſ. Ludo.dec.Peruſ.46.Cabal.milleloq.523.ſed extantibus hæredibus extraneis,dẽt habere plenum iuſ.Cabal.d. milleloq. 523. ideò mulier relicta vſufructuaria oĩum bonorũ extãtibus liberis ſuis,tenetur reddere rationem de bonis , quæ habuit vltra ſua alimenta.Cabal.dicto milleloq. 523.

Alimenta vxori relicta debẽtur, detractis prius expẽſis pro filio , & victũ ſuũ quis non teneť coarctare propter alimenta cuiuſcunq;, niſi largas hẽat facultates.Ioſ.Lud.dec.Peruſ.47

Alimenta ſi fuerint relicta viduæ intra annum luctus,& ſi illa aliunde habuerit, quo ſe ſuſtẽtauerit,poteſt tamẽ petere alimenta , & hoc maximè procedit,quãdo alimẽta ipſa debẽtur ex vltima voluntate. idẽ Lud.dec.92.n.7.

Alimenta vxori debita,quando fuit relicta domina,& vſufructuaria à viro,debentur pro integro anno, licèt ante annum vxor deceſſerit: ideò pro toto anno,non exacta ad hæredes tranſmittuntur; idem ſi ante annũ vxor nupſerit,& hoc caſu annus capiť à die mortis teſtatoris,& non à die quo fuit facta promiſsio ſolutionis inter partes. Vincent. de Franc.deciſ.155.

Habitatione vxori cum filijs legata , alimentà etiam debentur.Franc.Mant.de coniect.vlti. volun.lib.9.tit.4.nu.12.

Vbi alimenta debentur vxori ab hæredib.mariti,illo mortuo,vxor teneť operari ad vtilitatem ipſorum hæredum. Ant.Corſet. in ſuis ſingularibus litera. V.ſing.vxor.

Si teſtator legauerit vxori ſuę victũ,& veſtitum, ita tñ ꝙ teneať benè regere,& gubernare oĩa bona ſua eius vita durante, nec alicui diſtribuere,vẽdere,nec alienareimò ipſa vt ſupra benè regere ad opus quorũ itererit,niſi in caſu maximæ neceſsitatis, tunc nõ cẽſetur legata proprietas,minus vſuſfructus ; ſed ſolummodo cẽſent legata alimẽta.Cra.cõſ.25.n.21

Si teſtator ſpecialiter ꝓuiderit vxori de alimẽtis, & deinde reliqrit eã tutricẽ, dominã ; & gubernatricem bonorũ, quo intelligatur tale legatũ, vide Crau.conſ. 32. vidua nõ cogiť morari cũ hæredib.mariti, qñ debẽtur alimẽta ex diſpoſitiõe teſtatoris.Cra.cõ.205.qd,ſi teſtator reliqrit alimẽta ext. domũ caſu, quo nõ potuiſſet morari cũ ſuis hẽredib.qñ poſsit petere ipſa alimẽta ex domũ,vid Cra.cõſ.268

Alimenta eſſe in domicilio grauati præſtanda, & in eius domo,& relicta vxori,in domo hæredis.ſcribit Menoc.de arbitra.li. 2. caſ. 170.

tamen extra domum hęredis præſtanda sũt, vbi vxor ſalua honeſtate cum illo habitare non poteſt, vel aliter ex iuſta cauſa, de qua vide per Menoch.ibi.d.caſ.170.num.12. aliàs quando legantur alimenta, donec legatarius ſteterit in domo hæredis, ſi noluerit habitare, alimenta non debentur.Dec. cõſil.454.num. 5.

Legatum alimentorum factũ à teſtatore Magdalenæ eius vxori, donec in domo ſua ſteterit cum filijs, & vitam honeſtam, & vidualem ſeruauerit, extinguitur per mortem filiorum, cum quibus vxor morari dĕbat. Dec. conſ. 485.vide conſ.526.537.& 620.ſed quando nõ extinguatur, vide eundem Dec. conſ.601.qa quando teſtator propter filij vtilitatem alimenta reliquit his, qui cum eo morati fuiſſent, mortuo filio, alimentorum legatum ceſſat. Dec.conſ.485.nu.5.

Legatum alimentorum factum à marito vxori, donec ſteterit cum filijs, ſi vxor ſteterit per aliquos annos, inde receſſerit, & poſtea vellet redire, an reintegretur, concluditur pro parte negatiua per Dec.conſ.621.

Legatis alimẽtis vxori, & alijs rebus habitãdo in domo teſtatoris cum ſuis filijs, & nõ petẽdo ſuas dotes, & inde ĩ eodẽ teſtõ caſu, quo dicta vxor nõ poſſet habitare cũ ipſis filijs, illi fuerit factũ aliud legatũ ſimpliciter, dubitatũ fuit, an illud onus adiectũ primo legato de nõ petẽdo dotes, intelligatꝰ repetitũ ĩ hoc ſcđo, Menoc.cõſ.166.li.2 rñdit cẽſeri repetitũ

Alimenta matri cenſentꝰ relicta, qñ teſtator iuſſit filios ſuos alimentari penes matrem. Frã. Cremen.ſing.66.

Si mater mea de bonis meis habẽs vſumfructũ, ſuper illis litigauerit, dẽt ſuis expẽſis, & non meis litigare, & cogitꝰ me alere ſine diminutione bonorũ.Hart.Hart.c.4.tit.de alimẽtis, li.2.vide de materia inf.tit.de vſuf.p leg.relic.

Pecunijs relictis ad alimenta, vt illę ponantꝰ ad honeſtum lucrum, inde alimenta percipiantur, ipſæ pecuniæ debent remitti apud mercatorem, vt ex honeſto quæſtu percipiantur alimenta. Bar. in l.88.ff.ad leg. Falcid.

Alimenta libertis relicta, dato quòd longi temporis ſpacio petita non fuerint, remiſſa eſſe non præſumuntur.Ozaſ.dec.132.nu.12.

Standum eſt dicto alterius de eo, quod teſtator ſibi dixit in cauſis pijs ſolummodo: quia ille vr̃ approbatus à teſtatore.Affl.dec.371.nu.6.

Si legentur hyberna veſtimenta, & æſtiua, bis in anno debentur.Capel Thol.q.532.

Vſufructu ad alimenta legato, quòd ex alimentis ſupereſt, pertinet ad hæredem.Fran.Mant. de coniect.vltim.volunt.lib 9.tit.5.nu.2.

Legatum pium alimẽtorum, poteſt Põtifex de plenitudine poteſtatis commutare, in alium pium vſum.vide Natt.conſ.211.tom. 1.

Legatum alimẽtorũ, ſi factũ ſit capiẽdũ ex aliquo ꝑdio, nõ augetur, licèt augumẽtetꝰ reditus.Natt.ibid.num.16.

Alimenta legata antequã debeantꝰ, detrahenda ſunt ęs alienũ, & legitima liberorũ, atq; inde de reſiduo debẽt ꝑſtari, ſecũdũ quãtitatẽ fructuũ: non aũt vẽdenda ſunt ꝑdia, vbi fructus non ſufficerẽt, vide Rol.cõſ.22.nu.19.vol. 1.

Alimenta ſimpliciter legata, ſtatim debẽtur legatario pro qualitate ejus perſonæ, & defuncti, & qualitate patrimonij, niſi vnà cũ alimẽtis dos ſit legata, tunc enim alimẽta commẽſurantꝰ ſcđm quãtitatẽ dotis.Lu.Ro.ſing.538.

Alimẽtorum præſtatio danda eſt ab hærede legatario per menſes, reſpectu eorum, quæ reſpiciunt mẽſtruam ſolutionem: reſpectu verò eorum, quæ nõ poſſunt diuidi per menſẽ, vt veſtimenta, tunc danda erunt cùm legatarius egebit.Rol.d.conſ.22.nu.22.

Alimenta legata pręſumuntꝰ præſtita, ob obligationem antecedentem ex legato teſtatoris. Menoch conſ.231.nu.26.lib.2.

Alimenta etiam præterita poſſunt peti, quãdo debentur iure actionis, veluti titulo legati, poſſunt etiã peti ab hęredibus legatarij.Menoch.d.conſ.231. nu.22.dato quòd eſſent ab alio pręſtita.ibi.nu.36.& 69 ideò licet mulier conſequatur alimenta à ſuis conſanguineis, tamen adhuc petere illa poteſt.ibi nu.36.

An legatum alimẽtorum tollatur præſcriptione 30.annorum, vide Menoch.d.conſ.231. nu 35.lib 2.etiam in legatis alimentorum, vnus alteri poteſt ſuccedere virtute ſubſtitutiõis, factæ ab illo, q alimẽta reliqt.Menoc.ib.n.71.

Ius accreſcendi habet locum in legato alimentorum.ibi.nu. 63.

Legatũ alimentorũ à duobus teſtatoribus relictũ, an legatario dẽatꝰ, ab ambob.vid ib.n.68.

Legatum alimentorum morte legatarij extinguitur, quando ſimpliciter legata fuiſſent alimenta; ſecùs ſi ita eſſent legata, vt mortuo legatario peruenirẽt ad alium; nam tunc non extinguitur. Menoch.d.conſ.231.nu.80.

Alimenta qui ex diſpoſitione teſtatoris hẽt, ẽt expẽſas in ſtudẽdo habebit; ſecùs ſi debeantꝰ ex diſpoſitione legis.Marc.de Mant ſing.660

De alimẽtis Pupillis præſtãdis, & vbi Pupilli educari dẽant, vel morari.

AN Pupillus educari debeat apud matrem, vel alium, vide Afflict.decif. 183.

Ille præferendus eſt in educatione filiorum, qui ipſis non eſt ſucceſſurus.Afflict.d.deciſ.183. num.4.

Teſtatoris voluntas non ſemper eſt ſeruanda, & in ſpecie circa pupillorum educationem, interdum à teſtatoris voluntate receditur. Gram.deciſ.55.& ſic Iudex vná cum coniunctis poteſt à voluntate teſtatoris recedere, vbi expediri videbitur commodè pupillum morari poſſe. Afflic.deci.185.nu.2.& Crauet. conſi.190.num.9.

Mater (licèt ſit debitrix pupillo) non prohibetur tñ admitti ad eius tutelam, cùm Naturæ amor plus circa filios faciat abſq; ſuſpitione: idem ergo erit in educatione ibi.nu.4.ná liberos à parentib. ſorores à fratribus, vxores à maritis ſeparari quis feratur? Gram.d. deciſ. 55. nu. fin.

Pupillus nó debet educari penes tutorem (ſi ſit ſibi ſubſtitutus) propter ſpem ſucceſsionis: quia ſpes ſubſtitutionis futuræ, votum inducit captandæ mortis. Guid.Pap q.539. Caſſa. in conſuetud. Burg.tit. *des enfans*. Rubr.6.§.8. nu.11. ſed tûc debet educari penes matrem. ibid. Guid.d.q.539. in fine.

Licèt vitricus poſsit eſſe tutor, non tamen poteſt eſſe educator, & licèt qui prior eſt in ſucceſsione debeat eſſe tutor, non tamen poteſt eſſe educator. Guid.ibid.

Puella ali debet, penes quem nó adeſt mala ſuſpicio, & quando mater tranſit ad ſecunda vota, lex deffidit de ipſa: tamen debet admitti ad probandum bonam tractationem. Fran.Marc.qõ.131.vide qõ.592.part.2. Quia filij aliquando debent educari penes matrem, quæ tranſiuit ad ſecunda vota, vide Vincent.de Fran.d.deciſ.350.num.fin. par.2.

Educationis materia eſt arbitraria, & q̃ Iudex decernendo educationem, conſiderare debeat, vide Vincen.de Fran.d.deciſ.350.par.2.

Alimentandi nepotes, vel neptes onus, potius ſpectat ad auum maternum, quàm ad hæredes mariti filiæ, vnde magis quàm ad matrẽ, quæ conuólauit ad ſecunda vota, cùm apud vitricum non debeant ali filij. Boer. conſil. 17.nu.fin.quod procedit ſine difficultate, qñ mater pupillo ſuccedere debet. Craue.conſi. 18.& conſi.190.nu.7. minùs debent ali apud auiam, quæ ei nuptias procurauit. Crauet. conſi.28.nume. 11.

Puella deponi, aut ſequeſtrari debet apud matronam honeſtam, aut monaſterium aliquod ad inſtantiam coniuncti id requirentis, ne indigeat, aut ante ætatem legitimam alicui nubat, ad eius ſuggeſtionem, apud quem moratur, quando contra eum ſuſpicio aliqua laborat. Crauet.conſi.190.

Puella quando apud ſponſum educari debeat, vide Crauet.d.conſi. 190.nu.4. & Barto.in ſuis quæſtio. q.16.

Suſpecta an dicatur mater ex eo, qd̃ promiſerit filiam in ſponſam alicui, vide ibid.nu.6.

Apud quos educari pupilli debeãt, ac poſsint, plenè explicatur per Menoch.de arbitra.lib. 2.caſ 168.vide Caſſa.in conſuetud.Burg titu. *des enfans*. §.4 glo.12.nu.8.glo. in c. fin. extra de conuerſ. infide.

Pupilla ex diſpoſitione teſtatoris debet educari apud fratrem, & non apud matrem. Menoch.conſi.62.num. 11.lib.1.

Pupilla non eſt alenda apud eum, qui eius vitæ inſidiari poteſt, & malis moribus informari. Bar.in ſuis quæſtio.q.16. & cauſa iuſta timoris, eſt morari in non tuto loco. Barto. ibid. nume. 4.

Mater ſi ſit notæ auctoritatis, præfertur cæteris in educatione filij impuberis, etiá patri iniquo.l.3.§.etiam. ff. de liberis exhiben.

Filius debet educari apud matrem, niſi ad ſecundas nuptias conuolauerit. §. eiuſdem Authen. de nupt.

Tutor alimenta præſtita pupillo poteſt cõpenſare, vel repetere, & etiam ſi non ſint taxatæ expẽſæ, repeti poſſunt. Gram.deci 103.n.204.

Pupillus in dubio præſumitur alitus à tutore. Bar.in l.2.C.arbit.tutel.ad quem ſpectat hoc facere, vide Bart.in l.104 ff.de verb. oblig.

Tutor, ſi non fecerit ſui copiam, vt pupillo decernantur alimenta, qualiter puniatur, vide §.quis aũt, & §.ſi qs tutor, inſti.de ſuſpec.tuto.

Alimenta fuiſſe pręſtita, qualiter probetur, vide Ioſeph.Ludo.deciſ.Luc.42. & de qualitate, & quantitate ipſorum. ibid.

Alimentatus præſumitur infans, & minor à tutore, cùm aliunde ſibi alimenta quærere non potuerit.ibid.nu.6.

Donare præſumitur mater, vel auia, cũ alimenta filio præſtiterit animo non repetendi; ſed pro intelligẽtia huius dicti, & declaratione, vide Menoch.de arbitr.libr.2.caſ.88. & ſupra tit. de alimentis in genere.

Alimentá quomodo ſint præſtanda pupillo, & ex quibus rebus, nempe ex reditibus, non autem ex proprietate, vide Menoch.de arbitra. lib.2.caſ. 169. & quomodo ſint præſtanda filiæ dotatæ, vide ibid.caſ.169.nu.7.

Expenſæ factæ pietate materna, vel affectione domeſtica, non repetuntur actione negotiorum geſtorum.l.1.C. de neg.geſt.& Bar. ibid. ſed quando hoc procedat in matre, vide ibi.

Quando ipſa mater poſsit alimenta filio facta repetere, vide Bat.in l.11.C.eod.

Quando quis debet probare animo repetendi feciſſe, quia eſt præſumptio contra eum, quomodo probare debeat, vide Barto.in l. ſi paterno.C. eod.

De legitimatione liberorum naturalium in genere.

Legitimatio tenet, etiam ſi non probetur certa mater legitimati. Iac. Put.deciſ.435.lib.1.

Fama impedimenti, quę extabat tempore contractus matrimonij attenditur, vt proles dicatur legitima. idem Put.deciſ.77. lib.2.

Legitimatio non habet locum in filijs natis ex clandeſtino matrimonio. Guid.Pap.q 581.

Qualitas naturalitatis filij, in diſpenſatione exprimẽda eſt. Rot.Auenio.deciſ.6. Tom.3.n.3.

Legitimatio facta non habita mentione, quòd legitimans haberet agnatos, quibus donatio collata fuerat, in eorum præiudicium nõ ſuſtinetur. Ozaſ.deciſ.119.nu.fin.

In legitimatione ſpuriorũ debet fieri expreſſa mentio, de qualitate coitus reprobati, cum clauſula derogatoria. Fran.Marc.qõ.10.vide Dec.cõſ.55.quia ſubreptione etiam minima, legitimatio vitiať.ibi.Marc.n.2.& q.470.pr.2

Quæ exceptiones poſsint adduci contra priuilegium legitimationis, vide Crau.conſi.277. Fran.Cur.conſi.73.vbi adducit decem oppoſitiones, q̃ poſſunt opponi contra legitimationem, vide etiam Rolan.conſi.89. vol.1.& conſi.12.vol.4. Menoch. conſi.181.lib.2.vbi ſcribit 17.oppoſitiones.

Aliquis impetrauit à Principe legitimari, dicẽs ſe natũ ex ſoluto, & ſoluta, cùm tamen eſſet natus ex adulterio, legitimatio nõ valet. Iaſ. de actio.§.omnium, nu.33.

Quæ qualitates narrandæ ſint in precib. quãdo legitimatur filius naturalis, vel ſpurius, vide per Menoch.de arbitr.lib.2.caſ.203. Caſſa.in conſuetud. Burg.tit. *des ſucceſſions des baſtards*. §.3.glo.2.nu.30. Dec.conſi.80. nu.8. & conſi. 338.343.379.& Hippol. ſing.492.

Legitimatio redditur nulla, ſi filius legitimatus fuerit nominatus naturalis, in patris teſtamento. Ioan.Pap.libr.12.titu.3. arreſt.3. vide Dec. conſi. 462.

In legitimatione filij naturalis, debet ab initio adhiberi cõſenſus patris. Boer.deciſ.160.nu. 3.Menoch.cõſ.108.lib.2. aliàs ipſa legitimatio erit nulla, nec ſufficit ratificatio ipſius patris, ex poſtfacto interueniens. Pap.lib.21.tit. 3.arreſt.9.maximè ſi ratificatio ipſa non fuerit facta corã Iudice. ibi. nec talis conſenſus præſumitur (niſi probetur) imò præſumitur diſſenſus: idem Menoch. d.conſi. 108.nu.10.

Legitimationis nullitas, annullat donationem factã legitimato, ſeu inſtitutionẽ. Raud.tract. de analo.c.30.nu.71.& 72.Dec.cõſ.289.nu.4.

Legitimatiò non valet, vbicunque facta eſt abſentibus ſpurijs legitimatis. Ozaſ.deciſ.119. nu. 22. qui conſentire debent ſuæ legitimationi. Capic.deciſ.194.nu.4. Boer.deciſ.160. fallit in caſibus, de quibus ibid. per Boer. ſed quando debeant conſentire, vide Dec.conſi. 55.& conſi. 579.

Filius naturalis inuitus non cogitur ſuſcipere legitimationem, niſi quando occultat ſuam matrem concubinam, quam pater vellet in vxorem ducere. Roma.ſing.230.

Filius naturalis ſciens eius patrem ſuam impetrare legitimationem, an pro conſentiente habeatur, vide Rom.ſing.594.

Quòd ſufficiat conſentire etiam ex poſtfacto, & poſt mortem eius, de cuius facto agitur, imò ſufficere filiam non cõtradicere, ſcribit Caſſa.in conſuetud.Burg.tit.*des ſucceſſions, des baſtards*.§.3.glo.3.nu.18.

Ratificatio ad hoc, vt legitimationem præcedẽtem conualidet, requirit perfectã haberi ſciẽtiam legitimationis tempore, quo ratificatio fit. Ozaſ.deciſ.119.nu.28.

Legitimatio clauſulam derogatoriam continere debet, nempe non obſtantibus.c.naturales.§. fin. Authen.quib.mod. natur.effic.ſui.l. qùi contra, Auth. ex complexu. C. de inceſt. nupt.& l.licet.C.de natural.libe. Afflic.deciſ. 195.tamen & ſi in ſpecie ibi non ſit talis clauſula, ſufficit, vt in priuilegio legitimationis adſint verba æquipollentia, videlicet, nõ obſtantibus omnibus legibus, cõſtitutionibus, quibuſuis in contrarium facientibus, q̃ clauſula derogatoria generalis tãtum operatur, quantum clauſula derogatoria ſpecialis dictarum legum. Afflic.ibid.

Legitimatio poteſt reddi nulla, ex deficiente legitimãtis poteſtate, vel voluntate, aut ipſius legitimationis ſolẽnitate, & forma. Menoch. conſi.108.nu.4. vol.2.

An filia Sacerdotis poſsit legitimari, vide Pap. lib.21.tit.3.arreſt.18. dic, quo ad proprietatẽ non poſſe; ſecùs quo ad vſumfructum ratione alimentorum.ibid.arreſt.19.

Filius ſacerdotis, ſeu habentis minores ordines, nõ poteſt legitimari, prohibente quodã conſilio, & ſi diſpenſetur debet apponi clauſula derogatoria ſpecialis, non obſtante tali conſtitutione cõciliari; nam generalis clauſula, non obſtantibus, minimè ſufficit. Raud. tract. de analog.c.37.nu.40.

Legitimatio baſtardi fieri poteſt à patre, ſub conditione, quòd in hæreditate non ſuccedat. Fran.Cremen.ſing.17.

Legitimatus debet eſſe filius illius, cuius ſe filiũ aſſerit; alioqui legitimatio nõ valet. Auguſt. Berò.quæſt. 60.

Matrimonium ſi eſt contractum inter gradus prohibitos, & ſuperueniat diſpenſatio Papę, an filij nati ante habitam diſpenſationē ſint legitimi, vide Bar. in l. 1 t. ff. de ſtatu homi.

Legitimatio filij, facta inſtante patre habita mētione filiorum, licèt non ſint citati, eſt valida. Put. deciſio. 89. lib. 2. vide tamen Mohed. deciſ. 246. & Dec. conſi. 393.

Cùm dubitatur, an valeat legitimatio, liberis legitimis, & naturalibus extantibus, diſtinguendum eſt, vtrum pater in ſupplicatione liberorum naturalium, & legitimorum mentionem fecerit, necne: primo caſu valet legitimatio à Principe facta, cum clauſula non obſtante, vel de plenitudine poteſtatis, in prę iudicium legitimorum, & naturalium. Gail. obſer. 142. nu. 7. vide Boer. deciſ. 240. nu. 19. aliàs legitimatio filiorum per reſcriptum ita demum habet effectum, ſi pater legitimam ſobolem non habeat. Capic. deciſ. 121. nu. 3. nam pater non legitimat filios naturales per Prĩcipis reſcriptũ, ſi habeat filios legitimos. Bar. in §. tribus. nu. 6. & §. & igitur. Auth. quib. mod. natu. effi. ſui. nam legitimatio redditur nulla, quando in ea nulla fuit facta mētio de filio naturali, & legitimo, quem pater habebat. Dec. conſi. 289. & conſi. 308. & Rol. conſi. 8. vol. 1. idē ſi non fuerit facta mentio de non nato, ſed iam in ventre concepto. Rol. conſi. 34. vol. 1. limita, vt p eundē Rol. cōſ. 61. vol. 1.

Legitimatio filij, vel filiæ poteſt geminari, qua debet fieri mentio aliorum liberorum, non tñ citatis, aut vocatis alijs agnatis, & aliud eſt genus legitimandi filios, aliud filias. Dec. conſi. 698. Rol. conſi. 89. vol. 1.

Sicut ſpurius, vel inceſtuoſus poteſt legitimari à Cæſare, nulla facta mentione filiorum legitimorum, ad inſtantiam patris, ita, & à Comite Palatino, cui in priuilegio eſt conceſſa hæc facultas legitimandi. Rol. conſi. 61. num. 24. vol. 1. & conſi. 67. vol. 3.

Legitimatio ſicut vitiatur, quando in eius impetratione non fit expreſſa mentio de exiſtentia filiorum, ita vitiatur nullis extantibus filijs, ſi pater tacuit ſe coniugatum, cum muliere, ex qua filium habere poterat; ſecus ſi non poterat, veluti quum haberet mulierē quinquagenariam. Rol. conſi. 96. vol. 3.

Licèt per ſuperuenientiam filiorum legitimorum, legitimatio prius facta non reuocetur, effectus tamen legitimationis limitatur, & reſtringitur: quia cum ipſo legitimato concurrunt filij ex legitimo matrimonio procreati. Dec. conſi. 258. nu. 12. vide conſi. 308. nu. 13. & conſil. 576. eiuſdem Dec. Rol. conſi. 89. vol. 1. nu. 12. quòd non reuocetur per ſuperuenientiam filiorum legitimorum, & naturalium, ſcribit Rol. conſi. 96. vol. 3.

Legitimatio facta de filio illegitimo, cùm pater morti proximus erat, cenſetur facta ad fraudandum cæteros filios legitimos. Menoch. conſi. 108. nu. 15. lib. 2.

Legitimatio nō prodeſt exiſtentibus legitimis, niſi in duobus caſibus, nempe qñ fit per oblationē curię, vel per ſubſequēs matrimoniũ. glo. in Authen. ſi quis. C. de natura. liber.

Legitimatio non requirit cauſam, ſufficit enim patris conſenſus, neque requirit citationem. Vera. deciſ. 74. nume. 5. par. 2. quod procedit in legitimatione Principis, ſecùs in alia facta ab inferiore. Rand. tract. de analog. cap. 37. & quãdo adſunt alij filij legitimi, & naturales, vide Dec. conſi. 308. nu. 10. & conſi. 393.

Quando legitimatio fuit facta de ſpurio nato ex adulterio, qa tunc diſpenſatio eſt odioſa, in ea cã requiritur. Dec. conſ. 576. & cōſ. 577.

Cauſa ſufficiens ad legitimandum, quæ nã debeat eſſe, vide Put. deci. 111. lib. 2. Raud. tract. de analog. c. 36. & ſine cauſa facta legitimatio non valet. Doct. in c. per venerabilem ex. qui filij ſint legit.

Quando quis non legitimatur ſimpliciter, ſed ſub conditione, illa non dicitur propriè legitimatio, ſed diſpenſatio: ideò eo caſu ſemper requiritur citatio agnatorum, qui aliquod præiudicium prætendere poſſunt, vide Gaſp. Cabal. milleloq. 653.

Illa dicitur legitimatio, quando quis ſimpliciter reſtituitur natalibus, & ingenuitati plenè, ita vt omnis macula tollatur, perinde ac ſi de legitimo matrimonio natus eſſet, & quando quis ad omnes iuris effectus pleniſsimè reſtituitur: ſed illa dicitur diſpenſatio, quando tollitur tãtùm defectus natalium, quo ad quid, vel in certo caſu, veluti ſi qs legitimetur, quo ad honores, vel dignitates, vel ad ſucceſsiones, non obſtante defectu nataliũ; tunc in caſu diſpenſationis pro vero legitimo habetur, ſed vltra illum caſum, nō fit extenſio. vide And. Gail. obſer. 142. nu. 5. & 17.

Legitimatio nati ex ea, cum qua non potuiſſet contrahi matrimonium, dicitur diſpenſatio, & eſt odioſa. Raud. tract. de analog. c. 30. nu. 74. & cap. 37. nu. 37. Ozaſ. deciſ. 6. Dec. conſi. 308. nu. 10. & conſi. 338. & Rol. conſi. 89. n. 49. nam filius eius, quam quis nō poterat ducere in vxorem, non poteſt legitimari; ſed ſolũ diſpenſari. Rand. ibid. c. 37. nu. 37. Dec. conſi. 338. & conſi. 393. Menoch. conſi. 181. lib. 2.

Legitimatio, quæ ad feuda, nec ad officia fit, dicitur diſpenſatio; tamen nō obeſt legitimato quin per omnia habeatur pro legitimato, & conſequatur plenariam perſonæ habilitatem. Tho. Minad. deciſ. 34.

In

In legitimatione, quæ fit per diſpenſationem, coniuncti ſunt citandi. Dec.conſi.308. nu.6. vt in filio nato ex adulterio. ibid.nu.10.vide conſi.393. Menoch.conſi. 181.lib.2.nu.19.

Iuri in ſpe, Princeps derogare poteſt cum plenitudine poteſtatis, & ſine partis citatione: ideò poteſt legitimare in præiudiciũ venientium ab inteſtato. Gaſp.Cabal.milleloq.837. quare filius naturalis alijs filijs legitimis nõ extantibus, à patre per Principem (non vocatis agnatis) legitimari poteſt. And.Gail. obſer.142.Ioan.Pap.lib.21.tit.3. arreſt. 28.legitimatio quando poſsit fieri in præiudiciũ veniẽtiũ ab inteſtato, vide Put.deci.483.li.2.

Ampliatur procedere, etiam ſi poſt factam legitimationẽ filij naturalis, naſcantur ex matrimonio ſubſequuto filij legitimi, & naturales.Gail.ibid.nu.5.d.obſer.142.ſed declara dictam concluſionem procedere in vera legitimatione, quæ eſt fauorabilis, largèq; interpretanda; ſecùs autem in diſpenſatione, q cũ ſit odioſa,& ſtricti iuris, citationẽ agnatorum requirit; ſed de differentijs legitimationis, & diſpenſationis, vide ibid. Gail.remiſsiuè, numẽ.5.

Quando legitimatio fit patre viuente, non eſt neceſſaria citatio agnatorum. Dec.conſi.55. 308.338.339.& 698.ſecùs ſi fiat poſt mortem patris. Ioan.Pap. lib.21.titu.3.arreſt.12.vide Boer.deciſ.122. an legitimatio debeat mentionem facere de ſuccedentibus ab inteſtato, vide Boer. deciſ. 122.

Legitimatio non citatis ſubſtitutis valet ſi fiat à Principe; ſecùs ſi à Comite Palatino. Raud. tract.de analog.c.36.nu.29. & cap.37.nu.39. & quid quando tractatur de primogenitura, vide ibid.cap. 36.

Legitimatio poſt mortem patris facta, non valet in præiudicium eorum, quibus ius ſuccedendi ab inteſtato quæſitum eſt, licèt ex poteſtate abſoluta fieri poſſet. And. Gail.obſer. 142.nu.16.latè Alex.Raud.trac.de anal.c.36.

Licèt beneficium legitimationis à Principe cõceſſo filio ſpurio non auferat hæreditatem, iam quæſitam agnatis de eis non facta mentione: tamen ſecùs eſt in hęreditate tempore legitimationis nondum delata; quia in ea valet beneficium legitimationis. Aegid.Bellam. concluſio. 751. vide Dec. conſil. 269. Natt. conſi.619.

Mortuo patre ſuperſtitibus fratre,& filio naturali, frater omnia bona præoccupauit, & vti proximior agnatus in gradu ſuccedendi illa poſſedit per multos annos, hæreditatemque dicti ſui fratris adiuit: ſed dum laboraret in extremis, dictus nepos,& filius naturalis prędefuncti fratris in præiudicium aliorũ agnatorum fecit, vt legitimaretur à Comite Palatino, dubium oritur, an talis legitimatio valeat in præiudicium aliorũ agnatorum. Menoch. conſi. 108.lib.2. reſpondit non valere.

Princeps non poteſt legitimare illegitimũ mortuo pátre in præiudicium agnatorum, tamen in hac quæſtione conſiderantur tria tempora, nempe quãdo hæreditas ſolùm fuit agnatis delata: Secundò, quando iam fuit adita: Tertiò, quando fuit acquiſita poſſeſsio bonorum hæreditariorum, & in omnib. his caſibus de iure ordinario, Princeps non poteſt legitimare. Menoch.ibid.d.conſi.108.Bar.in l.Gallus.§.quid ſi tãtũ.ff.de libe.& poſthumis: in primo tamen caſu, nẽpe hæreditate delata, ſed nõ adita, Princeps de plenitudine poteſtatis poteſt legitimare illegitimum, etiam in præiudicium agnatorum concurrentibus notatis per Menoch.d.conſi.108.nu.66.

Legitimatio poſt mortem patris facta etiã ab ipſo Principe in præiudicium illorum, quib. iam additione hæreditatis, & bonorũ poſſeſſionis apprehenſione ius erat quæſitum non valet, niſi legitimatio ex cauſa concernente principaliter vtilitatem publicã facta eſſet, & in omnem caſum ſaltẽ, debent citari agnati. Auguſt. Bero.q.60.vide Paul.de Caſt.in l. Gallus.§.& ſi tantum.ff.de liberis, & poſthu. vbi tractat quæſtionem illam quid, quando pater in ſuo teſtamento rogauit Principem de legitimando, de qua qõne, vide ibi p DD.

Pater non poteſt inuitis filijs ius patriæ poteſtatis ſoluere, ita nec filios inuitos ſub poteſtate redigere. Capic.deciſ.194.nu.9.

Nunquid legitimatio trahatur retro, an legitimati, an ferant hæreditatem venientibus ab inteſtato, in ipſa legitimatione, an requiratur citatio agnatorum,& an quis poſsit legitimari pro parte,& pro parte nõ, vide Caſſa. in cõſuetu. Burg.tit. *des ſucceſſions, des baſtards.* Rub. 8.§.3.glo.2.nu.51.

Legitimatio, ſeu diſpenſatio filij facta extra territorium legitimantis eſt valida, patre ratificante. Put.deciſ.212.lib.2. vide tamen Raud. tract.de analog.c.30.nu.73. & c.36. nu.46.

Famæ contrariæ ſuper legitimatione exiſtẽtes, quæ fama præualeat, vide Put. deciſ.2.lib.2.

De iure Ciuili, quo ad effectum ſuccedẽdi, quis dicatur legitimus, vide Put.deciſ.8.lib.3.

Quando ſtatutum de agnatis diſponẽs, habeat locum in legitimatis, vide Dec.conſi.317.

Statutum excludens fœminam propter maſculum, non comprehendit filium legitimatum, vide Put. deciſ.303.lib.3. Gaſp. Cabal.milleloq.79.& Capic.deciſ.194.

Statutũ excludens fœminas à ſucceſsione, ceſſat in filio naturali legitimato; quia ſolum

habet

habet locũ in filio legitimo,& naturali. Myſing.obſer 26. cent. 3. ſed tunc fœmina vnà cum legitimato æqualiter admittitur. Andr. Gail.obſer.140.lib.2.

Fallit primò,ſi Princeps voluerit legitimatum eſſe legitimum,etiam quo ad ſtatuta; nam in legitimatione ſola Principis voluntas attenditur. Gail.ibid.nu.20.

Fallit ſecundò,ſi legitimatio facta ſit in ampliſſima forma puta,quòd ſuccedat parentibus, agnatis, & cognatis.ibid.

Quòd legitimati comprehendantur ſub ſtatuto excludente fœminas,ſcribit Raud. tracta. de analog.cap.36.nu.107. vide Dec.conſ.52. 383.392.& 393. Rol.conſi.83.vol.3.

Statutum, quod excludit fœminas extantibus maſculis,habet locum etiam in maſculo legitimato per ſubſequens matrimonium; ſecùs ſi ex reſcripto Principis ſit legitimatus. Dec. conſi.155.nu.4.

Statutum diſponens, & tribuens beneficium agnatis,recuperandi rem patrimonialem,an comprehendat agnatos legitimatos, vide Dec. conſil. 276. quo loci adducit rationes hincinde.& demum concludit negatiuè, vide conſi.317.quia filiorum legitimorum appellationum in materia ſtricta, & odioſa,nõ veniunt legitimati. Dec. conſi.258.nu.3.& 9.

Statutum nõ poteſt diſponere ſuper legitimatione ſpuriorum. Bar.conſi.105.vol 2.

Quando legitimati cauſa ſit fauorabilis, vide Raud.tracta. de analog.cap.36.nu.66.& latè interpretanda, vide Ozaſ.deciſ.119.

Temporis diuturnitas facit,quòd proles illegitima pro legitima habeatur,cõcurrente probabili ignorantia.Paul.Aemil.deciſ 269.par. 1.& deciſ.25.par.2.

Legitimatio eſt actus volũtariæ iuriſdictionis. Vera.deciſ.74.part.2. Dec.conſil.150. tamen non poteſt fieri de non ſubditis.Dec.d.cõſi. 150.nu.5.& extra territorium.Dec.conſ.557. ideò legitimatio facta per Imperatorem in terris Eccleſiæ,non valet. Rol.conſi.88.vol.1. vide Bar.in l.57.ff.de ritu nuptiar.& in conſi. 75.volum.1.

Quaſi poſſeſsio legitimationis quomodo ſummatim probetur, ad effectũ obtinendi alimẽta,& expenſas litis.vide Vera.deciſ.146.lib.2.

Legitimitas ꝓlis inducitur ex bonafide vnius ex coniugib.Vera.deciſ.150 par.2.nu 7.

Ex quibus cauſis poteſt filius exhæredari, ex eiſdem filius legitimatus poterit in priſtinã ſpurietatem reduci. Cabal. milleloq. 682. Fran.Cremen.ſing.20. Petr de Rauen. ſing.1. Hippol.ſing.413 ideò legitimatus poteſt per ingratitudinem reduci in ſpurietatem.Raud. tract.de analog. cap.37.

Ingratitudo,vtrum ſit ſufficiens cã reducendi legitimatum ad illegitimationẽ,Lud.Roma. ſing.225.diſtinguit,aut ſumus in legitimatione obtẽta reſcripto Principis, & tũc ſuſtinet partem affirmatiuã,aut in legitimatione per ſubſequẽs mr̃imonium, & tenet negatiuam.

Legitimatus in ſpecie ad bona emphyteotica eccleſiaſtica ab habente poteſtate, admittitur ad ipſa bona; aliàs ſecùs. Hiero. Mago. deciſ.10.Raud.tract. de analog.c.36.nu.64.& nu.15. vide Afflic.deciſ.386.

Spurius ſub cõditione (ſi legitimet̃) iſtitui põt, & purè inſtitutus ſuccedit patri, ſi viuẽte pr̃e legitimet̃.And.Gail.obſe.88.n.17 & 18 lib.2.

Legitimatus ſuccedit vnà cum legitimis,& naturalib.illi debetur legitima, pręteritus rumpit teſtũ patris, & exhæredatus querelã inofficioſi teſtamenti habet.. vide Gail. obſer. 140.libr.2. tñ legitimatus nõ habet beneficium legis,ſi vnquam: ibid.obſer. 140. nu.10.

Legitimatio prodeſt in ſucceſsione pr̃is naturalis.Io.Gal.q.298.ideò ille ſuccedit abinteſtato. Pap.libr.21.titu.3.arreſt. 10. & 11. Dec. conſi.308. num. 14.

Filius ſpurius legitimatus poteſt à patre inſtitui,& illi quocũq; titulo relinqui poteſt.Iul. Clar.in ſua pract.§.teſtamẽtum.q 31.quid, ſi inſtituat ſpurius ſub conditione,ſi legitimabitur,vide ibid.nu.7. ſed an legitimatus ſuccedat in emphyteuſi,vide Perilluſtr. D. Præſ. Teſſau. deciſ. 84.

Legitimatus ẽt detrahit legitimam,& trebellianicam.de fideicõmiſſo dato, ꝙ ſit legitimatus in eo,ꝙ patri videbit̃.Dec.conſ.257.Rol. conſi 96.vol.3.n.52.& ita illi legitima debet̃, ſicut legitimo, & naturali: ideò habens minus legitima, agit ad ſupplementum. Rol. d.conſi.96.nu.50.

Verba poſita in l.fi. C. de natura.liber.quæ tractant de legitima ſobole, etiam in legitimatis verificantur. Dec.conſi.258.

Spurius legitimatus æquiparat̃ legitimè nato. Dec.d.conſi.258.conſi.276.& 317. in quibus tñ differant,vide Dec.conſi.276. 368. & 366.

Quòd filij legitimati dicantur verè legitimi, & ea conſequantur, quæ & filij legitimi, atque naturales,p 18.fundamenta cõprobat Caſſa. in cõſue.Burg.tit.*des baſtards.* Rub.8.§.5.glo.3. & per contra, qđ nõ dicantur verè legitimi, probat per 20.fundamenta idem Caſſa.ibid.

An filij legitimati habeãt ius ſuccedendi vltra patrẽ,& an habeant oĩa remedia cõtra teſtm̃ paternũ,q̃ habẽt cæteri legitimi, vide Bar.in Authen.quib.mod. natur effic. legit. nu.8. & in §.tribus. & §. generaliter. ibid.

Pater in caſu validæ legitimationis,non poteſt filio naturali legitimato plus relinquere, q̃ vni filiorũ legitimorum, & naturaliũ, cui minus relictũ ſit. And. Gail.obſer.142.nu.9.

Dec.conſi.393.2.vol. Franc.Cremen.ſing.52. vide tamen Rol. conſi.95.vol.3.

Simpliciter legitimatus, non cenſetur ad feuda admiſſus, niſi Princeps hoc expreſsè in legitimatione dixerit, & fecerit ex plenitudine poteſtatis, & certa ſcientia: tunc enim valet legitimatio etiam quo ad feudum antiquum, verùm Princeps nō debet vti hac plenitudine poteſtatis, niſi ex cauſa. Gail.ibid. n.12.vide Afflict.deciſ.195.Boer.deciſ.123.c. naturales tit.ſi de feud.defunc. ſit cōtrouerſ. in vſib. feud. & ibid.glo.

In Regno Franciæ legitimatus ſimpliciter, ſuccedit in feudo. Pap.libr. 21.titul.3.arreſt.12, quòd ſuccedat, ſcribunt etiam Raud. tracta. de analog. cap.36.nu.107.& Menoch. conſi. 136.lib.2 num.18.

Spurius, an poſſit legitimari ad feudum eccleſiaſticum, vide Afflic.deciſ.386.

Filius legitimus eſt, q ex vxore cōiuncta viro legitimo matrimonio, naſcit. Capic.deciſ.194.

Legitimatus ad feuda, quando ſuccedat, vide Menoc.cōſ.16.& cōſ.203.lib.1.& cōſ.181.li.2.

Et qualis mentio facienda ſit in legitimatione de agnatis ad hoc, vt valeat etiam ad feudū, vide Rol.conſi.23.vol.3.

Princeps poteſt legitimare filium ſpurium, vt ſuccedat in feudum, in præiudicium agnatorum. Dec. conſi.269.nu.10.tamen quòd non poſſit in feudo antiquo, & proprio, plenè cōprobat Menoch. conſi.181.nu.39.lib.2.

Legitimatio non corruit, licèt per legitimantē narrentur quædam cauſæ, quæ non probantur. Mohed.deciſ.346.nu.3.

Licèt filius naturalis propriè dicatur natus ex concubina retenta in domo, tamen legitimatio illius, qui in legitimatione dictus fuit naturalis, quamuis eſſet natus ex muliere nō retenta in domo, valet. Natt.conſi.623.

Quo ad validitatē legitimationis reſpectu ſucceſſionis bonorum patris, ſufficit conſenſus ipſius patris, ſine quo non valet. Dec. conſi. 338 & conſi 579 ſed quādo tractatur de ſucceſſione aliorum agnatorum, & cognatorū legitimatio nihil operatur, ſi fuit obtenta ſine eorum conſenſu. Io.Pap.lib.5.tit.5.arreſt. 3 & lib.21.tit.3.arreſt.15.vide Menoch.conſ. 198 num.9 libr.2.

In legitimatione ſufficit adeſſe conſenſum patris, nec requiritur conſenſus matris, & legitimatus ſuccedit etiam agnatis, maximè ſi legitimans hoc dicat. Abb.conſi.86.

Per generalem conſuetudinem hodie fuerunt abrogati omnes modi legitimandi naturales, & ſpurios, duobus exceptis, nempe per ſubſequens matrimonium, & per reſcriptum Principis. Pap.lib.21.titu.3. arreſt.16. tamen pater teſtando inter liberos, & filios naturales, illos nominando hæredes legitimat, & ſi tamen ipſos non appellet naturales; idem ſi in alio inſtrumento publico, id actum fuerit. Boer.deciſ.240.nu.15. Fran.Cremen.ſing.76. vide §.ad hoc autem, Authen.vt liceat matri & auiæ, quod procedit nullis filijs legitimis extantibus. Boer.ibid.nu.18. quando procedat, vide Pet.Ger.ſing 60. Marc.Māt.ſin 600.

Sex traduntur modi legitimandi, quos ſcribit Caſſa.in conſuetud.Burg.tit.*des ſucceſſions des baſtards* Rub.8 §.3.glo.2.

Filij naturales quinq; modis efficiuntur legitimi, & legitimati ſuccedunt, ſicut legitimi. Bar.in ſuo tract. ſucceſsionis ab inteſtato.

Legitimatio taliter vulnus ſanat, vt non remanear cicatrix. Raud.tracta.de analog.c.36. nu.93.tamen naturalis legitimatus, non dicitur verè legitimus. Ozaſ.deciſ.119.num.15. vide Afflic.deciſ.195. Capic deciſ.194. nu.7. Marc.de Mant.ſing.597.Bar.in l.ſi is, qui pro emptore, nu.29.ff.de vſucapio.

Donatio cauſa mortis propter filiorum legitimationem ſubſequutam, nō reuocatur, cùm ius ſuccedendi à iure legitimationis, ſine filiationis, ſeparatum ſit. Ozaſ.deciſ. 118. nu. 10.tamen diſpoſitio.l.ſi vnquam.C.de reuoc. donation.locum habet in legitimatis. Dec. conſi.366.

Illegitimationis vitium à iure Diuino procedere; non autem à iure Ciuili, pluribus ſacrarum ſcripturarum teſtimonijs oſtēditur, per Ozaſ. deciſ.119 nu 4.

Legitimationis materia, eſt de iuris apicibus. Afflic. deciſ.386.

Legitimatus, an excludat in diſpoſitione Principis, de hæredibus mentionem faciente, vide Afflic.deciſ.392. nu.23.

Mulier naturalis nubens viro naturali, & legitimo, efficitur legitima. Boer.deciſ.240.nu.19.

Matrimonium putatiuum, data ignorantia in altero ex cōtrahentibus, legitimat prolem, ſicut verum. Caſſad.deciſ.1.titu.de ſponſa.

Legitimatio infantis, an fieri poſſit, vide Dec. conſi.55.& 367. & Menoch. conſi.19.vol.1. quod poſſit, ſcribunt Dec. conſi.317 nu. 10. Caſſa.in conſuetud.Burg.tit.*des ſucceſſions, des baſtards.* Rub.8.§.3.glo.2.nu.19. Bar.in l.5.C. de emancipa.liber.tñ quòd diſpenſatio fieri non poſſit, tradit idem Dec.conſi.579.

Contra legitimationem infantis poteſt opponi, Comitem Palatinum non habuiſſe ſpeciale mādatum ad hoc, fuiſſeq; factam ſine cauſa, & à patre ſine cōſenſu aui, & aliàs pro vt ſcribit Menoch. conſil.19.vol.1. ſed his non obſtantibus ſuſtinetur legitimatio, vide ibid.

Pater non legitimat naturalem filium, nec ſpurium inuitum, niſi ſit infans. Bart.in l.11.ff.de ijs, qui ſunt ſui, vel alieni iuris.

Legiti-

Legitimatio eſt actus Principis, qui cõfertur in legitimatum, patre conſentiente. Dec.conſ. 258.num.10.

An per legitimationem probetur quis filius, vide Dec.conſi.345.

An legitimatus dicatur eſſe de linea, vel quando conditio facta de filijs, habeat locum in legitimatis, vide Dec.conſi.365.

Teſtamentum prius factum ad ſimilitudinem poſthumi præteriti, per legitimationem filij poſtea factam, rumpitur. Dec.conſ.366.nu.5. Abb.conſi.86.vide Perilluſtr. D.P.Teſſau.deciſ.84. & quid, ſi poſt mortem patris filius ſe legitimare feciſſet à Principe, vide eundem ibid.d.deciſ.84.& §. ex imperfecto.l. hac cõſultiſsima. C. de teſtam. non habet locum in filijs naturalib.vel legitimatis.Dec.conſ.610.

Legitimatus, qui habet inſtrumentum ſuæ legitimationis, dicitur habere intentionem ſuam fundatam pro legitimationis ſuæ validitate; ideò opponenti contrarium incumbit onus probandi.Roland.conſi.61.num.28.vol.1. & conſi.67.vol.3.

Inceſtuoſi auctoritate Imperiali cum clauſula, non obſtante, poſſunt legitimari quo ad temporalia. Rol.ibid.nu.32.

Legitimatio fieri poteſt de non natis, & in vtero conceptis. ibid. nu.38.

Legitimatio dicitur vera, & propria, quando qs abſolutè reſtituitur natalibus, non obſtante, quòd in legitimatione dicatur, legitimatum non poſse ſuccedere patri, niſi in eo, quod ſibi placuerit: ideò pater promittens in cõtractu matrimonij legitimare filiam naturalem, impetrando talem legitimationem, cum dicta conditione, dicitur adimpleuiſſe promiſsionem. Rol.conſi.26.vol.4.

Filius legitimatus tenetur ꝓbare ſe filiũ illius, ad cuius inſtãtiã fuit legitimatus, maximè ſi opponat̃ illi de filiatione. Rol. cõſ.49.vol.4.

Clauſula, ſine præiudicio venientium abinteſtato, appoſita in legitimatione, nõ præiudicat filio legitimato, quominus admittat̃ ad ſucceſsionem bonorum patris legitimantis, excluſis agnatis, & conſequenter hoc caſu, legitimatus excludit nepotem ex fratre ſui patris.Menoch.conſ.306.lib.4. legitimatus adhibita hac clauſula, qualiter ſuccedat, vide Capic. deciſ.22. quòd tunc ſolùm ſuccedat ex teſtamento, ſcribit Dec.conſi.338.610.vide conſi.393. & 576.

Qñ pater in legitimatione certũ modũ ſuccedendi expreſsit, talis declaratio hẽt vim teſtamenti.vide Menoch.conſ.317.nu.21.lib.4.

Naſci in ſexto menſe, & vno die quis poteſt: idẽ in nato vltra duos dies poſt decimum menſem.Bart.in l.12.ff.de ſtatu homi.

De legitimatione liberorũ, & qualiter efficiant̃ legitimi per legitimationem, vide Bart.in §. rectè. Authen.quib.mod.natu. effic. legit.

Legitimatus dicitur legitimus, etiam quo ad honores, & ordinẽ.Bar.in ſuo tract.ſucceſsioni. abinteſtato. nu.4.nam legitimatus ad patris inſtantiam, debet per omnia tractari, ſicut legitimè natus. Abb.conſi.86.

De legitimatione facta per Papam.

Rex Aragonum non poteſt facere filium naturalem legitimari per Papam, in præiudiciũ alterius cõſanguinei, cui conſuetudo Regnũ defert, Rege decedente ſine filijs legitimis. Capic.deciſ.121.nu.4.

Legitimati à Papa, an cenſeantur legitimati ad temporalia, & legitimatio quid ſit, & an retrò trahatur, vide Guid. Pap.q.482.

Papa nõ poteſt in Gallia, quo ad ſucceſsionem legitimare.Boer.deciſ.297.

Si illegitimus per Papę legitimationẽ reſtituat̃, cenſet̃ legitimatus quo ad honores; nõ quo ad bona.Aegid.Bellam.cõcluſio.742. nu.10.

Papa non habet legitimandi poteſtatẽ, niſi in terris ſibi temporali iuriſdictione ſubiectis. DD.de Rota deciſ.1.tit.q filij ſint legit.in nouis, Papa enim non põt Imperio ſubditũ legitimare in tẽporalib.niſi impedimentũ ſit canonicum. Iac.Put.deciſ.483.lib.2.nu.4.

Legitimatus à Papa non põt ſuccedere ex teſtamẽto, vel abinteſtato: quia legitimatio facta ab illo nõ trahit̃ ad temporalia, quæ ſunt in territorio Imperij. Guid.Pap.ſing.331.

Papa poteſt quo ad ſpiritualia quẽlibet legitimare, & talis legitimatio tenet vbiq; locorũ; quia quo ad ſpiritualia, oẽs ſunt de ſua iuriſdictione. Hart.Hart.c.8. tit. de matrimo.

Et èconuerſo legitimatio facta per Papã, non trahitur ad ea, q̃ nõ ſunt ſuę iuriſdictionis, vt ad bona, q̃ ſunt in terris Imperij.ibi. d.c.8. ꝑ cap. per venerabilem, qui filij ſint legitimi.

De legitimatione facta per Imperatorem, vel Principem.

Per legitimationem Princeps reſtituit filios ſpurios ad primum ius Naturæ, iure poſitiuo ſublato. Ozaſ.deciſ.119.

Illegitimi ſtatus vitiũ, vbi à iure diuino ꝓcedit, legitimatus per reſcriptũ Principis, non dr̃ verè legitimatus; ſed fictè, & potius diſpenſatus. ibid. nume.3. ideò legitimatus à Principe nõ eſt apud Eccleſiam legitimatus. glo.in c.3.diſt.59.

Princeps legitimatum ad illegitimationẽ reducere poteſt: quia legitimationes ſunt de iure Ciuili. Afflic. deciſ. 128. nu. 13.

An filius ſpurius legitimatus per priuilegiũ Regis, & reſtitutus natalibus, cum omnib. clauſulis derogatorijs, gaudeat nobilitate paterna, vide Afflict. deciſ. 195. in fine.

Imperator poteſt legitimare natũ ex damnato coitu, ſi dicat non obſtante Auth. ex complexu. vide Guid. Pap. q. 280. & ſing 353. ſupra tit. de legitimatione liberorum in genere.

Legitimatus per Principem, an poſsit petere hęreditatem cum alljs fratribus naturalibus, & legitimis, vide Guid. Pap. q. 482. & ſupra eod.

Ad legitimationẽ à Principe faciẽdã, ſufficiunt volũtas, & cõſenſus patris: Mohed. deci. 246.

Filij ſpurij legitimari poſſunt per Principem. Bart. in Authen. ex complexu. C. de inceſt. & inutil. nupt.

An Imperator poſsit legitimare in terris Eccleſiæ, vide Bar. in l. 57 ff. de rit. nup. & in cõſ. 75.

Nepos per legitimationẽ poteſt effici ſuus, poſt mortem filij, & modus legitimandi per reſcriptũ Principis, erat cognitus de iure fforũ; ſed alij modi non. Bart. in l. Gallus. §. nunc. ff. de liberis, & poſthumis.

Forma legitimationis per reſcriptum, traditur per Bart. in §. tribus. nu. 6. & §. ſit igitur. Auth. quib. mod. natu. effic. ſui.

Legitimatus per Principem admittitur ad ea, quæ de iure communi, etiam legitimo competunt. Bar. conſi. 75. vol. 1.

Imperator, vel habens cauſam ab eo, poteſt legitimare (patre petente) filium Sacerdotis, etiam in terris Eccleſię. Paul. Aemil. deciſ. 74. par. 2. 75. & 76. ibi. vide etiam deciſ. 147. 148. & 199. ibid. ſed an poſsit legitimare in terris Eccleſiæ nõ ſubditum, vide eundẽ Vera. deciſio. 77. part. 2. tamen Princeps ſecularis non poteſt legitimare Clericum baſtardum. Gaſp. Cabal. milleloq 565. Caſſa. in conſuet. Burg. tit. *des ſucceſſions, des baſtards*. Rub. 8. §. 5: gl. 3. nu. 49. ſed quòd valeat legitimatio ſaltẽ, quo ad bona patrimonialia, ſcribit Caſſan. ibid. num. 58.

Legitimatio ſpurij non præiudicat filijs legitimè natis, niſi Imperator hoc exprimeret, & motu proprio, & ex certa ſcientia hoc prouideret. Myſing. obſer. 35. cent. 1.

Pater poteſt legitimare auctoritate Imperatoris filium ſpuriũ, non citatis agnatis, ſi alios filios legitimos non habeat. Vera. deciſ. 146. par. 2. vide ſupra de legitimatione in genere.

Imperator poteſt legitimare, etiam extantibus filijs legitimis, & naturalibus: quia in eo propter ſupremam poteſtatem, ſola volũtas pro cauſa habetur. Dec. conſi. 289. & conſi. 308. vide tamen Menoch. conſi. 181. lib. 2. nu. 39. idem in Principe non recognoſcente ſuperiorem. Dec. d. conſi. 308. & conſi. 579. imò Princeps põt legitimare in p̃iudicium agnatorũ, quib. delata ſit hr̃ditas. Dec. cõſi. 393. vol. 2. vide ſupra tit. de legitima. in genere.

Legitimatus per reſcriptum Principis cõſequitur iura agnationis, & ſuccedere poteſt agnatis patris, ſaltem quando ita dicitur in legitimatione; ſecùs in legitimatis per oblationẽ curiæ. Craue. conſi. 138. Caſſan. in conſuetud. Burg. titu. *des ſucceſſions, des baſtards*. Rub. 8. §. 3. glo. 2. num. 29.

Imperator, Rex, & Princeps non recognoſcens ſuperiorem, tãtùm legitimare poſſunt. Caſſa. in conſuetud. Burgun. titu. *des ſucceſſions, des baſtards*. Rub. 8. §. 3. glo. 2. nu. 20. vide §. 5. glo. 3. nu. 40. ibi. Rol. conſi. 89. vol. 1.

Temporis diuturnitas, & iuris ignorantia cum numero liberorum, inducunt Principem ad legitimationem liberorum. l. 57. §. diuus. ff. de ritu nupt.

Filius legitimatus à Principe ſequitur familiã patris; ſicut adoptiuus. gl. fin. in l. 1. ff. ad municip. & de incol. & conditionem. Bar in l. 3. C. de municip. & origin. lib. 10. dignitatem, & originem. gl. pen. in d. l. 3. C. de municip.

Reſcriptum contra ius elicitũ valet, ſi expreſsè dicat Princeps, non obſtante tali lege. glo. in verbo expreſsim, in §. & ſi quidem. Authen. de teſtamen. imperfe.

Vide de legitimatione filiorũ naturalium per Azo. in ſumma tit. C. de natural. liber.

Filius naturalis quotieſcunq; poteſt legitimari per ſubſequens matrimonium, nunq̃ poteſt legitimari p reſcriptũ Principis. Hip. ſin. 130.

De legitimatione facta à Comite Palatino, vel ab alio habẽte poteſtatẽ à Papa, ab Imperatore, aut Prĩcipe.

Priuilegium legitimandi ſpurios, mortuo cõcedente, an expiret, vide Afflic. deciſ. 128.

Succeſſor Princeps põt reuocare priuilegiũ legitimãdi cõceſſum p anteceſſorẽ, & omnes legitimationes factas poſt mortem concedentis tale priuilegium. Afflic. ibid. nu. 12.

Priuilegium legitimandi, ſeu creandi Comites Palatinos, conceſſum per ſummum Pontificem, poteſt per ipſum reuocari, & per eius ſucceſſorem. Menoch. conſi. 112. vol. 2.

Legatus de latere habens poteſtatẽ legitimãdi ſpurios, ac ĩceſtuoſos, poterit legitimare ſpurium, & inceſtuoſum ſimul. Boet. deciſ. 127.

Legiti-

Legitimandi ſpurios,& inceſtuoſos poteſtatem habens, an poſsit ſpurios, & inceſtuoſos ſimul legitimare, vide Iaſ.de act.i ſ.omnium.n. 30

Quid, ſi aliquis ſpurius, & inceſtuoſus ſimul eſſet legitimatus ſolùm tanquam ſpurius, an valeat legitimatio, vide ibi.num.32.

Quòd legitimandi adulterinos habens poteſtatem: itē & inceſtuoſos, non poſsit legitimare adulterinum, & inceſtuoſum ſimul, ſcribit Bar.in l.13.ff.de liber. & poſthu. vide tamen eundem Bar.in l.2.ff.de verbo.oblig.

Vicarij Imperatoris perpetui legitimare ſpurios, & reſtituere natalibus poſſunt; ſicut poſſunt Principes. Fran.Marc.q.617.

Licèt inter priuatos aſſertio meritorũ non probet, tamē hoc fallit in Comite Palatino legitimante aliquem,& aſſerente, quòd propter merita collata legitimauit. Iacob.Put. deciſ. 115. libro 2.

Habens poteſtatem legitimandi ab Imperatore, an in terris Eccleſiæ legitimare poſsit, vide Dec.conſ.55.& conſ.308. num. 7. Qui hēt poteſtatem legitimandi à Papa, vel Imperatore, non poteſt legitimare in præiudicium alterius, cui ius ſit quæſitum, etiam in ſpe: quia tales conceſsiones intelliguntur fieri in præiudicium aliorum. Dec conſ.425.

Poteſtas legitimandi ſpurios, non habet locum in filiabus. Dec.conſ.453.& conſ.698.

Facultas legitimandi naturales, ſpurios, inceſtuoſos, & alios quoſcunque procreatos, & procreandos ex illicito coitu, extenditur ad infantes, qui virtute huius conceſsi priuilegij, legitimari poterunt. Rol.conſ.61.vol.1.

Sicut Princeps poteſt legitimare ſpurios cum clauſula, non obſtante, vel de plenitudine poteſtatis, non requiſitis his, de quorum præiudicio agitur, ita poteſt concedere Comiti Palatino facultatem legitimãdi, hoc modo. Rol.ibid.num.30.

Si extat decretum in aliquo Principatu, quòd Comes Palatinus non poſsit in eo ducatu legitimare abſque licentia Principis, an non impetrata tali licentia, facta legitimatio valeat, vide Rol.conſ.67.vol.3.num.65.

De iure legitimatio facta à Comite Palatino, cũ cauſa,& citatis prætendentibus intereſſe valet. tamen in patria, an iſte Comes ex decreto Maximiliani habeat auctoritatem, vt legitimatio ab illo facta ſuſtineatur, vel nulla declaranda ſit, vide Excel.D.P.Teſſa; dec.69 & quid, ſi Princeps poſt ius agnatis quæſitũ, confirmaſſet huiuſmodi legitimationem, facta per ipſum declaratione, non fuiſſe mentis derogare iuribus, quæſitis ipſis agnatis, vide ibid.d.deciſ.69.

De legitimatis per ſubſequens Matrimonium.

Spurius natus ex coniugato,& ſoluta, per ſubſequēs matrimonium non deſinit eſſe ſpurius. Ozaſ. deciſ.119.num.10,17.18 & 19.& reprobantur tenentes contrarium, vide Marc.q.682.par. 2. tamen ꝑ ſubſequens matrimonium filij nati ex concubina legitimantur,& dicuntur verè legitimi, etiã ſi medio tempore concubinarius habuerit aliam vxorem,& ex ea prolem, ſi illa mortua, duxerit in vxorem primam concubinã, quia tunc legitimantur filij ex ipſa nati ante contractum matrimonium, cum prima vxore nunc defuncta, ita ſcribunt Bar. in l. bonorum. ff. rem rat.habe.num.3.& in l.penu.ſ.vxor.ff.ſolut.matrimo. Bald.ibi. Ang.in ſ.fin.nu.12.Inſtitu.de nupt.Abb.in c.tanta ext.qui filij ſint legitim.num.33.Caſtren.in d.l.fin. ſ. vxor. ff. ſolut.matrim.& Alex. ibi remiſsiuè. Tiraq. in l.boues, ſ hoc ſermone in prin.nu.4.ff. de verbor.& rer.ſignifi.& in 3.limitatione ibi.num. 8.& ſub num.17.atteſtatur de communi, idē Tiraq.in tract.de iure primogenit.q.34.nu.3. cum alijs ibi per ipſum cumulatis, contrariũ tamen tenent ijdem Caſtren.& Alex.in l.Pōponius.ſ.quæſitum.ff.de acq.poſ. & hãc quæſtionem dicit dubiam Bal.in l. cum quis. nu. 4.C.de natural.liber.

Filij ſuſcepti ex vili fœmina, & Clerico beneficiato (nondum in Sacris cōſtituto) per ſubſequens matrimonium legitimantur, & admittuntur ad fideicommiſſum aui. Ozaſ. deciſ.154.& ad feudum. Menoch.conſ.174 lib. 2.vide Bart.in l.6.C.de nupt.

Legitimati per ſubſequēs matrimonium, quãdo excludant ſubſtitutum, vide Franc.Mant. de coniect.vltim.volun.lib.11.tit.12.

Quid in legitimatis per matrimonium contractum in mortis articulo, an excludant ſubſtitutum, vide ibi.tit. 13. nam talis legitimatio non reddit filios legitimos, quo ad ſucceſſionem. Menoch.conſ.108.vol.2.

Filij procreati ex muliere extra domum cognita, non legitimantur per ſubſequens matrimonium de iure Ciuili; ſecùs de iure Canonico, cui ſtandum eſt in hac materia. Dec. cōſ. 155.vide Bar.in l.4.ff.de concubinis, & tunc excludunt ſubſtitutum; ſecùs ſi ſint legitimati per reſcriptum Principis. Dec.ibid.

Filij non aliter legitimantur per ſubſequēs matrimonium, quàm ſi mulier talis ſit cōditionis, cum qua commodè,& pro dignitate natalium, matrimonium cōtrahi poſſit, & quæ

vitæ turpitudine careat. Ozaſ. dec. 154. in principio, vide tamen ibid. Ozaſc. num. 10. ſed 9 filij nati ex quauis concubina licita, per ſubſequens matrimonium legitimentur, habetur in additio. q. 220. Capel. Tholoſ. vide Menoch. conſ. 18. vol. 1. etiam non confectis inſtrumentis dotalibus. Mohed. dec. 181.

An legitimatio per ſubſequens matrimonium requirat inſtrā dotalia de iure Ciuili; quid de iure Canonico, vide Excel. P. Teſſa. deciſ. 83.

Ad hoc, vt filius naturalis extantibus legitimis, per ſubſequens matrimonium legitimetur, debent confici inſtrumenta dotalia, quod procedit de iure Ciuili; ſecùs de iure Canonico. Hippol. ſing 250.

Filij per ſubſequens matrimonium legitimanť, licèt nati ex vili fœmina inde nupta cum Illuſtri viro. Menoch. cōſ. 18. vol. 1. & dicuntur verè, & propriè legitimi etiam in materia, & diſpoſitione, quæ ſtrictam tantùm interpretationem admittit. idē Menoch. cōſ. 227. li. 3.

Legitimati per ſubſequēs matrimonium dicūtur verè legitimi, licèt eſſent nati ex ancilla, quæ domi primò ſeruiebat, & nata ex patre rurali, & ita legitimati, natiq; ex tali matrimonio, non poſſunt dici nati ex muliere inhoneſta, vili, & abiecta. vide Menoch. conſ. 225. lib. 3.

Matrimonij tāta vis eſt, vt qui antea illegitimè nati ſunt, poſt matrimonium ſubſequutum, legitimenť. Ozaſ. dec. 154. n. 5. & 8. Marc. q. 682. par. 2. ſed tunc requiritur conſenſus liberorum. Marc. q. 683.

Legitimatio per ſubſequens matrimonium, eſt potētior cęteris ſpeciebus legitimationum. Ozaſ. deci. 154. num. 12. Hipp. ſing. 542. in fin.

Filijs per ſubſequēs matrimonium legitimatis, reuocatur donatio ante facta. Boer. dec. 159. & tales filij admittuntur ad ſucceſsionē, non obſtante ſtatuto diſponente, non debere admitti, niſi legitimè natos. Boer. ibi. nu. 5.

Primogenitus naturalis legitimatus per ſubſequens matrimonium, an excludat ſecundum legitimè natum. vide ibi. in fine.

Ad effectum legitimationis prolis, ſufficit probare matrimonium per inſtrumentum dotale, reputationē, & famā. Iac. Put. deci. 72. lib. 2.

Diſpenſatione à parentibus ſcienter contrahētibus matrimonium illicitum impetrata, & conditionibus illi appoſitis ob mortis ſuperuenientiam non impleris, ſi canonicè conſtiterit eos voluiſſe illas adimplere, filius habetur pro legitimo. Put. deci. 483. lib. 2.

Legitimati per ſubſequens matrimonium admittuntur ad ſucceſsionem feudi; ſecùs eſt in legitimatis per reſcriptum Principis. Miſing. obſer. 42. cent. 5. Hippol. ſing. 542. vide tamen Raud. tract. de Analog. ca. 35. nam legitimati per ſubſequens matrimonium verè legitimi dicuntur, & per omnia æquiparantur legitimis, etiam quo ad ſtatuta. And. Gail. obſer. 141. lib. 2. quæ concluſio ampliatur procedere, etiam ſi matrimonium ſit contractum in mortis articulo, vel à ſene decrepito. Gai. ib. num. 8. limita non procedere in nepote, ſi filius naturalis mortuus ſit, antequam pater, cum matre filij naturalis matrimonium cōtraxiſſet. ibi. nu. 9. Caſſan. in cōſuet. Burg. tit. *des ſucceſſions, des baſtards* Rub. 8. §. 3. gl. 2. n. 8.

Legitimatus per ſubſequens matrimonium nō efficitur legitimus, & non admittitur ad feudum, quando erat natus ex ea, cum qua tempore natiuitatis, non poterat contrahi matrimoniū, veluti ſi erat nupta alteri, licèt poſtea ex diſpenſatione fuerit ſecutum matrimoniū cū pr̄e legitimari. Menoc. cōſ. 16. vo. 1. Legitimatus hoc modo, non ſuccedit in feudo, quando verba inueſtituræ reſpiciunt initium natiuitatis, vt ſi ſcriptū ſit, pro te, & filijs ex te legitimè deſcēdētib. Meno. ib. nu. 6.

Filius natus ex moniali in monaſterio degēti, non efficitur legitimus per ſubſequēs matrimonium, mediante diſpenſatione cōtractū, in præiudicium ſubſtituti. Rot. Auenio. deci. 6. in deciſ. diuerſo. tom. 3.

Filius inceſtuoſus nō legitimať per ſubſequens matrimonium contractum per diſpenſationem Papæ, niſi de eo ſit facta mentio. Hipp. ſingul. 121.

Filius naturalis, quotieſcunque pōt legitimari per ſubſequens matrimoniū, nunquā poteſt legitimari p reſcriptū Principis. Hip. ſin. 130.

Filius non legitimatur per ſubſequens matrimonium contractum cum ea, quam viuente vxore cognouerat, & ex qua habuerat filium ipſum. Amanel de Clatiſaquis. ſing. 218.

Flij per ſubſequens matrimonium clandeſtinū, non legitimantur. Auguſt. Bero. in ſuis quæſtio. quæſt. 107.

Filij naturales per ſubſepuens matrimonium legitimari poſſunt, ēt ſobole legitima exiſtente. Bar. in §. dubitatū. Authen. de inceſt. nupt.

Legitimati filij, quando faciant deficere fideicommiſſum.

FIlij ſuſcepti ex vili fęmina, & Clerico beneficiato, nondum in Sacris cōſtituto, per ſubſequēs matrimonium legitimātur, & admittitur ad fideicommiſſū aui. Ozaſ. deci. 154.

Filius natus ex moniali in monaſterio degenti

non

non efficitur legitimus per ſubſequens matrimonium,mediante diſpenſatione contractum,in præiudiciũ ſubſtituti. Rot. Auenio, dec.6.in deci.diuerſo.Tom.3.

Licèt dubium ſit,an legitimatus faciat deficere conditionem fideicommiſsi facti ſub conditione,ſi deceſſerit ſine liberis legitimè ꝓcreatis,vel ex legitimo matrimonio, tamen hæc dubitatio ceſſat,in legitimato per ſubſequens matrimonium, qui ſine dubio excludit in dicto caſu ſubſtitutum. Rip. in l. ex facto.ff.de vulgari. num.47.& in l.ſi vnquam. C.de reuoc. donatio,num. 86. poſt Caſt.in l. fin.C.de his,qui veniam ætati.Boer.dec.159. num.20.vide Franc.Mant.de coniect.vlt.volunt.lib. 11.tit. 12. Dec.conſil.155.quod limita,vt per Excel.D.P.Teſſau.dec.196.ſed quid in legitimatis per matrimonium contractum in mortis articulo, an excludant ſubſtitutum,vide Mant,ibi.tit.13.fol.280.

Facta ſubſtitutione, ſi deceſſerit ſine filijs legitimis,& naturalibus, an ſpurius legitimatus excludat ſubſtitutum,vide Afflict.deciſ.386. Caſtren. in l.fin. C. de his, qui veniam ætati, Iaſ.in l.2.C.de iure emphi.Rip. in l. ex facto. ff.de vulgari,num.24.& Alex.ibid.

Quòd etiam legitimatus per reſcriptum Principis,faciat deficere fideicommiſſum, & in totum excludat ſubſtitutum,ſcribũt Gaſp. Cabal.milleloq.79.Dec.conſ.365.366.& 399. ſed quando hoc verum ſit, & procedat,vide per Franciſ. Mant. de coniectu.vltim.volun. lib. 11.titul. 10.

An legitimatio ſaltem debeat mentionem facere de ſubſtitutionẽ, vide Mant.ibid.tit.12. num.14.Raud.tract de Analog.cap.36.num. 30.& an ſubſtitutus tempore legitimationis debeat citari, vide Mant.ibid. qui concludit pro parte negatiua, ita quoque tenet Raud. tracta.de Analog.cap.36.num. 29. vide & ca. 37.& 39 Rol.conſ.67.vol.3.num.56.

Ex quibus coniecturis colligi poſsit teſtatorẽ non voluiſſe legitimatum excludere ſubſtitutum,vide per Raud.ibidem nu.49.& Menoc. conſ.164.lib.2.

De ſententia pro nepotibus legitimatis contra patruum in materia fideicõmiſsi,vide Raud, tract. de Analog.cap.36.num.102.

Quando legitimatus nõ excludat ſubſtitutum, vide Dec.conſ 436.& conſ.557.

Legitimatus per ſubſequens matrimonium nõ excludit fideicommiſſarium,in fideicommiſſo facto ſub conditione,ſi grauatus deceſſerit ſine filijs ex legitimo matrimonio ꝓcreatis,nam legitimatus per ſubſequẽs matrimonium non poteſt dici natus ex legitimo matrimonio.Natt.conſ.602.Rol.conſ.100.vol.2.

Idem ſi dictum ſit in ſubſtitutione, ſi deceſſerit ſine liberis legitimè procreatis.Natt. conſil. 634.contrarium tamen tenet Menoch. conſ. 225.& 227.num. 31. quid,ſi ſolùm eſſet facta ſubſtitutio ſub conditione, ſi deceſſerit ſine filijs legitimis, & naturalibus,vide Rol.dict. conſ.100.num. 47.vol.2.Menoch.conſ. 16.li. 1.& conſ.66.lib.3. Rol. conſ. 67. vol. 3. quod limita,quando eſſet ſubſtitutus aliquis ex deſcendentib.teſtatoris. Menoc.cõſ.318.nu.18.

In hac q̃ſtione, an legitimati excludãt ſubſtitutum diſtinguẽdi ſunt duo caſus: Primus erit, quando teſtator inſtituit, & ſubſtituit filios legitimos,& naturales expreſsè excludendo illegitimè natos,vt conſtet voluntatem teſtatoris fuiſſe, quòd non admitterentur legitimati, & hoc caſu non excludunt ſubſtitutũ. Menoc.conſ.20.num.27.& 28.vol. 1.

Secundus caſus erit, quando teſtator non excludit illegitimos, ſed ſimpliciter vocat, & ſubſtituit legitimos,& hoc caſu Princeps poteſt auferre illud impedimentum illegitimationis, atque ita poteſt facere, vt illegitimè nati ſint legitimi, & hæredes,& ſub ea ſubſtitutione comprehenſi à teſtatore dicantur, Menoch.d.conſ.20.

Legitimatus non facit deficere fideicommiſsũ factum,ſi grauatus deceſſerit ſine filiis legitimis, & naturalibus,qui nullam habeant maculam in natiuitate,& origine. Menoc. conſ. 202.num.155.lib.3.

Clauſula,ſi deceſſerit ſine filijs ex legitimo matrimonio natis, non verificatur in filio legitimato ab Imperatore. Bar.conſ.75.vol.1.

Vide de materia ſup.tit.prox.

De donationibus propter nuptias, & lucro nuptiali dotis viro competenti.

MVlier non poteſt de lucro dotis viro competenti ex forma ſtatuti, vel ex pacto diſponere,i eius præiudicium.Ozaſc.deciſ.Pedem.29. vide Perillu.D.P.Teſſa.dec. 106.

Statutum loquens de dote data, an habeat locum in dote præſumpta,nempe ſi mulier nubat traditis bonis ſuis viro,nulla facta conſtitutione dotis,vide Ozaſ.dec.21.Ioſ.Lud. deciſ.Peruſ.99.par.2,Menoc.cõſ.5.& Bar.in ſuis quæſtio.q.7.

Statutum loquens de dote data habet locum etiam in dote promiſſa. Ozaſ.d.deciſ.21. nu. 5.Guid.Pap.q.165.Boer.dec.22.nu. 7. Mago. deciſ.86. Rot. Flor.Math. Math.ſing.73.Bar. in l.14.§.ſanè.C.de Sacroſan.Eccl.& cõſ.132. Gail.

Gail.obſer.79.lib.2.vide Capi.deci.176.num.31.Guid.Pap.q.274.Myſing.obſer.110.cent.5 & muliere non cognita.vide Boer.d. dec.39.

Quando ſtatutum expreſsè faceret mentionem de dote ſoluta,non haberet locũ in promiſſa,niſi ex communi vſu loquendi dos promiſſa,pro data acciperetur, vel qui ſoluere debebat dotem fuerit in mora ſoluendi, nam his duobus caſibus,hoc ſtatutum habet etiam locũ in dote promiſſa.Gail.obſer.79. nu. 3.li.2 vide Pap.lib.15.tit.4.arreſt.13. Crau. pro genero.conſ.1.num. 267. vide Iaſ.de actio.in §. fuerat.num. 127.

Statutum,vel pactum diſponẽs de lucro dotis, habet etiam locum in vxore deſponſata per verba de præſenti,nondum tamen cognita, neq; ad domum traducta.idem Gail.obſeru. 80.lib.2.Boer.deci 39.vide Myſing obſer.78. cent.6 vbi ſcribit hanc opinionem eſſe controuerſam,& indigere deciſione Cæſarea,vide Math.Matheſ.ſing.74 Abb conſ.1.lib.1.& conſ.79.lib.2.Afflic.dec.61.nu.4.& Bart. in l. nihil.ff.de actio.rer.amot.

Limita primò concluſionẽ,in minore ſeptẽnio ſpõſata per verba de præſenti, & ad domum traducta. Gail.d.obſer.80.lib. 2.

Secundò limita,ſi culpa mariti non fiat traductio ad domum,vel matrimonium non conſumaretur per cohabitationem,& copulam, ibi. Gail.nam matrimonium non conſumatum culpa viri,habetur ac conſumatũ fuiſſet quo ad lucrum antiphati.Gram. dec. 97. nu. 88.& pactum de lucranda dote, habet locũ, etiam ſi matrimonium non fuerit conſumatum.ibid.num.89.

Tertiò,in marito natura frigido, & impotente. Gail.ibi d.obſer.80.

Priuilegia dotibus,& vxoribus conceſſa,ampliantur etiam vxores per verba de futuro. Afflict.dec.61.num.5.

Donatio propter nuptias conſtituta per maritum,non debetur vxori poſt mortem viri,dote promiſſa,& in termino non ſoluta, & vbi minus ſoluerit mulier de dote, quàm promiſerat, minus lucratur de donatione propter nuptias, & ea gaudebit ſolummodo pro rata quantitatis ſolutæ dotis. Afflict.deciſ.242.Gramma dec.97.& dec.103. nu. 171. Guid Pap.q.274 Marc.q.17.par.2.Iaſ. de act. in §.fuerat.nu.126 D. Sola in ſuis comment. glo.ſuper 1.parte decreti, Blanche.ti.de feu. num. 18. Dec.cõſ.644. & Natt.conſ.258. ſed hæc iuris cõcluſio videtur alterari ex forma inſtrumentorum dotalium.Guid.Pap.q.434. & 565. ſecùs ſi maritus deceſſerit ante tempus ſolutionis conuentę, nam tunc debetur totum augmentum.Affli.dec.353.Guid. Pap. q.430.& q.565.Boer.dec.22.nu.6.17.21. & ſequent.Rol.conſ.10.vol.1. ſed quid,ſi ab alio, quàm ab vxore dos fuerit promiſſa, an tunc debeatur augmentum vxori,etiam dote non ſoluta in termino, vide Boer. d.deci.22.n.17.

Si nulla dos à principio mulier promiſerit,& vir nihilominus fecerit donationẽ propter nuptias,tunc valebit talis donatio,quia hoc in caſu illa nullam reſpicit dotem ; ſecùs in caſu ſupraſcripto. Affl.d.dec.242.

Conſumatum intelligitur matrimonium ex cõcubitu,licèt verè non fuerit vxor cognita.Boer.deci.22.nu.36.

Dotem lucratur vir,ſi per vxorem ſteterit, quò minus conſumaretur matrimonium. Boer.d. deciſ.22 num.39.

Matrimonio nullo declarato, an donationes factæ inter ſponſos teneant,vide Vincen. de Franc,deciſ.52.

Statutum de lucro dotis non habet locum in matrimonio ſoluendo propter maleficium, impotentiam,aut affinitatem, licèt vxor moriatur ante diſſolutionem.Borg. dec. 18. nu. 24.par. 2. lucratur tamen fructus.ibi.nu.25.

Si in domum mariti mulier ducta ſit, vt cum ea coniungatur,ſi ante coniunctionem deceſſerit maritus, partem dotis (quæ ſibi ratione ſtatuti debetur)lucrari debet.Dec.conſ.540. num.13.vide plenius conſ.577.Hip.ſing.106. Natt. conſ.282. ſecùs ſi nondum ducta ſit in domum, licèt nupta per verba de præſenti ; ſed non cognita.Hip.d.ſing.106.

Mulier, quæ non dedit dotem,non poteſt petere donationem propter nuptias. Caſſan.in conſuetu.Burg.tit. *des droicts.* Rub.4.§.2.gl.3.

Valet conſuetudo,vel ſtatutum, quòd maritus, aut vxor, certum quid poſt mortem alterius lucretur. Caſſan.ibi.§.6.glo.2.ſed an hęc conſueto habeat locum in coniuge de præſenti,copula nondum ſequuta, vide Caſſan ibid.gloſſ.2.

Statutum loquẽs in dote data,vel promiſſa, locum non habet reſpectu lucri dotis confeſſæ ; quia aliud eſt dos data, vel promiſſa, & aliud dos confeſſa. Rol.conſ.46.vol.4.

An ſtatutum de dote per maritum lucranda,habeat etiam locum in iocalibus,& corredo,& quid,in paraphernalibus magni valoris immobilibus,vide Excel.D P.Teſſa. deciſ. 195. & quid,ſi lucretur dos virtute cõſuetudinis, ibi.nume.fin.

Maritus,qui non ſuſtinet onera matrimonij,nõ poteſt dotis partem ex pacto, vel ſtatuto lucrari.Ozaſ.deci.21 num.17.

Maritus,ſi non apparet ſe feciſſe donationem, propter nuptias expreſsè,vel tacitè vxori,dimidiam dotis ex ſtatuto debitam nõ lucratur.

tur. Ozaſ. deciſ. 31. num. 21. quando aliàs maritus priuetur hoc lucro, vide Boer. dec. 244. num. fi. Dec. in l. 1. C. vnde vir, & vxor. num. 9. Abb. conſ. 85. par. 2. nu. fin. tamen dotis ſimples cõſtitutio valet, ſine pacto de aliquo lucrando. Boer. deciſ. 113.

Cõſtitutio dotis facta per tutorem pupillæ ſuæ ſine decreto redditur nulla: ideò ex ea maritus ex forma ſtatuti nihil lucrari poteſt, niſi per Iudicem fuerit prounnciatum ſuper congruitatem dotis, illam declarando. Mago. deciſ. 34. Rot. Floren. tamen donatio ſponſalitia non immoderata prætextu ætatis, non renocatur. l. 1. C. ſi aduerſ. donat.

Matrimonio nullo declarato propter aliquod impedimentum, lucra matrimonialia prouenientia ex pacto, vel ſtatuto nõ reſtituũtur, quando alter coniugum ignorabat impedimentum. Caſſa. in conſue. Burg. tit. *des droicts*. Rub. 4. §. 2. glo. 2. nu. 5.

Si minuitur dos conſtante matrimonio, neceſſariò eſt minnẽda donatio propter nuptias, proportionabiliter. Hart. Hart. c. 9. ti. d dote.

Maritus priuatur lucro dotis, ſi propter ſuam culpam, vel negligentiam vxor moriatur. Menoch. conſil. 256. libr. 3. idem ſi non ſuſtinuerit onera matrimonij. Hippol. ſing. 514.

Maritus, ſi ſtatuto permittente occidat vxorẽ in adulterio deprehenſam, videtur renuntiaſſe lucro dotis, quod ob illud adulterium habere debebat; ſecùs ſi illud dẽbatur ex forma ſtatuti, vel pacti. Math. Matheſ. ſing. 72.

Lucrum oneroſum, non lucratiuum dicitur, lucrum dotis à ſtatuto conceſſum, præmoriente vxore viro. ibid. in addit.

Statutum loquens de lucro dotis, in clandeſtino matrimonio locum non habet. Auguſt. Bero. in ſuis quæſtio. q. 107.

Vbi principale non tenet, nec acceſſorium, & per conſequens, vbi matrimonium eſſe non poteſt, neq; donatio propter nuptias. c. 5. ex. de donatio. inter vir. & vxor. & pactum de lucranda dote non valet, ſi matrimonium non ſequatur. l. 1. C. de cond. ob cauſ.

Lex nunquam fingit donationem, quando matrimonium non ſequitur. Bartol. in l. 23. ff. ſoluto matrimonio.

Marito non vendicanti mortem vxoris occiſæ, aufertur portio dotis, quam dẽbat lucrari ex forma ſtatuti. Bart. in l. 15. §. cum ex parte. ff. ad Senatuſcõnſ. Sylla. & in l. 21. ff. de his, quibus, vt indig. legat. aufer.

Vir reputatur indignus, ſi probetur, quòd ante teſtamentum verberauerit vxorem. Bart. in l. 3. num. 16. ff. ſi quis aliquis teſtari prohib.

Ex matrimonio reprobato lucra nuptialia non procedunt, ſed veniunt potius confiſcanda: Idem in donatione. l. 4. C. de inceſt. nup.

Muliere condemnata propter delictum, an maritus lucretur dotem, vide l. 3. & ibi glo. & l. 4. & 5. ff. de bonis damnato.

Statutum de lucranda dote, habet etiam locũ, vbi non fuit expreſsè conſtituta, ſed tacitè. Menoch. conſ. 4. vol. 1. & donatio propter nuptias ſtatim videtur cõſtituta ipſo iure, cum vir dotẽ recepit. Bar. in l. ſi cõſtãte. n. 76. ff. ſol. matr. vide Clar. in ſua pract. §. donatio. q. 11.

Maritus priuatur lucro dotis eo, quòd vxor reperitur noctu occiſa. Boer. deci. 261. vel ſi ipſe illam interfecerit. Marc. de Mant. ſing. 413.

Pactum de dote, aut eius parte lucranda valet, & tunc licèt maritus dederit licentiam vxori, vt poſſit liberè teſtari, tamen hæc licentia reſtringitur ad partem dotis non donatam, quam promiſit reſtituere maritus, & non ad aliam. Boer. deciſ. 244. Marc. q. 130. & q. 131. par. 2. & quo in caſu maritus, qui ꝓmiſit exequi teſtamẽtum vxoris non tenebitur in eo, quod vltra debitum ipſa reliquit. ibid.

Dotem ĩtegram ſi ꝓmiſerit maritus reſtituere, an poſſit partem ex ſtatuto ſibi delatam retinere, vide Boer. d. dec. 244. nu. 8. quòd tunc nihil lucretur, ſcribit Hipol. ſing 687.

Quando maritus promiſit totam dotem reſtituere, non eſt locus ſtatuto deferenti lucrum dotis eidem. Rot. Genu. dec. 58. num. 8. Natt. conſ. 108. aliàs licèt maritus promiſerit reſtituere dotes ſimpliciter, non cenſetur renunciaſſe lucro ſibi debito ex forma ſtatuti; qđ tamen non procedit, quando ſit promiſsio verbis vniuerſalibus, vt ſi promittat maritus reſtituere totam dotem, Crau. cõſ. 294. & Menoch. conſ. 256. lib. 3.

Non cenſetur etiam renunciaſſe dicto lucro, qſi ꝓmiſit reſtituere hoc modo, quos florenos, puta mille (ad quos aſcendebat dos) promiſit reſtituere. Menoch. d. cõſ. 256. lib. 3. nu. 25.

Quando maritus promiſit reſtituere dotẽ ſimpliciter in omnem caſum, & euentum reſtitutionis ipſius, ex tali promiſsione facta ſimpliciter, lucrum dotis remittere nõ videt̃. Dec. conſ. 196. & 402. vide Natt. conſ. 108. Tom. 1.

Maritus lucrans partem dotis, an teneatur ad legata vxoris, & malè illam tractãs, an perdat lucra dotis, vide Boer. deciſio. 244. numero 11.

Mulieri exiſtenti in infirmitate maritus tenetur ſubuenire de alimẽtis, medicinis, & omnib. neceſſarijs, aliàs nõ poteſt, neq; ex pacto, neque ex ſtatuto dotem lucrari. Cabal. milleloq. 531. Caſſan. in conſuetud. Burgond. tit. *des droicts*. §. 9. gloſſ. 7. imò maritus vxori ægrotanti medium imperitum adhibens, ea defuncta, lucro dotis carere debet, ac ſi

ſuis ipſam manibus occidiſſet. Pet.Roy.dec. 1.Litua.nu.65.in dec.diuerſo.idem ſi medicū non adhibuerit.ibi.num.71.

Vxor mortuo viro, & ſuperſtite filio, vſumfru-ctum donationis propter nuptias tantùm lucratur,qui(mortua vxore)conſolidatur proprietati ad vtilitatem liberorum,vt liberorum,non autem,vt hæredum.Affl.dec. 37.nume.fin.Viuc.de Franc. deciſ. 182.num.4. etiā ſi non ſint hæredes patris. Afflict. deciſ.314. vide tamen eundem Afflic.deci.291.

Vxor per tranſitum ad ſecunda vota, vbi non ſunt filij primi matrimonij non perdit ea, quæ habuit à marito præmortuo. Afflic.deciſ.61. nume. final. ſecùs ſi extant liberi primimatrimonij.Boer.dec.201.vide ſup.tit.de pœnis ſecundò nuben.

Filij lucris nuptialibus priuari non poſſunt.Afflict.dec.111.num.12.

Soror vterina præfertur proximioribus agnatis ex parte patris in ſucceſsione antiphati.prouenti ex matre,tanquam cauſa proxima, licèt proueniat ex patre tanquam cauſa remota; quia cauſa proxima inſpicitur. Afflict. deciſ. 127.

Dotium augmentum in pecunia conſiſtētium, non præbet vxori electionem ad vſumfructum, ſeu vſuras ipſius augmenti,ſed eius vita durante debet habere penes ſe dictū augmentum,præſtita cautione de reſtituendo poſt eius mortem. Afflict.deciſ. 291.vide tamen Capic.dec.65.Gramma.dec.97. nu 91.

Augmenti vſusfructus ratione moræ non debet ſolui à filiis:quia hoc eſt prohibitum de iure Canonico.Afflic.ibi.vide Capi.dec. 65. Grā. deci.97.num. 99.

Dotis dimidiā,an maritus retinere poſsit, pro lucro, mortua vxore, cū liberis ex alio viro, an verò tota vti frui poſsit cum cautione de reſtituendo poſt mortem, & de conſuetudine huius patriæ circa hoc,vide Excel.D. P.Teſa.deciſ.183.

Vidua ad hoc,vt poſsit habere ea, in quibus ſolùm habet vſumfructum, tenetur illa perere Prætore auctore,& datis fideiuſſoribus de reſtituendo proprietatem. Ioan. Pap.lib.16.ti. 4. arreſt.16.Rot.Auenio.deciſ.84.in deciſ.diuerſo.& etiā propter nuptias non poteſt minor alienare rem non alienabilem ſine decreto.l.8.C.de præd.minο.

Mediator, qui fecit matrimoniũ, & cõuenit de dote, ac illam promiſit,non tenetur de ſuo ſoluere; ſed poteſt de bonis vxoris, vel eius patris ſoluere, & ita præſumitur promiſiſſe. Borg.Caual.deciſ.5. de contract.

Dos bis promiſſa, nempe primo,& ſecundo marito,ſemel tñ dẽt ſolui.Pap.lib.15.tit.4.arreſt. 4.Menoch.cõſ.370.lib.4. Guid.Pap.ſing.281. & ſi plus pater promiſit,cenſetur promiſiſſe de bonis relictis ipſi filiæ,per primum virum. Menoch.d.conſi.370.lib.4.

Vbi apparet de promiſsione vſurarũ, præſumitur promiſsio dotis præceſsiſſe.Bald.ſing.22.

Ne fideiuſſores, vel mandatores pro dote dentur.

REgulariter fideiuſſores ꝓ dote conſeruanda, vel reſtituenda non dátur: fallit, quádo mulier ſcienter, ac prudens contraxit matrimonium cum viro inope, tunc quia conſtante matrimonio non datur repetitio dotis, poterit mulier exigere á viro cautionem de dote conſeruãda, & reſtituẽda. And. Gail. obſer. 84. lib. 2.

Alia eſt limitatio, quãdo quis principaliter obligat ſe vnà cum marito tanquam correus, ad reſtitutionem dotis. Gail. ibi. nu. 11. Petr. de Rauen. ſing. 606 Bar. in §. quoque. Authẽ. de nupt. & in l. 3. C. de dote caut. non numer.

Licèt pro dote reſtituenda non poſsint dari fideiuſſores, tamen pro dote ſoluenda poſſunt dari. Gui. Pap. ſing. 485. Bar. ĩ d. §. quoq;.

Fideiuſsio præſtita de dote conſeruanda, an ſit metur iuramento, vide Bar. in l. 57. nu. 9. ff. de fideiuſ. & mandato. Guid. Pap. q. 150. tenet partem negatiuam. Ioſ. Lud. deci. 57. Peruſ. tenet affirmatiuam, quòd tali iuri prohibitiuo non poſsit renunciari, ſcribit Bar. in d. l. 57. ff. de fideiuſſo.

Pignora, & fideiuſſores poſſunt dari pro dote reddenda. Bar. in l. 45. ff. de ſolut. & libera.

An, & quando poſsit dari fideiuſſor pro dote, vide eundem Bar. in l. 24. ff. de re iudica.

De iure dotium in genere.

MVlier de dote ſua diſponere nõ poteſt, vbicunque illa, vel illius pars ex contractu, vel ex ſtatuti diſpoſitione, ad aliũ peruenire debet. Ozaſ. deciſ. 20.

Dotis datio ex longa poſſeſsione ſecundi viri prędiorũ, in ſolutum dotis nomine datorũ, probatur. Ozaſ. deciſ. 21. num. 6.

Fundus datus loco quantitatis debitæ pro dote, dotalis eſt. ibi. num. 7.

Adminiſtratio lõga bonorum vxoris cum eius participatione, habetur pro traditiõe. ib. n. 8.

Pater officio Iudicis cogi poteſt ad recipiẽdã, & recognoſcendam dotem pro filio. Ozaſc. deciſ. 44. num. 6.

Mater, & auus maternus non tenetur dotare filiam, vel neptem, niſi ex magna, & probabili cauſa. Ozaſ. deciſ. 107. nu. 5. vide Menoch. de arbitra. lib. 2. caſ. 460. tamen mater dotare filiam, tenetur ſecundum ſuas facultates, vbicũq; pater inopia laborat. Ozaſ. d. deciſ. 107. nu. 9. Paul. Aemil. deciſ. 273. par. 2. Iaſ. de acti. in §. fuerat. nu. 116. vide Ioan. Bacan. ſing. 8. mater an teneatur dotare filiam diſtingue, vt per Boer. dec. 129.

Bona matris ſuppoſita fideicõmiſſo poſſe alienari pro dote filię (patre inope exiſtente) ſcribit Menoch. de arbitra. lib. 2. caſ. 460. nu. 7.

Filius non tenetur dotare matrem. Ozaſ. deciſ. 124. vide Boer. dec. 129. Pet. ď Raue. ſing. 196

Pater dote filiæ ſuę ſemel conſtituta, iterum dotare non tenetur, vbicunque eius culpa, & facto amiſſa fuerit dos prima. ibi. n. 5. Menoc. de arbitra. lib. 2. caſ. 182. & conſ. 370. num. 15. aliàs ſecùs. Gome. Leo. deci. 15. ĩ deci. diuerſo. Raud. tract. de analog. cap. 12. nu. 33. Guliel. de Ludo. ſing. 110.

Frater tenetur dotare ſororem. Guid. Pap. q. 96. in fin. vide Excel. D. P. Teſſa. dec. 192. Affl. deciſ. 371. Boer. deci. 139. Gome. Leo. dec. 15. in deciſ. diuerſo. Bar. in Rub. proęmi. ff. orum. nu. 14. ſi aliundè nõ poſſet ſe dotare. Capel. Tholoſ. q. 290. in additio. Vincen. de Franc. deciſ. 87. num. 12. Iaſ. de actio. in §. fuerat. num. 105. Guid. Pap. ſing. 479. Natt. cõſ. 658. Io. Bacan. ſing. 8. & Abb. conſ. 50. lib. 2.

Frater an teneat̃ dotare ſororem, etiã vterinã, vide Boer. deci. 129. & frater Clericus tenet̃ de reditibus Eccleſię. ibi. nu. 8. Capel. Tholo. q. 290. in additio.

Iudex qualiter poſsit ex officio cogere patrẽ, ad filiã maritandam, vide Boer. deciſ. 130. & ad ipſam dotandam, vide Capell. Tholoſ. q. 291. Gail. obſer. 95. lib. 2.

Filiæ cognati inſtare poſſunt, vt pater eam maritare cogatur. ibi. num. 6. nam dotem filiæ aſſignare tenetur pater neceſsitate legali. Menoch. de arbitra. lib. 2. caſ. 182. num 67.

Pater tenetur dotare filiam ſine ipſius conſenſu nubentem, ſi ſecundum ſuam dignitatem nupſerit. Boer. deciſ. 130. num. 8. aliàs ſecùs, vide And. Gail. obſer. 95. lib. 2. Caſſan. in conſuet. Burg. tit. *des iuſtices*. §. 4. gloſſ. 3. num. 16. vide Papon. lib. 15. tit. 4. arreſt. 22. Iaſ. de actio. in §. fuerat. num. 97. Mat. Matheſ. ſing. 105. Hartm. Hartm. c. 2. tit. de dote. lib. 1. quando hoc ꝓcedat, vide Capel. Tholo. q. 290. quòd teneat̃ etiam ſi nupſerit ipſo patre contradicente, ſcribit Abb. conſ. 20. lib. 1. idem in fratre, qui patri ſuccedit. ibid. tũc etiam tenetur ad id, quod eidem filiæ in tempus nuptiarum eſt ꝑ alium relictum. Boer. d. dec. 130. nu. 9. ſed nõ tenetur pater dotare filiam ingratam. Petr. Gerar. ſing. 1.

Dotare obligatus, niſi ſemel tenetur. Boer. deciſ. 141. tamen an pater filiæ emancipatæ, vel ſecundò nubenti, dotem ſoluere debeat, vide Boer. deciſ. 130.

An pater teneatur dotare filiam naturalem, vide

de Iaſ.ibi.nu.104.& 120.& ſupra tit.de natur. libert.& in quibus caſibus pater nō teneatur dotare filiam.vide Iaſ.ibi.num.112.

Dos ad patrem reuerſa,vel donatio propter nuptias debet eſſe præcipuè illius filiæ,pro qua data fuit,extraneis inſtitutis; ſed quid,ſi alij filij fuerint inſtituti,vide Bar.ſing.154.

Viduæ ſecundò nubenti, aut Religionem ingredienti pater tenetur ſuam primam doté dare.Boer.deci.130.nu.7.nec poteſt eam minuere. Boer.deci.136. Dec.conſ.35.neq; adimere.l.2. & 7.C.ſolut.matrimonio.

Auus paternus tenetur dotare neptem,ſi filius fuerit ſoluendo;aliàs ſecùs.Capel. Tholoſ. q. 290.in additio.Crau.conſ.219.vide Iaſ.de actio.in §.fuerat.num.103.

Hæres patris cogitur dotare filiam.Bar.in l. 32. §.ſi voluntate.ff.ſolut.matrimo.

Mulier inuito patre poteſt ſe dotare.Iaſ.de act. 94.in §.fuerat. num. 99. quid in filia habente de bonis proprijs, an pater teneat. vide Iaſ. ibi.num.10.& 105.

Pater,qui maritauit filiam ſine dote, nō poteſt amplius cogi ad illi dandam aliquam doté. Math.Matheſ.ſing.105.

Filia,quæ peccauit in corpus ſuum, an debeat dotari à patre,vide Pet.de Rauen.ſing.197.

Adulta agit contra curatores,vt conſtituāt ſibi dotem.l.9.C.de adminiſt.tuto.vel curato.

Dotes vbi arbitrio boni viri conſtituendæ ſūt, qualitates filiæ,quæ dotanda eſt, & facultates ipſius dōtantis inſpiciendæ ſunt, ita tamen, vt minores congruis alimētis nō ſint, quibus dotes æquiparantur.Ozaſ.deciſ.107. num.6.nam dos incerta debet declarari pro modo facultatum, & dignitate perſonarum. Ioſ.Lud.deci.Peruſ.99.par.2.

Virginem corrumpēs quas dotes illi conſtituere teneatur,vide Ozaſc.deciſ.107.num.10.

Argumentum de dote ad alimenta, an in iure receptum ſit,vide Afflict.deci.111.nume.10. & Ozaſc.deciſ.124.nu.3.

Dotis conſtitutio dato, quòd ex matrimonio contracto procedat,nihilominus voluntaria non dicitur.Ozaſ.dec.168.num.19.

Dos promiſſa conſtitui per virum ignobilem, vxori nobili debetur ab hæredibus viri, matrimonio per verba de præſenti contracto, etiam copula non ſecuta.Afflic.dec.61.

Maritus poteſt pro dote vxoris bona filij hæredis aliunde quæſita obligare, & ipſe filius tenetur ad reſtitutionem,ſi nullū fecerit inuentarium, vel minus iuridicè fecerit.Affl.deci. 111.num. 15.

Dotis contractus non venit,in generali cōtractuum reuocatione.Afflic.ibid.

Pactum, per quod dotis conditio fit deterior non valet in eius præiudicium.Affl.dec. 154.

Mulier non poteſt ſibi in dote præiudicare ob vtilitem publicam, quo ad fructus dotis,& paraphernalia,etiam adhibito iuramēto,vide Ioſ.Lud.deci.21.nu.12.Luc.

Dos dicitur patrimonium mulieris, & dotis capitale non poteſt minuere maritus in vxoris præiudicium. Ioſ.Lud.deci.21. Luc.nume.56

Dotis cā priuilegiata eſt, non ſolùm propter mulieres, ſed etiam propter fauorem Reipu. qui vertitur in liberis procreandis.l.1.ff.ſoluto matrim.ideò dotis fauore ſufficit pro ratione dicere,ſpeciale eſt in dote. Mago. dec. 76.nu.fin.Rot.Floren.nam dotis cauſa eſt fauorabilis, & in dubio pro ipſa iudicandum eſt.Fel.conſ.20.num.fin.

Mulier ſecundò nubens, & donans in dotem omnia bona ſua præſentia, & futura,cū clauſula conſtituti, ſi ſuper hæreditate ſibi obuēta poſtea tranſigat cum alijs, an præiudicet marito,vide Creſen.deciſ.1. aliàs 203.tit. qui filij ſint legit.

In generali ſermone non comprehenditur cauſa dotis, etiam ſi agatur de præiudicio fiſci. Raud.de analog.cap.33. nu. 12. ſecùs in vniuerſali, nam ſtatutū generaliter loquens nō comprehendit cauſam dotis; ſecùs quando ſtatutum loquitur,verbis vniuerſalib. Crauc. conſ.294.& in ambiguis pro dotibus reſpondendum melius eſt l.86.ff.de reg.iur.

Dos congrua in non maridata poteſt eſſe vltra legitimam;ſed in maritata dos erit,vt legitima,& minus eſſe non debet.Afflic.dec.160.

Dos,vt dici poſsit congrua ſex requirunt.Grāma.deciſ.101.nu.28.vide Excel. D. P. Teſſau. deciſ. 192.

Donatio filiæ facta per patrem præſumitur legitima, niſi de contrario apparere poſsit. ibid.Gram.num.40.

Filia vbi eſt vnica, & vnicus maſculus, debet pinguis dotari, vt non ſit dos minus legitima.Gramm.deciſ.101.num.51.

Filia dū maritatur à patre reſeruatur à iure eidem patri arbitrium in conſtitutione dotis, cùm nemo alius bonus vir melius arbitrari poſsit pro filia,quàm pater.ibi.num.68.

Filiæ incompetenter dotatę,officio Iudicis ſuccurritur.ibi.num.71.

Dos fœminę quantā debeat eſſe,quando ſtatutum prouidet,quòd non ſuccedat; ſed dotetur,vide Bar.in l.41.de legat. 3.

Dos dicitur legitima ſecundum qualitatem mulieris.Abba.conſ.115.lib.2.

Dos ſecundum perſonarum merita conſtituitur.§.quamobrem. Authen. de reſtitu. & de ea quæ,& arbitrio boni viri dos conſtituitur, dignitate,facultatibus teſtatoris, & numero libero-

liberorum inſpectis.l.41.de lega.3.

Extraneus,qui non dedit dotem tribus modis pôt adhiberi ad illam ſtipulandam, & ſibi reddẽdam, de quibus vide per gl.fin.in l. 12. ff.de dote præleg.

Filia petere non poteſt ambas dotes,ſi pater eã ſecundò nubentem dotet,non facta mentione de prima dote.Guid.Pap.q.375.quia prima dos includitur in ſecunda.Boer.dec.136. & dos bis promiſſa,nempe primo, & ſecũdo marito,ſemel tantùm debet ſolui.Papon.lib. 15.tit.4.arreſt.4.Menoch.conſ.370.lib.4.Gui. Pap.ſing.281.

Mulier nubendo videtur bona ſua in dotem conſtituiſſe,traditione tamen interueniẽte, vide Ioſ.Lud.deciſ.Peruſ.99. par.2. ideò quia nomina non traduntur ; ſed ceduntur , non videntur conſtituta iu dotem. Guid. Pap. q. 499.vide Marc.732.part.2.& Aliás licèt mulier omnia bona ſua in dotem expreſsè dare poſsit , tamen nubendo nulla dote conſtituta,tacitè non cenſentur in dotem data , & tunc ipſa mulier poſſet diſponere de bonis ſuis inuito marito , qui hoc in caſu inuita vxore non facit fructus ſuos. Gail.obſer.82.lib.2.vide Dec.conſ.521.nu.10.Caſſan. in conſuet.Burg.tit *des droicts*.§.24.gl.3. Hip. ſing.588.Bar.in l.25.num.78.ff.ſolut.matrim. in l.67.§.vxor ff.eo.& in ſuis quæſt.q.7.Abb. conſ.46.Hart.Hart.cap.7.tit.de præſum.lib.1. limita concluſionem in muliere ad ſecũdas nuptias conuolante,nam illa ſi primo marito certam dotem dedit,cum eadem dote,in dubio nubere præſumitur.Gail.ibi.nu.7.quia diſpoſitio legis reputatur factum hominis. Ozaſ.deciſ.21.etiã extantibus liberis ex primo matrimonio, quod non procedit in donatione propter nuptias.Natt.conſ.571.

Bona paterna alienata in tertium poſſeſſorem, an tranſeant cum onere paragij filiæ debiti , & paragiũ eſt legitima,vide Affli.deciſ.162.

Dotare filiam pater tenetur,& pro dote legata bona teſtatoris (etiam alienata poſt mortẽ) ſunt tacitè hypothecata.Afflic.ibi.num. 6.

Inſtrumentum dotale debet celebrari ſecundũ conſuetudinem loci mulieris,in quo fit contractus;ſecùs eſt in dotis repetitione , in qua attendit cõſuetudo loci viri.Afflic. deci.226

Quando ſimpliciter fit ęſtimatio bonorum datorum in dotem, & non fuit dictum,quòd in reſtitutione reſtituantur dicta bona,ſed ęſtimatio ipſa,tũc maritus videtur emiſſe, & omne augmentum ad ipſum pertinet; ideò in reſtitutione ſolùm tenetur ad ipſam ęſtimationem;ſecùs ſi bona eſſent data in dotem æſtimata,vt non ignoret valor ſolummodo.vide Afflic.deciſ.270.& Iaſ.in §.omnium. num.80.

Fallit,ſi tẽpore traditionis rei dotalis æſtimatæ vxor eſſet decepta, tunc enim ſuccurritur mulieri.ibi.Afflic.d.deciſ.270.num.fin.

Dotis cauſa eſt pia.Afflic.deci.371.Gram.deci. 193. num. 137.

Viro inopi ſoluitur dos,data p eum cautione , vel pecunia ponitur ad honeſtum lucrũ penes mercatorem.Capic.deciſ.65.nu.8

Mulier debitrix,ſi dat in dotẽ omnia bona ſua, intelliguntur data deducto ære alieno:ideò ſententia lata eo in caſu contra ipſam mulierem,mandatur executioni ſuper ipſis bonis, marito tamen denuò citato.Capic. dec. 128.

Vir durante matrimonio lucratur confiſcationes, condemnationes , & mulctas caſtri pro dote dati,cum expreſſa iuriſdictione.Capic. deciſ.185.vide Boer.deciſ.180.Pap.lib.15.tit. 4.arreſt. 5.nam dos datur pro oneribus matrimonij,& illis dẽt deſeruire.Borg.Caual.deciſ.5.num.3.part.2.de contract. ideò maritus eſt dominus fructuum ipſius:tamẽ poteſt renunciare lucro dotis, quæ renunciatio à creditoribus ſuis non poteſt reuocari.Ioſ.Lud. deciſ.21.Luc.nu. 56.

Prædium in dotem cõſtitutum non dicitur dotale , niſi tradita poſſeſsione : ideò interim maritus ante traditionem non lucratur fructus dicti prædij dotalis.And.Gail.obſer.79. libro 2 .

Dos licèt ſit data ſocero,ſi ille pmittat filio pcipere fructus,intelliguntur donati, etiam ſi ſocer ſuſtineat onera matrimonij. Pet.de Rauen.ſing.160.

Maritus recipiens pignus dote promiſſa , fructus non imputat in ſortem.c.ſalubriter.ext. de vſuris.

Qui onera matrimonij ſuſtinet , debet dotem percipere.l.20.ff.famil.erciſ.& l.47.eod.& maritus eſt dominus rei dotalis , & eam poſsidet.Bat.in l.vnica.C.de vſucap.pro dot. ideò cõſtante mrimonio rei vendicatio vxori nõ competit.l.9.C.de rei vendic.l.1. & fin.C. de ſeru.pign.dat.

In dote non fit executio in præiudicium mariti, pro expenſis, in quibus fuit condemnata vxor,litigans etiam cum conſenſu viri. Pap. lib.18.tit.5.arreſt.44.

Stipulatio capitulorum matrimonij fauore dotis fingitur, etiam ſi verè non interueniſſet. Gramma.deciſ.103.num.7.

Stipulatio tacita à lege inducta fauore dotis, ita meretur executionem,ſicut ſtipulatio expreſſa in inſtrumento.ibi.num.14.

Minor ſi recepit dotem vxoris, erunt ipſius bona tacitè hypothecata.ibi.nu.17.nam in dote fingitur ſtipulatio etiam data,quòd coniuges ſint muti.Pet.de Raue.ſing.161.facit l. vnica.

vnica.§.1.C.de rei vxor.acti.

Non obſtante quacunque prohibitione poterit de bonis ꝓhibitis fieri alienatio, pro dotibus filiarum, & aliarum deſcendentiũ. Gui. Pap.q.96.

Si aliquid detur alteri ex coniugibus contemplatiõe matrimonij, donatio irreuocabiliter valet, & cenſet̃ etiã datũ, non ſolùm fauore donatarij, ſed etjam alterius coniugis. Guid. Pap.quæſt.45.

Executio non poteſt fieri in bonis dotalibus pro debito vxoris, facto poſt cõtractum matrimoniũ; ſecùs ſi ante (intellige viuẽte viro) Guid.Pap.q.447.vide eundem ſing. 429.

Quando ſubditi teneantur iuuare dominos in dotandis filiabus ipſorũ, vide Boer.dec.130.

Matrimoniale pactum eſt teſtamentum: ideò per illud poteſt prouideri deſcendentibus, & ex eo ipſos vocari poſſe, latè ſcribit Boer. deci.155.Capel.Tholo.q.453.& an poſsit reuocari, vide ibid.

Hæreditatẽ ſi det pr̃ filiæ nubenti, an valeat tale pactũ, ſeu donatio, vide Boer.dec.204.

In dubio an pater cenſeatur dotaſſe filiam de bonis proprijs, vel mr̃nis, aut ipſius, & qd, ſi in dotatione pater ſe declarauit, vide Ioſ. Lud.deciſ.Peruſ.21.Iaſ. de actio. in §. fuerat. nu.106.Bar.in l.7.C.de dot.promiſ.& in l.36. ff.de neg.geſt quòd indiſtinctè videatur donare, ſcribũt Dec.conſ.35.nu.6.Bar.ſing.173. Pet Gera.ſing.71.& mater dotãdo filiam ſimpliciter, cenſetur de bonis filiæ eam dotare; ſecùs in patre.Put.deciſ.182.lib.1.Myſing.obſer.32.cẽt.5.vide obſer.85.cent.6. idem in fratre.Guliel.de Ludo ſing.150.

Debitor ex cauſa legati, vel ex alia conſtituens dotem mulieri creditrici ſimpliciter, an cenceſatur hoc feciſſe animo compenſandi cũ debito, vide Mago.deciſ.13.Rot.Floren.

Dos relicta nepti per auum, cenſetur relicta cõtemplatione ipſius neptis, & non filij eius patris.Menoch.conſ.151.lib.2.vide infra tit. de dot.prælegat an auus cenſeatur dotare contemplatione filij, vel neptis, vide Menoch. conſi.81.vol.1.num.45.

Promittens dotem pro ea, cuius negotia adminiſtrat, non videtur promittere animo donãdi; ſed animo repetendi.Bar.in l.43.§. quidã. ff.de adminiſt.& peric.tuto.

Pater naturalis dotando filiam in dubio non videtur habere animum donandi; ſed magis compenſandi cum eo, quod filiæ debet.l. 39. §.pater.eodem.

Fauore dotis probatio, quæ aliàs non admitteretur admittitur, & verba enunciatiua probant.Pet.de Beninten.deciſ.61. num. 6. vide Ludo.Roman.ſing.150.

Dos probatur per verba enunciatiua inſtrumẽti contracti inter alios fauore ipſius, etiam ſi eſſent enunciatiua inter diuerſas perſonas. Vera. deciſ. 288. part. 1. ſed nun conſtito de inſtrumento, debet plenè probari. Hierony. Mago.deciſ.76.nu. 10.

Pater concedens dilationem ad ſoluẽdam dotem, tenetur ad integra coniugum alimenta. Put.deciſ.291.

Confeſsio dotis receptę facta cõſtante matrimonio, præiudicat hæredibus mariti, vel tertio poſſeſſori, & etiam fiſco, ſi fuerit renunciatum exceptioni non numeratę pecuniæ, vel lapſa fuerit tempora opponendi dictam exceptionem.Paul.Aemil.deciſ.196.par.1. vide tit.de dot.cauta non numer.& Iaſ. de acti. §. fuerat.nu.58.Bar.in l.2.§.creditũ.ff.ſi cer.pet.

Res empta ex pecunia dotali efficitur dotalis, quando eſt empta nomine mulieris, & ſic ad eius vtilitatem.Gaſp.Cabal.milleloq. 542

Permiſsio vxoris permittentis maritum bona ſua adminiſtrare non probat, quòd fuerint ipſa bona data in dotẽ. Raud. tract.de Analog cap.30.num.296.

Donatio præſumitur ratione coniunctionis sãguinis, & dotis, quando patruus ſcit filiã fratris dotari de bonis communibus, & tacet. Cranet.conſ.159.

Dos ex parte patris, & mariti dicit̃ titulus oneroſus, ſed ex parte filiæ, aut vxoris, titulus lucratiuus.Iaſ.de actio.in §.item ſi quis in fraudem, num. 52.

In dote datur tacita hypotheca, & fingitur ſtipulatio, quæ habet vim inſtrumenti, & expreſſę ſtipulationis.Iaſ.de actio.in § fuerat.nu.58

Maritus poteſt expellere vxorem ex quo pater non ſoluit dotem.Iaſ de acti.in §.fuerat.n.95

Quando extraneus, vel pater, mater, aut frater dans dotem, cenſeatur eã omnino donare abſque animo repetendi, vide Menoch.de arbitrar. lib.2.caſ. 88.

Si frater dotet filiam fratris, videtur illud facere contemplatione ipſius fratris, & ideò illa dos dicitur profectitia.Dec.conſ.280.nu.4.

Arredium, quod portat mulier in domo viri, ſi conſumetur non repetitur; ſed tantùm illud, quod ſupereſt, & dicitur arredium illud, qđ portat ea intentiõe, vt conſumetur, vt eſt cõſuetudo in pannis lineis. Caſſan.in conſuetu. Burg.tit.*des droicts*, §.24.glo.3.num.8.

Ille, qui cõfitetur in cauſa dotis plus recepiſſe, quàm receperit, poteſt agere, vt id, quod nõ recepit recipiat.Bar.ſing.171.Barth.de Cap. ſing. 88.

Cùm dos datur ab extraneo marito, quantum ad eum eſt donatio ſimplex, tamen inſinuatione non indiget.Bar.ſing.174.

Dotans extraneus, niſi paciſcatᷣ ſibi tradi in cõtractu dotis, non poterit paciſci in traditione. Pet. de Rauc. ſin. 164. & 382. ſecùs ĩ pr̃e. ibi.

Dotem ſine decreto mulier minor conſtituere non põt. Menoch. de arbit. caſ. 171. vide Bar. in l. vnica. C. ſi aduerſ. dot. & in l. 22. C. de adminiſt. tut. ſed minor põt ſe obligare ꝓ dote ſine decreto. idẽ Menoch. conſi. 242. lib. 2. tñ minor dotans immoderatè ſororẽ, debet in integrũ reſtitui ꝑ p læſionem. Nat. conſi. 658.

Si ſimpliciter eſt cõtractum matrimonium nulla facta mentione de dote, non videtur aliquid datum in dotem, & ſic erit matrimonium ſine dote. Pet. de Raue. ſing. 295.

Mulier recipiens dotem à patre ſuo ſcienter in fraudem creditorum, tenetur illã reſtituere: fallit quo ad reſtitutionem vſurarũ. Hippol. ſing. 67. nã dotis conſtitutio facta à pr̃e filiæ in fraudẽ creditorum, non valet. Ozaſ. deciſ. 107. facit l. 2. C. de reuocãdis his, q̃ in fraudẽ creditorum, vide l. 25. §. ſi à ſocero. ff. eod.

Dos eſt iuſta cauſa alienationis. Bart. in l. vnica. C. ſi aduerſ. dot.

Popularis diues, qui accepit in vxorem nobilẽ, an obligetur, quando confitetur ſe plus recepiſſe ab vxore, quàm habuerit in dotem, vide Bar. in l. 4. C. de dot. promiſsio.

In dotibus poſſunt conſtitui duo rei, licèt non poſsit interuenire fideiuſſor. Bart. in l. 3. C. de dot. caut. non numer.

Dos magna, vel parua dr̃ ſecundum qualitatẽ perſonarum. Bart. in Auth. quod locum. C. de collatio. & in l. 25. nu. 48. ff. ſolut. matrimo.

Priuilegiũ, ꝙ in dubio pro dote præſumatᷣ, & ꝓ ea interpretatio fiat, tranſit ad oẽs, ad quos dos tranſit. Bar. in l. 1. ff. ſolu. matrim. idem in priuilegio tacitæ ſtipulationis, & qđ contractus dotis ſit bonæ fidei. vide Bar. ibid. nu. 6.

Res dotalis ſine decreto non poteſt alienari, ſi ſit immobilis; ſecùs ſi mobilis. Bart. in l. 1. ff. ſolut. matrim. nu. 17. & 18.

Filij poſſunt agere contra patrem conſumentẽ omnia ſua bona, ne dos conſumetur. Bart. in l. 2. §. quod. ff. ſolut. matrim.

Dos eſt qd vniuerſale. Bar. ĩ l. 8. §. ob. ff. ſol. matr.

Tutor dotat ſororẽ pupilli ex eodẽ patre natã, & filia, cui eſt aſsignata dos in teſtõ per patrem, vr̃ dotata. Bar. in l. 13. ff. de adminiſt. & peric. tuto. vel cura. nam filia, cui eſt cõſtituta dos dicitur dotata. Bar. in l. 70. §. Titio genero. ff. de conditio. & demonſtr.

Filia quibus modis dicatur dotata, vide Bar. in l. 7. ff. ad leg. Iul. de adult.

Pater de bonis ſubſtitutioni ſubiectis dotat filiã, ſi aliud nõ habeat. Bar. in l. 62. ff. ad Treb. nam res ſubiecta fideicõmiſſo ex cauſa dotis poteſt alienari; alias ſecùs. l. mulier. §. cũ proponeretur. ff. ad Senatuſconſ. Trebel. Authen. res quæ. C. commu. de legat. & fideicom.

Dos data, vel promiſſa filiæ, non cadit in fideicommiſſum vniuerſale iniũctum filiæ. l. filia mater. ff. ad Senatuſconſ. Treb.

Pater ſi dotauit filiam nupturam, & bona non ſunt ſufficientia pro alijs legatis, dos deducitur, vt æs alienum. Bart. in l. 2. §. ſi ſponſæ. ff. de priuileg. credi.

Fiſcus bonis publicatis tenetur dotare filias. ibid. in additio.

Rei dotalis alienatio, qñ valeat, & qñ non, vide Bar. in §. & multo, Auth. vt immobilia.

Dos data filię à patre, dicitur eſſe aliena ab omnibus bonis patris. Bar. in §. quia verò, Auth. de æqual. dot.

Promiſsio facta pro dote Seiæ, ſi cõtraxerit matrimonium cum Caio, dos debetur Seiæ, ſi Caius per eam fuerit requiſitus, & contrahere noluerit. Bar. in conſi. 122.

Cõfeſsio facta in inſtr̃o diuiſionis inter fratres, per alterũ ipſorũ ſe habuiſſe centũ ab altero ꝓ dote vxoris, ꝓbat dotẽ pro ipſa vxore, & verba enũciatiua pro dote, inducunt ſaltem ſemiplenam probationem. Bar. conſi. 123.

Inſtr̃m dotale ineptũ publicatᷣ. Bart. conſi. 179.

Dos profectitia non intelligitur eſſe in bonis patris. l. filium. ff. de collatio. bon.

Filia conſequitur, dotem à patre promiſſam, & legatum. l. 4. eod.

Seruandum eſt pactum appoſitum, in traditione rei datæ in dotem. l. 10. C. de pact.

Minor circũſcripta in datione dotis datæ viro, tanta dote non digno, poteſt reſtitui, & eius hæres. l. vnica. C. ſi aduerſ. dot. l. 10. §. in dotis. ff. de mino. 25. ann.

Sicut donatio inofficioſa reſcinditur per querelã inofficioſæ donationis; ita & dos inofficioſa reſcinditur, per querelam inofficioſæ dotis. l. vnica. C. de inoffi. dot.

Maritus vſumfructum in dotem recipiens, proprietatem obligare non poteſt: idem ſi proprietatẽ inæſtimatã; ſi verò rẽ æſtimatã recepit, obligare eã poteſt. l. 6. C. de vſu & habit.

In diuiſione hęreditatis paternæ filius vxoratus debet habere dotem præcipuam, nec eã poſtea cõmunicat, licèt vxor decedat. l. 2. C. famil. erciſ. l. 20. §. ſi filius. ff. famil. erciſc.

In ſtipulatione dotis ineſt tacita conditio, ſi matrimonium ſequatur; ante verò non dabitur actio. l. 4. §. huius rei. ff. de pact.

Dos à patre profecta ad eũ reuerſa, venit inter liberos diuidenda, niſi ratio inæqualitatis aliud inducat: verùm cũ hęrede extraneo nõ diuiditur, ſed ad ipſos liberos, pro quib. data fuerat, reuertitur. l. fi. C. commu. vtriuſq; iudi.

Si pecunia detᷣ ob dotẽ, & interponatur actum de lucrãdo, & m̃rimoniũ nõ ſequatᷣ iure impediẽte, mulier nõ habet actionẽ de dote, ad

repetēdū,ſed cōdictionē ob cauſam, nec pactum habet effectū.l.1. C. de condic.ob cau.

Fauor dotis facit ceſſare Velleianum.l.12.C.ad Senatuſcouſ. Vellei.& l.fi.ibid.

Simpliciter donata á ſpouſo ſponſæ poſſunt in dotem couuerti, ſeu retrò dari, niſi fuerint collata in prohibitum tempus matrimonij. l.1.C.de donat.ante nupt.

Contractus dotis factus ꝑ metum,eſt ipſo iure nullus,l.21.§.ſi dos, ff. de eo,quod met.cauſ.

Conſtāte matrimonio dos poteſt de nouo augeri, & conſtitui, & pacta de nouo appoui poſſunt, vel vetera prorogari, & hypotecæ ex die coutrahi, & ècōtrà poteſt dos miuui, niſi iſta diminutio fieret in fraudem filiorū primi mrimonij.l.19.cū Auth.ſeq.C.de don. añ nupt.vide Hart.Hart.c.9.tit.de dote lib.2.

Si hæreditas datur in dotem, maritus vtili hæreditatis petitione tenetur.l.15.§.apud Marcellum.ff.de pet.hæred.

Quando agitut de ſucceſsione paterna,dos data confertur conſtante matrimonio, minus accipiendo de portioue hæreditatis.l. 5. C. de collatio.ſed vide Aurhen. ſeq.ibid.

Si legatum factum pro dote,detur filiæ in dotem ab ipſomet patre viuente, non poteſt amplius(eo mortuo)peti.l.11. C.de legat.vide infra tit.de dot.prælegat.

Quando pater dedit dotem filiæ, & eam ſtipulatus eſt pro ipſa,illa mortua ſine libetis patre, matre, & fratribus ſuperſtitibus, pater ſolus ſuccedit in dote ipſa. gloſſ.in l.3. C. de bouis, quæ liberis.

Dos titulus lucratiuus nō eſt.l.9.§.ſi qnis.& ibi. gl.ff.de cōdic.ob cauſ.vide l.25.§. ſi à ſocero. ff.q̄ ī fraudē creditorū.& l.18.ff.de act.& obl.

Fiſcus præfertut filiæ à patre dotatæ.l. pen. C. de priuileg. fiſc.

Vxor non poteſt dotem dare,vel alitet alienare in præiudicium mariti.l.21.C.de donatio.

Mulier licèt ex primo matrimonio habeat filios dotem ſuā recuperat,& alteti nubere poteſt, ſed ſi faciat extraneum dotem ſtipulari animo donandi cauſa mortis,ea mortua,donatio reuocatur vſq; ad debitum bonorum ſubſidium, niſi in reſiduo patrimonij inueniatur ipſa legitima.l.2.C.de dona.cau.mon.

Si pater, vel extraneus dans dotem ſtipuletur ſoli ſibi reddi in vnum caſum ſoluti matrimonij, ceuſetur in alium caſum mulieri douaſſe.l.23.ff.ſolut.matrimo.

Si res euiucatur á genero emptoris,cui in dotē tradiderat commirtitur ſtipulatio, etiam ſi dos etat reuerſura.l.71.ff.de euictio.

Curator pro minore non tantùm dotem dare poteſt,ſed etiam impendia, quæ ad nuptias facieudas neceſſaria ſūnt.l.53.ff.de adminiſt. & peric.tuto.

Si eſt vtile mulieri pecunia in dotem promiſſa, poteſt in corpus, vel ſpeciem commutari.l. 21. ff.de pact.dot.

Filia poteſt grauari in dote,quatenus dos eſt vltra legirimam.l.fin.§. filiæ de legat.2.

Qui ſtipulatur dotem ſibi reddi mandato mulieris in dubio præſumitur, vt miniſter adhibitis.l.35. de legat.3.

Falſa cauſa non vitiat ſtipulationem de dote reſtituenda: ideò & ſi mulier niſi centū nomiue dotis dediſſet, vel nihil, tñ ſtipulata fuerit ſibi ducētum reſtitui,valet ſtipulatio, & promiſsio.l.21. ff.de verb.oblig.

Si legetur geneto futuro, vel præſenti nomine dotis filiæ,quid iuris,vide l.70.§.Titio geuero.ff.de conditio.& demonſtr.

Euicta re in ſolutū ꝓ dote marito data,ipſe maritus agit ad dotem.l.98.ff.de ſolut.& libera.

Actio cōpetens pro exactione dotis eſt hodie bonæfidei,& priuilegiara: quia in illa dať tacita hypotheca. §. fuerat,Inſtitu.de actio.

Mulier,vel vir ſupſtes alteri eorū ꝓdecedēti ſuccedit in quattam partem oīum bonorum,ēt liberis extantib. qđ procedit ſi couiunx ſuperſtes ſit pauper.§. quouiam verò,Auth. de exhib. vel introd. reis vide infra tit. de ſucceſsio.int.coniug.

De dote cauta nou uumerata,vide in lib.1.

Soluto matrimonio res dotalis retinet ſua priuilegia,donec dos ſit reſtituta mulieri; poſt reſtitutionem aūt dotis non poteſt amplius dici dos,nec dutant eius priuilegia. Hartm. Hartm.c.1.tit.de dote.lib.2.

De paraphernalibus bonis vxoris, & alijs extra dotem.

RES traditæ ad ſuſtentationem filiæ non ꝓſumuuť eſſe dotales; ſed extra dotē,nec poſſunt capi ꝓ debito mariti.l.3. C. ne vxot ꝓ marito.

Vir in paraphernalib. nullū hēt ius, neq; exercitiū vxore ꝓhibēte.l. 8. C.de pact. conuētis, nec de illis aliquid diſponere pōt. Abb. in ſuis quæſt.q.3. nu.10. & in illis vxor abſque conſenſu mariti contrahere poreſt. Ozaſ. deciſ.62.uu.14.nā bona paraphernalia dñr ꝓpria vxoris, nec pñt à viro adminiſtrari,ea cōtradicente. Natt.cōſ.75.Tom.1.nu.3.

In dote maritus ſine mandato plenā habet adminiſtrationem, in alijs autem bonis vxoris viro traditis, vel quaſi tradiris,quę paraphernalia dicuntur,maritus ſine mandato, & cautione de rato procurator eſt.vide Hart.Hart. c.8.tit.de dote lib.1.

Executio non poteſt fieri in rebus dotalib.pro debito contracto poſt matrimonium; ſecùs in paraphernalibus.Guid.Pap.q.447.

Mulier poteſt habere bona triplicis conditionis, nẽpe paraphernalia, dotalia, & alia nõ paraphernalia, neque dotalia, de quib. vide per Guid.Pap.q.468.nu.4. Dec. conſi.521.& Caſſan.in conſuetu. Burg.tit.*des droicts*. Rub.4.§.5.glo.3.nu.10.& §.24.glo.3.ibid.Bart.in l.21.C.de procura.& Boer.deciſ.81.

Maritus tenetur reſtituere vxori, ſeu ſuis hæredib.omne id, quod ad eum peruenit de bonis vxoris, vt maritum. Vincent. de Franc. deciſio.172.nu.2.

Fructus bonorum paraphernaliũ, & aliorũ bonorum non dotalium, quandò teneatur maritus vxori reſtituere, vel eius hæredibus, vide per Craue.conſi.193.n.15.Dec.conſi.521. Excell. Præſ.Teſſau.deciſio.187.Rot.Aueniõ. deciſ.18. in deciſio. diuerſo. & ſupra titul.de donat.int.vir.& vxor.

Arredium, quod portat mulier in domo viri; ſi conſumetur non repetitur; ſed tantùm illud quod ſupereſt, & dicitur arredium illud, qđ portat vxor ea intentione, vt conſumetur, veluti eſt conſuetudo in pannis lineis. Caſſa. in conſuetu.Burg.tit. *des droicts*.§.24.gl.3.n.8.

Regulariter in dubio mulier nubendo nõ præſumitur dare in dotem marito oĩa bona ſua. Hippol.ſing.588.vide ſuprà tit.prox.pręced.

Mulier data certa dote viro, licèt patiatur alias res adminiſtrare, non videt̃ illas in augmẽto dotis dare. Bar.in ſuis quæſtioni.q.7.

Si vir, & vxor habitauerint in vnà domo, & domus ſit vxoris, maſſaritiæ ibi exiſtentes præſumũtur eſſe vxoris, ſed ſi domus ſit viri maſſaritiæ præſumunt̃ eſſe viri. Caſſa.in conſuet. Burg.tit.*des droicts*.Rub.4.§.14. gl.2.nu.9.

Si bona paraphernalia contrita ſint ad vſum cõem, mariti ſcilicet, & vxoris, ſoluto matrimonio, vxor non poteſt petere æſtimationẽ, ſed talia qualia ſint, debent illi reſtitui. Fran. Cremen.ſing.142.

Dos matris, mortua matre, dicitur patrimoniũ filiæ per ſucceſsionem acquiſitum, & peculiũ, ſiue paraphernale à dote ſua (q̃ habet à patre) ſeparatũ. Hart.Hart.c.2.ti.de dote li.2

De pactis conuentis tam ſuper dote, quàm ſuper donatione propter nuptias.

DOs, & antiphatum non obſtante pacto de non petendo facto etiam ſoluto matrimonio, peti poſſunt per mulierem. Afflict. deciſio.154.

Pactum, per quod dotis conditio fit deterior in præiudicium mulieris, eſt nullius momenti. Afflic.deciſ.154. ideò ſi pactum ſuper dote à quocunque dante dotem interponatur ante nuptias, vel incontinenti poſt, & qualecunq; valet, ſi ex interuallo, in præiudicium mulieris (etiam ea conſentiente) nõ valet. Guid.Pap.ſing.56. quid, ſi fuerit iuratum, vide ibid.

Idem in pacto appoſito contra diſpoſitionem legis, veluti ſi fuerit conuentum, vt dos reſtituatur de pecunia currenti tempore reſtitutionis. Natt.conſ.37.Tom.1.vide ſupra lib.vi tit.de augmento auri, & monetarum.

Maritus tenetur in certo loco perpetuum domiciliũ habere, prout in capitulis matrimonialib. fuerat conuentum. Capic.deciſ.133.

Pactum inter cõiuges, vt primogenitus ex illo matrimonio certis in bonis pr̃is, vel matris ſuccedat valet, non obſtante minori ætate, accedente ſaltem iuramento. Menoch.cõſi. 203.nec reuocatur per alienationem.ibid.

In matrimonio poteſt apponi pœna, vt ſi concubinam maritus tenebit, dabit centũ vxori nomine pœnæ. Pet.de Rane.ſing.291.

Per pactum filiæ ſuper dote non quærit̃ actio matri, veluti ſi filia pacta ſit, vt ſi moriatur in matrimonio, maritus teneatur partem dotis matri reſtituere. l. debitor ſub pignore. ff.ad Senatuſconſult.Trebel.

Pactum, quod dixi cùm dotem pro alumna dares, ſeruari oportet.l.10.C.de pact.

Pro dote ex pacto appoſito iuxta contractum nõ agit, ſi deſinit itereſſe cõpetere.l.11.ff.eo.

Nõ valet pactum, per qđ pr̃ promittit in inſtro dotali, ſe filiã inſtituturã in æquali portionẽ, cum filio.l.pactum la prima.C.de pactis.

Pactum de lucranda dote redditur nullum deficiente matrimonio.l.1.C.de condi.ob cauſ.

Aduerſus pactum circa dotem appoſitũ, minor reſtituitur.l.50.§.fi.ff.de minor.25. ann.

Pacta dotalia, quæ non ſunt contra legem, ſunt ſeruanda.l.vnica.C.de rei vxor.act.

Diuortium fraudulentum non impedit pactũ, in caſum mortis collatum.l.3.C.de repudi.

Pactum, q maritus conueniatur, vltra quàm facere poſsit, cùm per illud tollatur ius reuerentiale non valet, tanquã contra bonos mores.l.15.§.eleganter ff.ſolut.matrimo.

Pactũ de pignore dãdo inſolutũ pro dote, non p̃iudicat marito debitori poſsidẽti.l.45. ff.e.

Aequalitas in dotibus ſeruanda eſt, & pactum maius trahitur ad minus. §. deinceps, Auth. de nupt.& tit.de æqualit.dot.

Pactum in præiudiciũ dotis p̃miſſæ factum, an ſuſtineatur, vide Excel.P.Teſſau.deciſ.230.

An dos poſsit minui, ſicut poteſt augeri, conſtante matrimonio, vide Hartm.Hartm.c.9. tit.de dote.lib.2.

De dote prælegata, vel legata.

MAritus legans vxori, & non declarãs vtrũ pro dote, vel ꝓ debito, an vtrunque ſolui debeat, vide Afflic. deciſ.44.nn.13.

Legatum factum vxori de dote, & augmento, cui poſtmodum factum eſt legatum vniuerſale omnium bonorum mobilium, & pecuniarum, qualiter veniat deducendum, & intelligatur, vide Affl. deciſio.45.

Dote prælegata per maritum vxori, in dubio quid veniat, & quid probandũ ad cõſequendum tale legatum, vide Afflic. deciſ.359.

Dote prælegata, an cenſeantur remiſſæ expenſæ in re dotali factæ, per maritum, vide Affli.ibi. & Bar.in l.3.C.de falſ. cau.adiec.legat.

Dos legata debetur ſtatim, mortuo viro. ibid. Afflic. d, deciſ.359.nu.fin.

Filia, cui pater nomine dotis exactæ à marito aliquid legauit, ſi dotem repetat à marito, non poteſt legatum petere, niſi quatenus eſſet plus dote. Beninten.deciſ.72.

Si maritus in ſuo teſtamento confeſſus fuerit ſe debere vxori, puta florenos mille pro eius dote, quæ non aſcendebat ad illam ſummã, intelligere debemus maritum voluiſſe includere in ipſa confeſsione acceſſoria ipſius dotis, ex cõiecturis adductis per Crau. cõſ.149.

Dos conſiſtens in pecunia, & ſi ſoluto matrimonio per hęredes viri (quamuis diuites) ſtatim reſtituenda non ſit; ſed infra annum, tamen hoc fallit, quando dos legata fuit per virum vxori. Rol.conſi.10.nu.29.

Maritus legans dotem vxori, videtur etiam ei legare vſuras. Fran.Cremen.ſing.5.

Vxori dos ſi à marito fuerit relicta, eaq; hæres inſtituta, & rogata de reſtituẽdo hęreditatẽ, dotem non deducet, antequam cõſtet, quid, & quantum deduci debeãt. Marc. de Mant. ſingul. 604.

Legatum factum vxori de veſtibus, non cõprehendit veſtes, & ornamenta per ſtatutũ prohibita. Bar.in l.vnica.C.nulli licere.

Maritus ſi ſimpliciter legauerit vxori rẽ, q̃ æſtimatam habuerat in dote, vxor habebit rem, actione ex teſtamento, & actione de dote, æſtimationem. Bar.in l.49.delegat.2.

Vxori ſi ſint relictæ dotes ſuæ, & poſtea ipſa vxor inſtituatur hęres, & rogetur alteri reſtituere, hæredes vxoris non poſſunt detrahere dotem, niſi illam probent. Barto.in l.19.ff.de auro & argen. legat.

Vxor, cui per virum legatæ ſunt dotes; item panni, & ornamenta domus, & decem ſalmæ vini, & grani, & relicta domina, & vſufructuaria, an habeat omnia legata, vide Bart. in conſi.216.

Si quid vxori fuerit legatum præter dotem, accepta contra tabulas bonorum poſſeſsione, non præſtabitur; ſecùs ſi aliquid pro dote legetur, quia illud præſtabitur, etiam ſi plus ſit in legato, quàm in dote.l.8.§. ſi quid.ff.de legat. præſtan.

Si maritus legat dotem vxori certa quantitate non expreſſa, oportet vxorem probare numerationem, quòd non habet neceſſe, ſi certa quantitas ſit expreſſa. l. 3. C. de falſ. cau. adiec.legat.& l.21.ff. de verborum obligtio. Ideò ſi legatur dos facta relatione ad inſtrumentum dotis, nihil aliud requiritur, niſi q̃ inſtrumentum loquatur: ſed ſi ſit relicta facta relatione ad dotem, inquiritur veritas.l. fin.C.de falſa cauſa.

Mortua filia in matrimonio dos debet reddi patri, vel eius hæredibus, & ipſe poteſt legate liberationem.d.l.3.C.de falſa cauſa.

Falſa demonſtratio quantitatis expreſſę, dotis legatum non vitiat, vt ſi quis legauerit vxori centum pro dote, quam; iam rediderat.l. 21. de legat.2.

Si pater leget filiæ res, quas dederat in dotem, filiæ debetur æſtimatio ipſarum, & earum, quæ ex eis natæ ſunt, ſi ſunt dotales: idem ſi res donatæ legentur vxori. l. 79. §. pater. de legat. 2.

Legatum dotis factum à marito vxori valet, ẽt ſi maritus nullam dotem habuerit, dummodo in legato certum exprimatur.§.ſed ſi vxori, inſtitu.de legat.& ibid.glo.

Pro dote filiæ legata, illa poteſt experiri contra tertium poſſeſſorẽ. Afflic.deciſ. 162.in fin.

De legato dotis probato per vnum teſtem deponentem de certa quantitate, & per alios de ipſo legato deponẽtes non exprimendo quantitatem, & etiam per famam, & confeſſionem hæredis, & quòd debeatur, vide Affli&.deciſio.337.

Dotis incertæ relictũ eſt validum, & tunc quantitas arbitrio Iudicis debet declarari. Afflic. deciſ.337.num.9. & deciſ.371.Mago.deciſ.7. Rot. Flor. Fran.Mant. de coniect.vltima.volun.lib.9.titu.1. vide Bart.in l.22.§.ſi quid.ff. de teſtamentis.

Legatum dotis repoſitũ ad hæredum arbitriũ, & voluntatem, debetur boni viri arbitrio, & non ad liberam voluntatem hæredũ. Mago. deciſ.7.Rot. Flor.n.7. & debetur ẽt cõtracto mr̃imonio ſine cõſenſu hęredum.ibid.nu.13.

In dicto legato lapſo anno à die ſcientię hr̃dũ, põt adiri Iudex pro declaranda, & arbitranda dote, ſeu quantitate ipſius, ipſis hæredib. prius non requiſitis. Magõ.ibid.nu.fin.

Legatis mille pro decem mulieribus maritandis, ad hoc legatum non veniunt viduæ, quia intelligitur illud verbum maritãdis, de primo matrimonio. Petr. de Rauen. ſing. 943. Ideò ſi teſtator mandauerit bona ſua diſtribui in maritandis mulieribus, hoc legato non comprehenduntur viduę. Ioan. Anto. Trigo. ſing. 20.

Legatum dotis, vt mulier matrimonium contrahat, non poteſt conſequi legataria, ſi nolit nubere, vel moriatur ante nuptias. Capic. deciſ. 204. vide Marc. q. 856. & quæſt. 857. tamen ipſa legataria monaſterium, vel Religionem ingrediens cõſequitur tale legatum, ſub hac conditione factum; non autem ſi vellet honeſtè viuere in domo. ibi. Capic. Fran. Mãt. de coniecturis vlti. volunt. lib. 11. tit. 22. Nat. conſ. 296. Bart. conſi. 11. ſecùs ſi eſſet factum legatum virgini, cùm nupſerit, & non ex alia cauſa. Menochi. conſ. 169. lib. 2.

Legatum pro dote licèt ſit condicionale, tamen ſecùs eſt in legato occaſione dotis; quia cùm ſit purum ſtatim debetur. Grama. deciſ. 59. vide Fran. Marc. q. 839. & q. 860.

Legatum dotis ante matrimonium celebratum dicitur conditionale, ob id ex eo interim nõ datur actio, ſunt tamen qui tenent contrarium. vide Mago. deciſ. Luc. 60. Bart. in l. 10. ſ. alimentis. ff. de alimen. & ciba. legat. & in l. 21. ff. de verb. oblig. nu. 6. & conſi. 44. vol. 1. nu. 4. ideò mortua muliere ante matrimonium, nõ trãſmittitur ad hæredes ipſius. vide eundem Mago. deciſ. 14. Rot. Floren. vbi de differẽtia, quando fit à patre, aut ab extraneo, an tranſmittatur. vide Fran. Mantic. de coniect. vltim. volun. lib. 11. tit. 22. & tit. 23. ibi. Niſi obiter ex coniecturis appareret. vide Menoch. conſ. 60. nu. 37. vol. 1. quando tamen tranſmittatur, vide eundem, conſi. 251. nu. 24. ibi.

Legatum alicui relictum, vt nubat poteſt ante nuptias peti præſtita cautione. Franc. Mant. de coniect. vltima. volunt. libr. 11. titul. 21. nu. 6. tamen filia ante nubilem ætatem non habet dotem, ſed alimenta, quando pater ei reliquit centum pro ea maritanda. ibi. nu. 10. etiam ſi relictum pro dote eſſet debitum à fiſco. Raud. tract. de Analo. c. 33. nu. 59.

Filia inſtituta in dote dãda quãdo nuberet, dicitur purè inſtituta; quia reijcitur dilatio ob incluſam legitimam. Raud. tract. de analog. cap. 33. nu. 69.

Si fiat legatum pro filia maritanda poteſt legatum peti, pręſtita cautione de nubẽdo. Guid. Pap. ſing. 706.

Legatum dotis factum filiæ, quando poſſit peti, vide Bart. in l. 59. ſ. pupillo. ff. de adminiſtr. & peric. tuto. & in l. 70. ſ. Titio genero. ff. de conditio. & demonſtratio. numero ſeptimo.

Legatum dotis dicitur conditionale, & etiam factum pro dote, niſi ex cõiecturis, vel ex cõmuni vſu loquendi, aliter appareat, ſed factum à patre pro dote, quando dicatur purum, vide Bartol. in l. 70. ſ. Titio genero. ff. de condict. & demonſtra.

Filia, cui pater relinquit centum pro dote, ſtante ſtatuto, quòd filia dotata non ſuccedat, nec poſſit contra teſtamẽtum patris aliquid dicere, an poſſit ſtatim petere legatum, vide Bartol. in l. 70. ſ. Titio. ff. de conditio. & demonſtra.

Legatum pro dote factum filiæ, vel vel alteri poteſt ſtatim peti ante nuptias, vel poſt. Bartol. conſi. 200. col. 1. quia dicitur purum, & tranſmittitur. Abb. conſi. 92. lib. 2.

Pater ſi relinquant filiæ centum pro dote cum hoc, quòd nihil aliud petere poſſit, ſi filia ſimpliciter acceptet legatum, non ex hoc ſibi præiudicat, quin petere poſſit ſupplemẽtum legitimæ, aut dotis loco ipſius. Grama. deciſ. 101. nu. 116.

Relictis cẽtum filiæ, ſi nupſerit, & quinquaginta ſi intrauerit Religionem, filia debet in vtroque caſu habere illa centum, reiecta conditione tanquam Turpi. Boer. deciſ. 3. nume. 14. Rol. conſil. 35. volum. 3. ſed vide cautelam. ibid. & per Bartol. in l. 2. ff. de ijs quæ pęnæ cau. relinq.

Non eſt veriſimile patrem duplici præſtatione dotis filium hæredem onerare voluiſſe, niſi manifeſtè oſtẽdatur cõtrariũ. Boer. deci. 162.

Legatum relictum in cauſa dotis non debetur, ſi legataria in vita teſtatoris fuerit ab eo dotata, & nupta. Beninten. deciſione 22. quid, ſi fuit ab eo dotata de aliena pecunia, vide Hiero. Mago. deciſ. Luc. 28.

Legatis mille pro maritanda filia, quæ poſtea ab eodem teſtatore maritetur cum 500. an poſſint peti alia quinquaginta, vide Magon. deciſ. Luc. 28. nu. 76.

Quando legatum dotis cenſeatur ademptũ per promiſſionem, vel ſolutionem factam ipſius dotis per teſtatorem viuum, vide Crauet. conſi. 167.

Legatum relictum mulieri in auxilium maritãdi, an debeatur, etiam quòd die legati aduenïente mulier nupta reperiatur, & aliunde habuerit dotes. vide Nat. conſi. 485. quo loci cõcludit pro parte affirmatiua.

Dos prælegata non venit, nec comprehenditur ſub fideicõmiſſo vniuerſali. And. Gail. obſer. 135. lib. 2. vide l. Lucius. ſ. maritus. ff. ad Senatuſc. Trebel.

Legatum ab auo factum nõ ſimpliciter; ſed aliquo expreſſo, veluti in dotem, vel ratione alimentorum,

mentorum, cōtēplatione filij,& nō neptis cēſetur factū: ideò tunc tale legatū compenſatur cum dote conſtituta à patre, vel à fratre; ſecùs ſi ſimplieiter fuerit factum legatum,ſed quid,ſi pater filię,& neptis reſpectiuè legatarię fuerit diues,vide Mago.deci.13.Rot.Flor. & infra in hoc tit.

Legatum factū nepti pro dote per anū, videtur factum contēplatione filij,& non neptis,quā do non erat nata.Bart.conſi.131.vol:1.

Legatum relictum filiæ,intelligitur relictum animo compenſandi cum dote. Franc.Mant.de conieſt.vltim. volunt.lib.10.tit.2.nu.5.quod declara,vt ibi.nu.8.

Quando legatum dotis nomine relictum videatur, vide ibi.lib. 11. tit.21: & legare vxori pro dote, & animo compenſandi cum ipſa,paria ſunt.Idem ibid.tit.22.nu.4.

An legatum dotis paternum ſit compenſandū cum legato auito,vide Raud. tract.de analo. cap.33: nu.48.

Si auus legauerit,puta cētum nepti ſimpliciter, & inde pater alia centum eidem pro ſua dote,ambo legata debētur.Nat.conſi.363.quia dos relicta per auum nepti,cēſetur data eius contemplatione, & non filij patris eius. Menoch.conſi.15.lib.2.& conſi.183.ibi.

Dos data filiæ à patre,an computetur in legato dotis ſibi facto ab auo, vide Bartol. in conſi. 54. volum. 2:

Legatum factum filiabus pro reſtitutione dotis maternæ,cenſetur factum animo compenſandi, etiam cum debito reſtitutionis bonorum paraphernalium.Menoch.conſ.56.vol.1.

Legatum factum à viro, videtur factum animo compenſandi, & an hoc procedat in legato facto à patre filiæ, vide Bart.in l.86. de leg.1.

Si pater legat filiæ, qua inuita dotem exegerat, filia debet eſſe contenta alterutro, niſi plus ſit in dote.l.35.§.qui inuita,de leg.2.

Dos mulieri nuptæ legari poteſt,etiam ſi ſit dotata. Mant.de coniect. vlt.volun.lib.11.ti.12.

Pro legato dotis facto mulieri extraneæ non debetur intereſſe:ſed pēdente lite, & per modum prouiſionis ſuccurrit dictæ mulieri, de aliqua parte legari. Ioan. Pap. libr. 15. titul. 4. arreſt. 2.

Legatum factum cauſa dotis mulieri pauperi, dicitur in cauſam piam relictum. Pap.lib.20. tit.6. arreſt.2.vide Raud.tract. de analo.cap. 33.num.42.quando ſit verum,Boer.deciſ.94: vbi diſtinguit.

Legatum dotis dicitur pium,ſi relinquatur pauperi extraneæ; ſecùs ſi coniunctæ perſonæ, & in caſu, in quo dicitur pium per duos, vel tres teſtes probatur. Dec.conſ.120.

Filia inſtituta in dote, fratribus vniuerſaliter inſtitutis,cēſetur ſubſtituta vulgariter.Raud. tract.de analog.cap.33.nu.62.

Filia, cui fuerunt legata quadringenta quandò maritabitur,& ſi nubat ſine conſenſu matris, tantùm centum, debet habere quadringēta, licèt nubat ſine conſenſu dictæ matris. Nat.conſi.355.

Legata facta pluribus,quæ excedunt vires hæreditatis, inter legatarios fieri debet diminutio legatorum pro rata.;fallit,quando vnum legatum eſt factum ex cauſa dotis,& alia nō, vel eſt factum filiæ.Rol.conſ.35.vol.4.

Quando filia eſt dotanda ex diſpoſitione ſtatuti, & fuit à patre dotata, dos legata debetur cum vſuris à die mortis patris;quæ cedunt loco alimentorum.Meno.cōſ.81.nu.61.vol.1.

Si pater filiæ ſuæ non nuptæ centum legauerit, quæ cùm non caueretur miſſa ſit in poſſeſſionem bonorum hæreditariorum, poteſt minuere de bonis cauſa veſcendi.Bar.ſing.100.

Legatum factum filiæ in dubio cenſetur factum cauſa dotis; nam dos poteſt eſſe ſine matrimonio.Fran.Cremen.ſing:31.

Legatum factum pro dote,quando duplicetur, vide Bar.in l.90.§.impuberum, de leg.2.

Filius grauatus de reſtituendo,ſi filiam non dotauerit in vita,ſed in teſtamento ei dotē reliquerit, an hoc relictum minuat fideicōmiſſum,vide Bar.in l.62.ff.ad Trebellia.

Pater dotat filiam in eius teſtamento de bonis ſubiectis reſtitutioni. Barto.in l.2.§.ſi ſponſa. ff.de priuileg.cred.

Legatum ſi factum fuerit mulieri,ſi Titio nupſerit, videtur prohibita;ne alteri nubat; ſed cū illo Titio tantùm.Abb.conſ.90.vol.1.

De dote prælegata, non detrahitur falcidia. l. vſusfructus.§.dos legata.ff.ad leg.falcid.ideò dos, quæ fuit prælegata deducitur, vt es alienum,nec talis deductio impeditur per quartæ detractionem.l.cùm hæres. ff.ad Senatuſconſul.Trebellia.

Si Maritus,vel alius legat mulieri dotem, aut dicit quicquid in dotem datū eſt, & tunc non deducūtur impēſę, aut dicit dotem ſimpliciter, & tunc deducuntur. l.42.§.à me de leg.2.

Si legetur genero futuro, vel præſenti nomine dotis filiæ,quid iuris, vide l.70.§.Titio genero.ff.de conditio. & demonſtra.

De fundo, & re dotali immobili.

MAior eſt prohibitio alienationis rerum dotalium, quàm peculij aduētitij.Ozaſ.deciſ.94.nu.22.

Alienatio à iure prohibita ita demum non dicitur valere, ſi pars ſe oppoſuerit.ibid.nu.23.

Aliena-

Alienationis rerum dotalium prohibitio,non ſolùm fit propter ſexus muliebris fragilitatem, ſed etiam ob fauorem mariti.ibi.nu.26.

Vxor vendens prædium cum marito,præſumitur pro forma adhibita, & totum pretiũ ad maritum perueniſſe. Oraſ. decíſ. 140. Afflic. deciſ.209.vide tamen Bald. in l. mater. C. de rei vend. & alios citatos in additio. ad Bart. in l.8. C. de inoffi.donatio. nec ſibi præiudicat in dote conſequenda, vide Afflic. deciſ. 311.Capic.deciſ. 78. nume.9. Boer. deciſ.23. Fran.Marc.q.507.& Ioan.Gal.q.2.& q.15.

Pretium fundi dotalis vẽditi per virum, & vxorem,& per quemlibet ipſorum inſolidũ,pręſumitur pro dimidia ad vxorẽ perueniſſe. Bart. conſi.124.vol.1.vide tamen Oraſ. deciſ. 140. Afflic.deciſ.209.& Capic.deciſ.78.nu.9.

Maritus conſtante matrimonio rei dotalis eſt dominus.Affli.deciſ.252.& eã poſsidet.Bart. in l.vnica.C.de vſuc.pro dot.vide l.1.& fin.C. de ſeru.pign.& tenetur ad onera.Menoch.de arbitrar. lib.2. caſ 39.nu.19. Bart.in l.21.§.itẽ lo 2.ff.ad municip. & de incol. tamen dominium rei dotalis poſt mortem viri ipſo iure reuertitur ad mulierem; non autem poſſeſſio.Ioſ.Ludo. deciſ. Peruſ.61.par.2.vide Dec. conſi.671.& Bart. in l.26.§.maritum. ff.ſolut. matrimo.& in l.10.ff.ſolut.matrim.

Si maritus arbores fructiferas in rebus dotalibus inciderit,tenebitur pęna legis Aquilię, quia quo ad hoc non eſt dominus rei dotalis.Marc.de Mant.ſing.609.

Mulier an ſit domina rei dotalis, vide Bart.in l. pater filiam.ff.ad leg. falc. & in l. in rebus. C. de iure dot.an vir ſit dominus, vide eundem Bart.in l.13.§.in dotem.ff.de acquir.poſſeſ.

Mulier fundi dotalis domina non eſt. arg.l. 29. §.argento.ff.de auro & argen.legat.

Dotalis fundus fit res illa, ſuper qua fuit dos vxoris aſſecurata.Capic.deciſ.78.nu.10.tamẽ prædium in dotem conſtitutum non dicitur dotale, niſi tradita poſſeſsione. And. Gail. obſer.79.nu.9.lib.2.

Executio ſententiæ non fit in fundo dotali pro debito mariti,& vxoris; ſecùs erit pro debito contracto per vxorem ante matrimoniũ, ſi ipſa nulla alia bona habeat, hoc verum citato denuo marito.Capic.deciſ.128.

In rebus dotalibus non fit executio pro debito, ſeu expenſis, in quibus fuit condemnata vxor litigans (etiã cum conſenſu mariti) in præiudicium ipſius mariti. Ioan. Pap. lib. 18. tit.5. arreſt.44.

Quando res æſtimata datur in dotẽm, an illa æſtimatio faciat emptionem,vt maritus poſſit eam retinere,& ſoluere æſtimationem, vide Boer.deciſ.327.nu.10. Ioſ.Ludo.deciſ.Peruſ.8. par. 2. & ſupra titul.de iure dotium.

Res empta ex pecunia dotali efficitur dotalis, quando eſt empta nomine mulieris, & ſit ad eius vtilitatem; aliàs ſecùs. Gaſp.Cabal.milleloq.540.vide l.12.C.de iure dot.

Mulier conſtante matrimonio efficaciter obligat bona dotalia cum iuramento, & renunciationibus ſolitis.Gom.Leo.deciſ.18.in deciſio.diuerſo.Tom.2.Bar.in l.57. num.8.ff.de fideiuſſo.& mandat.Abba.conſ.95. vol.2. ſed pro pretio ipſarum rerum obligatarum, ipſis captis à creditoribus, habet regreſſum cõtra bona mariti,& debet præferri alijs creditoribus ipſius mariti, vide ibi.d.deciſ.18.

Qualiter fructus fundi dotalis diuidantur,ſi maritus deceſſerit in medio anni,vel aliter,inter vxorẽ,& hæredes mariti,vide Craue.cõſ.268.

Maritum ſuo facto non poſſe facere conditionem vxoris deteriorem, & ideò ſententiam latam contra maritum vxori non præiudicare,ſcribit Menoch.de arbitr. lib.2. cap.39.nu. 21.idem in præſcriptione,vide tamen Barto. in l.8.§.quidam.ff.qui ſatiſdare cogant.

Dotales res,vbi caſu fortuito ſunt factæ deteriores, illa deterioratio cedit damno mulieris; & non mariti.Nat.conſ.601.nu.7.

Aeſtimata prædia,vbi dantur in dotem, & cõuenitur,quòd æſtimatio,vel res præſtetur, tunc eſt in electione viri, vtrum velit reſtituere. Nat.d.conſi.450 num.4 nam æſtimatio in dubio facit emptionem, quod non procedit, quando æſtimatio non reſponderet valori rei. Anto. Trigo.ſing.62.

Maritus ſi non eſt ſoluendo dotem ſibi æſtimatam vera æſtimatione,alteri obligare nõ poteſt,& hoc caſu in ſubſidium datur actio contra tertium poſſeſſorem. Roſ.conſi.92.num.8. & 23. Hippol.ſing.691.Io.Anto.Trig.ſing.62. vide Bar.in Authen.ſiue à me. C. ad Senatuſcõſul. Vellei & tunc res ęſtimata non deſinit eſſe dotalis,nec poterit alienari,vel obligari per maritum. Franc. Cremen. ſing. 19. Anto. Trigo.ſing.62.tamẽ poſſeſſor offerendo ęſtimationem aufugit rerum reſtitutionẽ. Rol. d.cõſ.92.nu.fin.aliàs ęſtimatio facit emptionem, quando eſt certa, & tunc facit tranſire periculum in maritum. Cabal. milleloq.531.

Res data in ſolutum pro pecunia dotali, nõ efficitur dotalis.Rol.conſi.86.vol.4.

Donare poteſt vxor,vt filia communis maritetur.Fran.Cremen.ſing.4.

Prædium eſſe dotale, eſt vitium reale. Bar. in l. 23. C. de iure dot.& non poteſt alienari.l.13. C.de iure dot.

Vxor poteſt vti retentione,etiam contra extraneos agentes hypothecaria,viro ad inopiam vergente.Bart.in l.71.ff.ſolu.matr.nu.89.

Maritus

Matitus in rebus dotalibus tenetur de leui culpa.l.25.§. ſi maritus,& ibi Bart.ff.ſolut.matri.

Vir poteſt alienare ſeruitutes fundo dotali debitas non vtendo; non tamen patiendo.Bar. in l.26.§.maritus.ff.eod.

Mulier hodie poteſt vēdicare à viro rem in dotem datam.Bar.in l.54.ff.ſolut.matrim.

Vir quando poſsit præſcribere rem dotalem, & quando vtatur acceſsione auctoris, vide Bar.in l.12.§.in dotem.ff.de acqui. poſſeſsio.

Vir cùm conuenitur per hæredes mulieris ad fundum dotalem in dotem datum, an poſsit opponere ne conueniatur, niſi in quantum facere poteſt, vide Bart.in l.41.§. fundum.ff. de re iudic.

Mora mulieris in non recipiendo fundum dotalem, facit maritum teneri de dolo dumtaxat, & de fructibus, quos percepit.l.10.ff.ſolut. matrimo.

In bono ſufficit maritū eſſe in rebus dotalibus, qualem in ſuis; ſecùs in malo. l. 25. §. maritus.ff.eod.

Rei dotalis nomine (quę periculo mulieris eſt) non mulier furti actione agit; ſed maritus.l. 50.§.maritus.ff.de furtis.

Factum ab vxore propter minas à viro illatas, reſcinditur officio iudicis. Bart.in l.13.C. de tranſact.nu.6.

Quando dotis promiſsio conſiſtit in quantitate,& inde fundus datur,cenſetur datus in ſolutum pro ipſa quantitate, & ex ea æſtimatione,quæ emptionem facit, quod non procedit,quando interuenit lęſio vltra dimidiā. Mago.deciſ.76.Luc.

Soluto matrimonio durat fundus dotalis, & eius priuilegium, vt ſit inalienabilis, & impræſcriptibilis, donec ipſa dos ſit reſtitura mulieri;poſt reſtitutionem autē dotis nō poteſt àmplius dici dos,nec durant eius priuilegia.Hartma.Hartma. cap.1.tit.de dote lib.2.

Fundi dotalis alienatio cum vxoris conſenſu, & permutatione in alterum fundum meliorē valet.Affli.deciſ.336.& dotem vxor poteſt cum viro permutare, ſi id ſibi ſit vtile. Barth. de Cap. ſing.74.

Iuramentum mulieris ſuper alienatione fundi dotalis,ab ea eſt ſeruandum.Afflic.deciſ.336. nu.4. vide Fran.Marc.q.426. quid,ſi remaneret totaliter indotata,vide excel.P.Teſſa.dec. 223.nu.9.12.& 13.

Alienatio fundi dotalis per virum inſcia vxore facta,non nocet mulieri.Afflic.deciſ.349.

Mulier, quæ primò iurauit ſe non alienaturam fundum dotalem,& poſtea alienauit,& iurauit de non veniendo contra, non obligatur, & alienatio ſecunda non valet.Barto.in l.57. nu.9.ff.de fideiuſſo.& manda.

Conſenſus binus vxoris requiritur in alienatione facienda per maritum de re immobili donata propter nuptias,ſed quando conſenſus duplex præiudicet mulieri, vide Bart.in Anthen.vt immobilia bona.

Sicut maritus non poteſt alienare fundum dotalem; ita nec vxor conſentire marito alienanti,niſi propter mulieris vtilitatem.l.fin.ff. de iur.dot.§.1.inſtitu.quib.alien. licet,vel nō.

Vxor ſi conſenſit alienationi fundi dotalis in caſibus,quibus vendi poteſt, pretium ſuccedit loco dotis, & habet pro eo hypothecata bona viri.Capi.deciſ.78. nu.fin.vide Caſſa. in conſuetu.Burg.tit.*des droicts*.rub.4.§.22.gl.fin.

Conceditur abſolutio à iuramento præſtito ſuper alienatione fundi dotalis, aliquibus tamen concurrentibus. Guid.Pap. q. 214. aliàs valet alienatio facta cum iuramento. Bart.in l.23.C.de iur.dot.

Mulier ſine viri conſenſu rem dotalem alienās, nihil ab hæredibus mariti petere poteſt. nec etiam ſi cum conſenſu mariti iurauerit,& ſola obligata fuerit de euict.Boer.deciſ.23.n.5.

Mulier reſtituitur aduerſus alienationes factas de fundis dotalibus, non obſtante tacita approbatione, primo metu durante. Rot.Auenio.deciſ.113.ibi.tom.3.

Quod dicitur alienationem fundi dotalis valere,ſi ſit vtilis mulieri,quomodo intelligatur, vide Craue.conſi.1.pro genero.nu.39.

Quando maritus alienat fundum dotalem de conſenſu mulieris, quæ confeſſa eſt cum marito ſé recepiſſe pretium, mortuo marito, vxor poterit petere pretium fundi ab hæredibus mariti,niſi cōſtet pretium, vel partem eius fuiſſe verſum in vtilitatē mulieris.Caſsa. in conſuetud.Burg.tit.*des droicts*, rub. 4.§.17. gl.6.nu.29.& Rol.conſ.64.vol.1.

Dotale prædium mulier poteſt pro alimentis ſibi, & familiæ cōparandis (marito abſente) alienare.Nat.conſi.547.aliàs ſecùs.Bar.in l.1. C.de rei vendic.

Aeſtimata prædia viro in dotem dari poſſunt duplici reſpectu,nempe ad effectū, vt ſi prędia fuerint deteriorata id cedat periculo viri; item vt æſtimatio faciat emptionem, ita quòd vir non teneatur reſtituere prædia,ſed pretium æſtimationis, & in dubio regulariter æſtimario facit emptionem, adeò quòd bona deſināt eſſe dotalia, & alienari poſsint per virum,etiam inuita vxore.vide Nat.conſ. 450. Rol. conſi.92. vol.2.& conſ.64.volu.4.& præmiſſa procedūt, quādo matrimonium habuit effectū,aliàs ſemper reſtituitur res. Put. deciſ.376.lib.3.Paul.Aemil.deciſ.333. part.2.

Mulier ſoluto matrimonio poteſt agere ad reuocationem alienationis rei dotalis, per eā

factæ

factę cõſtante mr̃imonio. Gujd. Pap. ſing. 348.

Fundus dotalis non poteſt alienari, ſed quid, in fundo viduæ, vide Fran. Cremen. ſing. 171.

Dotalis fundus etiam ſoluto matrimonio non poteſt alienari, antequã reſtituatur mulieri, ſed poſtquam eſt reſtitutus, perdit ius, & nomen, vide Pet. de Rauen. ſing. 147.

Fundus dotalis prohibetur alienari, qđ etiã hẽt locũ in quaſi dotali. Aluiſ. de Alber. ſing. 63.

Vxor non poteſt conſentire viro alienanti rem dotalem, niſi propter ſuam vtilitatem. Bart. in l. 88. ff. de iure dot.

Priuilegium, ne fundus dotalis alienetur, quando trãſeat ad oẽs, vide Bar. in l. 1. ff. ſol. matr.

Fundus dotalis ſi legetur, debetur æſtimatio, & alienatio fundi dotalis quomodo dicatur prohibita, & cuius reſpectu, vide Bar. in l. dotalem. ff. de milit. teſta.

Alienatio facta de fundo dotali per mulierem, firmatur iuraméto, quo ad ipſam mulierem, ſed non facit, vt transferatur dominium; ideò alius poterit fundũ dotalẽ alienatũ vendicare. Bar. in l. 93. nu. 5. ff. de acquir. hæredit.

Rei dotalis quando valeat alienatio, & quando non, vide per Bart. in §. & multo, Authen. vt immobilia bona.

Emptio fundi dotalis facta ſiue à ſciente, ſiue ab ignorãnte eſt nulla, in præiudicium mulieris, ſed in præiudicium viri tenet. Bar. in l. 42. ff. de vſucap. pro empt. nu. 1. & 13.

De reſtitutione, & collocatione dotis in tuto, quæ fit cõſtáte matrimonio.

LIcèt creditoribus ſoluto matrimonio per mortem mariti competat ius offerendi dotem, tamen hoc non procedit, quãdo fit reſtitutio dotium propter mariti inopiam: quia tunc nó licet offerre pecuniam dotalẽ, & habere bona, in quibus fuerunt dotes reſti tutæ, & collocatæ ꝓ cõcutrẽti quãtitate; ſecùs in pluri valore. Ozaſ. deci. 134. nu. 12. vide Affl. deci. 199. Vincen. de Fran. deci. 54. And. Gail. obſer. 92. lib. 2. Gaſ. Cabal. milleloq. 813.

Dotis collocatio in tuto, ſiue aſſecuratio fieri debet, citatis prius creditoribus. Ozaſ. d. dec. 135. nu. 6. imò bona mariti vergentis ad inopiã poſſunt aſsignari vxori in præiudiciũ creditorũ, & ipſis nó vocatis. Capel. Thol. q. 339.

Viro vergente ad inopiã, vxor aſſecuratur in dote ſua auctore Prętore ſuper bonis patris, q ſe obligauerat cum filio pro reſtitutione illius. Afflic. deciſ. 9. & pariter dos data ſocero poteſt repeti, ſi ipſe ad inopiam vergat. Bart. in Authen. de æqualit. dot. §. illud quoque.

Dotem filij acceptã, qũ teneatur pater reſtituere conſtante matrimonio, filio, & nuru ſeorſum ab ipſo habitare volentibus, vide Boer. deci. 195. vbi ſcribit non nullas diſtinctiones, & Caſtren. in l. 2. C. famil. erciſcun.

Si filius ſuſtinet onera matrimonij, dos debet eſſe penes ipſum. Caſſa. in conſuetu. Burg. tit. *des infans*, rub. 6. §. 2. glo. 3. vide Bar. in l. 25. nu. 61. ff. ſolut. matrimo. l. 20. ff. famil. erciſcon. & Put. deciſ. 353. lib. 3.

Dos ꝙ debeat eſſe vbi ſunt onera matrimonij, intelligitur reſpectu viri, non mulieris, & an vxor, cui fuit pee ſocerum dos legata agere poſsit vigore legis, ſi cõſtante, & actio de dote, an oriatur cõſtãte matrimonio, vide Bart. in l. 2. ff. de dot. pręlegat.

Si plures ſunt fratres, & vnus habeat vxorẽ, ille debet percipere dotẽ patri per nurũ datam, vel ſibi, viuẽte patre. l. 20. §. ſi filiusfa. ff. Fami. erciſc. vide. l. 47. ibid.

Vxor aſſecurata ſuper bonis viri pro dote, non habet dominium illorum. Afflic. deciſ. 9. poſſeſsio tamen non auocatur à conuenta, cùm agitur cõtra mulierẽ aſſecuratam ſuper re patris mariti ꝓ dotibus ſuis, quæ fuerat obligata, licèt actor probet dñiũ, & poſſeſsionẽ cõuẽti in actione rei vẽdicationis. Affl. ibi. nu. 3.

Fructus rei, ſuper qua mulier eſt aſſecurata cõſtáte mr̃imonio, dẽnt ſeruire oneribus mr̃imonij. Affl. ibi, ĩ fine, vide Mag. dec. 125. Rot. Flo.

Repetitio dotis fit cõſtãte matrimonio duabus ex cauſis, vna, vt dos ſit in tuto, alia, vt deſeruiat pro alimentis viri, & vxoris. Put. deciſ. 265. nu. 4. lib. 3.

Quando vxor egit Hypothecaria conſtante matrimonio viro ad inopiã vergente, ſi fructus ꝑ cepit nó computat ipſos fructus in ſortem. Bar. in l. 1. C. de pigno. actio.

Vxor poteſt aſſecurari in pecunia viro debita, marito ad inopiã vregente, & tunc talis pecunia, deponitur apud mercatorem, vt de lucro maritus, & vxor alantur. Afflic. deciſ. 221.

Maritus non conuenitur in pluſquam facere poteſt, niſi in viginti caſibus, de quibus per Afflic. deciſ. 22.

Maritus, quòd vergat ad inopiam ſufficit vulgi opinio, & dicitur vergere ad inopiam, quando eſt bannitus, & ex quo incipit malè vti ſubſtantia ſua. Ioſ. Ludo. deciſ. 22. Luc. nu. 19. & 21. Bar. in l. 1. C. de repudijs.

Quando Maritus dicatur vergere ad inopiam, & qualiter ipſa inopia probetͬ, vide Gail. obſer. 83. nu. 11. Bar. in l. vbi adhuc. C. de iu. dot.

Maritus fideiubens dicitur vergere ad inopiam, & vxor repetit dotem. Maran. in ſuo Spec. 6. diſpu. nu. 12. fol. 577. Hippol. ſing. 574.

Per plura inſtruméta alienationũ, poteſt conſtare maritũ vrgere ad inopiã. Rol. conſ. 9. vol. 1.

Regulariter conſtante matrimonio dos reſtitui non poteſt, niſi in caſu inopiæ, & quando hæredes ſoceri recipientis dotem reſtituerunt ipſam dotem. Afflictus deciſione 349. & ſic dos conſtante matrimonio repeti non poteſt; fallit iſta iuris concluſio, ſi maritus cõſtante matrimonio ad inopiam vergeat qualitercunque. And. Gail. obſer. 83. lib. 2. Rolan. conſi. 9. vol. 1. Bart. in l. 9. C. de rei vendic. l. 29. C. de iure dot.

Ampliatur iſta fallentia primò, vt procedat nõ ſolùm in dote, ſed etiam in donatione propter nuptias. Gail. ibi. nu. 2. Rol. d. conſi. 9.

Secundò ampliatur, vt procedat non ſolùm in dote; verum etiam in bonis paraphernalibus, quæ vxor marito vltra dotem dederat. ibi. nu. 3. Rol. d. conſi. 9.

Tertiò ampliatur, vt habeat locũ nõ ſolũ in bonis proprijs mariti allodialibus; ſed etiam emphyteoticis, & feudalibus in ſubſidium. Gail. d. obſer. 83. lib. 2. nu. 4.

Quartò ampliatur, vt procedat non ſolùm in marito; ſed etiam in ſocero, qui dotem receperat, ſi incipiat vergere ad inopiam, vel malè vti ſua ſubſtantia. ibi. nume. 4. licèt maritus ſimul cum ſocero obligatus, eſſet diues. Put. deciſ. 265. lib. 3.

Quintò ampliatur, vt procedat etiã ſi maritus fideiuſſores de conſeruanda, & reſtituenda dote offerret. ibi. Gail. d. obſer. 83. nu. 7. Put. deciſ. 359. lib. 2.

Sextò, ampliatur in marito adhuc minore. ibid. nu. 7. & quãdo maritus amplius ſoluendo nõ eſt; ſed etiam, quando iam incipit labi facultatibus, & malè vti ſubſtantia ſua. ibi. nu. 11.

Nurus à ſocero dotem nõ repetit, patre virum ſuum emãcipãre, & dotem reſtituente de ipſius nurus mandato. Afflic. deciſ. 349.

Si pater emãcipat filiũ, & ei tradat dotẽ iuſſu nurus ſuæ, liberatur ab ipſa. Pet. de Rau. ſing. 165.

Vxor aſſecurata pro dote conſtante matrimonio ſuper aliqua re viri, non liberat eum, nec alia eius bona ab hypothecis: minus in tali aſſecuratione procedi poteſt ad ſecũdũ decretum, & ſi maritus aſsignat rem, dominiũ non transfertur. Capi. deci. 46. & Hiero. Mag. deciſ. Luc. 55.

Dos aſſecurata remanet apud vxorem, etiam marito facto diuite. ibi. nume. 2. vide tamen And. Gail. obſer. 85. lib. 2. & Barto. in l. 140. §. etſi placet. ff. de verb. obli.

Vxor aſſecurata pro dote in vna re viri, non poteſt variare, & eligere alia bona Hypothecata. Capi. d. deci. 46. nu. 5. & 13.

Aſſecuratio dotiũ, quę fit cõſtante matrimonio ob vrgentiam viri ad inopiã, non eſt vera dotis reſtitutio. Gramma. deciſ. 92. Bar. & Doct. in l. ſi ita ſtipuler. ff. ſolu. matrimo. vide Hiero. Mago. deciſ. Luc. 55.

Cõſignatio bonorũ viri vrgẽtis ad inopiã vxori facta, nõ nocet viro, remanet enim dñs, & eius conditio nõ fit deterior, nec pauperior, ſola adminiſtratione, quæ in illo iam erat, penès vxorem reſidente. Magon. deciſ. 125. Rot. Flor. & quia conſtante matrimonio dos ſolui non poteſt, res aſsignata pro ſecuritate dotis, non poteſt peti ſoluto matrimonio, ſed ſolũ dos ipſa. vide Gome. Leo. deciſ. 6. in deciſio. diuerſo.

Dotis repetitio, quę fit conſtante matrimonio, quẽ effectum operetur, vide Bart. in l. vbi adhuc. C. de iure dot.

Mulier an poſsit ob ĩopiã, ſeu mutationẽ ſtatus à cautione, ſeu diſpẽſatione, aut prouiſione partis dotis recedere, vide Put. deci. 364. li. 3.

Vxor an ex cauſa petitę aſſecurationis dotium, poſsit impedire creditorẽ mariti volẽtẽ capere eius bona, dum adhuc non obtinuerit pronunciari eſſe locum aſſecurationi, vide Gramma. deciſione 92. nume. 17. & hoc caſu datur cautela mulieri, vt in ſua petione dicat ſe paratam oſtendere, quòd maritus vti cępit malè ſubſtantia ſua, & ſic euenit caſus conſignationis dotium, quo caſu poſſet recta via agere cõtra tertios poſſeſſores, vel impedire executionẽ ad inſtantiã creditorũ faciẽdam. ibi. nu. 8. vide Vincent. de Fran. deciſ. 381.

Mulier poteſt agere contra tertios poſſeſſores pro reſtitutione dotis, qũ maritus eſt notoriè nõ ſoluẽdo, & qñ agit contra bona mariti ſufficiunt leuiores probationes; ſecùs quãdo ageret contra tertiũ poſſeſſorẽ. Lud. deci. Luc. 22. n. 12. & 15. vide Pet. de Benin. deci. 68.

Poteſt vxor impedire executionem factã in bonis mariti, probando virũ vrgere ad inopiã, etiam antequam egerit, & diſcuſſerit bona mariti. Rebuff. in ſuis comment. tom. 2. tract. de conſtitutio. reditu. glo. 14. nu. 43. Caſſa. in conſuetud. Burg. tit. *des droicts* rub. 4. §. 17. glo. 2. fin. Rol. conſi. 9. vol. 1.

Aſsignatio facta mulieri per maritum pro dote non valet, in præiudicium creditorum mariti. Caſſa. in conſuetud. Burg. tit. *des droicts* rub. 4. §. 17. glo. 2. nu. 8.

Si pater reſtituat dotem nurus filio bonũ erit, quòd hanc reſtitutionem faciat de voluntate ipſius nurus, aut eius patris, quia ſic faciẽdo liberatur perpetuò ab eadem obligatione dotis. Boer. deciſ. 195. nu. 8.

Furor ſuperueniens viro abſque eius culpa eſt cauſa, vt vxor poſsit repetere dotem probato furore. Ioſ. Ludo. deciſ. Luc. 22.

Vxor quæ ſcit malam qualitatem viri tempore contracti Matrimonij, non poteſt repetere

dotem

dotem; quia eſt ſibi imputãdũ. Ioſeph. Ludo. deci. Luc. 22. nu. 7. 18. vide tamen, nu. 17.
Quæſtio in vtranque partem diſputabilis eſt, an mulier ſciens, prudenſq; cum viro inope, vel prodigaliter ſumptuoſo matrimonium contrahens, poſsit conſtante matrimonio ob viri inopiam dotem datam repetere, demum concluditur pro parte negatiua; tamen hoc caſu poteſt vxor exigere à marito cautionem de dote conſeruanda, & reſtituenda. Andr. Gail. obſer. 84. lib. 2. vide Bar. in l. 3. §. ſi ſemel, ff. vt in poſſeſsionem legatorum, & in l. 13. §. de illo. ff. de damno infect.
An mulier intẽtato remedio legis, ſi conſtante, poſsit ſe opponere executioni, quæ fit ſuper bonis viri per ſecundum creditorem, allegando vrgentiam mariti ad inopiam, vide Exce. P. Teſſau. deciſ. 207.
Marito vrgente ad inopiam dos eſt reſtituẽda, vel vxor alimentanda, & eſt in electione vxoris petere alimenta, aut cautionem, vel dotẽ. Ioſ. Lud. deciſ. 22. nu. 8. & 11.
De reſtitutione dotis poſt ſeparationem thori, & quando maritus mulieri ad alimenta teneatur, vide Fran. Marc. q. 413. nu. 25.
Maritus oẽs exceptiones legitimas cõtra dotis repetitionẽ opponere põt. Gail. obſe. 83. n. 21.
Bonis mariti confiſcatis, vxor dotem ſuam ſaluam habere debet. idem Gail. obſer. 86. lib. 2.
Prouiſio in euentum reſtitutionis dotis, inopiæ cauſam non comprehendit, ſed conſignatio potius dicitur. Put. deciſ. 356. lib. 3.
Dotes mulier poteſt cum marito permutare, ſi id ſibi ſit vtile. Barth. de Cap. ſing. 74.
Dos licèt non poſsit reſtitui conſtante matrimonio regulariter, poteſt tamẽ minui, quod verum eſt in dote tantùm promiſſa. Petr. de Raue. ſing. 135.
Facta reſtitutione dotis per virum vrgentem ad inopiam conſtante matrimonio, eſt interdicta mulieri alienatio ipſius. idem de Raue. ſing. 136.
Si maritus eſt excommunicatus, & perſeuerat in excommunicatione, vxorq; non velit ſecum habitare, poteſt petere dotem. Petr. de Rauena. ſing. 956.
Filia in dote aduẽtitia ſine patris cõſenſu agit. Authen. quod locũ, & ibi. Bar. C. de collatio.
Dos mulieri in quibus caſibus ſolui poſsit, vide Bart. in l. 88. ff. de iure dot.
Dos conſtante matrimonio quibus caſibus repetatur, & maritus quando poſsit ſoluere dotem vxori conſtante matrimonio, vt ſoluendo liberetur, vide Bart. in l. 2. ff. ſolut. matrim.
Vir reſtituens ſua ſponte dotem vxori propter inopiã, qñ talis reſtitutio ſibi, & creditoribus pꝛiudicet, vide Bar. in l. 25. nu. 95. ff. ſolut. matr.
Dos cõſtante matrimonio reſtitui non debet, niſi in caſibus, in iure expreſsis, & de quibus, vide per gl. in §. dotes, Authen. de nupt.
Stipulationi propter inopiã quando locus non ſit, vt non detur executio inſtrumenti dotis, vide Put. deciſ. 356. 359. 364. li. 3.
Maritus ſæuiens in vxorem, maleq; viuendo, an teneatur ad alimenta tantùm, vel totam reſtituere dotem, vide deciſ. 131. Rot. Auenio. in deciſio. diuerſo.
Si maritus expullit vxorẽm etiam ſine iuſta cauſa, non tenetur ad reſtitutionem dotis. Petr. de Rauen ſing. 320.
Licèt dos conſtante matrimonio non poſsit reſtitui; tamen conſiſtens in pecunia poteſt permutari, & conuerti in corpora, & ſic poteſt mulier in ſolutum recipere aliqua bona pro reſtitutione ſuæ dotis, & valet talis reſtitutio. Nat. conſ. 495. nu. 19. & conſi. 496.

Soluto matrimonio quemadmodum dos petatur, & de reſtitutione ipſius.

Pater, & filius, qui dotem recepiſſe cõfeſsi ſunt, an viriliter, vel in ſolidum ad eius reſtitutionẽ obligẽtur, vide Ozaſ. deciſ. 44. Fran. Marc. q. 407. nu. fin. Rot. Auenio. deciſ. 45. tom. 3. in deciſio. diuerſo. Pap. lib. 15. tit. 4. arreſt. 14.
Pater vbi bona filij adminiſtrat, & eum gubernat ad reſtitutionem dotium inſolidum tenetur. Ozaſ. d. deciſ. 44. Crauet. conſi. 91.
Pater quando conſentit matrimonio filij, obligat ſe, & eius bona pro reſtitutione dotis. Ozaſ. d. deciſ. 44. nu. 8. Guid. Pap. ſing. 880. vide Bart. in l. 2. §. tranſgrediatur. ff. ſolut. matrimo. nam paria ſunt, quòd filius dotem recipiat cum voluntate patris, vel iuſſu eius. Ozaſ. ibi. nu. 10.
Pater, & eius filius in receptione dotis, ſi præſentes ſint, duo rei debendi iudicantur, quod eſt ſpeciale. ibi. nu. 11.
Angeli opinio confutatur, dum vult patrem tãquã fideiuſſorẽ obligari, vbicunq; filius eius volũtate dotẽ recipit. Ozaſ. d. deciſ. 44. nu. 12.
Socer, qui per apochã vnius dotẽ promiſit cautã ſub bonorũ Hypotheca, dr̃ obligaſſe bona ſua, & obnoxios hæredes ad illam ſoluẽdam feciſſe. Afflic. deciſ. 332.
Patris bona pro dote nurus, & eius antiphato ſunt obligata, ſi dotẽ pater recepit. ibid. nu. 2.
Vxor filij, ſi modò appareat inſtrumentum dotale, aſſecurari debet pro dote, & antiphato ſuper bonis ſoceri. Afflic. ibi. nu. fin.

Pater obligationi bonorum ſuorum pro reſtitutione dotium iam contractæ, derogare non poteſt, ſubijciendo eam fideicommiſſo. Ozaſ. deciſ. 44. nu. 9.

Pater, qui obligauit bona ſua pro reſtitutione dotis, non poteſt amplius illam obligationẽ tollere. Dec. conſ. 376.

Vbi dos ſolùm fuit recognita per filium, quãdo eo mortuo pater teneatur eam reſtituere, vide Caſſa. tit. *des droicts*. rub. 6. §. 2. glo. 3.

Maritus, & vxor quando ſimul confiteantur habuiſſe pecuniam dotis, præſumitur perueniſſe dos ad ſolum maritum; ideò ipſe tenetur inſolidum ad reſtitutionem. Craue. conſi. 91.

Fructus dotis ſoluto matrimonio diuiduntur pro rata temporis, quo maritus onera matrimonij ſuſtinuit. Hart. Hartma. c. 5. ti. de dote li. 1.

Non datur ſoluto matrimonio vſusfructus dotis, niſi quando debitor illius fuit in mora, & vxor eſt pauper, & non habet vnde viuat, niſi ex ſua dote, vel conſtet, q̃ paſſa fuit intereſſe. vide Afflic. deciſ. 284. Grmma. deciſ. 193. nu. 91. 97. & 98. Gaſp. Cabal. milleloq. 433.

Dos conſiſtens in rebus mobilibus lapſo anno, debet reſtitui cum ſuis fructibus, non ſic in pecunia, licèt tantominus de fructibus, quantum fuerit expenſum pro alimentis vxoris, reſtituatur. Capic. deciſ. 24. nu. 4. vide ſuprà tit. de alimen. in genere.

Vidua, vtrum de domo viri debeat expenſis hęredum habere veſtes lugubres, ſeu viduales, vide Capic. deciſ. 26. ſupra eod. tit. de alimentis. Gaſp. Cabal. milleloq. 521.

Mulier, cui maritus reliquit pro dotibus ſuis fructus certorũ caſtrorũ, non poteſt in eis creare officiales ad iuſtitiã, cum perceptione fructuũ iuriſdictionis criminalis Capi. deci. 185.

Vxor tenetur expectare per annum ad repetendam dotẽ, quando dos conſiſtit in pecunijs, & alijs rebus mobilibus; ſecùs quando conſiſtit in immobilibus, & interim debet alimẽtari. Ioſ. Ludo. deciſ. Peruſ. 21. vide Boer. conſ. 50. nu. 18. ſed an præmiſſa procedant in campſore, vel mercatore pecunioſo, vide Iaſ. de actio. in §. fuerat nu. 28.

Mulier, quæ continuat recipere alimenta in domo mariti defuncti, ſibi præiudicat in intereſſe. Vincen. de Fran. deci. 217.

Fructus bonorum non dotalium, quando teneatur maritus vxori reſtituere, vel eius hæredi, vide Cranet. conſ. 193. & ſupra tit. de bonis paraphernalibus.

Quando bona dotalia conſiſtunt in rebus immobilibus, & vir deceſsit in medio anni, vel aliter, qualiter diuidantur fructus, vide Cran. conſil. 268.

Fructus percepti per mulierẽ ſoluto matrimonio computantur in dotem. D. Sola in ſuis comment. in antiq. conſtitut. Sabaudiæ gloſſ. ſuper 3. par. decreti, blãchæ nu. 7. ti. de feudis.

Limita primò, vbi hæredes eſſent in mora, & mulier non haberet aliunde, vnde ſe aleret. ibid. d. num. 7.

Secundò, ſi mulier iterum nupſiſſet tradendo in dotem marito pignus, quod poſsidebat de bonis primi mariti. ibid. aliàs conuentio de præſtandis vſuris vxori ſoluto matrimonio pro dote (quam poterat petere) non valet. vide Rol. conſi. 55. vol. 2. etiam ratione alimentorum. Bar. conſ. 128. vol. 1.

Immobilia ſoluto matrimonio debẽt vxori ſtatim reſtitui, mobilia autem poſt annum; ſed quid, ſi vir immobilia dotalia alienauerit, & eorum pretio mobilia emerit, an debeant ſtatim reſtitui, vide Ludo. Roma. ſing. 228. vbi ſuſtinet partem negatiuam.

In prætorio pignore etiã in cauſa dotis reſtituẽdæ, fructus extenuant ſortem. l. 48. ff. de ſolut.

Actio de dote, quæ communis eſt patri, & filiæ, nõ poteſt in præiudicium filiæ (ſine eius cõſenſu) à patre intentari. Ozaſ. deciſ. 62. nu. 6.

Dos à patre profecta reuertitur ad patrem, filia ſine liberis decedente, vel cùm libero nato in octauo menſe, qui vixit duobus diebus, & viuere non poterat. Affli. deci. 236. Guid. Pap. q. 142. facit l. 4. C. de falſ. cauſ. adiect. legat.

Dos quæſita per filiam emãcipatam poſtquam pater eam dotauit, non cõſolidatur amplius in patrem. Capic. deciſ. 176.

Dos mulieris excluſæ per maſculos à ſtatuto, vtrum remaneat penes filios ſuos, vel reuertatur ad patrem dotantem, vide ibid. nu. 7.

Pater ſoluendo dotem, ſi ſtipulatur ſibi, & hæredibus ſuis reddi, in omnem caſum reſtitutionis dotium, an impediat conſolidationem in filiam fieri, vide ibi. nu. 17.

Dos filiæ ſoluto matrimonio iure patriæ poteſtatis, ad patrem reddi debet; licèt eam diminuere non poſsit. Gramma. deciſ. 54. nu. 8.

Quando filia de conſenſu patris ſtipulatur dotem ſibi reddi; & ſuis liberis, aut ipſe pater nomine filiæ ſtipulatur ipſi filiæ reſtitui; vel ſuis liberis, tunc ſoluto matrimonio ipſa dos non reddit ad patrem dotantem, ſed tranſit ad filiam, ſi viuat, & ſi mortua, deuoluitur ad eius liberos tãquam hæredes, & in caſu omiſſo, & non comprehenſo in ſtipulatione, facta per patrem de dote ſibi reſtituenda, donare videtur ipſi filiæ, & ipſius ſolius eſt actio. Gui. Pap. q. 147. & q. 523. & ſing. 623.

Actio de dote conſequenda competit vxori (mortuo viro) cui non fuerat dos ſolui promiſſa; ſed viro, vide Guid. Pap. q. 375. & ſupra tit. de iure dot.

Filia

Filia, cui pater dederat bona ſua in contractu matrimonij pro illa, & eius deſcendentibus ex ipſo matrimonio, & omnibus alijs habentibus cauſam ab ipſa, non poteſt alijs donare, niſi deficientibus filijs eiuſdem matrimonij. Pap. lib. 15. tit. 1. arreſt. 5.

An filia poſſit dare dotẽ filijs ſuis, patre ipſius filiæ adhuc viuente, & an datio conualeſcat mortuo patre, vide Craue. conſi. 39.

Si filia præmortua donauerit dotẽ viro ſuperſtiti, quando valeat donatio, vt pater excludatur etiã quo ad vſumfructum, vide Craue. conſi. 84. plenius conſi. 92.

Pater, quando dat certam dotem filiç pro omnibus bonis, & iuribus paternis, maternis, fraternis, & ſororinis, quæ bona, & iura filia cedit, & renunciat ipſi patri, non cenſetur eam dotaſſe de bonis proprijs tãtùm. vide Craue. conſi. 84. nu. 4.

Dos quando conſtituitur filiæ pro omni iure, quod habere poſſit in bonis patris, dicitur habita dos loco legitimæ: ideò quæritur ſoli filiæ, & in ea ſuccedunt hæredes ipſius, vel filij ab inteſtato. Craue. ibid.

Dotis profectitiæ pater habet vſumfructum, & tunc filia nõ poteſt diſponere de dote ipſa. Crau. d. conſ. 84. ſecùs in aduentitia. ibi. nu. 7.

Dos inſolidum acquiritur filiæ, quando pater fuit ſtipulatus eam filiæ reddi. Crau. ibid. nu. 3. & tunc illam pater conſequi nõ poteſt, niſi vt hæres filiæ. Craue. d. conſi. 84. nu. 10.

Dos data ab auo, an cenſeatur profectitia, & vi deatur profecta à patre, vide Craue. cõſ. 219.

Pater dãdo dotem pro filia ſibi inſolidũ actionem non quærit, niſi ſibi ſtipulatione proſpiciat: ſecùs in alijs omnibus, qui dando dotẽ per ſolum pactum nudum ſibi actionẽ quærunt. Iaſ. de actio. §. fuerat. nu. 53. aliàs quæritur filiæ, quod intellige ſi matrimonium ſequatur. Iaſ. ibid. nu. 131. tamen actio de dote eſt communis patris, & filiæ. Ibid. nu. 54.

In dote profectitia mulier agit cum conſenſu patris; ſecùs in aduentitia. ibid. nu. 133.

Dos profectitia patri, & filiæ reſtitui debet, ſed quando filia iuſtè recuſare dicatur conſentire patri recuperãti dotem à ſe datam, vide Menoch. de arbit. lib. 2. caſ. 240. tamen pater non poteſt filiæ in dote præiudicare. ibid. & ècontrà filia non poteſt dotem profectitiam patre inuito exigere, vel donare. idem Menoch. caſ. 242. ibid.

Dos data ab extraneo, vel patre, matre, aut fratre an, & quando cenſeatur donata abſque animo repetendi, vide Menoch. de arbitra. lib. 2. caſ. 88. nu. 39.

Propter filiæ adulterium pater eius vita durante, non priuatur vſufructu dotis filiæ traditæ. Caſſa. in conſuetud. Burg. tit. *des droicts*. Rub. 4. §. 6. glo. 13.

Pater ſi ſtipulatus eſt dotem ſibi dari, facto diuortio filiæ voluntate, mortua filia ſine liberis agit pater, vt hæres filiæ, nec alius conſenſus requiritur. Bar. ſing. 61.

Si frater dotauerit filiã fratris, videtur illud feciſſe contemplatione fratris, & ideò illa dos dicitur profectitia. Dec. conſi. 280. nu. 4.

Pater, qui dedit dotem filiæ, & pro ea eſt ſtipulatus, ea mortua ſine liberis, ſolus ſuccedit. Bar. ſing. 62. excluſis fratribus, & ſororib. defunctæ. Io. Anto. Trigo. ſing. 17.

Dos, vel donatio ad patrem reuerſa debet eſſe præcipua illius filiæ, pro qua data fuit, extraneis inſtitutis, ſed quid, ſi alij filij fuerint inſtituti, vide Bart. ſing. 154.

Actio de dote non eſt communis patris, & filiç conſtante matrimonio; ſicut eo ſoluto, ſed ſolùm datur filiæ. Bald. ſing. 11.

Quando pater ſtipulatur dotem pro filia, actio eſt propria patris; ſed an tranſeat ad hæredes, vide Bart. in l. fin. C. cõia vtriuſque iudi.

Vir ſi in inſtrumento cõfeſſus fuit habuiſſe, & recepiſſe à patre mulieris centum in dotem, quæ promiſit reſtituere, an mulier ſoluto matrimonio poſſit dicere actionem ſuam, vide Bar. in l. 41. ff. ſolut. matrimo.

Filia delinquens non nocet patri in dote repetenda, & ipſe pater repetẽs dotem adiuncta perſona filiæ, tenetur ſatiſdare de ea defendendo, in caſu reconuentionis. Bar. in l. 3. §. ſi filiafa. ff. de actio. rer. amot.

Actio de dote intentata per patrẽ, an fiat tranſitoria ad hæredes per ſolam litis conteſtationem, & quando faciat actionem propriã, vide Bar. in l. 14 ff. ad leg. Falc.

Clauſula appoſita in inſtro dotali, nempe confeſſus fuit ſe habuiſſe, & recepiſſe, probat traditionem eius, quod tunc temporis tradi potuit. Bar. in l. 48. ff. de acquir poſſ.

Quod facit ad id, quia ſi ante inſtrumentum fuiſſet res tradita, nõ poſſet ex inſtrumento quæri actio patri. Bar. ibid.

Dos data filiæ à patre dicitur eſſe aliena ab omnibus bonis patris, & dos reuerſa ad patrem, illam minuere non poteſt pater in præiudicium filiæ, niſi eius ſubſtantia eſſet diminuta. Bar. in §. qa verò. Auth. de æqualitate dot.

Dos dicitur proprium filiæ patrimonium, & an ſolutio facta patri liberet maritum, vel eius hæredis à filia, & ècontrà, vide Abb. conſ. 81.

Dos à patre profecta, & ad eum reuerſa, venit inter liberos diuidenda, niſi ratio inæqualitatis aliud inducat: cum hærede autem extraneo non diuiditur, ſed ad ipſos liberos, pro quibus data fuerat reuertitur. l. fin. C. commu.

commun. vtriuſque Indie.

Pater adiuncta filia dotem repetens, ipſam tenetur defendere inſolidum.l.3.§.ſi filiaſam.ff. de act.rer.amot.

Reſtituens dotem profectitiam patri ſine filiæ voluntate, non liberatur à filia; ideò pôt repetere.l.34.§.ſi gener.ff.de ſolut.& liberat.

Si pater eſt furioſus, dos debet reſtitui curatori ſuo, cum conſenſu filij, vel filiæ.l.69.ff.eod.

Dos à patre profecta (etiam ſi extent liberi) an ad illū reſtitui debeat, quando pdecedit maritus, & inde moriatur vxor, vide Excel. P. Teſſau.deciſ.138. & quid, quando filia moritur in matrimonio cū liberis, vide ibid.deci. 190.& Hart.Har.c.4.tit.de dote lib.2.

Vxor licèt conſtante matrimonio dotem donare non poſſit in præiudicium mariti, tamen talis donatio morte mariti confirmatur. Ozaſ.deciſ.94.

Publicatis bonis vxoris non venit dos, niſi in quibuſdam caſibus, de quibus vide ibi.n.19.

Mater mulieris agens ad reſtitutionem dotis filiæ, quę habuit filios, ſed tamē deceſsit ſine ipſis, debet pbare ipſam filiam abſq; liberis deceſsiſſe; aliàs non ſequeretur cōdemnatio cōtra maritū. Ozaſ.deci.Senat.108.& cōſ.ſeq.

Obligatio, ſeu ſtipulatio de aliqua quantitate reſtituenda in omnem euentum dotis reſtituendæ, habet in ſe tacitam conditionem, ſi ſine liberis vxor deceſſerit. Ozaſ.deciſ.108. nu.6.vide Afflict. deciſ.399.

Filia excluſa per ſtatutum, & per renunciationem, an pariter procedat quo ad tranſmittendam dotem filijs ſuis, & non patri, vide Capic.deciſ.176.nu.8.

Conſuetudo generalis, quòd dos filiæ prædefunctæ tranſmittatur ad eius filios; & nō reuertatur ad patrem, an debeat probari, vide ibid.num.18.& tunc dos ſpectat ad filios beneficio legis, non vti hæredes. Borg.Caual. deciſ.14.contract.par.2.nu.18.

Filij filiæ morientis ante patrem, ſuccedunt in dote materna. Capic.deciſ.176.nu.24.& 28.

Pater filiorum filiæ morientis ante patrem, lucratur dotem paternam ipſorum morientiū ſibi ſolutā; promiſſam verò lucratur æqualiter vnà cum ſocero. Capic.deciſ.176.nu.30.

Si pater eſt ſtipulatus dotē ſibi reddi, filia decedente ſine filijs, illa decedente cum filijs, etiam debet ei reddi dos de iure. Bart.conſ. 130. ſecùs de conſuetudine.idem Bar. conſ. 199.vol. 1. & Abb.conſ.115.lib.2.

Pactum factum in contractu matrimonij, quòd primogenitus maſculus ſuccedat in tali domo, ſtipulatione per ſponſum, vel notarium interpoſita, valet. Guid.Pap.q.267.vide Capel.Thol.q.453.& q.454.

Si extraneus, qui dotē cōſtituit ſtipuletur illā ſibi, reſtitui ſoluto matrimonio, ipſa dos debet reuerti ad ipſum conſtituentem, etiam liberis extantib. ex ipſo matrimonio. Guid. Pap.quæſt.523.

Matrimoniale pactum eſt teſtamentum: ideò per illud poſt prouideri liberis, & deſcendibus, vt plenè traditur per Boer.deciſ.155.

Si mulier paciſcatur de dote reddenda fratri ſuo pſenti, & ſtipulanti, non poterit amplius de ipſa diſponere in præiudiciū ipſius. Boer. deciſ.353.nu.14.

Marito quod vxoris contemplatione datur, liberis primi matrimonij quæſitum eſſe videtur. Marc.q.113. par.2.

Quittatio facta per maritum de parte dotis nō receptæ, quando pręiudicet mulieri, vel eius hęredibus agētibus ad reſtitutionem ipſius dotis, vide Ioan. Pap.lib.15.tit.9.arreſt.5.

Dos promiſſa reſtitui extraneo illā conſtituenti, ipſi eſt reſtituenda, etiam liberis extantib. ſecùs erit in alijs cōſanguineis, vel parentib. idem ibi arreſt.10. vide Boer. conſ.56.

Filia dotata à patre ea conuentione, vt dos ad ſe rediret, mortuo patre, filio maſculo etiam exiſtente hærede inſtituto, ipſa filia, & hæredes eius dotē debent conſequi. Dec.cōſ.106.

Idē, qñ pater deceſsit ab inteſtato relicto filio, qui ſolus ab inteſtato ſuccedit. Dec.ibid.

Conuentione inita in dotis cōſtitutione, quòd ſi filia decederet ſine filijs legitimis, & naturalibus, bona dotalia ad patrem reuertātur, filia vnica extantę tempore mortis matris, pater excluditur, & ſemel excluſus amplius non admittitur. Dec.conſ.414.

Soror quando dotatur de bonis proprijs fratris, ipſa decedente ſine liberis, non poterit diſponere de dote in præiudicium fratris, qui ſtipulatus fuerat, ꝙ dos reuertatur vnde exierat; ſecùs quādo fuiſſet dotata de bonis pr̄nis, vel maternis. Vinc.de Fran.deciſ.196.

Conſuetudine inductum eſt, quòd dos à patre data non reuertatur ad ipſum ſupraviuentē mortua filia, relictis liberis; ſed remanere debet ad maritum pro commodo filiorum, à qua conſuetudine receditur, quando maritus eſſet diues, & pars dotis nō eſſet adhuc ſoluta (licèt promiſſa) nam pro ea parte hoc caſu nō poſſet compelli pater dotans ad ſoluendum. Menoch.conſ.238.lib.3.

Pater mortua vxore, ſi incipiat male vti ſubſtantia, an filius habeat remediū l.vbi adhuc, vide Bar.in l.13.C.de ſenten. paſsis, & reſtitut.

Filiafa. quando habeat hæredem ab inteſtato in dote profectitia, vide Bart.in §.1.Auth.de hæred.quæ ab inteſta.

Dos data à fratribus ſibi ſtipulantibus reſtitui in caſu

in caſu ſoluti matrimonij non repetitur ab ipſis, ſi ſoror deceſſerit relictis liberis. Bar. conſi.127.vol.1.

Frater non poteſt ſtipulari dotem ſibi reddi, q̃ eſt de bonis ſororis,& ſi ſtipulatur pôt ipſa agere, vt liberet virum.Bar.conſi.88.vol.2.

Frater ſtipulando dotem reſtitui, an in dubio præſumatur pro ſe,vel pro ſorore ſtipulari,vi de Bart.conſi.88.volum.2.

Mulier licèt ex primo matrimonio habeat filios,dotẽ ſuã recuperat,& alteri nubere poteſt: ſed ſi faciat extraneum hanc dotem ſtipulari animo donandi cauſa mortis,ea mortua,donatio reuocatur vſq; ad debitũ bonorũ ſubſidium, niſi in reſiduo patrimonio inueniatur legitima.l.2. C.de donan.cau.ſ.mor.

Priuilegia dotib.& vxorib. cõceſſa,amplectunẽ ẽt vxores per verba de futuro.Afflic.deci.61.

Reuocatio facta per filium hęredem alienationum bonorum feudalium per defunctum factarum,ſaluo aſſenſu domini, antequam dominus conſentiret,non extenditur ad bona feudalia obligata ſaluo aſſenſu Regis pro dote vxoris ipſius defuncti,quæ poſt reuocationem impetrauit aſſenſum. Afflic. decil.111.

Hæres fauore dotis tenetur habere ratum defuncti factum.Afflic.ibid.nu.7.

Maritus poteſt pro dote vxoris bona ſua,& filij hæredis aliunde quęſita obligare,ſi filius nullum confecit inuentarium,vel fecit; ſed minus legitimè, & contra ipſum filium mulier obtinebit. Afflic.ibid.nu. 15. aliàs bona hæredum defuncti non ſunt obligata pro dotis reſtitutione, niſi defunctus ſpecialiter bona hæredis obligaſſet noĩe hæredis, nec ſufficeret obligare ſe,& ſuos hrẽdes.Affl.dec.201

Dos eſt ſequela matrimonij ; ideò debet exigi ſecundum conſuetudinem loci viri, & non mulieris: ſed inſtrumẽtum dotale debet celebrari ſecundum conſuetudinem loci mulieris, in quo fit contractus. Afflic.deciſ.236. vide l.65. ff. de iudi.

Si ſimpliciter fiat æſtimatio bonorum datorũ in dotem,& non ſit dictum, quòd in reſtitutione dotis reſtituantur ipſa bona; ſed dicta æſtimatio, maritus videtur emiſſe prædicta bona,& omne augmentum tunc pertinet ad illum, ſi matrimonium habuerit effectum; aliàs non. Put. deciſ.376.lib.3. ſecùs etiam ſi eſſent data in dotem ęſtimata,vt nõ ignoret valor.Affl.deciſ.27. vide ſupra tit.de iur.dot. & tit.de fundo, & re dota.Boer.deciſio.327. Ioſ. Ludo.deciſ. Peruſ.10.& deciſ. 89. Cabal. milleloq.537. Borg. Caual.deciſ.16. de iudi. l.5.& 10 C.de iure dot.

In re dotali æſtimatio facit emptionem, & res data æſtimata non remanet amplius pro dotibus obnoxia,niſi in ſubſidium: tamen æſtimatio non facit emptionem, quãdo fundus, plus dimidio valet, quia tunc ſtante tali exceſſu dicendum eſt magis datum eſſe ad cuſtodiam, & ad gaudimentum, quàm in ſolutum.Mago.deciſ. Luc.76.

Animalia, veſtes, & ſimilia,quando dantur in dotem intereſt mariti, vt nõ dentur æſtimata: quia tunc ſolùm tenetur ad reſtitutionẽ ipſarum rerum ſi extent; ſecùs ſi dentur æſtimata,quia hoc caſu illis conſumptis(etiã ad vſum mulieris) tenetur ad reſtitutionem ſecundum ęſtimationem.Rol.conſi.92.volum. 2 num. 10. & 11.

Mulieri ꝓ rebus dotalibus (etiã æſtimatis) cõpetit rei vendicatio,& hypothecaria,in quibus præfertur creditorib. ex tempore anterioribus, nec ei vlla currit præſcriptio anteq̃ agere poſsit ſoluto, vel conſtante matrimonio.l.in rebus.C.de iure dot.

Quando ſunt duo rei obligati pro reſtitutione dotis,tunc mulier debet prius experiri contra ambos correos, antequam agat contra tertium. Afflic.deciſ.312.

Hęredes patris,& quilibet inſolidum conueniri poſſunt ad dotem,pro cuius aſſecuratione promiſit pater. Afflic.deciſ.332.

Poſſeſſor tertius bonorum pro dote obligatorum conuentus hypothecaria, vt executionem euitet debet offerre dotem, neq; repellitur mulier,vel eius hæres exceptione cedẽdarum actionum, ſi eam ceſsionem contra alios non poteſt facere ſine dolo malo, puta quia illos liberauerat, tenetur tamen cedere actionem contra alios, prout facere poteſt. Afflict.deciſ.343. vide tamen Thom. Minad. deciſ.29. Bart.in l.21.C.ad Velleia.ſed qñ fit reſtitutio cõſtante matrimonio,nõ admittitur oblatio dotis.Bar.in l.10.C.qui potiores, vide ſupra titu. prox.

Dos promiſſa marito, qui poſt promiſsionem obligauit oĩa bona ſua, inde cõtraxit multa debita, & poſtea confeſſus eſt dotem illam recepiſſe,aſſecuranda eſt in creditorũ præiudicium: quia inſpicitur tempus dotis promiſſæ; & non receptionis, ſeu ſecundæ confeſsionis de numeratione dotis. Afflic.deciſ. 402.Ioſeph.Ludo.deciſ. Peruſ.71.par.2. tamẽ nulla præcedente promiſsione,confeſsio de dote recepta per virũ cõſtante matrimonio, nõ nocet anteriorib.creditorib.ibi. Affl.n.2. ideò alienatis bonis dotalibus de cõnſenſu mulieris, ꝓ pretio vxor habet regreſſum cõtra bona mariti,cum anterioritate temporis à die ſuæ dotis conſtitutæ. Gome.Leo.deciſ. 18.Natt. conſi.552.Rol.conſi.64.vol.1.

An contra inſtrumentum dotis poſsit opponi exceptio

exceptio non numeratæ dotis, vt retardetur executio ipſius, ſi maritus in ipſo inſtrumento cõfeſſus fuit dotem recepiſſe, & illico incontinenti per aliud inſtrumentum conſtat de obligatione ipſius dotis, non obſtante cõ feſsione prædicta, & deinceps nõ conſtet de ſolutione, vide plenè per Abb. conſi. 73. lib. 2.

Lapſis temporibus opponendi exceptionem non numeratæ dotis, tantum operatur confeſsio mariti de dotis receptione (etiam in præiudicium quorumcunq; creditorũ) quantum operatur vera, & realis ſolutio, & hoc caſu dos confeſſa habet omnia priuilegia; ſicut dos numerata. Afflict. deciſ. 402. nu. 10. vide ſupra lib. 1. tit. de dote cauta.

Quid hoc in caſu, ſi talis confeſsio fuerit facta conſtante matrimonio, vide Craue. conſi. 40. nu. 5. Rol. conſ. 31. vol. 1. Iaſ. de actio. §. fuerat. nu. 76. Natt. conſi. 78. nu. 8. Fely. conſi. 21. nu. 6. ſupra tit. de dote cauta. lib. 1.

Fiſcus tenetur etiam ad ſolutionem dotis cõfeſſæ, vbi renunciatum eſt exceptioni non numeratæ dotis, vel lapſa ſint tpa opponendi. Natt. cõſ. 78. vide Bar. in l. 1. C. de dote cauta.

Mulier poteſt pro dote petere ſibi aſsignari terras ſuis vicinas, & coherẽtes. Capic. deciſ. 42.

Maritus aſſecurando vxorẽ ſuper bonis ſuis, liberatᷣ ab obligatione dotis. Capi. dec. 78. n. 8.

Mulier cõdemnata ad rei reſtitutionem, poteſt eam retinere poſt ſententiam, virtute hypothecæ ſuarum dotium, vel precarij, quam, vel quod ante ſententiam nõ oppoſuerat; ſecùs ſi oppoſuiſſet. Cap. deciſ. 119.

Mulier mortuo viro, poteſt auctoritate propria remanere in retentione domus, in qua cum viro habitabat, donec dos actualiter ſibi ſoluatur. Capic. ibid. num. 3. nam mulier virtute hypothecæ, quam habet in bonis viri, poteſt vti retẽtione pro eius dote. Gram. deciſ. 58. & deciſ. 92. nu. 19. Ioſ. Lud. deciſ. Peruſ. 12. nu. 18. par. 1. & deciſ. 61. par. 2. & 109. Mago. deci. Luc. 64. Myſing. obſer. 82. cent. 6. & Put. deciſ. 278. libro 3.

Vxor bona defuncti mariti inſolidum poſsidere, aut petere poteſt, donec ſibi dos, & donatio propter nuptias ſoluantur, hęredi precario poſsidenti etiam præferenda. Put. deciſ. 463. num. 4. lib. 2.

Vxor per clauſulam contentam in inſtrumento dotium, quòd in euentum reſtituẽdarum dotium poſsit propria auctoritate capere, & apprehendere bona, &c. poterit nedum inhęrere poſſeſsioni bonorum viri, verùm etiã, ſi creditor eam apprehendiſſet, poſſet ꝓpria auctoritate ingredi, & apprehendere etiam illo reſiſtente. Gram. deciſ. 92. nu. 21.

Mulier mortuo marito, poteſt retinere domũ, quam iure familiaritatis habitabat, marito viuente. Dec. conſi. 232. ſed quando hoc dictum locum habeat, & quæ concurrere debeant, vide Rolan. conſi. 77. vol. 1. num. 20. & quando habet hypothecam põt inſiſtere bonis, etiam contra fiſcum. Rol. conſ. 31. vol. 1.

Filijs datur retentio dotis, donec per matrem fuerit reddita ratio adminiſtrationis tutelæ, per eam adminiſtratæ. Rol. conſi. 17. vol. 4.

Maritus confeſſus habuiſſe dotem tenetur eas reſtituere, & ſi poſtea virtute promiſsionis factæ à patre, vel extraneo ipſas non receperit, quia ſibi ꝑiudicauit in prima cõfeſsione. Capic. deciſ. 183. nu. fi. vide Craue. conſi. 282.

Dos ſi præſcribatur, aut pater vxoris fiat non ſoluendo, imputatur hoc marito; ideò dos poteſt peti ſoluto matrimonio. Boer. deciſ. 22. nu. 18. imò vxor non poteſt viro imputare negligentiam dotis non exactæ, & ſic regulariter mariti negligentia in nõ exigendo dotẽ nocet vxori: fallit Primò, vbi maritus ſine cõſenſu vxoris remiſerit dotem, aut eã, quam non receperat confeſſus fuiſſet recepiſſe: Secundò, quando maritus non conuenit hæredẽ ſoceri promittentis: Tertiò fallit, quando extraneus dotem promiſerat ex cauſa oneroſa vxoris. Boer. deciſio. 329. vide Franciſ. Marc. q. 180. Rot. Auenio. deciſ. 148. in deciſio. diuerſo.

Quando maritus in inſtrumento matrimonij, confitetur recepiſſe à ſocero, & incontinenti in alio inſtrumento ſocer ſe obligat marito ad quantitatẽ confeſſam, an ſoluto matrimonio hæredes mariti teneantur ad ſolutionẽ dotis, an verò cedendo iura ſua contra ſocerũ, vel eius hæredes liberentur, vide Marc. q. 642. par. 2.

Maritus ignoràter recipiens in ſolutum (etiam per delegationem) nomen debitoris nõ ſoluendo, pro certa quantitate dotis, non præiudicat ſibi, neque hæredi in reſtitutione, ſi nihil à debitore ceſſo exegerit. Vincent. de Fran. deciſ. 108. nam ceſsi nominis periculũ principaliter ad vxorem ſpectat, niſi culpa mariti interuenerit. Ozaſ. deciſ. 62. nu. 12.

Maritus an teneatur ad dotis reſtitutionem, data dilatione, ſi pater vxoris, qui tẽpore promiſsionis erat ſoluendo, reperiatur non ſoluendo tempore reſtitutionis, vide Vincent. de Fran. deciſ. 424. par. 2.

Per ſecundum inſtrumentum conſtitutionis dotium, non videtur receſſum à priori ante facto. Craue. conſi. 282.

Inſtrumentum dotis liquidũ non dicitur, quando mulier per mortem viri petit executionem. Gram. deciſ. 58. nu. 12.

Ad dotem ſi eſt actũ ex vna ſtipulatione dotis,

&

& non probatur ſtipulatio,nihilominùs obtinebit agens,non vi fictionis,ſed vi pſumptionis tacitæ ſtipulationis.Gram.deciſ.103.n.13.
Stipulatio tacita à lege inducta fauore dotis, ita meretur executionẽ , ſicut ſtipulatio expreſſa in inſtrumento. ibid.nu.14.
Confeſsio mariti de dote recepta,licèt nihil dicat in ea, qđ promiſerit reſtituere,ex quo tacitè in ſe continet promiſsionẽ de reſtituendo,ita mãdabitur executioni , ſicut expreſſa promiſsio reſtituendi. Gram.deciſ.103.n.15. Rebuff.in ſuis comment.tract.de litte.oblig. art.2.glo.1. nu.23. Tom.1.
Inſtrumentum dotale licèt in ſe non contineat hypothecam,quia tñ pſupoſita dote , de neceſsitate datur hypotheca hincinde, ſequitur etiam quòd habeatur pro expreſſa eo modo.Gram.ibid.nu.16.
Promiſsio cõſtituendi dotẽ operat̃,acſi cõſtituta fuiſſet ad euitandũ circuitũ.ibi.n.18.& 87.
Requiſita ad obtinendum in iudicio aſsiſtẽtiæ petitæ, tàm quando agitur contra poſſeſſorem, quàm principalem. vide nu.105.& 175.
Cauſa viduæ, & cauſa dotis dicitur pia. Gram. d.deciſ.103.nu. 137.
Dos confeſſa, & non recepta, an habeat priuilegia dotis numeratæ, vide Boer.deciſ.330. & ſupra tit.de dote cauta. lib.1.
Vxor mortua maritus poterit ſibi retinere veſtes pcioſiores,quas fecit vxori ; ſecùs in veſtibus quotidianis. Capel. Thol.q.337.vide ſupra tit.de donat.int.vir.& vxo.
Hæredes mulieris habent actionem contra maritum , ſi mulier aliquid acquiſiuit ex eius opera fabrili , & artificiali. Ioſ.Lud.deciſ.28. nam acquiſita ab vxore conſtante matrimonio,illi acquirũtur,ſi artem aliquam (ex qua lucrabatur) exercebat. Menoch.cõſ.154.nu. 14.li.2.vide ſupra tit.de dona.int. vir. & vxo.
Dos,iocalia,veſtes, & donata pretioſa, & feſtina ſolùm reſtituuntur. Borg. Caual.deciſ.18. par.2.nu.11.& quæ ſint,vide nu.13.& 18.
Iocalia, & donamenta facta à conſanguineis viri ſponſæ, dicuntur facta contemplatione viri,& ècontrà, vide ibid.nu.21.
Soluto matrimonio cogitur vir dotem reſtituere,& bona diuidere communia.c.1. & 2. ext. de donat.int.vir. & vxo.
Quod intellige de his bonis , quæ communiter empta fuerunt de bonis proprijs vxoris,& viri, & de hoc conſtat,aliàs enim præſumerentur omnia eſſe de bonis mariti. glo.ibid.
Confeſsio facta conſtan. matrimonio de dote recepta in bonis mobilibus , quæ non apparet, pręſumitur facta in fraudem creditorum,& non valet.Capel.Thol.q.340.vide tamen Mohed.deciſ.202.

An talis cõfeſsio noceat hæredibus mariti , vel creditorib. vide per Ioſ.Lud.deciſ. Peruſ.66. par.2.& ſupra tit.de dote cauta lib.1.
Mulier, quæ vult recuperare bona ſibi hypothecata pro dote,non poteſt eligere vbi voluerit; ſed Iudicis arbitrio relinquitur. Ioſ. Lud. deciſ. Peruſ.65.par.2. nu. 17.
Maritus,& vxor rem dotalem vendentes, ſi pretium receptiſſe confiteantur,ſoluto matrimonio totam ſummã vxor repetet.Franc.Marc. q.407.vide tñ ſupra tit.de fundo, & re dota. & tit. de pſumptionib.lib.1.idẽ ſi mulier cõſentiente marito vẽdat. Marc.d.q.407.n.22.
Pretium fundi dotalis venditi per virũ, & vxorem,& per quemlibet ipſorum inſolidũ,præſumitur pro dimidia ad vxorem perueniſſe, & alia dimidia ab hæredibus viri poteſt repeti , & dos eſt quid vniuerſale : ideò in illa pretium ſuccedit loco rei. Bart.conſi.124.& reſpectu prioritatis inſpicitur tempus dati fundi in dotem.Bar.ibid.
Dos probàtur per verba enũciatiua inſtrumenti facti inter alios fauore dotis, etiam ſi eſſent enunciatiua inter diuerſas perſonas. Paul.Aemil. deciſ.288.par.1.
Maritus ſepellit vxorem de dote. Gaſp. Cabal. milleloq.531.
Dos conſtante matrimonio ſolui non poteſt: ideò res aſsignata ,p ſecuritate dotis,nõ poteſt peti ſoluto matrimonio ; ſed dos ipſa. Gomez.Leo.deciſ.6.in deciſ.diuerſo.Tom.2. vide ſupra titu.prox.ideò vxor hoc caſu non poteſt renũciare iuri hypothecarum in reb. ſpecialiter obligatis. Natt.conſi.101. vol.1.
Vxor cõſentiens alienationi rei mariti ſibi obligatę,non intelligitur tacitè renunciare iuri hypothecæ, niſi expreſsè hoc agatur. Natt. conſi.101.Tom.1.nu.12.imò regula eſt,quòd mulier iuri hypothecæ renunciare poſsit , ſi vir habeat bona , in quibus mulieri conſultũ eſſe poſsit,in caſu dotis reſtituendæ; ſecùs ſi alia non haberet bona. Rolan.conſ.70.vol.2. vide c.4.ex.de empt.& vẽdi.Affl.dec.311.n.5
Declaratur nõ procedere hoc vltimũ dictum, quando in renunciatione interuenit iurm, nam tunc fit præiudicium mulieri , & eius hęredi , & ſi non adſint alia bona , in quibus conſultum eſſe poſsit ipſi mulieri, & eius hæredi. Rol.ibid.Afflict.deciſ.d.deciſ.311.nu.4. Boer. deciſ.23.nu.9.
Mulier renuntians iuri hypothecarũm in vno contractu , vel quo ad vnam perſonam, quo ad alium contractum,vel quo ad aliam perſonam ſibi non præiudicat. Bald.ſingul.27. & renuntians,quo ad vnam peciam, nõ præiudicat ſibi quo ad alia bona,iam ante alienata ſine eius conſenſu. Auguſt.Bero.q.93.

Bbb Filius

Filius expreſsè conſentiens venditioni certarū rerum paternarum per patrem factæ, licèt videatur renuntiare iuri hypothecæ ſibi in illis bonis venditis debitæ; non tamen videtur renuntiare doti, vel hypothecæ, quo ad alia bona patris non vendita. Pet. Gerar. ſing.32. vide Mago. deciſ. Luc. 55.

Mortuo viro vxor poterit agere contra hæredes mariti, durante tempore dato ad deliberandum. Pap. lib.15. tit.4. arreſt.15.

Reuocatio donationis facta p maritum in ſequenti die ſub pretextu ſimulationis, non præiudicat vxori, cui in bonis donatis fuerant aſſecuratæ dotes. Pap. lib.15. tit.4. arreſt.21.

Si ſecunda vxor agat ad reſtitutionem dotis confeſſæ per maritum cōtra filios primi matrimonij, an ipſi poſsint contra eam opponere dictam confeſsionem fuiſſe factam in fraudem ipſorum, & ſapere vim donationis, vide Crauet. conſi.40. & ſupra titu. de pœnis ſecundò nubent.

Quando mulier conſtituit ſibi dotem de bonis ſubiectis fideicommiſſo, ſi eam recuperet, nō tenetur amplius fideicommiſſario illam reſtituere. Craue. conſi.186. nu.14. vide Bart. in Authen. de reſtitutio.

Bona fideicōmiſsi pro reſtitutione dotiū ſunt alienabilia. Illuſtr. Senator Sol. in ſuis comment. in antiq. conſtitu. Sabaud. glo. ſuper 1. part. decreti, blanchæ tit. de feudis. nu.3. fol. 69. & Dec. conſi.376. & conſi.519.

Augmentum in materia dotali dupliciter conſideratur, vide D. Sol. ibid. nu.7.

Ex forma decreti antiqui in hac Patria bona feudalia, pro reſtitutione dotiū, & augmenti ipſius, poſſunt alienari. idē Senat. ibi. fol.69.

Si tempore diuiſiones factæ inter fratres fuerit aſsignatum certum prædium pro dotib. vxoris vnius ex ipſis fratribus, & maritus promiſerit de rato pro vxore, ſoluto matrimonio poterit vxor petere illud prædium, & non cogitur accipere pecuniam; in qua fuit dos conſtituta, tamen ſi illam potius voluerit, habet electionem. Craue. conſi.304.

Confeſsio facta in inſtrumēto diuiſionis inter fratres, per alterum ipſorum, ſe habuiſſe centum ab altero pro dote vxoris, probat dotē pro ipſa. Bar. conſi.123. vol.1.

Mulier pro dote reſtituēda habet tacitam hypothecam in bonis mariti. Iaſ. de actio. in §. fuerat. nu.29.

De beneficio competenti marito, & ſocero, ne conueniantur vltra quam facere poſsint, vide lib.1. tit. de priuilegijs.

Exceptio competens marito, ne conueniatur vltra quàm facere poſsit competit eius hæredibus, ſi ſunt filij eiuſdem matrimonij. Bar. in l.23. ff. de re iudi.

Vir cùm conuenitur per hæredes mulieris pro fundo dato in dotem, an poſsit opponere, ne conueniatur, niſi inquātum facere poteſt, vide Bar. in l.41. §. fundum. ff. de re iudic.

Socer vxoris pro dote conuentus beneficium habet, ne cōueniatur vltra quàm facere poſſit; ſed ſocer viri non, ſi conueniatur ſoluto matrimonio; ſecùs ſi conſtante. l.21. ff. de re iudic. & tale beneficium competit, etiā poſt ſententiam, & illi non poteſt renuntiari. Vinc. de Franc. deciſio. 164. tamen poteſt dolo amitti. ibid. num.11.

In dotis reſtitutione condemnatur maritus inquantum facere poteſt, vel inquantum habet, & facere poſſe importat quatenus facultates patiuntur, deducto, ne egeat. §. item ſi de dote, inſtit. de actio.

Fallit duobus in caſibus, nempe ſi res dotalis, vel alia acquiſita ex ea extaret, & quando mulier eſſet pauper. glo. ibid.

Si quis promiſerit infra annum dotem florenorum mille reſtituere mulieri, & ſi non ſoluerit dederit ex tunc quædam bona in ſolutū, cum pacto, quòd ſi talia bona euincerentur, ipſa haberet regreſſum ad quantitatem dotis, elapſo anno, ſi mulier noluerit dationem in ſolutum, poterit petere quantitatem dotis, quia datio in ſolutum, non habet locum ipſa muliere inuita. Dec. conſi.12. contrariū tñ conſuluerunt Soc. Iunior. conſi.41. vel 44. lib.3. Alcia. conſi.109. Lauren. Silua. cōſi.102. vide Afflic. deciſ.368.

Mulieri non datur actio ad rem in ſolutum traditam pro dote; ſed ſolùm ad pecuniam dotalem. Rolan. conſi.86. vol.4. tamen res data pro reſtitutione dotis in dubio præſumitur potius data in ſolutum, quàm remiſſa iure pignoris, & hypothecæ, ideò efficitur dotalis. vide Menoch. conſi.229. lib.3.

Quādo maritus facit legatum vxori cum onere non petendi dotem, ſi mulier acceptauerit legatum, non poterit amplius dotem petere: quia legatum cum onere ſuo acceptatum intelligitur. Dec. conſi.300. num.13. vide de materia ſupra tit. de dot. prælegat.

Soluto matrimonio, mulier poteſt titulo donationis cedere dotem. Dec. conſi.536.

Si vxor dederit marito aliquam hæreditatem, pro qua oportuit longo tempore litigare, nunquid expenſæ factæ in lite minuant dotem, vide Caſſan. in conſuetud. Burg. titu. *des droicts*. Rubr.4. §.6. glo.4.

Confeſsio dotis receptæ facta à marito, non vī facta ſpe futuræ numerationis: ideò ꝑindicat hęredib. viri nō obſtante, qd ſtatim ſocer recognouerit ſe debitorē mariti de certa ſūma

pro

pro reſiduo dotis, & non liberantur cedendo actiones. Natt.conſi.316.
In contractu dotis ſpeciale eſt, vt ex eo inter alios celebrato mulieri abſenti ius quæratur, abſque alicuius ſtipulatione.ibid.nu.6.
Duo rei debendi ſiunt duo fratres, vbi promittunt dotes vxoris alterius reſtituere, & ex quibus coniecturis per diuiſionem ſubſequutā, frater intelligatur eius dimidiam ſolniſſe, vide Natt.conſi.684.
Legatum factum filiabus pro reſtitutione dotis maternæ, cenſetur factum animo compēſandi, etiam cum debito reſtitutionis bonorum paraphernalium. Menoch.conſi.56.
Soluto matrimonio res dotalis retinet ſua priuilegia, donec dos ſit reſtituta mulieri; poſt reſtitutionem autem dotis, non poteſt amplius dici dos, nec durant eius priuilegia. Hart.Hart.c.1.tit.de dote.lib.2.
Ex bonis confiſcatis mulier detrahit dotem. Bald. ſing. 12.
Si nomina dantur in dotem, debent exigi ſumptibus viri, & nō vxoris. Guid.Pap.ſing.335.
Maritus ſi conſequutus fuit pœnam dotis non ſolutæ, an ſoluto matrimonio illam reſtituere debeat, vide Fran.Crem. ſing.69.
Popularis diues, qui accepit in vxorem nobilē, an obligetur, quando confitetur ſe plus accepiſſe ab vxore, quām habuit in dotem, vide Bar.in l.4.C. de dot.promiſsio.
Mulier ſoluto matrimonio, an poſsit vendere res dotales, & actio de dote incipit cōpetere ſoluto matrimonio, vel viro ad inopiam vergente. Bar. in l.in reb. C.de iure dot.
Sententia lata contra maritum, an præiudicet vxori ignoranti, vide Bar.in l.6.§.quidam.ff. qui ſatiſda.cogan.
Soluto matrimonio dos ad mulierē redditur, & donatio propter nuptias ad virum. c. fin. eod.l.18.C.de donat.ante nupt.
Dos data occaſione matrimonij illiciti, quod non contrahitur, quando poſsit repeti, & quid, ſi de facto fuit contractum, vide Bar.in l.5.ff.de condict.ſine cauſ.
Mulier ſi adhibeat coniunctam perſonā ad ſtipulandum dotem, an videatur donare, vide Bar.in l.8.§.ſi cui.ff.mandati.
Adhibitus ad ſtipulādum totam dotem, in dubio non intelligitur adhibitus animo donādi, & adhibitus animo donandi, intelligitur cauſa mortis, ſi mortis cauſa eſt mētio facta, & tunc poteſt grauari fideicommiſſo.l. 12.ff. de dot.prælegat.
Tribus modis qs dicitur adhibitus ad dotem ſtipulandam, quam ipſe non dedit, de quibus, vide per glo.ibid.
Stipulatio de dote reddenda, habet locum viro, & vxore ſimul decedentibus.l.10.§.ſi maritus. ff. de reb.dub.
Mulier agens in caſu legis, ſi conſtante proſequitur iudicium cęptū mortuo marito, abſq; eo, qđ incipiat contra hæredes cauſam. Bar. in l.11.ff. de ſuſpect.tuto.
Mulier ſterilis, an gaudeat priuilegio dotis, vide Bar.in l.9. ff.de liber.& poſthu.
Dos data filiæ ſpuriæ, non poteſt per dotantis conſanguineos à viro reuocari; ſed poſtquā fuit reuerſa ad filiam ſic, deductis alimentis. Bar.in l.25.§.ſi à ſocero.ff.quæ in fraudē creditorum, vide ſupra tit.de natur.liber.
Dos data per patrem filiæ ſpurię, de neceſsitate mortua filia ſine liberis debet redire ad patrem. Abb.conſi.50. lib.2. vide ſupra titu. de natura.lib.ſpu.
Stipulatio dotis facta conſtante matrimonio, an valeat, vide Bar.in l.21.ff.de verb.oblig.
Cōfeſsio dotis receptæ facta per diuitem vilē, vxori pauperi nobili, ſtatim valet. Bar.ibi.n.4
De rōne quare in cā dotis duo rei debēdi conſtitui poſsint; non tamen duo rei credendi, vide per Bart.in l.15.ff. de duob.reis.
Pactum de dando vxori in ſolutum rem minoris pretij, quàm ſit dos, conſtante matrimonio non valet; ſecùs ſi ſoluto matrimonio. Bar.in l.45.ff. de ſolut.& liberat.
Dos promiſſa, & non ſoluta, quādo repeti poſſit ſoluto matrimonio, vide Barto.in §.illud quoque, Auth. de non eligendo.
Actio de dote nō perimitur, ſi ſoluatur aliquid mulieri pro dote, in qua ſolutione ipſa decipiatur.Bar.in conſi.121.vol.1.
Promiſsio facta pro dote Seiæ, ſi cōtraxerit matrimonium cum Caio, debetur dos Seiæ, ſi Caius per eam fuerit requiſitus, & contrahere noluerit.Bar.conſi.122.vol.1.
Dans dotem de ſuo proprio, poteſt ipſi doti legem, quam vult imponere, reſpectu reſtitutionis.Abb.conſi.19.lib.1.
Data iurium dubitatione fauendum eſt cauſæ dotali. Abb. conſi.73.lib.2.
De iure communi dos debet integra reddi hæredibus mulieris, & maritus nihil lucratur. Abb. conſi.117.lib.2.
Si dos ſocero data eſt, mortuo ipſo ſocero, illa debetur vti ęs alienū.l.ſi dos. ff.ad leg. Falc.
Filius poſt mortem patris dotem vxoris viuentis, vel defunctæ percipit.l.2. C.famil, erciſc.
Res empta ex pecunia dotali, non eſt dotalis, & ex tali emptione mulieri non acquiritur actio, & ideò ſi dos eſt in caſu reſtitutionis, mulier pecuniam repetit, non autem ad rem agit.l.12.C.de iure dot.vide ſupra tit.de fundo, & re dotali.
Si vir ab vxore recipit nudam proprietatem

á ſocero vſumfructum, ſoluto matrimonio morte mulieris nihil reſtituit.l.18. C.eod.

Pro dote competit actio ex ſtipulatu, etiam ſi ſtipulatio nō interceſſerit, vel interceſsit inutiliter.l.vnica.§.1. C. de rei vxor.actio.& de hac actione, vide ibi per totam legem.

Deportatione viri, ſeu amiſsione Ciuitatis matrimonium nō ſoluitur, dos tamen de æquitate repetitur.l.1. C.de repud.

Maritus conuentus actione de dote, pro rebus amotis compenſationem obijcere poteſt.l. 1.C.de act.rer.amot.

Maritus de dote deducit impenſam funeris.l. 16.& ſeqq.ff.de Relig.& ſumpt.fune.

Dos, in qua moneta debeat reſtitui, vide ſupra lib.1.tit.de augmento aurei, & moneta.

Si teſtator iubeat hæredem dotem filiæ ſtipulari, intelligitur ea moriente in matrimonio, non ea ſuperuiuente, & ſermo ſimpliciter prolatus intelligitur pro prima vice.l. 79.§. pater, de legat.2.

Filia poteſt granari in dote, quatenus dos eſt vltra legitimam.l.fin.§. filiæ, de legat.2.

Qui ſtipulatur dotem ſibi reddi, mandato mulieris in dubio præſumitur adhibitus.l. 35.§. nuptura, de legat. 3.

Ei, qui mortem vxoris nō defendit, vt indigno dos aufertur. l. 20. ff. de his, quib. vt indig. legat.aufe.

Actio rei vxoriæ, quæ olim pro dote cōpetebat, eſt hodie trāsfuſſa in actionem ex ſtipulatu, cum omni ſuo iure, quæ actio eſt bonæfidei, & competit pro reſtitutione dotis, & eſt priuilegiata reſpectu hypothecæ, & prælationis. §.fuerat.inſtitu. de actio.

Actio ex ſtipulatu de dote competens viro; & vxori eſt bonæfidei; competens autem extraneo, eſt ſtricti iuris.glo.ibid.

Mulier habentibus tacitam hypothecam præfertur, non autem habentibus expreſſam. gl. ibi, vide infra tit. qui potiores.

Mulier tranſiēns ad ſecunda vota debet filijs ſuis petere tutores, & rōnes de adminiſtratis reddere; aliàs quaſdam pœnas patitur.§.ſi autem tutela, Authen.de nupt.vide ſupra tit. de pœnis ſecundò nubenti.

Mulier, vel vir ſuperſtes alteri prædecedenti ſuccedit in quartam partem omnium bonorū, etiam liberis extantibus, quod procedit, ſi coniunx ſuperuiuens eſſet pauper, & prædecedens diues; aliàs ſecùs. §. quoniam verò Auth.de exhiben.& introdu.reis, ſed glo. ibi tradit hoc in viro eſſe correctum, vide infra tit.de ſucceſsio. int.coniug.

Extraneus dans dotē nō ſequuto matrimonio, vel eo ſequuto, reſoluto an, & quā dotē repetat, vide Azo.in ſumma tit.de codic.ob cauſ.

Conſtante matrimonio augeri poteſt dos, debet tamen augeri in immobilibus, ne fraus aliqua excogitari poſsit aduerſus creditores ratione augmenti; in rebus verò mobilibus, ſi maritus creditoribus eſt obnoxius, nullo modo procedit augmentū. §. aliud quoque, Authen.de æqualitate dotis, vbi de materia.

De actione rerum amotarum.

ACtio rerum amotarum ita finitur anno, ſicut condictio furtiua. Iaſ. de actio. in §. omnium nu.50.

De hac actione rerum amotarum, vide per Ioan. Criſp. de Montib. in ſuo tract.termino: actio poſt volumen Iaſ. de actio. nu. 168.

Maritus conuentus actione de dote, pro rebus amotis compenſationem obijcere poteſt.l. 1.C.de actio.rerum amot.

De bonis maternis, & materni generis.

SI filia ex diſpoſitione ſtatuti excludatur á bonis parētum, ſi fuit á patre dotata, cenſetur excluſa etiā á bonis maternis. Affl decif.178.

Soror, quæ renūciauit bonis paternis, & maternis, non cenſetur excluſa á legitima.ibid.d.deciſ.178.

Filius poteſt habere bona paterna citra ius, & nomen hæredis patris, puta ſi retineat bona pro dote materna. Afflic.deciſ.372.

De ſucceſsione dotis filiorū (excluſo patre) matris prædefunctæ, vide Capic.deciſ.176.

Filius pro dotibus maternis poteſt vti retētione bonorum patris, donec ſibi dotes ſuæ matris ſoluantur.Gram.deciſ.92.

Si pater filius, vel filiam inſtituerit in centū, & iuſſerit ſtare tacitum, vel tacitā, & contentā adeò, quòd amplius de bonis ſuis petere nō poſsit, licèt ipſa centum aſcendant plus quā legitima, nihilominus nō prohibetur filius, vel filia petere (vltra relictū) dotem maternā. Guid.Pap.q.93. Natt.cōſi.186 Tom.1.Bar in l. 7. §. ſi libere.ff. de oper. libert. vide tamen Menoch.conſi.81.vol.1.

Si filius ſuccedat patri, vel matri, non reuocat alienata per parentem, etiam iure proprio. Boer. deciſ.23.nu.13.

Renunciatio per filiam patri facta de bonis maternis, cenſetur facta contemplatione fratrū renunciantis vtrinq; coniunctorum, & non patris, minus eius filiorū habitorum ex alio matrimonio. Boer.deciſ.184.

Tacita hypotheca, quæ contrahitur in bonis

patris

patris pro bonis maternis alienatis, trahitur retrò ad tẽpus, quo cœpit adminiſtrare bona filij aduentitia. Boer. deciſ. 231.

Vſusfructus bonorum maternorum non quæritur patri, matre inſtituendo filium cum prohibitione, quod procedit etiam quo ad legitimam. Vincen. de Fran. deciſ. 161. & ſic Auth. excipitur. C. de bon. matet. procedit etiam in bonis dotalibus, vide ibi.

Filius conſentiens alienationi rerum paternarum, dicitur renũciare iuri hypothecæ, quod in illis habebat occaſione dotium maternarum, quod procedit in illis bonis tãtùm, quorum alienationi expreſsè conſenſit. Hieron. Mag. de ciſ. Luc. 55. nu. 14. Pet. de Rau. ſing. 32.

In hæreditate materna, filius debet ſe probare hęredem, nec in illa habet locum regula, ſi filius ergo hæres. Mago. deciſ. Luc. 61. nu. 24.

Patre promittente dotem filiæ de bonis paternis, & maternis, filia nihilominus materna bona rectè petet, niſi pr expreſsiſſet determinatas quittationes bonorum ſuorum, & maternorum. Myſin. obſer. 88. cent. 6.

Pater diues intelligitur dare dotẽ filiæ de ſuis proprijs bonis, licèt dixerit computato eo, quod filia poſſet habere de bonis patris, & matris. Pet. Gerat. ſing. 71.

Dotis maternæ retentio, an inducat aditionem hæreditatis, vide Mago. deciſ. 148. Rot. Flor.

Patre naturali curatore dato filio condemnato ad reddendam rationem bonorum maternorum, ipſi filio minori etiam inuito, dãdus eſt curator ratione adminiſtrationis dictorum bonorum. Gome. Leo. deciſ. 70. in deciſio. diuerſo. tom. 2. fol. 42.

Vxor inſtituens maritum cum onere reſtituendi hæreditatem filijs poſt certum tẽpus, illo elapſo pater hæres poterit retinere (non obſtãte ipſo grauamine) vſumfructum bonorũ hæreditariorum, vſque ad ſuam legitimam. Ioan Pap. lib. 7. tit. 1. arreſt. 5.

Pater non poteſt alienare bona materna filij, quorum tantùm eſt vſufructuarius, & ſi alienet vendicari poſſunt à filio, niſi ſit hæres patris, ſed quid, ſi fuerit hæres cum beneficio legis, vide Nat. conſi. 214. tom. 1.

Pater, & filia ſimul concurrunt in ſucceſsione bonorum maternorum, quæ filiæ defunctæ obuenerunt, ſed per tranſitum ad ſecundas nuptias, pater amittit proprietatem. Rol. cõſ. 95. vol. 1. Marc. de Mant. ſing. 217. vide tamen Bar. in l. 11. C. cõia de ſucceſsio. & in §. cũ igitur. num. pen. Authen. de non eligen. 2. nub. quod procedit, ẽt ſi filia eſſet excluſa ſtatuto, à ſucceſsione fratris. ibi. de Mant. d. ſing. 217.

Maior eſt ꝓhibitio alienationis bonorũ dotaliũ, ꝗ̃ peculij aduentitij. Ozaſ. deciſ. 94. nu. 22.

Bona materna ita filijs debentur, vt nec pater, qui dum viuit vſufructuarius eſt, diſtrahere illa poſſit, ideò frater, vel alius qui poſsidet bona patris obligata pro dote matris, tenetur ſorori reſtituere partem ipſius dotis ad dictam filiam ſpectantem, vnà cum intereſſe à die mortis patris. Menoch. conſi. 7. vol. 1.

Mortua filia relictis liberis, parte dotis non ſoluta, an pater dotans, & ſuperuiuens poſsit cõpelli ad ſoluendũ partẽ ipſam nõ ſolutã ipſius dotis, vide eundẽ Menoc. conſi. 238. li. 3.

In bonis maternis filijs emancipatis delatis pater ſuccedit in vſufructu in virilem, ſi ſunt in poteſtate, in totum: idem in nepotibus. Bar. ſing. 197. & Pet. de Rauen. ſing. 48.

Teſtator filijs hæredibus inſtitutis, quos ex diuerſis ſuſceperat vxoribus iuſsit, vt poſt mortem ſuam æqualiter diuiderent, dubitatum fuit an vnus filiorum poſſet habere præcipuũ prædium, quod mater ſua dederat in dotem patri, reſponſum fuit pro parte affirmatiua per Marc. de Mant. ſing. 605.

Mutuo facto pauperi, de quo filios aluit, poteſt agi contra filios, qui habent bona materna. Bar. in l. 49. ff. de condict. indeb.

Filij poſſunt agere contra patrem conſumentem omnia eius bona, ne dos materna conſumetur poſt mortem matris. Bar. in l. 2. §. quod ff. ſolut matrimo. nu. 9.

Filij matre mortua non poterunt contra patrẽ habere remedium. l. ſi conſtante. ff. ſolut. matrimo. ſi dicipet bona ſua, tamen aliquando filijs ſuccurritur alio remedio, vide eundem Bar. in d. l. ſi conſtante. nu. 63.

Licèt pater non tranſierit ad ſecunda vota, tñ totam dotem debet ſeruare filijs. Bart. in §. ſoluto igitur, Auth. de nuptijs.

Pater poſsidẽs dotẽ vxoris matris pupilli, vr̃ ꝓ ipſo pupillo poſsidere. Bart. conſi. 129. vol. 1.

Poſſeſsio fundi dotalis, quam habet pater nomine filiorum, inducit actionem hæreditatis maternæ. Bar. conſi. 207. vol. 1.

Si mater deceſserit ſuperſtitibus filijs, ꝗ ſunt hæredes pr̃is, & matris, debitoreſq́; in dote, ſi dicti filij ſtant per annum, quo non ſoluunt dotem ſuccedentibus ab inteſtato, videntur hæreditatem adire, vide Bar. q. 11. nu. 15.

Idem quando ſuperſunt ipſi filij debitores, vel pater eorum legitimus adminiſtrator eſt, ibi. Bart.

Bona per matrem ad ſecunda vota tranſeuntẽ acquiſita ex primo matrimonio, reſeruanda ſunt filijs ipſius primi matrimonij, vide toto tit. C. de ſecun. nupt.

Filio cõpetit hęreditatis petitio cõtra poſsidẽtem bona materna. l. 1. C. de liber. exhiben.

De bonis mr̃nis, vid' i ti. ad orfic. & i Aut. d' nup.

De

De tutelis, & tutoribus in genere.

TVtela eſt ius, ſed adminiſtratio tutelæ eſt factum. Hartma. Hartma. c. 1. tit. de tutelis lib. 1.

Omnis tutor antequã adminiſtret, debet nouẽ requiſita ſolemnia obſeruare, de quibus, & alijs requiſitis in conferenda tutela, vide per Capi. deciſ. 50. & Guid. Pap. quæſt. 330.

Tutela abſentis finita, debet tutor proximioribus illius reſtituere bona, & abſentia longa æquiparatur morti. Boer. deciſ. 88.

Tutelę officium eſt virile; ideò mulieres nõ admittũtur: fallit in matre, & auia. Fran. Marc. q. 11. par. 1. & q. 471. par. 2.

Tutores de eorum poteſtate fidem facere ante omnia tenentur, & de inuentario, ſaltem in parte. Marc. q. 131. par. 1.

Tutelæ, vel curæ officium inuitis datur. Marc. ibi. quæſt. 1219.

Qualiter intentetur iudicium contra infantem, diſtingue, aut infans habet tutorẽ, aut nõ habet: primo caſu citabitur tutor, & cum eo iudicium agitur: ſecundo, citandi ſunt agnati, vel cognati, vt veniant defenſuri ipſum infantem, vel tutorẽ ei dari curent. And. Gail. obſer. 107. nu. 7. lib. 2.

Tutelam magis perſonis, quam bonis dari, habetur in quadam deciſione Senat. Pari. in deciſio. diuerſo. fol. 239.

Is debet dari tutor, vel curator bonis, qui eorum futurus eſt hæres. Gome. Leo. deciſ. 29. in deciſio. diuerſo. tom. 2.

Tutor creatus per ſententiam, pendente appellatione debet adminiſtrare; aliàs de damnis, & intereſſe pupillo tenetur. Ioan. Pap. lib. 15. tit. 5. arreſt. 4.

Tutor ſi non eſt diues ſicut pupillus, an poſsit adminiſtrare, vide Bart. in l. 18. §. ſi quis. ff. de excuſat. tuto.

Per Iudicẽ laicum poteſt Sacerdos dari tutor; ſed quando, vide Maran. in ſuo Spec. par. 4. diſtinct. 11. iudi. nu. 65. fol. 203.

Tutores, & curatores debent ſpecialiter, & expreſsè tempore, quo creantur promittere, ꝙ defenſionem ſubibunt; aliàs datio tutelæ nõ tenet. Barto. ſing. 178. Math. Mathe. ſing. 107. Ant. Corſet. in ſuis ſingularibus litera. T. ſing. tutor, & Marc. de Mant. ſing. 570.

Tranſactio non cadit ſuper quæſtione tutelæ. Ludo. Roma. ſing. 471. pariter quæſtio tutelæ non poteſt compromitti, etiam ſtante ſtatuto, quòd omnes cauſæ compromittãtur. Bar. in l. 4. ff. de tuto. & cura. dat. ab his.

Vitricus poteſt eſſe tutor priuigni; non tamen debet ali apud vitricum. Hart. Hartma. capit. 6. titul. de tutelis libro 2.

In creatione tutoris, vel curatoris debet attendi conſuetudo. Guid. Pap. q. 387.

Regulariter ille, qui eſt in poteſtate non habet, neque habere poteſt tutorem: fallit in caſu l. fin. C. de ſenten. paſſ. & reſtitu. propter duo, de quibus vide per Pet. de Rauen. ſing. 641.

Iudex decernens tutelam pupillo, intelligitur etiam interpoſuiſſe decretum, ſuper bonis in alieno territorio exiſtentibus. vide Marc. de Mant. ſing. 228.

Decretum iudicis in tutela fuit introductum de iure digeſtorum, & in quibus tutoribus requiratur, vide Bart. in l. 5. ff. de legit. tuto.

Mater in pertinentibus ad tutelam præfertur, & in educatione. vide Bar. in l. 2. nu. 14. ff. qui pet. tut. vide ſupra de alimentis pupil. præſtã.

An creditor, vel debitor pupillorum poſsit eſſe tutor, vide Bart. in Authen. vt ij, qui obligatas ſe habere.

Clericus poteſt eſſe tutor, vel curator, ſi vult; nõ tamen cogitur. §. Deo amabiles. Auth. de ſanctiſſ. Epiſc. & l. generaliter. C. de Epiſ. & Cleri.

Epiſcopis, & Monachis tutelæ, & curæ officium interdicitur; Presbyteris autem, & alijs Clericis in aliquibus caſibus non. §. Deo autem amabiles. Auth. de ſanct. Epiſco.

Tutorem habenti non datur tutor. Bartol. in §. ſed cum, inſtitu. de codicil. & in cõſ. 21. vol. 2.

Tutoris datio, etiam ſi non præceſſerit inquiſitio valet, dummodo datus ſit ſubiectus terrę originis, vel domicilij pupilli. Barto. conſil. 145. volum. 1.

Legibus tutelæ, & hæreditates proximioribus agnatis deferuntur. l. 10. ff. de gradi. affini.

Officium tutoris differt ab officio geſtoris, vt habetur in l. 20. C. de neg. geſt.

Damnati actione tutelæ efficiuntur infames. l. 1. & 6. §. pen. ff. de his qui nota. infam.

Creditor poteſt eſſe tutor. l. 70. & ibi. Bartol. ff. de procura.

Pariter vitricus poteſt eſſe tutor priuigniæ ſuæ. l. 2. C. de interd. matrimo.

Minor 25. ann. nõ poteſt eſſe tutor, vel curator. l. 5. C. de legit. tutel.

In tutore principaliter attendit̃ perſona, ſecundario patrimonium. l. 5. C. de ſuſpect. tuto.

Filio in patris poteſtate conſtituto non datur tutor, vel curator. gloſ. in l. fin. §. ſin autem. C. de bonis ꝗ liberis, fallit in caſu, de quo ſupra.

Verbum, tutela, vſque ad tempus pubertatis retinet propriam ſignificationem; poſt verò pubertatem, aſſumit aliam inpropriam. l. 100. §. conditionem. ff. de condit. & demonſtr.

Quot ſint genera tutorum, habetur in l. 14. §. ſunt quidam. ff. de ſoluto. & libera.

Tutelą eſt munus publicũ auctoritate, & nõ vtilitate

tate

tarc.l.1.§.ęquè perſonale.ff.de mune.& hono.

Tutor ſimpliciter datus, intelligitur datus vniuerſo patrimonio. §. datus,inſtitu.de excuſa. tuto.vel cura.

Tutela denegatur ei, qui implicitus eſt cum fiſco.Bart.in l.8.ff.de confir.tuto.

Tutelæ datio ratione incertitudinis, quando vitietur,vide Bart.in l.6.nu.4.ff.de reb.dub.

Infamis pôt eſſe tutor. Bar.ĩ l.3.ff.de poſtulãdo.

Tutor duorum pupillorum quis eſſe poteſt, licèt vnus ſit actor,alius reus. Bart.in l.42.§. ſi plures.ff.de procurato.

Tutori poteſt quandoque ſalarium conſtitui. Bart.in l.1.§. mandatum.ff.mandati.

Tutor an poſsit dari ad vnum articulum, vide Bart.in l 10.ff.de teſta.tutel.

Tutela continet grauamen ex parte tutoris, licèt ex parte pupilli ſit fauorabilis. Barto. in l.12.ff.eod.

Tutores, vel curatores à quibus iudicibus dentur,vide Bar.in l.1.& tot.tit.ff.de turor.& cura.dat.ab his.

De tutela teſtamentaria.

AN mater data tutrix à marito, qui præſumebatur emancipatus à patre ſuo,præferatur in tutela auo paterno, vide per Afflic. deciſio.183. vel quando filiusfamilias poteſt teſtari,quia habebat peculiũ caſtrenſe,vel quaſi,vide Afflic.d.deciſ.183.

Tutricẽ an faciat matrẽ teſtator relinquẽs filios in poteſtate ipſius,vide Boer. deciſ.124. nu.6.

Mater tutrix facta in teſtamento, an teneatur renuntiare ſecũdis nuptijs,& Velleiano. vide ibi.nu.9. quòd nõ teneatur, ſcribit Put.deciſ. 427. libr. 2.

Pater naturalis filijs matrem tutricem dare poteſt; ſed debet confirmari.Marc.q.11.

Mater quando ſine decreto Iudicis poſsit ſuſcipere adminiſtrationem tutelæ, vide Iac. Put. deciſ.427.lib.2. nu.6.& 7.

Mulier minor 25. ann. facta tutrix in teſtamẽto poteſt exercere officium tutelæ ſuorum liberorum,non obſtante minore ætate. Pap. lib. 15.tit.5.arreſt.3.vide Boer.deciſ.124. num.7. ſed ſi talis mulier tranſierit ad ſecunda vota qualiter, & quomodo poſsit retinere tutelã, vide ibi.arreſt.3.

Matre tranſeunte ad ſecunda vota,tutela defertur inſolidum tutori teſtamentario, nec poteſt Iudex alium adiungere,ſi teſtamentarius ſolus ſit ſufficiens.Crauet.conſi.18. nu.5. imò mater conſtituta tutrix in teſtamento debet agnoſcere tutelam coram Iudice, & renũtiare ſecundis nuptijs, Velleiano, & omni iuris,& legum auxilio. Nat. conſi.143.tom. 2.

Fœmina, niſi ſit mater, vel auia, nec à teſtatore tutrix dari poteſt.Bero.q.67.

Licèt mater hodie præferatur omnibus tutoribus legitimis, & datiuis; non tamen præfertur teſtamentarijs.gl.1.in c.67.ex.de appella.

Maritus, qui dedit vxorem tutricem filijs in teſtamẽto, quam dationem deinde caſſauit, an vxor poſtea poſsit admitti,vt legitima, vide Barto. in l. 11. §. ſexaginta. ff. ad leg. Iul. de adult.

Mater non cenſetur tutrix conſtituta per hæc verba,committo filium meum matris cuſtodiæ.Roma.ſing.165.

Mater; quæ fuit relicta tutrix in teſtamento, ſi non petijt ſibi decerni adminiſtrationem, & inuentarium non fecerit, decedente filio in pupillari ætate,amittit hæreditatem. Bartol. conſi.18.vol.1.

Tutor in teſtamento datus,vtrum confirmari debeat à Iudice,& facere ſolemnia, vide Capic.deciſ.129.

Tutor cuſtos pupillorum in teſtamento conſtitutus,an verè dicatur cuſtos,ſeu dominus pupillorum, & an indigeat Iudicis cõfirmatione,vide ibi.nu.2.& Marc.q.471.par.2.

Tutor honorarius tenetur conficere inuentarium.Capel.Thol.q.289.nu.5.in additio.

Tutor creditor teſtamentarius, ſi acceptauerit tutelã,& exercuerit,amittit debitum, & relictum a teſtatore, ſi teſtator ignorabat ipſum tutorem eſſe creditorem; ſecùs ſi ſciebat eũ eſſe creditorem; quia tunc fides ipſius ſatis approbata videtur à teſtatore. Guid. Pap. q. 144. vide Pap. lib. 15.titul.5. arreſt. ſecundo. Ideò diſpoſitio.Auth.minoris debitor.C.qui dare tuto.vel cura.locum non habet in tutore teſtamentario, qui propterea debitor, vel creditor pupillorum ſciẽte teſtatore,iurium ſuorum commodo non priuatur,licèt creditum,vel debitum ante ſuſceptam adminiſtrationem tacuerit; ſecùs in alijs tutoribus. Auguſt.Bero.q.49.Bart.conſi.148.quis poſsit eſſe tutor,& quid in creditore,vel debitore,vide per Bart.in Authen.minoris.C.qui dar.tuto.vel cura.& in l.70.ff.de procurato.

Tutrix an facta cenſeatur mater, quæ relicta eſt adminiſtratrix, & vſufructuaria omnium bonorum,vide Boer.deciſ.124.

Tutor teſtamentarius non aſſumens tutelã,omnia ſibi in eo teſtamento relicta perdit. Miſing.obſer.87. cent.6. quod procedit ſi legatum fuerit factum ea cõtemplatione, vt tutelam tutor ſubeat; ſed ex quibus hoc apparere poſsit,vide Bar.ſing.68.

Tutor teſtamentarius,ſi remiſſam tutelam matri pupillorum reaſſumat,Iudice auctore, ex

eo quòd

eo, quòd mater tranſiuerit ad ſecundas nuptias, non efficitur datiuus; ſed retinet qualitates tutoris teſtamẽtarij. Rot. Auenio. deciſ. 141 in deciſio. diuerſo. tom. 3.

Adultus ſicut poteſt facere teſtamentum; ita filio ſuo tutorẽ dare poteſt. Ludo. Roma. ſing. 171. Pet. de Rauen. ſing. 36. Bart. in l. ſi plures. ff. de adminiſtr. tuto.

Lite pendente ſuper validitate teſtamenti, poteſt agi contra tutorem, ſiue in eodem teſtamento dato, ſiue à Iudice. Iacob. Put. deciſio. 417. libr. 2.

Tutela legitima cedit teſtamentariæ. Bartol. ſing. 71.

Spurio dari tutor per patrem non poteſt in ſuo teſtamento. Ludo. Roma. ſing. 83. niſi confirmetur. vide Bart. in l. 3. ff. de his, qui ſunt ſui, vel alien. iur.

Subſtitutus pupillo poteſt illi dari tutor in teſtamento. Pet. de Rauen. ſing. 679.

Exiſtentia ſui hæredis confirmat teſtamentariam tutelam. Barto. in l. 1. C. ſi minor ab hære. ſe abſti.

Vide de materia per Bar. in Auth. matri, & auię. C. quando mulier officio tutelæ.

Tutori dato in teſtamento poteſt teſtator præcipere, vt modo ordinato de rebus ſuis diſponat. c. Raynutius ex. de teſtamen.

Recuſare tutelam iam ſuſceptam, quando quis poſsit, vide Bartol. in l. 12. §. ex facto. ff. de minoribus.

Vtilitatis pupilli cauſa aliquando receditur à voluntate teſtatoris defuncti. Bartol. in l. 8. ff. de confir. tuto.

Tutela datur iure patriæ poteſtatis; non militiæ præmio. Bar. in l. 41. ff. de adminiſtr. tuto.

Datio tutelę conſeruatur per Autheu. ex cauſa. Bar. in l. 1. §. ſubſtituere. ff. de vulgari, & in Aut. vt cùm de appella. cognoſc.

Teſtator poteſt remittere tutori confectionem inuentarij, & Iudex poteſt ſequi teſtatoris voluntatem, remittentis tutori confectionem ipſam. Bart. in l. 58. nu. 12. de leg. 1.

Tutoris datio in teſtamento imperfecto non tenet. Bart. in l. 71. §. mater de legat, 2. vide tamen. ibi. & ſupra.

Tutelæ datio ratione incertitudinis, quando vitietur. vide Bar. in l. 6. nu. 4. ff. de reb. dub.

Clericus an poſsit eſſe tutor teſtamentarius, vide Barto in §. Deo amabiles. Authen. de ſanctis Epiſco.

Tutorem ſecundum quãdo quis dat, an videatur reuocare primum, vide Bart. in §. vnico, inſtitu. de adempt. legat.

Presbyter tutelam datiuam, vel teſtamẽtariam ſuſcipere non poteſt; legitimam ſic. Barto. conſi. 143. vol. 1.

Authen. ex cauſa. C. de liberis præteritis habet locum, quando teſtator ſciebat ſe præterire filium; ſecùs ſi ignorabat, vnde tutoris datio in tali teſtamento valet, ſi confirmetur. Bart. conſi. 146. ibi.

Tutor teſtamentarius non excuſando ſe intra 50. dies poſt ſcienriam, videtur ſe tutelæ officio adſtringere. Abb. conſi. 90. lib. 2.

De confirmando tutore, vel curatore, vide in tit. ff. & C. de confir. tuto. vel curat.

Quoties ſpes eſt teſtamentarij tutoris, & pendet, datiuus habet locum, qui tutor eſt quouſque teſtamentarij impedimentum ceſſet, & teſtamentaria tutela non confirmatur, niſi adita hæreditate. §. ſed & ſi, inſtitu. de attil. tut.

Quilibet poteſt dare tutorem impuberi, & ſi nihil aliud habeat. l. quarta. ff. de confirma. tuto.

Naturali filio, cui nihil relictum eſt tutor fruſtra datur à patre, nec ſine inquiſitione confirmatur. l. 7. ff. eod.

Datus tutor, quem teſtator putauit eſſe liberũ, non propter hoc efficitur liber. l. 24. §. ſi quis. ff. de fideicom. liber.

Filiusfa. miles poteſt filium inſtituere, & ei ſubſtituere, non tamen eidem poteſt tutorem dare; quia illum non habet in poteſtate. l. 29 ff. de milit. teſta.

Maſculinum concipit fęmininum: ideò ſi teſtator tantùm de filijs dixerit, etiam filiæ intelliguntur. l. 46. de legat. 2. l. 122. ff. de verbo. & rer. ſignific.

Conditio appoſita adminiſtrationi, non ſuſpẽdit dationem tutelæ. l. 76. §. pater. ff. de condit. & demonſtr.

Si notarius ſcribat ſe tutorem filio impuberi teſtatoris, licèt ex hoc ſuſpectus præſumatur; tamen ſi aliàs eſt idoneus, dandus eſt à Iudice, nec poteſt ſe excuſare. l. 18. ff. ad leg. Corne. de falſ.

Poteſtas dandi tutores tribuitur patri à lege xij. tabularum. l. 120. ff. de verborum, & rer. ſignificatione.

Nemo poteſt tutorem dare cuiquam, niſi ei, quem in ſuis hæredibus cùm moritur habuerit, habiturusùe eſſet, ſi vixiſſet. l. 79. ff. de Regul. iuris.

Filio in poteſtate teſtamẽto tutor dari poteſt, & nepoti, niſi in patris poteſtate recaſurus ſit. §. permiſſurum, inſtitu. de tutel.

Tutor datus filio emancipato confirmandus eſt ſine inquiſitione. §. fin. eod.

Tutor ſimpliciter datus intelligitur datus vniuerſo patrimonio. §. datus, inſtitutio. de excuſatio. tutor.

De tutela legitima.

AGnatus ſi eſt creditor pupilli nō poteſt eſſe eius tutor. Afflic. deciſ. 13. nu. 11. ob id acceptando tutelam ſine declaratione facienda Iudici, amittit ius ſuum. Pap. libr. 15. titu. 5. arreſt. 2.

Frater maior, qui habet cōmune patrimonium cōſiſtēs pro maiori parte in negotiationibus, cū minore fratre, non poteſt eſſe tutor ipſius fratris minoris. Vincen. de Fran. dec. 401. par. 2. aliàs frater maior cogitur accipere tutelam ſuorum fratrum minorum. Pap. lib. 15. tit. 5. arreſt. 16.

Ob quod debitum arceatur debitor à tutela, vel cura ſuorum creditorum, vide Menoc. de arbitr. caſ. 196. quid, ſi debitū ſit paruum, vide ibid.

Creditor, vel debitor minoris non poteſt eius curā ſuſcipere ſub pęnis, de quibus in Auth. minoris. C. de confirma. tuto.

Frater an poſsit eſſe tutor filiorū fratris defuncti, ex quo inter eos eſt obligatio cōditionalis, ſi res euinceretur, vide Bar. in l. 83. §. ſacrā. ff. de verbo. obliga.

Regula, quæ habet, vt creditor, vel debitor non poſsit eſſe tutor, fallit vbi æquitas in contrarium ſuadet. Bar. in Authen. vt ſine prohibit. matr. debit. vel credit. ſed quando frater debitor fratris poſsit eſſe eius tutor, vide per Bartol. ibid.

Si proximior legitimus, eſt creditor, vel debitor, an ſit locus ſequenti legitimo, vel datiuo, vide Bar. in l. 21. ff de teſtamen. tute. nu. 31.

Matrem præferri legitimis, quomodo intelligendum, vide per Afflic. deciſio. 281. ſed ſi tranſierit ad ſecunda vota repellitur. Guid. Pap. quæſt. 539.

Tutela matri eſt deferenda, & non auiæ ex parte patris. Afflic. d. deciſ. 281. nu. fin.

Vitrico poteſt tutelam Iudex conferre. Bar. in l. 2. C. de interd. matrimo. & mater mortuo ſecundo viro poteſt recuperare tutelam priorum liberorum in ſubſidium. Boer. deciſ. 266.

Idē ſi volens nubere depoſuerit tutelā, nā ſi poſtea non nubat eam recuperat. Boer. ibid.

Matre pupilli exiſtente minore 25. ann. an interim ſit locus legitimæ, vel datiuæ tutelæ, vide Marc. q 75. par. 2. & Bar. in Auth. ſacramentum. C. quando mulier offic. tute. fung. pot. q ſit locus legitimo, ſcribit idem Bart. in l. ſi qs nu. 30. ff. de teſtamen. tutel.

Si mater tranſiuerit ad ſecunda vota, & ob id deſinat eſſe tutrix, quis tunc debeat dari tutor, vide Menoch. de arbitra. lib. 2. caſ. 151. an ſit locus legitimo, vel datiuo, vide Bart. in l. ſi quis ſub conditione. ff. de teſtamen. tutel.

Si ſtatutum pręfert agnatos cognatis in ſucceſſione, etiam videtur illos in tutela præponere; hoc tamen non habet locum in matre. Dec. conſi. 16.

Matre poſt ſuſceptam tutelam volente ad ſecūda vota tranſire, & à Iudice petente filijs ſuis de tutore prouideri, vtrum ſit locus datiuo, vel legitimo tutori, vide Auguſt. Bero. q. 66.

Contra matris voluntatem tutor filio dari non poteſt. l. vnica. C. ſi tutor cōtra matris volunt.

Maritus, qui dedit vxorem tutricem in teſtamento filijs ſuis, quam dationem poſtea caſſauit, an vxor poſsit admitti tanquam legitima, vide Bart. in l. 11. §. ſexaginta. ff. ad leg. Iul. de adult.

Mater, quæ luxuriatur perdit tutelam; ſicut quādo tranſit ad ſecunda vota: ſed tunc ad quos tutela redeat, & an ad eum, quem mater petijt, vide Bart. in Auth. ſacramentum. C. quando mulier offi. tut. fung. pot.

Tutela, quæ defertur matri eſt legitima. Bart. in l. 6. C. in quib. cau. pign. tacit. contrah.

Hodie mater præfertur omnibus tutoribus legitimis, & datiuis; ſed non teſtamentarijs. glo. 1. in c. 67. ex. de appella.

Tutoribus legitimis extantibus tutelæ datiuæ nō eſt locus, ſed quid, ſi tutores legitimi ſint de aliena, & extranea Prouintia, vide Franc. Marc. quæſt. 251.

Auus paternus volens tutelam nepotis præfert matri, niſi diſsiparet bona ſua, quo caſu mater eſt præferenda auo. Vincent. de Fran. deciſ. 10. vide Afflic. deciſ. 183. & deciſ. 281.

Die feriata etiam in honorē Dei poteſt decerni, & confirmari tutor, quando non exigitur cauſæ cognitio; aliàs ſecùs, vt quando datur per inquiſitionem. iaff. Lanf. Balb. deciſ. 352.

Quando ſententia dationis tutoris ſit exequenda non obſtante appellatione, vide Rebuff. in ſuis comment. tract. de ſenten. prouiſio. art. 3. gl. 2. fol. 168.

Tutelæ deferuntur per conſequentias hæreditatum, & earum onus etiam inuitis agnatis defertur. Dec. conſ. 16.

Quo tutela redit, eò & hæreditas peruenit, niſi cùm fęminæ hæredes intercedunt, & vnum ſine altero non debet contingere alicui. l. 74. & ibi. gl. ff. de reg. iur.

Tutela defertur proximiori in gradu, & ſi plures ſunt eiuſdem gradus, defertur ad omnes. §. final. inſtitut. de capit. diminu. nam lex defert tutelas ſecundum naturam ſucceſsionum regulariter, quia vbi eſt emolumētum, ſeu commodum, ibi debet eſſe incommodū. §. vnico, inſtit. de legit. patro. tute. &

Regula, ſecundum naturam.

Tutela legitima defert, ꝓximioribus ſecũdũ gradũ, quo ad hꝛditatẽ auocẽ, ſi idonei ſint, agnationis, & cognationis differentia ſublata regulariter, mulieribus excluſis, exceptis matre, & auia, quæ omnibus ex latere veniẽtibus præferuntur, ſolis teſtamentarijs eas præcedẽtibus: pluribus autem in eodem gradu exiſtẽtibus, magis idoneus eligendus eſt, tutelæ periculo omnibus imminente. §. ex his, & §. ſin autem. Auth. de hæred. ab inteſt. venien.

Agnati, & cognati pariter ad tutelã admittũtur obſeruata gradus dignitate, prioritateque: ideò auus maternus præfertur in tutela nepotum, patruo ipſorum. Dec. conſi. 188.

Tutela data fratri matris ex abrupto ad ſimplicẽ requiſitionẽ ipſius matris tranſientis ad ſecunda vota, non tenet. Dec. conſ. 674. nu. 6.

Conſanguineus inimici propter conſanguinitatem, ſuſpectus reputatur. Dec. ibi. nu. 7.

Habenti tutorem tutor dari non poteſt, & ſi daretur ſecunda datio eſſet nulla. Menoch. cõſi. 380. lib. 4. quod limita in caſu legis 24. §. fin. ff. de excuſat. tuto.

Agnati inuiti cogi non poſſunt ad tutelã ſuſcipiendã ſine ſalario, vide Meno. cõſ. 386. n. 24.

Tutore legitimo ſemel admiſſo, quando ſequẽti legitimo locus ſit, & non datiuo, vide Augu. Bero. q. 66. nu. fin.

Ad legitimam tutelam volens admittitur Clericus. Auth. presbyteros. C. de Epiſ. & Cleri. ſed an ipſi poſsint eſſe tutores, vide per Bart. in l. 5. §. ſi legitimus. ff. de legit. tutor.

Presbyter tutelam datiuam, vel teſtamentariam ſuſcipere non poteſt; legitimam ſic. Batto. conſi. 143. vol. 1.

Tutela teſtamentaria non cedit legitimæ. l. 3. C. de teſtamen. tutel.

An legitimus tutor præferatur teſtamentario inutiliter dato, & à Iudice confirmato, vide Azo. in ſumma tit. C. de confirma. tuto.

Spes teſtamentariæ, facit ceſſare legitimam, & locus interim erit datiuæ, vide. l. 11. ff. de teſtamen. tutel.

Tutor non poteſt dari à Iudice, qui non eſt ſupoſitus eius iuriſdictiõi. l. 5. C. q dare tutores.

Tutores, & curatores tempore ſuæ decretationis debẽt ſpecialiter, & expreſsè ꝓmittere, q defenſionẽ minorũ ſuſcipiẽt ſine vlla dilatione. l. fin. §. pen. ff. de adminiſtra. tuto. vel cura.

Qui dari, dareue pñt tutores, vide i tit. ff. de tut.

A Iudice nõ põt dari tutor ſub conditione, ſed expreſsio eius, quod tacite ineſt, diſpoſitionem conditionalem non inducit. l. 6. §. ſub conditione. ff. de tutelis.

Abſens, & inuitus, abſenti, & inuito tutor dari poteſt. l. 5. ff. de tuto. & curat. dat ab his.

Pater cogitur ſe obligare pro filio tutore. l. fin. §. fin. ff. de ſuſpect. tuto.

Si tutor datur à Iudice rebus alterius Prouinciæ, datio ipſo iure eſt nulla. l. 12. §. & qui, & ibi. gl. ff. de excuſa. tuto. vide tamen Bart. in l. vnica. C. vbi petan. tuto. vel cura.

Filiusfa. poteſt eſſe tutor, & ſi pater nolet pro eo cõſentire, vt tutela liberet, coguntur ambo onus tutelæ ſubire. l. 18. §. fin. ff. de excuſa. tut.

Filij damnatorum nõ amittunt ius legitimarũ tutelarum. l. 3. ff. de interdictis, & releg.

Tutela defertur proximiori in gradu, & ſi plures ſunt eiuſdem gradus, defertur ad omnes. §. fin. inſtit. de capit. diminu.

Tutor ſimpliciter datus, intelligitur datus vniuerſo patrimonio. §. datus, inſtit. de excuſa. tuto.

Tutor confirmatus præfertur legitimo, tamen admittit ſecum alium datiuum. Bart. in l. 1. ff. de confir. tuto.

Tutela denegatur ei, qui implicitus eſt cum fiſco, & vtilitatis pupilli cauſa receditur à voluntate defuncti. Bar. in l. 8. ff. eod.

A quibus dentur tutores, vide Bar. in l. 1. & tot. tit. ff. de tuto. & curato. dat ab his.

Iudex dat pupillo tutorẽ nemine petẽte; ſecùs in curatore. Bar. i l. 5. ff. qb. ex cauſis i poſ. eat.

Vide de materia in Auth. matri & auiæ. C. quando mulier officio tutel.

Filio in ptãte datur tutor pp malos mores patris. Bart. in l. 13. C. de ſenten. paſſ. & reſtit.

Legitimus tutor, an excludat datiuum à Iudice confirmatum, vide Barto. in l. 1. ff. de peculio.

Tutela legitima tranſit ad filios; ſed quomodo, vide Bart. in l. 16. ff. de tutelis.

Tutor legitimus ſi deſijt, an ſuccedat alius, vel perueniatur ad datiũ, & qñ tutor datiuus deſijt an perueniatur ad legitimũ, vel detur alius, vide Bar. in l. ſi qs ſub cõditione. ff. de teſta. tut.

Auus præfertur auiæ in tutela, quando ſuperſunt auus, & auia. Bart. in l. 11. nu. 9. ff. eod.

De tutela datiua.

Tutor, qui datur ex inquiſitione debet pronũciari idoneus, antequam ſibi decernatur tutela. Guid. Pap. q. 330. nu. fin. Bart. in l. 5. ff. de confir. tuto.

Deficiẽtib. legitimis tutoribus, ꝓximior vicinus datur tutor. Pap. li. 15. tit. 5. arre. 1.

Tutela data fratri mr̃is ex abrupto ad ſimplicẽ requiſitionẽ ipſius matris tranſeũtis ad ſecũda vota, non tenet. Dec. conſ. 674. nu. 6.

Sufficit denunciare proximioribus, vt tutelam ſuſcipiant, Ita quòd illis negligentibus poſſit Iudex tutorem conſtituere ad inſtantiam creditoris. Nat. conſi. 334.

Habenti tutorẽ tutor dari nõ põt, & tutor dari non ſolet, nec poteſt ad tempus, & quando

habenti

habenti tutorem datur tutor, ſecunda tutela non tenet, nec valet. Menoch. conſ. 380. lib. 4.
Tutelæ datio eſt nulla, quando fuit decreta eodem die, quo fuit petita. Menoch. ibid.
Vitricus poteſt eſſe tutor ſui priuigni. Bart. in l. 2. C. de interdicto matrimonio.
Filio in poteſtate dať tutor propter malos mores pris. Bar. in l. 13. C. de ſenten. paſſ. & reſtit.
Tutor poteſt dari ad vnum articulum tantùm, etiam hoc expreſſo. Bart. in l. 9. ff. de tuto. & curat. dat. ab his.
Tutor datiuus datur in caſibus, in quibus legitimus eſſe non poteſt, & impedimento legitimi ceſſante, ceſſat datiuus. Bar. in l. 13. ff. eo.
Tutoris dandi mores quando inquiruntur con iuncti, & amici pupilli requiri debent. Bar. in l. 21. §. cum reliquis. ff. eod.
Iudex dat pupillo tutorem ex inquiſitione, nemine petente. Barto. in l. 5. ff. quib. ex cauſ. in poſſ. eat.
Antequam tutor inutiliter à patre datus confirmetur, poteſt per Iudicem de alio prouideri, & per eum geſta valent. l. tertia de confir. tuto.
Creditor, vel debitor minoris non poteſt eius curam ſuſcipere. Authen. minoris. C. qui dare tutores.
Si pater cōſenſit filio tutori datiuo, tenetur inſolidum. l. 7. ff. de tutelis.
Spes teſtamentariæ tutelæ facit ceſſare legitimam, & locus eſt datiuæ. l. 11. ff. de teſtament. tutel.
Spes primi legitimi facit tutelam non deuolui ad ſequentem; ſed eſſe locum datiuo. l. 1. §. ſi apud. ff. de legit. tuto.
Vide de materia per Azo. in ſumma tit. C. qui tutores, vel curatores.

Quando mulier tutelæ officio fungi poteſt.

Matres creditrices, & debitrices ad tutelam filiorum admittuntur, nec iuramentum de ſecūdis nuptijs nō contrahendis exigitur, dummodo Senatuſconſul. Velleia. & omni auxilio renuntiauerint, & quæ alij tutores facere tenentur adimpleuerint, faciendo inuentarium, & dando fideiuſſores, vide tot. tit. Authen. vt ſine prohibitione matres debitrices. Capi. deci. 50. Boer. deciſ. 124. & Bar. in l. 1. ff. de teſtamen. tute.
Mater, & auia petentes tutelam debent promittere ſolemnia cum expreſſa hypotheca ſuorum bonorum; aliàs talis omiſsio vitiaret tutelam. Capic. deciſ. 50. nu. 5.
Mater tenetur accipere tutelam filiorū per manus iuſtitiæ. Caſſa. tit. *des infans*, rub. 6. §. 6. gl. 3. & tenet tria facere ante adminiſtrationē. ibi.
Mater tenetur facere inuentarium, & accipere adminiſtrationem à Iudice; ſed ſi hoc non fecerit, quomodo priuetur, vide Caſſa. ibid. gloſ. 3. nu. 13.
Mater ſuſcipiēs tutelā filiorū, quę ꝓmittere debeat, & quibus iuribus renūciare teneař, aliàs tutelæ datio redderet nulla, vide Math. Matheſ. ſing. 108.
Mater deputata tutrix in teſtamento, quando dicatur adminiſtratrix, vel tutrix, vide Iaco. Put. deciſ. 146. lib. 1.
Quando non conſtat matrem adminiſtraſſe vti tutricem, tunc talis adminiſtratio non impedit executionem inſtrumenti dotalis. Put. ibidem.
Mater volens tutelam, & baliatum filij cæteris præfertur, excepto auo paterno non dicipāte bona ſua; ſecùs ſi diciparet. Vincent. de Fran. deciſ. 10.
Mater tutrix tutelam amittens ob ſecundas nuptias, eam non reaſſumit mortuo ſecundo marito. Myſinge. obſer. 83. cent. tertia, tamen mater mortuo ſecundo viro poteſt recuperare tutelam priorum liberorum in ſubſidium, ſi alium idoneum liberi non habeant tutorem, vel habere non poſſunt. Boer. deci. 266. vide Bart. in §. ſi autem tutelam. Authen. de nupt.
Idem ſi depoſuerit tutelā cauſa nuptiarū, quas poſtea nō contraxit. Boer. d. deciſ. 266. nu. 5.
Tutelę munus non eſt neceſſarium in matre, vel auia; ſicut eſt in maſculis. Ita deciſum fuiſſe reperitur, in quadam deciſione Senat. Pariſ. in deciſio. diuerſo. fol. 241. ſcribunt Pap. lib. 15. tit. 5. arreſt. 15. & Boer. dec. 224. poſſunt tñ cogi per principem. Menoch. conſ. 270. lib. 3.
Mater in tutela, an veniat præferenda auo paterno, vide per Afflic. deciſ. 183. & deciſio. 281. Capic. deciſio. 56. vbi ſcribit pro parte affirmatiua, ita Barto. in l. 11. num. 10. ff. de teſtamen. tute.
Tutela eſt matri deferenda, & non auiæ ex parte patris. Afflic. deciſ. 281. nu. fin.
In tutela mater præfert patri naturali. Caſſad. deciſ. 1. tit. de ſucceſsio.
Mater licèt ſit debitrix pupilli non prohibetur admitti ad eius tutelā: cùm naturæ amor plus circa filios faciat abſque ſuſpicione. Gramma. deciſ. 55. Menoch. de arbitra. lib. 2. caſ. 168. num. 3.
Mater tutrix liberorum, ſi conuolat ad ſecunda vota, repellitur à tutela. Guid. Pap. q. 539.
Tutrix an poſsit eſſe mater minor 25. ann. vide Boer. deciſ. 124. nu. 7.

Mater tutrix eſſe non poteſt, ſi ſecundò nupſerit, ſed an poſsit pupillis petere tutorem, vide pet Menoch. de arbitra. lib. 2. Caſ. 151.

Mater, quæ luſurioſa eſt, tutrix eſſe deſinit. Meno. ibi nu. 6. Bar. in l. 11. ff. de teſta. tute. nu. 26.

Mater ſecundò nubens tutelam filij retinere poteſt ex Principis reſcripto. Menoc. ibi. nu. fin.

Licèt mater priuetur ſtatuto hæreditate filij, tamen à tutela non excluditur. Dec. conſi. 16. ſed quid, in auia. vide ibi.

Licèt mater non habeat filios in poteſtate; tamen fallit, quando eſt tutrix filij ſui. Caſſa. in conſuetud. Burg. tit. *des infans* rub. 6. §. 6. gl. 2.

Mater non eſt legitima adminiſtratrix bonorū filiorum: fallit, quando adminiſtrat filijs ſciētibus, & patientibus. Nat. conſi. 261.

Concubina eſt tutrix legitima filiorum naturalium, ſicut vxor legitimorum. Amanel de Clariſaq; ſing. 16.

Fęmina nec à teſtatore, nec à Iudice tutrix dari poteſt, niſi ſit mater, vel auia pupilli. Auguſt. Bero. q. 67.

Si propter tranſitum ad ſecunda vota matris dādus ſit tutor, præfertur aua ſuperſtes. Bar. in l. 11. ff. de reſtam. tute. nu. 32.

Tutoris datio facta à Iudice alio petente non facta mentione de matre, an valeat, etſi de ipſa eſt facta mētio, an debeat requiri, vide Bar. in l. 10. ff. de tuto. & curato. dat. ab his.

Iudex cui, fuit narratū de matre, ſi dederit tutorem ſine inquiſitione, an pręiudicet matri poſtea volenti tutelam, vide Bart. ibid.

Matri in pertinentibus ad tutelam præferuntur, qui debent ſuccedere, licèt in educatione ipſa præferatur. Barto. in l. 2. num. 14. ff. qui petant tutores.

Mater eſt legitima tutrix filiorum ſuorum, licèt non per omnia ſortiatur natutam legitimorum tutorum. Bartol. in §. ex his. Authen. de hæred. ab inteſt.

Auia in tutela præfertur datiuo, matre nolente eſſe tutrice. Bart. conſ. 145.

Item præfertur legitimis, matre in medio non exiſtente. Bart. conſi. 242. 1. vol.

De eo, qui pro tutore, vel curatore negotia geſsit.

Depoſitarius poteſt reſtituere ei, qui non erat legitimus tutor, & liberatur. Afflic. deciſ. 147.

Sententia lata pro falſo tutore, quando poſsit per minorem ratificari, vide Bar. in l. 4. C. in quib. cauſ. in integ. reſtit. non eſt neceſſa.

Geſta à tutore non legitimo, non præiudicant domino. Bart. in l. 3. in repet. ff. de offi. Præto.

De geſtis à falſo tutore, vide tot. tit. ff. quod falſ. tuto. aucto. geſt. eſſ. dic.

Dolus illius, qui pro tutore, vel curatore negotia gerebat, non nocet pupillo, neque bona eius alienare poteſt. l. 3. §. ſi quis non tutor. ff. de dol. mal. except.

Soluens ei, qui pro tutore negotia gerit, liberatur, ſi pecunia conuertatur in vtilitatem creditoris, aliàs ſecùs. l. 28. ff. de ſoluto. & liber.

Ex re pupilli per extraneum non tutorem ei non quæritur, niſi in ſubſidium. l. 88. ff. eod.

Qui tutelam adminiſtrauit, etiam ſi non erat verus tutor, ſed vt tutor agebat, tenetur ſtipulatione rem pupilli ſaluam fore. l. 4. §. illud. ff. rem pupil. ſal. for.

Rem pupilli ſaluam fore.

Ex ſtipulatione, rem pupilli ſaluā fore, competit actio pupillo finita tutela ad intereſſe contra tutorem, vel curatorem, quādo tutor, vel curator per ſtipulationem promiſit rem pupilli ſaluam fore, de qua actione vide per Io. Criſp. in ſuo tracta. termino. actio. poſt volumen Iaſ. de actio.

Tutor, & curator tenentur cauere rem pupilli ſaluā fore, quæ cautio dicitur neceſſaria, quia à lege aſtringuntur, ideò poſſunt hoc in caſu dare fideiuſſorem quoquo loco voluerint, ēt ſi ipſi alibi habitent, quòd ſecùs eſt in voluntarijs cautionibus. l. 8. §. tutor cum ſeqq. ff. qui ſatiſdare cogantur.

Qui obligatur ſaluā fore rē pupilli, non obligatur de quolibet ſingulari. l. 3. §. ſi. ff. de pecul.

Formā ſatiſdationis rē pupilli ſaluā fore, vide in gloſ. in verbo duodecim. §. 1. inſtit. de leg. agnat. tutel.

Quando notarius teneatur, ſi non receperit idoneos fideiuſſores pro pupillo, Repub. vel priuato, vide Ioſ. Lud. deciſ. 33. Luc.

De ſatiſdationibus, & fideiuſſoribus tutorum, curatorum, & executorum.

Fideiuſſor tutoris cōueniri debet in iudicio ordinario, & non executiuo, etiam ſententia lata contra principalem. Nat. conſ. 145.

Tutores, qui teneantur ſatiſdare, & qui non, vide plenè per Barto. in l. teſtamento, 17. §. hoc edictum. ff. de teſta. tutel.

Tutores dati ex inquiſitione, an hodie debeant ſatiſda-

ſatiſdare, vide Bar.in l.5.ff.de confirma.tuto.

Tutor licèt dederit fideiuſſorem pauperem reſpectu facultatum pupilli, poteſt tamen adminiſtrare. Bar.in l.5.ff. de legit.tuto.

Tutor contra tutorem, qui nõ ſatiſdedit de iure, vel de facto, non poteſt venire, niſi offerat ſatiſdationẽ, ſed pupillus, vel tertius ſic. Bar, in l.5.§.in legitimis.ff.eod.

Executor datiuus tenetur ſatiſdare, ſed quibus caſibus teneatur teſtamentarius, vide Bar.in l.3.ff.de aliment.& cibar.legat.nu.3.

Tutor datiuus datus à Iudice maiore non ſatiſdat, ſecùs datus à minore. Bar.in l.1.ff.rem pupil.ſal. for. & vide ibi de materia per totũ tit.§.nos autem, inſtit.de attil.tuto.& Guliel, de Ludo ſing. 121.

Tutor, vel curator ſatiſdare debet rem pupilli ſaluam fore, niſi ſit teſtamentarius, ſed qñ datiuus teneat̃, vide Bar.in §.quoniã, Auth, vt ij, qui obligatas, &c.nu.fin.

Inter plures fideiuſſores vnius tutoris datos pupillo, non eſt locus beneficio epiſtolę diui Adriani, nempe vt diuidatur actio.l.fi.ff.rem pupil.ſal. fore, ſed gloſſ. ibi opponit, & ſoluit, quam vide.

De tutore, & curatore, qui non ſatiſdedit, vide per totũ tit.C.de tutor.& curat.q non ſatiſd.

Tutor, & curator tenentur ſatiſdare rem pupilli ſaluam fore, quæ ſatiſdatio vocatur neceſſaria, quia à lege aſtringuntur; ideò poſſunt dare fideiuſſores, quocuo loco potuerint, etiam ſi ibi tutores moram non trahant. l.8. §.tutor, & ſeqq.ff. qui ſatiſd.cogant.

Tutores teſtamentarij non coguntur à Iudice ſatiſdare, ſed qñq; poſſunt offerre, vt ſoli adminiſtrent, ad quod admittuntur, niſi alij ẽt idonei, vel Iudici cognoſcenti aliud videatur, quòd ſi plures ſimul offerant, idonior eligitur.l.17.ff.de teſtam.tutel.

Extraneus paratus ſatiſdare nõ repellit tutores ab adminiſtratione.l.19. ff.de teſta.tutel.

Curator datus à patre nõ debet ſatiſdare rem pupilli ſaluam fore, ſed de fideicõmiſſo reſtituendo (ſibi relicto) ſi curã reliquerit.l. fi. ff.de confirma.tuto. vel curat.

Tutor legitimus cõſtituitur ipſo iure per legẽ, non tamen poteſt adminiſtrare, niſi ſatiſdet. l.5.ff. de legit.tuto.

Fideiuſſor tutoris non tenetur ad ea, quę tutor poſt pubertatem ſponte geſsit.l.47.§.Paulus. ff.de adminiſtr.& peric.tuto. vel cura.

Eodem modo, quo vnus tutor tenetur ꝓ alio, eodẽ modo eius tenet̃ fideiuſſor.l.52.ff.eod.

Pater cogitur ſe obligare pro filio tutore, ſi eſt neceſſe.l.fin.§.fin.ff. de ſuſpect.tuto.vel curat. & l.18.§.ſi quis.ff.de excuſa.tuto.

Sicut durante tutela tutor nõ poteſt conueniri actione tutelæ, ita nec fideiuſſores eius, ſecùs in curatore.l.16.ff. de tutel. & ratio.diſtrah.

Curator datus bonis ventris tenetur ſatiſdare. l.8.ff. de curatore furioſi.

Tutor datus cum inquiſitione, vel teſtamentarius, non tenet̃ ſatiſdare pupillo, ſed ſi offertur ſatiſdatio à contutore volente in ſe totã adminiſtrationem recipere, alius contutor debet eã acceptare, vel offerre.l.7. ff.rẽ pupil. ſal.fore, vide per tot.tit.ibi de materia.

Quæ ſit ſatiſdatio, quã præſtat tutor legitimus, & qualis eius forma, habetur in gloſſ.in §.1. inſtit.de legit. agnat.tutel.

De curatoribus in genere.

DE iudicio contra infantem mouendo, & quomodo infantib. prouidendum ſit ad hoc, vt iudicium fundetur, vide p Ozaſ. deciſ.89. Crau.conſi.261.n.57. Curator infanti dari non poteſt cũ regulariter, niſi p̄ſenti, & petenti det.ibid.

Curator ex officio à Iudice dari poteſt infanti cum conſenſu conſanguineorum, ſi eius bona eſſent peritura, vel grande æs alienũ immineret.ibid.nu.6.& quando periculũ eſſet in mora, vide Andr. Gail.obſer.107.lib.2.

Curator ad litem pupillo cõuento dari poteſt, & ſi habeat tutorem, qui non vult copiã ſui facere, & hoc verum citato prius ipſo pupillo, ſi eſſet maior infantiæ, & deinceps dat curator ex officio liti. Afflict.deciſio.256. vide deciſio. 262.

Tutor teſtamentarius infantis, an poſsit dari curator ad litem, vide Afflict.deciſ.262.

Proceſſus factus cũ minore (nullo curatore conſtituto) litigans per ꝓcuratorem cum iuramento conſtitutum valet. Guid. Pap. q.35. Boer.deciſ.92.& Iaff. Lanf. Balb.deciſ.68.

Minor ad litem curatorem accipere cogitur. Boer. deciſ.92.

Adulto curator generalis ad lites præſentes, & futuras dari poteſt. Capel.Thol.q.72.tamen ad hoc non eſt cogẽdus, niſi ex cauſa, & abſens dari non poteſt.ibid.in additio. imò curator datur inuitus, & ignorans. Bar.in l.5.ff. de tuto.& curato. dat.ab his.

Curator datur liti per Iudicem, qui illi præeſt. Bar.in l.28.ff.de adminiſt.tuto. Bar.ſing.177.

Curator ad lites eodem modo reuocatur, pro vt reuocatur procurator, & maritus poteſt dari curator vxori ad litem.Bar.in l.31.§. Iuliano.ff.de procurato. Guid.Pap.ſing.421.

Curator ad litem datus pupillo datur inuitus, & volens, & quãdo datur ad litem, debet eſſe præſens; ſed quando poſsit dari, vide Bart. in l.

in l.3.§.ſi pupillus.ff.de tutelis. Iaff. Lanfran. Balb.deciſio.124.

Regulariter curator non datur pupillo, neque adulto,niſi petenti.Bar.in l.5.ff.quib.ex cau. in poſſ. eat. poteſt tñ dari pupillo ad iudicium,& ad negotia.Roma.ſing.241.

Curator datus pupillo tutoré non habenti pôt omnia, niſi quæ iuris ſolemnitatem deſiderant.Bart.in l.10.ff.de tuto.& curato. dat. ab his. vide Fely. conſi.16.

Adultus curatorem habens quibus caſib.æquiparetur pupillo,vide Bart.in l.1.§.fuit quæſitum.ff.ad Trebellia.

Adultus curatoré habens,ſi contrahat ſine eius auctoritate, nec naturaliter, neque ciuiliter obligatur. Bar.in §.1.inſtitu.de aucto.tuto.

Curatur datur petenti, nec dari poteſt regulariter infanti: ideò curatoris datio,vbi tutor eſt dãdus,dicitur ipſo iure nulla. Pau.Aemil. Vera.deciſ.158.par.1.

Curator poteſt licitè inſtruere ſuum minorem cuius eſt curator,& qualiter reſpondeat poſitionibus,quando ipſe minor eſt ſimplex,& aduerſarius ſuus ſagax,& calidus, vide Iaffr. Lanfr.Balb.deciſ.36.

Minor præſumitur,quando apparet curatorem habere, niſi maior doceatur, vel ex aſpectu præſumatur. Iaff.Lanfr.deciſ.199.

Geſta per minorem ſine curatore coram arbitro, & ſẽtẽtia contra eum valent, & ſi poſſit reſtitutionem in integrum petere.Iaffred: Lanfr.deciſio.309.

Poteſt dari curator ad litem pupillo non petẽti,quando non habet tutorem,vel habet,ſed eſt abſens: & quando habet litem cum tutore non datur curator, niſi pupillus petat. Myſing obſer.31.cent.2.

Minor ciuiliter, vel criminaliter conuentus nõ habet legitimam perſonam ſtãdi in iudicio; ideò curator ad litem ei dãdus eſt,qui ipſius nomine iudicium exerceat. And.Gail.obſer. 108.lib.2. vide Gome. Leo.deciſ. 10.in deciſ. diuerſo. Tom. 2. & tunc curator debet eſſet præſens. Gail.ibid.nu.5.

Quod dictum eſt minorem non habere legitimam perſonam ſtandi in iudicio limitatur: Primò, ſi curatorem habeat, quo caſu rectè agere,vel conueniri poteſt.Gail.ibid.num.8.

Secundò limitatur,in cauſis ſpiritualibus,& eccleſiaſticis, quia in illis maior 14. annis pro maiore habetur.ibid. nu.9.

Licèt puberi inuito curator non detur: tamen non inde deſumitur adminiſtrationem bonorum ſuorum ipſi eſſe permittendam; ideò ratione bonorum inuitus recipit curatorem, patre naturali hoc ſaltem poſtulante.Gome. Leo.deciſ.70.in deciſ.diuerſo.Tom.2.

Curator poteſt acceptare ꝓ adulto, & ꝑ ipſum curatorem ius adulto acquirit.Crau.cõſ.261.

Adultus habens curatorem æquiparatur pupillo, vt non obligetur ſine curatore, quod eſt verum ſi actus,qui geritur eſt talis,cui poteſt aptari auctoritas curatoris; ſecùs ſi nõ aptatur, & etiam Reg. procedit, quando de ſuo incommodo tractatur; ſecùs ſi de ſuo commodo.Aluiſ.de Alber.ſing. 68. vide glo.in l. 5.§.fuit.ff.ad Trebellia.

Pupillus non poteſt reſtituere tutori hæreditatem eo auctore; ſed adultus ſuo curatori ſic: quia auctoritas eius non eſt neceſſaria.l.1.§. fuit. ff.ad Trebellia.

In quibus differant pupilli, & adulti, & in quibus conueniant,vide ibid.glo.

Si minor curatorem habens contrahat ſine curatore,contractus erit nullus: ſi verò nõ habet,tenet; ſed ſi læditur reſtituitur.l.3. C.de in integ. reſtitu.

Curator ad litem datus minori poteſt reuocari ante litem conteſtatam; non poſt.gl.fin.in l. 31.§.fin.ff. de procurato.

Minor ad petẽdum curatorem pôt facere procuratorem, & ſi dubitatur de mandato, admittitur cum cautione de rato.l.43.§.is qui. ff. de procurato.

Auctoritas curatoris in nuptijs adultæ, nihil operatur; quia pſonæ curator principaliter non datur.l.8.C.de nupt.

Curatores nõ tenentur de geſtis per minorem poſtquam fuit declaratus maior per Iudicem, etiam ſi adhuc eſſet minor, dummodo hoc ignorauerint; ſecùs ſi eum minorem ſciuerint, & perſeuerauerint in adminiſtratione.l.35.ff.de mino.25.ann.

Ad quid teneantur curatores vendentes bona minorum,vide l.40.§. vendentibus.ff.eod.

Poteſt minor prius agere cum tuore, vel curatore,quàm cum cõtrahente, & è contrà.l.47. ff.de mino.25.ann.

Minor debet admoneri, quòd petat curatoré ad lites,& ſi admonitus non petit, illi etiam abſenti; & inuito datur curator.l. 1. C. qui pet.tuto .vel curat.& l.11.C.qui dare tutores.

Volens reddere rationé adminiſtrationis adulto,pôt petere illi curatorem dari,cui reddatur ratio.l.7. C.qui pet.tuto.vel cura.

Ibi curator debet peti,vbi pupillus,vel adultus originé trahit, vel maioré patrem facultatũ hẽt,aut domiciliũ.l.1.C.vbi pet.tut.vel cura.

Curator datus impuberi, durat vſq; ad pubertatem.l.25.ff.de tuto.& cura.dat.ab his.

Curator hæreditati iacenti; ſeu vacanti, vt detur quinque requiruntur. Capic. deciſio.87. quando,& quomodo detur,vide Andr.Gail. obſer.130. lib.2.

Filiusfa.

Filiofa. minori datur curator ratione hæreditatis, non perſonæ. Bart.in l.8.§.ſinautem.C. de bonis,quæ liberis.

Curator ſi detur filiofam.ad adeundam, & adminiſtrandam hereditatem,tenet datio.Bar. in l.1.ff.ſi ſeruit.vendic.

Patre nolente bona filij adminiſtrare,debet curator ipſis bonis dari, non autem ipſi filio: quia illi in poteſtate conſtituto non datur tutor, nec curator.l.fin.§. ſinautem, & ibid. glo.C.de bonis, quæ liberis.

Iudicium agitatũ cum filiofa.minore nõ firmatur auctoritate patris, niſi etiam interuenerit curator ad litem, quando agitur de re, in qua nihil poteſt ad patrem pertinere,etiã quo ad vſumfructum. Iaff. Lanf.deciſ.307.

Omnia neceſſaria facere poteſt curator datus hæreditati iacenti.Dec.conſi.401.

Curator bonis defuncti dari poteſt Iudicis officio. Dec.conſi.509.ſed quando, vide ibid.

Creditor poteſt eſſe curator hæreditatis iacentis.Ludo.Rom.ſing.131.

Socer poteſt dari curator nurui. Pet.de Rauen. ſing.649.& tit.ff.de curat.bon.dand. intelligit, quando hæreditas eſt iacens, niſi in ſuis hæredibus; qm̃ in eis non eſt dare hæreditatem iacentem. Marc.de Mant.ſing.137.

Hæreditati iacenti prouidetur de curatore officio Iudicis, qui debet facere inuentarium de bonis hæreditarijs. Authen.ſi omnes.C.ſi minor ab hæred.ſe abſti.

In hac patria Pedem.quõ detur curator abſenti; vel hæreditati iacenti, habetur in nouis ordinib.tit. *della legitimatione delle perſone.*

Appellatione interpoſita ſuper excuſatione tutoris,interim datur curator pupillo,& curatoris pupilli auctoritas ad adeundam hæreditatẽ nõ ſufficit, & ideò ad id (ex cã) ſpecialiter tutor daẽ.l.17.§. tutor.ff.de appella.

Curator datus ad litem non conficit inuentarium. Capel. Thol.q.72.num.fin. & q.147. in additio.DD.de Rot.deci.1.tit.de iudi.in nouis,vide Bar.in l.5.C. de bonis.vacan.lib.10. & in l.15.ff. de bonis aucto. Iudi. poſsi.

Curator datus liti adulti,vel pupilli tenetur bona ſua obligare, & dare fideiuſſorem, & debet promittere vtilia facere, & inutilia prætermittere, & adultũ indefenſum non relinquere ad inſtar tutoris.ibid.q 247.vide And. Gail.obſer.108.n.11.li.2. Crau. cõſ.461.n.57.

Licèt de iure curator ad lites debeat ſatiſdare; tamen de ſtylo curiarum non ſolet ſatiſdare, ratio, quia curator ad lites non adminiſtrat; ideò inuentarium non facit. Put deciſ.130. lib.3.vide Ioſ. Ludo.deciſ.48. Iaff.Lanſ.Balb. deciſ.152.Gaſp.Cabal milleloq. 72.

Curator ad litẽ datur per Iudicem litis; ſi verò detur ad lites dãdus eſt per Iudicẽ originis; vel domicilij.Myſing.obſer.87.cent.1.

Curatores debent ſpecialiter, & expreſsè promittere tempore,quo creantur,quòd defenſionem ſubibunt. Bar.ſing.178.

Licèt maritus non poſsit eſſe curator vxoris ſuæ, tamen bene poteſt curator ad litem ſibi dari.Guid.Pap.ſing.421.

Tutores,& curatores tempore ſuæ decretationis debent ſpecialiter,& expreſsè promittere, quòd defenſionem minorum ſuſcipient ſine vlla dilatione.l.fin.§.pen.C.de adminiſt. tuto, vel curato.

Curator non datur teſtamẽto, niſi furioſo.Bar. in l.1.ff.de confirm.tuto.& in l.40.§. curator. ff.de adminiſtr. tuto.

Curator datus teſtamento,ſi ante cõfirmationem non adminiſtrauerit nõ tenetur de negligentia,ſi adultus non petat ipſum confirmari. Capel.Thol.q.270.

Curator in teſtamento non datur,licèt confirmari poſsit.l.7. C. de teſtam.tutel.

Curator datus in teſtamento minus ſolemni, non tenẽt de periculo adminiſtrationis deſertæ; ſed an inuitus dari poſsit,vide ibid.

Curator in teſtamento dari non poteſt: ideò qđ ante cõfirmationem gerit,venit in actione nego.geſt.l.6. C. de neg.geſt.

Curator repetit impenſas, actione nego.geſto. Bar.in l.1.§.neceſſariæ.ff. de impenſis.in reb. dot.fac. & habet ſtatim vtilem actionem.l.1. C.de contra.& vtil.act.tutel.

Curatores plures,& ſimul dari nõ poſſunt, niſi dentur inſolidum. Bar.in l.5.ff.de tutel.

Curator, quando poſsit durante officio curatoris conueniri,vide Bart.in l.27.ff.de adminiſtra. & peric.tuto.

Curator datur etiam bonis viuentis, quando ignoratur ipſum viuere. Bar.in l.7.§.ſi tutor. ff.de tutel.& ratio.diſtrah.

Curator datus bonis vendit bona pro ſatisfaciendo creditoribus, & curator antequam detur, requiruntur illi, quorum prima cauſa eſt in ſucceſsione. Barto.in l.1.nume.3.ff.de cura.bon.dat.

Curator datus bonis vniuerſaliter tenetur facere inuentarium, non curator datus liti. ibid.

Mulier nõ poteſt eſſe curatrix bonorum. Vinc. de Fran.deciſ.348.par.2. Dec.conſi.575.n.4.

Qñ curator bonis iacẽtib. aut bonis abſentis, vagabundi,vel eius,qui ceſsit bonis detẽ, qua ſub forma, qui dari poſsint curatores, & de ipſorum officio,& adminiſtratione,vide per Menoch.de arbitra.lib.2.caſ.150.

Ille curator bonis dari debet,& præferri,qui in ſuccedendo præfertur. Menoch.ibid.nu.32. & conſi.345.lib.4.

De

De curatore bonorum, vide tit. ff. de curato. bono. dan.

Si pupillus, q vult ſe tueri Carboniano edicto non ſatiſdat, conſtituitur curator bonis defuncti, ſed ad qd teneaẽ, vide l.5.§.quotieſcunque.ff.ad Carbonianum.

Si curator bonorum venditionem fecerit, pecuniam autem creditoribus non ſoluerit, quid iuris, vide l.22.§.ſi curator.ff.mandati.

Curator conſenſu creditorum bonis datus, nō cauet de rato.l.9.ff.rem rat.habe.

Minore reſtituto aduerſus aditionē, bonis datur curator. §. ad hæc quoque Auth.vt ſponſalitia largitas.

Curator, datus bonis, an poſsit exercere actiones, vide Bar.ĩ l.14.ff.de bonis aucto.iud.poſ.

Curator, ſicut procurator ante litem cōteſtatā, poteſt reuocari.Iaco.Put.deciſ.119.lib.3.

Fiſcus ſi patiatur reo dari curatorē, eidē incumbit onus ꝓbandi hunc nō eſſe minorē. Rot. Auenio.deciſ.63. in deciſio. diuerſo.Tom.3.

Curator curæ adminiſtratæ tenetur rationes reddere.Menoch.de arbitra.lib.2.caſ.209.

Mater etiam curatrix, nō poteſt præiudicare filio minori. Dec.conſi.255.

Quando dubitatur, an aliquis ſit viuus, vel mortuus, non poteſt adiri hæreditas, ſed interim debet dari curator vti abſenti.Dec.cōſi.575.

Statuto ſtante, quòd in delictis contumax habeatur pro confeſſo, minor contumax delinquens, nō poteſt dicere de nullitate actorū, licèt contra eum fuerit proceſſum, nullo curatore dato; Natt.conſi.54. cum duob.ſeqq.

Quando curator ſtatim, quo fuit creatus ſuam interpoſuit auctoritatē, an ob temporis breuitatem, actus eius auctoritate factus valeat, vide Menoch.conſi.196.nu.38.lib.2.

Quando curator eſt ſuſpectus nō ob id remouendus eſt; ſed illi dandus eſt adiunctus.vide Menoch.conſi.345.lib.4.

In creatione curatoris debet attendi conſuetudo.Guid.Pap.ſing.387.

Beneficium epiſtolæ diui Adriani, de quo in l. fin.C.de conſtit.pecun.habet locum inter curatores.Marc.de Mant.ſing.578.

De curatore, qui datur vētri in poſſeſsione miſſo, vide tot.tit.ff.de curatore ventris.

Filio emancipato non ſatiſdante de conferēdo ꝓp inopiā, daẽ curator portioni bonorū ad ipſum ꝑtinenti.l.1.§. iubet.ff. de collat. bon.

Ventre in poſſeſsionem miſſo, mulier debet petere curatorem vētri, & bonis, & qui petanẽ, & dari ad qd teneanẽ, vide ꝑ tot.tit.ff.de vēt. in poſſ.mitten. ventri enim non datur tutor; ſed curator. l. 20. ff. de curato.datur ab his.

Officium curatoris differt ab officio geſſoris; quia officium curatoris neceſſarium eſt, & neceſsitate ceſſante finitur; officiū verò geſtoris eſt voluntarium, & propria voluntate finitur: item ille actionem intentat, geſtor non.vide l.2. C.de nego.geſt.

Creditor, vel debitor non poteſt eſſe curator, nec ipſe curator poteſt ſuſcipere ceſsiones contra eos, quorum curam habet.Authen.vt hi, qui obligatas ſe habēre.

Filius patris curator eſſe poteſt, & hoc in caſu habenti curatorē curator dari poteſt.l.25.& ibid.gl.C.de nup.l.12.ff.de tutor. & curato. datis ab his, ſed in quibus alijs caſib. curatorem habenti, detur curator, vide in titu.C. in quibus cauſ.curat.haben.

Auctoritate curatoris generalis, vel ſpecialis dos, & donatio propter nuptias poſſunt cōſtitui, & exigi.l.28.C.de iure dot.

Maritus non poteſt eſſe curator vxoris, niſi ad lites.l.2.C.qui dare tuto.vel curat.

Cęcus omnino non pōt eſſe curator.l.3. C.eod.

Curator generalis non poteſt in lite mota facere ſpecialem curatorem. l. 12. C. eod.

Datus curator nurui ſuæ debet ſe excuſare; aliàs incurrit infamiam. l. 17. C. de excuſat. tuto.vel curato.

Curator, vel coadiutor datur tutori per Iudicē ex cauſa, vel per ipſum tutorem cum decreto Iudicis.l.13.ff.de tutelis.

Curator poteſt dari ad auctorandū in vno contractu tantùm.l.7.ff.de tuto.& curato.dat.ab his, & ad vnū actum.l.8.ff. rem pupil.ſalu.fo.

Curator datus in locū tutoris abſentis, daẽ in oēm rem.l.15.ff.de tuto.& curat.dat. ab his.

Habenti curatorē pōt dari alius curator; ſecùs in tutore.l.20.ff.eo.§.fi. inſtit. de aucto. tuto.

Curator poteſt dari ad agendum, non autē ad auctorandum.l.19.ff de aucto. & cōſen.tuto.

Licèt tutor durante tutela, non poſsit conueniri iudicio tutelæ; tamen curator etiam durante adminiſtratione cōueniri poteſt.l. 16. ff.de tutel. & ratio.diſtrahen.

Nō debet quis poſſe adminiſtrare res ſuas ante 25.annum.l.fin.ff.de conditio. & demonſtra.

Cura eſt munus publicum. l. 1.§.æquè.ff.de munor.& honor.

Qui tutelam alicuius geſsit nō cogitur poſtea eiuſdē pupilli eſſe curator, ēt ſi deẽ à teſtatore.§.qui tutelam, inſtitu.de excuſa.tuto.

De in litē dando tutore, vel curatore.

MInor non habet legitimam perſonam ſtandi in iudicio: ideo illi dēt dari curator generalis, vel ad litem.l.11. C. qui dare tutor. vel curato.

Propter litem, quam pupillus habiturus eſt cum tutore, vel curatore datur

curator,

ad

curator, qui non datur, niſi præſenti, & petenti, & cogitur quis petere. l. 2. §. ſi pupillus. ff. de tutelis, vide tamen ſupra tit. prox.

Quolibet loco, & tempore iſte curator dari poteſt. l. 3. §. ſi pupillus. ff. eod.

In eadem cauſa dato vno curatore, non poteſt dari alius, & datus in vna cauſa, non poteſt dari in alia. l. 5. ff. eod.

Minor citatus debet legitimè cōparere, videlicet cū curatore, licèt in citatione hoc nō dicat. gl. pen. in l. 5. ff. de bonis aucto. Iud. poſsi.

Curator datus ad certam cām, ea finita deſinit eſſe curator. §. fin. inſtitu. de aucto. tuto.

An in cauſa, q̃ habere debet tutor cōtra pupillum, poſsit dari curator, vide gl. ibid.

Minori 25. ann. etiam inuito datur curator ad litem. §. item inuiti, inſtitu. de curato.

Vide de materia ſupra tit. prox. pced. de curat.

De actore à tutore, vel curatore dando.

Tutor poteſt actorem ad litem conſtituere ante confectionem inuētarij. Iaco. Put. deciſ. 287.

Tutor ſicut ante litem conteſtatam poteſt conſtituere actorem; ita & pcuratorem de iure Canonico. idem deciſ. 133. lib. 2. imò quòd ante litem conteſtatam non poſsit conſtituere procuratorem, ſed actorem, ſcribunt Myſing. obſer. 38. cent. 2. Gaſp. Cabal. milleloq. 352. facit l. 9. C. de pcurato. vide Benint. deciſ. 80.

Tutorium, & curatorium actor cōſtitutus à tutore, vel curatore in iudicio producere debet, & actor decreto Iudicis conſtituit. And. Gail. obſer. 107. lib. 2.

Officium procuratoris à tutore dati, finita tutela morte tutoris, vel pubertate pupilli finitur, habetur in libris placit. Curiæ. libr. vnde curatore. tit. 5. in deciſio. diuerſo.

Actor à tutore conſtitui debet interueniente decreto; alioqui non valet conſtitutio, & nō poteſt conſtitui ad lites futuras. Natt. conſi. 15. Tom. 1. vide Bart. in l. 10. C. de appellatio. & poteſt conſtitui à tutrice, q̃ non confecit inuentarium ſibi à teſtatore remiſſum. Rol. conſi. 49. volum. 3.

De actore à tutore, vel curatore dato, quando & qūo detur, & q̃n finiatur eius officium, vide per Bar. in l. 11. C. de procurato.

Differentia eſt, q̃n actor conſtituitur à Iudice tutore petente, & quando eſt conſtitutus à tutore Iudicis decreto, vide Bar. ibid. nu. 19.

Tutore, vel curatore impedito pōt dari actor pupillis, vel adultis per ipſum tutorē, vel curatorem. l. 10. C. qui dare tutores, vel curato.

Sicut per tutorē pupillo quæritur, ita per actorem ab eo conſtitutum. l. 6. ff. quando ex facto tuto. vel curato.

Actor à tutore datus omnino cauet de rato. l. 9. ff. rem rat. habe.

Si pupillus ſit infans, vel abſens, & tutor infirmitate, vel alia neceſsitate impediatꝰ, poteſt actor pupillo periculo tutoris conſtitui. §. fi. inſtitu. de curato. vel alia cā, decreto Iudicis interueniēte. l. 25. ff. de adminiſt. tut. vel cura.

Tutor actorem conſtituere poteſt, & ſi nulla ſubſit cauſa: tamen tutius eſt, vt ſemper apponatur aliqua cauſa. Barto. in l. 25. ff. de adminiſtr. & peric. tuto. imò tutores nō poſſunt creare actores, niſi ob imminētes cauſas, puta infirmitatis, abſentiæ, vel nobilitatis, & huiuſmodi, quæ cauſæ debent inſeri in ipſa cōſtitutione actoris, & quādo pupillus habeat actionem contra actorem, & quando non, vide Ioſ. Lud. deciſ. Peruſ. 4.

In hac Patria Pedem. tutores, vel curatores poſſunt conſtituere actorem, factorem, vel procuratorem, horum nominum ſublata differentia, cauetur in nouis ordinibus. titu. *della legitimatione delle perſone.*

Actor datus ad litem, non poteſt proſequi cauſam appellationis in eadē lite interpoſitæ, & quid, ſi velit proſequi, vide Bart. in l. 10. C. de appellatio.

Mandati actio datur inter tutorem, & actorem ab eo conſtitutū. Bar. in l. 31. ff. de nego. geſt.

Bona actoris cōſtituti à tutore, ſunt tacitè obligata ipſi pupillo. l. 9. ff. rem rat. habe. nu. 7.

Officium actoris finitur, finito officio tutoris. Capel. Thol. q. 43.

Actor conſtitui poteſt ad præſentes lites; non autem ad futuras. Capel. Thol. q. 85.

De furioſis, prodigis, fatuis, ſurdis, mutis, & de eorum curatoribus, & bonis.

Malam fidē cōtrahentes habere præſumuntur, qui cum prodigo, & conſumpturo contrahunt, ac ſolēnitates in cōtractu requiſitas nō obſeruant. Ozaſ. deciſ. 177. nu. 9.

Contrahere licèt nō poſsit ille, cui eſt interdictum bonis; tamen delinquēdo alienat. Gram. deciſ. 105. nu. 41.

Emens à malè gerente negotia ſua, quando ſecurè emat, vide Boer. deciſ. 23. nu. 52.

Obligatio magna ſine cauſa præſumitur in furore facta. Boer. deciſio 23. num. 63. idem in donatione magna. ibid. num. 64. & furorem aut ſanam mētem quis probet, vide ibid. nu. 67. & Ioſ. Ludo. deciſ. 1. Peruſ.

Actus factus vicino tempore furoris, non concludit nullitatem. Boer. deciſ. 23. nu. 89.

Furioſus quicquid agit ignorat: ideò teſtamentum, vel alienatio furioſi non tenet, licèt cõtrahens eum putet ſanæ mentis, vide tamen Ioſ. Ludo. deciſ. Peruſ. 1. nu. 7.

Teſtm̃ factum per eum, cui tanq̃ prodigo fuit ad iudicia datus curator, & pro tali habitus, & reputatus non valet, nec ex eo admittitur ſubſtitutus ad ꝓbandũ eũ non eſſe prodigũ. DD. de Rot. deciſ. 8. tit. de teſtam. in antiq.

Contractus alienationis prodigi, cui legitimè eſt à Iudice bonis interdictum, non firmatur iuramento, nec eum obligat, ét naturaliter. Iaſſ. Lanf. deciſ. 81. Abb. q. 2. vide Bar. in l. 3. §. ſi pupillus. ff. de tutel. & in l. is, cui bonis. ff. de verb. oblig. & Capel. Thol. q. 499.

Cognati, & affines prodigi, cui poterat interdici bonis, poſſunt aduerſus eius cõtractum reſtitutionem petere, etiam eo contradicente. idem Iaſſ. deciſ. 437. nam prodigus notorius, ſi ante interdictum cõtrahat, põt poſtea eius curator aduerſus illius contractus reſtitui, iuſta cauſa probata. Ludo. Rom. ſing. 226. aliàs ante interdictionem adminiſtrationis, valent geſta. Bar. in l. 56. nu. 3. ff. de adminiſtr. & peric. tut. & in l. is, cui bonis. ff. de verb. obl. nam prodigo manifeſto non eſt interdicta adminiſtratio bonorum à lege. Bar. in l. 18. ff. de teſtam. & qui teſtam. facere poſſ. ſine facto Iudicis. Iaſſ. Balb. deciſ. 9 10.

Interdictio Iudicis facta alicui, vt prodigo cũ tamen non ſit valet, ita vt prohibeatur cum eo contrahi. Bar. in l. 26. ff. de tutor. & curat. dat. ab his, licèt glo. contrarium tenuerit, q̃ procedere poſſet, quando in decretatione curatoris eſſet expreſſus error; aliàs procedit prima opinio. Iaſſ. Lanfr. deciſ. 311. vide Rebuff. in ſuis comment. tracta. de ſentent. prouiſio. art. 3. glo. 4. nu. 5. Tom. 1.

Si furioſus habens dilucida interualla actũ aliquem exercuerit, & dubitetur, an illum geſſerit quietè, vel in furore, attendi debet qualitas actus, nempe an ſit conueniens homini ſanæ mentis, & præſumitur, quòd in quiete, & tempore interualli geſſerit; aliàs ſecus. Myſing. obſer. 41. cent. 2. vide Hiero. Mago. deciſ. 97. Rot. Floren. Boer. deciſ. 23. num. 61. Ioſeph. Ludo. deciſ. Peruſ. 1. Bar. in ſuo tracta. teſtimoniorum. nu. 94.

Declaratus prodigus per ſuum Iudicem non poteſt alienare etiam bona exiſtentia in territorio, & iuriſdictione alterius Iudicis. Io. Pap. lib. 6. tit. 7. arreſt. 10.

Quod conſtitutum eſt in prohibendis alienationibus rerum minorum, extenditur ad res furioſorum, & per conſequens, leges loquentes de minoribus, & eorum fauore, extenduntur ad furioſos, & mente captos. Bart. in l. 2. C. de curat. furio.

Surdus, & mutus pñt contrahere; licèt non per ſtipulationem. Bart. in l. 1. ff. de verb. oblig.

Quãdo videatur interdicta adminiſtratio prodigo, & an valeat prouiſio curatoris prodigi facta ei, qui nõ eſt, & ſi eſt qñ deſinat eſſe curator, & prodigus delinquẽdo obligatur. vide Bar. in l. is, cui bonis. ff. de verb. oblig.

Adultus non obligatur ciuiliter, & naturaliter, quando à Iudice eſt interdicta adminiſtratio. Barto. in l. 1. nu. fin. ff. de nouatio. idem in prodigo, ſi contrahat ſine auctoritate curatoris. Bart. in §. 1. inſtit. de auctor. tuto.

Curator prodigi, vel furioſi non põt paciſci in præiudicium ipſorum; ſed bene in vtilitatẽ. l. 19. §. ſi curator. ff. de pact.

Curator furioſi, vel prodigi acceptum ferre nõ põt; ſed bñ nouare. l. 13. §. tutor. ff. de accepti.

Curator furioſi loco domini habetur: ideò rem furioſi alienare põt. l. 58. § q tutelã. ff. de furt.

Curator datur furioſo à lege; prodigo à Iudice. Boer. deciſ. 23. nu. 25.

Curator furioſi ipſo iure deſinit cùm ad ſanam mentem redierit. Boer. deciſ. 23. nu. 39. & furoris probatio eſt difficilis. ibid. nu. 41.

Prodigo, cui fuerat bonis interdictum, ad regimem Ciuitatis poſtea accepto, an cenſeatur interdictio ſublata, vide Boer. deciſ. 23 n. 71.

Furioſus ſemel, an ſemper talis præſumatur, & quomodo illa præſumptio tollatur, vide Boer. deciſ. 23. nu. 86. 87. & 88.

Interdictio prodigo facta ceſſat ſtatim, cũ redit ad ſanos mores, & deſinit eſſe prodigus, pariter & cura ipſo iure abſq; Iudicis facto, ſi hoc eſt manifeſtum; aliàs ſecùs. Iaſſ. Lanf. deciſ. 62. vide Guid. Pap. q. 266. Rebuff. in ſuis comment. tract. de ſenten. prouiſio. art. 3. glo. 4 nu. 13. Dec. conſi. 274.

Furioſus, fatuus, demens, mente captus, & ſtultus idem in iure ſunt; licèt aliquando differant. Boer. deciſ. 23. nu. 42.

Actus geſtus à furioſo, ſi cõueniat homini ſanæ mentis ſubſiſtit, Ioſ. Ludo. deciſ. Peruſ. 1 idem in teſtamento. Hippol. ſing. 380. vide tamen Boer. deciſ. 23. nu. 47.

Pro Reg. traditur quemlibet eſſe legitimũ moderatorem, & dominum rei ſuę; fallit diſſipante bona ſua contra bonos mores. quia intereſt Reipub: ne quis re ſua malè vtatur, Hart. Hart. c. 8. tit. de teſtamentis lib. 2.

Furioſus neq; de iure Ciuili, neq; de iure Canonico matrimonium cõtrahere põt, nec Religionem intrare. Boer. deciſ. 23 nu. 68. & 69.

Furioſus non cenſetur eſſe, q à parẽtib & alijs officia, & adminiſtrationes exercet. ibi n. 70.

Furoris

Furoris, & ſanæ mentis datis probationibus diuerſis, præfertur ſana mens. Boer. deciſio. 23. nu. 72. ſed quomodo tunc concordentur teſtes, vide Boer. d. deciſ. 23. nu. 83.

Teſtibus duobus de ſana mente deponētibus, plus creditur, quàm mille de inſania. Boer. ibid. nu. 87. & 93.

Furor qualiter probetur, vide Ioſ. Ludo. deciſ. Luc. 22. Fran. Marc. q. 435. par. 2. Mago. deciſ. 97. Rot. Flor. Raud. tract. de analog. c. 30. nu. 143. Rebuf in ſuis comment. tract. de ſenten. prouiſio. art. 3 gl. 5. nu. 6. Dec. conſi. 274.

Ex quibus ſignis, & coniecturis præſumatur quis furioſus, vide Franc. Mant. de coniect. vltim. volunt. lib. 2. tit. 5. nu. 10.

Iudicem (qui in contractu furioſi decretum interpoſuit) non poſſe ſuper furore illius teſtimonium ferre, ſcribit Menoch. de arbi. q. 731.

Furioſum aliquem eſſe, quomodo Iudex declaret, vide Menoch. ibid. q. 80. nu. 67.

Quis dicatur prodigus, vide Dec. conſi. 274. & quotuplex ſit prodigalitas, vide Rebuff. in ſuis comment. tract. de ſenten. prouiſio. artic. 3. glo. 4. num. 8. Tom. 1.

Prodigus ex factis, non ex ſermone cognoſcitur. Bart. in l. 12. §. diuus. ff. de tuto. & curato. dat. ab his.

Surdus, & mutus, quod quis ſit qualiter probetur, vide Bar. in l. 1. ff. de verbo. oblig. nu. 1 n.

Quomodo probetur quis furioſus, mente captus, mutus, vel ſurdus, vide per Bart. in ſuo tract. teſtimoniorum. nu. 94.

Prodigo filio ad matris inſtantiam datur curator, & prodigus eſt, qui in ſermonibus, videtur ſapiēs, & in factis inſipiens. l. 12. §. diuus. ff. de tutorib. & curat. dat. ab his.

Curatoris datio nō prohibet teſtamēti factionē. Boer. deciſ. 23. nu. 79. Ioſ. Lud. deciſ. Peruſ. 1.

Furioſus eſt cenſendus, quem pater ita reputauit. Boer. d. deciſ. 23. nu. 80.

Pater poteſt filio prodigo adminiſtrationem denegare. ibid. nu. 81.

Denominatio facta à teſtatore in teſtamēto, quod quis ſit fatuus, cum datione curatoris, nihil operatur, niſi poſt mortem teſtatoris dictus curator confirmetur. Ioſ. Ludo. deciſ. Peruſ. 1.

Curator in teſtamēto furioſo datus eſt confirmandus, & cæteris præferendus, nullo verò dato ad legitimum peruenitur, quo, vel idoneo nō extāte Iudex de vno alio hēt prouidere, & adminiſtrationē ei decernere, forma, & ſolēnitate, de qua in l. 30. C. de Epiſc. audien.

Inuentarij omiſſio, an vitiet dationē curatoris, & furoris exceptio non impedit miſſionem in īterdicto adipiſcēdæ. Boer. deci. 23. n. 107.

Prodigo manifeſto interdicitur bonorum adminiſtratio, ſed non eſt interdicta ipſo iure; verū dato curatore, cēſetur tacitè interdicta adminiſtratio. Capel. Thol. q. 363. vide Boer. deciſ. 23. nu. 36.

Sana mens omnino non requirit in homine diſponente de reb. ſuis. Ioſ. Lud. deciſ. Peruſ. 1.

Furioſus ſi quiſpiam efficiatur poſt commiſſum delictum, non poteſt puniri; ſed debet ſuperſederi in executione. Ioſ. Ludo. deciſ. 77. par. 2. & multo magis hoc procedit, ſi deliquit in furore, vide ibid.

Meretrici bonis interdici poteſt. Gaſp. Cabal. milleloq. 693.

Maritus non poteſt eſſe curator vxoris mente captæ, & è contra vxor non poteſt eſſe curatrix mariti mente capti. Vinc. de Fran. deciſ. 348. part. 2. neque mulier poteſt eſſe curatrix bonorum. ibid.

Debitori de fuga ſuſpecto interdicitur bonis. Iaſ. de actio. in §. ſupereſt. num. 80. Bar. in l. 8. ff. de pollicita.

Interdictum, quod à iure fit non ſufficit, vt cenſeatur interdicta furioſo adminiſtratio bonorum, & non ſufficit ſententia prodigalitatis declarans quem prodigum, nec curatoris datio, niſi expreſsè interdicatur illi bonorū adminiſtratio. vide per Rebuff. in ſuis cōment. tract. de ſenten. prouiſio. art. 3. glo. 4.

Prodigus læſus ante interdictionem reſtituitur. Rebuff. ibid. nu. 7.

Interdictio bonorum fit non ſolùm prodigis: ſed etiam ſenſu carentibus; vt potè furioſis, phreneticis, amentibus, & alijs huiuſmodi. Rebuf. in ſuis commēnt. tract. de ſenten. prouiſio. art. 3. gl. 5. Tom. 1.

Curator dari poteſt furioſis, ſiue furor ſit perpetuus, ſiue eis contingerit per dilucida interualla, & interim bonorum interdictionē Iudex facere poteſt. Rebuff. ibid. nu. 4.

Praxis dandi curatores furioſis, & contractus annullandi, traditur per Rebuff. ibid. nu. 9.

Curator datus prodigo, ſi ſit proximior agnatus cogitur ſuſcipere curam, & adminiſtrationē, & tenetur reſtitutionē adminiſtrationis reddere; alias ſi nō ſuſciperet curā, teneretur reſarcire damna, & intereſſe. Dec. conſ. 274.

Iudex ex officio poteſt dare (etiam nemine petēte) curatorē prodigo, vel furioſo. Pet. de Raue ſing. 516. Amanel de Clariſaquis ſing. 14. ſed nō cogitur. Bart. in l. 5. ff. quib. ex cau. in poſſ. eat.

Furioſus actum validū facere nequit, ſicuti nec contra eū: ideo per ſententiam condemnari non pōt. Hippol. ſing. 380. vbi plenè de materia, imò ſententia non poteſt ferri pro furioſo non habente curatorem; quia non eſt, qui pro eo petat, & ſi aduerſarius petat, non poteſt furioſus in contumacia condemnari. l. ff. de re iudic.

Curatores neceſſarij quibus perſonis dentur, & quorum citatione, vide Auguſt. Bero.q. 122.& mente captus quis dicatur, vide ibid. nume.3.

Curatoris datio nulla, ex nouiter deductis debet confirmari à Iudice.ibid.nu.7.

Minori, & prodigo poteſt bonis interdici, & quando prodigus æquiparetur pupillo, vide Barto in l.3.C.de integr. reſtitut. & in l.certi condictio.§. quoniam.ff.ſi cert.pet.

Mutus ſi nihil intelligat æquiparatur infanti, ſi aliquid, pupillo. Bart. in l.1.ff. de verbo. obliga. num. 9.

Prodigus, cui fuerunt bona interdicta, ſi eligat de priorib. an videatur ſublata interdictio, vide Bar.in l.1.C. qui,& aduerſus quos.

Mente capti,& aliæ perſonæ fatuæ non habent curatores legitimos; ſed datiuos. Bart.in l. 25. C.de nupt.

Adminiſtratio certæ rei interdicitur; ſicut adminiſtratio omnium bonorum. Bart.in l.52. ff.de adminiſtr.& peric.tuto.

Vide de materia huius tit.per tot.tit.ff.de bon. poſſeſ.furio.infa.muto.& ibi Bar.

Mutus,& ſurdus, ſi nihil intelligũt furioſo æquiparantur,& quando poſsint agnoſcere bon. poſſeſ.vide Bar. in l.2.ff.eod.

Curator furioſi officio durante, poteſt ſemper conueniri; ſecùs in tutore, vel curatore minoris.Bar.in l.de pupillo.§.ſi quis.ff.de oper. noui nunciatio.vide de ratione per Pet.Roy. deciſ.4.Litua.nu.412.in deciſ.diuerſo.& Bar. in l.de pupillo.§.ſi qs.ff.de oper.nou.nuncia.

Interdictio bonorum facta alicui in ſui cómodum, porrigitur ad omnẽ locum;ſecùs ſi fiat per delictum. Bart.in l.relegatorum.§.interdicere.ff.de interd.& relegat.

Prodigo, furioſo, & mente capto datur curator inuitis,quid in ſurdo,vel muto, vide Bar. in §.2. inſtitut.de curato.

Soli curatori poteſt fieri reſtitutio hæreditatis ex Trebelliano, & ècontrà ipſe eam poteſt reſtituere, ſi eſt grauatus furioſus.l.7. C. ad Senatuſconſul. Trebel.

Si curatores aliquid de ſuo impenderint ad illorum vtilitatem,quorum curam gerunt,habent vtilẽ actionẽ, ſtatim q̃ aliquid impenderint.l.1.ff. de contrar.& vti.act.tute.

Stipulatio rem pupilli, vel adulti ſaluam fore, pertinet ad omnes curatores.l.4.§. fin.ff.rem pupil.vel adult.ſalu.for.

Furioſis,prodigis,vel perpetuò vitio laborantib.curator datur.§.furioſi, inſtit.de curato.

Filij furioſorum negligentes eorum curã, à ſucceſsione ipſorum priuantur, Authen.liberi. C.de Epiſcopa.audien.

Qui petant tutores, vel curatores, & vbi petantur.

MAter ad petendum tutorem intra annum admittitur, qui terminus ad conficiendum inuentariũ non datur. Ozaſ.deciſ.58 nu.6.& 23. Dictio mox poſita in l. tutores. C. ad Tertulianum, quomodo intelligatur, & tex.in §. cum feſtim.l.2.ff.eod.declaratur,per Ozaſ.d.deciſ.58.nu.24. & 28.

Matri minori ſuccurritur, ſi non petierit dari filio pupillo tutorem intra tpſ à iure limitatum, ſecùs ſi fuerit maior. Ozaſ.deciſ.87.l.ſi. C.ſi aduerſus delictum.ſed quid,quando minor ætas fuerit taxata per decretũ, vt in hac patria, vide Marc.q.167. verùm non excuſatur mater,quæ non petijt prouideri de tutore filio pupillo eo, quòd dicat ſe fuiſſe minorem tẽpore mortis mariti, quando facta maior æquè fuit negligens. Craue.conſi.325.

Peſtis excuſat matrem,quæ non petijt tutorem dari filijs intra tempus debitum, & propter peſtem excuſatur à pœna l. ſicut. C.de legit. hæred.Boer.deciſ.124.nu.21.ſed quid,ſi mater non petierit curatorem filio furioſo, vel inſano, vide Vinc. de Fran.deciſ.167.

Mater non petens filiæ tutorem intra annum perdit ius ſucceſsionis. l. 2. §. ſi mater. ff. ad Senatuſconſ. Tertul. & hoc procedit etiam in multis alijs perſonis, de quibus, & quando Reg.habeat locum,cum ſuis limitationibus; vide per Maran. in repeti.ad l.is poteſt. ff.de acquir.hæred.num.215.& ſeqq.in libro ſui ſpec.fol.527.

Si mater ſit tutrix, & velit tranſire ad ſecunda vota debet prius petere alium tutorem dari, & reddere rationem præteritæ adminiſtrationis, aliàs priuabitur ſucceſsione filiorum, ſi mr̃ ipſa ſit tutrix ſola;aliàs ſecùs.vide Dec. conſi.246.§.ſi aũt verſi. ſi verò,Auth. de nup.

Tutela data fratri matris ex abrupto ad ſimplicem requiſitionem matris tranſeuntis ad ſecunda vota, non tenet. Dec.conſi.674.

Expenſæ factæ in petendo tutorem, quæ repetantur,vide per Bar.in l.1.& 2.C.de neg.geſt.

An mater,vel ſubſtitutus, aut legatarius teneãtur petere tutorẽ pupillis ſub pęna priuationis hẽditatis,& intra q̃ tpſ,& de materia,vide p Bar in ſuis quæſt.q.18.Abb.cóſ.90.lib.2.

Mater nõ põt defendere filium pupillũ, ſed illi debet tutorem petere. l.28. C.de procurato.

Matre negligente filijs tutorem petere, alij ad petendum admittuntur, & poteſt Præſes tàm per ſe,quàm per Magiſtratum eis tutorẽ dare.l.6.C. qui dare tutores, vel curatores.

Ad curam eius, qui tenetur petere tutorem ordinari pupillo, ſpectat etiam facere petitos, & ordinatos compelli, vt pupillum defendant in lite, & ſi contingat petitum remoueri debet curare, vt alius idoneus ſubſtituatur. l.28.§.perſonis.ff. de adminiſtra.tuto.

Licèt mater petierit tutorem dari filio eius periculo, non propterea tenetur ex illo facto, niſi hoc expreſſum fuerit Iudicis decreto. l. 1.C.ſi mater indemnitatem.

Exceptio tutoris non petiti non excludit matrem à ſucceſsione filij, poſtea facti adulti ante mortem.l.2. C. ad Senatuſconſul.Tertul.& ſic quandoque mater filij ſucceſsione non perdit, licèt illi tutorem non petierit.glo.ibi. alids ſi ſuccedere volentes pupillo intra annum à morte teſtatoris tutorem non petierint, priuantur eius ſucceſsione, ſi moriatur in pupillari ætate.l.10.C.de legit.hæred.

Non eſt exigendum à pupillo, vt ipſe ſibi petat tutorem; ſed creditor volens ſoluere, petere debet.l.2.ff.de tutelis, vide gloſ.in §.idem Caſsius d.l.2.

Tutores, vel curatores vbi petentur, vide in tit. C.vbi pet.tuto. vel cura.

De excuſationibus tutorum, vel curatorum.

Numerus quinque liberorum excuſat ab onere tutelæ, ideò ſi appellatur à ſententia excuſationem admittente, ſententia debet confirmari, cum victoria expenſarum, ſoluendarum de bonis pupillorum. Pap.lib. 15. tit.5.arreſt.11.

Mater eſt tutrix, ſi vult, & non aliter; tamen intra menſem debet nominare tutorem, & curare, vt nominatus decernatur tutor. Pap.ibi. arreſt.15.

Medicus excuſatur à tutela. ibi. arreſt. 17. Dux militum armatæ militiæ, pariter excuſatur. Pap.ibi.arreſt.fin.

Quando aliquis vult ſe excuſare debet facere dare tutorem pupillo, vel adulto, qui in hac cauſa excuſationis eum defendat, vide in additio.ad.Bar.in l.1.C.de excuſat.tuto.

Intelligens ſolùm ad motum labiorum, non poteſt eſſe tutor.Bar.in l.1.§.mutus.ff.de tutelis.

Patrimonium quādo eſt indiuiduum excuſatus à tutela vnius, nō excuſatur à tutela alterius. Bar.in l.25.ff.de teſtamen. tutel.

Tutor teſtamentarius, vel datiuus, ſi non ſe excuſauerit intra 50. dies poſt ſcientiam, videtur ſe aſtringere officio tutelæ.Abb.conſi.90.li.2.

Omnes Clerici, vel Monachi tutelæ immunitatem habent. cap. generaliter. 16.q.1.l.39. C. de Epiſc.& Cleri.

Creditor pupilli nominatus in eius tutorem, ſi iuret ſe creditorem ipſius, vel habere res ſuas obligatas, excuſatur à tutela, quando quantitas eſt magna, & non parua; ſecùs ſi non iurauerit.Rol.conſi.83.vol.1.

Excuſatio à tutela, vel cura, quomodo fieri poſſit, vide Math.Mathel.ſing.135.

Qui ſe excuſat à tutela, vel cura teſtamentaria, non repellitur à ſucceſsione pupilli. Guid. Pap. ſing. 528. ſed quando hoc caſu amittat legatū a patre pupilli ſibi factum, vide infra tit.de his. quib.vt indig.legat.auſe.

Qui ſe à tutela excuſat perdit quod ſibi, ſuiſq; eſt ea contemplatione relictum. l. qui tutelā. ff.de teſtamen. tutel.vide.l.113.de legat.1.

Qui excuſat ſe à tutela teſtamentaria indignus eſt omni commodo teſtamentario; ſecùs ſi ſe excuſat à datiua, & qui agnouit legatum ex teſtamento, à tutela ſe excuſare non poteſt.l.5.§. amittere. ff. de his quib. vt indig. leg.aufer.

Ille, qui tutor datus eſt non prodeſt ad excuſationem, q falſum dixerit, quia hoc tantùm remouet à legato.ibi.§.ei qui.

Habens tres filios Romæ, habet excuſationem à tutela, & pater poteſt vti tali immunitate etiam contra filium emancipatum, ſi haberet tres fillos, quorum vnus eſſet emancipatus, & petat emācipatus à Prætore patrē ſibi dare curatorem.Pet.de Raue.ſing.170.

Ruſticus excuſatur à tutela, niſi ſit ſagax.Aluiſ. de Alber. ſing.53.

Habens priuilegium, vel ius ſe excuſandi ab officio tutelæ, ſi ſubijt illud munus, non poteſt ſe excuſare, quantum ad ſponte ſuſceptum; ſecùs quo ad aliud futurū. Hartma.Harma.c. 8.& 9.ti.de tutelis. li.1.ſed limita, vt ibi.d.c.9. nā poſt ſuſceptam adminiſtrationem fruſtra quis ſe excuſat.l.pen.C.ſi tuto.vel cura.fal.alleg. excu. & excuſatus à tutela vnius propter hoc, non excuſatur à tutela alterius.l.25.ff.de teſtamen.tute.

Quibus ex cauſis tutor excuſetur, vide glo.in l. 12.§.ex facto.ff.de mino.25.ann.

Tutor inutiliter datus excuſatione non indiget, niſi ex die confirmationis.l.1. & 2.C.de confir.tuto.

Qui ſibi aſcribit tutelam in teſtamento nō erit tutor, niſi teſtator ſubſcripſerit, & excuſationem amittit.l.29.ff.de teſtamen.tutel: vide,l. 38.ff.ad leg.Corne.de falſ.

Tutor, qui ſuccombit in excuſatione, tenetur ex illo die, ex quo debuit gerere. l. 21. ff. de adminiſt.vel peric.tuto.

Appellatione interpoſita ſuper excuſatione tu-

toris,

toris, interim datur curator pupillo. l. 17. §. tutor.ff.de appellatio.

Tutor non debet appellare à nominatione, ſed debet intra tempora ſtatuta excuſationem proponere, qua non admiſſa, poteſt appellare.l.1.§.ſi quis tutor.ff.quando appellãdũ ſit.

Maior 70.ann.habet vacationem à tutela, vel cura.l.3.ff.de iure immunit.

De ſuſpectis tutoribus, vel curatoribus.

Expenſæ factæ per matrem in cauſa ſuſpecti non repetuntur: quia animo repetendi factæ non videntur.l.1.C.de nego.geſt.

Tutores, & curatores ſuos minores à litibus eis motis non defendentes, vt ſuſpecti veniunt remouendi, & de proprio reſarcire tenent.l.38.C.de adminiſtra.tuto.vel cura.

Tutor non ſatiſdans inopia remouetur à tutela ſine infamiæ nota; ſecùs ſi fraude, & in locũ defuncti idoneus debet ſubrogari. l. 2. C. de tuto.vel curat.qui non ſatiſd.vide de ſatiſdationibus tutorum, vel curatorũ ſupra.titu. de ſatiſdatio.tuto.vel curat.

Fraus in aſſumendo tutelam, vel in male adminiſtrando, extra ordinem punitur. l. 9. ff. de tutelis.

Tutor abſens voluntariè contumax in alendo pupillum, hoc iudicio requirentibus amicis, vel cognatis eius, veluti ſuſpectus cauſa cognita remouetur à Prætore, vel etiam tutor generalis, & perpetuus ab ipſo adiungitur: neceſſariò verò abſens in officio retinetur, ſpeciali curatore ad præſtationem alimentorum dumtaxat ſibi adiuncto. l.fi.ff. vbi pupil. educ.vel morar. deb.

Tutor, vel curator contumax poteſt, vt ſuſpectus remoueri, & Iudex abſque nouo proceſſu poteſt tutorem, vel curatorem ſuſpectum remouere.Bart.in l.3.C.de procurat.

Tutores non facultates; ſed fraudulenta in rebus pupillaribus, vel calida conuerſatio ſuſpectos arguit.l.15.ff.de priuileg.credit.

Pendente cauſa ſuſpecti interim videtur interdicta adminiſtratio.l. 14. §. ſunt.ff.de ſolut.& libera.Fran.Marc.q 652.& hoc poſt litem cõteſtatam. Afflic.deciſ.357.nu.6.

Per proceſſum criminalem incoatum contra tutorem, vel adminiſtratorem, non interdicitur ſibi adminiſtratio.l.45.§. fi.ff.de ſolu.& liber.

Licèt accuſatio ſuſpecti tutoris importet infamiã, ſi remotus ſit à tutela; tñ deſiſtens ab accuſatione non incidit in Senatuſconſul. Turpil.l. 1.§.ſuſpecti.ff.ad Senatuſconſul.Turpil.

Qui tutorẽ ſuſpectum facit alieno nomine agere intelligitur; ſecùs in procuratore in rem ſuam.l.20.ff.de appellatio.

Si tutor vti ſuſpectus remoueatur, tutela finitur, & ſi ſuſpectus dicitur, ac pro ſuſpecto accuſatur ſuſpendit ab adminiſtratione, quod procedit, ſi ſuſpicionis cauſa emerſerit ſuſcepta tutela, non antemam poſt quam in ipſo tutelæ ingreſſu oppoſita non fuit, in neceſſarium antecedens remiſſa cẽſetur. Illu.Senator Sol. in ſuis comment.in antiq.conſtitu.gl.2.ſuper 1.part. decreti, quitationũ.ti.de minor.fo.96. tamen ſi tutor ſit coniuncta perſona pupilli, (qui etiam ſuſpectus nõ venit remouendus) ſed illi datur adiunctus, interim non venit remouendus ab adminiſtratione.vide ibi.nu.2.& Afflic.deciſ.357.

Mater tutrix, aut auia nõ poteſt propter litem, quomodolibet habita cum pupillo, à tutela remoueri; ſed datur adiunctus, licèt ſecùs ſit in alijs tutoribus. Afflic.deciſ.207.

Mater remouetur à tutela, quando diſſipat bona pupillorum dando ipſa filiabus in dotem: quia tutor etiam pro leuiſsima cauſa poteſt à tutela remoueri. Afflic.ibi.nu.3.

Tutor, qui coniunctus eſt pupillo, quãdo priuetur adminiſtratione pendente iudicio accuſationis, vide Vincent. de Fran. deciſ.8. nu.8.

Tutori accuſato de ſuſpecto qualiter, & quando interdicatur adminiſtratio, vide per Bar. in l.54.§.ſunt.ff.de ſoluto.& libera.

Suſpectus de dilapidatione, an ſit remouendus ab adminiſtratione, vide gloſ.in verbo ſuſpectus in c. 37. ex.de offi.& poteſta.Iudi.deleg.

Prælato poſtulato ſuſpecto nõ interdicitur adminiſtratio; ſed datur ei adiunctus.Bart.in l. 54.§.ſunt quidam.ff.de ſoluto.& liberatio.

Cauſa criminalis dicitur, quando de ſuſpecto tutore agitur. Maran.in ſuo ſpec. par.4.tit.an ſit iudi. ciuil.vel crimin.nume.18. diſtinct. 1. ideò Iudex inquirit in cauſa ſuſpecti tutoris, & inuentum ſuſpectum ab officio remouet. idem Marant.ibi.par.6.cap. & peruenitur aliquando per viam inquiſit.nu. 147. tamen accuſatio de ſuſpecto tutore non eſt publica; ſed priuata. Bar.in l. 1.ff.de public.Iudi.

Accuſatio ſuſpecti tutoris facta, vt remoueatur eſt ciuilis, & in ea poteſt procurator interuenire; ſecùs ſi vt puniatur, Bar.in l.accuſatore. §.ad crimen.ff.eod.

Conſanguineus inimici propter conſanguinitatem ſuſpectus reputat. Dec. cõſi.674.nu.7.

Iudex prius cognoſcere debet, an ſit iuſta cauſa remouendi curatorem, ſine qua amotio fieri non poteſt; imò quando curator eſt ſuſpectus dandus eſt ei adiunctus, nec eſt amouẽdus. Menoch.conſ.345.lib.4.

Tutor,

Tutor, & curator debent defendere minorem, quòd ſi recuſent à tutela, vel cura remouentur. Bar. ſing. 176.

Tutor, vel tutrix poteſt remoueri, ſi nõ fecerit inuentarium: quia tunc ipſo iure redditur ſuſpectus, vel ſuſpecta, & hoc caſu etiam tutor teſtamentarius poteſt allegari ſuſpectus, & remouetur, vt fuit quædam mater remota. Afflic. deciſ. 207. ideò tutor ante confectionẽ inuentarij adminiſtrans, poteſt vt ſuſpectus remoueri. Iacob. Put. deciſ. 287. lib. 1. & deciſ. 314. ibi. & poteſt allegari ſuſpectus. Vincent. de Fran. deciſ. 206 num. 8. & ſi diſtulit confectionem inuentarij redditur ſuſpectus; ſed quãdo, vide Menoch. de arbitr. lib. 2. caſ. 174. imò gerens negotia pupilli non decreta ſibi tutela per Iudicem, & inuentario prius non confecto, debet tanquam ſuſpectus acerrimè puniri. Abb. conſ. 90. lib. 2.

Tutor, qui non poſuit in inuentario omnia apponẽda accuſari poteſt, & vt ſuſpectus remoueri, criminaliterq; puniri, & à tutela remouetur ratione doli commiſsi in inuentario. Bar. in l. 1. §. ſolent. ff. de offi. Præfe. vrb.

Clauſula, quòd ſi aliqua appoſuit non apponẽda, vel è conuerſo, in inuentario appoſita, qd operetur. vide Bar. ibi. nu. 4. & 8.

Remoueri an poſsit, qui omiſit vnam rem ponere in inuentario, & an qui accipit pecuniã, vt eſſet tutor poſsit conueniri cõdictione ob turpem cauſam, vide Bar. in l. 9. ff. de tutel.

Tutor allegatus ſuſpectus, non repetit expenſas litis, in qua ſuccubuit; ſecùs in expenſis factis in cauſa appellationis, in qua obtinuit. Vinc. de Fran. deciſ. 394. par. 2.

Mater non tenetur facere tutorem ſuſpectum; ſed tantùm petere. Bart. in l. 1. C. de neg. geſt.

Cognitio ſuſpecti tutoris, quando pertineat ad Iudicem cauſarum criminalium, & quando ad Iudicem ciuilium, vide Bar. in l. 1. §. ſolent. ff. de offic. Præfect. vrb. nu. 5.

Mater ſi non tranſit ad ſecunda vota; ſed aliter eſt luxurioſa, priuatur tutela. Bart. in l. ſi quis ſub conditione, nu. 26. ff. de teſtamen. tutel. & in §. ſi autem. Auth. de nupt.

Tutela denegatur ei, qui implicitus eſt cum fiſco, & vtilitatis pupilli cauſa receditur à voluntate defuncti. Bart. in l. in confirmando. ff. de confir. tuto.

Teſtator licèt remiſerit confectionem inuentarij tutori, Iudex tamen ex cauſa poteſt cogere tutorem ad illum faciendum. Bar. ibi. nu. 5.

Tutor contra tutorem, qui non ſatiſdedit de iure, vel de facto non poteſt venire, niſi offerat ſatiſdationẽ, ſed pupillus, vel tertius ſic. Bart. in l. 5. §. in legitimis. ff. de tuto. & curat. dat. ab his.

Suſpectus eſt qui ſe ingerit, Bar. in l. 21. ff. de tut. & cura. dat. ab his.

Suſpectus quis ex mala conuerſatione præſumitur. Bart. in l. ſi plures. §. ſi parens. ff. de adminiſtrar. & peric. tuto.

Tutor, qui cepit gerere, & poſtea ceſſauit remouetur vt ſuſpectus. Barto. in l. 5. §. geſiſſe. ff. de adminiſt. & peric. tuto.

Si tutor non eſt diues, ſicut pupillus, an poſsit adminiſtrare, vide Bart. in l. 18. §. ſi quis. ff. de excuſa. tuto.

Iudex ex officio ſuo poteſt curatorem iam datum remouere, & alium deputare. Abb. conſi. 91. lib. 1.

Minor non poteſt pro libito ſe à præſte tutoris, vel curatoris ſola voluntate eripere. Abb. ibi.

De inuẽtarijs, & deſcriptionibus bonorum, quæ ſolẽt fieri per tutores, curatores, & alios adminiſtratores rerum alienarum.

Mater ad petendum tutorem intra annum admittitur, qui terminus ad conficiendum inuentarium nõ datur. Ozaſ. deciſ. Pede. 58.

Mater tutrix inuentarium conficere tenetur, etiã ſi teſtator prohibuerit, quod ſi nõ fecerit quas pœnas incurrat, vide Ozaſ. d. deciſ. 58. nu. 19.

Dictio, mox, de qua in l. tutores. C. ad Tertullia. quomodo intelligatur, & de tempore conſcribendi inuentarij, & quo temporis ſpacio finiat talis facultas, vide p. Ozaſ. d. deciſ. 58. nu. 24. & textus in l. 2. §. conſtitim, ad Tertul. declaratum ibi. nu. 28.

Inuentarium non conficiens in dolo eſſe præſumitur, nec non res pupillares ſubtraxiſſe, poterit tñ vt ſuſpectus remoueri. Ozaſ. ibi. n. 22. vide. l. fin. §. fin. & ibi. gloſſ. C. de arbitr. tutel. & ex hoc reſultat præſumptio violenta mali animi ad fraudandum. Afflic. deciſ. 13. nu. 17. vide ibi. deci. 44. nu. 32. & iſte talis magis delinquit, quàm is, qui tutorem intra ſtatutum tempus non petijt. Ozaſ. d. deciſ. 58. nu. 25.

Tutor liberatus per teſtatorem à confectione inuentarij, nihilominus ſimplicem bonorum pupillorum deſcriptionẽ facere tenetur. vide in quodam. conſ. in deciſio. Pedemon. fol. 110. & ſcribit Ioſ. Ludo. deciſio. Peruſ. 4. & 61. part. 2. tñ teſtator poteſt confectionem inuentarij remittere tutori; verùm ſi appareret talẽ remiſsionẽ ĩ dãnũ pupilli eſſe, Iudex eo caſu nõ debet ſequi voluntatẽ teſtatoris. Gramm. deci. 7. vide Guid. Pap. q. 352. Craue.

conſil.

conſi. 193. nu. 10. Caſſa in conſuetu. Burg. tit. *des enfans* rub. 6 §. 6. gl. 4. nu. 23. Barto. in l. 8. ff. de confir. tuto. & in l. 58. de legat. 1. D. Sol. in ſuis cōmēt. in antiq. cōſtitutio. Sab. gl. 1. ſuper 1. par. decreti, quomodo. n. 15. ti. de minoribus.

Tutor excuſatur à confectione inuentarij, ſi aliter oſtēdat rōnes, vide Rot. Genu. dec. 35. n. 2.

Dolus eſt in tutore non conficiente inuentarium, vel ſaltem lata culpa. Paul. Aemil. Vera. deciſ. 119. num. 4.

Omiſſa conſultò, & dolo in inuentario, in duplum reſtituuntur. Gome. Leo. deciſ. 18. nu. fi. in deciſ. diuerſo. To. 2. quomodo talis dolus probetur, vide Crauet. conſil. 275. nume. 11.

Tutor non apponens omnes res in inuentario, quando videatur dolo facere, vide Bart. in l. tutor, qui repertorium. n. 15. ff. de adminiſtr. & pericu. tuto.

Liberatio teſtatoris liberantis hæredem à confectione inuentarij, & à præſtatione cautionis, valet quo ad quid, ſed non omnino: quia inſtante fideicommiſſario hæres cogitur aliquando contra prohibitionem teſtatoris cōficere inuentarium de bonis ſubiectis, vide Papon. arreſt. 4. lib. 15. tit. 6.

Inuentarium non ſolemne, & imperfectum non releuat, & nihil operatur, vide ibi. arreſt. 6.

Teſtator an poſsit remittere confectionem inuentarij hæredi, vſufructuario, & tutori: & Iudex non obſtante hac liberatione, an poſsit cogere liberatum ad illius confectionem, vide Clar. in ſua pract. §. teſtamentum. q. 66.

Qua pęna puniatur ille, qui tenebatur facere inuentarium, & non fecit, vide per Caſſa. in conſuetu. Burg. *des enfans* rub. 6. §. 6. gl. 4.

Iudex ex cauſa poteſt remittere tutori inuentarij confectionem, vtpotè ſi non expediat pupillo manifeſtari quātitatem patrimonij. Hiero. Boer. in ſuis ſingularibus. tit. tutor curator, & adminiſtrator. nu. 3.

Sicut teſtator poteſt remittere confectionem inuentarij tutori teſtamētario; ita legitimo, & datiuo. Guil. de Lud. ſing. 100.

Proteſtatio tutoris, quæ fieri debet in fine inuētarij, quòd ſi aliqua ponenda non poſuiſſet, vult habere pro poſitis, vel èconträ nihil operatur, & non excuſat tutorem, vide Marc. de Mant. ſing. 127. Bar. in l. 1. §. ſolent. ff. de offic. Præfect. vrb. nu. 4. & 8.

Fideicommiſſarius, qui ex teſtamento vocatur ad hæreditatem eueniente aliqua conditione, poteſt hæredem grauatum compellere, vt conficiat inuentarium bonorum hæreditatis, vt ea cōditione adueniēte nō ignoret, quę bona erant in hæreditate, & hoc procedit etiam in vltimo fideicommiſſario, primis negligentibus. Auguſt. Bero. quæſt. 118.

Tutori non imputatur, ſi non fecerit inuentarium, quando plus expenderet in eius confectione, quàm eſſet vtilitas. Bart. in l. 8. C. de anno. & tribut. lib. 10.

Tutor, qui non poſuit in inuentario omnia apponenda accuſari poteſt, & remouetur, & inuentarium vitiatur; & an præſumatur eſſe in dolo, ſi non poſuerit oēs res, vide Bart. in l. 1. §. ſolent. ff. de offi. Præfec. vrb. Abb. conſi. 73.

Tutor, qui inuentarium non confecit remouetur vt ſuſpectus, & aliter punitur, & efficitur infamis, vide Azo. in ſumma. tit. C. de adminiſtr. tut. nu. 6. & l. 3. §. tutores. ff. de ſuſpec. tut.

Conſuetudo, ſeu regionis ſtylus attenditur in faciendis inuentarijs. Capic. deciſ. 101.

De inuentario cum beneficio legis, quod fit ab hærede, vide infra tit. ſeq.

Inuentarium conficiens etiam de bonis, quæ ſua eſſe contendit, qualem proteſtationem facere debeat, vide DD. de Rot. deciſ. 1. de donat. int. vir. & vxo. in antiquio.

Inuētarium debet fieri in præſentia publici notarij, ſeu Officialis, cum adnotatione diei, & anni, & ita debet fieri per tutorem, vt ex eo poſsit conueniri. Vincent. de Fran. deci. 206. de forma conſcribendi inuētarium, vide per Rebuff. in ſuis comment. tract. de inuent. art. 1. gl. 1. fol. 868. de ſolemnitatibus requiſitis in inuentario, per Dec. conſi. 633. nu. 7.

Inuentaria tutorum, curatorum, adminiſtratorum, hæredum per quos deſcribenda ſint, & quid in inuentarijs iuriū fiſcalium, habemus in hac Patria decretum antiq. tit. de minoribus, de quo vide p D. Sol. in ſuis commenta. ibid. fol. 90.

Inuentarium quid ſit, & quo alio nomine nuncupetur, qui illud conficere debeāt, per quē, intra quod tempus, qua pęna puniatur illud differens, vel omittens, & multa alia de materia, vide in dictis comment. D. Sol. gl. ſuper 1. part. decreti, & quomodo tit. de minori. Caſſa. in conſuetu. Burg. tit. *des enfans*. rub. 6. gl. 4.

Inuentarium tutoris quando, & quomodo fiat, & creditores non citantur quando tutor facit inuentarium; ſecùs in inuentario hæredis, & debet fieri in iudicio. Bar. in l. 29. C. de adminiſtra. tuto. & cura.

Inuentarium q̄n fit debet deſcribi æſtimatio rerū, & tutoris datio nō inualidatur, licèt inuētarium non fuerit confectum legitimè à tutore. Bart. in l. 6. C. de Magiſt. conuen.

Inuentarium poteſt confici per procuratorem. Bar. in l. fi. §. cum igitur. nu. 5. C. de iure delib.

Omiſsio Crucis in inuentario non vitiat. Bart. in l. 1. §. quod autem. ff. de vent. inſpic. tamen contrarium tenet. Abb. conſi. 73. lib. 2. nu. 7.

Inuentarium non vitiatur, licèt notarius illud ſcribens minorem rerum æſtimationem fecerit. l. fin. C. de Magiſtrat. conuenien.

Inuenta-

Inuentarij confectio cur inuenta, & caput inuentarij eſt redditio rationis. Ozaſ. deciſio. 147.num.22.

Inuentariũ tutoris, plenam fidem facit contra tutorẽ. Affl. deciſ. 13.inter eaſdẽ perſonas; ſecùs quo ad alias.Fran.Marc.q.230.vide Capi. deciſ.107.nu.11. & 13. & præſentatum in iudicio per adultũ originaliter,habet vim probationis debiti.Capic.deciſ.107.nu.10.

Probatio contra inuentarium,an poſsit fieri,vide Affli.deciſ.13.nu.25.

Inuentariũ de bonis vnius factũ, ꝓbat res in ipſo deſcriptas eſſe in bonis illius,in cuius inuẽtario reperiunt̃ deſcriptæ.Boer.deci.61.nu.8.

Inuentariũ, vt faciat fidẽ contra debitores ibi deſcriptos, debet fieri corã Iudice, & multa alia pertinentia ad bonorũ pupillorũ inuẽtariũ,vide per Bart.in l.tutor,qui repertorium. ff. de adminiſtrat. & peric. tutor. vel curato.

Tutorẽ feciſſe inuentariũ qñ negatur, quis debeat probare,vide Bart.in l.8.ff.de verb.obli.

Confeſsio tutoris extra inuẽtarium non præiudicat veritati; ſed confeſsio facta per inuentarium adeò præiudicat; vt non poſsit tutor contra probare, & omnino ſtandum eſt inuẽtario.l.fi.C.arbitr.tute.

Tutori non poteſt adminiſtratio decerni, niſi inuentario ſolemniter præcedente,vel niſi teſtator vetuerit inuentarium fieri.ibi. d. l. fin.

Fallit in rebus, quæ dilationem non recipiunt l.8.ff.de adminiſtra.& peric.tuto. vel curato. vide inf.tit.de adminiſt.tuto.

Pater, & mater qñ teneantur facere inuentarium bonorum filiorum, vide Boer.deciſ.62.

Pater non tenetur conficere inuentarium de bonis filij,Myſing.obſer.93.cent.2.contrariũ tamẽ videtur tenere Pap.lib.15.tit.6.arreſt.1.

De inuentario bonorum Presbyteri defuncti, vide per Pap.lib.15.tit.6.arreſt.2.

Socius præſupponens ſocietatem vniuerſalem, de qua tamen non conſtat non poteſt cogere ſuum aduerſarium poſſeſſorem ad faciendum inuentarium. Pap. lib.15.tit.6.arreſt.7.

Duobus diſceptantibus de bonis alicuius hæreditatis, alter eorum requirente,debet fieri inuentarium de bonis hæreditarijs ſumptibus ipſius hæreditatis.Pap.ibi.arreſt.8.

Confectio inuentarij poteſt committi notario. ibi.arreſt.9.

Executores teſtamentarij tenentur facere inuẽtarium. Papon.lib.20.tit.9.arreſt.1.

Inuentarium tutoris non proderit pupillo tanquam hęredi defuncti,cùm aliud ſit inuentarium hæredis,aliud tutoris, & cum alia ſolẽnitate conficitur.Rebuf.in ſuis cõment.tract. de ſenten.prouiſio.art.3.nu.2.

Quæ perſonæ teneantur conficere inuẽtarium, vide per Rebuff.ibid.glo.3.nu.7.

Vtilitates conficientis inuẽtarium plures ſunt, de quibus,vide ibi.nu.16.

Inuentarium conficere tenentur hæres,fideicõmiſſarius,tutores,Prælati, beneficiati, & alij, de quibus per Rebuff.in ſuis comment.tract. de inuenta.art.1.gl.1. fol.868.

Si quis vellet probare contra inuentarium admittitur,etiam per viam monitorij. nu.9.

Curator datus tantùm liti, non conficit inuentarium.Marc.de Mant. ſing.582. vide Bart.in l.5.C.de bon.vacan.li.10.& ſupra de curatoribus in genere.

Inuentarij confectio, quæ ex parte abſentis fieri debet, an requirat ſpeciale mãdatum; vide Excel.P.Teſſa.deciſ.155.

Qualiter opponatur contra tutorẽ,qui non fecit inuentariũ,vide Bar. in l.8.ff.de verb.obli.

An inuẽtarium factum ab inſtituto proſit ſubſtituto,vel fideicommiſſario,vide Bart.in l.9. §.quod vulgo.ff.ad leg.falc.

Inuentarium factum à tutore pro pupillo non prodeſt.Bart.ibi.nu.8.

Fideicommiſſarius vniuerſalis poteſt facere inuentarium ex perſona ſua.Bart.ibi.nu.10.

Executor teſtamenti, & Epiſcopus tenentur ad confectionem inuentarij eorum, quæ in redemptione captiuorum relinquuntur.l.nulli C.de Epiſco. & Cler.

Hoſpitalarij æquiparant̃ tutoribus,& curatoribus, & debent inuentariũ facere. l. orphanotrophos.C.eod.§.fin.Auth.de Eccleſiaſt.titul.

Curator furioſi tenetur conficere inuentarium ſubtiliter.l.20 C. de Epiſco. audi. vide ſupra tit.de curatoribus in genere.

Pariter curator datus bonis, & hæreditati iacẽti,tenet̃ facere inuentariũ de bonis hęreditarijs.Auth.omnes.C.ſi minor ab hęredi.ſe abſtinu.vide ſupra.tit.de curatoribus in genere.

Tutor, & curator quàm primùm debent inuẽtariũ facere de rebus,& inſtrumẽtis,ſeu iuribus pupillorũ.l.24.C.de adminiſtr.tuto. vel cura.

Inuẽtarium an poſsit fieri coram vno tabellione,vel coram Iudice,vide glo.ibi.

De inuentario cum beneficio legis, quod fit ab hærede.

AN per omiſsionem inuentarij hæres amittat trebellianicam, vide per Ozaſc. deciſ.147. & infra tit.de trebellia. pro affirmatiua ſcribit Dec. conſi.236.nu.5.vide Bar. in l.7.§. Titius.ff.de cõdit.& demõ.& in cõſ.250. & 234.

Hæres circa inuentarij confectionẽ doloſè verſatus, non fideliter deſcribendo omnes res hæreditarias, priuatur falcidia, & trebellianica.Ozaſ.d.deciſ.147.nu.9.

Hæres nõ cõficiẽs inuẽtariũ pdit æs alienũ ſibi debitum. Ozaſ. deciſio. 148. & tenetur ad integra legata. Adhuc ſed cum teſtator. C. ad l. fal.

Filios ob inuentarium nõ confectum teneri ad integra legata, & fideicõmiſſa (etiã de proprio) ſi vires hæreditatis non ſufficiant, quo intelligat, vide Ozaſ. deciſ. 148. nu. 11. an teneant creditoribus vltra vires hæreditarias, vide Bart. in §. ſi verò. Auth. de hæred. & falcid.

Filius ob non confectum inuentarium non priuatur legitima, neque etiam trebellianica, & multo magis feudo ex pacto, & prouidentia. Ozaſ deciſ 281. nu. 18. vide Dec. cõſi. 236. nu. 7. Bar. in §. ſi verò. Auth. de hæred. & falci. tamen filius hęres nõ cõficiẽs inuentariũ repellitur à vẽdicatione rei aduẽtitiæ à pře alienatæ, ſed p intelligẽtia, vide Ozaſ. d. dec. 181.

Inuentarium non cõficiens habet præſumptionẽ violẽtã mali animi ad fraudãdũ. Ozaſ. ibi. nu. 17 Affl. deciſ. 15. & inuentariũ qui tenetur facere, & non fecit præſumitur doloſus, & bonorum vſurpator. Afflic. deciſ. 44. nu. 30.

Licet hæres omittat doloſè ponere in inuentario vnam, vel plures res; tamen valet inuentarium; & punitur ſolum pęna dupli: non autẽ tenetur inſolidum legatarijs, & creditoribus. Rot. Genu. deci. 55. Caſſa. in conſuet. Burg. tit. *des droicts*. rub 4 §. 21. gl. 2. nu. 4. vide tamẽ Bar. in l. 6 ff. de his, quib. vt indig. lega. aufe. & in l. 2. ff. ad leg. falci. Abb. conſi. 73. lib. 2.

Filius hæres inſtitutus etiam ſi non confecerit inuentarium non patitur pęnas, de quibus in lege ſancimus. C. de iure delib. ſed quid in Eccleſia, vel hoſpitali, vide Guid. Pap. q. 571. nu. 3. & 4. Iacob. Put. deciſ. 379. lib. 1.

Eccleſia, vel pauperes ſi inſtituantur hæredes, etiam ſi non fecerint inuentarium non tenẽtur vltra vires hæreditatis Bar. in l. 1. C. de Sacroſanct. Eccle. in repet. nu. 45. Abb. conſ. 73. nu. 10. lib. 2. Vinc. de Fran. deciſ. 282.

Inuentarium qui non confecit; non tenetur in foro cõſcientiæ vltra vires hæreditatis. Guid. q. 571. nu. ſi. Bart. in l. 1. C. de Sacroſanct. Eccle. in repet. nu. 45. Abb conſ 73. lib. 2.

Beneficium inuentarij nõ prodeſt, quando inuentarium non fuit formaliter factum citatis citandis, & deuentum ad conſumationem d. inuentarij. Ioſ. Ludo. deciſ. Luc. 65. nu. 28.

Idem vbi omnia bona non fuerunt apposita in inuentario, & quando plures res reperiuntur deſcriptæ; non tamen clarè. idem Lud. ibi. nu. 29. vide Vera. deciſ. 119. nu. 4.

Inuẽtarij beneficio quis carere debet reſpectu formæ non ſeruatæ. Aegig. conclu 379.

Pęna dupli appoſita hæredibus ſurripientibus, vel amouentibus aut occultantibus in inuentario, non cadit reſpectu bonorum immobilium. Rot. Genu. deciſ. 55.

Inuentarij confectio cenſetur prohibita, quando teſtator mãdat legata ſolui ſine aliqua diminutione æris alieni, tunc enim cenſetur prohibita falcidia. Crauc. conſi. 174.

Inuẽtarium tutoris põt teſtator remittere, ſed non hæredi in præiudicium creditoris. Rebuff. in ſuis comment. ſuper conſtitu. reg. trac. de ſenten. prouiſio. art. 3. gl. 4. nu. 3.

Hæres non conficiens inuentarium tenetur in ſolidũ creditoribus, & legatarijs, etiã vltra vires hæreditarias: fallit in quatuor caſibus, de quibus p Math. Matheſ. ſing. 156. in additio.

Inuentarium qui fecit non tenetur vltra vires hæreditatis. Bart. in l. 6. §. & ſi præfatam. C. de iur. delib. vide per tot. ipſam legem ſin.

An ſubſtitutus debeat conficere inuentarium eſt beneficio legis, & ſi non faciat, quid iuris, vide Bar. in l. 9. §. quod vulgo. ff. ad ad l. falci.

Si hæres, qui confecit inuentarium, ex hæreditate aliquid ſurripuerit, vel celauerit, aut nõ notauerit, vel amouẽdũ curauerit puniſ, vt duplũ refundat, ſi conuinctus fuerit; ſed qđ ex. uſeẽ virtute proteſtationis ſolitę apponi, de addẽdo &c. vide Hærẽma. Hære. c. 3. de hæred. lib. 2.

Hæres in confectione inuentarij, an debeat obtinere citationẽ cõtra fideicommiſſarios ſicut contra legatarios, & ſi non citẽtur fideicommiſſarij, an amittat trebellianicam, vide Ozaſ. deciſ. 147. nu. 17.

Rogatus de reſtituẽdo facit inuẽtariũ (pro intereſſe illius, cui reſtituere tenet) ſecũdũ formã legis. Capel. Thol. q. 315. Guid. Pap. q 351.

Solemnitates in cõfectione inuentarij, quæ requirant, vide per Ozaſ. deci. 181. Dec. cõſ. 633. n. 7. Abb. cõſ. 73. li. 2. & qualis forma. Rebuff. in ſuis cõment. trac. de inuent. art. 1. gl. 1. nu. 6.

Donec hęres intẽdit inuẽtario nõ debet inquietari à creditoribus. Boer. deci. 10. n. 3. Capel. Thol. q. 258. fallit in ſex caſibus, de quibus p Caſſa. tit *des ſucceſſions* §. 13. gl. 3. nu. 9. vide Capel. Thol. q. 258. an poſsit conueniri rei vẽdicatione, vide Vinc. de Fran. deciſ. 352. part. 2.

Executio relictorũ ad pias cauſas nõ differt durãte tpe inuentarij. Iaſ. Lanf Balb. deciſ. 402.

Pendente tempore dato ad conficiendum inuẽtarium hæres non poteſt conueniri, ſi declarauerit ſe eſſe hæredem cum beneficio inuẽtari, Pap. li. 21. ti. 10. arreſt. 7. & 8. ipſe tñ hæres alios conuenire poteſt. Capel. Thol. q. 258.

In cõfectione inuẽtarij creditores certi, vel qui de facili certificari poſſunt noĩatim ſunt citãdi. Oza. dec. 181. Pap. li. 21. ti. 10. arreſt. 5. & pclama nõ ſufficit. Capi. deci. 101. tñ cõtra incertos ſufficit vna citatio abſq; pemptorio. Iac. Put. deci. 267. li. 3. aut generale prolama. vide Bar. in l. 3. §. ſi cauſa ff. de bono poſſeſ.

Inuentarium non eſt legitimè confectum, in cuius ſubſcriptione litteris teſtatus non fuit hæres ſe ſine fraude, & dolo omnia poſuiſſe. Nat. conſi. 214. nu. 12. Tom. 1.

Inuētarium corruit, niſi adhibeantur teſtes, qui cognoſcant hæredem, & videant res hæreditarias, & niſi à principio vſq; ad finē inuentarij interuenerint. Nat. ibi. nu. 14. & conſi. 332.

Inuētariū eſt cōficiēdū in loco, vbi ſunt res hæreditariæ, vel earum maior pars. ibi. nu. 9.

Inuentarium confici ita debet, vt loco abſentiū creditorum adhibeantur tres teſtes loci locupletes, & bonæ opinionis, & in eorū præſentia inuentarium cōſcribendum eſt. idem Nat. conſ. 332. nu. 5. de requiſitis in inuētario, & qua forma fieri debeat, vide p eundē Nat. cōſ. 574. & 575. Rol. cōſ. 73. vol. 2. tñ conſuetudo loci attendi debet in inuentario conficiēdo. Nat. d. conſ. 332. num. 6. & ſtylus regionis. Capic. deciſ. 101. & ſecundum talem conſuetudinem factum valet, etiam non ſeruatis ſolemnitatibus iuris. Rot. Genu. deciſ. 35.

Vſu receptæ non ſunt ſolemnitates inuentarij, ſi fraus tamen abſit. Crauet. conſil. 1. pro genero nu. 476. item non attēduntur in hac patria, vbi ex forma decreti ſola facti veritate inſpecta proceditur. Craue. ibi. nu. 477.

Omiſsio Crucis inuētarij ſubſtātiā, an vitiet, vide Bar. in l. 8. §. ſi Prętor. ff. de trāſa. & i l. 1. §. qd autē. ff. de ventre inſpicien. Abb. cōſ. 73. lib. 2.

In cōfectione inuētarij nouem ſolēnitates debēt interuenire, quæ tñ ſtatuto, vel cōſuetudine minui poſſunt. Rebuf. in ſuis cōment. tract. de ſenten. prouiſio. art. 3. gl. 3. nu. 4.

Inuentariū poteſt cōfici per procuratorē. Bart. in l. fin. §. igitur. C. de iure delıberan. nu. 5.

Inuētarij in cōfectione legatarios, & creditores citādos eſſe, de qbus legatarijs, & creditoribus intelligatur, vide ibi. nu. 8. & 9. & Bart. in Auth. omnes. C. ſi minor ab hæred. ſe abſtinu.

Pro inuentario præſumitur pręſertim, ſi decretum interuenit. Ozaſ. deciſ. 181. nu. 11.

De forma inuentarij, & qui ſint eius effectus, vide per Azo. in ſumma tit. de iure deliber. Bar. in Auth. de hæred. & falcid. §. ſi enim.

Inuentarium non eſt nullum, etſi non incoetur intra triginta dies; dummodo finiatur intra tempus datum à lege. Guid. Pap. q. 571. Ioan. Pap. lib. 21. tit. 10. arreſt. 5.

Tempus cōficiendi Inuentarium currit minori; ſed reſtituitur. Guid. ibi. Capel. Thol. q. 55. tamen ex cauſa paupertatis non datur reſtitutio. Mago. deciſ. Luc. 40. tale tempus incipit currere à die aditę hęreditatis, & non delatę. ibi Guid. d. q. 571. Crauet. pro genero. conſ. 1. nu. 479. vide Dec. conſ. 633. & Bero. q. 61.

Mulier quando non confecit inuentarium; vel minus ſolemniter fecit, reſtituitur in integrū; ſed quando, vide Vincent. de Fran. deci. 219. par. 2. maiori autem non conceditur reſtitutio ob omiſſam ſolemnitatē ex capite ignorantiæ, quæ non dr̄ probabilis. Craui. cōſ. 225.

Inuentarium non facere quis dr̄; qui minus ſolēne illud cōfecit. Paul. Aemil. deci. 119. part. 2. nā inſolēne, & imperfectum nō releuat; & nihil operatur. Pap. lib. 15. tit. 6. arreſt. 2.

Inuentarium cōficiens etiam de bonis, quæ ſua eſſe contendit, qualem proteſtationem facere debeat. vide DD. de Rot. deciſ. 1. de donatio. int. vir. & vxo. in antiquio.

Hæres debet ponere in inuentario non ſolùm res teſtatoris; verùm etiam omnes res per eum detentas ex quacunque cauſa. l. 20. §. fin. & ibid. Bald. ff. de peti. hæred.

Inuentarium non nocet nominatim non citatis, quando erant certi. Crauet. conſ. 89. num. fin. imò tunc quo ad ipſos non valet; ſecus quo ad citatos. Craue. conſ. 225.

Hoc inuētariū cū beneficio legis debet fieri in iudicio. Bar. in l. 24. C. de admin. tut. vel cura.

Tempus ad conficiendum inuentarium, an currat hæredi à die notitiæ, vel aditę hæreditatis; vide Bart. in l. fin. §. cùm igitur. C. de iure deliber. & in §. ſi autem. ibid.

Debitum quādo probetur ex inſtrumento exēplato in inuentario, & inuentarium quandò fieri debeat coram Iudice; vide Bart. in l. 58. ff. de adminiſt. & peric. tuto.

Legatarij, & fideicommiſſarij debent citari ad confectionem inuentarij. Bart. in §. hinc. Authen. de hæred. falcid. vide tamen eundem conſi. 154. vol. 1.

Inuentarij confectio, quæ ex parte abſentis fieri debet; requirit ſpeciale mandatum, vide Excel. P. Teſſa. deciſ. 159.

In cōfectione inuētarij neceſſariò non requirit Iudicis præſentia. Bart. conſi. 154. vol. 1. nu. 7.

Quandò ſunt plures hæredes, & vnus vult eſſe hæres cum inuentario, & alius ſimplex ſine, quis præferatur; & quid in eo, qui eſt in remotiori gradu, & vult eſſe hæres ſimplex; an excludat proximiorem volentem adire cum beneficio inuentarij, vide Caſſa. in conſuetu. Burb. tit. *des ſucceſsions.* §. 13. glo. 1. & 2. Papon. lib. 21. tit. 10. arreſt. 1. deciſ. 1. Senat. Pariſien. deciſio. diuerſo. fol. 229.

Inuentarium eſt deſcriptio omnium bonorum defuncti, facta coram Iudice, citatis quorum intereſt. glo. 3. ibi.

Multæ reſultant vtilitates ex confectione inuētarij, de quibus vide. ibi. & Math. Mathеſ. ſing. 156. in additio. Rebuf. in ſuis comment. tract. de ſenten. prouiſio. art. 3. gl. 3. nu. 15.

Inuentarij confectio. quid operetur in vtilitatē hæredis, vide per Ozaſ. decıſ. 181. nu. 13.

Probatio contra inuentarium, an poſsit fieri, vide Ozaſ. d. deciſ. 181. nu. 23. & Bald. ſing. 71. Caſtren. ſing. 17. quòd poſsit etiam per viam

monitorij, ſcribit Rebuff. in ſuis comment. tract. de inuenta. art. 1. gl. 1. nu. 9.

Inuentarium non probat, niſi inter eos, inter quos confectus fuit. Rebuff. ibi. nu. 10.

Inuentarium temporis antiquiſsimi præſumptionem inducit. Afflic. deciſ. 245. nu. 12. vide ibi. deciſ. 324. nu. 14.

Hæres, qui non tenetur ad inuentarium ex diſpoſitione teſtatoris, præiudicare non poteſt creditoribus. Afflic. deciſ. 44. nu. fin.

Etiam legitimè facto inuentario, quando remanent in hæreditate tot bona defuncti, quæ æquipollent bonis hæredis alienatis, non poteſt agi contra bona alienata. Ioſ. Ludo. deciſ. Luc. 65. nu. 31. Craue. conſ. 225. nume. fin. ideò tunc hæres non poteſt venire contra factum defuncti: quia cùm poſsideat alia bona acquiſita ab alienante cautela inuentarij non iuuat hæredem, quin teneatur approbare factum defuncti. Ioſ. ibid.

Hæres conficiens inuentarium poteſt defuncti voluntati cõtrauenire, vbi ex hæreditate nihil ipſi hæredi remanet. Pnt. deciſ. 264. lib. 3.

Hæres, qui non fecit inuentarium gaudet etiam beneficio. l. hac edictali. C. de ſecũ. nupt. Roſ. Auenio. deciſ. 95. in deciſio. diuerſo. Tom. 3.

Nouerca hęres grauata tenetur facere inuentarium. Pap. arreſt. 5. lib. 15. tit. 6.

Hæres cum beneficio inuentarij tutius agendo, debet impetrare reſcriptũ à Principe ſup cõfectione dicti inuẽtarij. Pap. li. 21. ti. 10. arre. 1.

Hæres cum beneficio inuentarij, tenetur pręſtare cautionem datis fideiuſſoribus pro bonis mobilibus. Pap. ibi. arreſt. 3.

Amiſſo inuentario qualiter hæres illud probare poſsit, vide ibi. arreſt. 4.

Quando quis acceptat hæreditatem reſeruato iure reſtituentis eã, non ob id priuatur, quin poſsit conficere inuentarium, ne teneatur vltra vires hæreditatis. Craue. conſ. 33. nu. 17.

Inuentarium factum reſpectu vnius perſonæ, non trahitur ad aliam perſonam ſeparatam, & ad aliam hæreditatẽ. Craue. conſ. 312. nu. 3.

In ſucceſsione feudi antiqui non tranſitorij ad extraneos, ſuperuacum eſt inuentariũ. Craue. ibi. nu. 481.

Statutum, vt debitor, & eius hæredes poſsint incarcerari, non comprehendit hæredem cum beneficio legis, & inuentarij. Aug. Bero. q. 57.

Hęres ſi fecerit inuentariũ, & creditores dicant plus eſſe in bonis, quàm ſit in eo comprehenſum, Iudex inſtantibus creditoribus inquirit, & accipit probationes de domo hæredis, etiã hæredis ſeruos torquendo. Maran. in ſuo ſpec. par 6. titu. & peruenitur aliquando per viam inquiſitionis, num. 145. nam creditores poſſunt opponere contra æſtimationem rerum, & pretium illarum augere licitationibus. Papon. lib. 21. tit. 10. arreſt. 5.

Sententia confectionis inuentarij eſt executoria, et ſi pronunciet hæredẽ cõficere inuentariũ debere. Rebuf. trac. de ſent. ꝓuiſ. ar. 3. gl. 3.

Sentẽtia lata cõtra defunctũ, debet mãdari executioni nõ obſtãte, ꝙ hęres cũ bñficio inuẽtarij ponat bona in declaratione. Guid. Pap. ſing. 290.

Creditor hæres inſtitutus à debitore, ſi adiuerit hæreditatem cum beneficio inuẽtarij, poteſt petere ſibi aſsignari vnam rem hęreditariam pro debito ſuo. Io. Ant. Trigo. ſing. 4.

Emptor, cui bona hæredis pro ſatisfaciẽdis creditoribus vẽdita fuerãt tutus eſt, & ſuper bonis emptis conueniri non poteſt, quo beneficio etiam fruitur hæres, qui adiuit cum beneficio legis, & de ꝓprijs pecunis ſoluit creditoribus hæreditarijs, retinendo loco ſolutionum bona hæreditatis. Auguſt. Bero. q. 63.

An Aditio hæreditatis facta per fratrem nomine ſuo, & fratris abſentis cũ beneficio legis, & inuentarij, proſit ipſi fratri abſenti, & ratificanti poſt tempus datum ad confectionem inuentarij, vide Bero. q. 64.

Hæres, qui fecit inuentarium qualiter deducat expenſas factas ratione inuẽtarij, vel hæreditatis, vide Bar. in l. fin. §. in cõputatione. C. de iur. delib. & pęna hæredis nõ cõficientis inuẽtarium, quæ nam ſit, vide Bar. ibi. §. ſin verò.

Vide de materia inuẽtarij, per Bar. in Auth. ſed cum teſtator. C. ad leg. falc. & in §. nobis ingreſſa, & glo. ibi. Auth. de hæred. & falc.

Fideicommiſſarius vniuerſalis poteſt facere inuentarium Bart. in l. 9. §. qđ. ff. ad l. falſc. nu. 10.

Hæres cũ beneficio legis, & inuẽtarij, qui ſoluit primò veniẽti, nõ poteſt ab alijs creditoribus hrđitarijs cõueniri, ſi nihil hæreditariũ poſsideat, quod procedit, ſi ſoluerit de bonis hæreditarijs vti hæres, cum ipſo beneficio; aliàs ſecùs. Vincent. de Fran. deciſ. 271. par. 2.

Emptor ab hærede cũ beneficio inuentarij, nõ poteſt moleſtari à creditoribus, qñ inuentarium fuit factum citatis ipſis creditoribus, ita vt ignorantiam prætendere non poſsint; aliàs ſecùs. ibi. d. deciſ. 271.

Prædicta procedũt reſpectu hæredis, vel emptoris: tñ ſi creditor anterior vult experiri cõtra creditorem poſteriorem, qui recepit ſolutionem, hoc facere poteſt; ſed quid, ſi talis creditor non eſſet ſoluendo, vide ibi. nu. 8. tamen emptor ab hærede cum beneficio inuentarij, pro parte precij ſoluta ipſi hæredi, poteſt cõueniri hypothecaria. ibi. nu. fin.

Hæres cũ bñficio inuentarij, ſi ſe ꝓprio noĩe obligat, an teneat vltra vires hrđitarias, quid, ſi cõpromittat, vide eundem deciſ. 323. part. 2.

In confectione huius inuentarij non poſſunt creditores facere, nec contradicere, quin hæres faciat ſcribi ea, q̃ vult, cùm inuẽtarium ſit actus ſolius hæredis: ideò nõ eſt pręcisè neceſſe, quòd ipſi compareãt, ſed poſſunt ſine eorum p̃iudicio non comparere, vide Hart. Hartm. c. 1. tit. de hæred. lib. 2.

Inuentarium factum ab hęrede, an proſit fideicommiſſarijs vniuerſalibus, qui poſſunt facere inuentarium, ſi hæres nõ fecerit, vide Bar. in Auth. de hęred. & falc. §. ſi enim. num. 8.

Hæres faciens inuentarium, an poſsit vti falcidia aduerſus creditores, vide Bar. ibid.

Hæres ſi non fecerit inuentarium grauari põt vltrã ſic honoratus; ſecùs in legatario, vel fideicõmiſſario, certis caſib. exceptis. Bart. in § poſt aũt, inſtit. de ſingula. reb. p̃ fideic. relic.

Inuentarium dicitur indiuiduum, & hæres, qui fecit inuentarium, licèt non adhibuerit ſolemnitates requiſitas, non tenetur creditoribus hæreditarijs. Bar. cõſi. 154. nu. 10. vol. 1.

Quando tutores, vel curatores eſſe deſinant.

QVomodo, & qñ mulier tranſeundo ad ſecunda vota retineat, vel amittat tutelam ſuorũ filiorum, vide per Pap. lib. 15. tit. 5. arreſt. 3. Boer. deciſ. 124. nu. 12. & deciſ. 266.

Mater, quæ luxuriatur perdit tutelam. Hippol. de Mar. ſing. 426. ſicut quando tranſit ad ſecunda vota, & ſi vadit ad Iudicem, & dicat ſe velle tranſire ad ſecunda vota, ſtatim deſinit eſſe tutrix. Bar. in Authen. ſacramentũ. C. quandò mulier tute. offi. Caſſan. in cõſuet. Burg. tit. *des enfans*. §. 8. vide tamen Menoch. de arbit. lib. 2. caſ. 151. & Lud. Rom. ſing. 222.

Quàm citò mater tutrix filiorum ſuorũ ad ſecunda vota tranſit finitur tutela, nec poteſt poſtea pro filijs conueniri. l. 67. ff. de appel. vide Bart. in l. 32. ff. de adoptio. Auth. ſacramentum. C. quando mulier offi. tutel.

Mater tranſiens ad ſecunda vota ipſo iure tutrix eſſe deſinit triplici ratione, & ſolus Princeps matrem ſecundò nubẽtem ad tutelam admittit. Crau. cõſ. 18. vide Menoch. de arbit. lib. 2. cent. 2. caſ. 151. Auguſt. Bero. q 66. & tũc tutela remanet inſolidum apud tutorem teſtamentarium, nec poteſt Iudex alium adiungere. vide Craue. ibid. nu. 18. quod ampliatur procedere, etiam quando mater eſſet data tutrix in teſtamento quamdiu vixerit, & fuerit in humanis. Guid. Pap. ſing. 682.

An idem ſit contractis ſolùm ſponſalibus, vide Ludo. Roma. ſing. 222.

Mr̃ tutrix petijt dari tutorẽ filijs, q̃a vult nubere, & poſtea eã pœnitet, hoc caſu nõ põt amplius reaſſumere tutelã. Pet. de Ran. ſing. 289.

Tutor poſt tutelam, ſi efficiatur ſurdus, vel mutus deſinit eſſe tutor. Barto. in l. 1. §. mutus, ff. de tutelis.

Tutoris, vel curatoris poteſtas non finitur in cauſis iam cœptis, & non finitis. Fran. Marc. q. 55. par. 1. & q 515. par. 2.

Quibus modis tutela finiatur, vide inſtitu. titu. quib. mod. tute. finia.

Quando officium tutoris, vel curatoris dati habenti tutorem, vel curatorem finiatur, vide per tot. tit. C. in quibus cauſis tutor.

Si pupillus tranſeat in alterius poteſtatem, vel perdat Ciuitatem tutela finitur; idem ſi tutor remoueatur, vel conditio extinctiua extiterit. l. 14. ff. de tutel.

Curatoribus conſtitutis, in eos adminiſtratio transfertur, & officium tutoris finitur. l. 3. 4. §. officium. ff. de adminiſtra. tuto. vel cura.

Tutor, vel curator datus propter alterius impedimentum, durat eo durante, & non vltra. §. 2. inſtit. de attilia. tuto.

Curator datus ad certam cauſam, ea finita deſinit eſſe curator. §. fin. inſtitu. de aucto. tuto.

Tutor in hac Patria etiam poſt pubertatẽ non deſinit eſſe tutor, vt cenſeatur liberatus ab onere tutelæ, hr̃ in nouis ordinib. tit. *delle citationi*, imò ex quadã gñali cõſuetudine hoc paſsim obſeruat. vide And. Gail. obſ. 96. lib. 2.

De adminiſtratione tutorum, & curatorum.

TVtoris confeſsio an, & quando pupillo præiudicet, vide Rot. Genu. deciſ. 110. Fran. Marc. q. 56. Bar. in Authen. in iſto. C. de iureiurãn. prop. calu. dan.

Tutoris pactum pupillo nocere non poteſt. Ozaſ. deciſ. 98. nu. fin.

Tutor in donatione, ſeu remiſsione non debet audiri, & tranſactione rem ſtabilem pupilli remittens, non præiudicat ipſi pupillo. Affl. deciſ. 87. nu. 4.

Quomodo, & quando tutor, & curator de rebus pupillorum poſsint tranſigere; vide per And. Gail. obſer. 72. libr. 2. Dec. conſi. 298. nu. 5. & conſi. 479. facit l. 58. §. q tutelã. ff. de furt.

Bona pupilli non poſſunt obligari per tutricẽ. Gram. deciſ. 103. nu. 150.

Tutor emens nomine pupilli, poteſt facere pactum de retrouendendo incontinenti; aliàs ſecùs. Boer. deciſ. 182.

Pecunia ad prædium comparendum deſtinata, an poſsit in alium vſum per tutorem conuerti, vide Boer.deciſ.209.

Pecunia eſt de rebus, quæ ſeruando ſeruari nõ poſſunt.ibid.num.fin.

Tutor, qui promiſit de rato pro pupillo, an teneatur, ſi pupillus maior factus ratum nõ habuerit, vide Ioſ.Lud.deciſ.Peruſ.27.

Retrouendere poteſt tutor ſine decreto. Vinc. de Fran.deciſ.206. nu.24.

Tutor, & curator poſſunt inueſtiri, & inueſtire, & maximè in tutore, qui habet plenitudinẽ poteſtatis. Gaſp. Cabal.milleloq 13.

Tutor non poteſt conſtituere dotem pupillæ in rebus mobilibus, & immobilibus ſine decreto. Hiero.Mago.deciſ.34.Rot.Flore.

Debitor, qui conſtituit ſe debitorem duob. tutoribus, & cuilibet ipſorum inſolidum, non poteſt ſe tueri prorogatione termini obtẽta ſolùm ab altero ipſorum, contra alium tutorem agentem ad ſummam debitam lapſo termino. Vinc.de Fran.deci.281.par.2.

Si quiſpiam contrahat cum aliquo adminiſtratore voluntario, ſi conſtat, quòd adminiſtrator ſolùm dominum obligare voluerit, ſolus dominus obligatur. Dec.conſi.310.imò adminiſtrator contrahens cum aliquo nomine officij, ſeipſum nõ obligat nomine proprio; ſed dominum. Natt.conſi.641.

Debitor ſoluens tutori, vel curatori realiter liberatur; ſed quid, ſi fuerit facta liberatio per ſimplicem confeſsionem, vide Natt. conſi. 543.quittatio etiam tutoris valet, niſi inter ipſum, & eum, cui eſt facta ſit colluſum.l.22. ff.de manumiſ. teſtamen.

Solutio facta tutori, qui nõ adminiſtrat, poteſt tamen adminiſtrare ſi vult, liberat ſoluentẽ: ſecùs ſi non poteſt adminiſtrare; quia eſt ſibi interdicta adminiſtratio per legem, vel per Iudicem, vel teſtatorem: ſolutio verò facta ei, qui poteſt ab adminiſtratione repelli, non tamen eſt repulſus, adhuc liberat ſoluentem. l.14.§.ſunt quidam.ff.de ſolutio.& libera.

Tutor excuſatur ſi vendat rem minoris, pretio viliori, præcedente æſtimatione Iudicis. Lud. Roman. ſingularib.80.vide Barto.in l.6.C.de Magiſtr. conuenien.

Tutor poteſt pro pupillo celebrare quoſcunq; contractus, dummodo palàm, & bona fide faciat. Pet.Gerar.ſing.57.

Contractus pupilli dicunt bona fide fieri, quando fiunt interuenientibus conſanguineis, & amicis pupilli, ibid.

Tutor, qui tempore ſuſceptæ adminiſtrationis iurat ſe facturũ vtilia, & inutilia prætermittere, poteſt contrauenire contractui iurato per ipſum facto, per quem pupillus remanebat læſus. Auguſt. Bero. qõ.27. & non requiritur de neceſsitate abſolutio à iuramento. idem quæſt.28.

Tutor accuſans nomine pupilli, tenetur de calumnia; ſed an, & quando delictum tutoris noceat pupillo, vide Bart.in l.2.C.de his quib.vt indig hæred.aufer.

Tutor ſolus poteſt delegare nomen debitoris pupilli, ſi pupillo expedit, & delegat ſine decreto, ſi in obligatione eſt pecunia. Bart.in l. 18.ff.de aucto. & conſen.tuto.

Tutor habetur loco domini, & iurat de calumnia. Bar.in l.20.ff.de teſtamentis.

Quando tutor poſsit cauſam pupilli compromittere, & quando compromiſſum minoris, cũ auctoritate tutoris ſibi noceat, vide Bar. in conſi.47. vol.1.

Tutor licèt non poſsit remittere debitum liquidum pupilli, non liquidum tamẽ poteſt. Abb. conſi.39.lib.1.nam legitimus tutor, vel curator poteſt recipiendo ſolutionem debitorem liberare; non autem debitum liquidum remittere.l.22.C.de pact.

Teſtator mandans tutoribus, vt omnia faciant, cum conſilio alterius, factum ſine eius conſilio non tenet. Felyn.conſi.24.nu.10.

Tutor bonorum poſſeſsionem pupillo competentem repudiare nõ poteſt, quia tutori petere permiſſum eſt; non autem repudiare.l. 8.ff.de bono. poſſeſ.

Adminiſtratores debẽt iurare de calumnia ſecundum credulitatem eorum: alijs iuramentis firmis remanentibus.l.2.§.quod obſeruatur.C.de iureiur.prop.calu.dan.

Pactum tutoris prodeſt pupillo.l.16.ff.de pact. & res tutoris non poſſunt capi pro debito pupilli.l.2. C. quando fiſcus.

Tutor, vel curator non poteſt diſſoluere ſponſalia contracta per patrem puellæ, quia prouiſio paterna eſt maioris efficaciæ, quàm tutoris.l.4.C.de ſponſal.

Si tutor in accuſatione falſi teſtamenti ſuccubuerit pupillo hæreditatem perdere facit, & applicari fiſco; propterea tenetur ad ſatisfactionem damni paſsi per pupillum actione tutelæ, propter hanc accuſationem.l.2. ff.de his, quib.vt indig.

Soli tutori poteſt hæreditas reſtitui, ſi pupillus neſcit fari, & è contrà ipſe poteſt reſtituere.l. 7. C. ad Senatuſconſult. Trebellia.

Solus tutor non poteſt præſtare libertatẽ à pupillo debitã.l.6. C. qui manumit. non poſſu.

Ex obligatione tutoris, vel curatoris non poſſunt bona pupilli pignori dari, niſi in eius vtilitatem ſit pecunia recepta.l.3.C.ſi aliena res pigno.dat.ſit.

Dolus tutoris, vel curatoris nõ nocet his, quorum

tum

rum negotia adminiſtrant, niſi quatenus effecti ſint locupletiores, & tutor tenetur cedere actionē. l. 3. §. ſeruitus. ff. de tribut. act. & l. 14. §. ſed cum. ff. de actio. empt. & vend.

Curator poteſt dotē conſtituere adultæ ſecundum eius facultates, & dignitatem. vide l. 61. & 62. ff. de iure dot.

Si pupillus vult pignus recuperare, quod tutor obligauit pro pecunia verſa in vtilitatem ipſius pupilli; repellitur exceptione doli. l. 7. §. fin. ff. de reb. eorum, qui ſub tutela.

Tutor poteſt creditori patris pupilli ſoluere, & in eius locum ſuccedere. l. 12. ff. eo.

Alteri ex curatoribus furioſi rectè ſolui poteſt, & alter eorum poteſt cauſa permiſſa alienare, quia alter intelligitur cōſentire. l. 7. §. quæſitum. ff. de curato. furioſo, & alijs.

Pignus à curatore furioſi datū valet, ſi vtilitate exigente furioſi, id fecerit. l. 11. ff. eod.

Ius cōſiſtens in dando non pōt impleri in perſonam curatoris adulti. vide l. 53. ff. de manumiſ. teſtamen. tamen conditio de dando pupillo, vel furioſo impletur dando tutori, vel curatori. l. 13. ff. de conditio. & demonſtr.

Pupillo quæritur per tutorem ementem nomine pupilli, etiam ipſo pupillo ignorante. l. 13 ff. de acquir. rer. dom.

Epiſtola de adeunda hæreditate à tutore ſcripta non habet effectum, ſi tutor moriatˀ ante aditam hæreditatem. l. 50. ff. eod.

Furtum tutoris facit rē in vſucapibilē, nec ſufficit rem in tutoris poteſtatem reuerti, nam tutor in re pupilli, tunc domini loco habetˀ, cùm tutelam adminiſtrat; non cùm pupillū expoliat. l. 7. §. ſi tutor. ff. pro emptore.

Si tutor, vel curator aliquid vi, vel clàm fecerit, non tenetur pupillus, vel furioſus de dolo ipſorum; ſed tantùm ad patientiam tollendi operis: ipſi verò inſolidum tenentur. l. 11. §. ſi tutoris. ff. quod vi, aut clàm.

Tutor, & curator furioſi, vel prodigi acceptum ferre non poſſunt; ſed bene nouare: vide l. 13. §. tutor. ff. de acceptil.

Neque in interdicto, neq; in cæteris cauſis pupillo nocere oportet dolū tutoris, ſiue ſoluēdo ſit, ſiue non ſit. l. 159. ff. de reg. iur.

An tutor ſolus poſsit repudiare bonorum poſſeſsionem pupillo delatam, vide Bart. in l. 8. ff. de bono poſſeſ.

Conditio, ſi ſatiſdederit, de qua in l. muto. §. 1. ff. de tutel. dationem tutoris non ſuſpendit, ſed adminiſtrationē. Ozaſ. decis. 145. nu. 8.

Vide de ſatiſdationibus tutorum, & curatorum ſupra tit. de ſatiſd. tuto. vel cura.

Tutor ſi eſſet creditor pupilli poteſt ſibi ipſi ſoluere abſque Iudicis decreto, de bonis pupilli, quæ ſeruando ſeruari non poſſunt. Affl. deciſ. 13. num. 14. ſecùs de alijs rebus. Hiero. Mago. deciſ. Luc. 46. nu. 36. imò creditor adminiſtrans bona ſui debitoris, præſumuntur in dubio, quòd ſibi ſoluerit. Afflict. d. deciſ. 13. nu. 16. Crau. cōſ. 129. vide Rom. ſing. 104.

Tutor teſtamētarius ſibi ipſi ſoluere legatum, vel fideicommiſſum poteſt. Baud. tract. de analog. cap. 37. nu. 117. & quæ alia poſsit facere tutor bona fide ſine decreto, vide ibid.

Tutor naciſci poſſeſsionem poteſt rei debitæ ſibi antequam eſſet tutor, & ſibi ſoluere poteſt debitum in pecunia. Rebuff. in ſuis comment. tract. de donatio. gl. 1. fol. 55 Bald. ſing. 50. Bart. in l. 1. §. fuit quæſitum. ff. ad Trebel. l. 78. §. fundum. ff. de contrah. empt. & vendi.

Adminiſtrator præſumitur in dubio feciſſe, qđ alij adminiſtratores feciſſent; aliàs diceretur in culpa. Affl. deciſ. 13. nu. 17.

Tutores finito officio tutelæ non poſſunt amplius conueniri nomine proprio. l. 1. C. quando ex facto tutoris; quia officium tutoris dicitur officiū neceſſarium, quod ei nocere non debet. gl. in l. procurator de procura. & in l. ſi non ſubſcripſiſti. C. de adminiſtr. tuto. Gaſp. Cabal. millel. 255. l. 5. ff. qñ ex facto tut.

Tutores condemnati ſimpliciter, & nō nomine proprio, intelliguntur condemnati, vti tutores, & cōtra ipſos, & eorū bona non pōt fieri executio. Aegid. Bellam. deciſ. 40. Bar. & Rip. in l. 4. ff. de re iudi. Cęfal. conſi. 429. nu. 26.

Lex non ignotum. C. eod. de adminiſtr. tut. procedit, quādo tutor intentauit litem calumnioſè, & non bona fide, & quæ requirantur ad hoc, vt tutor eò in caſu condemnetur in expenſis, vide per Cęphal. conſi. 429. Mago. deciſ. 142. Rot. Flor. Maran. in ſuo ſpec. par. 6. cap. & poſt omnia aduertatur circa executionem. nu. 38. Rebuff. in ſuis comment. tract. de lit. obliga. glo. 1. nu. 96.

Tutoris contumacia, quando noceat pupillo, & tutor, qui egit litem calumnioſam, poteſt ſolus in expenſis condemnari. Bar. in l. vnica. §. ſi procuratore. ff. ſi quis iuſdice. non obtēp.

Depoſitarius poteſt reſtituere ei, qui non erat legitimus tutor, & liberatur. Affli. deciſ. 147.

Quando teſtator in teſtamento dat poteſtatem tutori, vt poſsit propria auctoritate adminiſtrare, nō requiritur inuentariū. Maran. in ſuo ſpec. diſtinct. 16. iudic. num. 53.

Tutor de iure añ confectionē inuētarij nō adminiſtrat. Affl. deciſ. 285. n. 22. l. ſi. C. de arbit. tutel. tunc enim neç cōuenire debitores, nec cōueniri pōt. Boer. deciſ. 53. (imò qđ interim poſsit adminiſtrare, ſcribit Iacob. Put. deciſ. 287. & deciſ. 314. lib. 1.) tamen tutor, qui per plura tempora non fecerat inuentariū, ſi poſtea faciat admittit ad agēdū. Capi. deciſ. 50.

Tutor,

Tutor, vel curator ante confectionem inuentarij adminiſtrare non debet, niſi aliquot in caſibus. Illuſ. Senator Sol. in ſuis comment. in antiq. conſtitut. Sabaud. titu. de minoribus fol. 91. ſed intra quod tempus debeat inuentarium conficere, vide per Menoch. de arbit. lib. 2. conſi. 174.

Tutores antequam adminiſtrent debent nouē ſolemnia requiſita adimplere, de quibus vide p Capic. deciſ. 50. Guid. Pap. q. 330. Capel. Thol. q. 63. in addi. io. Myſing. obſer. 39. cent. 6. Maran. in ſuo ſpec. diſtinct. 16. iudi. nu. 52. Bar. in l. 5. ff. de legit. tuto. ſed ſi ante adminiſtrēt, an proceſſus valeat, vide Capel. Thol. ibid. Rot. Genu. deciſ. 18. Pau. Aemil. deciſio. 414. par. 2. & deciſ. 324. part. 3. Myſing. obſer. 37. cent. 2. Mará. in ſuo ſpec. diſt. 16. iudi. n. 52.

Licèt tutor ante adimpleta ſolemnia nō poſsit adminiſtrare, tamen geſta per eū ſemper valent in his, quæ ad commodum pupilli ſpectant. Guid. Pap q. 330. aliàs geſta à tutore non legitimo, nō præiudicant domino. Bar. in l. 3. in repet. nu. 10. ff. de offi. Præto.

Tutoris geſta valent, etiam ſi quid faciēdo circa tutelam omiſſerit. Boer. deciſ. 124.

Tutor non poteſt præiudicare pupillis ante cōfectum inuentarium. Paul. Aemil. deciſ. 324. par. 3. Vincent. de Fran. deciſ. 206.

Tutor in limine iudicij fidem facere tenetur de iuribus tutelaribus; ſed quid, ſi pars eum approbauerit pro tali, ipſum pro tutore nominando, vide D. Sol. in ſuis commēr. in antiq. conſtitut. glo. 1. ſuper. 1. part. decreti, inuentaria, tit. de mino. nu. 22. fol. 92.

Si excipiatur contra tutorem eum non eſſe talē, quando hoc probari debeat, an ante litem conteſtatam, vide Pet. Benint. deciſ. 18. quòd teneatur fidem facere de ſua poteſtate, & inuentario, ſcribit Franciſ. Marc. q. 131. aliàs non admittitur ad agēdum in iudicio, habemus in hac Patria decretum Dominicale titu. *della legitim. delle perſone*, nam quando qualitas aliqua eſt fundamentum excipientis reſpectu habilitatis, vel inhabilitatis perſonæ negatæ, debet de illa qualitate conſtare. Benint. deciſ. 18.

Tutor licèt non promiſerit in ſpecie pupillum indefenſum non relinquere: tamen eſt legitimus adminiſtrator, ſi alia adimpleuerit, & tutoris geſta valent, quādo fuit habitus vt tutor. Paul. Aemil. deciſ. 323. par. 3. nam adminiſtrans negotia alterius, ſi palàm ab omnib. pro adminiſtratore credatur, valent geſta per eum. Natt. conſi. 262. nu. 3.

Contractus vtilis pupillo factus ab eo, qui credebatur tutor, licèt in veritate non eſſet, valet, & tenet. Auguſt. Bero. q. 68.

Tutor antequam ſatiſdet eſt tutor, licèt adminiſtratio differatur. Bart. in l. 6. §. ſub cōditione. ff. de tutelis.

Tutor licèt dederit fideiuſſorem pauperem reſpectu facultatum pupilli, poteſt tamen adminiſtrare, & geſta per tutorem in his, q̄ principaliter tendunt ad commodum pupilli tenent; licèt in eius datione omnia requiſita, non interuenerint. Bar. in l. 5. ff de legit. tuto.

Quomodo opponatur contra tutorem, q̄ non fecerit inuentariū, & per conſequens nō ſit admittēdus, vti legitimus adminiſtrator, vide Bar. in l. 8. nu. 8. ff. de verb. oblig.

Sententia lata contra tutorem, qui non habet legitimam adminiſtrationē eſt ipſo iure nulla. l. pennult. C. in quib. cauſ. reſtitu. in integ. non ſit neceſſa.

Tutor non adminiſtrat antequam ſatiſdet, niſi ſit teſtamentarius, vel datus ex inquiſitione. l. 1. C. de tuto. vel curato. qui non ſatiſd.

Tutores legitimi conſtituuntur ipſo iure per legem, non tamen poſſunt adminiſtrare, niſi ſatiſdent. l. 5. ff. de lege. tuto.

Tutor antequam adminiſtret, debet res accipere per decretum Iudicis, facere inuentarium, & iurare. ibid. glo.

Tutores nō poſſunt adminiſtrare, niſi illis adminiſtratio decernat̄. l. 6. ff. de aucto. & cōſe. tuto. tamen adminiſtratio facta per tutorem malè creatus tenet, & valida eſt. Papon. libr. 15. titu. 5. arreſt 5.

Per proceſſum criminalem incoatum contra tutorē, vel alium adminiſtratorē, non interdicit̄ ſibi adminiſtratio. l. 45. ff. de ſolu. & libe.

Tutor, qui librum rationum nō fecit præſumitur in dolo, & contra eum iuratur in litem, ſed qualiter debeat ſe gerere in libro rationum conſcribendo, vide Afflict. deciſ. 360.

Frater bona communia adminiſtrans, videtur proprio nomine regere. Afflic. deciſ. 360. n. 7.

Tutor ſimpliciter contrahens ſuper iure pertinente ad pupillos, intelligitur contrahere tutorio nomine. Gramma. deciſ. 103. nu. 76. l. 5. §. tutor. ff. quando ex facto tutoris.

Tutores, & curatores nullum ſalarium cōſequi poſſunt, præter expenſas ſumptuum, niſi eis eſſet cōſtitutū à Iudice, qđ Iudex facere pōt. Guid. Pap. q. 68. vide Bar. in l. 9. ff. de tutelis.

Tutor vendens tutorio nomine nō tenetur de euictione, ſi ex cauſa neceſſaria alienauerit, ſed ſi alienauerit ſine neceſsitate, vel nomine proprio promiſerit tenet̄. Boer. deciſ. 80.

Tutela abſentis finita, tutor tenetur reſtituere bona proximioribus: quia abſentia longa æquiparatur morti. Boer. deciſ. 88.

Iudicium agitatum, poſt pupilli pubertatē tutorio nomine, ſi de defectu opponatur finitæ

tutelæ,

tutelæ,&t in vim coniunctæ pſonę non valet. Marc.q.99.part.2. ſecùs ſi eã eſſet cępta ante finitam tutelã,& non adhuc finitã,vide ibid.

Aliena negotia adminiſtrãs tenetur facere ea, quæ pro ſe faceret. Rot.Genu.decıſ.1.nu.39. & rationem reddere.ibid.deciſ.20.

Adminiſtratio ſimpliciter conceſſa intelligitur inſolidum. Rot.Genu.deciſ.59.nu.4.

Teſtõ tutor datus põt ſine adiuncti conſenſu pcuratorẽ cõſtituere.Iac.Put.deci.414.lib.1.

Adminiſtrator,& eius hæredes tenenť de neglectis,& omiſsis, & ad debitũ nõ exactũ,ſi debitor effectus eſt nõ ſoluendo tpe eius adminiſtrationis.Borg.Caual.deci.9.de contract.

Si tutor in accuſatione falſi teſtamenti ſuccumbat, facit pupillum perdere hæreditatem, quę applicatur fiſco: ſed ipſe tutor, vel curator tenetur erga pupillum actione tutelæ, ad ſatiſfaciendum omne damnum paſſum ob talem accuſationem. l. 2. C. de his, quibus vt indig. hæred. aufe.

Cum vnus ex pluribus tutoribus (quia cæteri non erant ſoluendo) conuenitur eo poſtulante omnes ad eundem Iudicem remittuntur. l. fin. ff. de quib. reb. ad eand. iudi. eat.

De eo, quod quis gerit antequam naſcatur poſthumus, tenetur actione nego. geſt. ſi verò poſt eum natum gerat, in actione tutelæ deuoluitur. l. 19. §. teſtamento. ff. de teſtamen. tutel.

Tutor datus cauſa notitiæ tenetur, ſicut alius. l. 32. §. idem. ff. eod.

Debitum ex alia cauſa deuoluitur in actione tutelæ. l. quinta §. debitor. ff. de adminiſtr. & peric. tuto.

Si tutor permittat expirare actionem temporalem, quam pupillus contra ipſum habet, efficitur perpetua actio tutelæ; quia à ſe exigere debuerat tutor, ſicut ab alijs. l. 10. §. ſi temporali. ff. eod.

Cum curarore, vel procuratore etiam mandante adminiſtrationem agi poteſt. l. 27. ff. de adminiſtr. & peric. tuto.

Donec plures gerunt ex officio publicō tenen-

tur inſolidum:ſecùs cùm incipiant gerere ex priuato.l.32.ff.eod.

Per actionem propoſitam contra tutorem,non tollitur actio contra curatores,niſi quatenus èſt exactum.l.40.§.adoleſcens.ff.de adminiſt. & peric.tuto. vel curat.

Licèt vni ſit relicta liberatio reddendarū rationū, nihilominus pupillus pôt conuenire aliū ex perſona illius,cui erat relicta liberatio , ſi eum ſuſpectum facere neglexerit.l.42.ff.eod.

Per receptionem vſurarum pupillus non perdit priuilegium.l.45.ff.eod.

Apochæ tutorum debitoribus datæ fidem faciunt contra pupillum,licèt ipſe contra tutorem habeat regreſſum.l.47.§.tutelę iudicio.ff. de adminiſtra.& peric.tuto.

Pupillus tenetur ex culpa tutoris quatenus factus eſt locupletior, & etiam vltra , ſi tutor eſt ſoluendo ; ſed liberatur cedendo actionem.l.fin.ff.eod.

Tutor à pupillo tutelæ actione conuentus,ſumptus in alimētis, ac diſciplinis eius factos,ab eo ſecundum vires facultatis ſuę ſibi poterit imputare , non vltra , etiam ſi immoderata taxatio fuerit facta per Iudicem , vel teſtatorē.l. 2.ff.vbi pupil.educ. vel mora. debe. & ibi per totum tit.

Tutor tenetur erga pupillum ad expenſas paſſas per ipſum pupillum, temeritate ipſius tutoris adminiſtrantis. l. 80. §. etiam de leg.2.

Licèt tutor habeat adminiſtrationem rerum pupilli : ſi tamen ſurripiat rem pupilli , tenetur actione furti, & tutelæ.l.33.ff.de furtis .

Tutela ratione naturali introducta eſt , qua finita redditur ratio adminiſtrationis , & qualiter differant actio tutelæ,& actio de rationibus diſtrahendis , vide gloſſ.in §.fin. inſtitu.de attil.tuto.

Actio tutelæ eſt bonæ fidei.§. actionum autem, inſtitu.de actio.

Condēnatus actione tutelæ directa efficit̄ infamis. §.ex quibuſdā,inſtit.de pęn.teme. litig.

Vide de materia per Azo. in ſumma tit. C. de adminiſt.tuto. & cura.

Vide etiam in duobus tit.prox.præced.

De redditione rationum omnium adminiſtratorum rerum alienarum.

INterpellatus nō reddens rationem tenetur ad intereſſe, ſed abſque interpellatione non tenetur. Rot.Genu.deciſ.163.niſi certo tempore ad ipſam reddendam eſſet obligatus. ibi.deci.164.nu.17.

Obligatus ad reddendam rationem debet ſaltem ſummā,quàm penes ſe habet certā ſoluere; aliàs tenet̄ ad intereſſe.ead.Rot.deci.164.

Redditio rationis eſt de iure diuino.ibid.deciſ. 165. & reddere rationem eſt quid indiuiduum.ibi.nu.8.

Amicus in adminiſtratorem electus , tenetur quidem adminiſtrationis ſuæ reddere rationem; ſed vt ſolitus eſt de rebus ſuis; adeò vt ſi librum de rebus ſuis nō faciat , non teneat̄ etiam in adminiſtratione rei alterius. Iacob. Put.deciſ.324.lib.3.

Oēs adminiſtratores , & negotiatores alienarū rerum, tenētur librum rationem facere: aliàs contra ipſos adminiſtratores iuratur in litē. Paul.Aemil.deciſ.157.par.2.Gaſp.Cabal.milleloq.73. fallit,ſi vtilius eſſet ei, cuius res adminiſtrantur librum rationem non confici. Cabal.ibi.milleloq.73 .etiam tenentur rationē reddere. Aug.Berq.q.15. & reliqua ſoluere. Rot. Genu. deciſ. 27. 53. 59. 81. 98. 163. 164.& 187.

In libris rationum debent omnia ſigillatim clarè,& ſpecificè deſcribi tam in receptis,quàm in impoſitis,debent enim nominatim continere receptum, cui datum , & quantū,ex qua cauſa.& qua die.Cabal.ibi.

Etiam hæredes eorum, qui adminiſtrarunt aliquid , tenent̄ ad reddendā rationē. Vera. d. deciſ.157.nu.2. Rot. Genu.deciſ.27.53.& 59.

Adminiſtrator tenetur edere librū adminiſtrationis.idem Vera.ibi nu.3.

Hęc verba,rationē reddere quatuor continent, nempe codices edi , calculum poni , reliqua reddi,culpam purgare ſolutione eius , ꝙ debetur. Gaſp. Cabal.milleloq.73. vide Raud. tract. de Analo.c.6.lib.1.nu.25. D.Sol.in ſuis cōment.in antiq.cōſtitutio.gl.3.ſuper 1. part. decreti,quittationē tit.de minorib.n.41.Dec. conſ.110.Nat.cōſ.133.Rol.cōſ.49.vol.1.Caſſa. in conſuetu. Burg. tit. *des enfans*. rub.6.§.6.gl. 5. Rot. Genu. deciſ.117.163. 164.165.& 191.

Obligatus ad reddendā rationē tenet̄ probare, ꝙ in illis libris ſcripſit ſe geſiſſe,vel impēdiſſe vera eſſe,ſicut in rōnario ſcripta ſunt,ſi in dubio reuocent̄ ; ſed vide Cabal.d.milleloq.73.

Hæres adminiſtratoris,& tutoris tenet̄ reddere adminiſtrationis rōnē,& exhibere libros,nec ſtat̄ eius iurō, de illis nō repertis in hæreditate,qm̄ præſumptio violenta eſt cōtra eū, non cōfeciſſe inuētariū, aut promiſiſſet reſtituere oēs libros,vel eſſet condēnatus ad oēs libros exhibēdos.Borg. Caual.deciſ.9. de contract.

Adminiſtrator, & eius hæres tenētur de neglectis,& omiſſis,& ad debita nō exacta, ſi debitores ſunt effecti nō ſoluēdo tēpore adminiſtrationis.Borg.ib.d.dec.9.nā adminiſtrator,

qui

qui nõ exigit debita non fallita, ſi ſua negligẽtia efficiant poſtea fallita, & inexigibilia, tenetur de ſuo reſarcire, & aſſerenti eſſe exigibilia à principio incumbit onus probãdi. Borg.deciſ.13.de contract.par.2.nu.10.

Procurator ad negotia, & eius hæres tenetur reddere rationem; ſicut quilibet alius admi niſtrator. Mago.deciſ.42.Rot.Flor.

Redditio rationum quomodo fieri debeat, & multa alia de materia, vide per D.Sol.in ſuis comment.in antiq.conſtitu.gl.3.ſuper 1.par. decreti, quittationem tit.de minorib.fol.97. Menoch.de arbit.lib.2.caſ.209.Dec.cõſ.110.

Adminiſtrator omnis (tutore excepto) ante finem officij conueniri poteſt. D.Sol.glo.2. ſuper 1.part. d. decreti, quittationem titu.de minorib.fol.96.& Pet.Gerar.ſing.84.

Tutor, procurator, curator, & alij huiuſmodi finito officio ſponte redditionem rationis offerre tenentur, & eorum hæredes iuuantur præſcriptione annorum 30. idem D. Sol. d. gloſſ.2.num.6. vide ſupra titu. prox.præced. alij autem adminiſtratores ſat eſt, quòd rationem reddant dum interpellantur. idem ibid. in fine.

Qui teneantur rationes reddere, & quid in reddendis rationib.obſeruandũ, vide Menoch. de arbit.lib.2.caſ.209. Rol.conſi.49.vol.1.

Frater maior natu debet reddere rationẽ adminiſtrationis hæreditatis indiuiſæ. Dec. conſi.255.Pet. & Gerar.ſing.84.

Promittens tenere bonum cõputum, & reddere bonam rõnem adminiſtrationis, tenetur ẽt de leuiſſima culpa.Dec.conſi.274.num.4.

Filiusfam.qui viuo patre adminiſtrauit, tenetur poſt mortem patris reddere rationẽ fratrib. de adminiſtratione.Per. Gerar.ſing.84.

Gerens negotia aliena tenetur reddere rationẽ ſuæ adminiſtrationis, & ſoluere intereſſe ob nõ executum ordinem acceptatum.Rot. Genu.deciſ.24. & deciſ.81.

Ille, ad quem bona alterius peruenerunt, tenetur reddere rationem de adminiſtratis.Rot. Genu.deciſ. 43.

Qui curam ſuſcepit tenendi rationẽ de aliqua re, vel negotio tenetur de ea, vel de eo, rationem reddere.ead.Rot.deciſ.58. quia promittens tenere rationem de re aliqua tenetur, vt adminiſtrator ibid.d.deciſ.38.

Adminiſtrãs negotia aliena debet reddere rationem, & res ſuæ adminiſtrationis, eiq; incumbit onus probandi id, quod in adminiſtratione geſtum eſt, propterea debet ſcribere, & oſtendere libros rationum.Rot.Gen. deciſ.117. & deciſ.163.

Agens negotium alterius tenetur rationẽ reddere, nec dominium in dubio reuocare poteſt. Rot. Genu deciſio. 149.

Gerens negotia aliena tenetur rationem reddere, non obſtante præſcriptione 30. annorum, quod procedit etiam in hærede gerentis, conceſſa tamen primò reſtitutione in integrum.ead.Rot.deciſ.203.nam ratio adminiſtrationis bonorũ intra 30. annos, & vltra reddi debet.Borg.deciſ.32.nu.17.par.2.

Obligatus reddere rationem de negotio ſibi commiſſo, non dicitur reddere per præſentationem calculi, ſeu computi alieni, cùm in his intelligatur electa induſtra perſonę.Rot. Genu. deciſ.209.

Conſanguinei adminiſtratores non ſunt aſtringendi ad minutam ſpecificationem: tenentur tamen librum rationum facere, & rationem reddere tenentur omnes, quibus aliàs eſſet prælegata liberatio rationum reddendarum: verùm operatur tale legatum, quòd ſcrupuloſa probatio non exigatur.Gaſp.Cabal.milleloq.73.

Liberatio propter rationes redditas data, non extenditur vltra contenta, & deducta in ipſis rationibus, etiam ſi eſſet facta generaliter. Gomez.Leo.deciſ.78. in deciſ. diuerſo.To.2.

Etiam liberatus à rationum redditione conueniri adhuc poteſt, vt reſtituat reliquatum. Menoch. de arbitra.lib.2.caſ.209.nu.25.

De hac liberatione, vide per Caſſa in conſuetu. Burg. tit. *des enfans*. §.6 gl.5.nu.20.

Remiſsio, & liberatio à reddenda ratione adminiſtrationis, & reliquorum fieri poteſt ab eo, cuius negotia geruntur, vel geſta ſunt, ſed ex quibus cenſeatur facta hæc libera io in fratre adminiſtrante bona alterius fratris, vide Auguſt. Bero.q.21.

Idem eſt in adminiſtratione futura, quæ ad dolum non extenditur.ibid.nu.2.

Adminiſtrationis ratio ibi danda eſt, vbi ipſa adminiſtratio facta eſt, vnde habet locum remiſsio ad eum locum. Gom. Leo.deciſ.69. in deciſ.diuerſo. Tom.2.Rot. Genu.deciſ.98.

Obligans ſe ad reddendas rõnes ſuæ adminiſtrationis vbique, tenetur illas reddere in loco domicilij creditoris etiam extra Regnũ commorantis, & hoc verum quo ad ſimplicẽ redditionẽ rõnum: ſecùs ſi ſuper his cõtingeret litigare, vide Io.Pap.lib.15.tit.8.arreſt.1.

Rationes, qui reddere tenetur, quo loco eas reddere teneatur, vide Menoch. de arbitra. lib.2. caſ.468.

Rationes veræ in parte, & in parte falſæ, reſpectu verarum validæ, & ècontrario, & facienda eſt ſeparatio. Rot. Auenio.deciſio.53.in deciſio. diuerſo.Tom.3.

Licèt rationibus credatur vbi minutæ ſunt expẽnſæ, tamen hoc non procedit, vbi ſimul iunctę

iunctæ facerent magnam quantitatem. ibid.

Commiſſarius hæreditatis differens reddere computa de bonis adminiſtratis, quid iuris, vide Ioan.Pap.lib.15.tit.8.arreſt.4.

Ratio ſemel reddita nõ eſt reiteranda,ſi probè reddita ſit: aliàs ſecùs,veluti ſi error interue nerit, vel dolus,tunc enim quittationes redditionum rationũ reſcinduntur,non obſtante iuramento.D.Sol.in ſuis cõment.in antiq. conſtitu.glo.5.ſuper ipſo decreto,quittationem fol.102.Dec.conſi.110.vide Natt.conſi. 39.& 40.Roland.conſi.49.vol.1. Rota Genu. deciſ.81.98 & 165.

Ratio illegitimè, & improbè reddita probatur ex inſpectione librorum inordinatorum, & confuſorum.D.Sol.ibid.nu.12.& 13.

Item ex infideli deſcriptione,ex admiſsione rationum in admiſsibilium, ex breuitate temporis, non viſis omnibus libris rationum, ſi ſequutus fuit minor aſſertionẽ tutoris,ſi non ſit ſeruata forma ſtatuti continentis clauſulam annullatiuam. D.Sol.ibid.nu.14.& Rol. conſil.49. volum.1.

Obligatus reddere rationem infra certum terminum, quid debeat facere, vt non incidat in pęnam,vide Maran.in ſuo ſpec. par.4.diſt. 9.iudic.nu.143.

Contra omittẽtem aliquid deſcribere in libro rationũ,præſumitur dolus, & deceptio. Dec. conſi.11.nu.9.

Particulares poſſunt interuenire,in redditione rationum, quæ exiguntur ab his, qui tractarunt pecunias publicas,pro ſuo publico intereſſe.Natt.conſi.259.

Ratio adminiſtrationis pecuniæ datæ ad traſfigandum reddi debet,ſolùm in fine anni. Ludo.Roma.ſing.121.

Adminiſtratores tenentur inſolidum erga participem. Rot.Genu.deciſ.59.

Scripturę continentes rationes, vt admittãtur, quæ requirantur,vide Rot.Genu.deciſ.86.

Ad reddendam rationem ſoglacia non admittuntur; ſed exhibẽdi ſunt libri.ibid.deciſ.96.

Creditores alicuius non habent actionem petendi redditionem rationis ab adminiſtratore eiuſdem.ead. Rot.deciſ.98.

Vbi conſtat aliquid omiſſum,& nõ ſcripta omnia eſſe, præſumitur cõtra adminiſtratorem, quòd rationem nõ legitimè reddiderit.Rot. Genu.deciſ.173.nu.15.

Adminiſtrator poteſt compẽſare impenſas, vel pro eis agere principaliter. ibid. deciſ.191.

Datur duplex actio contra eum, qui tenetur rationem reddere: quia põt pro certa quantitate ſoluenda conueniri: item ad reddendam ipſam rationem,& ſoluendum reliquatum. Rot.Genu.deciſ.202.

De verborum obligationibus.

REgulariter nemo alteri ſtipulari poteſt,niſi notarius. Gaſp.Cabal.milleloq.452.vide Perilluſ. D.P.Teſſ.deciſ.70.Fely.cõſ.50. Stipulatione notarij acquirit̃ abſenti; imò etiã naſcituro.Boer. deciſ.172.Craue.conſi.19.Dec.conſi.245.ius, & actio perſonalis,& hypothecaria, nulla facta ceſsione, vel ratificatione ſequuta: ſecùs in acquiſitione dominij,vel poſſeſsionis,quę nõ acquiritur,niſi ſequuta ratificatione,pręter in donationibus,vide Ozaſ.deciſ.33.Affl. deciſ.135.Hiero.Mago.deciſ.57.Rot.Floren. Rolan.conſi.19.vol.1.vide tamen Dec.conſi. 226.Bar.in l.17.§.eorum.ff. de exceptio.& in l.3.C. de tabul. lib.10.

Notarij,aut partis ſtipulatione,& acceptilatione intercedente, ius acquiſitum irreuocabiliter dicitur. Ozaſ.deciſ.85.ſed qualiter debeat notarius concipere ſtipulationem pro abſente,vide per Capic.deciſ.73. Bar.in l.17. ff. de adoptio.

Notarius,qui ſtipulatur tanquam notarius, an ſemper præſumatur tanquam perſona publica ſtipulari, & nomine omnium,quorum intereſt,vide Capic.deciſ.73 nu.4.

In iudicijs alteri per alterum quæritur obligatio. Bar.in conſi.71.

Iudex tãquam publicus Officialis poteſt ſtipulari abſenti,vt illi quęratur actio.Capi deciſ. 73.nu.5.Bar.in l.2.ff.rẽ pupil.ſal.for.& in q.6.

Stipulatio interpoſita per notarium ad opus futurum valet.Guid.Pap.q.267.

Iuratus curiæ, qui non eſt notarius haber officiũ de publico perinde, ac ſi eſſet notarius: iõ poteſt abſenti ſtipulari. Guid.Pap.q.317.

Notarius,vel Iudex poteſt ſtipulari pro poſthumis à matre, vel extraneo; non autem à patre.Boer.deciſ.354.ſed ipſe parer filijs naſcituris ſtipulari poteſt:idem in notario.Cabal. milleloq.807.vide Mago.deciſ.57.Rot.Flor.

Amicus alteri amico ſtipulari poteſt, non obſtante Reg. contraria. vide Raud. tracta. de Analog.cap.22.nu.12.

Notarij ſtipulatio nomine omnium, quorum intereſt interpoſita adeò valet, vt ex ea ſine ceſsione ius abſentibus acquiratur. Natt. conſi. 534. nu.8.

Frater fratri ſuo vtiliter põt ſtipulari. Amanel. de Clariſacquis ſing. 147.

Alteri nemò ſtipulari poteſt: fallit fauore dotis,matrimonij, in perſona publica, vt eſt ſacerdos, & qñ ſtatutum Ciuitatis hoc permitteret.Marc.de Mant.ſing.120.vide Bar.in l.1. §.huius ſtudij.ff. de Iuſtit.& iure.

Etiam

Etiam extraneus poteſt acceptare pro abſente, & valet actus ſequuta ratihabitione, Crau. conſilio. 261.

Stipulari alteri quis poteſt, ſi ſtipulatur ſibi recipienti nomine alterius: item poteſt, qñ ſua intereſt. Bar. in l. 86. de legat. 1.

Alteri ꝑ alterũ in mutuo, & actu naturali quæritur actio. Bar. in l. 4. C. ſi cer. pet. & in l. certi condictio. §. ſi nummos. ff. eod.

Licèt ſtipulari alteri nemo poſsit: tamen per ſtipulationem appoſitã ſuper re mea alteri quæritur actio vtilis, & de alijs limitationib. ad Reg. vide Bar. in l. certi condictio §. quoniam, ff. ſi cert pet. & in l. ſtipulatio iſta. §. alteri. ff. de verbo. oblig.

Stipulatio ꝓcuratoris ſuper re domini, in dubio intelligitur facta procuratorio nomine, & ad dñi intereſſe refert. l. 14. ff. ſi qs cautio.

Auus paternus, poteſt ſtipulari dotẽ reddi nepotibus ſuis, mortua filia in matrimonio. l. 7. C. de pact.

Ex ſtipulatione tutoris ſuper re pupilli, illi quæritur vtilis actio. l. 2. C. qñ ex facto tutoris.

Adiecto in ſtipulatione, ſi nõ acquiritur, nec ẽt acquirit non adiecto, quis illi poſſet acquiri, ſi eſſet nominatus. l. 30. ff. de ſtipula. ſeruo.

Licèt ſtipulatio ſerui, vel filij conferatur in tempus exiſtentiæ ſui iuris: nihilominus patri, vel domino acquiritur obligatio. l. fin. ff. eod.

Verbum, promitto (præſertim in inſtrumentis ſcriptũ) importat ſtipulationem. §. ſi ſcriptũ, inſtitu. de inutil. ſtipul. Ozaſ. deciſ. Pedemon. 98. nu. 8. vide Afflict. deciſ. 120. Bar. in l. 154. §. idem. ff. de verbo. oblig. l. 1. C. de dot. promiſsio. & nud. pollicita. limita, vt per Ozaſc. d. deciſio. 98 nu. 13.

Verbum, promiſit imperſonaliter coram notario, & Iudice, cenſetur prolatum pro habentibus intereſſe. Mago. deciſ. 39. Rot. Flore.

Verbum, conuenit licèt in inſtrumẽto publico ſcribatur, non importat ſtipulationẽ; ſed pactum nudum; tñ ſi reperiatur apud acta, ſtipulationem importat. Fran. Crem. ſing. 140. vide Bar. in l. lecta. ff. ſi cert. pet. num. 10. & 11. nam promiſsio facta in iudicio præſumitur cum ſtipulatione. Bald. ſing. 3.

Si in inſtrumento habeatur partes fuiſſe præſentes, promiſsio, & ſtipulatio præſumuntur. gl. in §. item verborum, inſtitu. de inutil. ſtipul.

In ſtipulationibus ſolemnitas intrinſeca præſumitur: ideò ſi ſcriptum reperiatur aliquem fideiuſsiſſe, vel promiſiſſe, ex vi verborũ præſumitur ſtipulatio ꝓceſsiſſe. §. ſi. inſti. de fideiuſſo. Azo in ſumma titu. C. de probat. nu. 11.

Iuramentum ſtipulationem operatur pro abſente. Afflic. deciſ. 135. vide Rol. conſi. 19. vol. 1. & facit, vt obligatio facta erga abſentem efficiatur irreuocabilis, etiam nõdum acceptata. Mago. deciſ. 39. Rot. Floren. Menoch. conſi. 371. nu. 16.

Confeſsio extraiudicium facta nõ inducit obligationem, etiam interueniente ſtipulatione. Guid. Pap. q. 176. ſed quid, ſi interuenerit iuramentum, vide ibid.

Stipulatio ſine ceſsione alteri per alterum qđ operetur, vide Afflict. deciſ. 94.

Iuramentum interpoſitum ſuper ſtipulatione inualida facit eam valere, vt poteſt. Bart. in l. 1. 5. ſi quis ita. ff. de verb. oblig.

Pactum de ſe obligando, operatur obligationẽ de præſenti. Boer. deciſ. 3. nu. 3 ſed vide ibid.

Spes rei, vel perſonæ facit valere ſtipulationẽ; ſed interim diſpoſitio dicitur cõditionalis. Boer. deciſ. 172.

Stipulatio bis ſuper eodem concepta, licèt non obliget promiſſorem amplius quàm ſemel: attamen ſi prima pacto, vel ꝓſcriptione fuerit ſublata, agi poterit ex ſecunda. DD. de Rot. deciſ. 23. tit. de appella. in antiq.

Per epiſtolam non poteſt contrahi ſtipulatio. Rot. Genu. deciſ. 2. nu. 15. ſed bene probat l. 58. ff. de donat. int. vir. & vxo.

Clauſula, vt actus valeat omni meliori modo, qđ operetur, vide Rot. Genu. deciſ. 18. nu. 10.

Stipulatio intelligitur ſecundum naturã actus, ſeu negotij ſuper qua interponitur. Gaſp. Cabal. millel oq. 344. Dec. conſi. 86. nu. 4. Bar. in l. 6. C. de tranſact. nu. 6.

Stipulatio interpoſita ſuper cõtractu emptionis, ſocietatis, & ſimilium, an impediat actionem oriri ex eo contractu, ex quo dantur duæ actiones, quarum vna eſt bonæ fidei, alia ſtricti iuris. Bar. in l. 15. ff. ſi cer. pet. nu. 9.

Stipulatio ſimplex limitatur ſecundum naturã ꝑcedentis contractus. Bar. in l. 41. ff. ſol. matr.

Stipulatio alteri acceſſoria aſſumit ſibi naturã eius, cui accedit. l. 10. §. qui iniuriarum. ff. ſi quis cautionibus. & limitatur ſecundum naturam ſui principalis. l. 59. delegat. 1.

Si emptio fuerit ſtipulatione valata, ab ea nudo conſenſu non receditur. l. emptor. ff. de pact.

Stipulatio, per quam nouatur actio iudicati, nõ habet paratam executionẽ. l. 40. ff. de minor. 25. ann. ſed ex ipſa ſtipulatione agi oportet via ordinaria. l. 2. C. de except. rei iudi.

Diſpoſitum in principali, in augmento intelligitur tacitè repetitum, etiam in obligatione verbali. l. 8. C. de iure dot.

In dote fingitur ſtipulatio, l. vnica. §. 7. C. de rei vxo actio.

Quando ſubijcitur ſtipulatio obligationi mutui, tunc ſtipulatio eſt vtilis, & ex ea agitur, & non ex numeratione. l. 6. 5. fin. & 17. ff. de nouatio. & delegat. ergo hoc in caſu nõ erit

locus

locus exceptioni non numeratæ pecuniæ. gl. ſ. in l. 2. §. fin. ff. ſi cert. pet. contrarium tamen ſcribit Bar. in l. 8. antiq. lect. C. de nõ nu. pecu.

Teſtis deponens de ſtipulatione reddens rationem; quia audiuit interrogari, & reſpontionẽ ſequi, ꝓbat. Gaſp. Cabal. milleloq. 357.

Promiſsio per teſtes probata, an ſit ſtipulatio, vel pactum nudum, vide Afflic. deciſ. 120.

Verbum, promitto, prolatum à teſte non intelligitur per ſtipulationem, niſi probetur interrogationem præceſsiſſe, ſecus ſi per ſcripturam. Bar. in l. 1. C. de vſuris.

Stipulationem allegans debet probare ſolẽnia interceſsiſſe, quando ſtipulatio probãda eſt per teſtes. Bar. in l. 28. ff. de pact. nu. 19.

Stipulatio facta à patre filio cenſetur facta, vt hæredi futuro. Gaſp. Cabal. milleloq. 494.

Ex ſtipulatu datur actio, quæ ex verborum obligatione naſcitur, & datur illi, qui ſtipulatus fuit ſibi aliquid dari, vel fieri ab alio, vt illud adimpleatur, quando non eſt omnino certitudo de re, quæ eſt promiſſa per ſtipulationem: quia ſi eſſet certitudo daretur certi cõdictio. vide Ioan. Criſp. de Mont. in ſuo tract. termi. actio. num. 164. poſt volumen Iaſ. de actio. nam ex ſtipulatione continente certũ oritur certi condictio. l. 24. ff. ſi cert. pet.

Licèt aliàs ſtipulatio ſine cauſa non valeat: tamen ſi eſt inſtrumentum liquidum, etiam qđ in ſe non contineat cauſam poteſt liquidari, & exequi. Maran. in ſuo ſpec. part. 6. titu. de product. inſtrumen. nu. 17.

Et contra inſtrumentum publicum, non poteſt opponi, quòd ſtipulatio ſit ſine cauſa. Dec. conſi. 682. nu. 5.

Cauſa an requiratur in ſtipulatione, vide Bar. in l. 13. C. de non nume. pecun. & in l. 1. ff. de interrog. actio. nu. 10.

Stipulatio facta ſine cauſa à ſciente, an habeat in ſe tacitam cauſam donationis, vide Bar. in l. 16. ff. de donatio. & in l. 2. §. circa. ff. de dol. mal. exceptio.

Stipulatio celebrata ſine cauſa, vel ſub ſpe futuræ numerationis, quæ poſtea nõ eſt ſequuta, videtur dolo committi: ideò creditor petẽs vſque ad litem conteſtatam, vr̃ dolo facere, & exceptione ipſius doli repellitur, etiam ſi ab initio bonam fidem habuerit. l. 2. §. circa primam. ff. de dol. mal. except.

Interrogationi factæ de vna ſpecie, ſi reſpondeatur de duabus copulatiuè, adiectio alterius ſpeciei habetur pro ſuperuacua. Math. Matheſ. ſing. 27.

Stipulatio debet fieri vtroque loquente; ſed nõ vtroque vidente. Fran. Cremen. ſing. 47. quia viſus non eſt de ſubſtantia ſtipulationis. Pet. de Raue. ſing. 787.

Etiam in contractibus per ſtipulationem poteſt fieri ſubſtitutio. Craue. conſi. 19.

Verba debent impropriari (etiam in odioſis) in his, quæ ſunt ſtricti iuris, ne actus corruat. Craue. conſi. 222. num. 8. vide ibid. conſi. 278.

Quando quis conſtituit ſe ſoluturum pro alio per ſtipulationem non requiritur, vt præcedat debitum; quia tunc ſufficit ſtipulatio: ſecùs quando nudo pacto ſe conſtituit. Bar. in l. 1. C. de conſtitu. pecun.

Stipulatio ficta nõ requirit ſolemnitatẽ verborum. Bart. in l. vnica. nũ. 4. C. de rei vxo. actio.

Stipulatio valet licèt dies omittatur, & intelligitur de die, qua Iudex moderabitur fauendo actori. Bar. in l. 8. ff. qui ſatiſd. coga.

Stipulatio tollitr̃ ꝑ aliã ſtipulationẽ, ſi hoc agatr̃. Bart. in l. 28. §. pactus ne peteret. ff. de pactis.

Ius in ſtipulationibus, factum in pactis, quãdo dicantur verſari, vide Bar. ibid. nu. 17.

Actio, quæ oritur ex numeratione de facili nouatur, & tollitr̃ per ſtipulationem ſequentem, vel ꝓcedentem. Bart. in l. 15. ff. ſi cer. pet. nu. 8.

Stipulatio vitiatur, quãdo aliquid additur, vel detrahitur de eo, quod erat poſitum in interrogatione. Bar. in ſuo tract. de fluminibus, & de alueo nu. 12.

Obligatio ciuilis conſiſtit hodie inter patrem, & filium in aduentitijs. Barto. in l. 4. C. de pactis conuentis.

Promiſſum meretrici, poteſt peti. Bart. in l. 4. ff. de condict. ob turp. cau.

In arrogatione impuberis fingitur ſtipulatio, vbi non eſt. l. 19. ff. de adoptio. idem in dote. l. vnica. §. 1. C. de rei vxor. act. vide ſupra titu. de iure dot.

In ſtipulationibus facti diuidui in præparatorijs iudiciorum, ſi pro parte factum non impleatur, cõmittitur ſtipulatio pœnalis inſolidum mero iure: ſed pro parte, pro qua fuit impleta ſtipulatio obſtat de æquitate exceptio. l. 9. §. ſi plurimum. ff. ſi quis cautionibus.

Si præcedat interrogatio, & ſequatur reſpõſio, præſumitur ſtipulatio, niſi ꝓbetur contrariũ. l. iuriſgentium. §. quod ferè. ff. de pact.

Debitum ex vna cauſa poteſt per ſtipulationẽ in aliam mutari; non ſimplici confeſsione, vel nudo pacto. l. 6. C. ſi cert. pet.

Per ſtipulationem nouandi animo factam prima tollitur, vel eliditur, ſi ſequens committatur, vel cõmitti poſſe ſperetur; aliàs ſecùs. l. 31. §. qui pecuniam. ff. de pact.

Conuentio nuda non ſufficit ad agendum, niſi veſtiatur traditione, vel ſtipulatione. l. diuiſionis. & l. in traditionibus. ff. eod.

Stipulatio eſt cõtractus ſecundum textum; ſed impropriè ſecundum gl. in l. vnic. C. vt actio. ab hæred. & contra hæred.

Vbi nudum pactum nõ ſufficit ſtipulatio prodeſt. l. 27. C. locati.

Tranſpoſitio verborum non vitiat cõtractum, neq; vltimam voluntatẽ; ſicut ratione præpoſteræ ſtipulationis, non vitiatur ipſa ſtipulatio. l. 25. C. de teſtamentis.

Si compromiſſum eſt ſtipulatione valatũ abſq; adiectione pœnæ, arbiter cogitur ſentẽtiam dicere. l. 32. §. fin. ff. de recept. arbitr.

Pupillus poteſt ſibi ſtipulari ſine tutore; ſed nõ actionẽ remittere. l. 1. C. de aucto. præſtan. & ſtipulatio pœnalis teſtatoris committitur in ſolidum contra omnes hæredes, vno hærede contra ſtipulationem faciente. l. 26. §. in illa quoque. ff famil. ercifc. tamen ſtipulatio facti diuidui contra hæredem contrafacientem tantùm cõmittitur. l. 45. §. ſi quis. ff. fam. ercif.

Stipulatio conditionalis obligationem præcedentem purã ſuſpendit, & eam nouat in conditionis euentum. l. 36. ff. ſi cert. pet.

Qui alterius obligationẽ ſub ſtipulatione ſuſcepit ſoluere cogitur, licèt ille, ꝓ quo promiſit ei non ſatisfaciat: quia non debet quis fidem rumpere, licèt ſibi ab alio rumpatur. l. 5. C. de nouat. & delega.

Pœnalis ſtipulatio appoſita circa id, quod de iure poteſt fieri, non committitur, ſi de facto tantùm fiat: ſecùs ſi non poterat fieri, niſi de facto. l. 6. ff. de ſeru. export.

Patre patiente ſtipulari filium perficitur donatio. l. 35. ff. de donatio.

Obligatio verbis contrahitur ex interrogatione, & reſponſione cùm quid dari, fieriuè nobis ſtipulamur: ſed aut ꝓprio nomine quis obligatur; aut alieno, qui aũt alieno, fideiuſſor vocatur. l. 1. §. verbis ff. de actio. & obliga.

Furioſus neque ſtipulari, neq; promittere poteſt: idem in muto, & omnino ſurdo, cùm ad cõtrahendam ſtipulationẽ, requiratur verus auditus, & non coniecturata ſcientia, ſeu intelligentia. l. 1. §. furioſum. ff. de act. & obliga.

Qui loqui poteſt creditur, & ſtipulari, & ꝓmittere rectè poſſe. ibid.

Verborum obligatio conſtat, ſi inter cõtrahentes id agatur: nec enim ſi per iocum, vel demõſtrandi intellectus cauſa ego dixero tibi ſpondes, & tu reſpondeas, ſpondeo, naſcetur obligatio. l. 3. §. verborum. ff. eod.

Cùm mihi, vel Titio aliquid ſtipulor, facta ſolutione Titio ſequit̃ liberatio ope exceptionis. l. 43. §. acceſsio. ff. de actio. & oblig.

Si ita ſtipulatus ſum, ſi fundum nõ dederis, vel aliud certum non feceris, centum mihi dare ſpondes: tunc ſola centum ſunt in ſtipulatione; in exolutione fundus. l. fin. §. penult. ff. de actio. & oblig.

In ſtipulationibus ambigua oratio interpretatur contra ſtipulatorem. l. 27. ff. de reb. dub. vide l. 35. ff. de reg. iur.

Subſtantia ſtipulationis puræ, vel cõditionalis nõ põt eſſe impẽdenti. l. 26. ff. de ſtipul. ſeruo.

Clauſula doli ſubiecta in ſtipulatione, refertur ad incognita, & ad omiſſa. l. 22. §. ſi in ſtipulatione. ff. rem rat. haber.

In ſtipulationibus id tempus ſpectamus, quo contrahitur. Reg. 187.

Si plures res copulatæ in ſtipulatum deducantur, cenſentur eſſe tot ſtipulationes, quot res. §. quoties. inſtitu. verb. oblig.

De ſtipulationibus pœnalibus.

Pœna partiũ conuentione adiecta committitur, etiam ſi non interſit. Ozaſ. deciſ. Ped. 66. nu. 9. & deciſ. 70. nu. 7. & 11.

Fallit in ſtipulatione iudicio ſiſti; quia tunc ita demum committitur, ſi interſit. Ozaſ. ibid.

Intereſſe quando inſpiciatur in pœnalibus ſtipulationibus, & de eo ratio habeatur, vide Ozaſ. in d. deciſ. 70. nu. 14.

Pœna facto adiecta de iure debetur: tñ de ſtylo Sacri Concilij pars ad ipſam non condẽnatur, niſi quatenus intereſſe concurrat, & ipſe ſtylus habet in Regno vim legis, & ita fuit judicatum. Afflic. deciſ. 135. vide tñ Gram. deciſ. 58. nu. 6. Fran. Marc. q. 418. Iaſ. de actio. §. oẽs autem, nu. 13. & Bar. in l. 15. C. de vſuris.

Pœnæ iuris Ciuilis poſſunt in foro conſcientiæ à cõmittente licitè retineri, niſi inquantum contineant intereſſe partis, & niſi ſit pœna, q̃ infligat̃ ipſo iure abſq; ſnĩa Iudicis: fiſcus tñ põt exigere, & retinere pœnã cum bona conſcientia. Iaff. Lanf. Balb. deciſ. 217. vide Anto. Corſer. in ſuis ſing. litera P. ſing. pœna. nu. 14.

Pęna qñ ẽt ĩ foro poli exigi poſsit, vide Rebuf. in ſuis cõment. tract. de arbit. art. 1. gl. 5. n. 18.

Pręſumptio fraudis vſurarum eſt in pœna obligationi quantitatis addiecta. l. 14. §. idem. ff. de actio. empt. Afflic. deciſ. 135. vide Marc. q. 411. Gram. deciſ. 58. num. 6. Iaſ. de actio. in §. omnes autem. nu. 13. Bar. in l. 15. C. de vſuris. & in l. ſtipulatio iſta. §. alteri ſtipulari, nu. 11. ff. de verbo. oblig. & ideò ipſa pœna non debetur, ſed quid, ſi à Iudice, vel ſtatuto adiecta ſit, vide Excel. P. Teſſau. deciſ. 76.

Pœna in contractu, & compromiſſo qñ eſt promiſſa, an debeat̃, vt exigi poſsit, & an poſsit pœna, & intereſſe exigi, vide Borg. Caual. deciſ. 25. de contract. par. 2. nu. 27.

Qñ Pęna cõcurrit cũ intereſſe, tunc poteſt peti pęna, & intereſſe, ſi intereſſe eſt plus, quàm pœna; ſin autem minus, pœna peti poteſt. idem Borg. Caual. deciſio. 26. par. 2. num. 33.

imò pœna conuentionalis non poteſt excedere intereſſe. Ioan. Pap. lib. 12. tit. 9. arreſt. 1. nam pęna conuentionalis hodie non exigitur, niſi quatenus cum intereſſe concurrit: fallit in pœna applicanda fiſco. Maran. in ſuo ſpec. diſput. 7. nu. 26.

Ipſa pęna conuentionalis quanta eſſe poſsit, & an tota exigi valeat, vide Menoch. de arbitr. lib. 2. caſ. 255.

An in pęna conuentionali detur actio contra hæredem contrauentoris, vide Mago. deciſ. 46. nu. 14. Rot. Floren.

Impleri contractus, vel pactum dicitur cùm pęnæ ſolutio fit. Crauet. conſi. 1. pro gentrò, nu. 20. ſed ſi vltra interſit, quàm ſit pęna, quid iuris, vide Craue. ibid. nu. 28 r.

Religioſi poſſunt petere pęnam conuentionalem. c. 4. & ibid. glo. ext. de arbitris.

Quando in ſolutione pęnæ habeat locum doli exceptio, vide Bart. in l. 14. §. idem Papinianus. ff. de actio. empt.

Pęna adiecta pacto nudo non exigitur, niſi interſit: ſecùs ſi ſtipulationi. Barto. in l. ſtipulatio. §. alteri ſtipulari, nu. 6. ff. de verbo. oblig. l. 7. ff. de ſeru. expor.

Pęna in obligatione quantitatis non poteſt eſſe maior ſorte, niſi datio conferatur in perſonam alterius: quia tunc non eſt mera datio; ſed habet naturã obligationis facti. Bar. in l. 98. §. qui ſtipulatur. ff. de ſolutio. & libera.

In pęnis non inſpicimus intereſſe, quãdo offenditur is, cui pœna fuit promiſſa. l. 43. ff. de recep. arbitr.

Pœna, in quam defunctus incidit, poteſt exigi ab hærede, & commiſsio pœnę nõ impedit, quin poſsint peti pęna, & intereſſe, vide l. 48. ff. de actio. empt.

Ad validitatem ſtipulationis pęnalis nõ attenditur, an interſit ſtipulatoris, & qualiter hæc ſtipulatio concipiatur, vide glo. in §. alteri ſtipulari, inſtitu. de inutil. ſtipula.

De eo, qui promiſit cautionem idoneam intra certum tempus præſtare ſub pęna, an ſi iurauerit ſe exactiſsimã feciſſe diligentiã reperiẽdi fideiuſſores, quos reperire non potuit, pęna effectũ ſuũ ſortiat̃, vide Ozaſ. deciſ. 70.

Stipulatio pęnalis merè conuentionalis, quæ dicatur, vide ibid. nu. 12.

Promittens factum alienum ſub pœna, an excuſetur à pœna, ſi fecerit quod in ſe eſt, vide Marant. in ſuo ſpec. diſt. 7. fol. 583.

Vir, ꝙ ſe ratificaturum promiſit vxorem cũ pęna excuſatur, ſi fecerit quod potuit non obſtante iuramento. Afflic. deciſ. 295. ideò promittens factum, quod ſine culpa ſua non potuit implere, excuſatur à pœna; difficultas enim excuſat ab illa. Afflict. ibidem vide Maran. in ſuo ſpec. diſputa. 7. nu. 16. Bart. in l. 137. ff. de verb. oblig.

Obligatus ad aliquid faciendum ſub certa pęna, non incurrit in illam propter ſcientiam, niſi illi facta intimatione. Mohed. deciſ. 196.

Pœnalis clauſula quantumcunque poſsibilis, ſi diſpoſitioni impoſsibili adiungatur, non tenet. DD. de Rota deci. 10. de teſtam. in antiq.

Obligatione principali ſublata, nõ corruit obligatio pœnæ, vide tſi Rot. Anen. deciſ. 103.

Legitimũ impedimentũ excuſat à pœnę cõmiſſione. Pap. lib. 12. tit. fi. arreſt. fi. & etiã difficultas pſtationis excuſat à pœna. Bar. conſi. 105.

Promittens, ꝙ minor habebit ratũ certum actũ ſub pœna, non incidit in ipſam, licèt minor petat ſe reſtitui aduerſus talẽ actum. Ludo. Romã. ſing. 557.

Quando is, qui dare, vel facere aliquid tenetur ſtipulatione, vel teſtatoris voluntate, ſtatuti, vel legis diſpoſitione, aut pcepto, vel ſnĩa Iudicis, facere potuiſſe, & debuiſſe dicat̃, vt pœnã incurrat, vide Menoch. de arbitr. caſ. 498.

Pœna appoſita in contractu nõ debetur, ſi per aduerſam partem omnia non ſint obſeruata. Dec. conſi. 380.

Primò contraueniens actui, cui appoſita eſt pœna punitur, non ſecundò contraueniens, & an ſecundò contraueniens pœnam petere poſsit, vide Dec. cõſi. 380. quod vterq; poſsit exigere pœnã adinuicem promiſſam ex conuentione, habetur in c. 7. ex. de pœnis.

In contractib. in quibus vltrò citroq; promittitur pœna, quis non tenetur ad illam cũ effectu, ſi omnia non ſint ſeruata per partẽ. Bar. in l. 56. §. inter. ff. locati.

Abſentia iuſta excuſat quem à pœna legali, nõ autem à pœna conuentionali. Ant. Corſet. in in ſuis ſingularibus litera. P. ſing. pœna. 1.

Minus alia iuſta cauſa excuſat ab ipſa pœna cõuentionali. Hippol. ſing. 598.

Promittens ſub pœna aliquid habere ratũ, non cõmittitur pęna, ſi qs cõtrauenerit de facto: ſecùs ſi pmiſit hr̃e firmũ; quia verbum, ratũ refertur ad ius, verbum, firmũ refertur ad factum. idem Corſet. litera. P. ſing. pœna. 8.

Pœna appoſita in cõuentione committitur ex ſola contrauentione; licèt contrauentio non habuerit effectum. ibid. ſing. pœna. 9.

Debitor liberatur à pœna, qñ per eum nõ ſtat, quin ſoluat. Bar. in l. 1. C. de ſuſcepto. lib. 10.

Difficultas non excuſat ab eo, quod principaliter deuenit in obligationẽ; ſed bene ab eo, qđ deuenit in pœnæ cõmiſsionem. Bar. in l. 4. §. ſi in arbitrium. ff. de dol. mal. except.

Stipulatio pœnalis ſimpliciter interpoſita, an comprehendat factum aliẽnũ, vide Bar. in l. ſtipulatio iſta. §. ſi quis dolum. ff. de verb. obl.

Difficultas ſuperueniens impedit pęnæ commiſsionem. Abb.cõſi.90.lib.1.verſi. venio ad ſecundum.l.10.§.idẽ.ff.ad leg.rhod.de iactu. & hoc in iudicio, arbitrio, & contractibus.l. 4.§.ſi in arbitrũ,& ibi.gl.ff.de dol.mal.excep.

Impeditus impedimento publico,& neceſſario in pęnam non incidit cum effectu. l. 2. ff. ſi quis cautionibus.

Pęna adiecta præcedenti diſpoſitioni impoſsibili, non poteſt cõmitti.l.69.ff. de verb.obli.

Pęnalis ſtipulatio vitiatur ex errore, vel incertitudine, quæ principalem obligationẽ reddit inutilem: aliàs vtilem conuentionẽ pęnalis ſtipulatio ſequit.l.115.ff.de verb.oblig.

Promiſsio facti alieni nõ valet, niſi appoſita ſit pęna.§.verſ.uice.inſtit.de inutil.ſtipula.

Pęnæ contentę in obligatione propter conuẽtionẽ,exactio non fit ad fiſci vtilitatem; niſi accuſata cõtumacia, vel cõtra reũ principalẽ,vel fideiuſſores de repſentãdo. Affl. deci.3.

An pęna appoſita pacto, vel vltimæ voluntati in fauorem fiſci, quæratur per ſtipulationem notarij actio, vt ſtatim debeatur etiã partib. inuitis,quid in Eccleſia, vide Marc.q.411.

Fiſco per ſubditum non quæritur,niſi notarius ipſe ſtipuletur pęnam,& pęna appoſita parti in promiſsione de non offendendo, cuius medietas ſit fiſci, & alia partis,non acquiritur fiſco; niſi notarius ſtipuletur.Bar.in l.47. ff.de recept.arbitr.

Pęna conuentionali debet quis eſſe contentus, legis autem applicabitur fiſco, & qui conſentit pęnam remittit,nec etiam fiſcus petit.l.2. ff. de ſeru. expo.

Aequum eſt eum commodum percipere pęnæ commiſſæ, qui damnum ſuſtinuit,excluſo fiſco.l. fin.ff.de litigio.

Pęna conuentionalis adiecta quantitatis dationi per Iudicis confirmationem,an ſi fiſco ſtipulata fuerit, vti vſuraria debeatur, vide Excel.P.Teſſau.deciſ.98.

Præceptum Iudicis factum debitori de nõn ſoluendo, eum excuſat aduerſus creditorem. Afflict.deciſio.328.

Litigandi iuſta cauſa reum à pęna conuentionali excuſat; non actorẽ. Gram.deciſ.83.

In pęna legali,vel ſtatutaria, an inducat nouatio,vt peti poſsit vtrunq;, vide Marc.q.415.

Promittens ſub pęna locare, vel vendere,ſi locet,ſeu vendat deinde contraueniat,non tenetur ad pęnam; quia adimpleuit.Gramma. deciſ.101.n.95. Pet.de Raue. ſing.331. & cõdemnatus ad locandum ex compromiſſo pęnali,ſi locauerit, & deinde locationi contrauenerit, an ab illa prima obligatione ſit liberatus, vide Bar. in l.5.ff.de actio.empt.

Si creditor apponat pęnam, ſi non ſoluat intra certum tps,& poſtea recipiat partem principalis,vr̃ renunciare toti pęnæ. Gnid. Pap.q. 174. vide tamen Fran. Marc.q. 414. nam qui poſt terminum petit rem,vr̃ renũciare petitioni pęnę.Bar.in l.3.C.de pac.int.emp.& vẽ.

Conſignare quis debet,vt euitet pęnam. Boer. deciſ.23.nu.32.

Priuationis pęna appoſita in euentum nõ factæ ſolutionis pecuniæ debitæ,non ex eo incurrit,ꝙ nõ integrẽ pecunia ſoluta ſit: quia põt agi ad ſupplementum. Mohed.deciſ.345.

Negligens in faciendo,niſi præfigatur tempus, ſeu terminus à iure, vel ab homine ad illud faciendum,non incurrit pęnam priuationis. Mohed. deciſ. 349.

Mandatum ſufficiens ad faciendum principalem cadere in pęnã, quod dicatur, vide Ioſ. Ludo.deciſ. Peruſ.35.

Depoſitum, vt quis non incidat in pęnam priuationis non eſt neceſſarium, quando non reperitur perſona, cui erat facienda ſolutio. Iac. Put.deciſ.8.lib.1.

Non obſtante pęna appoſita in inſtrumento emphyteuſis,agi poteſt ad pęnam caducitatis.idem Put. deciſ.205.lib.2.

Quando pęna eſt promiſſa per emphyteutam, an eo ceſſante in ſolutione, poterit peti pęna,& expelli: & clauſula toties, &c.operatur ꝙ pęna pluſquam ſemel peti poſsit,vide Bar. in l.2.C.de iure emphyt. nu.14.

Dolus requiritur in contrauentione,vt quis ad pęnam teneatur.Pau.Aemil.deciſ. 233.par.1.

Oblatio impedit cõmiſsionem pęnę,& curſum vſurarũ futuri tpis.Iaff. Lanf.Balb.deciſ.359.

Ignorantia regulariter excuſat à pęna. Andr. Gail.obſer.48. lib.2.

An in pęnis ipſo iure incurſis requiratur ſententia diſpoſitiua, & priuatiua, vel declaratiua, & ad quem effectũ,vide Mago.deciſ.16.Rot. Flor.& l.48.ff.de actio.empt.& vend.

Pęna non committitur abſq; interpellatione, nec tunc dies interpellat pro homine;ſed qñ hoc procedat,vide Dec.conſ.2.Hippol.ſing. 341.l.12.C.de contrahen.& commit.ſtipula. imò in cõtractib. ſi aliquid promittatur ſub pęna intra certum tempus,lapſo die pęna cõmittitur ipſo iure abſq; vlla interpellatione. l.22.ff.de actio. & oblig.

Pęnalis ſtipulatio adiecta obligationi factæ cũ adiectione diei, demum committitur adueniente die.l.72.ff.de verb.oblig.

In hæreditate iacente ex curſu diei appoſitæ, pęna committitur.l.77.ff. de verb.oblig.

Qui non habet in ære luit in corpore, quando pęna deſcendit ex delicto;non autem,quando ex contractu. Vincen.de Fran.deciſ.358. part.2.Bald.ſing.102.

Promittens ſtare ſnię arbitri, vel contractui ſub pęna, an dicaẽ promittere dationẽ, vel factũ, vide Iaſ. de actio. in §. omnes autem, nu. 17.

Quando pater tenetur pro filio ex forma ſtatuti, non tenetur ad pœnam. Dec. conſi. 268.

Pœna conſtituta offendenti quẽ pſonaliter, ſibi locũ nõ vẽdicat in ſolo inſultu. Dec. cõſ. 406.

Quando agitur ad pœnam ꝓbatio liquida eſſe debet, vt pœna committatur. Dec. conſ. 531.

Iuramentum habet vim clauſulę, rato manente pacto, qua ſtante recipiens ſortem, non præiudicat ſibi in pœna. Natt. conſi. 335.

Solutio ſimplex non cadit in pœnã, quæ venit contra naturam actionis: & ſorte ſoluta, qñ remaneat ſolutio pœnæ, vel intereſſe, vide Bar. in l. 81. ff. de eo, quod certo loco.

In matrimonio poteſt apponi pœna, vt ſi concubinam tenebis dabis mihi centum nomine pœnæ. Pet. de Rauen. ſing. 291. l. 121. §. mulier. ff. de verb. oblig.

Promittens non ludere ſub pœna certa, ludendo committitur pęna, & debetur illi, cui fuit promiſſa. idem ſing. 528.

Emptor promittens in fundo empto domum nõ facere ſub pœna, ſi eũ alienet, & emptor ſecũdus in eo domũ faciat, pęna non cõmittitur. Amanel. de Clariſaquis ſing. 224.

Quando pœnalis ſtipulatio incipit à præcedenti conuentione nuda, debet agi ex ſtipulatu, non ex pacto. Bar. in l. ſi pacto. C. de pact.

Stipulatio pœnalis, an nouet pręcedentem obligationem, vide Bar. in l. ſi pacto. C. de pact. nu. 7. & in l. 115 nu. 26. & ſeq. ff. de verb. oblig.

Stipulatio pœnalis non nouat præcedentẽ obligationem, niſi ex cauſa nõ oneroſa factam: ſed exactione facta per vnam, tollitur altera quatenus concurrunt. l. 41. ff. pro ſocio.

Licèt ſtipulatio pœnalis ſit cõmiſſa, præcedens tñ obligatio iure nouationis non eſt ſublata, ſed ex ea agi poteſt, & ſi actor fuit cõſequutus nomine intereſſe tantum, quantũ erat in pœna, tolliẽ ſtipulatio pœnalis: ſi verò actũ fuit ad pęnã exactione ſequuta, tollitur obligatio, & actio prima cõpetens ad intereſſe ipſo iure, vſq; ad concurrentẽ quantitatem: ſed ſi intereſſe ſit maius, nec ipſo iure, nec ope exceptionis. l. 29. ff. de actio. emp.

Pœna, & res qñ poſſint peti, ſi opponiẽ de trãſactione, vide Bar. in l. 27. C. de tranſact.

Pęna non ſuccedit loco rei promiſſæ, qñ tranſactio fit per aquilianam ſtipulationẽ, & acceptilationem. Bar. in l. 40. nu. 12. C. de tranſact.

Exceptio poteſt obijci, & pęna peti, ſi appoſita eſt in tranſactione clauſula, rato manente pacto. l. 16. ff. de tranſact. & ibi Bar.

Qui promiſit q̃nem non monere petendo & extra iudicium, incidit in pęnam; ſed quando, vide Bar. in d. l. 16. ff. de tranſact.

Pęna appoſita in tranſactione, ſi contineat minus, quàm intereſſe, id quod eſt vltra peti poteſt. Bar. ibid. nu. 11.

Pœnam ſi contraueniens ſoluat, & iterum contraueniat, tenetur iterum ſoluere, qñ adeſt clauſula, toties quoties, &c. ibi Bar. aliàs pœna ſemel commiſſa amplius non committiẽ, niſi ſit actum. l. 39. ff. de recept. arbit.

Ex trãſactione pęnali cũ clauſula, rato manẽte pacto, datur exceptio, & pęnæ exactio. l. cùm proponas. C. de tranſact. l. pen. ff. eod.

Pœna legalis, vt committatur requiritur, ꝙ quis peruenerit vſq; ad ſnĩam: ſecus in conuentionali, ratio eſt, quia mitius agiẽ cum lege, quã cum homine. Bar. in l. 41. C. de tranſact.

Pœna non committitur, ſi non reperiatur, cui fiat ſolutio. Bar. in l. 9. C. de vſuris.

Oblatio an operetur, vt pœna non committatur, vide Bar. in l. 19. C. eod.

Ad euitandam pœnam non refert à quo fiat, dummodo fiat. Bart. in l. fin. C. ſi mancip. ita fuerit alienat.

In pęnis alternatiuis, cuius ſit electio, vide Bar. in l. 4. C. de ſeruis fugit.

Pœna legalis non põt excedere quadruplũ, qđ in pęna cõuentionali, vide Bar. in l. vnica. C. de ſentẽ. quæ pro eo, qđ intereſt, & ibid. glo.

Pœna appoſita in obligatione facti diuidui, ſi pro parte fiat, an in totum cõmittatur, an verò pro parte tantùm in iudicijs, & quid in ſtipulationib. conuentionalib. & ſolutio partis quare pariat liberationẽ in parte; tñ quo ad cõmiſſionem pęnæ, nihil operetur, vide Bar. in l. 9. §. ſi pluriũ. ff. ſi qs cautionib. nã ſolutio particularis non ſufficit ad euitandam pęnã. Afflic. deciſ. 153. num. 4. Marc. q. 414. vide tamen c. ex eo ex. de pœnis.

Stipulatio facti indiuidui pęnalis copulatiuè, & affirmatiuè concepta, ſi non impletur in præparatorijs iudicij, cõmittitur inſolidum: ſed pro parte impleta, obſtat exceptio, & eſt ſpeciale in iudicijs. vide Bar. in l. 13. §. vtrum. ff. de reb. dub.

Promittens aliquid dare ſub pęna, ſi quid omittat, iure Ciuili tenetur ad totam pęnam, iure Canonico non. Bart. in ſuo tract. de differen. int. ius Cano. & Ciuil. nu. 50.

Vbi in ſtipulationibus pęnalibus facti diuidui adijcitur pęna, etiam ſi in parte ſequatur ratihabitio, committitur in totum pęna. l. 18. ff. rem rat. haber.

Si quis appellauerit à ſententia, ea pendente reſtituendo, an euitet pęnã, vide Bart. in l. 14. §. hæc autem. ff. de eo, quod metus cauſa.

Minor reſtituiẽ aduerſus pęnã cõuentionalem, nõ aũt legalẽ. Bar. in l. 38. ff. de quino. 25. ann.

Pęna

Pęnæ habetur ratio, in quã incidit ille, qui pretium rei venditæ recipere debebat ab emptore, & non recepit. Bartol. in l. 1. §. Papinianus. ff. de vſuris.

Stipulatio pęnalis an cõmittatur ſtatim, quòd ceſſatum eſt in vna ex pluribus præſtationibus, vide Bart. in l. 1. §. quod. ff. de priuileg.

Quo ad obligationem acquirendam non ſufficit aliquid facti eſſe fatõ; ſed ad pęnam euitandam ſic. Bar. in l. 2. ff. de cõditio. & demon.

Promiſsio pęnæ, ſi te offendero valet. Bar. in l. 1. §. quæ oneraudæ. ff. quar. rer. act. non det.

Pęna in ſtipulationibus facti, vno ex hæredibus contraueniente, committitur in ſolidum. vide l. 26. ff. famil. erciſ. & l. 2. & ſeqq. ff. de verbo. oblig. & intereſſe quando conſideretur in ſtipulationibus pęnalibus, vide Barto. in l. 2. §. item etſi. ff. de verb. oblig.

Vnus ex hæredibus ſi ſoluerit fortè pro ſua parte, & facto cohæredis incidat in pęnã, ſolutũ per alterum computabitur in pęnam. Bart. in l. 5. §. ſi forte. ff. eod.

Hæres conuentus ad pęnam commiſſam ex ſtipulatione defuncti, poteſt aduerſus pęnam in integrum reſtitui, ex clauſula generali. Bar. in l 59. §. in hac ſtipulatione. ff. de verb. oblig. vide. l. 17. §. fin. ff. de fideiu. & manda.

Pęna adiecta facto indiuiduo, ſi contra fiat per vnum ex hæredibus promiſſoris pro parte hęreditaria, committitur cõtra omnes: in facto verò diuiduo pro parte contrafacientis tantummodo; ſed aduerſus ipſum promiſſorem inſolidum. l. 4. §. cato. ff. de verbo. oblig.

Solutio partis ab vno ex cohæredibus, non impedit quin pęna committatur inſolidum in obligatione dandi. l. 5. §. ſi fortem. ff. de verb. oblig & l. 85. §. item. ff. eod.

Pęna adiecta ab homine, ſi non fiat opus intra certum tempus, ſtatim committitur cùm certum ſit, intra illud fieri non poſſe; ſecùs ſi adijciatur à lege; quia tunc non committitur, niſi toto tẽpore elapſo. Bart. in l. 13. ff. eo.

Pęnam ſtipulator petere non poteſt eligendo opus, niſi ſit adiecta clauſula, rato manente pacto. Bart. ibi. nu. 9.

Stipulatio pęnalis, ſi incipit à nuda conuentione, ex ſola interpellatione extra iudicium facta committitur. Bar. in l. 115. nu. 21. ff. eod.

Stipulatio pęnalis incipiens à præcedenti pactione veſtita, quando committatur, vt ex ea naſcatur obligatio, & actio, & an ſufficiat interpellatio, vide Bar. ibi. nu. 54.

Pęnæ vitandæ cauſa, qui nõ poteſt facere de iure, quando debeat facere de facto, vide Bart. in l. 132. nu. 7. ff. de verbo. oblig.

Pęna vt committatur non ſufficit de facto fieri, niſi iure fiat. Bartol. in d. l. 132. §. cum quis. ff. de verbo. obligationibus. imò ſufficit aliquid factum ad pęnam euitandam; licèt tale factum de iure non teneat. l. 13. §. cùm autem. ff. de his, qui not. infa.

Pęna ſtipulationi appoſita, quãdo committat, vide. l. 8. & ibi gl. & l. 9. § fi. & gl. ff ſi qs cautio.

Pæna conuentionalis ceſſat, quando lex reprǽſentat factum, quod erat ab homine faciendã. Bart. in §. his igitur, Auth de hæred. & falc.

In pænis, & mulctis, quæ relinquuntur in teſtamento non receditur à perſona, quantum ad commiſsionem pęnæ. Bar. conſi. 7. vol. 1. fac. l. 6. ff. de conditio. & demonſtr.

An promittens ſub certa pęna, quòd Berta contraheret matrimoniũ cum aliquo, teneatur ad pęnam, ſi non adimpleuerit promiſsionẽ, vide Bar. conſi. 236. Abb. conſi. 90. lib. 1.

Dotem promittẽs pro aliqua puella ſub pęna, ſi puella moriatur ante ætatem nubilem, non eſt obligatus. Bart. conſi. 44 vol. 2.

Stipulatio pænalis inter ſponſos, & eorum parentes ſuper ſponſalibus interpoſita, eſt ipſo iure nulla; quia inhoneſtum viſum eſt vinculo pęnæ matrimonia adſtringi. l. 134. ff. de verbo. oblig.

Pęna ita committitur ex priuatione quantitatis; ſicut ex priuatione ſubſtantiæ, ſi debet committi ex priuatione. Bar. q. 8. nu. 6.

Cùm aliquid principale permittitur, cenſetur etiam permiſſum, vt acceſſoriè poſsit apponi pęna, etiam ſi de pęna in cõceſsione nihil fuerit dictum. Fel. conſi. 16. nu. 4.

Vbi eſt pęna, & non dies admittitur purgatio moræ vſque ad litem conteſtatam; vbi verò eſt pęna, & dies moræ purgatio non admittitur de neceſsitate; ſed ſi ſponte receperit, petitio pęnæ tollitur. l. 26. §. fin. ff. de recep. arbi. vide ſupra lib. 1. tit. de purgatio. moræ.

Qui promiſit aliquem iudicio ſiſti appoſito termino cum pęna, poteſt purgare moram ſiſtẽdo, & præſentando debitorem, vel cum defendendo vſque ad tempus ſemeſtre. l. 26. C. de fideiuſſo. & manda.

Debitor ante litem conteſtatam poteſt morã purgare, & euitare pęnam; non ſic poſt. l. 84. ff. de verb. oblig.

Qui petit quod promiſſum eſt ſub pęna, & etiã ipſam pęnam, repellitur exceptione doli. l. 4. §. labeo ait. ff. de dol. mal. except.

Si aliquid ſtipulatus ſim, & ſi hoc non feceris cẽtum, ſola centum ſunt in obligatione, in ſolutione id, quòd principaliter ſui ſtipulatus. l. fin. § pen ff. de actio. & oblig.

Prorogatio termini impedit pęnam committi; ſed commiſſam non perimit. l. 112. ff. de verbo. obligationib.

Sapiẽs poteſt declarare, quòd in contractu celebrando

brando quis ſe obliget ad pęnam, ſi fuit facta remiſsio inter partes ad conſilium ſapientis glo.in l.121.ff.de verb.oblig.

In pęna legali, vna exactione non tollitur altera: ſed in pęna conuentionali ſic; quia tunc loco rei ſuccedit.glo. in l.41.ff.pro ſocio.

Quomodo pęna debeat apponi in contractibus, in faciendo, vel non faciendo, vide l. 70.ff.de verb.oblig.

Qui tenetur ſub pęna vni alienare, illo exiſtente in mora poteſt alienare cui volet abſque periculo commiſsionis pęnæ.l. 122. §. coheredes ff.eod.

Reuocatoria dotis inofficioſæ vſque ad legitimam datur filijs ſoluto matrimonio contra hæredes viri: ſed non datur contra maritum ſororis conſtante matrimonio. Affl. deciſ. 86. cõtrarium tñ fuit poſtea iudicatũ, vt teſtatur Vincent. de Fran. deciſ. 104. quod procedit etiam in dote ſolùm promiſſa nondum ſoluta. Afflic. ibi. d. deciſ. 86.

Dotatio filiæ per patrem in fraudem creditorum facta, ſoluto matrimonio ſolummodo reuocatur ibid.

Dos an diminuatur, ſi pater fiat poſtea pauper poſt dotis conſtitutionem, vide Boer. deciſ. 62. nu. 9. 11. & 16.

Reuocatio dotis filiæ datæ in terminis. l. ſi vnquam ſit ſtatim nato filio, quo ad legitimam. Vincen. de Fran. deciſ. 104. imò quod nõ fiat, niſi ſoluto matrimonio, & dote reſtituta, ſcribit. Natt. conſi. 90. Tom. 1.

Actio inofficioſæ dotis eſt inſtar querelæ de inofficioſo teſtamento; ideò ipſa actio non competit, niſi poſt mortem dotantis. Vinc. de Fran. deciſ. 170.

Immenſa donatio vni filiorum facta, per alios filios vſque ad legitimam reuocari poteſt. Andr. Gail. obſer. 116. num. 3. lib. 2. Authen. inde. C. de inoffi. teſta.

Donatio inofficioſa, per filios reuocatur vſque ad legitimam tantùm. Natt. conſ. 125. Tom. 1. Guid. Pap. ſing. 341. & Hartma. Hartma. c. 2. tit. de donatio. lib. 1.

Parẽtes priuati legitima per filiorum donationes, habent querelam inofficioſę donationis, pro reuocatione vſque ad eorum legitimam. Hart. Hartma. obſer. 5. ti. de donationib. lib. 2.

Legitima non debetur de donationibus remuneratorijs. Rot. Auenio. deciſ. 23. nu. 14. in deciſio. diuerſo. Tom. 3.

Donatio dicitur inofficioſa ſiue ſit de omnibus bonis, ſiue de aliquibus, quę æquipollent omnibus. Ioan. Pap. lib. 11. tit. 2. arreſt. 6.

Pater, vel mater non poteſt omnia bona donare, filio, vel filia ſuperſtite, alioqui illa donatio tanquam inofficioſa reuocatur. Boer. conſ. 1.

Si pater habens filium iam natum illi donationem fecerit, ſi poſtea alij filij naſcantur, donatio illa reuocatur vſque ad legitimam ſolummodo. Clar. in §. donatio. q. 22. verſ. ſecundo infertur. Hatma. Harma. cap. 2. tit. de donationibus. lib. 1.

De reuocatione donationis inofficioſæ, vide Clar. q. 24. Dec. conſi. 297. Bar. in l. 89. §. Imperator de legat. 2. & in l. 2. ff. ſi à paten. quis fuerit manu.

Querela inofficioſæ donationis ceſſat, quando aliud remedium poteſt habere locum. Bar. in l. 2. C. de inoffi. dona. Harma. Hartma. cap. 5. tit. de donationibus. lib. 2.

Filius, qui eſt hæres patris, nõ poteſt agere querela inofficioſæ donationis, niſi fuiſſet facta in fraudem. Bart. in l. 3. §. patronum. ff. ſi quid in fraudem patro. fac. ſit. vide de materia per Bart. in Authen. de immen. donat.

Inofficioſa donatio qualiter reuocetur, quãdo eſt facta filio, & quando eſt facta extraneo, & quomodo dicatur inofficioſa re, & conſilio, vide Bart. in conſi. 46. vol. 2.

Dona-

Donatio facta in caſu neceſsitatis valet, nec poteſt renocari. Abb. conſi. 17. lib. 1.

Is, cui donatur inofficioſé poteſt onere fideicō miſsi grauari. l. 89. §. Lucius de leg. 2.

De donationibus, quæ ſub modo, vel conditione, aut ex certo tempore fiunt, vel ob cauſam.

De ſubſtitutione facta in cōtractu donationis, & an valida ſit, vide per Oraſ. deciſ. Pede. 85.

Donator domus ſalua habitatione in vita, poteſt alteri locare inuito domino. Afflic. deciſ. 401.

Donatio facta ſub conditione omnium bonorum, caſu, quo donans moreretur ſine liberis, conſtituendo dictus donans ex nunc, pro ex tunc, & ècontrá ſe dicta bona donata nomine donatarij poſsidere valet, adeó quòd mortuo donatore ſine liberis, dominium bonorum tranſit de directò in donatarium; & non in hæredes donatoris. Guid. Pap. q. 267.

Donans poteſt agere contra Eccleſiam, non ad renocationem donationis; ſed vt ei ſeruentur promiſſa. Ioſ. Ludo. deciſio. Peruſ. 29. nume. 22.

Donatio facta Eccleſiæ poteſt renocari, non adimpleta conditione; tamen vide ibidem nume. 23.

Donatio, quæ dicatur ſub conditione, & quæ ſub modo, & facta ſub conditione non tenet, niſi impleta conditione; ſed facta ſub modo valet à principio, & non reuocatur, donec modus ille ſeruetur, imò ſi fuerit facta pio loco, niſi expreſsè fuerit conuentum. Ioſ. Ludo. deciſ. Peruſ. 93. nu. 46. vide Hartma. Hartma. c. 2. tit. de donationibus lib. 2. & glo. in cap. 4. ex. de conditio. appoſit.

Modi natura eſt, vt ſi deficiat per tertium, in cuius perſona adimpleri debet, donatio, ſeu legatum debeatur: ſi verò caſu in perſona illius, qui debet adimplere, vt quia moriatur ante modum adimpletum, non debeatur donatio, vel legatum. Rot. Auenio. deciſ. 56. nu. 25. in deciſio. diuerſo. Tom. 3.

Donatio facta filio ſub modo, quòd ſi ſine liberis deceſſerit ad donantem reuertatur, non reuertitur, ſi filius relinquat nepotem ex filio. ead. Rot. deciſ. 84.

Modus appoſitus in omnibus contractibus, ſi ſit cauſa finalis contractus, poteſt agi ad reuocationem, ſi modus non ſeruetur; ſecùs ſi nō ſit cā finalis: quia tantùm eo caſu agit ad obſeruantiam. Anto. Corſet. in ſuis ſingularibus litera C. ſing. contractus.

Sed reſpectu donationis factæ Eccleſiæ ſemper debet præſumi, quòd modus non ſit cauſa finalis contractus, & ſic ex non obſeruantia modi, non reuocabitur donatio facta Eccleſiæ, niſi ſit dictum in donatione. Ant. Corſet. d. ſing. contractus, vide cap. 4. ex. de conditionibus appoſitis.

Venientes ab inteſtato ſuccedunt grauato in ſumma donata, de qua poterat diſponere; & non diſpoſuit. Vincen. de Fran. deciſ. 45.

Dominium rei donatæ hac conditione, vt poſt certum tempus alteri reſtituatur, in ſecundum donatarium abſentem ante traditionē non transfertur, vt poſsit agere vtili rei vendicatione. idem de Fran. deciſ. 74.

De nullitate donationis propter inobſeruantiam pactorum, vide Magon. deciſ. 76. Rot. Floren. nu. 21.

Donator in præiudicium hæredis, non poteſt remittere certum modum in donatione appoſitum, cùm ſit acquiſita actio hæredi futuro. Magon. deciſio. 138. Rot. Florent. nume. 27.

Facta donatione hac conditione, quòd prædecedente donatario ſine filijs, res donata reuertatur ad donantem, purificata conditione res reditur etiam ad hæredes ipſius donantis præmortui, nec requiritur, quòd dōnans viuat tempore conditionis, ſeu deceſſus donatarij. Ioan. Pap. libr. 11. titul. 1. arreſt. 38.

Conſtitutum rei donatæ ſub conditione ea pendente, non transfert poſſeſsionem, & licèt purificata conditione conditio retrotrahatur, tamen ſi ante euentum conditionis res, pro qua fuit factum conſtitutum alteri vendita ſit, ſeu donata, & tradita, ius illi quæſitum tolli non poteſt, licèt prima conditio conſtituti primi donatarij purificata ſit; quia non trahitur retrò in præiudicium ſeudi emptoris, ſeu donatarij. Ludo. à Pegue. in ſuis quæſtio. crimi. cap. 48. nu. 12.

Nam in donatione conditionali conditio exiſtens, non retrotrahitur ad tempus donationis; ideò non præiudicat iuri alteri quæſito medio tempore. Dec. conſi. 247.

Si in donatione fuerit reſeruata aliqua quantitas danda filiæ, quando matrimonio collocabitur, ſi filia ante matrimonium deceſſerit, reſeruatio euaneſcit: quia defecit conditio, ſub qua fuit facta reſeruatio, & per conſequens donans non poterit agere ad quantitatem reſeruatam. Craue. conſi. 15.

Implementum ex parte ſua probare debet, volens agere ex donatione ob cauſam: quia perditur donatio, quam quis non implet ex parte ſua; ſed an iſta exceptio cenſeatur

remiſſa, ſi donator petat à donatario, vt impleat, vide Craue.conſi.151.nu.8. vbi tractat de donatario, qui promiſit habitare cum donatore, & non habitauit; allegãs hoc eueniſſe ex culpa ipſius donantis.

Si fuit facta donatio hac cõditione, vt donatarius teneretur ſoluere debita, de quib. in aliquibus inſtrumentis, tenebitur etiam ad debita deſcripta in apochis contractis ex eadẽ cauſa. Craue.conſi.245.

Si quis aſſeruerit in proœmio donationis aliqd adminiſtraſſe, vel recepiſſe ab aliquo vocato, puta Titio, cum promiſsione de ipſo remunerando, & recompenſando, & vlterius conſideratis quamplurimis beneficijs acceptis ab illo, ob id ad fugiendam ingratitudinem omni meliori modo, ex ſua ſpontanea voluntate, & mera liberalitate dederit ipſi Titio aliqua bona, tunc Titius nihil petere poterit ab ipſo donatore, ex cauſa illorum narratorum in proœmio. Craue.conſi.301.

Donatio dicitur remuneratoria, & ob cauſam recõpenſandi facta, quãdo in proœmio deuẽtũ eſt ad benemeritorũ expreſsionem in ſpecie, ſeu ad expreſsionem cauſæ in ſpecie, quo caſu ita vocatur donatio, non obſtantibus illis verbis, purè, liberè, ſimpliciter, & liberaliter. Craue.d.conſi.301.

Donatio conditionalis, an ſit propriè donatio, vide Clar. in §.donatio.q.2.

Donatio facta ſub duplici conditione, vtraque conditio debet verificari. Dec. conſi.177.

Conditio appoſita in prima donatione, an cenſeatur repetita in ſecunda ſimpliciter facta, vide Dec.conſi.190.

Donatio inter viuos de re legata facta ſub conditione caſu, quo legatum reuocaretur, valet purificata conditione. Dec.conſi.294.

Donatio purè, & ſub conditione fieri poteſt, etiam in teſtamento. Dec.conſi.294.nu.2.

Donatio facta ſub conditione, illa non impleta non habet locum, & cõditio diuiſionis videtur impleta ab eo, per quem non ſtat quomi nus diuiſio fiat. Dec.conſi.629.

Donatio inter viuos poteſt fieri in diem certũ, vel incertum, vel ſub conditione; tamen interim non transfertur dominium bonorum donatorum. Natt.conſi.118.Tom.1.

Donatio facta à Monacho ſub cõditione, vt liceret ei ad propria bona redire caſu, quo nõ poſſet ſtare in cõuentu, reſoluit, ſi ille abſolutus ab ordine auctoritate apoſtolica, egreſſus ſit monaſterium. Natt.conſi.180. Tom.1.

Quando donatio fuit facta ſub conditione, vel modo, vt donatarius ad aliquid teneretur, & donans vult agere ad bona donata ob defectum modi, vel conditionis, tenetur probare defectum pro fundamento ſuæ intentionis. Natt.conſi.269.

Sempronius donauit aliquid Mariæ, & Catherinæ ſororibus pro ſe, filijs, & deſcendentibus, & ipſis ſine filijs decedentibus voluit bona donata ad Titium peruenire, tunc conditio, ſi ſine filijs refertur non ſolùm ad ſorores; ſed etiam ad earum filios, & deſcendentes adeò quòd, vt ipſi ſine filijs decedẽtes cenſeantur grauati reſtituere bona donata Titio ſubſtituto. Menoch.conſi.334.lib.4.

Quãdo donatarius fuit grauatus reſtituere quicquid ſuperſerit ex bonis donatis tẽpore eius mortis, quid iuris, & quid, ſi alienauerit bona donata in fraudem, & ex quibus poſsit fraus probari, vide Menoch. d.conſi.334.nu.21.

An donatarius ita grauatus poſsit retinere dodrantem iuxta Authen. contrà rogatus. C. ad Trebellia. vide Menoch. d.conſi.334. nu.56.

Quid, ſi in ipſa donatione fuerit ita cautum, do no ſempronio pro ſe, filijs, & deſcendẽtibus, ac hæredibus, & ſucceſſoribus, quibus dederit, an cenſeatur data facultas liberè alienandi bona, vide ibi.nu.10.

Donatio, quam donans noluit effectum ſortiri, niſi ſecuta monaſtica profeſsione, interim dicitur conditionalis: ideò ante factam ipſam profeſsionem poteſt reuocari, & eo tempore durante, prædecedente donatario non tranſmittitur ad hæredes Menoch.conſ.388.lib.4. & dicitur conditionalis, conditione ſuſpenſiua, & non reſolutiua: cõditio autẽ ſuſpẽſiua ea eſt, quæ actum ita ſuſpẽdit, vt ſine vllo effectu penitus maneat antequam exiſtat conditio: & reſolutiua eſt, quæ non impedit actum eſſe purum, neq; illũ ſuſpẽdit, ſed ſuſpẽdit in aliquẽ euentũ: ideò huius conditionis natura eſt, vt actus purus remaneat; ſed reſoluitur, ſi cõditio ipſa euenerit, vide Menoch.ibi.n.15.

Sed quando dicatur ſuſpenſiua conditio, & quæ do reſolutiua, & quomodo hoc cognoſcatur, vide ibi.nu.17.

Donatio pura ſub conditione reſoluenda, non eſt propriè donatio. Barto. ſing.3. ſed qua actione repetatur donatum, vide eundem in l.1.ff.de donatio.

Onus rei donatæ adiectum, an tranſeat in dantem, ſi res ad illum reuerti contingat, vide Ludo.Roma.ſing.793.

Eccleſia tenetur donatorem alimentare re donata combuſta, quando fuit data, vt teneretur alimentare ipſum donatorem. Franc. Cremen. ſing.1.

Conditio impoſsibilis adiecta donationi cauſa mortis, non vitiat donationem. Anton. Corſet. in ſuis ſingularibus litera C. ſing. conditio. 1.

Pactum

Si pactum in donatione apponatur, vel modus non eſt propriè donatio,& datum,vt reddatur danti an, & quando operetur dominij translationem in accipientem,vide Bar.in l. 20.ff.ſi cert. peta.

Donatio facta alicui,ſi ipſe donator,& filij eius decederent ſine filijs, donatore decedente cum filio,donatio non debetur donatario. Bar.conſi.155.vol.1.

Quando fit donatio omnium bonorum alicui hac conditione,vt bona poſt mortem donatarij perueniant ad Titium præſentem, & ſtipulantem,talis donatio pôt reuocari in prę-iudicium illius Titij. Abb.conſi.48. lib.2.

Donatum per patrem filię,vt creditorib.paternis ſoluat, ea non ſoluente,poteſt repeti per hæredem patris.l.2. C. de condictio.ob.cau.

Pactum in donatione appoſitum,ne liceat donatario alienare operatur, q̃ aut pactũ ſeruetur,aut res donata ab eo condicat.l.3.C.eod.

An defectu cauſæ finalis non ſequutæ,donatio reuocetur, vide l.7.& 8.C.eod.

Donatio facta ob modum impoſsibilem non valet.l.5.C.de donatio. ante nupt.

Confitens ſe donaſſe;ſed ſub conditione,an teneatur probare, quòd ſub conditione donauit,vide glo. in l.2.C.eod.

Res prohibita donari,cẽſetur etiam prohibita alienari,vel aliter diſtrahi, ſi ſit eadem ratio in vno caſu, quæ eſt in alio; aliàs ſecùs. DD. in l.filiusfa.§.diui. lo 2.de legat.1.

De donationibus cauſa mortis.

DOnationi cauſa mortis debent adhiberi quinq; teſtes,tñ inter liberos duo ſufficiunt. Hartm. Hartm.c.7.tit. de donationib. lib.2.& ſtante ſtatuto, q̃ in teſtamento ſufficiãt duo teſtes, tunc etiam donatio cauſa mortis valet coram duobus.ibid.d.c.7.

Donatio cauſa mortis quinque teſtibus probatur, ad cuius reuocationem ſufficiunt duo. Ozaſ. decíſ.53. nu.6. Marc.q.485. vide Fran. Mant.de coniect.vlt.volu.lib.1.tit.12.ſed qd, ſi tres eſſent mortui,& vnus ex viuis contradiceret inſtrumẽto,vide Fran.Marc.d.q.485

De ſubſtitutione facta in cõtractu donationis, & an valida ſit, vide Ozaſ. deciſ. 85. vbi ſuſtinet partem affirmatiuam,etiam facta ſubſtitutione abſenti.

In donatione cauſa mortis poteſt fieri ſubſtitutio.l.vnica. §. ſin autem in fine. C. de caduc. toll.ſed an in tali ſubſtitutione requiratur ſtipulatio; vide glo.ibid.

Vxor licèt conſtante matrimonio doté donare non poſsit in præiudicium mariti, tamen talis donatio morte mariti confirmat. Ozaſ. deciſ.94. nu. 8.

Donatio, ſiue promiſsio bonorum poſt mortẽ valet,ſiue ſit donatio cauſa mortis,ſiue inter viuos (an tunc ſit donatio cauſa mortis, vel inter viuos,vide Bar.in l.ſi. C.de pact.nu.11.) ſecùs ſi quis donet poſt mortem eius hæreditatem, vel omnia bona præſentia,& futura,aut promittat, q̃ hæres erit. Ozaſ.deciſio. 100.nu.25. vide Guid.Pap. quæſt.306.& 510. & Bar.in l.19. C. de pact.

Promiſsio certarum rerum;non antè hæreditatis,ſeu ſucceſsionis valida eſt. Ozaſ.ibi.n.26.

Donatio cauſa mortis collata poſt mortem,cẽſetur vti legatum,vel fideicommiſſum,quod ob reconualeſcentiã nõ reuocatur.Ozaſ.deciſ.118.nu.3.& deci.120.nu.2.& lex, ſi mortis cauſa la 2.ff.de donatio.cauſ. mort. declaratur ibid.nu. 4. & 7.

Legis,ſi quis argentum. C. de donatio.diſpoſitio ad donationem cã mortis trahitur.Ozaſ. deciſ.120.nu.5.& 14.Rom.ſing.529.

Minori non datur reſtitutio aduerſus donationem cauſa mortis, cùm poſsit eam ad libitũ reuocare. Rom.ſing.529 nu.fin.

Donatio cauſa mortis facta per adultum ſine curatore an valeat, ne hæres adulti reſtitui poſsit aduerſus talem donationẽ, vide Capi. deciſ.73. num.8.

Filiusfa.qui donat cã mortis debet eius ætatis eſſe, cuius eſſe oportet,ſi teſtari velit,dũmodo interueniat curatoris auctoritas,vide ibi.

Donatio nunquam præſumitur, vbi poteſt dari alia coniectura. Afflic.deciſ.44.num.24.vide ſupra tit.de donatio.int.viu.

Quando donatio cauſa mortis ſit cum pacto de non reuocando, quid iuris, vide Afflict. deciſ.338.& ſupra titu.de dona.inter viuos.

Donatio cauſa mortis requirit præſentiam donatarij,nec valet facta abſenti,niſi præcedente Notarij ſtipulatione facta modo, de quo vide per Capic.deciſio.73. Guid.Pap.q. 222. Pap.lib.11.tit.1.arreſt.11. Clar.in ſua Practic.§. donatio.q. 13. vel niſi interuenerit iuramentum donantis.Guid.d.q.222.aut, niſi donatarius poſtea cõſenſerit. Boer. deciſ.353.n.3.

Abſenti tamen de æquitate Canonica ſemper donari poteſt. Aegid. concluſio. 741. vide Capel.Thol.q.384.vbi vñ contrariũ deciſum.

Naſcituris poteſt donari, & Notarius pro illis, poteſt ſtipulari. Dec.conſi.245. ſed tunc donatio eſt impendenti,& habet illam tacitam conditionem, ſi naſcantur.Boer. deciſ.172. ſed interim ad quem pertineant fructus rei donatæ, vide ibid.nu.16.17.28.& 30.

Donatio facta abſenti non valet, niſi nuntius, vel epiſtola interueniat,& talis nũtius debet

eſſe

eſſe ad id ſpecialirer deſtinatus. Clar.in §.donatio. q.12. qnid, ſi fuerit facta præſenti, & taeenti, vide ibid.tamen in donatione facta in teſtamento,non requiritur donatarij pręſentia,nec eſt propriè donatio, & quádo nó valeret,vt donatio, valeret tamen, vt legatú, vel fideicommiſſum.Capel.Thollo ſ.q.384.in additio. nec ad validitatem requiritur aditio hæreditatis. Frau.Crem.ſing.14.

Donatio cauſa mortis facta abſenti licèt non valeat in vim donationis, valer tamé in vim fideicommiſsi,ſi adſir legitimus nnmerus reſtinm. Crauer.conſi.52.nu.5.& conſi.139.un.fin. idem ſi fuiſſet facta abſenti in teſtamento.Clar.in §.donatio.q.5. Dec.conſ.184.196.& conſi. 245. nu. 8.

Donatio facta abſenti, Notario pro ipſo ſtipulante,an valear, & qnid hoc caſn, ſi donatarins deceſſerir ante acceptationem,& ratificationem,vide Clar.in §.donario.q.13.

Donatio cauſa mortis, quo ad ſui ordinarioné æqniparatur contractui. Capic.deciſ.73.n.7.

Donatio cauſa mortis, an magis comparanda ſit contractibns,qnàm vltimis volunratib.vide Clar.in d.§.donatio.q.5. Bart.in l.3.C.qni teſtam.facere poſſunt,quod procedit,qnando non ſit in teſtamento, nec in codicillis. Abb.conſi.40.lib.2.

Donatio canſa mortis facta concnbinæ valet,ſi tempore donationis concnbinarns non durabat.Capic.deciſ.202.

Stultus, vel furioſus, vbi facerer actú qnoquomodo diſpoſitum,quem quilibet ſanæ mentis feciſſet,talis actus valet, & tenet. Gram. deciſio.73.num.38.

Agi poteſt actione perſonali contra donatariú omnium bonorum nnlla intentata reuocatoria, ſi ipſe donans non reliquit hæredem. Guid.Pap. quæſt. 105.

Donatio, quæ confirmatur morte,quo iure petatur, vide Guid. Pap.d.q.222.nu.fin.

Donatio canſa mortis facta per filiumfa.alteri, quàm patri,vt valear quatuor requirñtur, de quib.vide per Gnid. Pap.q.222.nu.2.

Ipſa donatio, vt confirmetur ſolùm requiritur mors filij. ibid.nu.3.

Licèt filinsfa.nó poſsit donare (niſi cum patris conſenſu) bona, in quib.patri qnæritur vſuſfructns. Rol.conſi.89.vol.4.hoc ramen non videtur procedere,qnando donat ea,in quibus patri non quæritur vſusfructus, nec proprietas,vide Vincent.de Fran. deciſ.4.nn.17. & Crauet.conſi.77.num.14. Bart.in Authen. vt liceat matri, & auiæ.

In dicta donatione vltra conſenſum patris,requirit præſentia donatarij.de Fran.ibi.n.19.

Donatio facta à filiofa.in teſtamento ſine conſenſn patris,non poteſt etiá valere in vim legati; vel fideicómiſsi;ſicur valeret,ſi eſſet facta ab homine ſni iuris. ibid.d.deciſ.4.nn.19.

Pater filio ſibi donanti poteſt conſentire,dádo ei poreſtatem donandi quibus velit; ſecùs ſi cóſentiret rantú, vt ſibi patri donaret. Gaſp. Cabal.milleloq.805. vide Ioan.Pap.lib.7.tit.1.arreſt.7. Clar.in §.donatio.q.6. Dec. conſi. 245.& conſi.280.nu.5.Bar.in l.1.ff.de auctor. & conſenſn tuto. nn.4. & 7. quia runc donatio non valerer.Guid. Pap.q.223.

Etiam inter vinos, & cum inramento ſine patris conſenſn filiusfa.non poteſt donare bona,in quibus parer habet vſnmfructú. Vinc. de Fran.deciſ.71.aliàs filiusfa. patre permirtenre poreſt donare cauſa mortis.Bar.in l.1. ff.de ancto.& conſen.turo.& in l.2.de lega.1. non ſufficit tamen racitus conſenſus patris; quia reqniritur expreſſns,& ſpecialis, ex quo colligitur ſatis non eſſe filium patre conſentienre reſtari adiecta clauſula codicillari,vel vt teſtñi valear eriam iure cniuslibet vltimæ volunraris.Fran.Manr.de coniect.vlti.volun. lib.1.tit.12.Guid.Pap.ſing.61.

Pater conſentiens filio ſimpliciter,vt poſsit donare,non intelligitur cóſentire,vt poſsir donare cá mortis.Raud.tracta. de analog.c.15. nu.283.& ralis conſenſus patris deber interuenire in ipſa donatione, non reſpectu præiudicij ipſins patris; ſed ad integrandá perſonam filij; ideò deber expreſsè inrerponi. Clar.in §.donatio.q.6. nec ex inreruallo adhibitis, cóualidar donatio. Frá.Crem.ſin.70.

Filiusfa.quare poſsit donare cauſa mortis; non antem teſtari, vide Bart.in l.3.C.qui teſtam. facere poſſunt.& in l.6.ff.de teſtamen.

Si filiusfa.in teſtamento facto cum conſenſu patris aliquid donat,& in eo dicar,ſi non valet inre teſtamenti vnlt valere in vim codicillorum, vel donationis cauſa mortis, an valeat relictú diſtingue,ant pars,cui donatú ſuerat erat præſens, & valebit in vim donarionis. vel abſens, & nemine pro ea acceptanre, & non valet. Clar, in ſua Pract. §. donatio. q.6. nam donatio cauſa mortis in reſtaméro per filiumfa.cum conſenſu patris fieri nó poteſt, niſi Notario præſente, & nomine donatarij recipiente. Rol.conſi.82.vol.1.uu.27.

Donatio facta alicui, & ſuis hæredibus céſetur facta non ſolùm hæredibus ſnis; ſed quibuſcunque.Guid.Pap.q.230.

Inſinuatio non requiritur in donatione cauſa mortis.Guid.Pap.q.325.nu.fin. & q.610.Pap. lib.11.tit.1. arreſt.25.

Donatarinm ſufficir ꝓbare bona fuiſſe poſſeſſa à donatore tépore mortis, nec tenetur probare dominium, & alleganti bona non eſſe

donantis

donantis incumbit onus probandi: & appellatione rerum ſuarum non veniunt iura, & actiones; ſecùs appellatione rerum ſimpliciter. Guid. Pap. q. 442.

Donator medietatis omniũ bonorum, pôt vnã rem inſolidum alienare. Guid. Pap. q. 602.

Donatio generalis refertur ad ſpecificata, & nõ comprehendit rem donatori ex fideicommiſſo debitam. Boer. deciſ. 33.

Donationem probat ſcriptura priuata, etiam ſine die, & cõſule. Boer. deciſ. 172. n. 19. & 20.

Donationis interpretatio fit latiſsima contra donantem. Boer. deciſ. 172. nu. 27.

Quando quis ſine retẽtione vſusfructus donat omnia bona poſt mortem ſuam, tacitè videtur reſeruatio vſusfructus facta. Boer. deciſ. 204. nu. 37.

Donatio cenſetur facta cauſa mortis, vbi de eadem fuerit facta mentio. Boer. deciſ. 353. quod limita, vt ibid. num. 11. & 12. vide Fran. Marc. q. 485. nu. 6. & ſupra tit. de donatio. int. viu. Capel. Thol. q. 454. & 485.

Donatio cauſa mortis non tranſmittitur ad hæredes, prædecedente donatario, vide Boer. d. deciſ. 353. nu. 12. circa medium.

Quando vni donatur cõtemplatione alterius, acquiritur illi, cui relinquitur; non illi, cuius contemplatione donatur. Aegid. Bellamer. concluſio. 741.

Non ſolùm paciſcendo ſuper re ſua poteſt quis cõtra cõmunem regulam alteri quęrere; ſed et idem poteſt paciſcendo ſuper re, quæ de proximo ſua futura eſſe ſperatur. ibid. nu. 8.

Cautio mutiana habet locum in donatione cã mortis. Capel. Thol. q. 326. Lud. Rom. ſin. 584

Licèt in donatione cauſa mortis, non poſsit fieri ſubſtitutio ſine promiſsione ſubſtituto facienda: tamen hoc intelligendum eſt directè; ſed bene poteſt fieri per fideicommiſſum. Capel. Thol. q. 454.

Donans ꝓhibens donatario, ne vita ſua durante ſe in poſſeſsionẽ intromittat, reſeruat ſibi poſſeſsionẽ ciuilem. Put. deciſ. 216. lib. 3. n. 5.

Clauſula, dedit tranſtulit, &c. ſi in vita donãtis, nihil operatur, poſt mortẽ eius ſortitur effectum. Put. ibid. deciſ. 216. lib. 3.

Non dicitur donatio cauſa mortis, quando apponitur hoc verbum mortis, pro demonſtratione temporis, quo donatio eſt habitura effectum. Vincent. de Fran. deciſ. 213. nu. 8.

Donatio cauſa mortis eſt, quæ ſub mortis mentione fit, & tempore mortis cõfertur: fallit Primò, quando fuit facta ob benemerita: Secundò, quando fuit reſeruatus vſusfructus: Tertiò, quando adeſt pactum de non reuocando: Quartò, quando accedit iuramentũ: Quintò, ſi apponitur conſtitutum: Sextò, quando in ea ſit mentio hæredis donatarij, de quibus omnibus vide per Hiero. Mago. deciſ. Luc. 87.

Ex quibus coniecturis colligi poſsit factã fuiſſe donationem cauſa mortis, vel inter viuos, vide Fran. Mant. de coniec. vlt. volũ. lib. 5. ti. 13. fol. 11. Raud. tract. de analog. c. 23. Crau. cõſi. 214. Dec. conſi. 470. & in dubio donatio præſumitur cauſa mortis. Crauc. conſi. 277. vide Dec. conſi. 306.

Donatio iudicatur inter viuos, vel cauſa mortis, pro vt melius valere poterit. Crau. cõſ. 52.

Donatio inter viuos iurata de omnibus bonis, licèt inter viuos valere nõ poſsit, valebit tamen, vt donatio cauſa mortis, ſi adſit numerus quinque teſtium. Crau. conſi. 139.

Senex dũ donat, cauſa mortis donare dicitur. Menoch. de arbit. iudi. lib. 2. caſ. 60. nu. 13.

Donans cauſa mortis promittens non contravenire, non tamen ex hoc donatio tranſit in donationem inter viuos. Dec. conſi. 239. nu. 10. vide Natt. conſi. 104. & ſupra tit. de donatio. inter viuos. nam donatio cauſa mortis, non amittit naturam ſuam ex eo, quòd in cõtractu donationis dictum fuerit, ꝙ non poſſit reuocari, & donans promiſit non contravenire. Dec. conſi. 306. vide Natt. conſi. 104. & conſi. 607. Fely. conſi. 42. nu. 14.

Donatio cauſa mortis arguitur ex eo, ꝙ quinq; teſtes adhibiti fuerunt. Natt. conſi. 104. Tom. 1. ſed vide nu. 14. ibid. & conſi. 123.

Donatio cauſa mortis dicitur, quando ita vocat̃ à donante, maximè quando mentio mortis facta eſt per modum cauſæ finalis, & tũc promiſsio de non reuocando non mutat naturam ipſius donationis. vide Natt. cõſi. 123. rõ, quia pactum contra ſubſtantiã cõtractus vitiatur, qñ verba non patiuntur, vt fiat tranſitus in alium contractum. ibid. nu. 9.

Donatio cã mortis ſui natura reuocabilis, efficitur irreuocabilis, ſi fuerit iurata. Guid. Pap. ſingul. 343.

Si quis dicat do, vel dono, in dubio præſumitur donatio inter viuos: ſed ſi dicat relinquo; tũc præſumitur donatio cauſa mortis. Guid. Pap. ſing. 550.

Diuiſio patris inter viuos habet vim vltimę voluntatis; non vim ſimplicis donationis. l. 20. §. ſi pater. ff. famil. erciſcund. vide infra eod. titul. famil. erciſc.

Donatio cauſa mortis plurib. modis fieri põt, & huius donationis tres ſunt ſpecies. Fran. Mant. de coniect. vlti. volun. lib. 1. tit. 12. nu. 5.

Donatarius cã mortis, tenet̃ capere poſſeſsionẽ bonorum donatorum à manu hæredis donantis. idem Pap. lib. 8. tit. 6. arreſt. 2.

Mors ciuilis proprie non æquiparatur morti naturali

naturali; ideò donatio facta in caſu mortis, non habet locum in morte ciuili. Pap.lib.24. tit.15.arreſt.1.& 2. vide tamen Caſſan.in conſuetu.Burg.tit.*des droicts* Rub.4.§.6.gl.6.n.10.

Statutum prohibens donationem, non cõprehendit donationem cauſa mortis, ſi ſumus in odioſa materia; ſecùs in materia fauorabili. Raud.tracta.de analog.cap.15.nume.285. tamen ſtatutum prohibens maritum relinquere vxori in vltima voluntate, habet locũ etiam in donatione cauſa mortis. ita pronunciauit Senatus Mediol.contra Decium, vt teſtatur idem Raud.ibid.c.18.nu.69.

Donatarius particularis non tenetur ad onera. Craue. conſi.19.nu.15.

Vſuratius manifeſtus, an poſsit donare cauſa mortis, vide Clar.in §.donatio.q.7.

Donatio facta cauſa mortis, nudo pacto perficitur. Clar.in §.donatio.q.14.

Donatio, in qua incerta eſt perſona donatarij, ſed euentu futuro venit certificanda tenet. Maran.in ſuo Spec. par.2.nu.5.fol.6.

Donatio cauſa mortis reciproca; vbi eſt facta inter fratres de omnibus bonis, cum clauſula, ꝗ in eo, qui poſt ſe liberos reliquerit nõ habeat locum, ſuperſtes ex dd.fratrib. excludit nepotes ex fratre p̃mortuo, in bonis alterius fratris ſine prole decedentis. Natt.conſi.587.

Solemnitas, de qua in l.hac conſultiſsima, tradita pro validitate teſtamenti cæci, non habet locum in donatione cauſa mortis, nec ẽt in codicillis, ita ſcribit Rol.cõſi.82.vol.1.nu.20.

Actio deſcendens ex donatione cauſa mortis eſt ſtricti iuris, habet tamẽ inſtar bonę fidei. Ludo. Roma.ſing.118.

Donatum ſibi cauſa mortis accipiens, non põt teſtũ donantis (etiam ab ipſa donatione ſeparatum) infringere. idem Rom.ſing.482.

In donatione cauſa mortis transfertur dominium in donatem ipſo iure, reuocata donatione. Pet.de Rane.ſing.879.

Mulier, quæ non poteſt contrahere ſine conſenſu conſanguineorum, ſine tali conſenſu non poterit donare cã mor. Io.de Arno.ſing.42.

Monachus an poſsit ſine conſenſu Abbatis donare cauſa mortis, vide Bar.in Auth.ingreſsi. C.de Sacroſanct.Eccleſ.nu.66.

In donatione cauſa mortis habet locũ ius accreſcendi. Bar.in l.vnica.§.fin.C.de caduc.toll. in l.8.ff.de tranſact. & in l.110. de verb.oblig.

Donata cauſa mortis, videntur in vltima voluntatẽ relicta. Bar.in l.8.ff.de tranſact.

Donatarius ſi poſt mortem donantis ingreſſus fuerit poſſeſsionẽ rei donatę ſua auctoritate eſt prædo. Bart.in l.5.§.ſed ſi.ff. de pet.hæred.

Donatio cã mortis eſt vltima volun.& ſapit naturã cõtractuũ inter viuos. Bar. ĩ l.2.de leg.1.

Donatio, quæ morte confirmatur, nõn venit in fideicõmiſſum. Bar.in l.3.§.quidã. ff.ad Treb.

Teſtamẽto rupto, rumpitur donatio cauſa mortis ex teſtamẽto dependens; aliàs ſecùs. Bar. in l.3.ff.de legat. præſtandis cont.tabu.

Donatio, vt legatum factum ab Aduocato concubinæ, non valet. Bart.in l.6.ff.de re iudic. idem in Clerico.ibid.

Prohibitus alienare inter viuos, an videat̃ prohibitus donare vltima voluntate, vide Abb. conſil.4.lib.2.

Quòd mortis cauſa donatur ad euitandã alterius legati pręſtationẽ, ad legem Falcidiam non pertinet.l.1.§.item ſi ita.ff.ad leg.Falcid.

Sicut legata non ſoluunt̃, niſi deducto ære alieno, ita & in donatione cauſa mortis obſeruatur.l.circa legem in fine.ff.ad leg. Falc.

Donatio cã mortis poterit reuocari, ẽt ſi fuerit iurata. Dec.in l. non omnis.ff.ſi cert.pet.

Pactum futuræ ſucceſsionis inter priuatos non valet, etiam per modum donationis cã mortis.l. licèt inter priuatos.C.de pact.

Filius emancipatus aſſerens ſibi rem donatam à patre debet illud probare, ſiue ipſe poſsideat, & heres ab eo petat, ſiue ab hr̃de poſsidente ipſe petat.l.16. C.ad leg.Falcid.

De donatione cauſa mortis detrahit̃ falcidia. l.5.C.ad leg.Falc.l.12. & penul.eod.

Reuocata donatione cã mortis, res condicitur cũ ſuis acceſsionib.l.12.ff.de cõdic.cauſ.dat.

Donatio cauſa mortis facta inter virum, & vxorem valet quocunq; modo fiat, & vbi fit donatio cauſa mortis, quę retrò non trahit̃, duę regulæ vitiantur in caſib.de quibus in l.12.§. ſed quod.ff.de donatio.int.vir. & vxo.

Vbi expreſsè conceditur alicui donare, non venit donatio cauſa mortis, niſi nominatim, & in ſpecie concedat̃. Bald.in l.7.§.fi.ff.de don.

Verba enunciatiua in vltimis voluntatib.inducunt diſpoſitionem.l.16.ff.de donatio. ſecùs ſi conditionaliter fuiſſent prolata.l.19. ff. de hæred. inſtitut.

Creditor donans cauſa mortis, mandauit debitori ſuo, vt ei daret, quod ſibi debebat, deinceps antequam debitor ſolueret creditor donans deceſsit, poſt eius mortem debitor ſoluit iuxta mandatum, iſte eſt caſus.l.79. §. Męuio de legat.2. de quo vide ibid.

Si donatarius rem ſibi donatam cauſa mortis ſua auctoritate accipiat, reuocatur ꝑ interdictum quorum legatorum in eo, quod eſt vltra falcidiam. l.1.§.ſi quis. ff.quor.legat.

Adhibitus ad ſtipulandũ totam dotẽ, in dubio non vr̃ adhibitus animo donandi, & adhibitus animo donandi, intelligitur cã mortis, ſi mortis fiat mẽtio, & tunc põt grauari quatenus receperit.l.12. ff.de dot.prælegat.

Si do·

Si donatarius petat, ꝙ ſibi cã mortis donatum fuit à donatore recõualeſcẽte, repellit exceptione doli.l.4.§. Iul. ff.de dol.mal.exceptio.

Donatio cã mortis eſt ſeparata à teſtõ; iõ ſi qs accuſauerit teſtm̃ de falſo, priuat tñ cõmodo ex eo ſibi relicto,& nõ relicto in donatio. l.5.§.q mortis.ff.de his,qb.vt indig.lega.auſe.

Donationis verbum ſimpliciter loquendo,omnem donationẽ comprehendere vr̃,ſiue mortis cauſa,ſiue non mortis cauſa fuerit.l.67.§. donationis.ff.de verb.& rer.ſignif.

Voluntas diſponentis in vltima voluntate pro lege ſeruatur, ſi legibus non repugnet.§.diſponat, Auth.de nupt.

Mortis cauſa capio,dicitur acquiſitio facta occaſione mortis alicuius, de qua vide p Mãt. de coniect.vltima.volunt.lib.12. tit.13.

De reuocandis donationibus.

AD reuocandam donationẽ duo teſtes ſufficiunt. Ozaſ.deciſ.53.ſed quòd quinq; requirantur, ſcribit Natt.conſi.578. & 579.

An donatio cauſa mortis cenſeatur reuocata per inſtrumentum,qđ impugnatur de falſo,vide Ozaſ.deciſ.117.

An talis donatio facta pp certas cauſas, veluti quia eſſet iturus donãs in lõginquas partes, cenſeatur reuocata pp enũciatum reditum ipſius donatoris,vel ſi non iuerit, vide Ozaſ. deciſ.118. & Crau.conſ. impreſſo inter deciſiones eiuſdem Ozaſ.fol.219. vbi ſcribit pro parte negatiua.

Donatio cauſa mortis collata poſt mortẽ,cenſetur vti legatum,vel fideicõmiſſum,quod ob reconualeſcentiam non reuocatur. Ozaſ. d.deciſ. 118.& lex, ſi mortis cã la 2.ff.de donationib. cauſa mortis ibi declaratur. nu.7.

Pœnitentia, & voluntatis mutatio non præſumuntur.ibid. nu.9.

Donatio cã mortis pp filiorũ legitimationem ſubſequutã nõ reuocat,cũ ius ſuccedẽdi à iure legitimationis,& filiationis ſeparatum ſit. Ozaſ.d.deci.117.n. 10. vide ibi deci.119.120. 121.& deciſ.216.vide tñ eũdẽ deci.122.n.12.

In legitimatione per ſubſequẽs matrimonium ſpeciale eſt, vt per eam reuocetur donatio. Ozaſ. deciſ.121.nu.5.

Socini opinio in conſi.226.2.vol.& aliorum tenentium per legitimationẽ ex reſcripto Principis donationẽ reuocari declarat, & quomodo intelligenda ſit copioſè oſtenditur ibid.nu.7. vide Dec.conſi.366.

Ratio diuerſitatis,cur legitimatus præteritus, vel non iuſta cauſa exhæredatus teſtamentũ rumpat; nõ autem donationem cauſa mortis reuocet explicatur ibid.nu.8.

Adoptione,ſiue arrogatiõe filij rũpit teſtm̃ (veluti agnatione ſui hr̃dis) donationẽ,adoptione,ſiue arrogatione non reuocat.ibid.nu.fin.

Donatio remedio legis,ſi vnq̃ non reuocatur, propter legitimationẽ filiorum ſubſequutã, quando tpe donationis alij extabant liberi: vide in conſilio. impreſſo poſt deciſio. 122. Pede.vbi plenè de materia reuo.donationis.

Donatio iuris,& ſpei futuræ ſucceſsionis in cõtractu matrimonij, cõtẽplatione illius iuramento firmata, & facta p fratrẽ habẽtẽ liberos naturales tñ, quos p ſubſequens matrimoniũ legitimauit reuocatur,per l.ſi vnquã, et ſi renũciatum eſſet illi legi. Pap.lib.21.tit. 1.arreſt.21.& 24.Boer.deciſ.159.ſecùs eſſet,ſi filij eſſent legitimati per Principem. Boer. d.deciſ.195. nã donatio reuocat p legitimationẽ filiorũ factã per ſubſequens matrimonium; ſecùs ſi eſſet facta Principis reſcripto, ibid.d.deciſ.159.tñ per naturales tantũ poſtea ſuſceptos non reuocatur.vide ibid.nu.3.

Donatio cã mortis per inſtitutionem hæredis vniuerſalis nõ cẽſet reuocata ẽt dato, ꝙ adſit clauſula derrogatoria,caſſans,& irritans, &c. Ozaſ.deciſ.117.nu.fin. niſi adſit expreſſa reuocatio. Crane.conſi.144.nu.10.

Qñ per hr̃dis inſtitutionẽ, vel caſſaſsionẽ alterius teſtamẽti,& vltimæ volun.cẽſeat reuocata donatio cã mor.antea facta, vide plenè p Alex.Raud.tract.de analog.c.23.nu.65.

Legatum factum per viam donationis, an teſtamento reuocato, reuocetur & legatum, vide Marc. q.824.nu.4.

Donatio cum pacto,vt non poſsit reuocari facta in teſtamento, reuocato ipſo teſtamento reuocatur; ſed qñ, vide Fran. Mant.de coniect.vlti.vol. lib.1. tit.13. nu.10.

Donatarius, ſi ante hr̃dis inſtitutionẽ teſtator q̃cunq; donationẽ inter viuos, & cã mortis factã reuocauerit,an donationẽ, & legatũ ſimul habere poſsit contra teſtamenti prioris clauſulam,vide Iaco. Put.deciſ.383.lib.3.

Si quis ante teſtm̃ proteſtetur, ꝙ per quãcunq; diſpoſitionem per eum in fauorem alicuius faciendam, non intendebat recedere à donatione prius facta, tunc per teſtamentum inde factum non præiudicatur donationi.vide Put.deciſ.421.lib.3.

Donatio cã mortis p viã contractus facta,non cenſetur reuocata per teſtm̃ cũ clauſula,caſſans,& irritans omne teſtm̃, & donationẽ cã mortis.Borg.Caual.deciſ.1.de contract.vide Raud. tract. de analog.c.23.nu.65.

Teſtamento rupto,donatio cauſa mortis rumpitur,ſi dependet ex teſtamento;aliàs ſecùs. Bar.in l.3.ff.de legatis præſtandis.

Donatio inter viuos facta in teſtamẽto pſenti, & ſtipulãti,vel alteri nomine ipſius, efficitur irreuocabilis.Boer.deciſ.353.nu.4.

Si quis vendiderit aliqua bona hæredi poſtea inſtituto, reſeruato ſibi vſufructu, & poſt eius mortẽ vxori, ſi deinceps in teſtõ reuocauerit oẽs diſpoſitiones, & ẽt donationes, talis reuocatio nõ extendit ad dictum vſumfructũ ita reſeruatum. Crau. conſi. 25. nu. 16.

Perfecta donatio non reuocatur, ẽt facta in vltima voluntate. l. 8. C. de donatio. ante nupt. l. fin. C. de vſuca. pro donat. vel iubente Principe. l. 9. C. eod.

Teſtator, qui inter viuos ſeruum, vel ancillã donauit, non poteſt in ſuo teſtamento illum iubere manumitti per donatarium: niſi talis donatarius legatum aliud ſibi relictũ agnouerit. l. 40. ff. de fideico. libert.

Donationis inter viuos, & donationis cã mor. diuerſitatis rõ affertur, cur beneficium legis, ſi vnq̃. C. de reuoc. donatio. locũ non habeat in donatione cã mortis, quemadmodũ inter viuos, per Ozaſ. deciſ. 120. nu. 12.

Donatio, quæ ex diſpoſitione legis, ſi vnquam. C. de reuo. dona. natiuitate filiorum reuocatur, an per tacitũ conſenſum donantis, non reuocantis poſt natos filios, confirmata cenſeatur, vide Excel. P. Teſſau. deciſ. 121.

Donatio facta filio propter natiuitatẽ aliorum filiorum, reuocatur ſolùm vſq; ad legitimã. Hartm. Hart. c. 2. tit. de donatio.

Donatio inter viuos reuocatur ꝓpter ſuperuenientiã liberorum, ꝙ multo magis in donatione cauſa mortis dicendum videtur. Ozaſ. deciſ. 120. vide tamen ibid. nu. 6. & 12.

Legis, ſi vnq̃ diſpoſitio longo tpe legitimationis formã à Iuſtiniano per reſcriptũ Principis introductam præceſsit. Ozaſ. deciſ. 121.

An donatio pp ſuperuenientiã liberorum reuocetur, vbicunq; conſtat donantẽ ante donationẽ factã filios habuiſſe, & an reuocẽ donatio cã mortis in totum, vel pro virili, vide Ozaſ. deciſ. 121. cum conſi. ibid. ſeq. fol. 219.

Filia non ſolet reuocare donantẽ à donatione quemadmodum maſculus. ibid. d. deciſ. 121. nu. 7. & Rip. diſtinctio in l. ſi vnquam. C. de reuo. donat. reprobatur. ibid. nu. 13.

Iuramentum non impedit reuocationem donationis faciendam per ſuperuenientiam liberorum. Boer. deciſ. 159. nu. 6. & 7.

Donatio facta etiã contemplatione mrimonij reuocatur ſuperuenientib. liberis. ibi. n. 8. ſed quomodo hoc intelligatur, vide Boer. deciſ. 159. alias nõ reuocatur, Boer. deciſ. 353. n. 10.

Donator habẽs liberos, an reuocet donationẽ, ſi alij naſcantur, vide Boer. d. deciſ. 159. nu. 15. i ſolidũ, vel vſq; ad legitimã, vide ibi. Boer.

Renũciatio hrditatis, an reuocẽ ſuperuenientib. liberis; ſicut donatio, vide Boer. ibi. n. 17.

Donatio facta ob cãm, an reuocẽ ſuperuenientia liberorũ, vide Pet. de Benin. deci. 98. nu. 8. Dec. conſi. 366. pro parte negatiua, ſcribunt Fran. Marc. q. 545. nu. 38. Rot. Anenio. deciſ. 23. in deciſ. diuerſ. nu. 9. Raud. tract. de analo. c. 15. nu. 138. Rebuff. in ſuis cõment. tracta. de donat. inſinu. arti. 1. gl. 1. nu. 23. Dec. conſi. 20. & Natt. conſi. 674.

Ad conſtituendũ donatariũ in mala fide in terminis. l. ſi vnq̃ requirit nõ ſolũ, ꝙ ipſe ſciat natos filios; ſed etiam qđ donator declarauerit velle donationẽ reuocare. Vin. de Fr. dec. 47.

Reuocatio dotis filiæ datæ in terminis. l. ſi vnquam, fit ſtatim nato filio, quo ad legitimã. idem de Fran. deciſ. 104.

Beneficio d. l. ſi vnquam, an expreſsè renunciari poſsit per donatorem, ẽt in præiudicium filiorum, qõ eſt dubia, vide Myſing. obſer. 63. cent. 5. pro parte negatiua, ſcribit And. Gail. obſer. 40. lib. 1. nu. fin. vide Clar in §. donatio. q. 22. verſ. tertio. Bart. in l. 90. §. Imperator de leg. 2. Boer. deciſ. 159. nu. 6. & 7.

Donans in dubio non ꝑſumitur cogitaſſe de liberis, & ideò, ſi poſtea liberos ſuſceperit reuocatur donatio, niſi donatarius contrariũ probare poſsit. Myſing. obſer. 64. cent. 5.

Lex, ſi vnquam locum ſibi non vendicat in his, quæ quis deſperatione filiorũ omiſit acquirere; ſed in his, q̃ iam acquiſita in alios tranſtulit. Gaſp. Cabal. milleloq. 19.

Item non habet locum in modica donatione. And. Gail. obſer. 102. lib. 2. nu. 5. ſed quæ dicaẽ modica, vide Menoch. de arbit. lib. 2. caſ. 134.

Donatio ẽt facta Eccleſiæ ob natiuitatẽ filiorum, non ſolũ vſq; ad legitimam, ſed ẽt in totum reuocatur. Myſing. obſer. 93. cent. 6. vide gl. in c. quicunq; 17. q. 4. imò ꝙ non reuocẽ, niſi vſq; ad legitimã, ſcribit Fran. Mãt. de cõiect. vlti. volu. lib. 10. tit. 7. nu. 7. vide Crau. cõſ. 151. nu. 28. Pet. de Raue. ſing. 342. Ant. Corſet. in ſuis ſingularib. litera D. ſing. donatio.

Donatio pura facta fratri reuocaẽ natiuitate filiæ, licèt illico deceſſerit. Rot. Auenio. deciſ. 23. in deciſ. diuerſo. Tom. 3. nec tunc reconualeſcit. Crauet. conſi. 151. nu. 28.

Donatio oĩum bonorũ, ſeu partis reuocaẽ ꝑ natiuitatẽ filiorũ. Io. Pap. li. 11. tit. 1. arreſt. 19. qđ ampliatur ꝓcedere, ẽt ſi talis donatio fuiſſet facta fauore matrimonij. ibid. arreſt. 20. & 21.

Donatio facta de omnib. vel parte bonorũ, vel de vna re, ab eo, qui caret liberis, reuocaẽ pp ſuperuenientiam liberorum. Clar. §. donatio. q. 22. vide Dec. conſi. 366. nu. 9. Rol. cõſ. 11. nu. 19. vol. 1. & Bar. in l. 90. §. Imperator. de leg. 2.

Limita primò concluſionẽ, qñ tpe donationis donator de liberis cogitaſſet. Clar. d. q. 22. verſi. ex qua, vide Natt. conſi. 125. Tom. 1.

Secundò, quando tempore donationis iam habebat liberos: tunc enim & ſi alij filij naſcãtur, non debet donatio reuocari. ibi. d. q. 22.

Quando diſpoſitio legis, ſi vnquàm habeat locum, & quando non, vide Clar. d. §. donatio. q. 23. & nõ habet locum in renunciatione, q̃ facit filia patri: q̃a talis renunciatio fit ex cã, nempe propter dotem. Dec. conſi. 181. n. fin.

Ad hoc, vt ſit locus dictæ legi, ſi vnq̃, an reqrat declaratio donantis, vide Guid. Pap. ſin. 339.

Dotis conſtitutio facta genero reuocari nõ poteſt (de nouo ſuperueniente ſobole) ex diſpoſitione. d. l. ſi vnquam; ſed dos reſtituta hoc caſu ſoluto matrimonio (& non ante) poteſt reuocari vſq; ad legitimam filiorum, poſt dotis conſtitutionẽ natorũ. Natt. cõſ. 90. To. 1.

Lex, ſi vnquam non habet locum in renunciatione facta per matrem de bonis paternis, qñ mater ſuperuixit patri. Rol. conſ. 11. vol. 1. ſed habet locum in donatione iurata, etiã ſi eſſet iuratum eam nõ reuocare aliqua ratione, vel cauſa, vel donans promiſerit non contrauenire ex aliqua cauſa, etiam incognita. Rol. conſi. 11. nu. 20. & 21. vol. 1. vide Bar. in l. 90. §. Imperator. de legat. 2.

Donatio habet tacitam conditionem, ſi donator liberos non ſuſceperit: ideò natis liberis reuocatur. Bar. ſing. 211. & c. ſi. 17. q. 4.

In materia d. l. ſi vnquam, an per ſuſceptionem nepotum, & filiorum naturalium reuocetur donatio, vide Guid. Pap. ſing. 571. & d. l. ſi vnquam non habet locum in cauſa pia.

Donatio immoderata facta liberis, reuocatur propter ſuperuenientiam liberorum. Bar. in l. 5. C. de inoffi. donatio. vſq; ad debitum bonorum ſubſidium. l. 5. C. de inoffic. donatio.

Si teſtator non habens filios fecerit plura legata, propter ſuperuenientiam filiorum præſumitur ab illis receſsiſſe. Bar. in l. 8. nu. 2. & 6. ff. de confirm. tuto.

De materia reuocandæ donationis propter ſuperuenientiam liberorum, vide per Bart. in l. 90. §. Imperator de legat. 2. & in Authen. de immen. donatio.

Donatio, q̃ eſt reuocata p ſuperuenientiã liberorũ ipſis mortuis, nõ recõfirmat. Bar. ibi. n. 10

Minori non datur reſtitutio aduerſus donationem cauſa mortis, cùm poſsit eam ad libitũ reuocare. Ozaſ. deciſ. 120. nu. 13.

Donator, vbicunq; poſt donationem factã aliquo tempore ſuperuixit, quo donationẽ reuocare potuit, & non reuocauit, cenſetur in eadem voluntate decedere, & propterea firma remanet donatio. Ozaſ. deciſ. 122. num. 9.

Donatio facta cum clauſula pro ſe, & ſuis hæredibus, agnatione ſui hæredis non reuocatur. ibid. d. deciſ. 122. nu. 10.

Donatio cauſa mortis facta metu alicuius periculi imminentis, tacitè reuocatur periculo ceſſante, ſi tempore donationis fiat traditio rei donatæ; aliàs ſecùs. Crauet. cõſ. impre. inter deciſiones Pede. fol. 209. poſt. d. deci. 122.

Donandi cauſa quandiu permanet, tandiu firma remanet donatio. Crauet. ibid. nu. 2.

Leges per gl. allegatæ in l. 3. ff. de donatio. cauſ. mort. (vbi tacitè reuocatur donatio conualeſcente donatore) in quibus terminis loquantur, vide ibid. nu. 4.

Donationem in dubio reuocatam non cenſeri interpretatio facienda eſt. Crauet. ibid. nu. 14.

Donatio põt reuocari, non obſtante iuramento: quia iuramentum ſemper habet illam tacitam conditionem, quam habet promiſsio, cui adhæret; & ad plus non extenditur, quã extendatur virtus promiſsionis. Gram. deciſ. 104. nu. 75. declara dictum, vt per Fran. Mãt. de coniect. vltim. volu. lib. 1. tit. 13. nu. 6. vide Raud. tract. de analog. cap. 23.

An poſsit reuocari datum cõtemplatione matrimonij, vide Guid. Pap. q. 145.

Donatio cauſa mortis poteſt reuocari, ẽt ſi donator voluit oĩa bona ſua totaliter, & integraliter poſt mortẽ ſuam puenire ad hoſpitale: quia talis donatio eſt cã mortis, imò poteſt reuocari, non obſtantibus verbis, & iuramento, quib. promiſit non cõtrauenire, vide Boer. deciſ. 353. & Fely. conſi. 42. num. 14.

Cauſa mortis donatio poteſt reuocari, quãuis donator promiſerit eam non reuocare, vel non contrauenire. Dec. conſi. 306. & 521. nu. 13. vide Natt. conſi. 104. & conſi. 123. ſed quãdo hoc procedat, vide per Raud. tracta. de analog. c. 23. Mant. de coniect. vlti. volun. lib. 1. tit. 13. n. 7. Clar. in §. dona. q. 4. Dec. cõſ. 470.

An pactum iuratum de non reuocanda donatione valeat, quæſtio eſt diſputabilis inter Doct. vide Boer. conſi. 41. & Natt. conſi. 607.

Si minor donauit cã mortis, & iurauit ſe nõ reuocaturum valet actus, & non reuocatur. gl. magna in cap. item Sacramento. de pace tenenda, in vſib. fend.

Donatio cauſa mortis facta alicui (etiam quòd interueniſſet ſtipulatio) eſt per pœnitentiam reuocabilis. Natt. conſl. 677. nu. 8.

Iuramentum interpoſitum in vltimis elogijs, quæ de ſui natura ſunt reuocabilia, nõ impedit reuocationem, etiam quòd interpoſita ſit expreſſa promiſsio de non reuocando. Natt. ibid. nu 10. vide tamen Rol. conſi. 8. vol. 1. nu. 12. & Guid. Pap. ſing. 343.

Donatio oĩum bonorũ, q̃ tpe mortis donantis ſuperſerũt, facta contẽplatione m̃rimonij fri ſpõſo p̃ſenti, & ſtipulãti p ſpõſam efficit irreuocabilis, ſi donatrix p̃miſerit, & iurauerit ipſam donationẽ obſeruare, & nõ reuocare, ipſiq; nõ cõtrauenire, maximè ſi fuerit poſt, alio cõtractu ratificata, vide Boer. deciſ. 358.

Licèt in donatione fiat mentio mortis, quãdo ipſa donatio tranſit (per ſtipulationem) in contractum ſtipulationis,& partes voluerũt eam irreuocabilem eſſe,tunc erit contractus donationis ob cauſam inter viuos, & efficit irreuocabilis; licèt ſortiatur effectum poſt mortem donantis. Boer.deciſ.353.nu.10.

Quando interuenit iuramentum cum ſtipulatione donatarij,vel Notarij dicitur donatio inter viuos irreuocabilis.ibid.

Donatio iurata inter virum, & vxorem non poteſt reuocari. Capel. Thol.q.262.vide ſupra tit.de donat.int.vir. & vxor.

Donationes,q̃ fiunt filijs contẽplatione matrimonij,confunduntur cum ipſo contractu: iõ ſunt irreuocabiles. Vinc.de Fran. deciſ.205.

Donatio inter coniuges morte confirmatur,q̃ procedit, ſi non appareat de tacita, vel expreſſa reuocatione, aliàs mors nullam induceret cõfirmationẽ. And.Gail.obſer.91.li.2.

In donationibus læſio non conſideratur regulariter: fallit in donatione facta per filiam patri etiam cum iuramento, nam talis donatio quatenus filia reperitur lęſa reuocatur. Mago.deciſ.76. Rot.Florẽ. & quãdo donans enormiter læditur qualiter ei ſuccurratur, vide Abb. conſi.107.lib.2.

Quod dicitur mutuam donationem inter coninges factam poſſe reuocari, quomodo intelligatur, vide Pap.lib.10.tit.1.arreſt. 32. & arreſt.31.ibi.& Boer.conſi.51.

Donatio facta inter coniuges ex cauſa remunerationis (vt ſi mulier annoſa donet viro iuueni) valet: tamen vno caſu poteſt reuocari,de quo per Craue.conſi.51.

Quando dubitatur, an donatio poſsit reuocari ex eo, quòd dicatur irreuocabilis, & inter viuos, licèt in ea fiat mentio mortis, vide Crauet. conſi.214.

Stante pacto, & iuramento de non reuocando donationẽ,ipſa donatio dicitur inter viuos; licèt pactum reſoluatur præmoriente donatario. Crau. conſi.214.nu.fin.

Donatio inter viuos facta per conſtitutum in infirmitate,cum pacto de nõ reuocando,efficitur irreuocabilis. Rol.conſi.8.vol.1.

Idem,quando fuit factum pactum de non reuocando in verbis diſpoſitiuis; ſed quid in executiuis, vide ibid.

Donatio inter viuos ex pœnitentia, non poteſt reuocari. ibid.nu.17.

Donatio(ẽt interueniente ſtipulatione)omniũ bonorum poteſt reuocari.Abb.conſi.48.li.2.

Donatio cauſa mortis per filiũ auctoritate patris facta, an poſsit reuocari ſine conſenſu ipſius patris, vide Guid. Pap.q. 223. & ſing. 599.vel è contrà, an pater poſsit reuocare filio inuito,vide Bar.in l.2.§.ſi verò.ff. de don.

In caſu,quo donatio reuocari poſſet, ſi poſtea donatrix declarauerit ſe velle in eadem donatione, & voluntate permanere,ex tali receſsi volũtate remanet firma donatio. Boer. deciſ.354.nu.ſi.

Donatio non reuocatur ob iactationes donantis, niſi fuerint propoſitæ iudicialiter ante mortem donantis,& probatæ. Ioſeph.Ludo. deciſ.Peruſ.93.par.2. ideò ius reuocandi donationem,non competit hæredi,niſi donans in vita iudicialiter porrexerit querelas, & probauerit.ibid.nu.41. & 42.

Donatio cauſa mortis alia dicit regularis, alia irregularis,& regularis dicitur,quæ ex pœnitentia reuocatur,irregularis appellatur,quę ita fit,vt ex pœnitentia reuocari non poſsit. Fran.Mant. de coniect.vltim. volunta.libr. 1. tit.12.in fine.fol.9.

Ex quibus coniecturis mortis cã donatio reuocetur,vide eundẽ Mant.ibi.li.2.ti.7.fol.37.

Mortis cauſa donatio tribus modis reuocatur. l.19.& ibi.gl.ff.ſi cert.pet. nempe expreſſa pęnitẽtia,conualeſcentia donãtis,& prædecedentia donatarij.§.1.inſtitu.de donatio.vide Caſſan.in conſuetud.Burg.titu. *des ſucceſſions* Rub.7.§.5.glo.2.nu.8.ſed q̃ dicitur de pœnitentia,intelligitur dummodo donans decedens relinquat hæredem; aliàs ſecùs.Hippo. ſingu. 63. quando ex pœnitentia reuocetur, vide Bart. in l.13.§.Marcellus.ff.de donatio. cauſa mortis.

Idem in creditore, qui illud ante tempus vendiderit. l. 75. ff. eo. de furtis.

Pignorans argentum, qđ aurum eſſe dicebat, in ſtellionatũ incidit, non in furtum. l. 20. eo. ti.

Si pignore creditor vtatur furti tenet̃. l. 56. eod.

Si debitor pignus ſurripuit, qđ actione furti ſoluerit, nullo modo repetit. l. 8. ff. de furtis.

Vendens rem alteri obligatam, illam non eſſe obligatam aſſerens, tenetur pœna falſi. l. 28. ff. ad leg. Cornel. de falſ.

Ex quacunq; cauſa bona debitoris mei veniãt ad alium poſſeſſorem: conuenio illum quaſi hæredem. l. 3. §. cùm ex cauſa, & ibid. gloſſ. ff. de iure fiſci.

De materia hypothecariæ actionis, vide in §. item ſeruiana, & ibid. gl. inſtitu. de actio.

Pignoratitia contraria datur creditori ratione pignoris recepti ad multa, de quib. vide per Azo. in ſumma tit. C. de pigno. act.

A litigioſi vocabulo hypotheca ſeparatur, & ideò etiã lite mota ſuper hypothecaria põt debitor alienare, ſi ex ꝓtio ſatisfiat creditori; aliàs ipſe creditor (ſi ſit anterior) aget hypothecaria. §. ab hoc. Auth. de æqual. dot.

Creditor re perempta, vel præſcripta, quando poſsit agere ad pretium in ſubſidium, vide Bart. in l. 3. C. de rei vendica.

Hypothecaria non poteſt intentari cõtra poſſeſſores bonorum, anteq̃ ſit actum perſonali contra debitorem; ſed ſi agat̃ valebit proceſſus, & ſententia. Bar. in l. 25. C. de pign.

Creditor non poteſt retinere rẽ debitoris prætextu crediti, ſi non eſt ei obligata, niſi peruenerit ad eũ de voluntate debitoris eo animo, vt aliquod ius cõſtituat̃ in re. Bart. in l. 5. C. quib. mod. pign. vel hypoth. tacit. contrah.

Creditor quando poſsidet pignus, quæ iura in eo habeat, & ad quid teneatur, vide Hartm. Hartm. c. 2. tit. de creditoribus lib. 2.

Creditor condemnatus ad rei reſtitutionem poteſt eam retinere poſt ſententiam virtute hypothecæ, vel precarij, quam, vel quod nõ oppoſuerat ante ſententiam; ſecùs ſi oppoſuerat. Capic. deciſ. 119. vide Craue. pro genero. conſi. 1. num. 408. Nam creditori, cui permittitur euocatio poſſeſsionis rei hypothecatæ, multo magis conceditur retentio, nec ſi vitioſè, vel non poſſeſsio peruenerit, conſiderandũ eſt. Gram. deciſ. 58. Crau. pro genero conſi. 1. nu. 405. vide l. emptore. C. locati.

De pactis pignorum.

VAlet pactum, vt creditor rem ſibi hypothecatam poſsit capere propria auctoritate, & in ſolutum retinere iuſto pretio: quia datio in ſolutum rei certæ cenſetur emptio, & vẽditio hoc verum, ſi ſecutum eſt appretium: nã tũc transfertur dominium, & creditor facit fructus ſuos; ſecùs non ſequuto appretio, quia tunc creditor poſsidet iure creditoris, & fructus computantur in ſortem. Afflict. deciſio. 368. Guid. Pap. q. 6. tamen ex curſu centum annorum, appretium præſumitur. Afflic. ibid.

Pactum de ingrediendo poſſeſsionẽ rei pignoratæ propria auctoritate, non exercetur cõtra ſingularem ſucceſſorem, ſine aliqua cauſæ cognitione. Bar. in l. 5. §. qui in poſſeſsionẽ. ff. vt in poſſeſsio. legato.

Creditoris vendentis pactum de retrouendendo, prodeſt debitori. Boer. deciſ. 182. nu. 26.

Præſumitur aliquem pactum fuiſſe de pignore non petendo, ſi de pecunia non petenda pactus eſt. Bar. in ſuo tract. de præſumptio. n. 11.

Cætera de pactis pignorum, vide ſupra titu. de dationib. inſolut. & titul. de commiſſo. lege in pigno. reſcind.

Pactum, vt creditor lucretur fructus pignorum non valet; quia cẽſetur appoſitum in fraudem vſurarum, vide Abb. in c. 1. ex. de vſuris, ſupra tit. prox. & Excel. P. Teſſ. deciſ. 78.

Pactum

Pactum de vendendo pignore, nulla notificatione præcedente valet. Bar.in l.36.§.Titius. ff.ad municipal.& de incol.

De venditione pignoris, & hypothecarum, vide ſupra tit.de diſtract pigno.

In quibus cauſis pignus, vel hypotheca tacitè contrahatur.

TVtoris omnis, vel ꝓtutoris, aut curatoris bona præſentia, & futura ſunt tacitè hypothecata pupillis pro adminiſtratione. Capic.deciſ.129.Ioſ.Lud.deciſ. Peruſ.75.part. 2. Auth. ſunt.C. de legit.tutel.& l.20. C.de adminiſt.tuto.

Hypotheca tacita vtrum cõtrahatur tempore adminiſtrationis, vel à tpe malæ geſsionis tutoris in teſtamento dari, & per conſequens retro trahatur, vide Afflict.d.deciſ.129.nu.5.

Vitrici bona ſunt tacitè hypothecata ꝓ adminiſtratione matris pupilli. Boer.deciſ.200.

Res empta ex pecunia mea regulariter non eſt mihi tacitè obligata: fallit in re empta ex pecuuia pupilli.Rot.Genu.deciſ.127.in fine. Bar.in l.17. C.de pignoribus.

Bona ſecundi mariti ſunt obligata tacitè pro vxore in fauorem filiorum, quæ tranſiuit ad ſecũda vota, nõ reddita ratione adminiſtrationis tutelæ filiorum primi matrimonij, iuxta l.penult. C.quib.cauſ.oblig.taci. contrah. ſed quando illa lex non habeat locum, vide Dec.conſi.591.

Minores, & furioſi habent priuilegium iuris, & hypothecę in bonis tutorum, & curatorum: idem in hæredibus pupilli. Bar.ſing.72.

Hypotheca tacita trahĩt ad bona futura; ſicut expreſſa. Ludo.Roman.ſing.598.Amanel.de Clariſaquis ſing 30.tamen tacita hypotheca reſultans ex contractu, non cõprehendit nomina debitorum, quæſita poſt contractum. Alniſ. de Albert.ſing.60.

Bona actoris cõſtituti à tutore, ſunt tàcitè obligata ipſi pupillo. Bart.in l.9.ff.rem tat.habe.

Decreta adminiſtratione curatori furioſi contrahitur tacita hypotheca bonorum curatoris.l.20.C. de Epiſcop.audi.& glo.ibid.

Rex, aut Regina vtrum habeat tacitam hypothecam in bonis adminiſtratoris, veluti Teſaurarij, vide Affl.deciſ.129.nu.6.

Primipilaris hypotheca tacitè contrahĩt in bonis, ĩ dotẽ primipillo datis ab vxore.ibi.n.14

Tacita hypotheca contrahitur in bonis patris, pro bonis maternis alienatis, & trahĩt retrò ad tempus, quo cępit pater adminiſtrare bona filij aduentitia.Boer.deciſ.331. vide l.6.§. fi.C.de bonis, quę libe.& gl.in §.non aũt, ibi.

Filijs primi matrimonij in bonis patris competit tacita hypotheca pro bonis aduentitijs, & paraphernis matris.Gomex.Leo.deciſ.94. in deciſ.diuerſo. Tom.2.l.6.§.omnib.& l.8.§. in illo.C.de ſecun.nupt.

Minorum bona illata, & inuecta in domũ conductam, quando intelligantur tacitè hypothecata pro penſione domus, vide Ioſ.Ludo. deciſ.75.part.2..Amanel.de Clariſaquis ſing. 209.vbi tenet negatiuam.

Inuenta, & illata in domum conductam, cenſentur tacitè hypothecata pro penſione ipſius domus.l.5.C.de locat.& coniunct.& l.4.ff.de pact. ſed an in illis locator debeat præferri anterioribus creditoribus, vide Ioſeph.Lud. deciſ.Peruſ.84.par.2.

Pro deterioratione domus inuecta à conductore ſunt tacitè obligata, vide Gaſp. Cabal. milleloq.267.

Merces venales inuectæ in apothecã, an veniãt in tacita obligatione, & hyhotheca, quæ datur locatori pro penſione apothecæ, vide Maran.in ſuo Spec.part.4.diſt.9.iudi.nu.122.

Quando inuecta, & illata in rẽ conductã, dicantur tacitè hypothecata pro penſione, vide Menoch. de arbitr.lib.2.caſ.441.

Bona cõductoris inuecta ſunt tacitè obligata, quod etiam habet locum in bonis eius, qui tantùm vna nocte manſit in hoſpitio. Pet.de Rauen.ſing.71.

Locator primus quando habeat hypothecam contra ſecundum cõductorem, & inuecta, & illata poſſunt retineri pro alio debito. Bart. in l.11.§.ſolutam.ff.de pigno.actio.

Seluianum interdictum competit pro rebus tacitè obligatis contra ipſum colonum, & inquilinum; ſed actio ſeruiana competit contra quemlibet poſſeſſorem rei obligatæ. l. 1. C.de Saluia. interd. vide l.1.ff.eod.

Ea videntur inducta in prædium conductum, quæ ad vſum perpetuum inducuntur.l.32.ff. de pignorib. & ſimilia tacitè obligata, poſſunt retineri pro penſione propria auctoritate.l.35.ff.de damn.infect.

Minoris bona recipientis dotem non ſunt tacitè obligata pro reſtitutione ipſius dotis. Ioſeph.Ludo.deciſ.75.nu.3. vide glo. in l.fin. C. de legit. tut.

Vxor ius tacitæ hypothecæ habet in bonis mariti; etiã pro bonis paraphernis, & donatione propter nuptias. Myſing.obſer.4.cent.5. vide Caſſan.in conſuetud.Burg.tit. *des droicts* Rub.4.§.15.glo.1.Iaſ.de actio.in §.fuerat.nu. 29.Bar.in Auth.de priuileg. dot.

In dote tam ex parte viri pro ipſa dote conſequenda, quã ex parte mulieris pro dote reſtituenda

ſtituenda contrahit tacita hypotheca in bonis debentis dotē, & reſtituere debētis reſpectiuè. Iaſ. de act. in §. fuerat n. 29. Bar. i l. vnic. nu. 6. C. de rei vxo. act. & in §. & vt plenius.

Vxor licèt in allodialibus bonis mariti habeat pro reſtitutione dotis tacitam hypothecam; tamen eam non habet in bonis feudalibus. Myſing. obſer. 46. cent. 6.

Maritus poteſt mouere actiones paraphernales, quarum ſibi ſunt tradita inſtrumenta, & exigere debita, pro quibus reſtituendis eius bona ſua ſunt tacitè hypothecata, niſi mulier aliter de expreſſa hypotheca ſibi proſpexerit. l. fin. C. de pactis conuentis.

Mulier habet tacitam hypothecā in bonis mariti, quæ incipit à tempore ſolutæ dotis. l. fin & ibid. glo. C. qui potiores.

Debitor recognoſcens debitum in teſtamēto, inducit tacitam hypothecam legalem pro portionibus hęreditarijs, & non aliter. Gaſp. Cabal. milleloq. 267.

Effectus tacitæ hypothecę non eſt minor, q̃ expreſſę. Cabal milleloq. 812. vide Rebuf. in ſuis comment. Tom. 2. tracta. de conſtitut. redit. art. 1. glo. 14. num. 41.

Hypothecā non habet ſententia, niſi à die executionis, vel oppoſitionis factæ dū res ſub haſta diſtrahitur. Papon. lib. 18. ti. 6. arreſt. 36. vide ſupra tit. de pigno. & hypothe.

Quando contrahatur tacita hypotheca, vide plenè per Iaſ. de actio in §. item ſeruiana.

Fiſcus habet tacitam hypothecam in bonis debitoris; ſecùs in Ciuitate, q̃ non habet ipſam tacitam hypothecā. Iaſ. de actio. in §. fuerat. nu. 70. l. 46. §. fiſcus. ff. de iure fiſci, & l. 10. ff. ad municipales, & in Repub niſi ex ſpeciali priuilegio, vel pacto illā haberet. l. 2. C. de iure Reipub. lib. 11.

Fiſcus habet bona debitoris tacitè obligata ex contractu, vel quaſi; ſed an ex maleficio. vide Bar. in l. 1. C. de iure fiſci. lib. 10. & glo. in l. 46. ff. de iure fiſci.

Quòd fiſcus in pœnis non habeat tacitam hypothecam, ſcribit idem Bar. in l. 1. C. de debitoribus Ciuita. lib. 10.

Tacita bonorum obligatio (quā habet fiſcus) non impedit libertatem dari ſeruo; ſecùs ſi ſeruus eſſet ſpecialiter obligatus. l. 2. C. ſi ſeruus pigno dat.

Tacita hypotheca à iure inducitur viginti trib. in caſibus, latè explicatis per Rebuff. in ſuis comment. Tom. 2. tract. de conſtitutio. redit. art. 1. glo. 14. nu. 11.

Bona Prælati pro mala adminiſtratione bonorum Eccleſiæ, ſunt tacitè Eccleſiæ obligata ad inſtar tutoris. Rebuff. ibid. nu. 30.

Eccleſia non habet bona debitoris tacitè hypohtecata. Pet. de Raue: ſing. 186.

Eccleſia habet tacitam hypothecam in bonis emphyteutæ, propter canonem nō ſolutum. Bar. in §. ſcire autem, Auth. de non alienādis, aut permuta. reb. Eccle.

Idem eſt dicere, lego decem ſuper illo fundo, vel dicere, obligo fundum pro decem. Bart. in l. 9. de legat. 3.

In p̃ſtatione alimentorū adeſt tacita hypotheca. Bar. in l. 2. ff de alim. & ciba. legat.

Legatarij non habēt tacitam hypothecam, niſi in eo; quod ſupereſt deducto ære alieno. Bar. in l. 4. ff. de cura. bon. quo deducto illi, & fideicōmiſſarij habēt tacitā hypothecā in bonis teſtatoris ꝓ legatis, & fideicōmiſsis. l. 1. §. cùm enim. C. commu. de legat.

Hypotheca tacita habet pręlationem; ſicut expreſſa in certis caſibus, de quibus in gl. 2. in l. 9. C. qui potiores.

De prætorio pignore.

FAciens ſe immitti in bona iudiciali decreto, acquirit pignus prætoriū, & ius hypothecæ, & pōt ipſa bona ꝓſequi. Myſing. obſer. 28. cent. 1.

In pręt orio pignore, an vno immiſſo oēs iudicent immiſsi, & habeat locum regula, qui prior, & hoc pignus differt ab eo, quod capitur ex cauſa iudicati, vide Bar. in l. ſi & iure. ff. q potiores, & etiam in multis differt à conuentionali; vide gloſſ. in l. 1. ff. de pigno. actio.

Prioritas non datur in pignore p̃torio, in quo omnes creditores ſunt pares. Bart. in l. ſi finita. §. ſi plures. ff. de dam. infec. & in l. 6. §. apud. ff. quæ in fraud. credito.

Prius inductus in poſſeſsionem ex pignore prętorio potior eſt, quàm emptor, vel creditor poſterior. l. 3. C. vt in poſſeſsionem legator. & pignus prætorium qualiter conſtituatur, vide glo. ibid. nempe per immiſsionem poſſeſsionis. l. 2. ff. de pigno. actio.

Habens pignus prætorium præfertur habenti iudicale, ſi eſt prior tempore. l. 2. C. qui potiores; ſed quod dicatur pignus prætorium, & quod iudiciale, vide glo. ibid.

De pignore capto in cauſam iudicati, vide ſupra tit. ſi in cauſam iudicati.

Pignus prætorium in actione reali quomodo conſtituatur, ſi res eſt mea, vide Bart. in d. l. ſi finita. §. Iulianus. nu. 48. ff. de dam. infect.

Creditor an amittat poſſeſsionem, ſi cōtra debitorem eſt miſsio facta ex ſecūdo decreto, vide Bar. ibid. in §. item quæritur.

Primum decretum nō poteſt interponi occa-

ſione debiti, quod certum eſt non poſſe exigi de præſenti, licèt poſsibile ſit debitum iri. l.51.ff.de peculio.

Ex quibus cauſis fiat immiſsio, vide ſupra lib.1. tit.de bon.aucto.Indi.poſsid. & ex quib.cau. in poſſeſsio. eat.

Per miſsionem ex primo decreto contrahit pignus, in quo pōt inſiſti, donec debitū exoluatur, & deiectus habet actionem in factum.l. 11.§.ſi Antiphona.ff.de pignoribus.

Miſſus ex primo decreto non tenetur rem reficere, licèt habeat pignus prętorium; ſecùs in habente pignus cōuentionale.l. 15.§. ſi quis. ff.de dam. infect.

Etiam fructus percepti ex prętorio pignore cōputantur in ſortem, licèt pignus eſſet conſtitutum in cauſa dotis. Abb.in c.ſalubriter ex. de vſuris,& l.48.ff.de ſolutio. & liberat.

Poſsidēs pignus prętorium tm̄ tenet̄ dę dolo; ſecùs in cōuentionali pignore.l.9. §. eſt præterea,& ibid.gl.ff.de bonis aucto, Iud.poſsid.

Primum decretum interpoſitum ad petitionē veri creditoris, prodeſt omnibus alijs creditoribus ex vna cauſa (non ex diuerſis ſecundum gloſam) & primo dimiſſo, ius cæterorū non læditur.l.12.& ibid.glo.eod.tit.

Creditor quando ex conuentionali pignore, poſsit conſequi & prætorium, vide Hartm. Hartm.c.14.tit. de creditoribus.lib.2.

Qui potiores in pignore habeantur, & de prioritate temporis inter creditores.

Secundus creditor habēs ius hypothecæ, cum clauſula conſtituti in certis bonis debitoris, rectè agit remedio recuperandæ poſſeſsionis cōtra tertios poſſeſſores, iura ceſſa habētes à priore creditore, & in eo remedio obtinebit, nō obſtante prioritatę tēporis. Ozaſ.deciſ.133. aliàs creditores priorem hypothecam habentes, in iure ſunt potiores. Ozaſc.d.deciſ.133.Bar.conſi.7.vol 2. And.Gail.obſer.25.libr.2. vide Affiict. deciſ. 306.quę prioritas etiam ad momentum conſideratur. Gail. ibid.

In generali hypotheca prior tempore, eſt prior iure, etiā in bonis poſtea quęſitis. And. Gail.obſer.25.libr.2. quod dictum procedit etiam in pignore prætorio,& iudiciali. Gail. ibid.l.fin.& ibid.glo.C.de bonis aucto. Iudi. poſsid. vide tamen Bart.in l.ſi finita.§.ſi plures. ff.de damn.infect. in l.6.§.item quæritur. & in l.12.ff.de bonis aucto.Iudi.poſsid.fiſcus tamen in illis præfertur.Fran.Marc.q.921.

Creditor prior habēs ſpecialem hypothecam ſuper aliqua re debitoris,& generalem ſuper alijs bonis, nō poteſt agere contra ſecundū creditorem habentem ſpecialem hypothecam ſuper alijs bonis, niſi conſtare faciat rē ſpecialiter hypothecatam non ſufficere pro ſatisfactione ſui crediti, & interim præſumitur ſufficere. Ozaſc.deciſ.159.& 291.Mago. deciſ.124. Rot.Floren. vide Pap.lib.18.tit.6. arreſt.34.ſed an hoc procedat, quādo ſecundus creditor ſolùm habet generalem hypothecam, vide Ozaſ.d.deciſ.159,nu.3.& 6.pro affirmatiua, ſcribit Rol,cōſ.36.vol.4. tn̄ clauſula in inſtrumento apponi ſolita, ita tn̄, ꝙ ſpecialitas gn̄ali nō deroget, nec ècōtrà operat, ꝙ primus creditor in caſu p̄miſſo rectè agat contra ſecundū creditorem, & locū nō habeat.l.2.C.de pign.Ozaſ.d.deciſ.159.nu.fi. Iac.Put.deciſ.38.lib.1.& Rol.conſi.36. vol.4.

Creditor prior ſemper p̄fertur poſteriori generalē, ſiue ſpecialem hypothecā habenti. ibid. Ozaſ.n.5.Marc.q 371.c. 1.ex. de maio.& obe. Bar.in l.1.C.de priuil.dot.fallit in caſu d.l.2. Ozaſ d.deciſ.159.vide Rebuff.in ſuis cōmen. tract de conſtitu. rediru. Tom.2.art.1.glo 8. vbi ampliat,& declarat Reg.in caſibus 13. & limitat in caſibus 16.

Fallit ſecundò in creditore ſecūdo, qui p̄fertur primo, quo ad pœnā,& intereſſe, nō quo ad principale, cuius virtute pęna,& intereſſe creditori debebantur. Affli.deciſ.186,vide Rot. Auenio. deciſ.109. in deciſ.diuerſo. imò, ꝙ prioritas tp̄is habeat locum tā in ſorte principali, quā in vſuris licitis, vt in illis pariter præfertur prior in tp̄e, niſi aliud obſtet, ſcribit Myſing.obſer.59. vide tamē Rot. Auenio. deci.146.n.8.in deci.diuerſ.To.3.qd reſpectu expēſarū, vide Fr.Mar. q.391.pt.2.& dec.929.

De iure augmētū, ſeu additamētū ſequit̄ naturā aucti, ſeu pricipalis,& vniformiter eodē iure tanq̄ eius pars regulatur. Cabal. millel. 449.

Primus creditor nō pōt reuocare ſolutionē factam p debitorē ſecundo creditori recipienti creditū ſuū in pecunia, quæ deinceps per ipſum ſecundū creditorē fuit conſumpta bona fide.Affi.deciſ.190.vide Capic.deciſ.78.& Ioſ.Lud.deci.Peruſ.45.Menoch.cōſ.25.vol.1. Bar.ī l.6 § ſi pupillus.ff.de.bon.auct.Iud.poſ.

Quod limitatur in primo creditore priuilegiato, qui pōt reuocare pecuniā ſolutam,& conſumptam. Affli.d.deciſ 190.vide Capic.deciſ. 78.& Ioſ Lud.deciſ.Peruſ.45. Gome.Leo.deciſ.36.in deciſ.diuerſ.limitatio exēplificat in fiſco, p Menoc.cōſ.25.vol.1.tn̄ verus creditor pōt agere cōtra putatiuū creditorem, vt ſibi reſtituat; qđ ad eum peruenit. Bar.q.6.nu 9.

Solutio facta vni creditori nō reuocatur, altero

negligen-

negligẽte; ſecùs ſi vtroq; inſtãte in ſubſidiũ. l.6.§.ſi pupillus.ff.de bon.aucto. Iudi.poſsid.

Quãdo debitor poſteriori creditori ad eius inſtantiam ſoluit, an creditores anteriores pecuniam condictione indebiti repetere poſſint: in actionibus perſonalib. nullum eſt dubiũ, quia is, cui ſoluta eſt pecunia cæteris pfertur, tanq̃ potior in iure: quo aũt ad creditores hypothecarios diſtinguẽdum eſt, vtrũ pecunia ſoluta ſecundo creditori extet, vel bona fide conſũpta ſit, primo caſu locum habet reuocatio, ſecundo verò caſu ceſſat. Gail.obſer.25.num.14.

Anterior creditor præfertur ſecundo in re vendita, etiam quo ad pretium ipſius rei, niſi pro ipſo dicta res vendita eſſet ſpecialiter hypothecata incontinenti, & dicitur incontinenti obligata, quando obligatur eadem hora, præſentibus hiſmet teſtibus, & per eundem Notarium, licèt per aliud inſtrumentũ, quàm venditionis. Afflic.deciſ.306.nu.4.& ſi. Vinc.de Fran.deciſ.369.par.2.vide Ioſ. Lud. deciſ.Peruſ.45.num.19.Borg.Caual.deciſ.27. par.2.num.27.Hartm.Hartm.c.16.tit.de credito.li.2.& pmiſſa pcedunt re tradita, & habita fide de pretio, nullaq; fraude interueniẽte; aliàs ſecùs.Hart.d.c.16.de creditorib.

Venditor traditione rei transfert dominium: ideò pro pretio non præfertur in re vendita alijs creditoribus anterioribus. Gail.obſer. 15.lib.2.Bar.in l.23.§.ſi mulier.ff.ſolut. matri. & in l.18.ff.de priuileg. credit.

Fallit concluſio primò, ſi fidem non habuerit de pretio, & in dubio non videtur habuiſſe fidem.Gail.ibid.

Secundò fallit, ſi res vendita ſpecialiter ſit venditori obligata pro pretio.ibid.Gail.

Tertiò fallit in emptore doloſo, qui tempore emptionis non erat ſoluendo, & iam antea ceſsionem, vel fugam nequiter præcogitauerat, quo caſu etiam, ſi fides ſit habita de pretio dominiũ rei venditæ, & traditæ nõ transfertur in ipſum emptorem doloſum. Gail.d. obſer.15.Gomez.Leo.deciſ.61.in deciſio.diuerſo.vide tamen Marc.de Mant.ſingul.442. Hartm.Hartm.c.16. tit. de creditorib.lib.2.

Quartò fallit in venditore, qui ſperabat ſtatim ſe pretium recepturũ, & non recepit. Gome. Leo.deciſ.61. in deciſ.diuerſo.

Quando conſtat de debito poſteriori per publicam ſcripturam, poſterior creditor præfertur anteriori creditori habenti ſolùm priuatam ſcripturam, niſi eſſet trino teſte ſignata.vide Paul. Aemil.deciſ.217.par.1.gl.in c.3. extra de fide inſtrum.Rot.Gen.deciſ.13.n.31. vel aliter probaretur per teſtes negotij veritas.ead. Rot.deciſ.188.

Duo teſtes deponẽtes de veritate negotij probant hypothecam etiam ſi non ſit apocha ſubſcripta à teſtibus: idem quando vnus teſtis deponit, & duo ſunt in apocha ſubſcripti, quia coniungitur cum illis duobus.ibid. d.deciſ.188. vide Hiero.Mag.deciſ.122. Rot. Flo.ideò regulariter hypotheca anterior (de qua apparet ſcriptura priuata) non præindicat poſteriori; ſuper qua eſt inſtrumentum, ratio, quia ſcriptura priuata non probat in præiudicium inſtrumenti. Paul. Aemil.deciſ. 217.par.1.& deciſ.112.par.3.Borg.Caual.deciſ.27.par.2. & Ioan. Pap.lib.8.tit.2. arreſt.8.

Fallit, quando per teſtes probatur, q illa ſcriptura priuata fuit confecta ante inſtrumentum; tunc enim anterior creditor præfertur poſteriori habenti publicum inſtrumentum. idem Aemil.deciſ.112 par.3. Vinc.de Franc. deciſ.95.Borg.Caual.deciſ.27.par.2.nu.17.& Gail. obſer.25.lib.2.

In diſcuſsione bonorum recognitio ſcripturæ debitoris, non nocet creditorib.niſi de debito aliter appareat. Cabal.milleloq.663.

Scriptura priuata recognita ante ius tertio q̃ſitum, præiudicat debitori recognoſcenti, & etiam ſingulari ſucceſſori; ſecùs ſi eſſet contumax, vel recognoſceretur poſt ius tertio quæſitum: quia tũc requiritur probatio vera per teſtes. Borg. Caual.deciſ.27. par.2.nu. 6. vide Rebuff. in ſuis comment. tractat. de chyrogra.& ſchedul. recog.art.2.nu.3.

Quando ſunt plures apochæ, vel ſcripturæ ex quibus oritur perſonalis obligatio, tunc nõ attẽditur prioritas temporis; ſed omnes creditores ad ratam debent admitti, ſi concurrunt, & agunt; aliàs qui exigit præfertur: fallit in creditore anteriore priuilegiato, qui in ſubſidium reuocat ſolutum. Borg. deciſ.27. par.2. nu. 67. & 68.

Apocha, vt priuata ſcriptura nullam importat hypothecam, & prioritatẽ, niſi ſit in iudicio recognita, nã tũc à die recognitionis ius hypothecæ tribuit; ſed quid de apocha extrà iudicium recognita corã duob.teſtib. & Notario, vide Aegid. Magiſt.tract.ſubhaſta.cap. 44.in deciſ.diuerſo. Rot. Auenio. deciſ.146. ibid.& Pap.lib.8.tit.2.arreſt.8.

Recognitio ſcripturæ priuatæ debitoris, non præiudicat alijs creditoribus, & poſterioribus, niſi de debito aliter appareat.Rebuff.in ſuis comment.tract.de chyrogra. & ſchedul. recogn.nu.81.fol.119. ſed limita concluſionem primò, quando tertius haberet cauſam à ſcribente. Rebuff.ibid.nu.82.

Secundò limita, quando ſcriptura eſſet à tribus teſtibus ſubſcripta; nam tunc videtur ceſſare pſumptio fraudis. Rebuff.ibi.nu.83.ſecùs ſi à

duobus.ibid.num.32 ſed hanc limitationem intellige,concurrentib. qualitatibus,de quibus per Rol. conſi.84.vol. 3. aliàs ſecùs.

Tertiò limita, quãdo ſecundus creditor habẽs publicum inſtrumentum confitetur ſcripturam priuatam manu debitoris ſcriptam, vel ſubſcriptã: tunc enim talis creditor ex ſcriptura priuata, præfertur habenti hypothecã poſteriorem, etiam ex publico inſtrumento. Rebuff.in ſuis comment.tract. de chyrogra. & ſchedul.recog.art.2.nu.6.Tom.1.

Quartò, quando ſcriptura priuata hypothecã continens non eſt ſubſcripta à tribus teſtib. ſed ab eis recognita: tunc præfertur ſcripturæ publicæ poſteriori tempore, quia non refert,an teſtes ſint ſcripti, vel ſubſcripti, dum tñ viua voce coadiuuent ſcripturã.Rebuf.ibi. n.7. aliàs creditores ſimplicem actionẽ perſonalem tm̃ habentes ſunt pares, & ſimul cõcurrunt. Hart.Hart.c.11.tit. de creditoribus lib.2.vide ibid.c. 12. vt ꝓ rata debiti omnib. ſatisfiat.l.6.C.de bonis aucto.Iudi.poſsid.

Expenſæ infirmitatis gaudent priuilegijs,quib. impenſa funeris. Vinc.de Fran.deciſ.51.vide Borg. Caual. deciſ.3.de contract. ſed earum creditor non præfertur creditorib. anterioribus expreſſam hypothecam habẽtib. idem de Fran.ibid. nam impenſæ funeris præferuntur tacitæ hypothecæ, & actioni perſonali; non autem expreſſæ; ſed quare, vide ibid. & Gaſp. Cabal. milleloq. 677. Borgn. deciſ.30. de contract. & ipſæ expenſæ funeris, ſalaria medicorum pro eorum vacationib.& creditores medicinarum habent priuilegiũ, prælationis.Pap.lib.18.tit.6.arreſt.44.& præferuntur creditorib.pro expenſis cibarijs traditis infirmo.idem lib.18.tit.5.arreſt.45.

Impenſa funeris ante omnia eſt deducenda de hæreditate,& priusq̃ creditorib.& legatarijs aliquid ſoluatur: idem in expenſis factis in infirmitate defuncti,vel in informatione teſtamenti.Caſſa.in conſuet.Burg.tit.*des droicts* Rub.4.§.9.gl.7.nu.5.& Rol.conſi.14.vol.1.

Quando cõcurrunt creditores in actione reali,& perſonali, etiam ꝙ perſonalis eſſet priuilegiata, ſemper præferuntur creditores in actione reali.Vinc.de Fran.deciſ.53.nu.9. nã in actione perſonali nulla datur prælatio tẽporis. DD. de Rota.deciſ.2.titul. de locat.& conduc.in antiq Rot.Genu.deciſ.13.num.31. And.Gail.obſer.25.nu.11. lib.2.glo.in l.fi.§.ſi verò.ff.de iur.delib.l.1.C.ẽt ob chyrog.pecu.

Licèt regulariter creditor, qui habet hypothecariam præferatur creditori anteriori habenti tantùm perſonalem; tamen hoc non procedit; quando hypothecarius contraxit in fraudem. Iaſ.de actio.§. item ſi quis in fraudem,nu.118.& ibid.Ang.nu.29.

Venditio ſi reſoluatur ex neceſſitate pacti de retrouendendo, omnes hypothecæ medio tempore contractæ extinguntur.vide Bar.in l.9.ff.de aqua plu.arcen.ideò impetrata licẽtia per poſteriores creditores de alienanda re feudali empta cũ ipſo pacto,vt ipſis ſatiſfiat de pretio, ſi talis res fuit redẽpta virtute dicti pacti, in ꝑtio ſunt ꝓferendi anteriores creditores dictis poſteriorib. creditorib. qui obtinuerãt ipsã licentiã. Vin.de Frã deci.64.

Valet cõuentio, vt de pretio rei venditæ ematur res pro ſecuritate ipſius rei, adeò q͛d res emenda ſit ſpecialiter hypothecata pro euictione venditæ rei, quo facto, & re euicta emptor de cuius pecunia res fuit empta, eſt præferendus in ipſa re alijs creditorib. anterioribus.Vinc.de Frau.deciſ.97.

Mutuans ad refectionem ædificij debet præferri in ipſo ædificio alijs creditoribus duobus concurrentibus, de quibus vide per Myſing. obſer.60.cent 1.ad hoc faciunt l.25.ff.ſi cert. pet.& l.1.ff de ceſsio bono.

Ratione pecuniæ mutuatæ pro refectione domus, & rei, aut pro expenſis factis in funere, & in infirmitate,in qua eſt quis mortuus,aut pro cuſtodia,vel alimẽtis alicuius rei, & pro ſemine dato ad ſeminandum, creditor præfertur alijs anterioribus creditoribus. Borg. deciſ.27.nu 27.par.2.

Creditores, qui cõtrahunt cum aliquo mercatore intuitu alicuius negotiationis ſunt potiores in illis mercib. quolibet alio creditore,qui extra illã negotiationem cõtraxiſſet. Hiero Mago.deciſ.Luc.1.& Rom.ſing.575.

Hypotheca, & obligatio bonorum, quæ apparet per confeſsionem factam à debitore de debito,licèt ſit anterior,nõ præfertur poſteriori apparẽnti de vera numeratione. Borg. deciſ.27.nu.26.par. 2. fallit,quando ex coniecturis verificaretur confeſsio.ibid.Borg.

Mutuans ad reparationem rei obligatæ pecuniam alijs creditoribus præfertur, tribus tamen concurrentibus: Primò, vt nominatim in refectionem rei pecunia mutuo data ſit: Secundò,vt in aliud vſum non conuertatur: Tertiò, vt domus refecta exiſtat. Gail.obſer. 12.num.4. vide Gail.obſer.25. lib.2. Hartm. Hartm.c.9.tit. de creditoribus lib. 2.

Creditores ſolùm habentes actiones perſonales contra poſſeſſores rerum agere non poſſunt; in concurſu tamen priuilegiati(etiam tempore poſteriores) cæteris præferuntur,vt in caſibus, de quibus per Gail. obſer.25.nu. 11. lib.2. nam actiones perſonales non tranſeunt contra ſingularem ſucceſſorem.Craue. conſil.295.num.7.

Licèt

Licèt ſpecialis hypotheca non ſit potior generali anteriori; tamen data paritate temporis, ſpecialis eſt potior. Aegid. Magiſt. tract. ſubhaſtat. c. 32. in deciſio. diuerſo. fol. 207.

Directus fundi dominus creditor antiquarum penſionum, præfertur omnibus creditoribus debitoris. idem Magiſt. ibi. cap. 41.

Septem in caſibus vnus præfertur alteri ex cauſa, eodem pretio, & conditione, vide Maran. in ſuo Spec. diſpu. 8. nu. 29.

Quando pignus capitur auctoritate Iudicis, vel virtute inſtrumenti guarentigiati non habet locum reg. qui prior eſt tempore, potior eſt iure, ratio, quia rerum mobilium vilis. & abiecta eſt poſſeſsio. Caſſa. in conſuetu. Burg. tit. *des rentes* rub. 5. §. 3. glo. 1. vide tamen Bart. in l. 12. ff. de bon. auctor. Iudi. poſsid.

In reſtitutione vſurarum ille, cui eſt facienda reſtitutio anteponitur cæteris ex alijs cauſis creditoribus ipſius vſurarij. qui rem dederat inſolutum. Menoch. conſil. 300. nu 6 lib. 3.

In facto perſonæ cohærente, & in obligatione exiſtēte ille præfertur, cui factum eſt promiſſum prius. Bar. ſing. 1 : 1. Pet. de Rau. ſing 331. quod procedit etiam in obligatione perſonali. ibid.

Qui in pignore ſint potiores tā in actione reali, quàm perſonali, vide Azo. in ſumma tit. C. de bonis aucto. Iudi. poſsid. nu. 10.

In pignoribus quis dicitur anterior, vel ratione cauſæ, aut temporis, vel priuilegij, de quibus oībus vide per Azo. in ti. C. qui potiores.

Debitor habēs plures creditores, ſi ad aliquod beneficium aſpirauerit, alióſq; creditores poſtea creauerit, poſteriores creditores facti poſt habitum beneficium erunt potiores, in fructibus dicti beneficij. Ludo. Rom. ſing. 87.

Si obligo bona mea præſentia, & futura duobus priuatis, diuerſis temporibus, quis illorū erit potior in poſtea quæſitis, vide Bart. in l. 28. ff. de iure fiſci, & ibid. glo.

Reg. eſt, quòd qui prior eſt tempore, prior eſt iure, quæ reg. non ſolùm locum habet in hypotheca expreſſa, ſed etiam in tacita: ideò habens ſolùm tacitam hypothecam anteriorem, regulariter præfertur poſterioribus creditoribus tacitam, vel expreſſam habētibus; ſed limita reg. in expreſſa hypotheca tribus in caſibus, de quibus per Hartma. Hartma. c. 8. tit. de creditoribus.

Creditor ſi habet ſimplicem hypothecam omnium bonorum in tali hypotheca comprehēdunt præſentia, & futura bona; ſed quando in futuris præferatur creditoribus poſterioribus, vide ibi. cap. 9.

L. quoties. C. de rei vendic. diſpoſitio, non habet locū in hypothecis. Ozaſ. d. dec. 133. nu. 4. & per conſequens prior tēpore præfertur ſecundo etiam rem ipſam obligatam poſsidēti: quia ius hypothecæ per ſolam conuentionem conſtituitur ſine traditione. Gome. Leo. deciſ. 86. in deciſio. diuerſo.

Poſsidentis melior eſt conditio, vbi duo creditores pari tempore hypothecā habent. Ozaſ. d. deciſ. 133. nu. 5. Vincent. de Fran. deciſ. 260. part. 2. ſed quādo nemo poſsidet, admittitur concurſus. ibid. d. deciſ. 260.

Prioritas temporis locum non habet, vbi agitur mero poſſeſſorio. Ozaſ. d. deci. 133. nu 8.

Locator non præfertur in bonis illatis anterioribus creditoribus, niſi domus fuiſſet locata pro conſeruatione rerum. Ioſ. Ludo. deciſ. Peruſ. 84.

Emptor, vel tertius creditor cuius pecunia peruenit ad primum creditorem, an ſuccedat quo ad ius retentionis in locum primi abſq; pacto, ita quod poſsidens poſsit ſecundum creditorem excludere, vide Pet. de Benintē. deciſ. 50. vbi tenet pro parte affirmatiua, vide etiam Vincent. de Fran. deciſ. 134.

Emptor de cuius pecunia fuit ſatisfactum priori creditori habenti hypothecam in prædio empto, eſt potior in ipſo, & debet præferri ſecundo creditori, qui reſpectu ipſius emptoris eſſet anterior. Boer. conſi. 47. tamen emēs à creditore non vendente iure creditoris ius pignoris non conſequitur: quod limita, quādo creditor vēdiderit rem, cum omnibus iuribus ſibi competentibus in ipſa re; quia tūc cōſequitur ius pignoris. Crauet. cōſ. 298. nu. 6.

Creditor emens rem ſibi hypothecatam irreuocabiliter fit dominus per emptionem: & hypothecaria extinguitur; niſi quo ad retētionem. Capic. deciſ. 43. & per conſequens hoc caſu creditor emptor poteſt ſe tueri poſsidēns à poſterioribus creditoribus. ibi. nu. 3. Rebuff. in ſuis comment. tract. de conſtitut. redit. Tom. 3. art. 1. glo. 8. nu. 15. vide Hartma. Hartma. c. 4. tit. de creditoribus lib. 2.

Creditor ſecundus ſuccedens in locum primi circa rem, quam emerat à debitore: cùm pecunia ſoluta ſit illi primo creditori, habet rē emptam adhuc obligatam, ex quo non eſt factus dominus irreuocabiliter, cùm poſsit à ſecundo creditore conueniri. Capic. deci. 43. nu. 4. ſed vide ibid.

Ceſsione facta actionis contra debitorē, & eius bona per creditorem, cui debitor obligauerat omnia bona, deinde vēdiderat Titio domum, poſtea Paulo fundum: creditor egit hypothecaria contra Titium petendo domum, Titius offert debitum, fit ceſsio ſupraſcripta, vtrum poſsit intentari contra Paulū, vide Capic. deciſ. 53. nu. 8.

Primus creditor prælationis, ordiniſq; beneficio excidit, ſi eius voluntate res ſecundo creditori ſubijciatur. Aegi. Magiſt. tract. ſubhaſt. c.45. in deci. diuerſo. ſed prioritas non perditur per nouationem hypothecæ. ibi. d. c.45.

Quando ſecundus creditor ſoluit, vel offert ſoluere priori, & obſignat debitum primi efficitur anterior, & cogi poteſt primus creditor tradere rem obligatam ſecūdo creditori ſic ſoluenti, niſi primus, idemq; creditor offerat ſoluere ſecundo. Rebuf. in ſuis comment. Tom. 2. tract. de conſtitut. redir. art. 1. gloſ. 8. nume. 35. ſed an tunc ſecundus creditor ſuccedat in ius primi, vide Bar. in l. 3. ff. quę res pignori, & in l. 8. §. eorū. ff. de priuil. credit. n. 44.

Quis prioritatē probare debeat, & quomodo, vide Rebuff. ibi. nu. 44.

Creditor, qui tertio poſſeſſori ſibi ſoluēti actiones tenetur cedere, etiam cōtra ſe ipſum creditorem cedentem, ex alia poſteriori cauſa intereſſe ꝑtendērē, cedere tenet. Dec. cōſ. 104.

Secundus creditor ex conuenrione debitoris, non poteſt in ius creditoris ſuccedere, poſt pignoris venditionem. l. 2. ff. de pigno.

Secundus creditor in ius prioris creditoris non ſuccedit, niſi ſit actum; ſed tunc ſuccedit in pignus, & poteſtatem vēdendi. l. 3. ff. quæ res pigno. vel hypothe. oblig. non poſſ.

Ille, cuius pecunia pignus liberarur, non ſuccedit in ins debitoris quo ad actionē; ſed quo ad exceptionem ſic. l. 1. ff. quib. mod. pign. vel hypothe. ſolu.

Tutor poteſt creditori patris pupilli ſoluere, & in eius locum, & pignora ſuccedere. l. 12. ff. de rebus eorum, qui ſub tutela.

Qui credidir (vt ſatisfiat creditori) ſuccedit in eius locum, etiā in actionibus perſonalibus. l. 2. ff. de ceſsio. bono.

Soluens fiſco pro alio, habet priuilegium fiſci de proſequendo bonis eius, pro quo ſolnit. l. 45. §. qui pro alio. ff. de iure fiſci.

Cùm poſterior creditor priori ſatisfacit, confirmat ſui pignoris cauſam. l. 12. §. ſi pignori. ff. de captiuis.

Confeſsio de dote recepta facta per virum conſtante matrimonio, an noceat creditoribus, vide Affic. deciſ. 402. Ioſ. Ludo. deciſ. Peruſ. 66. par. 2. & 3. lib. 1. de dot. caut. non numer. Boe. dec. 331. Capel. Thol. q. 218. Iaſ. de actio. in §. fuerat nu. 76. Dec. conſi. 96. Hippol. ſing. 324. Bart. in l. 2. §. creditum nu. 5. ff. ſi cert. pet.

Mulier non poteſt agere ſuper aſsiſtentia vigore dotalis hypothecæ, contra creditorem habentē hypothecam anteriorē. Capi. deciſ. 43.

Creditores poſteriores in cæteris, & alijs bonis præferunt vxori, quæ cum viro alienauerat per prius multa bona viri, cedendo iura ſua, quorum pretium aſcendebat ad quātitatem dotis, quo caſu ſibi præiudicauit quo ad debitorem mariti (etiam poſteriores) non quo ad ipſum maritū. Tho. Min ad. dec. 29. Neapo. aliàs alienatis bonis dotalib. de cōſenſu mulieris, pro pretio vxor habet regreſſum cōtra bona mariti, cum anterioritate temporis à die ſuæ dotis cōſtitutæ, & debet præferri cū- ctis creditoribns mariti habentibus hypothecas, poſt conſtitutionem d. dotis, licèt ante alienationem dictorum bonorum dotalium. Gome. Leo. deciſ. 18. in deciſio. diuerſo. Tom. 2. vide Bar. in conſi. 124. nu. fin.

Vir non habet priuilegium prælationis in cauſa doris, ſicut mulier. Boer. deciſ. 328. nu. 3.

Dos confeſſa, & non recepta, an habeat priuilegia dotis, vt mulier præferatur creditoribus mariti. vide Boer. deciſ. 390. Mago. deciſ. 68. Rot. Flore. Iaſ. de actio. in §. fuerat. nu. 71.

Mulier dans dotem non præfertur creditoribus expreſſam habentibus hypothecam, & anterioribus. Capel. Thol. quæſt. 218. Iaſ. de actio: in §. fuerat nu. 72.

Dos ſoluta licèt nō ſit ſecutum matrimonium, habet ſuam hypothecam. Boer. deciſ. 331.

Hypotheca racita à lege conſtituta de dote reſtituenda, nō extinguitur per ſubſecutam expreſſam. Boer. deciſ. 332. fallit in paraphernalibus; quia in his prouiſio hominis tollit prouiſionem legis. Boer. d. deciſ. 332.

Donatio propter nuptias à principio renet, & propterea mulier eſt præferenda cæteris creditoribus. Ioan. Mohed. deciſ. 50.

Priuilegium prælationis, quod vxor contra creditorem haber, in dote confeſſa ceſſat, niſi creditor pariter ageret ratione crediti confeſsi, Myſing. obſer. 61. cent. 1.

Mulier pro dote debet præferri omnibus alijs creditoribus mariti anterioribus ſiue tacitā, ſiue expreſſam hypothecam habentibus, ita fuit deciſum in camera imperiali, vt teſtatur Myſing. obſer. 13. cent. 4. & obſer. 45. cent. 6. vide Pap. lib. 11. tit. 3. arreſt. fin. ſed quò ad expreſſam hypothecam communis eſt in contrarinm, vide Iaſ. de actio. in §. fuerat nu. 72. & 73. Hartma. Hartma. cap. 4. titu. de dote lib. 1. ſed quod præferat in racita, ſcribit idē Hart. Hartma. cap. 17. titu. de creditoribus. lib. 2. quod nō procedit in donatione propter nuptias. ibi. cap. 18.

Ius prælationis competens mulieri, non habet locum in dote confeſſa; nam ad hoc, vt mulier in concurſu creditorum prærogatiuam temporis, & dotis priuilegiū habeat, neceſſe eſt probare realem numerationē dotis. Gail. obſer. 81. lib. 2. quod procedit, ſi fuerit oppoſita exceptio non numeratæ dotis; aliàs ſecus

cùs. ibi. nu.4. & quando creditores fidem faciunt de reali numeratione crediti; aliàs ſecùs.ibi.n.5. qd ſublimitat̃ p Hippo. ſing. 324.

Item fallit concluſio, quando lapſa ſunt tempora opponendi exceptionem non numeratæ dotis.Gail.ibi.nu.10.

Tale ius prælationis non habet locum in paraphernis.idem Gail.obſer.92.lib.2.

Hypotheca tamen locum habere incipit à die contractę obligationis,& nõ ſolutionis:ideò inſpicitur tempus cõſtitutæ dotis, licèt multum poſt maritus illam receperit, & talis receptio præiudicat creditoribus medio tempore contrahentibus cum ipſo marito. Rot. Auenio. deciſ.25. in deciſio. diuerſo.Tom.3. & Boer. deciſ.331.

Mulier expreſſam hypothecam habens pro dote præfertur anterioribus creditoribus tacitam hypothecam ſolùm habẽtibus,quod admittitur etiam contra filios primi matrimonij habentes tacitam hypothecam in bonis patris pro bonis aduenticijs, & parapher nis matris.Gome.Leo.deciſ.94.in deciſio.diuerſo. vide Bart.in l.1.C.de priuileg. dot. ſed in dotibus priuilegium prælationis in hypothecaria non tranſit, niſi ad hæredem. Bar.in l.1.ff.ſolut matr.

Si aliquis confeſſus fuerit dotem ſuæ vxoris, & inde receperit ex longo interuallo realiter dotes vxoris filij,ſi poſtea ſit contentio inter illas de prioritate temporis, prima vxor erit potior, & præferenda nurrui, licèt non conſtiterit de reali numeratione: Craue.conſ.44. vide tit.Authen.vt exactione inſtante.

Vxor præfertur omnibus in rebus datis per eã in dotem; ſed quando hoc procedat, vide Bart.in Authen.vt exact.inſta.dot.§.1.

Priuilegia perſonalia quibus ex cauſis ex tempore extinguantur,vide Bard.ibid.

Priuilegia dotalia non poſſunt per ceſsionem transferri nec competunt creditori.Bart.ibi.

Creditor an habeat hypothecam contra debitores ſui debitoris, cuius hẽt obligata bona, & nomina debitorum, vide Capic.deciſ.78.

Creditores ex cauſa oneroſa,præferuntur creditoribus ex cauſa lucratiua.Capi.dec.78.nu.7.

Hypotheca tacita fiſci,vtrum pręferatur tacitæ hypothecæ pupillorũ,vide Capi.dec.129.n.10.

Fiſcus præfertur priuato in bonis quæſitis poſt hypothecam tacitam, niſi priuatus eſſet etiã priuilegiatus. ibi. nu.12. quando præferatur, vide Hartma.Hartma.cap.21.tit.de creditoribus.lib.2.ſed non præfertur pro expenſis factis contra delinquentem. Rot.Auenio.deci. 121.in deciſio.diuerſo.

Primipilaris hypotheca tacita præfertur oĩbus creditoribus. Capi.dec.129.n.13.qui propriè dicatur primipilus,vide Capi.dec.129.nu.15.

Hypotheca priuati,quãdo præferatur hypothecæ fiſci,vide Barto. in l.38.ff.de iure fiſci.l.3.& ibi.gl. C.de remiſsio.pigno.& l.28.& ibi.glo. ff.de iure fiſci.

An emenda regia ſit ſoluenda ante creditores, vide Ioan.Gal.q.10.

Quòd in pęnalibus Iudicijs priuatus Principe potior ſit, habetur in libris placit curiæ lib. 16. de pęnis fiſcalibus tit.9. in deciſio. diuerſo.ſcribit Guid.Pap.ſing.505.

Fiſco,& parte lęſa concurrentibus ratione condemnationis factæ contra delinquentẽ, pars lęſa præfertur fiſco in executione.Pap.lib.24. ti.16.arreſt.1.ſed in pęna cõuentionali applicanda pro medietate fiſco, & pro alia alteri ex contrahentibus,fiſcus,& pars priuata concurrunt pro rata.ibi arreſt.2.

Creditor fiſcus ex delicto non præfertur creditoribus ex cõtractu; ſecùs qñ eſt creditor ex contractu. Bar. in l.1.C.de pęnis fiſca. lib. 10.

Quando quis condemnatur erga Epiſcopum, & Principem, Epiſcopus præfertur Principi. Pap.lib.24.tit.16.arreſt. 3.

Fiſcus, & fęmina pari paſſu ambulant; ideò fęmina anterior præfertur fiſco, & ècontrà.l.9. C.de iure dot.

Fiſcus nõ poteſt vendere rem alteri obligatam ſpecialiter l.22.C.de iure fiſci.

Aſſenſus retrotrahitur ad tempus contractus, quare creditor hypothecarius aſſenſu ſaluo, pręfertur emptori poſteriori cum aſſenſu.Capic. deciſ.182. nu. 16. tamen ſolutiones factæ non retrotrahuntur ad tempus præcedentis inſtr̃i promiſsionis in præiudicium tertij, in conditione poteſtatiua. Rot.Genu.deci.188.

Venditio,vel hypotheca contracta ſaluo aſſenſu ſuperioris,qui poſtea obtentus eſt,eu operet à die venditionis,vel cõtractæ hypothecę in alterius præiudiciũ, vide eundẽ deciſ. 86.

Obligatio rei meæ facta meo nomine me ignorante,ſi ratificetur à me,poſtquam obligauerim omnia bona mea alteri, non nocet mea ratificatio ſecundo creditori. Maran. in ſuo Spec.diſputatio.9.nu.10.fol.604.

Ratihabitio non retrotrahitur, vt videatur pignus rei alienæ retrò valuiſſe in præiudiciũ tertij, cui res medio tempore per dominum fuerat obligata.Bar.in l.20.ff.de pigno.act.

Debitor ſi confiteatur hodie, quòd Titius ſibi mutuauit iam ſex menſibus elapſis: iſta confeſsio non præiudicat alteri creditori. Bar.in l.3.ff.de fid.inſtrument.

Cõditio exiſtẽs trahit̃ retrò ad tp̃s ſtipulationis cõtractæ,ſi tp̃e exiſtẽtis cõditionis repit̃ extremum habile ad obligationẽ cõtrahẽdam. Bart. in l.14.ff.dę nouat. & delegat. nume. 4.

Primus

Primus emptor cum hypotheca ſpeciali rei venditæ præfertur ſecundo, cui res fuit tradita. Mago.deciſ.21.Luc.

Qñ vẽditor alienat eãdẽ rẽ duobus, quis illorũ præferatur, vide ſupra tit. de cõtrahe.emp.& vẽd.Iaſ.de actionib.in §.itẽ ſi quis in fraudẽ, nu.116. Dec.conſi.68.Bart.in conſi.74.vol.1.

Creditor proclamari faciens bona ſui debitoris (etiam quæ ab alio tenebat) quare illi tertio pariat præiudicium, vide Boer.deciſ.112. num.10.vt amplius non audiatur. ibid.deciſ. 141. ſed eo caſu creditor ſecũdus poteſt adhuc agere, offerendo ſecundo creditum ſuũ, ibi.d.deciſ.112 nu.11.

Quando creditor recipit rem in ſolutum debet paciſci, quòd ſi contingat rem datam in ſolutum euinci, non intendit à prima obligatione recedere; imò quod in ſuo remaneat vigore, vide Boer.deciſio.332. & talis conuentio prodeſt propter fideiuſſores, vel pignora, quę erãt in prima obligatione, vel pp antiquiorẽ hypothecã, vt ab illis nõ intelligatur receſſum. Boe.ibi.Bar.in l.46.ff.de ſol.& libe.

Pactum appoſitum in ſecundo contractu de nõ recedendo à prima obligatione, ſeu hypotheca facit, vt conſeruetur prima actio tam hypothecaria, quàm perſonalis. Boer.deci.332. & deciſ. 337. natura enim eſt iurium reſeruationis iura primęua conſeruare, ſi non ſunt extincta. Vinc.de Fran.deci.50. tamen quando ſpecies in ſolutũ datur pro ſpecie, & in caſu dotis, cẽſetur ſemper prior hypotheca retenta, etiam ſi nõ fuerit dictum. Boer.d.dec.337.

De antiquiori debito contra creditorem agentem ad effectum impediendi condemnationem, opponi nõ poteſt in reali, & perſonali. vide Aegid.Bellum.concluſ.147.

Ordo ſcripturæ deſignat ordinem voluntatis; ideò priores inſcriptura, in iure ſunt potiores. Caſſad. deciſ.9. tit. de præbend.& quando in eodem protocolo reperiuntur duo inſtrumenta eiuſdem datæ, attenditur ordo ſcripturæ, & illud præſumitur prius quod primò ſcriptum eſt. Marc.d.q.923.nu.4. vide Menoch.de arbitra.lib.2.caſ.48.

Gratia vnò die conceſſa duobus ille præfertur, qui prius fecit gratiã ſuam purificari, & proceſſum ſuum fieri. Capel.Thol.q.25.

Gratia cõceſſa cum clauſula, ex nunc, prout ex tunc retrotrahitur ad tempus datæ, quo tempore videtur ius quæſitum; limita tamen vt ibi. vide Mohed.deciſ.111.

Quando vnum reſcriptum alteri præferatur, vide Menoch.de arbitr.lib.2.caſ.48.

Ille, qui mutuat pecuniam, ex qua comparatur prædium non præfertur, niſi ſpecialiter hoc fuerit actum, & ipſa res empta ſpecialiter hypothecata. Fran.Marc.q.923.par.2.

Creditor in mercib. ex ſua pecunia cõparatis, alijs creditoribus anterioribus non præfertur, niſi pecunia expreſsè ad comparandas tales merces mutuo data ſit. vide And.Gail.obſer.12.lib.2. Anto.Trig.ſing.84.gl.in §.his cõſequens, Auth. de æqualitate dot. vel res empta ſit ſpecialiter hypothecata ibi.Gail.nu.4. Ant.Trigo.ſing.84.vide Aegid. Magiſt.tract. ſubhaſta.cap.45.in deciſio. diuerſo.

In vino deguſtato, & vẽdito (ẽt parte pretij ſoluta) prẽfert vẽditor pro reſiduo p̃tij dicti vini alijs creditorib. añriorib.emptoris, ipſo vino exiſtẽte adhuc apud vẽditorẽ. Pap.li.18.tit.5.

Pecuniã redactã ex vẽditione rei meæ à te facta, poſſum in ſubſidiũ repetere, & ècõtrà, ſi ex pecunia mea rẽ emas, in ſubſidiũ poſsũ ad illã agere, licèt mihi obligata nõ ſit. Ro.ſing.612.

Qñ quis reſeruauit ſibi ius in re, cuius dñs erat ante traditionẽ, ſi res ipſa poſtea alienetur, non transfertur dominium in emptorẽ. Bart. in l.filiusfam.§.diui lo 2.de legat.1.

Actor tp̃is prioritatẽ probare tenet; tñ vbi reus nò probaret de titulo, actor obtineret. Marc. q.223.par.2.

Creditor poſsidẽdo rẽ ęquipollẽtẽ debito principali, an ob hoc cæteræ res ab hypotheca liberent; quid, ſi res poſſeſſa, vel in ſolutũ data minus valeat. vide Marc. q.925.par.2.

Cõfeſsio debitoris nõ nocet creditori, qñ aliter nõ cõſtat de debito, q̃ per confeſsionem, maximè vbi tractatur de confeſsione ſuſpecta, facta p priuatã ſcripturã.Rot.Gen.deci.13.n.31.

Titulus de ſeparatione bonorũ loquitur in creditoribus defuncti in actione perſonali, qui impetrata ſeparatione bonorũ, præferuntur etiam creditoribus hypothecarijs hęredis in bonis defuncti. de Fran.d.dec.51.nu.8.niſi fidẽ hæredis ſint ſecuti.l.2. C. de ſepara.bono.

Creditor ſi cõſentiat q aliqua bona ex ſibi obligatis alienentur, poſtea ſi ex aliqua cauſa debitor illa recuperet, amplius nõ veniunt in obligatione, ſi ex noua cauſa in eũ veniunt; ſecus ſi ex antiqua, ſimili, vel connexa. Vincent. de Fran.deciſ.64.nu.6.& 8.

Hypotheca hæredis (adeuntis ſine inuentario) q̃ habebat cõtra defunctũ, p extincta hr̃, quo ad ipſum hæredẽ: ſecùs quo ad tertiũ habentem cauſam ab ipſo hęrede: nã iſte tertius poteſt ſeruari priori hęredis hypotheca, quę hoc caſu non cenſetur extincta. idẽ de Fran.dec.80.

Primus creditor conſentiẽs obligationi hypothecarię ad requiſitionẽ tertij creditoris, efficit poſterior. oĩbus, q hypothecã habebãt tpe conſenſus, & illo, cui cõſentit. Cabal.milleſ.o. 447. idẽ ſi cõſentiat alienationi alicuius rei ex hypothecatis. Pap.lib.11.tit.3.arreſt.21.

Creditor, qui recepit in ſolutum ignoranter rē alienam conſiſtentem in numero, pondere, & menſura, an teneatur illam reſtituere vero domino, vide Borg. deciſ. 27. nu. 69. part. 2.

In pignoribus an res loco pretij, & pretium loco rei hypothecatæ ſuccedat, adeò quòd detur actio contra poſteriores creditores, ad quos pretium ipſum peruenit, vide Mago. deciſ. 9. Rot. Floren.

In creditore non habente hypothecam, & obtinente ſententiā cōtra debitorē, prioritas cōſideratur ſolùm à die ſententiæ, & captæ poſſeſsionis. vide ſupra tit. de pignoribus.

Pluribus bonis hypothecatis alienatis, poſtremò alienata reuocanda ſunt per creditorem, qui propterea tenetur agere hypothecaria contra vltimum emptorem. Aegi. Magi. trac. ſubhaſt. cap. 41. vide ſupra tit. de pignoribus.

In actionibus perſonalibus creditor maioris ſummæ, præfertur creditori minoris ſummæ. l. 1. ff. de priuileg. credito.

Fideiuſſor pro debitore ſoluens habet actionē mandati contra bona debitoris, cum prælatione temporis, non à die ſolutionis; ſed à die contractæ obligationis, maximè ceſſa actione à creditore. Gome. Leo. deciſ. 85. in deciſio. diuerſo. quia tempus conuentionis in prælatione hypothecæ inſpicitur, nō dies ſolutionis ibi Gome. nu. 3.

Per ceſsionem actionis ſucceditur in locum creditoris cedentis in omnibus. ibi. d. deciſ. 85.

Quando pro eodē credito concurrunt cedens, & ceſsionarius admittitur concurſus vtriuſq; pro rata, ſi debitor poſsideat, vel alius. Vinc. de Fran. deciſio. 360. par. 1.

Rei vendicatio ſupra omnes actiones perſonales, & hypothecarias eſt. Ludo à Pegue. in ſuis quæſtio. crimi. cap. 38.

In pecunijs banchi falliti creditores hypothecarij campſoris falliti, qui ſunt creditores ex alijs cauſis præferuntur creditoribus, qui tantùm ſunt creditores ex rationibus eiuſdē banchi; ſed quando hoc procedat, vide Ludo. à Pegue. in ſuis quæſtio. criminal. cap. 38.

Priuilegium eius qui tractat de damno vitando præfertur priuilegio, in quo tractatur de lucro captando. Dec. conſi. 4.

Nomen debitoris poteſt aſsignari creditori habenti priorem hypothecam, debitore etiam non citato Nat. conſi. 300.

Clericus ſi ære alieno ſit grauatus, & etiam Eccleſię teneatur quot annis certum quid ſoluere, an Eccleſia ſuum creditum deducere poſſit, vide Roma. ſing. 357.

Si concurrant ille, qui habet directas, & ille, qui habet vtiles, quis horū præferatur, vide Bart. in l. 3. C. de nouat.

Probatio prioritatis temporis poteſt fieri teſtibus publicatis, ſi in primis articulis tempus non ſint deductum. Bartol. in l. 1. C. de iure fiſci lib. 10.

Temporis prioritas inter creditores chyrographarios, quando inſpiciatur, vide Bartol. in l. 29. ff. de locat. & conduc.

Debitum cauſa ſtudij, & debitum cauſa dotis concurrunt. Bart. in l. 1. nu. 31. ff. ſolut. matrim.

Priuilegium, quod habet pupillus in actione perſonali contra tutorem vt præferatur, non tranſit ad hæredes. Bartol. in l. 43. ff. de admiuiſtra. & peric. tuto.

Legatarius quando præferatur creditoribus in re legata, vide Bar. in l. 5. §. poſtquam. ff. vt in poſſeſsionem legatorum, ſed quando creditores hæreditarij præferantur legatarijs, ſcribit Bar. in l. fi. §. & ſi præfatam. C. de iure deliberandi.

Legatarij defuncti præferuntur legatarijs hæredis. l. i. C. de bonis. auct. iud. poſſid.

Prorogatio intelligitur facta cum omnibus ſuis qualitatibus. Bart. in l. 1. §. & poſt. ff. de oper. nou. nunciat. nu. 5.

Creditor an amittat poſſeſsionem, ſi cōtra debitorem fuerit miſsio facta ex ſecundo decreto. vide Bar. ibi. in §. item quæritur.

Creditores defuncti, quando concurrant cum creditoribus hæredis, vide Bartol. in l. 5. ff. de ſepara. bono.

Scripta ſub titulo de priuilegijs ſupra lib. 1. in aliquibus faciunt ad materiam huius tit.

Qui pares ſunt in tempore, pares ſunt in iure, l. 20. § ſi pluribus ff. de pigno. act.

In priuilegio prælationis in hypothecaria, primò præfertur mutuans; ſecundò dos; tertiū, veniunt alij creditores. Auth. quod obtinet. C. de pigno.

Quinque ſpecialia in debitore Ciuitatis ſcribuntur per glo. in l. fin. C. de debito. Ciuit. lib. 11.

Si creditor in alterius præiudicium fingat ſe priorem in tempore, vel ſibi ſolutum non eſſe, cùm eſſet, in pœnam falſi incidit, ſi licèt de conſcientia debitoris fecerit. l. 15. C. ad leg. Corn. de falſ.

Pupillus, & adultus in bonis tutoris, vel curatoris præferuntur cæteris creditoribus, ſi ſint creditores ratione adminiſtrationis. l. fi. ff. de tutel. & ratio. diſtrahe.

Pignoratitius creditor cogit ſatiſdare, & etiā ei debet caueri de damno infecto, & iuſtus poſſidere propter cautionē non præſtitā, potior eſt pignoratitio creditore. l. 12. ff. de dā. infec.

Si plures ex primo decreto ſiue ſimul, ſiue ſeparatim mittant in poſſeſsionē, oēs ſunt pares in iure; ſed ſi vnus in ſecundo decreto præuenerit, loco domini habetur. l. 15. §. ſi plures & §. ſi ante. ff. de dam. infec.

De iure dominij impetrando.

SI in pignore debitor procuret, vt emptor pignoris poſſeſsi p creditorem non inueniatur, poterit creditor dominium à Principe impetrare, vt ſibi liceat dominium, ſeu rem iuſto pretio habere. Rebuff. in ſuis commẽt. tract. de litte. oblig. art. 12. gl. 2. nu. 18.

Si creditor iubeat creditorem poſsidere iure pignoris ſui crediti ſeruandi cauſa, tunc etiam ſi diu creditor poſsideret, non efficeretur dominus: quia facere quem dominum eſt legis, vel Principis, & non prætoriæ iuriſdictionis, vide l. 48. ff. de ſolutio. & libera.

Si vendito pignore agatur.

CReditor, qui pignus vendidit, cogitur reſtituere ſuperfluum pretij per actionem pignoratitiam. l. 6. §. fin. ff. de pigno. act. & l. 24. §. ſi vendiderit. ff. eod. non debitorem delegare. l. 42. ff. de ſolutio. & libera.

Res empta ex ſuperfluo pretij pignoris à creditore venditi, non quæritur debitori, ſed ad reſiduum habet pignoratitiam actionem. l. fin. C. de diſtract. pign.

Creditor, qui vendidit rem obligatam minus iuſto pretio, totum iuſtum ſibi computare tenetur. l. 18. C. de fideiuſſo. & mandat.

Si creditor vendiderit, & de euictione promiſerit, ei debet à debitore de indemnitate caueri. l. 8. §. ſi pignori. ff. de pigno. act.

Pecunia redacta ex venditione pignoris prius in vſuras; deinde in ſortem cõputatur. l. 35. ff. eod. & l. 5. §. Imperator. ff. de ſolutio. & libera.

Venditio pignoris non idonei, reſidui petitionem non adimit creditori. l. 3. C. de diſtractio. pigno.

Pretium ex pignore redactum poteſt creditor in naturale debitum eligere. gl. pen. in l. 1. C. de ſolutio. & libera. & illud retinere in quam cauſam vult. l. 73. §. de ſolutio. & liberat. tamẽ ſi idem pignus pro duobus debitis eodem tempore ſit obligatum, pretium ex eodem redactum cedit in vtrunque pro rata: ſi verò diuerſis tpibus, primò cedit in antiquius, & ſi quid ſupereſt, cedit in poſterius. l. 96. ff. eod.

Si creditor iuſtè pignus vendiderit extraneo, non poteſt debitor recuperare rem; niſi ex pacto, vel ratione minoris ætatis. l. 7. ff. de diſtract. pigno.

Venditio non liberat debitorem, niſi pretio creditori ſoluto. l. 9. ff. eod.

Quicquid ex re pignorata, vel eius occaſione conſequitur creditor pignus extenuat, ſi id irreuocabiliter conſequatur; alias debitoris liberatio ex futuro pendet euentu. l. 22. §. ſi aliena. ff. eod.

Pretium perceptum ex venditione pignoris, verè, vel fictè liberat debitorem, niſi venditio retractabilis ſit. l. 26. ff. de ſolutio. & liberat.

Qui vocatur ad fideicommiſſum, prædio alienato, non reuocat ab eo, qui emit à creditore teſtatoris l. 80. §. fin. de legat. 2.

Fideiuſſor, qui totum ſoluit, & pignora recepit à creditore non cenſetur illa emere; ſed luere: ideò tenetur illa reſtituere ad debitorem ſoluto debito, quod ſoluit. l. 59. ff. de fideiuſſo. & mandat.

De venditione pignoris, & hypothecarum, vide ſupra tit. de diſtract. pign. & tit. ſi in cauſ. iudicati.

Vide etiam de materia ſupra tit. ſi antiq. cred. pign. vend.

De luitione pignoris.

SI creditor rem ſibi traditam, vt pignoraret pignorauerit, & luit conuenitur, vt reddat, alias conuenit, vt luat. l. 37. ff. de pign. act.

Extraneus luendo pignora, non acquirit dominium pignorum. l. 21. C. de pignoribus.

Si pupillus vult pignus repetere, quod tutor obligauit pro pecunia, quæ conuerſa eſt in vtilitatem ipſius pupilli, repellitur exceptione doli, niſi ipſam pecuniam offerat. l. 7. §. fin. ff. de rebus eorum, qui ſub tutela.

Si res mea pignorata mihi legetur ab extraneo, tenetur hæres ſoluere, & mihi pignus liberare. l. 88. de legat.

Fideiuſſor, qui totum ſoluit, & pignora recipit à creditore, non cenſetur illa emere: ſed luere: ideò tenetur illa reſtituere, ad quem pertinet ſoluto ſibi eo, quod ſoluit. l. 60. ff. de fideiuſſo. & mandat.

Si ceſſatur in ſolutione partis venditur totum: ideò ſi vnus ex hæredibus debitoris partem ſuam ſoluerit, ea non obſtante pignus adhuc poteſt vendi. l. 8. §. ſi vnus. ff. de pigno. act.

Cohæredes an poſsit conueniri hypothecaria pro partibus aliorum, qui non ſunt ſoluẽdo, vide Bart. in l. 34. de legat. 2.

Licèt vnus ex pluribus hæredibus debitoris totam partem debiti ſui ſoluerit, venditionem pignoris (etiam pro parte ſua) impedire non poteſt. l. 20. C. de diſtract. pigno.

Quibus modis pignus, vel hypotheca ſoluatur, & de remiſſione pignoris;

SOlutione eius, quod debetur hypotheca ſoluitur, & extinguitur. Affli. deciſ. 237. facit l. 40. §. ſoluta. ff. de pignorat. act.

Hypotheca non tollitur, niſi ſecuta ſolutione, etiam ſi fuerit iudicatum ſuper debito; tamen facta electione bonorũ quis nõ poteſt variare. Capic. deciſ. 33. & deciſ. 46. nu. 7. vide Rebuff. in ſuis comment. Tom. 1. tit. de conſtitut. redit. art. 1. gl. 8. nu. fin. tamen p electionem ſpecialis hypothecæ non tollitur generalis, ſi ex ſpeciali non eſt creditori plenè ſatisfactum. Boer. deciſ. 309.

Licèt debitor ſit condẽnatus, ſi non ſoluerit, nõ tollitur ius pignoris. l. 8. C. de pigno. & hypothe. & hypothecæ. l. 14. §. etiam ſi creditor. ff. de pignoribus.

Creditor proclamari faciẽs bona ſui debitoris, etiã quæ ab alio tenebat, quare illi tertio pariat præiudicium, & alienationi hypothecæ teneatur quis ſe opponere, vel proteſtari, vide Boer. deciſ. 112. num. 10. 11. & 14. alias amplius nõ audiatur. ibid. deci. 141. tamẽ tertius ille, qui habet ius in re, poteſt poſtea agere offerendo creditori rem proclamari facienti pecuniam debitam. Boer. d. deciſ. 112. nu. 15.

Creditor, qui eſt in loco, vbi fit executio præſumitur ſciuiſſe de ipſa executione, & miſſione in poſſeſſionem: ideò illi imputatur, ſi non ſe oppoſuerit ipſi executioni. Craue. conſi. 148. & tunc factis proclamationibus, quibus non fuit oppoſitum, amittitur ius pignoris. Rebuff. in ſuis comment. tract. de litter. oblig. ar. 11. gloſſ. 2. & in tract. de præcon. gl. 1. art. 5. nu. fin. ibid. fol. 608.

Pignus, vel hypotheca quando reſoluatur per rei reſtitutionem ex præcedenti diſpoſitione, vide Boer. deciſ. 181.

Per receptionem rei in ſolutum datę per debitorem creditori, extinguitur prima hypotheca, niſi ex pacto fuerit conſeruata. Boer. deciſ. 332. & deciſ. 337. idem in tranſactione. ibid. fallit, quando ſpecies datur in ſolutum pro ſpecie, & in caſu dotis. Boer. d. deciſ. 337. vide Marc. q. 925. part. 2. & ſupra tit. de datio. in ſolut.

Creditore poſſidente rem æquipollentẽ debito principali, an ob hoc cæteræ res hypothecatæ liberentur, & quid, ſi vna fuerit data in ſolutum, vide Marc. q. 925.

Hypotheca ſemel extincta amplius non reuiuiſcit. Craue. conſi. 298. nu. 11.

Pignus non reintegratur generalis obligationis vigore, ſi res, in qua ſemel remiſſum eſt pignus, de nouo in dominio debitoris peruenerit. Bart. ſing. 206. & Pet. de Raue. ſing. 597.

Pignus per nouationem extinguitur, niſi fuerit repetitum. Bart. ſing. 209. & inducitur liberatio. Fel. conſi. 20. num. 5. ſed de cautela huius nouationis, vide Amanel. de Clariſaquis. ſing. 159.

Si debitor offerat debitum creditori, & ille ſine cauſa recuſet accipere, extinguitur hypotheca; & debitor poſtea poterit rem alienare. Pet. de Raue. ſing. 154. facto tamen depoſito congruo loco, & tempore. l. 19. ff. de vſuris, & l. fin. C. de luit. pigno.

Pignus extinguitur, quando res pignorata efficitur creditoris. Bart. in l. 24. ff. de pigno. act. l. 29. ff. de pignor. act.

Reuendito fundo, qui debebat vigore promiſſionis reuendi, pignus reſoluitur. Bart. in l. 5. ff. de in diem addict.

Pignus liberatur nudo pacto. Bart. in l. 35. de legat. 3. ita in hypotheca. Fel. conſi. 20. num. 3. l. 23. C. de pignor.

Si res mea erat obligata creditori, creditoris mei, & ſit liberata, an ego liberer, vide Bar. in l. 6. ff. de dol. mal. except.

Hypotheca ſoluitur cùm per creditorem bona alienantur, ſuper quibus habet dictam hypothecam. Fel. conſi. 20. nu. 4.

Primus creditor prælationis, ordinisq; beneficio excidit, ſi eius voluntate res ſecundo creditori ſubijciatur. Aegi. Magiſt. tract. ſubhaſt. cap. 45. in deciſio. diuerſo.

Soluitur etiam hypotheca, & liberatur per præſtationem fideiuſſoris, & quomodocunque ſit ſatisfactum creditori. Fel. conſi. 203. nu. 6.

Liberatio de vna obligatione facta alicui, aut de vna re in vno inſtrumento; non intelligitur facta de alijs; ſed ſibi eas reſeruaſſe. ibi. nu. 7.

Si maſculi permixtim cum fœminis obligationẽ paternam in ſe transferant animo nouandi, valet nouatio pro parte maſculorum, & pro ea parte pignus obligationis veteris liberatur; ſed pro parte fœminarum non. l. 8. C. ad Senatuſcon. Velleia.

Nouatio neceſſaria, quæ fit per litis conteſtationem, non perimit pignus; ſecùs in voluntaria nouatione, niſi conuẽtum ſit, vt pignus repetatur. l. 11. ff. de pigno. act. & l. 1. C. etiam ob chyrographariam pecuniam. l. 18. & ibid. gloſ. ff. de nouatio. tamen nouatio, quæ in effectu non valet, non perimit ius pignoris. l. 13. ff. ad Senatuſconſul. Velleia.

Quando materia in materiatum tranſit pignus extinguitur: nã mutatione rei pignoratæ tollitur pignus. l. 18. §. ſi quis. ff. de pign. act.

Fructus rei pignoratæ extenuāt ſortē ipſo iure, & pignus ſoluitur.l.1.C. de diſtract.pigno.

Ceſſante cauſa, propter quam pignus eſt datū, pignus debet reddi.l.2. C.de pactis pignorū.

Quicquid ex re pignorata, vel eius occaſione conſequitur creditor pignus extenuat, ſi id irreuocabiliter conſequitur; aliàs debitoris liberatio ex futuro pendet euentu. l. 12. §. ſi aliena.ff.de diſtract.pigno.

Perempta obligatione principali, fruſtra quæritur de hypothecaria.l.7.ff.de naut.fęno.

Res ſemel liberatæ per nouationem, ſine nouo conſenſu domini non reobligantur.l.30.ff.de noua.& delega.

Creditor conſentiens alienationi nullæ, ſibi nō præiudicat in pignore. Paul.Aemil.deciſ.215. aliàs præſens, & tacens alienationi rei ſibi obligatæ pignus remittere videtur. Hiero. Mago.deciſ.25. nu.34. nam creditor conſentiens alienationi factę per debitorē de bonis hypothecatis, ſibi præiudicat, quo ad ipſam rē, & prælationē, quam habebat: nā efficitur poſterior creditor. Ioan.Pap.lib.11. tit.3. arreſt.10.Rot.Genu.deci.190.vide tn̄ ibi.nu.18.

Si conſentio alienationi rei mihi obligatæ, licèt præſumatur remiſsio pignoris, non tamē de debito præſumitur donatio. Bart. in l.34. nu.17.ff ſolut.matrimo.

Creditor, qui permittit rem venire, pignus dimittit.l.119.ff.de reg.iur. vide tamen glo.ibi.

Creditor ſi cōſenſerit, quòd aliqua bona ex ſibi obligatis veneant, ſi ex aliqua cauſa debitor illa recuperet, amplius non veniunt in obligatione, ſi ex noua cauſa veniant; ſecùs ſi ex antiqua, ſimili, vel connexa. Vincē.de Fran. deciſ.64.nu.6.& 8. & creditor dicitur conſentire, & remittere pignus, ſi paſſus fuerit ſe adſcribi in teſtem inſtrumento alienationis rei ſibi obligatæ.Io Pap.lib.19.tit.8. arreſt.18.

Hypotheca quòd ſit, vel non ſit extincta per aditionem hæreditatis, non intereſt data ſimplici aditione ſine inuentario, quando agitur contra hæredem; ſecùs quando agitur contra tertium habentem rem ab hærede, nā iſte tertius poteſt ſe tueri prioris hæredis hypotheca, quę hoc caſu non cenſetur extincta per aditionem.Vincent.de Fran.deciſ. 80.

Retentio ei (cuius pecunia liberatur pignus) datur aduerſus debitorem vendicantem pignora.idem de Fran.deciſ.134.

Creditor anterior emens rem hypothecatam, poteſt illam retinere pro ſua anteriori hypotheca, quæ non cēſetur quo ad effectum ſublata per acquiſitionem.Rebuff.in ſuis cōmēt. Tom.2.tract.de conſtitu. redit.ar.1.gl 8.n.15.

Hypotheca conſtituta in vltima voluntate per teſtatorem, cenſetur reuocata per alienationē rei factam ab ipſo teſtatore.Nat.conſ.330.

Filius expreſsè conſentiens venditioni certarū rerum paternarum per patrem factæ, licèt videatur renuntiarę hypothecæ, ſibi in illis bonis venditis debitæ, non tamen videtur renuntiare doti, vel hypothecæ, quo ad alia bona patris non vendita.Pet.Gerar.ſing.32.

Patiens rem ſuam obligari, quando videatur cōſentire. vide Bart.in l.5.C.ad Velleia.

Mulier quando poſsit renunciare iuri hypothecæ, & renunciatio facta per mulierem hypothecæ inter certas perſonas non extenditur ad alias perſonas Bart.in l.21. C. ad Senatuſconſ. Velleia. ſecùs ſi fuiſſet confeſſa, quòd pretium ad eam peruenit; quia tūc ſibi præiudicaret quo ad omnes. Barto.ibi. vide etiam eundem Bar.in Authen.ſiue à me,ibid.

Per alienationem legalem, nempe per triennii vſucapionem non tollitur ius pignoris; ſed per longi temporis præſcriptionem ſic. Bart. in l.7 C.de pignoribus,& ibid.glo.

Creditor, qui pignus precario debitori cōcedit non amittit, nec remittit ius vendendi pignus.l.2.C.de diſtract.pig.

Additio, vel detractio qualitatis circa rem non extinguit hypothecā.l.16.§.ſi res ff ad Vellei:

Stipulatio legatorū extinguit, ſpe legati extincta,& nō trāſit ad eū, ad quē cōmodū legati trāſit: idē in obligatione pignoris.l.28.ff.eod.

Etiam ſi tertius ſoluat debitum liberatur pignus tàm conuentionale, quàm prætorium, & naſcitur, & acquiritur debitori pignoratitia, vel aliud remedium pignus petendi. l.40. ff de ſolutio.& libera.

Si debitor fiſcalis creditori ſuo ſoluerit, fiſcus poteſt hāc pecuniam à tali creditore repetere, & etiam alius priuilegiatus, & per conſequens remanebit debitor obligatus creditori ſuo,& etiam pignora non diſſoluuntur, ac ſi nihil ſoluiſſet l.18.§.fin.& 21.ff.de iure fiſci.

Quomodo,& quibus modis pignus tollatur, vide per Azo.in tit.C.de pigno.act.

Hypotheca conſtituta per vnum ex ſocijs in re cōi, non extinguitur diuiſione; nam res tota remanet obligata ꝓ indiuiſo. Aegid. Magiſt. tract.ſubhaſt.c.43. in diuiſio diuerſo. & prioritas non perditur per nouationem.ibid.

De pignoratitia actione.

DEbitor congruo tempore offerēdo debitum, vel ſoluendo poteſt facere, vt ſibi actio pignoratitia naſcatur, quæ ante oblationem, aut ſolutionē nō cōpeteret. Ozaſ.deci.115.

Pignoris vendicatio ſemper permittitur, & in antecedens neceſſarium permiſſa eſſe cenſetur

ſetur debiti oblatio, quæ perambula eſt rei vendicationis.ibid.nume.8.& lex,nec creditores.C.de pigno.act.declaratur. ibid.nu.12.

Exceptio reſtituẽdi pignus ſoluto debito ineſt contra agentem ad debitum: ideò Iudex ex officio poteſt cōdemnare ad reſtitutionem pignoris,ſoluto debito. Afflict.d.deciſ.32.

Actio pignoratitia quando naſcatur, & ex quo tempore currat præſcriptio,vide glo.in §.ad hæc.l.1. C.de annali exceptione.

Si debitor ſoluat creditori, recuperat pignora data fideiuſſori.l.26.ff. de pignoribus.

Creditor pignus recipiens obligatur re, & ad idem reſtituendum tenetur,ſoluto debito.l.1.§.creditor.ff.de actio.& oblig.

Ceſſante cauſa, propter quam pignus eſt datum, pignus debet reddi.l.2.C.de pact.pign.

Creditor, qui poſt ſolutam pecuniam pignus non reddit,furti actione tenet. l.53.ff.de fur.

Actio pignoratitia competit pro recuperatione pignorum, & pro habenda ratione fructuum ex inde perceptorum,& omnis intereſſe ex cauſa, vel ratione reſoluente. Rot. Genu. deciſ.4.

De pignoratitia actione directa, quæ competit debitori ſoluto debito; vel aliter ſatisfactum ad recuperandum pignus, vide l.fin.C. de luitio.pigno. & contraria, quæ competit creditori ad impẽſas, ſi aliquas fecerit in pignore,vide p Io.Criſp.de Mont.in ſuo tract. termi.act. nu.155.poſt volumen Iaſ.de actio.

Pignoratitia directa (quę datur debitori contra creditorem)oritur pignore tradito,vel ſi alio modo ad creditorem peruenerit.Bar.in l.18.§.ſi tibi. ff.de pact.

Obligans rem alienam ſcienti, non tenetur pignoratitia contraria,& quare, vide Bart.in l.42.nu.6.ff. de vſucapio.ſecùs ſi ignoranti.l.6. C.ſi aliena res pignori dat.ſit.

Creditor circa detrimentum contingens in pignore apud ſe detento tenetur, non ſolùm de leui; ſed etiam de leuiſsima culpa: ſed an debitor teneatur probare culpam,vel creditor de ſua diligentia, vide per Menoch.cōſi. 118. lib.2. & quando ipſe creditor dicat̃ eſſe in culpa, vide ibid.

Creditor ſi argentum pignori datum ſine culpa leui perdiderit,reſtituere id non cogitur; ideò ſi furto fuerit amiſſum non tenetur;ſed de ꝓbatione huius furti, & an euenerit ſine culpa creditoris, vide per eundem Menoch. conſi.353. lib. 4.

Creditor,cui rem obligaui non tamen tradidi, ſi poſtea ad eum peruenerit tenetur pignoratitia, quæ etiã competit pro pignore prætorio,in qua venit dolus,& culpa. Bart.in l.33.ff.de dam.infect.l.15.§. quæri poterit.ff.vt in poſſeſsionem legatorum.

Damnum amiſsi pignoris per caſum ad debitorem non ſpectat.l.53 ff.de fideiuſ.& mãda.

Creditor,cui pignus ſurreptum eſt tenetur debitori actione pignoratitia in id, ꝙ plus eſt in pignore.l.15.ff.de furtis.

Si pignore creditor vtatur furti tenetur. l. 56. ff.de furtis.

Actio pignoratitia eſt bonæ fidei. §. actionum autem, inſtitut.de actio. ſed quæ veniant in actione bonæ fidei, vide per glo.ibid.

Actio pignoratitia competit debitori etiã habenti exceptionem peremptoriam,vt in debitore, qui dedit pignus propter pecuniam confeſſam,& non receptam. Bar.in l.1.§.nam interdicto. C.de non nume.pecu.

Pignoratitia actio eſt perſonalis. Bar.in l.18.C. de iure fiſci.nu.4.lib.10.

Pignoratitia,& hypothecaria quomodo ſe habeant,& in quib.differant,vide Bar.in prima cōſtitutione. §. tertij in proœmio. ffórum.

Creditor quando poſsit referre quæſtionẽ dominij, vide per Bar.in l.15.ff. commodati.

Pignus conuentionale qui habet ſibi traditum tenetur reficere,& qđ in prætorio,vide Bart. in l.ſi finita.§.ſi quis damni.ff.de dam. infect.

Creditor ſi reſtituerit pignus debitori, & agat cōtra fideiuſſorẽ,an ei obſtet exceptio, vide Bar. in l.16.§. ſi ex duobus.ff.de fideiuſſo.

Pignus datum ob pecuniam numerandam, nõ ſequuta numeratione, qua actione repetat̃, vide glo.in l.1.C.de non nume.pecun.

Res empta ex ſuperfluo pretij pignoris à creditore venditi, non acquirit̃ debitori; ſed ad reſiduum habet pignoratitiam actionem.l.fi. C.de diſtract. pigno.

Contra fideiuſſorem, qui pignora à creditore præcepit agitur actione mãdati;non pignoratitia.l.2.ff.de pignorib.

Creditor ex pignore recepto obligatur re, & tenetur ad reſtitutionem ſoluto debito.l.1.§. creditor.ff.ad actio. & obligat.& leuem culpam tantùm præſtat.§.fin.inſtit.quib.mod.re contra.oblig.vbi glo.plenè de materia.

De actionibus,& obligationibus in genere.

IN alternatiua vtrunque eſt in obligatione. Rot.Genu.deciſ.113.vide ſupra lib.1.tit. de variationib.

In obligatione alternatiua pactum de altero non petendo totã obligationem elidit; ſecùs in obligationibus generis,ſi eſt electio creditoris.l.ſi vnus.§.ſed ſi ſtipulatus.ff.de pact.

Si vnum eſt in obligatione, aliud in ſolutione, illud petitur, quod eſt in obligatione: ſed ſi vtrunque eſt in obligatione, vtrunque peti poteſt. l. 6. §. de com. ff. de re indic.

In alternatiua ſummarum, vel temporum, inſpicitur illud, quod minus eſt in obligatione. l. 44. §. fin. de legat. 2. & l. 12. ff. de verb. oblig.

Quando ſunt plures actiones, quæ electione tolluntur, non admittitur cumulatio. l. 78. §. varis, eodem.

Notarij, aut partis ſtipulatione, & acceptatione intercedente, ius acquiſitum irreuocabiliter dicitur. Ozaſ. deciſ. Pedem. 85. nu. 9. vide ſupra tit. de verbo. oblig.

Sola diuturna præſtatio abſq; cauſa, & ſine obligatione introducta, nō obligat ſoluentem. Ozaſc. deciſio. 99. nume. 15. l. ſi certis. C. de pact. vide Iaſ. de actio. in §. præiudiciales. nu. 56. Rebuff. in ſuis cōment. tract. de remedijs poſſeſſo. in pręfa. num. 169. Caſſan. in conſuetu. Burg. tit. *des cenſes* Rub. 11. §. 2. gl. 1. Bart. in l. 7. C. de vſuris. in l. 6. §. non. ff. de offic. Proconſul. & in l. 6. ff. de vſur. Abb. conſi. 9. quia actus noſtri voluntarij nō extenduntur, niſi quatenus de neceſsitate inferunt. Ozaſ. dict. deciſ. 99. num. 16. tamen ex diuturna præſtatione, in dubio præſumitur animus ſe obligandi. ibid. num. 19. & fauore Religionis ipſa diuturna pręſtatio inducit obligationem efficacem. Ozaſ. d. deciſ. 99. nu. 44. vide l. priuilegia. C. de Sacroſanct. Eccl. obligatio etiam ſpacio decem anno. pſumitur. Capi. deciſ. 52.

Stipulatio quoq; ſolemnis præſumitur per ſolutionem annuam 10. ann. Capic. deciſ. 65. nu. 6. ſi fuerit allegata; aliàs ſecus. ibid. num. 9. & quid operetur ſolutio decennalis, vide Paul. Aemil. deciſ. 166. par. 3.

Obligatio annua ſoluendi aliquid alicui, vtrū ſit tranſitoria ad hæredem, & contra hęredē, vide per Capic. deciſ. 203.

Pręſtatio annua 40. ann. inducit obligationem, & ex ea quis compelli poteſt in futurum ſoluere, allegatis tamen cauſa, & contractu, qui pęrſumitur ex tali pręſtatione. Guid. Pap. quæſt. 407.

Conſtituta annua pēſione ſuper aliquo fundo, fundus non dicitur obligatus, & ſingularis ſucceſſor non poteſt conueniri: quia actio perſonalis nō ſequitur fundi poſſeſſorem: limita primò, fauore alimentorum: Secūdò, in annua penſione animaduerſariorū defunctorum: Tertiò, quando præſtatur pro decimis: Quartò, vel pro oblationibus: Quintò, aut pro tributo. Guid. Pap. q. 576. vide Boer. deciſ. 66. an cenſus ſolutione inducatur obligatio, & an ſolutione tributorum probetur ſubiectio, vide Fran. Marc. q. 352.

Præſtatio longi temporis facta ſcienter non cōfirmat obligationem; ſed præſtatio facta minori tempore decenni, quando inducat obligationem, vide Bar. in l. 28. C. de pact.

Actus, qui fiunt nullo iure cogente; ſed ex mera ſpontanea voluntate, & facultate non inducunt obligationem. Menoch. de arbit. lib. 2. caſ. 160. ſed qui ſint hi actus, vide ibid.

Per actus, qui fiunt ex gratia, & familiaritate quis cogi non poteſt, vt perſeueret in liberalitate, licèt per triginta annos hoc fecerit. Rebuff. in ſuis comment. tract. de mater. poſſeſ. in præfa. nu. 169. nam per actus, qui iure facultatis fiunt, nulla acquiritur obligatio, vt quis cogatur perſeuerare in liberalitate. Rebuff. ibid. num. 177.

Ex diuturna præſtatione vſurarum, an præſumatur contracta obligatio ſuper vſuris, & ſuper ſorte, vide l. 6. & ibid. glo. ff. de vſuris.

Annua obligatio pro tempore futuro, quando præſumatur, vide Gaſp. Cabal. milleloq. 319.

Creditor in diem, ante diē agere poteſt, vt die adueniente ſoluere debitor condemnetur. Ozaſ. deciſ. 130. & ſequuta ruptura, ſeu decoctione creditores agere poſsunt ante diem. Rot. Genu. deciſ. 107.

Agens pro vno termino, ſi pēdente iudicio ante ſententiā euenerit terminus alterius ſummæ debitæ ex eadē cauſa, poteſt pferri condemnatio, etiam pro illo termino, qui nondum euenerat tempore petitionis. Capel. Thol. q. 30. & ius ſuperueniēs actori pēdente iudicio an, & quando proſit, vide Iaſ. de act. in §. omnium. nu. 67.

Ius merè de futuro, non poteſt deduci in iudicium. Bar. in l. 1. C. de ſent. q̄ ſine certa quant.

Actio in obligationibus in diem, ante diem eſt nata. Bar. in l. 7. §. vt puta. ff. de pact.

Si pēdente iudicio actio actoris perimat abſq; facto ſuo; ſed ex facto rei, peruenitur ad cōdemnationem, ac ſi perempta non eſſet. l. 18. ff. de rei vendica.

Poteſt quis agere ſine actione, cùm ſperat oriri in litis conteſtatione. l. 9. ff. de verb. oblig.

Legis effectus; & natiuitas obligationis, tolli à contrahentibus non poſſunt. Ozaſ. deciſio. 150. num. 10.

Magiſtratus licèt durante officio conueniri nō poſsit, poterit tamen eo magiſtratu durante citari, vt poſt perfectum officium cōpareat. Ozaſ. d. deciſ. 130. n. 12. vide ſupra lib. 1. tit. de pęna Iudicis, &c. & ti. de magiſtrat. cōuenien.

Ex numeratione oritur obligatio, & actio, quando hoc agitur. Rot. Genu. deciſ. 91. vide ſupra titu. de mutuo.

Actiones omnes, quæ morte, aut tempore pereunt, ſi in iudicium ſemel deductæ ſint, ſaluæ per-

uæ permanent, & perpetuantur. Ozaſc. deciſ. 149. nume. 5.

Intentans remedium legis diffamari. C. de ingenuis manumiſſ. dē originaliter reus. Ozaſc. deci. 151. vide ſupra lib. 1. tit. vt nemo inuitus agere; aliàs actor regulariter dicitur, qui ad iudicium prouocat. Ozaſ. d. deciſ. 151. nu. 2. & 8. & actor, an reus aliquis ſit, quomodo cognoſcatur, vide ibid. nu. 5.

Leges diſponentes actorem nō audiri, niſi debitum, vel pretium offerētem intelliguntur, parte opponente. Ozaſ. deciſ. 160. nu. 16.

Reſtituere qui tenetur agere non poteſt, niſi opponente parte offerat, & debitum petere non poteſt, qui quod debet facere differt. Afflict. deciſ. 220. nu. 4. vide ſupra tit. de præſcriptis verbis.

Condictio ob cauſam vt competat, eſt neceſſe, q̀ agens perfectè cōtractum impleuerit. Bar. in l. 5. ff. de condict. cauſ. dat. nu 18.

In cōtractibus vltrò citroq; obligatorijs agēs, debet implere ex perſona ſua, nec ſufficit, q̀d caueat. Bar. in l. 40. §. Termilius. ff. de conditio. & demonſtra. num. 15. vide ſupra titu. de præſcriptis verbis.

Lex quando reſiſtit actui ab initio, tunc ex eo nulla oritur obligatio ciuilis, nec naturalis. Ozaſ. deciſ. 165. nu. 17.

Promiſsio facta ex certa ſcientia de eo, ad q̀d quis non tenetur, valet. Afflic. deci. 117. nu. 4.

Medico, ſeu chyrurgico, an liceat ab infirmo recipere promiſsionem pecuniæ pro curatione, & an talis promiſsio valeat, vide Afflict. deciſ. 123.

Deſtituto exceptione ſubuenitur officio Iudicis, ſi æquum viſum fuerit. Guid. Pap. q. 292. vide ſupra lib. 1. tit. de offi. Iudi.

Idem quando deficit actio, & æquitas inde reſultat. idem Guid. q. 362.

Conuocans homines ad aliquod delictum cōmittendum, nō tenetur ex promiſsione, quā promiſit ſibi adiuuantes, & auxiliantes præſtare, & releuare indemnes, ſi eos contingat ad emendam, vel ad aliam pœnam condemnari. Boer. deciſ. 54. vide tamen ibid. & ſupra tit. de inutilibus contractibus.

Papa contrahens vti priuatus, tenetur obſeruare contractum, & obligatur de iure naturali: idem in Imperatore. Mohed. deciſ. 643.

Obligatione facta ſuper certa quantitate pecuniæ, poſtmodum, ſi promittatur eadem quantitas diuerſo tamen tempore, cenſetur diuerſum debitum, & vtrunq; peti poteſt, niſi conſtiterit, q̀ eſſet eadem quantitas. Fran. Marc. q. 437 quod procedit ſine dubio, qñ adeſſet diuerſitas ſummæ; quia tunc præſumitur diuerſitas obligationum. ibid. nu. 4. & familiaritatis iure, vel gratia quod datur, in conſequentiā trahi non debet. Marc. q. 108. part. 2.

Obligatio non inducitur ſine conſenſu noſtro; fallit in obligatione legali. Craue. cōſ. 77. n. 6.

Cauſa noua ſuperueniente recedere licèt à quolibet diſpoſitione. Dec. conſ. 335.

Cauſa in pactis liberatorijs non conſideratur; ſed in pactis obligatorijs ſic. Barto. in l. 5. C. de pact.

Actio oriri non poteſt ex contractu nullo. Bar. in l. 1. nu. 14. C. ex delictis defunctorum.

Quæ ſint conuentiones, quæ pariant actionem, & quæ non, vide l. iuris gentium. ff. de pact.

Contra intentionem agentis, & iuris prohibitionem, non quæritur actio: ideò pater ſtipulando extraneo, nec ſibi, neq; extraneo quærit actionem. l. 26. C. de iure dot.

Inutilis ſtipulatio ratione perſonæ, formæ, vel impoſsibilitatis, non impedit actionē oriri ex vtili numeratione. l. 9. §. qm. ff. ſi cer. pet.

Cùm tractatur de obligatione inducenda, ſi nō valet, quod ago, vt ago, nec valebit, vt valere poteſt. l. 1 §. eum qui. ff. de conſtitu. pecun.

Antidoralis obligatio, licèt ex ſui natura nō ſit potens ad agendum; attamen quando eſt facta promiſsio ex cauſa remunerationis, tunc actionem parit. Ozaſ. deciſ. 169. nu. 12.

Vbicunque eſt naturalis obligatio ex ea oritur actio, ſi firmetur iuramento: quia tale iuramentum inducit obligationem de iure Ciuili, & tollit prohibitionem iuris, non obſtante lege non dubium, de legib. cui reſpondetur per Guid. Pap. q. 190. vide ſupra lib. 1. titu. de iuramento contract.

De naturali obligatione, vide per Bar. in l. cùm quis ius ignorans. C. de iuris, & fac. igno.

Actio naturaliter formata inſolidum ex accidenti moderatur, quatenus quis facere pōt. l. 2. C. quod cum eo, qui in alien. poteſtat.

Quando lex obligationi non aſsiſtit, neque reſiſtit, cōtrahitur naturalis obligatio, quæ impedit repetitionem indebiti ſoluti. ſed quando lex reſiſtit, impeditur etiam naturalis obligatio, & ſolutū repetit. l. 36. de cōdi indeb.

Obligatio naturalis tantùm inter fratres conſiſtit. l. frater à fratre. ff. eod.

Actio perſonalis non tranſit cōtra ſingularem ſucceſſorem; ſed realis ſic. Afflict. deciſ. 95. Marc. q. 372. Capic. deciſ. 161. nu. 7. Craū. cōſ. 298. & non ſequitur fundi poſſeſſorem Guid. Pap. q. 576. ſed limita, vt ibid. vide Afflic. deciſio. 162. l. fin. ff. de contrah. emp. nec afficit rem. Gaſp Cabal. milleloq 145. ſed vniuerſalem ſequitur ſucceſſorem. l. fi. C. de hæredit. actio. l. 15. C. de donatio.

Actiones perſonales dicuntur illę, quæ proueniunt ex cōtractu, vel quaſi, ex maleficio, vel quaſi

quaſi. Iaſ.de actio.in §.omnium,& dicuntur perſonales, quia nunquam egrediuntur perſonam obligatam.Iaſ.ibid.

Quæ dicantur reales,& quæ mixtæ,& quare ita appellentur, & quæ perſonales in rem ſcriptæ,vide Iaſ. ibid.

Actio perſonalis domino non competit pro re ſua,niſi cõtra furem odio ipſius.Iaſ.de actio. in §. ſic itaque,inſtitu.de actio.nu.2.& 10.

Actionem perſonalem habens ad rem,quando agat ad pretium in ſubſidium, re perempta, vide Bar.in l.3. C.de rei vendic.

Actio perſonalis durat 30.annis. Bart.in l.2.C. de conſtitut.pecu.

De actione perſonali, quæ à noſtris vocatur cõdictio certi,vel incerti, vide per Bar.in l.certi condictio.ff.ſi cert. pet.

Actio perſonalis pro vſufructu competens, tollitur ſpacio longi temporis, ſi vſufructuarius per tale tempus non vtatur. l. penult. C. de vſufruct.& habita.

Perſonalis actio non ſequitur debitorem debitoris.l.15.C. ſi cert.pet.

Actio condictionis indebiti eſt perſonalis:ideò datur contra eum,cui ſoluitur, & nõ contra eũ,cui ſolutio profuit. l.49.ff. de cõdi.indeb.

Actione perſonali ſublata tempore, poteſt durare hypothecaria.l.2.C.de luit.pigno.

Actio perſonalis contra obligatum dirigitur, realis contra poſſeſſorẽ.l.2.C. ſi vnus ex pluribus hæredibus.

Actio perſonalis, vel obligatio non poteſt acquiri ſine ceſsione.l.1.C.per quas pſon.nob. acqui.ſed quæſita perſonali, ſine ceſsione ſimiliter quæritur hypothecaria.l.2. C.eod.

Actiones reales facilius quæruntur per alterũ, quàm perſonales.l.1.& ibid.glo.C.eod.

Licèt vnius conceſsio non transferat ius reale, concedentem tamen obligat perſonaliter, adeò quòd non liceat venire contra factum proprium, licèt de iure non teneat. l. 11. & ibid.gl.ff.de ſeruit.ruſti.præd.

Quæ ſint actiones perſonales in rem ſcriptæ,vide glo. in l.3.§. eſt autem.ff. ad exhibendum.

Perſonales actiones regulariter non tolluntur lõgi temporis præſcriptione.l.5 ff. quib. non obijciat.long.temp.præſcrip.

Actio perſonalis eſt quandoque ambulatoria de vna perſona in aliam. l. 6. §. ſi quis priuſquam.ff.de aqu.plu.arcen.

Obligatio efficax oritur ex promiſsione ſuper præceden. obligatione, & in vim conſtituti tranſit.Afflict.deciſ.117.nu.3.quod procedit etiam dato, q̀ præcedens obligatio eſſet inefficax.ibi.vide ſupra lib.1.tit.de conſtituto. & conſtitu. pecu.

Habens promiſsionem ſibi factam de aliquo præſtando, & negans ſibi præſtitum, habet ſuam intentionem fundatam. Rot. Genu. deciſ.9.num.10.

Condictio ex lege eſt perſonalis, & durat per triginta annos.Afflict.deciſ.139.

Verbum,ſuper,importat obligationem. Afflict. deciſ.162.& vide ſupra titu.de pignoribus & agere vno mõ,vel alio multũ refert.ibid.n.8.

Quod dicitur per acceptationem litterarũ induci cõſenſum, & obligationẽ,quando procedat,vide Rot.Genu.deciſ.2.nu.29.& ſupra tit.de conſenſu.

Damnum, quod prouenit ex culpa alterius, ab illo repeti poteſt.Gram.deciſ.3.nu.10.

Promittens ſe obligaturum ad decem, poterit ſtatim ad decem conueniri abſque alia obligatione,cauſa euitandi circuitũ.Gramma.deciſ.103.nu. 19.

In generali obligatione non veniunt ea, quæ veriſimiliter ſpecialiter quis non obligaſſet. Tho.Minad.deciſ.25.num.7.Neapol.vide ſupra tit. de pignoribus.

Ablatiuus abſolutus demõſtrat contractũ cõditionalẽ,& ex eo (cõditione nõ impleta) nulla oritur actio, ſeu obligatio.Guid.Pap.q.15.

Agens ex inſtrumento quas qualitates ſeruare debeat,vide Boer. deciſ.23.nu.30.& 31.

Qui agit, vt talis debet docere in primis ſe eſſe talem; alias audiri non debet,& hoc procedit licèt reus nihil præſtiterit, & qualitatem deducens eam probare debet maximè,quando dicta qualitas eſt cauſa, quòd quis admittatur,vel reijciatur.Ioſ.Ludo.deciſ.Luc.2.nu.11.nam ſemper qualitas in qualibet diſpoſitione in primis, & ante omnia ꝓbari debet, vide ibid.d.deciſ.2.& de materia.

Litteræ credentiæ quando obligent maximè, quando mittuntur per ſeruitorẽ, vide Boer. deciſ.282 & epiſtola miſſa, quando obliget mittentem,vide Boer.deciſ.333.nu.9. & probat contra ipſum. Rot.Genu.deciſ.14 nu.28.

Cambij litteræ ſi ante pecuniarum exactionem amittantur, an ſit locus repetitioni à priori nummulario,& quid,ſi ille, cui ſcribitur medio tempore effectus eſt non idoneus, vide Benint.deciſ 58. & ſupra titu.de nondinis.vt quis obligetur per epiſtolã oportet,vt tranſmittatur,& nõ ſufficit,q̀ ſcripta reperiat penes ſcribentem: quia interim poteſt pœnitere.Iaco.Pui.deciſ.114.lib.1.

Recipiens epiſtolam à ſuo creditore ſcribente de debito,ſibi præiudicat non contradicens, & tacitè videtur obligationem agnoſcere; ſecùs ſi contradixerit quoquo modo, vide Io.Pap.lib.10.ti.1.arreſt 4.l.18.ff ad Macedo.

Litteræ commendatoriæ,& familiares non cenſentur emiſſæ animo obligãdi; ſed ſimplici-

ter

ter commendandi.l. ſi.C.quod cum eo.

Obligatus ad genus tradendo rem minimam liberatur. Ozaſ.deciſ.96.& in obligationibus generis electio eſt debitoris. vide Iaſ.de act. in §.præterea. nu.15.

Qui ſine adiectione bonitatis promittunt granum, vinum, vel oleum quodlibet dando liberatur; ſecus in mutuo, in quo bonum debetur eiuſdem generis. Guid.Pap.ſing.294.

Sine actione nemo experitur.qđ pulchrè exornatur per Crau.cõſi.191.vide Guid.Pap.ſing. 385. qđ dictum probatur, per l. 6. § fin.ff.de neg.geſt.ſed qualiter opponatur cõtra actorem per reum, vide Rot. Genu.deciſ.14. nu. 30.quid,ſi non fuerit oppoſitum, vide Crau. conſi.191.& ſit lata ſententia, vide ibid.

Regula eſt, quem non admitti ad agendũ ſine actione, q̃ Reg limitatur quinq; in caſib. de qb.vide p Math.Matheſ.ſing.7 & ibi in additio & per Bar.in l.40.nu.7.C.de tranſact.

Licèt propter neceſsitatem aliquid capere liceat; tamen capiens tenetur poſtea ad pretium. Put.deciſ.82.lib.2.

Actio acquirenti datur, non ei, cuius contẽplatione acquirit. Vinc.de Fran.deciſ.33.nu.3.

Debitor facere inſtrumẽtum cogitur creditori de debito. Gaſp.Cabal.milleloq.196.

Captus pro repreſalijs contra communitatem, vel ſpecialem perſonam impoſitis repetit ab eis illud, qđ ſoluit. Hieron.de Mont. in ſuis queſtio.q.27. vide ſupra tit.de repreſal.

Debitor debitoris, quando promiſit ſoluere, & ſuſcepit onus ſoluendi certis creditoribus ipſius debitoris, poteſt de directo cõueniri, virtute ſuæ promiſsionis ab ipſis creditorib. Vincen.de Fran.deciſ.273.par.2.

Quando debitor eſt ſuſpectus de fuga, an poſſit captiuari, & detineri ad inſtantiam creditoris, vide per Iaſ.de actio.in §.ſupereſt.n.80.

Nunquid filius obligetur ex facto patris, qñ pater mutuatus fuit pro alimentis ipſius filij, vide Iaſ.de actio. in §.actiones autem, nu. 43.

De actionibus præiudicialibus, & quot ſint, & quare ita appellent, vide ibi.in §.præiudiciales.

Actiones quædam dantur ad ſimplum, quædã ad duplum, quædam ad triplum, & quædam ad quadruplum; ſed an vltra extẽdi poſsint, vide Iaſ.de actio. in §. omnes autem.

Quæ ſint actiones bonæ fidei, vel ſtricti iuris, & de natura earum, & quę ſint differentiæ inter ipſas actiones bonæ fidei, & ſtricti iuris, vide plenè per Iaſ. in § actionum.ibid.

Quæ ſint arbitrariæ, & quare ita appellentur, & de natura ipſarũ, vide Iaſ.ibid.in §.præterea.

Agi poteſt ex delicto ciuiliter, & criminaliter, nempe ciuiliter ad intereſſe, & criminaliter ad pęnam. Maran.in ſuo Spe.de ordine indi. par.4.diſt.1.agere ciuiliter quando dicatur, & quando criminaliter, vide Iaſ. de actio.§. ſupereſt.nu. 80.

Actionum aliæ ſunt perſonales, aliæ reales, aliæ mixtæ, de quibus omnibus vide per Maran. in ſuo Specu.part.4.titu. an ſit Iudi. ciuil. vel crimi. diſtinc.3.

Item aliæ ſunt vniuerſales, aliæ generales, aliæ particulares, vniuerſales dicuntur illę, quib. agitur actione vniuerſali, vt eſt petitio hæreditatis, generales, quibus agitur actione generali, vt eſt actio pro ſocio, & particularis dicitur, qua agitur ad rem particularem, vt eſt rei vendicatio. Maran.ibid.fol.87.

Actio arbitraria in iure q̃ ſit, & actiones ſtricti iuris ob accidens arbitrariæ efficiuntur, arbitrium in bonæ fidei actionib. natura ineſt; officiumque Iudicis in illis multum poteſt. Menech.de arbit. iudi.lib.1.q 3.

Quot ſint actiones arbitrariæ plenè habetur, per eundem Menoch.q 4.ibid.

An qs agere poſsit ex teſtamento, quod impugnauit, vide Dec.conſi.318.

Actionum duo ſunt genera: nam aliæ ſunt natiuæ, aliæ datiuæ, de quibus vide per Caſtan. in cõſuet.Burg tit. *des droicts* Rub.4.§.13.gl.1.

Pecuniam redactam ex venditione rei meæ à te facta, poſſum in ſubſidium repetere, & ècõtrà, ſi ex pecunia mea rem emas, in ſubſidiũ poſſum ad illam agere; licèt mihi obligata non ſit. Ludo.Rom.ſing.612.

De actionibus vide per Henric.Boer.in ſuis ſingularibus tit.actio.actor, & agere.

Actio vetus quando dicatur informata, & informetur, vide Bart.in l.legem.C.de pact.

Actio vtilis prouenieus ex directa bonæ fidei, eſt etiam ipſa bonæ fidei. Barto. in l.3. C. de tranſact. num. 3.

Bona fides eſt de ſubſtantia contractus, ſiue obligationis bonæ fidei. Barto.in l.19. C.de tranſact. num.8.

Quæ ſint directæ actiones, & quę vtiles, & quãdo directa actio habeat locum, & quando vtilis, vide per Barto. in l. curatores. C. de nego. geſt.

Actio ordinaria, quando excludat extraordinariam, & inſtantia perempta, actio remanet perpetua. Barto. in l. fin. C. ſi tutor, vel curator inter.

Actio iudicatur mobilis, vel immobilis ſecundum naturam rei, quæ in illa deducitur. Bar. in l.1.C. ſi aduerſ.tranſact.

Actio ad exhibendũ eſt perſonalis in rem ſcripta, & actio ex teſtamento eſt ſtricti iuris; ſed habet inſtar bonæ fidei. Barto. in l.7.C. ad exhibendum.

Ex contractu geſto per alium nomine meo, qñ

teneat, vide per Bar. in l.7.C.quod cum eo.

Patiens rem ſuam obligari, quando videatur conſentire, vide Bar.in l.5.C.ad Velleia.

Obligatio ciuilis cōſiſtit hodie inter patrem, & filium.Bar.in l.4. C.de pactis conuentis,& in l.6.§.illud.C.ad Trebel.

Actiones duæ quando ſunt,quæ non contradicunt origine ad inuicem,ſed in exercitio, qs debet vnam eligere,& iudicia contraria tolluntur electione. Bar.in l.1.C.de furtis.

Agi de præſenti,quādo poſsit pro tempore futuro,vide Bar.in l.2.C.de fideicom.

Si concurrant ille, qui habet directas actiones, & ille qui habet vtiles, quis præferatur, vide Bar.in l.3.C.de nouatio.& delegatio.& actio vtilis,quando præferatur directæ, & ècōtrà, vide Bar.in l.55.ff. de nouatio.& deleg.

Priuatus etiam debitor fiſci, non poteſt impetrare, vt debitores ſui ſummarim exigantur, vide Bart.in l.4.C.de conuenien.fiſci debito.libr. 10.

Obligationes quo iure ſint inductæ, vide per Bar.in l.5.ff.de iuſtit.& iure.

Actio ſubrogata ſapit naturam eius,in cuius locum ſubrogatur, & aſſumit naturā primordiam. Bar.in l. ſi cum.§.qui.ff.ſi quis cautionibus,quando ad idem ſubrogatur. idem in l.14.in repet.ff.de inoffi.teſtam.tamen actio, quæ accedit actioni æquè principaliter non ſapit naturam eius; ſecùs ſi acceſſoriè. Bart, in l.28.delegat.

Si vna actio in alterius locum ſuccedat,eius naturam aſſumit.l.1.§. ſi quis. ff. vt legat. ſeu fideicom.nomine caue.

Quando vna actio deuoluitur in aliam,intelligitur deuolui ſecundum eius materiam primæuam; non ſecundum accidentalem. l.22. §.cum prædixerimus.ff.de petit.hæred.

Actio ſubſtituta,an habeat vim eius,in cuius locum ſubſtituitur,vide gl.in l.30.ff.de iureiur.

Procurator in iudicialib. acquirit domino vtilem actionem. Bar.in l.28.ff.de procura.

Nautę, caupones, ſtabularij, vt recepta reſtituāt,tenentur actione in factū, de qua actione vide infra titu.nautæ caupones, & ff.eod.

Quando cōpetunt alicui plures actiones, quarū vna eſt de iure cōmuni,altera de iure ſpeciali, vna tollitur per aliam, quatenus in ea plus eſt.l.3.§.fin. ff.eod.

Ex ſtipulatione tutoris ſuper re pupilli,pupillo quæritur vtilis actio.l.2. C. quando ex facto tutoris,vide l.fin.ibid.

Actio extincta cedi non poteſt: l. 1. C. de contrar.iudi.tute.

Pupillus poteſt ſibi ſtipulari,& acquirere actionem;non eam remittere.l.1.C.de aucto.pſta.

Quando vnum eſt in obligatione, aliud in ſolutione ex diſpoſitione legis, tunc permittitur poteſtas ſoluendi,donec ſuper actione iudicati lis fuerit conteſtata.l.22. §. item rectè.ff. de peti.hæredit.

Actor vnam ex pluribus actionib. ſibi contrarijs neceſſariò eligit, nec poſtea variat; ſed electione ſibi præiudicat.l.1.C. de furtis.

Quando ad idem competunt plures actiones, cogitur quis eligere vnā, nec poterit poſtea redire ad aliā; ſecùs ſi plures actiones cōpetunt ad diuerſa.l.9.§. eligere. ff.de tribut.act.

Ille, cui ad idem competunt duæ actiones, debet exprimere quam intentat. l. 93.ff. de ſolutio.& liberatio.

Ex pluribus actionibus ea videtur electa, ſuper qua lis conteſtata eſt; non quæ in ipſa libelli oblatione expreſſa videtur.l. 15. ff. rem rat. habe. & in additio.

Quoties concurrunt plures actiones eiuſdem rei, vna tamen quis experiri debet. l.44. §.fi. de regul. iur.

Verba enunciatiua prolata per modum cauſæ, diſpoſitionem inducunt iure exceptionis; non autem actionis. l.65.§.1. & ibid. gloſſ.ff. de rei vendi.

Verba enunciatiuā emiſſa propter aliud, obligationem non inducunt.l.epiſtola.ff.de pact.

Ipſa verba enunciatiua nō inducunt obligatiònem in contractibus; ſed probationem.l.26. §.Titius.ff.depoſiti.

Qui emit à non domino, vel aliter ex iuſto titulo nactus fuerit poſſeſsionē, ſi poſtea cadat ab ea,habet actionem publicianam.tot.titu. ff.de publiciana,vide infra eod.

Agitur actione ex contractu ad eum reſcindēdum.l.41.§.ſi colono. ff.de vſufructu.

Aliquid debetur ex vrbanitate, quod nō debetur obligationis neceſsitate, vt in legato facto ſeruo,qđ debet præſtari ab hæredib. domini.l.5.§.illo.C.de neceſſa.ſeru.inſtit.

Sua actione,non autem aliena quiſq; vti debet, quia de ſuo,nō aūt de alieno iure quēcunq; agere oportet.l.5.ff.ſi vſu.petat.vel ad alium.

Quando vni competunt plura iura vno ſublato,aliud illęſum remanet.l.20.ff.de ſerui.vrb. præd.& l.20. ff. de ſeruit.ruſtic.præd.

Ille, cui legat̄ nomen debitoris hēt vtilē actionem ſuo nomine; non aūt directam, niſi ſit mandata,vel ceſſa.glo. in l.18.C.de legat.

Actio vtilis datur quinque in caſibus ſine ceſſione. glo.ibid.

Debitore creditori ſuccedēte confundit̄ actio. l.3. C.de fideicom.

Actio de pauperie cōpetit,ſi animal nocuit,nō culpa hominis,& cōtra naturam ſui generis: ſed ſi culpa hominis habet locum actio legis aquilię: ſi autem ſecundum naturalem

feritatem

feritatem ſinè culpa hominis, omnis actio ceſſat. l. 1. ff. ſi quadrupes pauperiem, vide infra eod. tit.

Noxales actiones ſequūtur poſſeſſorem, & animal debet dari pro noxa viuum, & ratione mendacij perditur beneficium. d. l. 1. §. & eū.

Vbi concurrunt plura delicta, ibi concurrunt plures actiones. l. 27. ff. ad leg. Aquil.

Actio vna, an per aliam tollatur, vide glo. in §. ſi calicem. l. 27. ff. eod.

De actione, quę datur contra illum, qui aliquid de domo ſua deiecit, vel effudit, vide in tit. ff. de his, qui deiecerunt, & infra eod.

Quando obſtaculum eſt in medio, prius debet agi ad remotionem obſtaculi, quàm vlterius procedatur. l. 6. ff. ad exhib.

Si ille, qui alium, vt principalē defendit non eſt ſoluendo, in alium actio reſtituitur, qui verè erat debitor. l. 19. ff. de interrog. actio.

De actione, quæ datur contra menſorē, qui falſum modum renunciauit, vide in tit. ff. ſi menſor fal. mod. dix. & ſupra lib. 1. eod. tit.

Certi cōdictio competit ex omni cauſa, ex qua certum petitur, ſiue ex contractu, vel quaſi, ſiue ex quocunque maleficio, vel quaſi. l. certi condictio. ff. ſi cert. pet.

Numerando pecuniam noſtram nomine abſentis, & ignorantis, ei quęrimus actionem. l. 9. §. ſi nummos. ff. eod.

Actiones reales ſunt decem; actiones verò in rem vniuerſales ſunt quatuor. glo. in l. 3. C. de præſcrip. 30. vel 40. ann.

Quo ad dandam actionem inſpicit̄ recipientis intētio; ſecùs in exceptione. l. 18. ff. ſi cer. pet.

Actus numerationis non operat̄, vt qs obliget̄ vltra intētionem agentis. l. nō omnis. ff. eod.

Ille, ad quem peruenit pretiū rei meæ, ad illud reſtituendum (re perempta) certi condictione tenetur. l. 23. ff. ſi cert. pet.

Qui accepit pignus non idoneum, renunciare non videtur propterea perſonali actioni. l. 28. ff. eodem.

Ex æquitate cauſa vitandi circuitus datur condictio ei, cum quo negotium non eſt geſtum. l. 32. §. ſeruum. ff. ſi cert. pet.

Si res mea ad te peruenerit ſine iuſta cauſa, eā certi condictione, vel ſine cauſa condicere poſſum. l. 32. eo. ſi deſinat mihi aduerſus aliū eſſe conſultum. l. fi. §. tutor. ff. de condi. indeb.

De actione, quæ datur ex iuramento, parte parti delato, vide per tot. titu. ff. & C. de iureiur.

Si res, pro qua ſolui æſtimationem ei, à quo cauſam habeo, ad eum redeat, poteſt agi actione ex eo contractu, vel condictione ſine cā, ad rem ſolutam. l. 2. ff. de condict. ſine cau.

Quādo per legem ciuilem inducitur obligatio immediatè, nec exprimitur actio, condictione ex lege agitur. l. 1. ff. de condict. ex leg.

Actio condictionis triticariæ locum habet pro omni re (excepta pecunia numerata) ſiue certum, ſiue incertum, aut dominium, ſiue poſſeſſio petatur. l. 1. ff. de condict. tritic.

In actionibus bonæ fidei non videtur res reddita, quæ deterior redditur: ideò actio primæua durat. l. 3. §. ſi reddita. ff. commodati.

Error in iure cōſecutiuo non impedit actionē oriri ex contractu; ſicut nec error in iure, vel in facto antecedente impedit condictionem oriri: quia plerunque id accidit, vt extra id, quod agitur tacita obligatio naſcatur, veluti cum per errorem indebitum ſoluitur. l. 23. §. ſi libero. ff. eod.

Si dominium rei ſuperueniant debitori confirmatur obligatio; ſecùs ſi dominus debitori ſuccedat. l. 41. ff. de pigno. act.

Qui ſuccumbit ꝑ actionem ineptā, recurrit ad aptam. l. 11. § item ſi plures. ff. de inſtit. act.

Quādo plures ſunt obligati ſufficit, ꝙ cauſa obligationis finalis reperiat̄ in vno; nā ſuas radices extēdit in oīb. l. 3. C. de duob. reis ſtip.

Actio per litis conteſtationem diuiſa reintegrari non poteſt. l. 16. C. de fideiuſ. & manda.

Si res credita filio verſa ſit in rem patris, vel negotium paternum, in ipſum patrem datur actio, quæ vocatur de in rem verſo. l. 1. & tot. tit. ff. de in rem verſo.

Ex pacto a ꝓpoſito in traditione rei meæ, quæ durat, alteri q̄rit̄ vtilis actio. l. 26. ff depoſiti.

Qui retinet ea, quæ ſunt iuriſgentium, ex contractibus iuriſgentium habet actionem. l. 22. §. is cuius. ff. mandati.

Ex pacto donationis non quęritur actio extraneo: ſed ipſe donator pacto non ſeruato agit ad intereſſe. l. 22. C. de donatio.

Actiones contrarię quandoq; dantur ad idem. l. 1. & ibid. glo. C. de donatio. quæ ſub modo.

Speciale eſt, vt in contractu donationis alteri per alterum quæratur actio. l. 3. C. eod.

Qui obligauit ꝓ alio pignus, vel ſe poteſt agere antequam ſoluat, vt liberetur in caſibus, de quibus in l. 38. ff. mandati.

Dies adiecta limitandæ obligationis cā, nōn liberat debitorem exiſtentem in mora. l. 59. §. ille. ff. mandati.

Modus adiectus contractui contractum non ſuſpendit, & actione ex eo contractu qs modum implere cogitur; ſecùs in conditione l. 41. ff. de contrah. empt.

Quoties deficit actio, vel exceptio, vtilis actio, vel exceptio danda eſt. l. 23. ff. de præſcr. verb.

Qui ſcribit contractum obligationis rei ſuæ, videtur obligationi conſentire. l. 26. §. pater. ff. de pignoribus.

Licèt perſona actoris mutetur, non tamen mu-

tatur qualitas actionis reſpectu conuenti.l. 38.ff.ſolut.matrimo.

Si variatur conditio perſonæ gerentis, vel eius, cuius negotia ex neceſsitate geruntur, obligationis conditio variatur.l. 38. ff. de adminiſtra.& peric. tuto.

Pupillus tutori, ipſo tutore auctorizāte non poteſt obligari naturaliter, niſi quatenus factus eſt locupletior, ſed cum auctoritate alterius tutoris poterit.l.5.ff.de aucto.& conſen. tuto. & curato.

Pupillus in contractu vltrò citroque obligatorio, ſine auctoritate tutoris non obligatur; ſed alium ſibi obligat. §. pupillus.d.l.5.

Per procuratorem acquirit domino vtilis actio proria ſine ceſsione.l.19.§.fi.ff.de dam.infec.

Agitur ex ſcriptura declarata, non ex declarante.l.77.ff.de hæred.inſtitu.

Poſſeſsio, & dominiū acquirunt̄ per procuratorem, actio perſonalis nō, niſi cedatur.l.49. §.fin.ff.de acquir. vel amit.poſſeſ.

Si legatarius grauatur ſoluere creditori defuncti, hęres, & fideiuſſor agere poſſunt; nō creditor.l.11.§.ſi Titio.de legat.1.

Promiſsio facta contemplatione alicuius certi emolumenti, ipſo ceſſante non tenet. §. qui teſtamento, de legat.3.

Vt poſsit agi ex diſpoſitione inter viuos, vel ex vltima voluntate, vnus de pariter morientibus, nunquam ſuperuixiſſe pręſumitur.l.17. 18.& 19.ff.de reb.dub.

Obligatio ſui natura eſt perpetua, & nō finitur tempore ipſo iure (etiam ex partium conuentione) ſed ope exceptionis, quòd tribus probatur exemplis in l.56.§. qui ita.ff.de verborum obligatio.

Quando in vna perſona concurrunt plura iura, perinde eſt, ac ſi concurrerent in perſona plurium. l. 22. ff. de his, quib. vt indig. legat.auter.

Præſentia perſonæ indueit, vt alteri per alterū actio quæratur, vt ſi promittatur procuratori, domino pręſente.l.79 ff.de verb.oblig.

Adultus non habens curatorem naturaliter, & ciuiliter poteſt obligari.l.101. ff.de verb.obl.

Poteſt maritus ſe obligare ad pœnam vxori, ſi tenuerit concubinam. l. 121. §. mulier. ff. de verbo. obligatio.

Per liberam perſonā non quæritur nobis actio ex ſtipulatione; ſed ex numeratione ſic. l. 126.§. Chriſogonus. ff.de verb.oblig.

Duæ obligationes paris potentiæ inuicē tolluntur, vt quando alter correus ſuccedit correo; ſed maius potēs tollit minus potentem, vt in ſucceſsione rei, & fideiuſſoris.l.13. ff. de duobus reis. l. 5.ff.de fideiuſſo. & manda.& l.93. ff.de ſolutio.

Generalis promiſsio refertur ad ſpecialem poſtea ſubſequutam.l.4.ff.de ſtipula.ſeru.

Quod vni non poteſt acquiri, quæritur alteri, cui poteſt.l.7.§.interdum. ff.de ſeruo.ſtipula.

Qui agit ex contractu alterius, cenſetur illum ratificare.l.67.ff.de fideiuſſo. & mandat.

In obligationibus, quæ cōtrahuntur ſuper reb. inſeparabilib. à perſona nō cadit vera obligatio.l.4.ff.de nouatio.& delegat.

Si vna cauſa veniat ad implementum alterius, agitur ex implemento, & nō ex implente, vt in mutuo, quando ſequitur ſtipulatio de reſtituendo; quia tunc non ex numeratione agimus, ſed ex ſtipulatione.l.6.§.fin.& l.7.ff. de noua. & delegat.

Obligatio ſpecierum diuiditur per quotas: obligatio generis, vel quantitatis diuiditur numero.l.29.ff.de ſolutio.& libera.

Quod ſemel reprobaui poſtea approbare non poſſum ad actionem conſequendam. l. 62.ff. de ſolutio. & libera.

Pupillus non obligatur factō ſuo, niſi quatenus eſt factus locupletior.l.66.ff.eod.

Ex re pupilli per extraneum non tutorem illi non quæritur, niſi in ſubſidium.l.88.ff.eod.

Exemptio ſpeciei debitæ de rerum natura, vel communi cōmertio obligationem perimit, nec reuiuiſcit impedimento remoto: tranſlatio verò in corpus integrale, obligationem non perimit: ideò res ipſa peti debet, & æſtimatio præſtabitur creditori.l. 98.§. aream.ff. de ſolutio. & libera.

Ius quæſitum ex conuentione non tollit̄, vnius partis reuocatione; ſecùs in mandato. l. antepen. & fin. ff de ſolutio.

In negotijs contrahendis alia cauſa habita eſt furioſorum, alia eorum, qui fari poſſunt, quāuis actum rei non intelligant: nam furioſus nullum negotium contrahere poteſt; pupillus verò omnia negotia tutore auctore, agere poteſt.l.5. ff.de Reg.iur.

In omnibus obligationibus, in quibus dies nō apponitur, pſ̄enti die debet̄.Reg.in oīb.ibid.

Qui cū alio contrahit, vel eſt, vel eſſe debet nō ignorans conditionis eius; hæredi autē hoc imputari non poteſt, cùm non ſponte cum legatarijs contrahat.Reg.qui cum alio.ff.eo.

Alterius deceptio alij nō pōt actionē.l.50.ibi.

Si in duabus actionibus alibi ſumma maior eſt, alibi infamia, præponenda eſt cauſa exiſtimationis.l.105. eod.

Nemo alieno nomine agere poteſt. Reg.166.

Nunquam actiones pręſertim pęnales, alia aliā conſumit.Reg.172.ibid.

Omnes actiones, quæ morte, vel tempore pereunt, ſemel incluſæ iudicio ſaluę permanēt. Reg.182.de Reg.iur.

Inuitus

Inuitus nemo cogitur ſe defendere, & cui dãnus actionem, multo magis eidem exceptionem competere dicimus. Reg. 198. ibid.

Minus eſt actionẽ habere, quàm rem. Reg. 101. ff. de Reg. iur.

Obligatio non poteſt limitari tempore. §. & ſi ita, inſtitu. de verbo. oblig.

Debitores fiſci exiguntur ſummariè, nec poſſunt ipſi impetrare, vt eodem modo ipſorum debitores exigantur. l. petiu. C. de conuenie. fiſ. debit. lib. 10.

Actio ita perpetuatur per modum exceptionis in iudicium deductæ, ſicut per modũ actionis, & lis ſuper ea conteſtatur. Bart. in l. 8. §. ſi quocunque. ff. de nego. geſt.

Actio directa, & vtilis, an differant in effectu, vide Bart. in l. 49. ff. de nego. geſt. & ipſam legẽ.

Directæ actiones, & contrariæ ex quibus contractibus oriantur, vide per Barto. in l. 16. §. contraria. ff. de commodato.

Pactum factum ab eo, cui cõpetunt vtiles præiudicat ei, cui cõpetunt directæ. l. 17. ff. de pact.

Melius eſt habere actiones directas, quàm vtiles. l. 43. §. ſi procurator. ff. de procurato. tamẽ vtilis præfertur directæ. l. procuratore. ff. eod.

Ex venditione nominis tranſit vtilis, & etiam exercitium directæ, ſi cedatur tàm ad debitũ, q̃ ad pignora. l. 8. C. de hæred. vel act. vend.

Sicut poteſt, vẽdi actio pſonalis, ita pôt realis, & vtroq; caſu trãsfertur vtilis actio. l. fi. C. eo.

Actio vna quando tollatur per aliam, in qua plus eſt, & ordinaria, quando concurrat cum extraordinaria, vide Bart. in l. 2. §. nouiſsimẽ. ff. naut. caup. & ſtabul.

Actio principalis ſublata, quando remaneat acceſſoria. vide Bar. in l. 2. ff. de minoribus.

Mutuo facto pauperi, de quo filios alimẽtauit, poteſt agi contra filios, qui habent bona materna. Bar. in l. 49. ff. de condict. indeb.

Agendi ius quando ex lege competit, vtrum ſit actio, vel officium Iudicis, vide Bart. in l. vnica. ff. de condict. ex leg. & quãdo oritur actio ex diſpoſitione legis, vtrum ſit condictio ex lege, vel alia actio, vide Bart. ibid.

Condicere poſſum rem meam, quæ eſt penes aliquẽ ſine cauſa. Bar. in l. 31. ff. de actio. empt.

Extraneus quando poſsit impedire agentem, & opponere exceptionem dominij, vide Bar. in l. 12. ff. ſolut. matrimo.

Actionem duplicem quis poteſt intentare, quãdo eſt probabiliter incertus. Bar. in l. 1. §. quia Plautianum. ff. de liberis agnoſcen.

Pupillus quando, & quibus cauſis obligetur, vide per Bart. in l. obligari. ff. de aucto. & conſen. tutor. & curat.

Illa actio vr̃ intentata, q̃ ex verbis libelli colligi pôt. Bar. in l. Gallus. § ſi eius. ff. de lib. & poſth.

Actiones duæ ad eandem rem competẽtes, quæ non ſunt contrariæ, nec electione tolluntur, poſſunt ſimul cummulari. Bart. in l. 56. §. qui ſeruum. ibi. vide ſupra lib. 1. de cumulatione.

Auxilium extraordinarium quãdo eſt mihi vtilius ordinario, illo vti poſſum, & remedium ordinarium non tollit extraordinarium, ſi eſt facti; ſecùs quando vtrunque eſt iuris. Bar. in l. 3. §. ſi in loco. ff. de oper. noui nunciatio.

Debitor ſuſpectus poteſt capi ad inſtantiã creditoris, ſi ſuſpicio ſuperuenerit poſt debitum contractum, & de ea ſit data fides Iudici, qđ fieri poteſt, etiã parte non citata. Bar. in §. neceſsitatẽ, Auth. vt Iudi. ſine quoquo ſuffragio.

Actiones in hæredes tranſitoriç penales, vel nõ, etiam ſi ab hærede incipiant, ex parte actoris augmentum, & ex parte rei diminutionem inducunt; ſecùs ſi ad hæredes, vel cõtra hæredes nõ tranſeant. l. pçnales. ff. ad leg. Fal.

Aſſendentibus ex linea materna, per deſcendentes actio non quæritur. l. debitorẽ ſub pignore, §. fin. ff. ad Senatuſc. Trebellia.

Obligatio trãſit ad hæredes, etiã ſi de hæredib. nihil dictum fuerit. §. 1. l. 22. ff. de oper. liber.

Illi, qui alio iure venit, quàm eo, quod amiſit, non nocet id, quod perdidit, ſed prodeſt id, quod habet. l. ſi filius. ff. de bonis liber.

Cui denegatur defenſio, multo magis denegatur actio. l. 33. C. de tranſact.

Pro eo, quod quis ſoluit ſponte, & vtiliter pro alio, competit actio nego. geſto. directa: ſed ſi ſoluerit ex neceſsitate cõmunionis, ſeu cauſatiua, competit actio fami. ercíſ. vel commu. diuid. l. 3. C. de nego. geſt.

Qui diu ſtat non petendo debitum, actionem remittere non videtur, niſi finita prçſcriptione legitima. l. 8. C. eod.

In negotio, quod eſt noſtrum, ratihabitione oritur actio. nego. geſto. l. 9. C. eod.

Idem actus reſpectu diuerſarum perſonarum, poteſt parere actiones diuerſi generis. l. 14. C. de nego. geſt.

Actio famoſa non datur contra patrem; ſed loco illius datur actio in factum. gloſſ. in l. 5. C. de dol. mal.

Actiones Præſidi, vel eius familiæ competentes, non poſſunt intentari efficaciter durante officio, quòd procedit in contractibus; ſecùs in delictis. l. 16. ff. de offi. Præſid.

Per reſtitutionem actio eliſa roboratur; vel denuo oritur, ſi prima erat ipſo iure ſublata. l. 2. C. ſi aduerſ. tranſact. vel diuiſ.

Cogitur quis adimplere quod apud acta promiſit. l. 17. ff. de in ius vocan.

In obligationib. facti poſt morã, ſuccedit obligatio, & actio ad intereſſe. l. fi. ff. ſi quis in ius vocatus, vide infra tit. de oblig. fact.

Nemo

Nemo inuitus agerē, vel accuſare cogitur. tot. tit.C.vt nemo inuitus, & ſupra lib. 1.eod.titu.

Actio legis Acquiliæ competit pro omni dáno dato,tám in animalibus vigentibus,quàm in alijs rebus.C.ad leg.Aquil.per totum.

Si ex eodem facto oritur ciuilis, & criminalis actio, vna non impeditur per exercitium alterius.l.3.C.de leg.Aquil.

Ex pacto appoſito per alium in contractu commodati, vel depoſiti rei meæ,datur mihi vtilis actio: ſed ſi tanquam hæres paciſcentis agam,datur directa.l.8.C.ad exhibendum.

Ex juramento naſcitur actio in factum.l.8.C.de rebus credit.

Obligatio, quæ re cōtrahitur non poteſt trahi, vltra quàm peruénerit.l. ſi tibi.ff.de pact.

Actiones deſcendentes ex maleficijs, ipſo iure tolluntur per pactum.§.quædam d.l.ſi tibi.

Si collega erat ſoluendo tempore depoſiti officij,alter collega non poteſt conueniri, nec eius hæres.l.3.C.de probatio.

Subſcribens ſe inſtrumento, quod non legit,putans cōtineri quod mādauerat, vel quod ſibi perſuaſum extitera t, cùm aliud contineret, nō obligat.l.fin. C.plus valere.

Si filiusfa. qui patris, vel propria voluntate contraxit, ab hæreditate patris ſe abſtinuerit, in quantum facere poteſt conuenitur,vel conueniri debet.l.2.C.quod cum eo.

Nuntius, ſeu merus miniſter ex contractu nullatenus obligatur, & vtrū ſit nudus miniſter cognoſcitur ex cauſa. vide l.4.C.quod cū eo.

Quis agere poteſt per procuratorem.gl.in l.1.ff. de procurat.

Vna actio non debet diuidi in plures defenſores; ſecùs ſi plures moueantur actiones.l. 37. ff.de procurato.

Si obligatio eſt licita in origine, eſt ſimpliciter licita in actis conſecutiuis.l.3. C. ad Senatuſconſul. Macedo.

Pater pro mutuo facto filio quandoque inſolidum obligatur.l.5.& ibi.gl.eod.

Si maritus obliget res vxoris aſſerendo eas proprias vxore præſente,& doloſè tacente,tenet obligatio.l.5.C.ad Velleianum.

Obligatio ex contractu mandati parit actionē mandati: niſi ex neceſsitate præcedentis cōtractus mandatum fuiſſe ſubſecutum: quia tunc agitur ex primo contractu.l.42.§. ea obligatio.ff.de procurato.

Actio datur ad id,qđ eſt in obligatione, ex qua deſcēdit actio. Bart.in l.virum.ff.ſi cert.peta.

Si mulier alienam obligationem in ſe tranſtulit animo nouandi,creditori contra debitorem, reſtituitur vtilis actio prima.l.16.C.ad Senatuſconſul.Velleia.

Si nomen vxoris ſimulatè eſt appoſitū in inſtrō loco viri,obligatio ē ipſo iure nulla.l. 17.C.e.

Qui ordinariam habet actionem nòn debet recurrere ad extraordiuariam. l. non cogendum.ff.de procurat.

Ex re noſtra quæritur nobis actio per alium. l. 68.ff.de procurato.

Per liberam perſonam actio habita, vel ius habitum conſeruatur.l.71.ff.de procurato.

Obligatio quandoq; oritur extra id, qđ agitur. gloſ.in §.& ſi furioſi.l.3. ff.de nego.geſt.

Actio competens contra eum, ad quem pertinet negotium cura,& ſolicitudine(vt in tutore) non impedit actionem oriri contra eum, ad quem negotium pertinet re ipſa; vt in pupillo.l.6.ff.de nego.geſt.

Obligatio procuratoris non impedit actionem oriri cōtra dnm.l.6.§.itē ſi procurator. ff. eo.

In actionibus bonę fidei tātum valet officiū Iudicis, quantum ſtipulatio in ſtricti iuris Iudicijs.l.quia tantundem.ff.de nego. geſt.

Neceſsitas vera, vel putatiua impedit actionem mandari; non autem nego. geſt. l. 20. §.ſi labeo.ff.eod.

Contra eum,pro quo quis obligatus eſt, agitur actione neg.geſt.añ ſolutionē.gl.in l.29.ff.eo.

Qui ab alio donum recepit nomine meo,nego. geſt.actione mihi tenet.l.34 §.fi.ff.de neg.ge.

Hæredi viri contra vxorē defuncti datur actio nego.geſt. de geſtis conſtante matrimonio.l. 35.ff.de nego geſt.

De ipſa actione neg. geſt.vide ſupra lib. 1.tit.eo.

Vt debitum ante adminiſtrationem conuertatur in actionem, quæ ex adminiſtratione deſcendit,duo cōcurrere oportet,nempe quòd debitor à ſe exigere potuerit,& in hoc verſetur aliqua dñi vtilitas.l.37.ff.de nego.geſt.

Quando aliquē eſſe locupleté eſt cauſa actionis cōcedendæ,tēpus litis conteſtatæ inſpicitur. l.39.ff.eod.& l.57.ff.de ſolutio, & libera.

Determinata conuentio parit actionem, modo determinato.l.15.C.de actio.emp:

Qui habet actionem ad vtilitatem alterius, ad eius petitionem debitórem cogitur liberare. l.pen.ff.de nego.geſt.

Negotium nō meo nomine geſtum in ſubſidiū, re perēpta, vel pſcripta poſſum habere ratū, vt mādati actio cōcedat.l. fi.ff.de nego. geſt.

Onera hæreditaria ſpectāt ad hæredes; nō autē ad ſucceſſores ſingulares.l.27.C. de iure dot.

Contractus fictus tranſit in hæredes; ſicut verus.l.1.§.maneat.C.de rei vxo.act.

Sicut inter hæredes diuiditur actio; ita inſtantia ſuper actione incoata.l.31.ff.de iudi.

De actione,quæ datur contra eum, qui vt calūniæ cauſa negotium faceret pecuniam accepit,vide in l.1.& tot.tit.ff.de calumnia.

Mandatarius ſubiectus poteſtati mādantis, illi

quærit actionẽ: non ſubiectus verò ſibi quærit; ſed debet experiri ad petitionem domini.l.7.C.ſi quis alteri, vel ſibi.

Res quæ prohibetur alienari, & obligari prohibetur.l.fin.C.de reb.alienis non alien.

Actio poteſt hodie dari ex contractu dudum inito.l.3.& ibi.gl.C.de rer. permut.

Actio in factum in multis habet locum. glo.ibi.

Diuiſio contractus inducit diuiſionem obligationis.l.13.C.locati.

Actio in rem tollitur per pęnalem, & èconuerſo, quia in pęnali continetur rei perſecutio.l.9.§.licèt autem.ff.de eo, quod metus cauſ.

Semper ponderanda eſt natura actionis, & ſicut quælibet planta habet ſuã naturam; ita quęlibet actio habet à iure ſibi datam, l. 13. §. & ibi.gl.ff.de eo, quod met.cau.

Carcer eſt iuſtus metus: ideò obligatio facta in carcere nullius eſt momenti. l. 22. ff. de eo, quod metus cauſa.

Actio cõpetens aduerſus vnum, impedit actionem de dolo aduerſus alium, ſi tamen ille eſt ſoluendo.l.2.& ſeq.ff.de dol.mal.

Ille nullam videtur actionem habere, cui propter inopiam aduerſarij inanis actio eſt, l. 6, ff.de dol.mal.

Actionis nomine, omne remedium continetur, gl.in l.7.ff eod.

Vbi deeſt dolus, & ſubeſt culpa, competit actio in factum.d.l.7.§.item labeo.

Quando ex delicto agitur ciuiliter actione famoſa, debent particulariter omnia deſignari; ſicut qñ quis criminaliter accuſat. l. 17.ff.eo.

Qui opus cęptum in ſuo ad mei vtilitatem non permittit perficere, actione de dolo tenetur, l. 35. ff. eod.

Diſpoſitũ in principali obligatione, in augmento intelligit tacitè repetitũ.l.8.C.de iure dot.

Obligationes, quę cauſam naturalem reſpiciũt, capitis diminutione non pereunt. l. 8. ff. de capi.diminu.

Ex pacto matris filio non quæritur actio.l. 4.C. de pactis conuentis.

Obligatio non impedit translationem dominij: ſed dominij translatio præcedens impedit obligationem. l. 13. C. de donat. int. virum, & vxor.

De rei vendicatione.

Debitor vendicans rem ſuam alienatam nõ ſeruatis ſeruandis, tenetur ſoluere debitum cum legitimo intereſſe, & recuperare bona, cum fructibus Ozaſ.deciſ.160.

Ipſe debitor poteſt recuperare eius rem illegitimè alienatam, etiam ſi debitum nõ offerat, modò non opponatur: poteſt tamen ad debitum ſoluendum condemnari. ibi.nu.17.

Pęna mendacis dicentis alieno nomine ſe poſſidere eſt, vt priuetur ſua poſſeſsione, & trãſferri debet in actorem. Afflic.deciſ.18.

Nominatio domini in iudicio, quando locum habeat, vide Afflic.deciſ.217.

Poſſeſſor conuentus nominando dominum, cuius nomine aſſerit poſsidere non liberatur, niſi dominum nominet ante litem conteſtatam; ſed quid, ſi illum nominet poſt litẽ conteſtatam, vide Ioſ.Ludo.deciſ.Luc.34.

Colonus conuentus actione reali, debet nominare dominum; aliàs non præiudicat domino ignoranti.DD.de Rot.deciſ.4 tit. de iudi.

Conuentus actione reali nominando dominũ in iudicio, ſi habeat aliquod ius in re, nõ euitat per hanc nominationem iudicium, etiam ſi ſuper tota re ſimpliciter, & inſolidum conueniatur; ſed quãdo per domini nominationem conuentus euitet iudiciũ, vide Myſing. obſer.58.cent.2.Pap.lib.11.tit.4.arreſt.fin.

Quando conuentus iudicio reali poſsidet nomine alterius, & nominat verum dominum, quid agendum, vide per Maran. in ſuo Spec. par.6.tit.de nomina.aucto fol.340.

Domino non præiudicat reus, qui illum nõ nominauit, ſed voluit litem defendere, & ſuccubuit, vel contumax fuit. Maran. in ſuo Spec. par.6.tit.de nomina.aucto.nu.3.

Poſſeſſor rei alienæ conuentus poteſt nominare dominum; ſed intra quod tempus, & de effectu iſtius nominationis, vide Menoch. de arbitra.lib.2.caſ.476. Rebuff.in ſuis commẽt. To.3.tract.de dilatio.art.2.gl.1. & quãdo hęc noĩatio fieri debeat, vide Rebuf.ibi.ar.3.gl.1.

Quando nominatus ſuſcepit cauſam, nominans non tenetur amplius illam proſequi, ſi dominum nominauerit. Rebuff. in ſuis comment, ibi.art.3.gl.1.fol.823.

Alieno nomine poſsidens conuentus, poteſt dominum in iudicio nominare, & ſunt dandæ induciæ ad denunciandum domino, vide Bart.ſing.151.Pet. de Raue. ſing.770.& l.2.C. vbi in rem actio.

Dominium an ſit per actorem ſufficienter probatum, ſi confines probentur diuerſi, vide Afflic.deciſ.23.

Dominium probatur per ſignificatum, & fama illud probat in antiquis.ibi.nu.4.

De actione rei vendicationis, & quæ veniant probanda ad obtinendum in illa, vel publiciana, vide Afflic.deciſ, 40. Ioſ. Ludo. deciſ. Luc. 65. Menoch. de arbitra.lib.2.caſ.42.Iaſ. de actio. in §.omnium, nume. 71. intra tit. de acquir. poſſeſ.

Dominium plenè eſt probandum cùm agitur

rei

rei vendicatione. Paul. Aemil. deciſ. 280. part. 1. Boer. deciſ. 42. nu. 15. vide DD. de Rot. deci. 15. de rei vendic. in nouis. Borg. Caual. deciſ. 23. nu. 32. par. 2.

Actor vendicans ædificium non cogitur probare ſe ædificaſſe; ſed ſufficit probare ſoli dominium. Capic. deciſ. 117.

Dominium per inſtrumentum probare non ſufficit, niſi probetur de iure auctoris, quod habebat tempore contractus. Fran. Marc. quęſt. 217. Rot. Genu. deciſ. 149. vide Craue. conſi. 124. 157. & conſi. 293. nam ius reale non acquiritur ex ſolo contractu. Papon. lib. 8. tit. 6. arreſt. 9. dictum limitatur, quãdo traditur inſtrumentum rei venditę, ſeu donatæ, quando apponitur clauſula conſtituti, & vbi retinetur vſusfructus ipſius rei. Pap. ibid. d. arreſt. 9.

Titulus non probat dominium, ſed cauſat ius aliquod accipiendi, vel conſequendi, ideò tituli productio in actore non ſufficit, niſi probetur de iure auctoris: fallit quando tertius conuentus habet titulum ab eodem auctore. Craue. conſi. 57. & Menoch. conſi. 361. lib. 4.

Fallit etiam, quando ageretur contra venditorem, vel eius hæredem. Menoch. d. conſ. 361.

An præmiſſa procedant in Principe donãte, vel concedente, vide Craue. conſi. 293.

Actor intentans dominium, & probãs de quaſi poſſeſsione alicuius iuris, nõ cadit ab illo iure, & agens rei vendicatione ad fundum allegando ſe dominum, ſi probet de vſufructu, quid iuris, vide per Capic. deciſ. 96.

Vendicare poſſum totam rem ratione iuris, qđ habeo in ipſa re, quando nõ poſſum vti iure meo, niſi res mea tota relaxetur. ibi. nu. 7.

Petens multa bona; & probando ſolummodo pro tertia parte debet ſequi condẽnatio, pro illa parte probata. Guid. Pap. q. 27.

Quãdo imploratur officium Iudicis pro aliqua re, ſufficit probare poſſeſsionem ante occupationem. vide Guid. Pap. q. 362.

Dominus eſſe deſinens in medio litis, ſi iterum fiat dñs nihilominus obtinebit. Boer. dec. 89.

Res intelligitur ſpectare ad eum, cui eſt conſignanda. Rot. Genu. deciſ. 153. nu. 5.

Rei vendicatione agens quinque neceſſario articulare, & probare debet: Primò, dominium directum, vel vtile de iure Gẽtium, vel Ciuili: Secundò, traditionem rei: Tertiò, pretij ſolutionem, vel fidem habitam de pretio: Quartò, venditorem, vel tradentem fuiſſe dominũ rei traditæ: Quintò, aduerſarium poſsidere, aut detinere, vel dolo deſijſſe poſsidere. Bor. Caual. deciſ. 23. nu. 31. par. 2.

Ad probandum dominium, vel quaſi quæ requirant, vide Alex. Raud. tract. de anal. c. 24. n. 35. Pap. lib. 8. tit. 13. arreſt. 3. & arreſt. 17. li. 9. tit. 1.

Penſionis ſolutio ad fauorem recipientis poſſeſsionem, & dominium probat. Hier. Mago. deciſ. Luc. 79.

Dominium probatur ex cõfeſsione partis (licèt non transferatur) niſi confeſsio probetur erronea. Craue. conſi. 157.

Ad dominij translationem non requiritur miſſio in poſſeſsioné vacuã. Boer. deci. 11. nu. 10.

Identitas bonorum probari non poteſt, niſi teſtes habeant notitiã de antiquis, & modernis confinibus. Craue. conſi. 57. nu. 7.

Si quis amiſerit pecunias proprias, & alter ipſas inuenerit, quando poſsit illas vendicare, vide Craue. conſi. 269.

Deferẽs pecunias præſumitur dominus earũ ex ſola delatione, & poſſeſsione. Craue. cõſ. 269.

In caſibus, in quibus agens tenetur probare de dominio; & in quibus dominium eſt difficilis probationis ſatis eſt actori, ſi probet qualitatem rei. Craue. conſi. 269. nu. 6.

Si quis in ſuo libello dixerit ſe dominum, ſeu dominium rei ad ſe ſpectare, licèt propriè intelligatur de directo; tamen probando vtile obtinebit. D. Sol. in ſuis comment. in antiq. conſtitu. gloſ. 1 ſuper decreto, Rẽpub. ſeu rub. ipſius. nu. 10. fol. 10.

In actione reali quomodo formetur libellus, & qualiter concludendum, vide per Maran. in ſuo Spec. par. 4. tit. an ſit iudi. ciuil. vel crimi. diſtinc. 3. & Abb. in ſua pract. c. 40.

Rei vendicatione conuentus, ſi ſit contumax, quid agendum, vide Maran. ibi. nu. 9. & 10. & in ſuo Spec. titu. an ſit iudicium ciuile, vel criminale: diſtin. 3. in addit. nu. 9. & 10. & vendicare an poſsit dominus ſoli, ſolarium ſuperius, vide Maran. ibi. nu. 11.

Quando actio in rem vtilis detur ſuperficiario, emphyteutæ metum paſſo, & quando detur præiudicialis, & quando militi, vel minori, quorum pecunijs empta ſunt prędia, vide ibid. num. 12.

Actio in rem cui detur, & contra quem, vendicatio cur dicatur, & quare nullam pręſupponat obligationé, vide eundem Maran. ibi. nu. 23.

Actio realis fruſtra intentatur, ſi reus non poſsidet. ibi. nu. 29. & ècõtrà perſonalis nõ requirit, quod cõuẽtus poſsideat. Maran. ibi. nu. 30.

Actio realis intentatur etiam ad æſtimationé, & continet fructuum rationem. ibi. nu. 35.

Actor petens rem debet eam deſignare, & oſtẽdere: ideò in libello duo ſaltem fines rei petitæ deſignari debent, & ſi non ſufficiant debet res ipſa ad oculum demonſtrari. Rebuff. in ſuis comment. Tom. 3. tract. de dilatio. art. 2. glo. 2. de qua demonſtratione, & loci viſitatione, vide ibid. & c. 2. ex. de libelli oblatione.

Dominij ad probationem, qui ſe aſtrinxit, ſi

probet

probet tãtùm dominiũ pręſumptum ex poſſeſſione nõ ſuccũbet. Marc.de Mãt.ſing.335.

Rei vendicatio fundatur ex dominio: ideò datur contra quemcunque poſsidentem quouis titulo. Bar.in l.7. C.de peti.hæred.

Si occupãtur bona à me poſſeſſa ſufficit,vt probem meam poſſeſsionem; ſed ſi ab alio poſſidebantur, contra quem fiebat executio, debet probari dominium. Barto. in l.2. C.ne vxor pro marito.

In actione reali debet pronnntiari rem actoris eſſe, & per neceſſarium antecedens debet in libello peti, quòd Iudex debeat declarare rem ad actorem pertinere iure dominij: tamen non reprobatur libellus eius, qui petijt reum condemnari ad rei reſtitutionem. Bart. in l.4.ff.de procurato.

Agens rei vendicatione ad rem, ſi agat ad partem, debet ipſam petere; ſi ad totum ſufficit ſimpliciter petere. Bart. in l.5. §. qui nunciat. ff. de oper.non.nuncia.

Agens rei vendicatione, ſi dicat rem ad ſe ſpectare iure dominij, videtur deducere directũ, & vtile dominium; non publicianam. Barto. in l. 9. §. eandem.ff.de except.rei iudic. ſed ſi proponat dominium, vel quaſi, videtur proponere directum, & vtile, & etiam publicianam. ibidem.

Agens actione reali non poteſt cogi ad exprimendum certam cauſam, & nominans vnam cauſam in reali actione, non videtur omnes deduxiſſe. Barto. in l. 14. §. actiones.ff.de exceptio.rei iudi.

Probans de antiquiori poſſeſsione cum titulo, debet obtinere. Bart.conſi.121.vol.1.

Per præſcriptionem cum bona fide, quæritur ius vendicandi, vide l.8.C.de præſcrip.30.vel 40.ann. tamen præſcriptor malæ fidei quandoque vendicat, vide gl.ibi.& §.ſed hæc d.l.8.

Res empta ex pecunia mulieris donata viro, poterit vendicari per ipſam mulierem.l.56.ff.de donatio.int.vir.& vxor.

Condemnatio ad pretium, & æſtimationem fieri nõ debet; cùm fieri poſsit ad rem. Afflic. deci. 23. num. 7.

Domino mercium datur rei vendicatio, contra eas recipientem inſolutum ſcienter, & ipſis non extantibus, agitur ad pretium. Afflic. deciſ. 369.

Dominus recuperans merces à tertio non tenetur ſoluere pro eis pecunias ordinatas ab eo, qui merces miſit. Rot. Genu. deciſ. 143. ſed an quis poſsit retinere res alienas pro credito tertij, vide ibid.nu.3.

Ille, cui ſpectãt merces (licèt directę ad alium) poteſt agere contra tertium, in quem peruenerit. Ozaſ. deciſio. 171. quia res ſine cauſa apud aliquem remanere non debet, & pretium ſuccedit loco rei. ibid.

Caſtrum poteſt per rei vendicationẽ vendicari, etiam ſi agatur ſimul ad iura pertinentia ad ipſum caſtrum: ſecùs quando quis ſolummodo prætenderet in caſtro aliquod ius, nempe iuriſdictionem, vel aliquod ius incorporale: nam eo caſu non cõpeteret rei vẽdicatio; ſed confeſſoria, quia rei ipſa vẽdicatio non competit pro re incorporali. Guid. Pap. quęſt. 148.

Dominus exiſtens in poſſeſsione rei ſuæ, poteſt agere actione in rem, & petere pronunciari rem ſibi pertinere iure dominij, vel quaſi. Guid. quæſt. 219.

Tertius poſſeſſor non poteſt moleſtari à ſorore, quæ renunciauit, & ceſsit bona ſua fratri alienanti, etiam reſciſſa renunciatione propter lęſionem. Vincent. de Fran. deciſ. 119.

Actore plenè non probante intentionem ſuam poſſeſſor debet abſolui, licèt iniuſtè poſsideat, & conſtet ipſum nullum ius in re habere. Hiero. Mago. deciſ. 38. Luc.

In rei vendicatione duo extrema requiruntur, nempe ex parte petitoris proprietas, & dominium rei, & ex parte cõuenti poſſeſsio: tñ quando cõuentus nõ poſsidens inſcio actore ſe obtulit liti, debet condemnari ad fructus, & expenſas. Pap. lib. 8. tit. 13. arreſt. 2. vide Iaſ. de actio. in §. omnium, nu. 22. 60. 65. & 67. Bar. in l. 1. C. de alienar. muta. Iudi. cau. fact.

Lex quoties de rei vendic. limitatur primò, quã do in contractu adeſt clauſula conſtituti. Io. Pap. lib. 8. tit. 6. arreſt. 4.

Secundò, limitatur in retrouenditione, in qua præfertur non ille, cui res fuit prius tradita, ſed ille, qui prius pretium numerauit. idem Pap. ibi. arreſt. 8.

Quis præferatur ex duobus habentibus titulum ab eodem, vide glo. in l. fi. C. de Sacroſan. Eccle. & ſupra tit. de contrah. empt.

Simplex declaratio abſque ceſsione, per quam quis aſſerit ſe nullum ius habere in tali fundo, non nocet. vide Pap. lib. 8. tit. 13. arreſt. 3.

Rei vendicatio ſuper omnes actiones perſonales, & hypothecarias eſt: ideò illa agens debet præferri cunctis alijs creditoribus in re, ad quam agit. Ludo. à Pegue. in ſuis quæſt. crimi. cap. 38.

Actiones perſonales non tranſeunt contra ſingularem ſucceſſorem. Craue. conſi. 298. nu. 7. vide ſupra tit. prox. præced.

Sententia in hac actione lata contra non poſsidentem aſſerentem ſe poſsidere, contra eum mandatur executioni, ſi poſtea reperiretur poſsidere. Iaſ. de actio. in §. omnium, nu. 23.

Emptori bonę fidei, an competat rei vẽdicatio, vide Iaſ. ibi. nu. 60.

Rei vendicatio datur cõtra illum, qui dolo deſijt poſsidere poſt litem conteſtatam; ſed ſi ante ſecùs, quia tũc datur actio in factum ad intereſſe. Iaſ. de actio. in §. omnium, num. 79. vide num. 81. & 79.

In odium negãtis ſe poſsidere, fit miſsio in poſſeſsionem rei petitæ. vide Hippol. ſing. 242. Iaſ. de actio. in §. omnium, nu. 91.

Rei vendicatione, ſi actum ſit contra eum, qui negat ſe poſsidere, qui tamen poſsidet, ſi cõuincatur de mendacio, talis poſſeſsio incontinenti ab eo eſt auferenda. Iaſ. de actio. §. omnium, nu. 86. 91.

Ad hoc, vt ſequatur condemnatio in rei vendicatione reus debet poſsidere tempore litis conteſtatæ, & tempore ſententiæ; ſed ſi tempore litis conteſtatæ poſsidebat, ſi poſt ſine dolo malo deſijt poſsidere, quid iuris, vide per glo. in cap. pen. ex. de exceptio.

Defendere vbicunque quis dicit ſe paratũ, ac ſi poſsideret, debet promittere rei reſtitutionẽ ſub pęna; nõ intereſſe. l. 3. & ibid. Bar. §. quod ergo. ff. de aliena. mutan. iud. cau. fac.

Poſſeſſor conuentus, qui poſtea deſijt poſsidere, an condemnari poſsit ex eadem inſtantia, vide Bartol. in l. 4. §. Iulianus. ff. de aqua plu. arcen.

Qui culpa deſijt poſsidere, an poſsit à poſſeſſore rem auocare, vide Bartol. in l. 1. ff. pro emptore.

Qui ſe offert defenſioni rei, quam poſsidet, & deſiſtit, ad intereſſe actione de dolo tenetur. l. pen. ff. de dol. mal.

Qui dolo deſijt poſsidere, vt poſſeſſor tenetur, qui liberatur, ſi poſſeſſor liti ſe offerat; ſed ſatisfactio eius, qui dolo deſijt poſsidere non liberat poſſeſſorẽ, niſi ipſe poſſeſſor haberet regreſſum contra doloſum. l. 15. §. penu. ff. de pet. hæred.

Qui dolo deſijt poſsidere, vel dolo non acquiſiuit, vt poſſeſſor tenetur ad rẽ, & ad fructus, & cõtra eum iuratur in litem. l. 28. §. perinde. ff. de pet. hæred. l. 44. ff. de peculio. Reg. 174. ff. de Reg. iuris.

Qui ſe liti obtulit vtì poſſeſſor condemnabitur, licèt non poſsideat. l. 48. ff. de petit. hæred.

Ille, qui dolo deſijt poſsidere tenetur etiam, ſi in aliũ detur regreſſus; ſed vno electo alter liberatur. l. 24. ff. de noxal. actio ſed doloſus poteſt defendi à quolibet poſſeſſore. ibi. d. l. 48. §. ſi quis dicat.

Qui non poſsidet, neque detinet licèt habeat facultatem rei reſtituendæ, non conuenitur rei vendicatione, vel eius præparatoria: ideò creditor pignoris poſſeſſor; & non debitor conuenitur. l. 16. ff. de vſucapio.

Sententia lata contra eum, qui dolo deſijt poſsidere, an executioni mandetur contra eum, in quem eſt dolo poſſeſsio tranſlata, vide Iaſ. de actio. in §. omnium, nume. 83. & 84.

Rei vendicatione conuentus, ſi alienat lite pendente (etiã ante litem cõteſtatam, poſt præſentationem tamen libelli) iudicium cum eo finitur, & ſententia mandatur executioni cõtra quoſcunque poſſeſſores. Maran. in ſuo Spec. tit. an ſit iudi. ciuil. vel crimi. diſtin. 3. in additio. num. 4. & 5.

Reus non poſsidens non dicitur liti ſe offerre, niſi interrogatus reſpõdeat ſe poſsidere; ideò tunc, etiam ſi perſeuerauerit in lite debet abſolui, actore in expenſis condemnato. Rolan. conſi. 55. vol. 2. ſed hoc caſu Iudex vnica ſententia poterit reum abſoluere; & declarare actorẽ (qui plenè probauerat de iuribus ſuis) dominum, & tunc hæc ſententia poterit exequi cõtra dictum abſolutum, qui poſtea eam reperitur poſsidere rem Rol. ibi.

Actio in rem, quando detur contra hęredes pro parte, quam poſsident, & rem reſtituere eſt quoddam indiuiduum. vide Barto. in l. 2. C. de hęred. actio.

Sententia lata contra poſſeſſorem in rei vendicatione, mandatur executioni contra aliũ poſſeſſorem, quando primus dolo deſijt poſsidere. Bartol. in l. 6. C. vt in poſſeſsionem legatorum.

Condemnatus in reali, liberatur ſola traditione. Bar. in l. 40. §. ſed & is, nu. 9 ff. de procurato.

Reſtitutio rei, quæ fit hac actione rei vendica. fit officio Iudicis. Bar. in l. naturaliter. §. nihil. ff. de acquir. poſſe.

Reſtituere is intelligitur, qui ſimul rem, & cauſam actori reddit, quam ille habiturus eſſet, ſi ſtatim Iudici accepti tempore res ei reddita fuiſſet. l. 35. ff. de verbo. & rer. ſignific. & l. fin. §. fin. eod.

Iudex in actione reali reum condemnat ad reſtitutionẽ rei cum fructibus; & ſtatim fit executio, niſi reus impediatur reſtituere. §. & ſi in rem, inſtitu. de offi. Iudi.

Rei vendicatio datur contra nudum detentorem. Iaſ. de act. §. omnium, nu. 100. ſed quando, vide nu. 101. & quia ea actione conueniri poſsit, vide Iaſ. ibid. num. 104.

Licèt reus ſumpſiſſet in ſe onus probandi, & ſe arctaſſet ad probandũ de iure ſuo, nõ propterea debet cõdemnari, niſi actor ex aduerſo de iure ſuo probaſſet: melius tamẽ faceret reus nihil faciendo à principio, donec viderit, ſi actor probauerit intentionem ſuam. Iaſ. ibi. num. 111.

Actio perſonalis domino non competit pro re ſua, ad dandum eam ſibi, niſi contra furem odio furis: nam nemo condicit rem ſuam, niſi

niſi à fure Iaſ. de actio. in §. ſicitataq; rõ, quia dare eſt dominium transferre, & quod meum eſt amplius meum fieri non poteſt. Iaſ. ibid: tamen quod dicitur ſemel dominum nõ poſſe amplius fieri dominum, quomodo intelligatur, vide ibid. num. 16.

Olim dominus, an hodie præſumatur dominus. ibid. nu. 24 & quid in poſſeſsione. vide ibid.

Actio rei vendicationis eſt arbitraria, in qua rem reſtituens liberatur; iuſſus verò reſtituere, & Iudici non parens, quanti actoris intereſt condemnabitur, de qua actione vide per Menoch. de arbitra. lib. 1. q. 5. nu. 11.

Rei vendicatio licèt ſit ſtricti iuris; tamen eſt arbitraria. Bart. in l. 1. C. de iudi. & in ea officium Iudicis multum operatur. Bart. in l. 12. ff. de re iudica. §. præterea, inſtitu. de actio.

Poſſeſſoris conditio melior eſt, ideò abſoluendus eſt, æqualibus probationibus concurrentibus. Dec. conſi. 109. c. 6. ex. de præſcriptio. & c. 6. ex. de fide inſtrument.

Poſſeſſor nõ tenetur reſtituere rem, quam poſſidet, niſi plenè probanti dominium: præſumitur enim poſſeſſor dominus. Abb. cõſi. 62. lib. 2. l. 2. C. de probatio.

Vbi neque poſſeſſor, neque petitor habent ius in re; præfertur poſſeſſor propter commodũ poſſeſsionis. l. 5. ff. ſi vſusfruct. pet.

Iura realia poſſunt intentari contra quemlibet poſſeſſorem, & non ſolùm contra eum, à quo quis habet cauſam. d. l. 5. §. verum.

Cùm de lucro duorum quæritur melior eſt cauſa poſſeſſoris. l. 169. §. fin. ff. de reg. iur.

Si quis habens prędiũ proprium receperit illud in emphyteuſim ab Eccleſia, ſi poſtea ille vẽdiderit prædium Eccleſia non requiſita, quæ propterea vellet vindicare prædiũ tanquam domina, hoc facere non poteſt: quia nullum erat translatum dominium in eam. Dec. cõſil. 564. num. 6.

Habens quotam certã pro indiuiſo alicuius rei, quam totam plures pro diuiſo poſsident, ſi agat rei vendicatione, & partem ſuam petat, illam ab omnibus poſsidentibus; & non ab vno tãtùm petere debet. Auguſt. Bero. q. 116.

Titulus ſuperueniens poſſeſſori facit eum quærere dñium ex perſona eius, à quo habet titulum. Bart. in l. 28 nu. 26. C. de tranſact.

Res vẽdita per metũ poteſt repeti per actionẽ in rem, & dicit actio in rem ſcripta, & datur etiam contra tertium poſſeſſorem, pretio rei reſtituto. Bar. in l. 3. C. de his, quæ vi metus.

Conuentus rei vendicatione ad totum fundũ, & repertus ſit tantùm dimidiam poſsidere, ad partem illam dimidiam debet condemnari, & ſententia tenet. Bart. in l. 1. C. ſi aduerſus rem iudica.

De proprietate vſque ad quod tempus quis audiatur, quando fuit actum ſuper poſſeſsione, & miſſus in poſſeſsionem in actione reali; an ſtatim poſsideat, vide Bart. in l. 2. §. ſi verò. C. vbi in rem actio.

Actor ſuccũbens in rei vendicatione agit publiciana Bar. in l. 2. C. de probatio. vide 1. tit. ſeq.

Quando quis agenti non poteſt referre quęſtionem dominij, ſententia non obſtante, poterit rem vendicare contra primum agentem. Bart. in l. 15. C. de probatio.

Si debitor agit rei vendicatione contra creditorem, an tũc poſsit referri quæſtio dominij, vide Bart. in l. 9. C. de pigno. act.

Actio in rem poteſt cedi, & ceſsionario competit, vtilis actio. Barto. in l. 9. C. de hæred. vel act. vend.

An hæres poſsit vendicare fundum proprium alienatum per defunctum, cui ipſe fuit hæres, vide Bar. in l. fin. §. in computatione. C. de de iure deliberan.

Actio in rem competit, quando legatur res hæredis, vel legatarij. Barto. in l. 2. C. commu. delegat.

Adminiſtrator Eccleſiæ, fiſcus, adminiſtratores bonorum Ciuitatum, & tutores poſſunt vendicare res, per ipſos malè alienatas. Bart. in l. 3. C. de iure fiſc. lib. 10.

Non competit exceptio rei iudicatæ reo abſoluto, qa nõ poſsidebat. c. pen. ex. de exceptio.

Reſtitutio in integrum eſt in rem ſcripta: ideò per eam agitur contra tertium poſſeſſorem. Bart. in l. 39. ff. de minoribus.

Prædo conuentus non poteſt referre quæſtionẽ dominij. Bar. in l. 15. ff. de commodato. & prędo dicitur, tenendo rem alienam, non dicendo ex qua cauſa teneat. Craue. conſi. 87.

Denegans reſtituere rem meam, quam habebã venalem, liberatur rem dando, vel verũ pretium. Bart. in l. 9. ff. de actio. rer. amot.

Tutor durante tutela, poteſt à pupillo conueniri rei vendicatione. Barto. in l. 3. §. ſi pupillus. ff. de tutel.

Hæres ſi ſit grauatus vendere Titio, Titius oblato pretio agit rei vendicatione. Barto. in l. 39. de legat. 3.

Conuentus rei vendicatione, ſi deceſſerit pluribus hæredibus relictis, & vnus ſolus poſsideat, an ille ſolus conueniatur, vide per Bart. in l. 2. §. ſed ſi vnus. ff. de præto. ſtipulat.

De cautela pro reo contra actorem, qui malè intentauerat actionem rei vendicationis, vide per Bartol. in §. theſaurus, inſtitu. de rei vendicatione.

Facta alienatione ratione mutandi iudicij, poſſeſſor poteſt conueniri rei vendicatione, quam poſſeſsio parit, & alienator poteſt

conueniri ad intereſſe, per actionem in factum, quam parit dolus alienantis.l. 1. C. de alienatio.muta.iudi.cauſ.fact.

Actio in rem datur contra poſsidentem,nõ cõtra auctorem eius,qui non poſsidet; datur tamen contra illum regreſſus de euictione, ſi lis fuerit ſibi denunciata, & ſi vult defendere emptor tenetur ipſum defendere in loco,vbi lis eſt incoata.l. 1.C.vbi in rem actio, vide ſupra tit.de denunciatione moleſtiæ.

Contra emptorem hæreditatis bonæ fidei non agitur petitione hæreditatis; ſed agitur rei vendicatione, & hoc caſu fructus nõ veniũt, niſi expreſsè petantur.l.2.C. de petit.hæredi.

Nullus poſſeſſor compellendus eſt dicere titulũ ſuæ poſſeſsionis, niſi in hæreditatis petitione.l.pen. C.eod.an quis teneatur dicere titu. ſuæ poſſeſsionis,vide glo.in cap.9.ex.de probatio.& Bart.in l.12.§.qui pignoris.ff.quibus. mod.pign.vel hypothec.ſoluat.

Qui rem ſibi vult vendicare ratione dominij, poteſt prius ad exhibendum experiri. l. 1. C. ad exhibendum.

Locus Religioſus vendicari non poteſt: quia illius nullus eſt dominus,cui ſoli competit rei vendicatio.l.4.C.de Relig.& ſumpt. fune.

Rei vendicatio duplex eſt; quia alia datur pro re, alia pro fructibus. gloſſ. in l.22.§. fructus. ff.de pet.hæred.

Poſt litem conteſtatam omnes poſſeſſores ſunt pares, & tenentur vt prædones.l.28.§. ſi ante litem.ff. eo.vide tñ gl.in l.25.§. fi.ff. de vſuris.

A quolibet poſſeſſore omne lucrum aufertur. l. 31. ff. de petit. hæred.

Etiam contra ciuiliter poſsidentem, rei vendicatio poteſt intentari.l.67. §.ſi fundus.ff.eod.

Per aditionẽ hæreditatis acquirit hæres dñium rerum hęreditariarum,etiam ſi poſſeſsionem non apprehendat,& eas vẽdicare poteſt aduerſus poſsidentes. l. 14. C. de iure delib.

Pro re in ſpecie legata, legatarius, & fideicommiſſarius habent rei vendicationem. l. 1. C. commu. delegat.

In reo ſufficit, quòd ſit in caſu condemnationis tempore ſententiæ; ſed in actore requiritur, quòd ius foueat, duobus temporibus, nempe litis conteſtatæ, & tempore ſententiæ.l.7. §.ſi quis.ff.ad exhiben.

Poſſeſsio ſuperueniens hęredi,parit condemnationem ex inſtantia cępta cum defuncto. l.8. ff.ad exhibendum.

Hæres in realibus iudicijs,nec agit,neque cõuenitur vt hæres.l.12.§.hæres.ff.ad exhiben.

Si poſſeſſor cõuentus rei vẽdicatione deceſſerit ante litem conteſtatam, & poſt ſatiſdationem præſtitam de iudicato ſoluendo, pluribus hæredibus relictis, & ad vnum tantùm peruenerit poſſeſsio rei,de qua agebatur,ille ſolus condemnatur ad totius rei reſtitutionem; ſi verò deceſſerit poſt litem conteſtatam,non condemnabitur,niſi pro parte hæreditaria, licèt rem inſolidum poſsideat. l. 2.§. ſed & ſi vnus.ff.de præto.ſtipula.

Tria tuentur poſſeſſorem, nempe dominium, cõſenſus domini,& vſucapio,vel præſcriptio. l.4.C.de vſucapio. pro empt.

A malę fidei poſſeſſore res condici poteſt; ſicut à fure.l.4.§.res pignori.ff.ſi cert.pet.

Actio perſonalis contra obligatum tantùm dirigitur, realis verò contra poſſeſſorem.l.fi.C. ſi vnus ex pluribus.

Vendicans non tenetur ad precium.l. 16. & ibi. glo.C.de euictio.

Qui vendicat vt procurator de euictione tenet͂, & ideò exceptione repellitur:item qui vendi mandauit rem ſuam ex vna cauſa,quam ſuam probat ex alia cauſa,non poterit vendicare.l. 49. ff. mandati.

In iudicijs ex perſona actoris ius metitur.l. 2.§. is,qui totam.ff.ſi pars hęred.pet.

Illud ſuum dicitur eſſe, quod poteſt vendicari. l.29.§.argento.ff.de auro, & argen.lega.

Actio in rem dicitur vendicatio, per quam rem noſtram ab alio poſſeſſam petimus, & ſemper datur aduerſus eum, qui poſsidet.l.24.ff. de actio.& obliga.

Materia ædificij cedit ſolo; duplum tñ ſoluitur per ædificanté, neq; vendicatur, niſi diructo ædificio.§.cùm in ſuo,inſtitu. de rerũ diuiſio.

Vendicat aliquando non dominus à domino. §.ſi in aliena,inſtitu.eod.tit.

Poſſeſſor tenetur ad ea,quæ extrinſecus veniũt, & quæ accedunt rei,vel eius occaſione. Bart. in l. 26. §. perinde.ff.de petit,hæred. & bonæ fidei poſſeſſor tenetur reſtituere rem, quam habet,& etiam,ſi quid eius occaſione acceſſit.l.25.ff de petit.hæredit.

Bonæ fidei poſſeſſor facit fructus ſuos; malæ fidei reſtituit rem cum fructibus, & bona fide detinemus, quando ex iuſto titulo rem poſsidemus, malæ fidei contrà,quando nos nullam iuſtam cauſam poſsidendi habere ſcimus.§.ſi quis à non domino, & ibid.gloſſ.inſtitu. de rer.diuiſio.

De publiciana in rem actione.

PVblicianam intẽtans tria neceſſariò probare debet, vel quatuor, nempe titulum,traditionem,bonam fidem, & poſſeſsionem rei conuenti. Borg. Caual.deciſ.23. n.29.par.2. quomodò probetur, vide ibi.nu.86.& Rand.tract. de analo. ca.24.

Publiciana non habet locum, quando rei conuenti mediante poſſeſſione ſuorum auctorũ poſſiderunt pacificè vſque ad litem per 30. ann. Borg. ibid. nu 47.

Publiciana non datur contra titulo poſſidentẽ. ibi. nu. 46. vide Iaſ. de actio. §. ſed iſtę. n. 19.

Hæc actio cui detur, quando, & contra quem, & quæ requiratur ad hoc, vt competat, vide per Iaſ. de actio. in § ſed iſtæ. & §. namque, inſtitu. de actio. & ibi. gl. vt quis obtinere poſſit, vide & Ioſ. Lud. deci. Luc. 65. Aff̃l. deci. 40.

Actio in rem publiciana dicitur arbitraria, de qua vide per Menoch. de arbit. lib. 1. q. 5.

Publiciana non datur contra titulo poſſidentem, quod procedit quando actor habet titulum ab vno, & reus ab alio, ſed ſi ab eodem tunc potior eſt, qui habuit prius poſſeſſionem. Dec. conſi. 144.

Vt quis obtineat in publiciana requiritur ex parte ipſius agentis, vt probet de eius titulo, & quòd poſſederit ex traditione auctoris, & poſſeſſio videtur tradita, quãdo emptor eſt in poſſeſſione vẽditore ſciente, & ſufficit ad obtinendum in publiciana, à quocunque fuerit tradita poſſeſſio. Natt. conſi. 292.

Publiciana eſt actio competens ei, qui alias fuit poſſeſſor, licèt non dominus, in qua non requiritur, quòd vendens habuerit fidem de pretio, quod eſt verum, niſi quis intẽtaret publicianam contra dñm. Ludo. Rom. ſing. 470.

Publiciana intentare poteſt ſuccumbens in rei vendicatione. Amanel de Clariſaquis ſing. 31. & Bar. in l. 2. C. de probatio.

Emptor ſi ceciderit à poſſeſſione, & poſſeſſio fuerit reuerſa ad verum dominum, an poſſit agere publiciana, vide Bart. in l. 27. §. item ſi res. ff. de peti. hæred.

Agens rei vendicatione, ſi dicat rem ad ſe ſpectare iure dominij, videtur deducere directum, & vtile, non publicianam; ſecùs ſi dicat iure dominij, vel quaſi; quia tunc etiam publiciana videtur deducta. Bar. in l. 9. §. eandem. ff de exceptio. rei iudi.

An in vltimo caſu poſſit poſtea agi publiciana, vide Bart. in l. 14 §. actiones, nu. 13. ff eod.

Malæ fidei poſſeſſori ſine titulo non competit publiciana, tamen habenti cauſam, & titulũ ab eo, cõpetit. Pet. de Benint. deciſ. 35. nu. 13.

Ei qui dolo deſijt poſſidere non competit publiciana. l. 70. ff. de rei vendic.

Publiciana competit contra dominum, quando poſſeſſor, & petitor habuerũt cauſam ab eodem, vel poſſeſſor à petitore, qui tempore alienationis non erat dominus; ſed poſtea effectus fuit dominus aliqua cauſa, vt ſi ſucceſſerit rei domino. l. 72. eod.

An ex iuramento detur publiciana, vide gloſſ. in l. 11 ff. de iureiurando.

Qui primò emit rem à non domino præfertur ei, qui ſecundò emit ab eodem poſtea facto domino, licèt in ſecundum fuerit translatũ dñium, non in primũ. l. 2. ff. de except. rei iud.

Exceptio dominij nõ ſemper obſtat publiciana agenti. glo. in l. 24. ff. de exceptio. rei iudi.

Publiciana datur contra dominum in caſu. §. ſi à Titio. l. 24. & ibid. gl. ff. de exceptio. rei iud.

Actio publiciana eſt arbitraria, & in mero Iudicis officio cõſiſtit. §. præterea inſtit. de actio.

De petitione hæreditatis, vel eius partis.

PEtitio hæreditatis, an detur contra ſingulares, & titulatos poſſeſſores, vide per Ozaſ. deciſio. Pedemon. 56. Afflic. deciſ 229. Benint. deciſ. 35. vbi ſcribit pro parte negatiua.

Petitio hæreditatis, & interdictum quorum bonorum paria iudicantur quo ad hoc, vt contra titulo poſſidentem non dentur. Ozaſ. d. deciſ. 56. & Pet. Benint. d. deciſ. 35.

Titulus putatiuus teſtamenti nulli, non obſtat agenti petitione hæreditatis, etiam poſt 30. annos. Afflict. deciſ. 374.

Petitio hæreditatis contra titulo poſſidentem non datur. Iaſ. de actio. in §. ſed iſtæ, nu 24. & in §. quędã nu. 27. Natt. conſi. 15. Tom. 1. vide Hartin. Hart. c. 3. tit. de hæreditatib. lib. 2. ſed qualis debeat eſſe titulus, vide Natt. ibid.

Volens agere petitione hæreditatis poteſt interrogari facere reum poſſeſſorem, quo titulo poſſideat, ratio eſt, quia poſſidens cum titulo non conuenitur petitione hæreditatis, propterea ad validitatem iudicij debet hoc diſcutti in prĩcipio, quo caſu, ſi reus nõ vult dicere titulũ, & fuerit proceſſum ad vlteriora, & poſtea in fine cauſæ vult opponere titulum ad excludendum actorem poteſt hoc facere; verùm ipſe actor obtinebit in expenſis. Maran. in ſuo Spec. par. 6 tit. de interroga.

Petitio hæreditatis datur contra titulo poſſidentem, quando titulus fuit habitus ab eo, qui poterat petitione hæreditatis cõueniri. Maran. ibid. diſputa. 6. vide Natt. conſil. 15. Rol. conſi. 48. Roman. ſing. 344.

Petitio hæreditatis non dat̃ contra titulo poſſidentem; ſed quid, ſi titulus fuerit quæſitus poſt mortem defuncti; vel fuerit nullus, vide Rol. conſi 48. vol. 1.

Petitio ipſa hæreditatis, quando detur contra titulo poſſidentem, & an videatur intẽtata, vbi intentatur querela inofficioſi, vide Bar. in l.

in l. 1. C. de inoffi. teſtam. & in l. 20. ff. eod.
Error iuſtus licèt habeat pro titulo quo ad præſcriptionē, non tñ habetur, quo ad excludendā hǣditatis petitionē. Bar. in l. 17. ff. quib. ex cauſis maiores, & in l. 1. ff. quorum bonorū.
Poſſeſſor hæreditatis poteſt agere contra cohæredem iudicio diuiſorio; ſed ſi nō ſit poſſeſſor poteſt ſibi obijci exceptio præpoſteritatis, ſi negetur hæres nēpe, quod prius agat petitione hæreditatis. l. 1. ff. famil. erciſc.
Petitio hęreditatis in quinq; caſibus datur cōtra titulo poſſidentem. vide glo. in l. 4. C. in quib. cau. ceſſ. long. temp. præſcript.
Petitioni hæreditatis non præſcribitur, niſi ſpacio 30. annorum. Ozaſ. deciſ. 56. nu. 7.
De iudicio vniuerſali petitionis hæreditatis, & an iudicium particulare ſileat, donec finita fuerit quæſtio ſuper petitione hæreditatis, vide per Ozaſ. deciſ. 74.
Petitio hæreditatis datur aduerſus poſſidentē vnam rem, licèt minimam, & quomodo concludendum ſit in libello, vide ibid. nu. 4.
Hæres agens petitione hæreditatis, an neceſſario petere debeat declarari ſe hæredē, & res hæreditarias ad ſe pertinere. ibid. nu. 6.
Libellus in petitione hæreditatis, quo quis petit reum condemnari ad reſtitutionem rerū hæreditariarum, videtur etiam continere in neceſſarium antecedens, quod agens declaretur hæres. ibid. Ozaſ. d. deciſ. 74. nu. 13.
Specificatio bonorum in petitione hæreditatis, ſi facta ſit, & ſententia condemnet ſalua liquidatione, liquidatio ex probationibus factis fieri debet; & non faciendis etiam per viam reſtitutionis. Affli. deciſ. 35. nu. 3.
Et ſi libellus generalis in petitione hæreditatis valeat, tamen vtile eſt, vt res hæreditariæ, in ipſo libello exprimantur. Gail. obſer. 68. li. 1.
Petitione hęreditatis, ſi agatur inter aliquos de hæreditate pro certis rebus, ſiue in genere, ſiue in ſpecie, vnum iudicium propter aliud non ſilet. Ozaſ. deciſ. 74. nu. 14.
Hæreditatis petitio intentata præiudicat alijs actionibus, & facit illas quieſcere. Maran. in ſuo Spec. par. 6. diſtinct. 20. iudi. num. 6. tit. an ſit iudicium ciuile.
Inter petitorem, & poſſeſſorem hæreditatis debent ſilere lites ſpeciales, etiam coram arbitro. l. 47. §. ſi is. ff. de recep. arbit.
Petitio hęreditatis apta eſt cōprehendere augmētum, & diminutionem, eiuſdemq; ſemper eſt virtutis, & auctoritatis. Ozaſ. deci. 74. n. 17
Poſſeſſio ſororitatis ſufficit, vt quis obtineat in cauſa petitionis hæreditatis. Affl. deciſ. 25.
Forma qualis ſeruāda in actione petitionis hęreditatis, vide Afflic. deciſ. 35.
Agens ex teſtamento minus ſolemni, & ſuccumbens, poteſt variare (etiam in cauſa appellationis) & agere petitione hæreditatis ab inteſtato. Afflic. deciſ. 53. tamen ex eadem ſcriptura non poteſt quis petere hæreditatem ex teſtamēto, & ex codicillis; ſed vna intentata tollitur alia, niſi agens eſſet de coniunctis perſonis. l. fin. C. de codicil.
Fructus hęreditarij veniunt reſtituendi in iudicio petitionis hæreditatis, etiam per heredē occupantis ipſam hęreditatē. Affl. deciſ. 240.
In petitione hæreditatis non eſt neceſſe probare dñium; ſed ſufficit probare poſſeſſionē. Boer. deciſ. 42. nu. 15. Bart. in rub. C. de petit. hered.
Agens petitione hæreditatis nō habet neceſſe probare dominium defuncti. Maran. in ſuo Spec. tit. an ſit Iudi. ciuil. vel crimin. diſtin. 3. nu. 58. & nu. 61. & probatio dominij nihil prodeſt. Natt. conſi. 15. Tom. 1. num. 4.
Quæ ſit differētia inter iudicium vniuerſale, & generale, vide eundem Maran. ibi. diſt. 4. n. 2.
Creditores habent electionē, quem maluerint conuenire ex duobus cōtendentibus de hæreditate, aut poſſeſſorem hǣditatis; aut petitorē. DD. de Rot. deciſ. 2. de iudi. in antiq.
Hæreditatem petens probare debet ſe eſſe hæredem, nec ſufficit probare, quòd petens poſſideret aliqua bona hæreditaria. Paul. Aemil. deciſ. 64. par. 2.
Hæres poſſidens hæreditatem tanquam hæres, ſi egat pro iuribus hæreditarijs, non tenetur docere de titulo ſuæ poſſeſſionis. idē Verra. deciſio. 66. ibidem.
Petitio hęreditatis tollitur ſpacio 30. ann. And. Gail. obſer. 120. lib. 2. nu. 16.
An pretium rei hæreditariæ reputari debeat hęreditatium, vide Ioan. Gal. q. 1.
In pręſcriptione hęreditatis requiritur tempus longiſsimum 30. ann. quia petitio ipſius non datur contra titulo poſſidentem; ſine titulo autem non præſcribitur, niſi tempore longiſsimo. Crauet. conſil. 277. Iaſ. de actio. §. quædam, num. 26.
Si quis poſſederit hæreditatem per 30. annos ſcientibus, & patientibus illis, ad quos hæreditas pertinebat, talis patientia præiudicaret in iure adeundi, & petitione hæreditatis. Crauet. conſi. 312.
Petitioni hæreditatis non præſcribitur longo tempore, niſi poſſeſſor cum titulo, & bona fide dominium vſuceperit. l. 4. C. in quibus cauſis ceſſat longi temporis pręſcriptio.
Petitio hæreditatis licèt ſit realis, tamen ſequitur naturam perſonalium, quo ad pręſcriptionē. Iaſ. de actio. in §. quędam, nu. 26.
De materia petitionis hæreditatis, vide plenè per Iaſ. de actio. in §. omnium, nu. 187. Ioan. Criſp. de Montib. in ſuo tract. termino. actio. num.

nu. 131. poſt volumen ipſius Iaſ. de actio.

Petitio hæreditatis, & interdictum quorum bonorum, non dantur heredi, qui ſemel poſſedit rem hæreditariam. Natt. conſi. 448. ſed in quib. differāt, vide Bar. in l. 1. C. quor. bonorū.

Duæ præcipuè ſunt differentiæ inter petitionē hæreditatis, & interdictum quorum bonorum: Prima, quia in petitione hæreditatis peto me declarari hæredem, & per officium Iudicis fit reſtitutio rerum; ſed in interdicto petitur reſtitutio rerum principaliter, &c. ſic in primo caſu quis in ſententia declaratur hæres, in ſecundo poſſeſſor condemnatur ad reſtitutionem. Barto. in l. 1. ff. quorum bonorum num. 4.

Secunda eſt differentia circa probationes, quia in petitione hæreditatis debeo probare me filium, & hæredē, & bona fuiſſe in hæreditate; in interdicto ſufficit, ſi de his, q̄ pertinēt ad illud, docuerim ſummatim. Bar. ibid.

Pretium ſuccedit loco rei in iudicijs vniuerſalibus; non res loco pretij. vide Menoch. cōſi. 213. lib. 3. & Bar. in l. 72. §. cùm aūt de legat. 2.

Petens debitum, quando videatur renunciare petitioni hæreditatis, & donec petitio hæreditatis terminetur, non poteſt alter ex litigantibus petere debitum. vide Bar. in l. 5. de hęred. actio. antiq. lect.

Quando agitur hac actione, ſi cōuentus neget ſe poſsidere, quid iuris, vide Bart. in l. 80. ff. de rei vendic.

Hæres qn̄ habuit vnā rem pro alia, an tunc illa veniat in petitione hr̄ditatis, vel reſtitutione, vide Bart. in l. 72. §. cùm autem de leg. 2.

Si pupillo agenti petitione hæreditatis contra hæredem ſcriptum obijciatur, q non eſt filius Iudex debet examinare de principali, & incidenti quæſtione; non tamē habet de incidenti pronunciare; ſed ſolùm de principali. l. 1. C. de ordine iudi.

Quæ nam ſint differentiæ inter hæreditatis petitionem, & rei vendicationem, vide per glo. in l. 28. §. ſed & is. ff. de rei vendic.

Qui tenetur conferre, ſi partem hæreditatis petat, collationē offerre debet; aliàs à petitione remouetur. l. 12. C. de collatio.

Magis eſt vniuerſalis actio familiæ erciſcundæ, quàm petitio hæreditatis, cùm petitio ipſa poſsit pluries intentari; ſed non actio familiæ erciſcundæ. l. 20. §. familiæ. ff. eod.

Quædam veniunt in petitione hæreditatis, quę non veniunt in vſucapione. l. fin. C. de vſucapio. pro empt.

Actio petitionis hæreditatis eſt bonæ fidei. §. actionum autem, inſtit. de actio.

In petitione hęreditatis inſolidum per cohęredem facta, an poſsit illi de iure alterius cohęredis opponi, vide Excel. P. Teſſ. deciſ. 4. n. 8.

Hæreditatis petitio poteſt ſæpius intentari, & pro re etiam ſingulari, ac minima competit. Hartm. Hartm. c. 1. titu. de hæreditatib. lib. 2.

Hęreditatis petitio an, & ad quid detur contra eum, qui rem hæreditariam alienauerat, vide ibid. c. 2. de duobus contendentibus de hæreditate, vide c. 4. ibid. & hæreditatis poſſeſſor ſatiſdare cogitur, vide c. 5. ibid.

De actionibus, & obligationibus hæreditarijs.

HAereditatis aditio debitum non cōfundit, niſi pro hæreditaria portione. l. 7. C. de nego. geſt. ſed pro reſiduo agit. l. 13. C. ad leg. Falcid. fallit, quando animo compenſandi quis eſſet inſtitutus. l. 7. C. de bonis aucto. Iudi. poſsid. & l. 126. de legat. 1. qd̄ in dubio non præſumitur. Rot. Auenio. deciſio. 45. in deciſio. diuerſo.

Hypothecaria, ſeu creditoris actio cōfunditur per aditionem hæreditatis ſui debitoris. Capic. deciſ. 195. Rota Auenio. deciſ. 45. in deci. diuerſo. & Rol. conſi. 65. vol. 2.

Fallit in hærede grauato reſtituere hęreditatē. ibid. d. deciſ 45. & Rol. d. conſi. 65.

Hæres adeundo hæreditatem ex quaſi contractu ex aditione ſe obligat creditorib. Gram. deciſ. 103. nu. 103. nam adeundo ſine inuentario videtur quaſi contrahere. Affl. deciſ. 26. & iudicium defuncti intelligitur rectum habere. Boer. deciſ. 57.

Hæres an teneatur obſeruare iuramentum defuncti, vide per Ozaſ. deciſ. 41. nu. 4. & fin.

Hæres contra factum defuncti venire non poteſt, neque defunctum de mendacio arguere. ibid. nu. 10. vide Ozaſ. deciſ. 180. Affl. deciſ. 212. & 240. Ioſ. Ludo. deciſ. Luc. 54. non venię etiam nominę proprio. l. 14. C. de rei vendic. & l. 3. C. de reb. alien. non alien.

Reg. l. cùm à matre, quomodo intelligatur, limitetur, & reſtringatur, vide per Ozaſc. d. deciſ. 180. & maximè non habet locum, vbi hęres inuentarium confecit, ſi eſſemus in feudo ex pacto, & prouidentia. Ozaſ. d. deciſio. 180. num. 11.

Hæres tamen contra factum defuncti illegitimum venire poteſt. Ozaſ. deciſ. 181. aliàs ſecùs. DD. de Rot. deciſ. 170. de iure patro. in antiq. Rol. conſi. 71. vol. 2. nu. 35. ſed quando hęres veniat contra factū defuncti, vide Bar. in l. 2. C. ſi in fraudem patroni. nu. 6.

Qn̄ hęres poſsit reuocare confeſsionem defuncti erroneā, pbando contrariū, vide Affl. 233.

Hæres

Factum defuncti non retractatur ex perſona hęredis minoris. l. 2. ff. de his, quibus vt indig. hæred. aufer.

Hæres irritans defuncti factum, pretium qnando debeat reſtituere, vide Afflic. deciſ. 278.

Hæredes non ligantur ex contractu ſocietatis defuncti, tamen tenentur ad intereſſe, & ad pœnam. Capic. deciſ. 174.

Regulariter hæres tenetur habere ratum factũ defuncti: fallit ſex in caſibus, de quibus vide per Gram. deciſ. 93. nu. 7. vide etiã Crau. conſilio 200.

An hæres repudians hæreditatem teneatur obſeruare contenta in teſtamento virtute ſuæ promiſsionis ibid. factæ, vide Marc. q. 334.

An hæres teneatur adimplere omnia contenta in teſtamento, vide Fran. Marc. q. 329. & ſeq. par. 1. & q. 221. par. 2.

Hæres non tenetur de facto defuncti in fraudẽ ſui. Gaſp. Cabal. milleloq. 83.

Filius non hæres patris, ſed matris per obligationem amborum nomine vnius, nempe patris, cuius non eſt hæres condemnari poteſt nomine alterius, ſcilicet matris, cuius eſt hæres, licèt vti hæres matris non ſit conuentus. Afflic. deciſ. 172.

Hæredes tenentur ad pœnã, vel intereſſe damni emergentis, & lucri ceſſantis, contra contractũ defuncti venientes. Capic. deciſ. 174.

Hæres ad quæ debita defuncti teneatur, vide Boer. deciſ. 57. num. 4. ſed vnus hæredum ſoluens ab alijs petit familiæ erciſcund. iudicio. ibid. Boer.

Hæredis loco ſuccedens, an teneatur ſoluere debita, & Imperator an teneatͭ ad debita ſui anteceſſoria, vide per Boer. deciſ. 204. nu. 41.

Hæreditate per hęredem ſemel adita, nulla cõtra vniuerſalem vſufructuarium creditorib. & legatarijs competit actio; quia per aditionẽ vr hęres quaſi cõtrahere. Mohed. deci. 123

Hęres Theſaurarij, vel publici receptoria ad rationem computorum, & reliquorum redditionem de adminiſtratis, reddere tenetur. Fran. Marc. q. 440.

Aditio hęreditatis ſi ſit erronea, non tenetͭ hæres ad aliquod factum defuncti. Put. deciſio. 404. nu. 3. lib. 3. ſed quando dicatur erronea, vide eundem Put. deciſ. 421. lib. 3.

Onus ſatisfaciendi creditorib. hęreditarijs feudo hęreditario annexum eſt. Vinc. de Fran. deciſ. 1. nu. 25.

Ex ſubmiſsione defuncti ad omnes curias, cum renunciatione fori, poteſt hęres ibi conueniri: ſed ex ſubmiſsione defuncti ad arreſtũ, nõ poterit arreſtari. Iaſ. Lanfr. deciſ. 69.

Hæres dubitans de virib. hęreditatis debet curare, vt fiat citatio per proclama contra omnes creditores, vt veniant ad edẽdum inſtrumenta debiti hęreditarij ipſi hæredi ad hoc, vt poſsit deliberare, & tũc ſi creditores ſic vocati ad præſtitutum diem nõ venerint, nec de ſuis creditis docuerint, ſibi præiudicant, nec hęres ipſis amplius reſpondere obnoxius erit. Myſing. obſer. 47. cent. 2.

Fructus legari, quando ſoluantur ab omnibus hæredibus, vel ab vno tantùm, vidè Gaſp. Cabal. milleloq. 86.

Filius, qui abſtinuit ab hęreditate paterna, non põt conueniri pro debito pr̃is, niſi poſſideat aliqua bona paterna ſibi alienata in fraudẽ creditorũ. l. 3. C. de reuocã. his, q̃ in frau. cred.

Quando hæres non confecit inuentarium, hæreditas ſufficiens eſſe pręſumitur. Gom. Leo. deciſ. 16. in deciſ. diuerſo.

Nomen hæredis nominati in contractu, etiam ad ſucceſſorem ſingularem pertinet. idem Gomez. deciſ. 87.

Hęres vocatus ante natiuitatem ex contractu matrimonij, tenetur ad debita hęrediraria, ac ſi eſſet hęres ex teſtamento, quia effectu hęres eſt. Pap. lib. 20. tit. 1. arreſt. 17.

Ius primogeniturę non oneratur oneribus hęreditarijs, quando adſunt alia bona, in quibus datur ſucceſsio ęqualis inter omnes fratres. Io. Pap. lib. 21. tit. 4. arreſt. 3.

Pater occupans bona filij iure peculij tenetur ſatisfacere creditorib. filij intra annum, quatenus eſt in peculio. Crau. conſi. 102. nu. 6 & hodie tenetur in peculio aduentitio perpetuò: idem in peculio caſtrenſi. Iaſ. de actio. in §. actiones autem, nu. 14.

Error iuris tolleratur in minore, & ideò inuentarij vim ignoraſſe pręſumitur, & propterea vltra vires hęreditatis non tenetur, etiam inuentario omiſſo. Cran. cõſ. 1. ꝓ genero. n. 471.

Quando fiſcus ſuccedit alteri alio titulo, quã hęreditario, puta ex cõfiſcatione bonorum, tenetur etiam creditorib. hęreditarijs: quia quaſi hęres, & hr̃dis loco hr̃. Crau. conſ. 263.

Hęres hęredis dicitur hęres primi teſtatoris. Crau. conſi. 298. nu. 9. Ludo. Rom. ſing. 590. & eius factum pręſtare tenetur. Gom. Leo. deci. 16. in deciſ. diuerſo. & hęredis nomine venit hęres hęredis. Rebuff. in ſuis comment. tract. de litter. oblig. art. 2. gl. 2. tamen quando hęredis appellatio finiatur in perſona hęredis, & vlterius non tranſeat, vide Bart. in l. 14. ff. de vſufructu, & habita.

Filius, qui recepit pecuniam pro morte patris, an teneatur creditoribus hęreditarijs ſoluere, vide Maran. in ſuo Specu. par. 4. diſtinct. 9. indicio. nu. 138.

Is, qui reſpondit ſe hęredem eſſe, cùm verè hęres non eſſet, non liberat verum hęredem.

Rebuff. in ſuis comment.tract. de reſponſio. Tom 3 art 6.nu.12.

Hæres tenetur exonerare conſcientiam defuncti. Dec.conſi 272.nu.6.

Statutum, quòd minor non poſſit ſe obligare ſine certa ſolemnitate, locum non habet in filio, retinente hæreditatem patris, quamuis teneaſ creditorib. hęreditarijs. Dec.cōſ.331.

Hęreditas quando remanet penes aliquem, remanet cum omnibus oneribus ſuis. Bar.in l. 7.C.de pact. nu 6.

Hæres vltra vires hęreditatis non tenetur legatarijs etiam, ſi non fecerit inuentarium: creditoribus autem nullo facto inuentario tenetur inſolidum. Bar.in l.10. C.de iure delib. imò hodie ēt tenetur legatarijs, ſi nō fecerit inuentariū Bar.in l.fin.§.ſi præfatam. C.eod.

Quis eligat (vt ſatisfiat creditoribus hēditarijs) vel vendere rem hereditariam, aut ex rebus ſatisfacere, & creditoribus prouidetur contra legatarios, vide Barto.in l.fi.§. & ſi præfatam.C.de iure deliberan.

Hæres, qui non adimplet volūtatem defuncti, priuari dēt ipſius hæreditate.c.6.ex.de voto.

Succeſſor tenet ad id, quod anteceſſor ſoluere conſueuit.c.18 ex de cenſibus.

Hæres quādo cogatur habere ratū factum defuncti, & conuentus vt hęres poteſt vti exceptionibus ſibi competentibus, etiam non hæreditarijs. Bar.in l.39.ff.ſolut.matrimo.

Hæres tenetur ſatisfacere pro anima defuncti. Abb. conſi. 76.

Ad id, ad quod compelli poterat defunctus, poteſt compelli hæres ipſius, licèt verbis legis non exprimatur, l.poſtulare.ff.ad Trebel.

Maior pars creditorum (etiam in præiudicium aliorum) poteſt remittere partem crediti ad hoc, vt hæres adeat hæreditatem, vide l.8.& ſeqq. ff.de pact.

Speciale eſt in fiſco hæreditatem vendente, vt à creditorib.hæreditarijs cōueniatur emptor, nō ipſe fiſcus.l.1.C.de hære.& act.vend.alias hæres, & non emptor hæreditatis à creditoribus conuenitur hæreditarijs (non obſtante pacto in contrarium) ipſe verò hæres poſtea repetit ab emptore hæreditatis.l.2.C.eod.

Actio, de qua in titu.de calumniatoribus, datur hæredi, & contra hæredem tantùm ad ſimplum.l.4. & 5.ff.de calumnia.

Actio, qđ metus cauſa, datur hęredibus, & contra hæredes quatenus ad eos peruenit, licèt deſinat apud eos eſſe: item contra hæredes hæredis, non inſpecto quod ad vltimum, ſed quod ad primum peruenerit.l.hæc actio.§.fi. cum.l.ſeq. ff.de eo, quod metus cauſa.

Ex cauſa primipili filius non exiſtens hęres patris, poteſt pro patre conueniri; alias ſecus.l. fin.C.de primipil. lib 12.

Onera hęreditaria ſpectāt ad hæredes; non aūt ad ſucceſſores ſingulares l.27.C.de iure dot.

Licèt minor conſequi poſſet, vel conſequutus fuiſſet damnum ſibi illatū à tutore (eo à paterna hæreditate abſtinente) non propterea poteſt ipſe à creditoribus hæreditarijs conueniri.l.4.C.arbitri. tutel.

In iudicio reali, ſi hæres non poſſideat debeat abſolui, niſi defunctus aliquid perceperit ex re, q̃ petebatur: quia tunc ꝓ his acceſsionib. hæres condemnabitur.l.43 ff.de rei vendica.

Condictio furtiua datur cōtra hęredem etiam in eo, quod ad eum non peruenit, qſicunque res perierit.l.7. & 9.ff. de condict.furt.

In obligatione rem reſtitui, in contractib.bonę fidei, hęres tenetur vltra hæreditariam portionem, quatenus rei reſtituendæ habet facultatem.l.3.§. hæres.ff.commodati.

Hæreditate in dotem data pro oneribus hæreditarijs mulier, non vir conuenitur à creditoribus hæreditarijs.l.73.ff.de iure dot.

Qui aliquid facit tanquam hæres oneribus hæreditarijs eſt obligatus: ſecùs ſi alio animo faciat, quod apparere poteſt, vel ex teſtatione, vel ex facti qualitate.l.20. ff. de acq.hære.

Abſtentio facta mala fide non prodeſt, quominus quis teneatur oneribus hæreditarijs, qđ præſumitur, ſi omnia bona patris emerit, vel per interpoſitam perſonam mercatus fuerit.l.90.ff.de acquit.hæred.

Si legatur pars hęreditatis, intelligitur cum honoribus, & oneribus: ſi verò pars bonorum, intelligitur deductis oneribus.l. 8.§. fin. & l. 9.de legat. 2.

Stipulatio collata poſt mortem promiſſoris, facit hæreditarium eſſe debitum: idem ſi fideiuſſor ſoluerit, poſt mortē debitoris: quia habet actionem mandati contrà hęredem. l.7. ff.de bon.aucto. iudi.poſſid.

Toties in hæredem damus actionem de eo, qđ ad eum peruenit, quoties ex dolo defuncti conuenitur, non quoties ex ſuo.l.45. ff. de regul.iur.

Cum Prętor in hęredem dat actionem quatenus ad eum peruenit, ſufficit, ſi momento ad eum ex dolo defuncti peruenerit. Reg. cùm Prætor 171.de reg.iur.

Qui in vniuerſum ius ſuccedunt loco hęredum habentur. Reg.171.§.fin.

Hæres quando ex defuncti contractu, vel dolo teneatur, vide gl.in Reg.199.§ fin.

Exceptio, ego ſum intra tempus cōficiendi inuētarium, impedit litis conteſtationē Guid. Pap.q 571 nu.7.nam interim non poteſt conueniri. Boet.deciſ. 10.& 53., vide Capel.Thol. q.258.& l.fi.§.donec. C. de iure delib.ſed hic

bene pôt intra dictum tempus debitores hæreditarios cõuenire. Guid. ibi. n 8. vide Boer. deciſ. 23. num 6. Bar. in l. fi. §. donec. C. de iure delibe. & glo ibid.

Inuentarium, qui non confecit non tenetur in foro conſcientiæ vltra vires hrditatis. Guid. ibid. num. fin. Boer. conſi. 53. Bar. in l. 87. ff. de acqui. hæred. ſecùs de iure, quo obligatur inſolidum. Fran. Marc. q 433. hæres quando teneatur vltra vires hæreditarias, vide Bar. in l. fin. §. ſin autem. C. de iure deliberan.

Petens tempus ad deliberandum ſibi præiudicat, vt teneatur creditoribus etiam inſolidũ. idem Marc. q 28. par. 2.

Hæres ob non confectum inuentarium perdit æs alienum ſibi à defuncto debitum. Ozaſc. deciſ. 148. & facto inuentario nõ tenetur vltra vires hæreditarias. Bar. in l. fin. §. & ſi præfatam. C. de iure deliberan.

Hęres dato, q teneretur ex delicto defuncti, vltra vires hæreditarias non tenet̃ ẽt, ſi inuentarium non confecerit. Ozaſ. deciſ. 152. nu 9.

Etiam confecto inuentario, quando remanent in hæreditate tot bona defuncti, quæ æquipollent bonis hæredis alienatis per ipſum, non poteſt præcisè agi contra bona hęredis alienata. Ioſeph. Ludo. deciſ. Luc. 65. num. 3 t. ideò tunc non poteſt venire hæres contra factũ defuncti, illa ratione; quia cũ poſsideat alia bona acquiſita à defuncto alienãte, cautela inuentarij nõ iuuat ipſum hæredẽ, quin teneatur approbare factũ defuncti. vide ibid.

Sententia lata contra defunctũ, an exequenda ſit contra eius hæredẽ infra tp̃s conficiendi inuentarij. & an poſſeſsio noua præſumatur in perſona hæredis, vide Afflic. deciſ 145.

Hæres conficiens inuentarium pôt defuncti voluntati contrauenire, cũ ex hęreditate nihil ipſi hęredi remanet. Put. deciſ. 264. lib. 3.

Filius adens hæreditatem (ẽt cum inuentario) tenetur creditoribus hęreditarijs ſatisfacere de fructibus feudi. Boer. deciſ. 199. nu 6.

Quando hęres cum beneficio legis, & inuentarij ſoluit primò venienti etiam poſteriori, & vendidit bona hæreditaria, qualiter ſuccurratur anterioribus creditoribus, vide Vinc. de Fran. deciſ. 273. part. 2. & ſupra titu. de inuenta. cum beneficio legis.

Hæres ſiue ſuus, ſiue extraneus tenetur cõficere inuentarium, & tunc non obligatur creditoribus, & legatarijs vltra vires hæreditatis. Bart. in §. extraneis, inſtitu. de hæred. quali. & differen. l. fin C de iure deliberan alìàs tenet̃ vltra vires hrditatis; qa ex aditione vr̃ quaſi contrahere. Boer. cõſ. 53 l. 10 C de iure delib.

Reg limitatur quatuor in caſibus, in quib. etiã nullo facto inuentario non tenetur. Math. Matheſ. ſing. 156. in additio.

Filius non conficiens inuentarium, an teneatur inſolidum creditoribus hęreditarijs, etiam vltra vires hæreditaris, vide Bar. in §. ſi verò. Auth. de hæred. & Falcid.

Etiam hæres cum beneficio inuentarij non poteſt cõtrauenire facto defuncti, quatenus hęreditas ſoluendo eſt, & poteſt probari non ſoluendo ex inſpectione inuentarij, cui ſtandum eſt, donec pars probauerit contrarium. Craue. conſi. 225. nu. fin.

Hęres, qui ſolemniter fecit inuentariũ vltra vires hęreditarias non tenetur, & falcidia vtitur, ſatisfacereq; pôt legatarijs, & creditoribus primò venientibus, licèt alijs ſint poſteriores l. fin. §. & ſi præfatam. C. de iure delibe.

Miles ẽt ſi non cõfecerit inuentariũ priuilegio militiæ, non tenetur creditorib. hęreditarijs, vltra vires hęreditarias. §. nouiſsimũ. d. l fin.

Hæres ſubſtantia defuncti ſubtiliter agnoſcens, etiam facto inuentario vni integraliter perſoluens, omnibus alijs perſoluere compellitur, niſi inopinabile emergat damnum, his obtinentibus in omni vltima voluntate, & in omnibus perſonis, minoribus exceptis. §. non autem. Authen. de hęred. & Falcid.

Abſolutio à iuramento non requiritur, quãdo hęres iurantis agit ad reſciſsionem contractus ſimulati Ozaſ. deciſ 42 num. 6. aliàs quo ad obſeruantiam cõtractus iuramentum ligat hæredem. Ioſ. Ludo deciſ. Peruſ. 15 nu. 13. vide ſupra lib. 1. tit. de iuramen. contract.

An hæres mariti, qui dum vixit alimenta vxori (nõdum receptis dotibus) p̃ſtitit, poſsit dicta alimenta vxori præſtita, & à marito non petita, petere, vide Ozaſ deciſ. 132.

Pater remittendo vſumfructũ bonorum aduentitiorum filijs, hrdes ab huiôi vſusfructus repetitione excluſiſſe videt̃. Ozaſ. d. deciſ. 132.

Maritus non petendo dotes p̃pter vxoris adulterium amiſſas, cenſetur eas tacitè remiſiſſe adeò, vt hęredes eas repetere non poſsint. ibid. nu. 5. vide Vincen. de Fran. deciſ 184.

Emphyteuſim propter canonem non ſolutum ad Dominum non tranſlatam, hæredes vendicare non poterunt, ſi dominus tacuerit. Ozaſ. d. deciſ. 132. nu. 6.

Maritus licèt lucretur dotẽ non tñ tenetur ad onera hæreditaria. Pet. de Raue. ſing. 292.

Per epiſtolam, quam quis ſcribit ſuo creditori, qua aſſerit ſe illi eſſe debitorem, non obligat hæres, ſi ſcribens moriatur anteq̃ ad notitiã creditoris epiſtola peruenerit. Hippo. ſin. 373.

Moleſtans moribundũ, aliosuè, qui in eius ſunt domo ratione crediti, ab actione poſt mortem illius cadit, & aliter punitur, vide Auth. item qui domum. C. de ſepulc. viol.

Creditores poſt mortem teſtatoris per decem dies non debent petere debitum, & interim facta ꝑmiſsio nō valet. Auth.ſed neq;. C.eo.

Propter vnum abſtinentem pôt alius,qui adierat à toto recedere, niſi creditores hæreditarij pro parte abſtinentis,noluerint eū moleſtare.l.55.ff. de acquir.hæred.

In dubio tam hæredibus noſtris, quàm nobiſmetipſis cauemus.Ozaſ.deciſ. 161.vide Natt. conſi.164.Guid.Pap.ſing. 933. nā in contractib.hæres ſubintelligitur etiam, ſi de eo nō ſit expreſsè dictum. Hartm.Hartm.cap.9.tit. de hæredibus.lib.2.

Fallit in plurib.caſib.maximè,qn̄ natura rei,de qua agitur ea eſt, vt regulariter nō trāſeat ad hæredes. vide Ozaſ d.deciſ.161.nu.12.& fin. And.Gail.obſer.2.lib.2.num.18.Borg. Caual. deciſ.16.nu.27.de contract.part.2.& Hartm. Hartm.c.9.tit. de hæredibus.lib.2.

Obligatio annua ſoluendi quid alicui, vtrum ſit tranſitoria ad hæredes, & contra hæredem, vide per Capic.deciſ.203.

Pactum de retronendendo tranſit ad vtriuſque partis hæredes. Boer.deciſ.282.nu.11.

Conditionem implendi ius,vel facultas,an trāſeat ad hæredes,vide Boer.d.deciſ.182.n.22. Marc.q.407.l.122.§.Augerius.ff.de verb.obli. & quando,vide And.Gail.obſer.2.lib.2.

In contractibus ius adimplendi conditionem tranſit ad hæredem; ſecùs in vltimis voluntatibus, niſi recipiens eſſet in mora. Franciſ. Marc.q.406.vide Bar.in l.1.C.de pactis inter emptorem,& venditorē, & in l.55.ff.de conditio. & demonſtra.

Conditio primę obligationis ex facto hæredū, non mutatur.Affli.deciſ.152.vide Guid.Pap. q.679.ſed condemnatio moderatur.Bar.in l. 2.§.ex his igitur,ff.de verb.obli. quia obligatio defuncti eo modo, quo erat ad hæredes tranſmittitur, cum omnib.ſuis qualitatibus. Ioſ.Lud.deci.Peruſ.15.nu.13.nec actio ſemel acquiſita contra hæredem,mutatur ob hęredis conditionē.l.22.§. qui negotia.ff.de neg. geſt.minus variatio hęredis variat ius.l.3.§.ſi poſteriori. ff.de iure fiſci.

Pactum factū inter fratres ſuper iure retractus, nulla facta mentione hęredum, an ad filios extendatur, vide Fran.Marc.q.405.

Ius, ſiue facultas implendi non tranſit ad hæredes.Bar.conſi.98.vol.2.

Litis proſequutio nō transfertur de perſona ad perſonā, niſi in vniuerſalib.ſucceſſorib. DD. de Rot. deciſ.3.de iudi.in antiquio.

Exceptio rei iudicatæ tranſit in beneficiū hęredis, & in eius damnum, & actus geſtus cum defuncto operatur in beneficium ipſorum, & ſi expreſsè non dicatur: tamen priuilegiū continens exceptionem dilatoriā,non tranſit ad hæredes. Vinc.de Fran.deciſ.179.

Quando quis ꝑmittit vt artifex,obligatio perſonalis eſt, nec tranſit in hędes: ſi verò promittit vt quilibet, obligatio eſt realis, & in hęredes tranſit. Cabal.milleloq 399.

Statutum pœnale hæredem etiam comprehendit. Cabal. milleloq. 630. ēt,ſi appoſita eſſet dictio tantū; quia de mente ſtatuentium fuit excludere factum extraneorum, & non hæredum, vide Rebuff.in ſuis comment.tracta.de litter. oblig.att.2.gl.2.fol.69.

Sententia lata pro mortuo valet, & transfertur in ipſius hæredes.Myſing.obſer.85.cent.1.

Stipulatio facta à patre filio, cenſetur facta, vt hæredi futuro. Gaſp.Cabal.milleloq.494.

Conditio poteſtatiua,& mixta tranſit ad hęredes, quando aliquid eſt peruentutū ad eos, qui in futurum debēt obligari, & qn̄cunque eſt implendū, & morte ꝑuentus nō adimpleuit.Borg. Caual.deci.16.de cōtrac.pt.2.n.29.

Actio ſpolij, an tranſeat ad hæredes, vide Creſcen.deciſ.3.alias 84. tit. de reſtitu.ſpolia.

Debitum,ſeu ius competens ex diſpoſitione legis,vel ſtatuti, ad hæredes tranſmittitur,pro vt eſt ius excludendi fœminas ſtante maſculo.Craue.conſi.185.nu.fin.

Obligatio defuncti tranſit ad hæredes actiuè, & paſsiuè. Crau.conſi.272.nu.11. vide Bar.in l.vnic.nu.13.& 16.C. ex delictis defunctorū, & illi tenentur pro omnibus obligationibus defuncti, ſed quare, vide Iaſ. de actio. in §. actiones autem, & Rebuff. in ſuis comment. tract.de litte.oblig. tit. 8.gl.1.

Stante ſtatuto, quod debitor poſsit incarcerari pro debito ciuili, tale ſtatutum locum habebit in hærede debitoris. Iaſ.de actio.in §. fuerat, nu. 61.

Quando ſtatutū,vel ordinatio loquitur de vna perſona,tunc non tranſit in hęredem.Rebuf. in ſuis comment. tractat.de litte. oblig. arti. 2. glo.2.num.31.

Hæredum mentio non vr̄ repetita in pactis, in quib.nō eſt dictum expreſsè,cùm in alijs pactis in eodem inſtrumento mentio hæredum expreſsè facta fuiſſet.Natt.conſi.164.Tom.1.

Contrahens ad ſui commodum dicitur etiam contraxiſſe nomine hæredum ſuorum; imò priuilegiū,& conceſsio taxatiuè cōceſſa pro te tantùm,præſumitur conceſſa etiā pro ſuis hæredibus. Menoch.conſi.290.lib.3.

Locatio vſuſfructus non tranſit ad hæredes. Fran. Crem.ſing.170.

Princeps ſi cōcedat nobili pauperi reditus, nō tranſit huiuſmodi conceſsio ad hęredes, niſi in inſtrumento hęredum fiat mentio. Anto. Corſet. in ſuis ſingularib.litera.H.ſing.1.

Conuentione facta, vt de damnis ſtet iuramento damnum paſsi, facultas iurandi non tranſit in hęredem. Hippol. ſing. 546.

Item pœna pronunciationis poſitionum factę propter contumaciam rei non reſpõdentis (reo mortuo ante ſententiam) non tranſit in hęredem. Hippol. ſing. 625.

Obſequia, quę conſiſtunt in faciendo, non tranſeunt ad hęredes extraneos. Barto. in l. 2. C. de in ius vocan.

Actiones deſcendentes ex delicto, quãdo dentur hęredibus, vide per Bart. in l. vnica. C. ex delict. defunctorum nu. 4.

Proteſtatio defuncti, quando tranſeat ad hęredem, vide Bar. in l. 8. C. de non nume. pecu.

Priuilegium pupilli in actione tutelę, ad hęredes proprios ipſius non tranſit. Barto. in l. vnica. C. de priuileg. dot.

Qui promittit decem annua, intelligitur promittere in vita ſua. Bar. in l. 34. §. ſi quis autẽ. C. de donatio.

Compromiſſum non tranſit ad hęredes, niſi de ipſis fuerit facta mentio. c. fin. ex. de arbitris.

Ius declarandi iudicium ambiguum, ſeu intentionem, non tranſit ad hæredes. Bar. in l. 5. §. ſi plures. ff. de rei vendic. vide tamen eundẽ Bart. in l. 83. §. ſi Stichum. ff. de verb. oblig.

An hæredibus Officialis, vel Aduocati mortui, debeatur ſalarium totius anni, vel an hæredes debitoris ſoluere teneantur pro defuncto, vide Bart. in l. 4 ff. de offi. Aſſeſſor. & ſupra libr. 1. titu. de ſalario, facit lex 15. C. de Aduocat. diuerſo. iudic.

Reus, qui recuſauit iuramentũ, ſi moriatur ante quam pronuntietur eum haberi pro confeſſo, vel condemnato, eius hæres non poterit condemnari ex hac ficta confeſsione. Bar. in l. 38. ff. de iureiuran. nu. 7.

Beneficium perſonale quando tranſeat ad hæredes, vide Bart. in l. quia tale, num. 14. ff. ſoluto matrimonio.

Actiones transeunt ad hæredem, quando non reſpiciunt factum perſonæ. Barto. in l. 7. ff. de actio. & obliga.

Actiones, quæ non dantur poſt annũ, non tranſeunt in hæredem. Bart. in l. 34. num. 5. ff. de actio. & obliga.

Hæredes quomodo agant, vel cõueniantur pro ſeruitutib. vide Bar. in l. 2. §. ex his igitur. nu. 8. ff. de verbo. oblig.

Promittens Titio, & hæredibus ſuis, iſta adiectio, & hæredibus ſuis in re tranſmiſsibili ad hæredes, nihil operatur. Bart. in l. ſtipulatio iſta. §. ſi quis ita. ff. de verb. oblig.

Stipulatio habens conditionem caſualẽ, tranſit ad hæredes; ſecùs ſi poteſtatiuam. Bart. in l. 48. ff. eod. nu. 5. & 6.

Priuilegiatus ſuccedens non priuilegiato, quan do vtatur iure ſuo, vide Bart. in l. 49. §. in hac. ff. de verbo. obliga.

In ciuilibus pœna, quæ infertur ex ficta confeſſione non tranſit ad hæredes. Bar. in l. 29. nu. 4. ff. de iure fiſci.

Omnis contractus, qui poteſt impleri per hæredẽ, ſicut per defunctum, tranſit in hæredem etiam, ſi de eo in contractu nulla eſſet facta mẽtio, & quicquid poterat defunctus, poteſt hæres regulariter. Abb. conſi. 80. lib. 2. vide l. 22. §. 1. ff. de oper. liberto.

Quomodo intelligatur illa Reg. legis 13. C. de contrah. ſtipul. qua cauetur omnem pactionem conſiſtentem, ſiue in dando, ſiue in faciendo, aut mixtẽ tranſire in hæredes, vide per Abb. ibid. nu. fin.

Facta reſtitutione fideicõmiſsi, vniuerſales tranſeunt actiones, & iura actiuẽ, & paſsiuẽ in fideicommiſſarium, & hæredi, & contra hæredem paratur exceptio. l. 1. ff. ad Trebel.

Facultas reuocandi erroneam confeſsionem, quæ à lege datur competit hæredi, ſicut defuncto competebat. gloſſ. in l. 9. in fine. C. de iur. & fac. igno.

Reſcriptum conceſſum defuncto, tranſit ad hæredes. l. 1. C. quando libellus Principi dat.

Iudicium reſtitutionis in integrum incoatum, non extinguitur morte rei; ſed continuatur contra hæredem eius. l. 6. C. de in integr. reſtitut. mino.

Abſens læſus circa bonorum poſſeſsionem per abſentiam neceſſariam, & probabilem trãſmittit beneficium reſtitutionis ad hæredes. l. 1. C. de reſtitutio. milit. aliàs bonorum poſſeſsio non petita, non tranſmittitur ad hæredes. glo. ibid.

Beneficium reſtitutionis ex quacunque cauſa competens, ad hæredes tranſmittitur. l. 4. C. de tempo. in integr. reſtit. & ad cæteros ſucceſſores vniuerſales. l. 6. ff. de reſtitu. in integ.

Pœna edicti, quod quiſque iuris, tranſit ad hæredes. l. penulti. §. quod autem. ff. quod quiſque iuris.

Querela inofficioſi præparata tranſmittitur ad hæredes. l. 5. C. de inoffi. teſtam. vide l. 6. §. fin. cum ſeq ff. eod. & etiam non præparata quo ad ſuos hæredes; aliàs ſecùs. l. 34. & penul. C. eod. tamen & præparata non tranſit ad patrem, qui bona occupauit iure peculij; non iure hæreditario. l. 8. §. ſequenti. ff. eod.

Vſusfructus patris non tranſit ad filium. l. 3. C. de vſufruct. & habit.

Pactum perſonale non porrigitur ad hæredem. l. 18. §. ſi quis. ff. de pact. & l. 53. §. fin. eod.

Ius accreſcendi tranſmittitur ad hæredes. l. 26. §. fin. ff. de condi. & demonſtra.

Si pa-

Si paciſcor ne petas à me, neque à Titio, tale pactum non proderit Titio, ſi poſtea mihi hæres exiſtat. l. 18 §. ſi pactus ff. de pact.

Pactum perſonale filij tranſit ad patrem, & ad hæredem eius viuo filio. l. 19. ff. eod.

Actiones ex delicto tranſeunt contra hæredes poſt litem conteſtatam. l. 1. C. ex delictis defunctorum, vide infra tit. prox. ſeq.

Exceptio Velleiani trãſit ad hæredes mulieris. l. 20. ff. ad Senatuſconſul. Velleia.

Exceptio etiam non numeratæ pecuniæ tranſmittitur, & oppoſitio facta per defunctum, prodeſt hæredi. l. 8. C. de non numer. pecu.

Ex mandato patris, competit actio contra hæredem. l. 8. C. mandati.

Societatis commoda, & incommoda tranſeunt ad hæredes, licèt ipſa ſocietas non tranſeat. l. 3. & 4. C. pro ſocio.

Quando propter reuerẽtiam perſonæ actio de dolo non datur contra defunctum, dabitur contra hæredem. l. 14. ff. de dol. mal.

Actio de dolo datur in hæredẽ perpetuò, quatenus ad eum peruenit. l. 27. & 29. ff. eod.

Reſtitutio tranſit ad hæredem, & ſi eſt hęres minor, illi non currit tempus reſtitutionis, niſi finita minori ętate. l. 20. §. fi. ff. de mino. 25. an.

Filius tranſmittit ad deſcendentes ius vendicandi lucrum, ſibi proueniens propter tranſitum, quem parens facit ad ſecunda vota, aſcendentibus, & collateralibus excluſis. l. 7. C. de ſecun. nupt.

Tale lucrum pertinet ad liberos etiam non hęredes. Authen hæres. C. eod. vide ſupra tit. de pęnis ſecundò nubentium.

Contractus fictus tranſit in hæredes; ſicut verus. l. 1. § maneat. C. de rei vxor. act.

Muliere mortua in matrimonio, actio ex ſtipulatu ſecundum ſuam naturam tranſit ad hæredes. ibid. §. illo.

Compromiſſum non tranſit ad hæredes, niſi ſit actum; effectus autem ſententiæ arbitri, ad hæredem porrigitur. l. 32. §. 1. ff. de recep. arbi. & l. 42. eod. ſed ſi in compromiſſo mẽtio fiat hæredum, poteſt arbiter iubere ipſos hæredes etiam adeſſe. l. 37. ff. eod.

Si defunctus tenebatur ex debito, vel quaſi, eo decedente lite non conteſtata, actio non datur contra hæredes de iure Ciuili; ſecùs de iure Canonico. gl. in l. 16. ff. de iudi.

Actio pęnalis non tranſit cõtra ſucceſſores; ſecùs in perſecutoria. l. 15. C. de furtis.

Operæ perſonam perſonaliter concernẽtes, ad hæredem extraneum non tranſmittuntur. l. 10. C. de oper liber.

Declaratio, ſeu interpretatio libelli obſcuri, non tranſit ad hæredes. gloſ. pen. in §. penu. l. 5. ff. de rei vendica.

Bonorum poſſeſſio per tutorem nomine infantis agnita, perfectè acquiritur: & ideò ad eius hæredem tranſmittitur. l. 3. C. qui admitti.

Iudicium inceptum cum defuncto, in hæredem transfertur, & tunc hæres tenetur, de eius, & defuncti dolo, & culpa. l. 51. ff. de rei vendic.

Ius petendi collationem tranſit ad hæredem, & non conferenti denegantur actiones. l. 14. C. de codicillis.

Vſusfructus exceptio, finitur cum perſona excipiẽtis, niſi tacitè, vel expreſsè ſit actum, quòd exceptio tranſeat ad hæredem. l. 43. §. ſtipulatus. ff. de vſufructu.

Seruitutes reales ſunt indiuiduæ: ideò tranſeunt in hæredes inſolidum actiuè, & paſsiuè. l. 17. ff. de ſeruitut.

Seruitus prædialis trãſit ad hæredes de ſui natura regulariter: fallit tñ in caſibus, de quib. in l. 4. & ibi. gl. ff. de ſeruit. ruſtico. prædio.

Fideicõmiſſum vniuerſale tranſmittitur ad hæredes, licèt non ſit facta reſtitutio. l. 3. C. de fideic. nam ſi dies fideicommiſsi ceſsit, viuente fideicommiſſario, fideicommiſſum tranſit ad eius hæredem, etiam tunc in rerum natura non exiſtentem. l. 21. C. eod.

Hæres grauatus de reſtituendo tranſmittit ad eius ſucceſſores id, quod poterat retinere rõne falcidiæ, vel trebellianicæ. l. 10. C. ad l. Fal.

Poſſeſsio ſuperueniens hæredi, parit condemnationem ex inſtantia cępta cum defuncto. l. 8. ff. ad exhiben.

Condictio indebiti tranſit ad hæredem. l. 12. C. de condic. indebi.

Inſtantia cauſæ appellationis tranſit ad hæredés. l. 1. C. ſi penden. appella. mors interu.

Mortuo procuratore facto in rem ſuam rè integra, non finitur mandatum; ſed tranſit ius ad hæredes. l. 33. C. de donatio.

Donationes ſimplices trãſeũt ad hæredes actiuè, & paſsiuè. l. 35. §. monumentorum. C. eod.

Vltimus de familia prædium alienare prohibitus, petitionem ipſius prædij ad hæredẽ extraneum tranſmittit. l. 80. §. prędium de leg. 2.

Facultas eligẽdi, quę competit alicui iure ſuo, tranſmittitur ad hæredes. l. 19. ff. de optio. vel elec. legat.

Sententia lata contra vnum non præiudicat alteri, cui ſi ſuccedat ille, contrà quem eſt lata, cauſam hæreditariam proſequi poteſt. l. 10. ff. de exceptio.

Prohibitus petere ab aliquo, & ab eius hærede cenſetur prohibitus. l. 2. ff. de libera. legat.

Omnes pęnales actiones poſt litem conteſtatam ad hæredes tranſeunt, & in hæredes. l. 25. & 32. ff. de actio. & oblig.

Stipulatio habere licere ſimpliciter interpoſita,

ex facto

ex facto promiſſoris, & ipſius ſucceſſoris tantum committitur. vide l.38.ff.de verbo.oblig.
Stipulatio doli ſimpliciter interpoſita etiã dolum hæredis comprehendit; non extranei, niſi pœna fuiſſet appoſita. d.l.38. §.ſi qs dolũ.
Stipulatio facti, quæ perſonam promiſſoris cõcernit ad hæredem non tranſmittitur.l.46.§. idem.ff.de verbo.oblig.
Facultas ſoluendi tertio adiecta non tranſit ad eius hæredem: ideò debitor ſoluendo hæredi adiecti, non liberatur. l.55.ff.eod.
Effectus obligationis conditionalis tranſit, ad hæredes, & cõtra hęredes. l.57.ff.de verb.obl. §.cũ quis inſtit. de inutil. ſtip. nec per mortẽ promiſſoris extinguit ipſa obligatio. l. 24.ff. de noua & delega.
Ex ſtipulatione cõtinente factum perſonale ſtipulatoris poteſt hæres agere, ſi de ipſo facta eſt expreſſa mentio.l.92 ff.eod.
Ius eligendi tranſit ad hæredes pro hæreditaria portione, ſi defunctus de ipſis mentionẽ fecerit.l.117.ff.de verbo. oblig.
In facto reiterabili ſtipulatio poteſt committi per hæredem etiam, ſi ante fuerit commiſſa per defunctum, quotieſcunq; ipſe defunctus promiſit per ſe, & hæredes. l. 133 ff.eod.
In conditionibus ius offerendi nõ tranſit ad hęredes.glo.in l.108.ff.de conditio.& demonſt.
Fideiuſſor hæres debitoris efficaciter obligati, adiuuatur beneficio reſtitutionis in integrũ, quo principalis debitor ſe ſperabat adiuuare.l.95.§.quod vulgo.ff.de ſolutio.& libe.
Hæres non poteſt ratum habere quod factum eſt nomine defuncti in his, quæ ad hæredes non tranſeunt.l.7.ff.rem rat.haber.aliàs geſtũ nomine defuncti põt ratificari per eius hæredem.l 22.§.ſi procurator.ff.iudicatum ſolui.
Actiones pęnales ante litem conteſtatam non dãtur cõtra hæredes; ſed bene hęredibus, excepta actione iniuriarũ.l.1.ff.de priua. delic.
Obligatio voti, & pollicitationis tranſit contra hæredes.l.2.§.fi.l.6.9. & pen.ff.de pollicita.
Poſt litem conteſtatam hæredi quoque proſpicitur, & ipſe tenetur ex omnibus cauſis. Reg. 89.eod.vide infra tit.prox.
Quod ipſis, qui contraxerunt obſtat, & ſucceſſoribus eorum obſtabit. Reg 186.
In re non tranſmiſſibili ad hęredes appellatione hæredum, non veniunt extranei; ſed deſcendentes. Pet. de Raue. ſing 711. & licèt in re tranſitoria veniat etiam extraneus hæres: fallit tamen quando eſſet dictum de hærede maſculo, quia tunc ſolùm comprehenduntur deſcendentes.idem ſing.712.
In inſtrumento quando defunctus obligauit, tam bona ſua, quàm hæredis, ipſa bona hęredis erunt obligata. Afflic.deci.26.nu.3.ſed an veniant in generali obligatione ſuorum hæredum, & eorum bonorum, vide Vincent. de Fran. deci. 322. part.2. nam defunctus bona hæredis obligare poteſt idem Afflic.deciſio. 111.nu.15.Capic.deciſ.174. nu.15.vide tamẽ eundem Affl.deci.290.301.& 240 ſed obligare ad vniuerſum debitum vnum ex ſuis hæredibus, an quis poſsit, vide per Afflic. deciſio 240. nume. 8.
Hæres per aditionem, videtur ratam habere obligationem bonorum ipſius hæredis, factam per defunctum. Afflic.d.deciſ.26.nu.fin.
Promiſsio defuncti obligat hæredem. Afflic.deci.123.dato, quòd de hærede nihil dictum ſit. l.9 ff.de probatio. nam pacta comprehendũt hæredem etiam, ſi non exprimantur.Rot.Genu. deciſ.102.And.Gail obſer.2.lib.2.
Parentes filiorum bona donare, aut perdere ne queunt; ideò reuocantur per filios etiam hæredes parentum. Gome. Leo. deciſ.79. in deciſio.diuerſo.
Filius quàm primum efficitur hæres patris, videtur ratificare contractum à patre geſtum, licèt tractetur de alienatione rei propriæ ipſius filij.Natt.conſi.214.
Succedens alteri nullo facto inuentario, videtur habere ratum, quod defunctus ſuo nomine fecerat. Bar.in l.11.§.ſolutam.ff.de pig.act.
Filius poteſt bona paterna citra ius, & nomen hæredis patris habere, vt puta pro dote materna. Afflic.deciſ 372.
Creditor agens contra filium alicuius ex delicto paterno, debet mentionem facere, quòd ſit hæres; aliàs libellus erit ineptus; tamen proponendo, & probando in actis filium hæredem, aditionem hæreditatis, & adminiſtrationem, acta ſuſtinentur. Capic.deciſ.70.nam ſucceſſores regulariter non poſſunt conueniri, niſi prius conſtito, quòd ſint hæredes. Boe. deciſ.295.num.15.
Hæres ſciens alios creditores, non poteſt ſoluere primis venientibus. Tho.Minad.deciſ.9.
Sentẽtia debet formari nomine hæredis defuncti, cùm in hæredem fiat trãſitus à defuncto. idem.deciſ.35.
Hæres an antequam conſtituat debitorẽ in mora ꝓbare debeat ſe hæredẽ, vide Boe.deci.10.
Hæredum pacta non valent in præiudiciũ creditorum, vel debitorum; ſed in præiudicium ipſorum hæredum ſic.Boer. deciſ.57. num. 3. tamẽ ſi aliquis ipſorum promiſerit proſequi, vel incoare litem reſpectu bonorum hęreditariorum ſumptibus ſuis, cum omni commodo, & incommodo tunc, ſi fuerit in aliquo condemnatus reſpectu debiti principalis nõ tenetur inſolidum: quia ſolummodo tenetur ad ſumptus faciendos, vide tñ ibi.d.deciſ.57.

Quod

Quod dicit, ſi filius ergo hæres, debet intelligi, ſi filius agat; ſecùs ſi conueniatur: quia tunc non poteſt condemnari, niſi probetur aditio hæreditatis Hiero. Mago. deciſ. Luc 62. nu. 1 Dec. cōſi. 344 Nat. conſ. 140, vide Bar. in l. neceſſarijs ff. de acq. hęre imò in hęditate m̄ñb (ēt agēdo) nō habet locū Reg. Mag. d. dec. 62.

Hæres ſimpliciter reſpondens ſe hæredem, intelligitur reſpondiſſe ſe eſſe hæredem inſolidum, ita obſeruatum fuiſſe legitur in libris placito. Curiæ lib. 11. de fructibus tit. 16. q. 6. in deciſio. diuerſo.

Vnus ex hæredibus inſolidum non poteſt agere, contra debitores hæreditarios, alijs hęredibus contradicentibus Boer conſi 45 ſecùs ſi tolerent, & non contradicant, vel hoc eſſet conuentum. Boer. d. conſi 45.

Quando in aliqua diſpoſitione fit mētio de hęrede, de quo hærede intelligatur, vide Menoch conſi. 158 lib. 2. nu. 12 vbi tradit ſeptem concluſiones.

In actionibus rē reſtitui, vt depoſiti, vel commodati quilibet hæredum agit inſolidū Henric. Boer. in ſuis ſingularibus. tit. actio, actor, & agere, nu. 6.

Ignorantia præſumitur in hæredibus ſuis & neceſſarijs contentorum in teſtamēto, ſecùs in extraneis. Bar. in l. 42. nu. 19 ff. ſi cert. pet. vide ſupra lib. 1. tit. de iuris, & fact. igno.

Quando quis vni ex hęredibus ſuis poſsit prouidere, & quando non, vide per Bart. in l. 137 §. præterea ff de verb. oblig.

Credita hęreditaria cenſentur eſſe in patrimonio illius loci, vbi eſt facienda ſolutio. DD. in l ſi is qui pro emptore ff. de vſucap.

Valet pactum factum cum eo, qui eſt, vel futurus eſt hæres, cùm paciſcitur de rebus hęreditarijs l. 7. §. fin. & l. ſeq. ff de pact.

Per pactum liberatorium poteſt quis, vni ex hęredibus prouidere. l. anus neptis ff. de pact.

Hęredi vni contra vxorem defuncti datur actio nego. geſt. de geſtis conſtante matrimonio; l. 35. ff. de neg. geſt.

Hęres ſequitur forum defuncti; nec poteſt proprium priuilegium allegare. l. 19 ff. de iudi.

In ventre præſumuntur eſſe tres liberi; ideò iam natus pro quarta hęreditatis ſolùm poterit conueniri. l. 8. §. fin. ff. de iudi.

Inſtitutus in re certa, vel iuſſus eſſe contentus re certa pro ſua inſtitutione, habetur loco legatarij quo ad hoc, vt actionibus hęreditarijs actiuè, & paſsiuè vti non poſsit. l. pen. C. de hæred. inſtitu.

Filius ſoluens ſimpliciter debitum patris defuncti, pręſumitur ſoluere vt hęres. l. 2. C. de iure deliberan.

Hęres in realibus iudicijs, nec agit, nec conuenitur vt hęres l. 12. §. heres. ff ad exhiben.

Si creditores peculiares ſuccedant ei, qui tenetur de peculio, quatenus ſuccedunt extinguitur actio de peculio. l. 30 ff. de pecul.

Plures hęredes emptoris concordare debent in agendo, vt omnes redhibitoria, vel quanto minoris agant: ſed ad precium conſequendum quilibet agit pro parte: idem in acceſſionibus diuiſibilibus. l. 31. §. ſi plures. ff. de ædilit. edict.

Hęres petendo contra voluntatē defuncti, exceptione doli repellit. l. 28. ff. de mor. cau. dona.

Creditores defuncti petere poſſunt ſeparationem bonorū hęreditariorū, à bonis hęrdis, de qua materia vide in tit. ff. de ſeparat. bono.

Cum fideiuſſor principali ſuccedit, extinguitur obligatio fideiuſſoria, ſi hoc ad incommodum creditoris non cedat; aliâs ſecùs. l. 3. ff. de ſeparat bono.

Vt poſsit agi ex diſpoſitione inter viuos, vel ex vltima voluntate, vnus de pariter mouentibus nunquam ſuperuixiſſe præſumitur. l. 17. ff. de reb. dub.

Cùm quid dari ſtipulamur, non poteſt per nos vni ex hęredibus acquiri, ſed omnib. tātùm: ſed cùm qd fieri ſtipulamur, etiā vnius perſona rectè comprehenditur. vide l. 137. §. fin. ff de verbo. oblig.

Res hereditarias omnium hęredum fuiſſe cōes, pręſumitur. l. 4 ff. de crimi. expil. hered.

Qui in alterius locum ſuccedunt iuſtam habent cauſam ignorantię, an id, quod peteretur deberetur, hoc ita de hęrede dicta ſunt, ſi cum eo agat, non. n. ſi agat, vide l. 43 ff. de reg. iur.

Hęredem eiuſdem poteſtatis, iuriſq; eſſe, cuius fuit defunctus conſtat. l. 60. ff eod.

Qui in ius, dominiumùe alterius ſuccedit, iure eius vti debet. Reg. 138. eod.

Cùm quis in alterius locum ſucceſſit non eſt æquum ei nocere, id quod aduerſus eum nō nocuit, in cuius locum ſucceſſerit. Reg. 198. §. penu. ibid.

Hęres pręſumitur ignorare ea, quę in hęreditate ſunt, quo iure ad defunctum pertinebant. §. ſed tamen, inſtit. de vſucapio.

Etiā, ſi filio aliquid pręlegetur, & cum alijs poſtea inſtituatur, nō ob id tenetur reſpectu onerum hęreditariorū, niſi pro virili Boe. dec. 57.

Et ſi teſtator aliquos in re certa inſtituiſſet hęredes, & alium hęredem vniuerſalem, tunc ipſe vniuerſalis tenetur inſolidum, ad omnia onera, niſi bona ipſius hęredis vniuerſalis nō eſſent ſoluendo. Boer. d deciſ. 57.

Si duo litigant ſuper hęreditate in quē ſiet executio debiti hæreditarij, vide Rebuff in ſuis comment tract. de litter. oblig. art. 9. glô. 2.

Creditores habēt electionem, quem maluerint

conue-

conuenire ex duobus contendentibus de hereditate, aut poſſeſſorem, vel petitorem. l. fin.C.de petit.hæred.DD.de Rot. deciſ.21.in antiq.ſed èconträ cui interim fiet ſolutio,vide Rebuff.in ſuis commen.tract.de litte.obli. art.9.gloſ.2.num.7.

Inter hæredes regulariter omnis obligatio eſt diuidua actiuè,& paſsiuè:ideò pro portionibus hæreditarijs diuiditur, niſi quatenus appareat, quòd ſit indiuidua. Cabal. milleloq. 391.vide milleloq.387.

Plures hæredes venditoris inſolidum emptori de euictione tenentur, quo ad defenſionem rei,licèt vnicuiq; pro parte hæreditaria præſtatio iniũgat rõne intereſſe.Aod.Gai.obſ.14. nu.4. lib.2. vide l.85 § inſolidũ.ff.de verb.obl.

Hypothecaria inter hæredes non eſt diuiſibilis pro portionibus hæreditarijs. Io. Gal. q. 64. Io. Pap. lib. 10. tit 4.arreſt.27.ideò competit inſolidum contra quemlibet ipſorum hæredum.idem Pap. lib.18. titu. 5. arreſt.5.l.C.de luitio.pign.vide in tit.C.ſi vons ex plurib.hæred.cred.vel debito.

Agens actione hypothecaria cõtra filiũ debitoris poſsidentẽ bona ipſius, rectè agit etiam non cõſtito, quòd ipſe poſſeſſor ſit hęres patris. vide Menoc. cõſ.270.lib.3. nu.23. ideò ſi vni ex hæredibus obligati ſit adiudicatus fundus mihi hypothecatus, ſi illum conueniam, non poterit opponere exceptionem excuſsionis, vt agam contra cohæredem pro portione hęreditaria.Fran.Cremen.ſing.164. & Pet.de Raue.ſing. 148.

Cohæres proſequens ſimpliciter litem incoatam per defunctum,tenetur ad omnes expenſas, licèt haberet alios cohæredes.Pap.lib.8. titu.16.arreſt.4.

Hæres conuentus ad proſequendã litem incoatam cum defuncto tenetur,vel acceptare hæreditatem, vel illam expreſsè repudiare, nec ſibi præiudicat, ſi ſimpliciter reſponderit ſe non eſſe hæredem.idem Pap.ibi.arreſt.6.

Etiam facta diuiſione inter hæredes, ſi poſtea aliquis efficiatur non ſoluendo, creditores hæreditarij poſſunt agere contra alios hæredes exiſtentes ſoluẽdo.Guliel, de Ludo ſing. 108.quod non procedit in actione hypothecaria.Bar.in l.34.de leg.2.

Si vni debitori ſucceſſerunt plures,quilibet liberatur à perſonali obligatione ſoluendo partem ſuam.Barr.in l.3.C.de nego.geſt.

Lex duodecim tabularum licèt diuidat inter hæredes actionem, & obligationem actiuè, & paſsiuè, tamen illud,quod eſt in conditione, non diuiditur inter hæredes debentis implere conditionem. Bart.in l.9 ff. ſi quis cautionibus:nam licèt obligatio diuidatur inter hæredes promiſſoris; tamen niſi totum ſoluatur debitum,pæna committitur, & per conſequens quando in obligatione eſt datio, nõ ſufficit vnũ ex hæredibus dare pro parte ſua, ad euitandam pęnam.ibi.nu.6.& 7.vide eundem Barto. in l.2.§. ex his igitur.ff.de verbo. oblig.& in §.item & ſi in facto. d.l.2.

Hæres repræſentat perſonam defuncti ſolùm ꝑ hæreditaria portione,pro reſiduo verò videtur extraneus. Bart.in l.2.ff.de præto.ſtipula. in l. 34. ff. de pact. nec hæres poteſt grauari, niſi ꝑ portione hr̃ditaria.Fran.Crem.ſing.10.

Hæres ſcriptus,aut legitimus,quando conueniri poſsit,vide Bart.in l.14.ff.de,tranſact.

An, & quando hæredes teneantur inſolidum, vel pro hæreditaria portione, vide per Bart. & Docto.in l. 4.§. Cato.ff.de verb. obligatio. vide per Bart.in l.45.§.ſi ita de legat. 2.

Obligatio quando habet origiuem ex perſona hæredis, vnus non tenetur ex facto alterius. Bart.in l.50. nu.3. de legat. 1. ſecùs in obligatione,quæ incipit à defuncto.idem Bart.in l. 32.§.Iulianus.ff ad leg Falcid.

Actio perſonalis hæreditaria fauore dotis datur contra vnum ex hæredibus inſolidum, etiam ad quãtitatem,quod eſt ſpeciale.Bart. in l.55.de legat.2.

Diſpoſitio §.Cato habet locum in ſtipulationibus ſtricti iuris; non prætorijs.Bart.in l.32.§. Iulianus.ff.ad leg Falc.

Creditor debet prius agere contra hæredem, quàm moleſtare legatarium in re legata, qui in ea eſt potior,ſi hæres eſt ſoluendo. Bart.in l.5.§.poſtquam.ff vt.in poſſeſsio. legato.

Stipulatio facti inter hæredes, quo ad petitionem dicitur indiuidua, & cuilibet competit actio inſolidum, tamen ſi agitur ad intereſſe, pro parte agendum eſt. Bartol. in l. 4. §. ſi is,qui.ff.de verb.oblig.

Conuentus rei vendicatione,ſi deceſſerit pluribus hr̃dibus relictis, & vnus ſolus poſsideat, an ille ſolus cõueniatur, vide per Bart. in l.2. ff.de præto.ſtipulatio nu.4.

Vnus ex hæredibus poſsidens inſolidum poſt litem cõteſtatam cum defuncto, ſicut poteſt inſolidum ex eadem inſtantia condemnari, ita actor poteſt nouam inſtantiam reincipere.Bar.in d.l.2.nu.6.de præto.ſtipula.

Hæredes plures ſuccedentes pro iudicio cœpto cum defuncto,tenentur dare vnum defenſorẽ,& nõ coguntur ſimul agere,niſi natura negotij hoc exigat. Bar.in l.5. §. ſi tñ.ff.iudic.ſolui.

Pactum de non petendo factum aliquibus hæredibus tantùm,non prodeſt alijs cohæredibus.l.ſi actionem.C.de pact.

Aes alienum ipſo iure inter hæredes diuiditur, nec eorum pactio creditoribus præiudicat.l.

26.C.eod. & 23. C. famil. ercisc.

Onera hæreditaria inter hæredes pro hęreditarijs portionibus diuidũtur etiam, ſi in prælegatis ſit inæqualitas. l. 1. C. ſi cert. pet.

Perceptio vſurarũ ab vno ex hr̃dib. non perimit actionẽ aduerſus alios, ꝓ portione hr̃ditaria debitores. l. tale. §. poſt diuiſionem. ff. de pact.

Si legatum ab vno hærede relictum animo compenſandi cum debito deficiat, ille hæres illius debiti onus ſuſtinet. Bart. ſing. 83.

Regulariter hæredes tenentur pro portionibus hr̃ditarijs, ſed Reg. limitatur quinq; caſibus; primo, ſi aliquid indiuiduũ ſit in obligatione: ſecundo, ſi res, quæ debet reſtitui, ab vno inſolidum poſſideatur: tertio in alimentis legatis: quarto, ſi teſtator ab vno hęrede legauerit creditori animo compenſandi: quinto in expenſa funeris vxoris, quæ nõ tantùm aſtringit hæredes pro hæreditarijs portionibus; ſed etiam vnum pro portione, quæ peruenit ad eum de dote vxoris ſuæ. Guid. Pap. ſing. 297.

Hæres non poteſt grauari, niſi pro portione hęreditaria. Fran. Cremen. ſing. 10.

Pater ſi promiſerit dotẽ filiæ, deĩde moriatur, filio, & filia hęredibus inſtitutis, onus dandi dotẽ torũ ſpectat ad filiã. Pet. Gerar. ſing. 43.

Facta diuiſione hæreditatis ex cauſa trãſactionis, inter ſcriptum hæredem, & legitimũ, quilibet à creditoribus conuenitur pro hæreditarijs portionibus. l. 14. ff. de tranſact.

Sicut inter hæredes diuiditur actio, ita inſtantia ſuper actione incoata. l. 31. ff. de indi. tñ in ſuceeſſorem tranſit inſtantia, quæ debet terminari in eodem loco. l. 34. ff. eod.

Hæres poſſeſſoris defuncti ante litem conteſtatã, cõuenit rei vẽdicatione ſcd̃m qđ poſſidet, & nõ ꝓ portione hr̃ditaria. l. 55. ff. de rei vẽdi.

Stipulatio pęnalis teſtatoris committitur inſolidum cõtra omnes hæredes, vno ex ipſis cõtra ipſam ſtipulationem faciente. l. 27. §. in illa. ff. fami. erciſ. vide ſupra tit. de pęnalibus ſtipulationibus, tñ ſtipulatio facti diuidui, contra hęredem contrafacientem tantùm committitur. l. 45. §. ſi quis ſtipulatus. ff. ſami. erciſ.

Quando dolus purgatur per actionem deſcendentem ex contractu, hęres tenetur inſolidũ, non attento quantum ad eum peruenerit. l. 7. §. datur. ff. depoſiti, & l. 11. ff. de act. & obli.

In actionibus bonæ fidei quilibet hæredum tenetur inſolidum ex dolo, ſeu facto proprio; ex facto autem defuncti, pro hæreditaria portione. l. 11. ff. depoſiti, vide l. 22. eod.

Delictum vnius ex hęredibus, non nocet alteri. l. fi. ff. ad Senatuſc. Silan. vide l. 15. §. fi. de leg. 1.

Si teſtator quoſdã ex hæredibus iuſſerit æs alienum ſoluere, creditores eius non habebunt aduerſus eos actionem; ſed cohęredes, quorũ intereſt hoc fieri. l. 72. §. ſi teſtator, de lega. 1.

Vnus ex hæredibus in ſpecie hæreditaria grauatus, pro portione ſua tantùm grauatus videtur. l. 83. §. ſi libertus. ff. eod. vide tamen l. 88. §. ſi teſtamento. eod.

Actione perſonali ex teſtamẽto non poteſt cõueniri hæres, niſi pro hæreditaria portione, etiã, ſi rẽ inſolidum poſſideat. d. l. 88. §. fi. eod.

Nominati nomine proprio tenentur in viriles, ſi appellatiuo, pro hæreditarijs portionibus. l. 127. de leg. 1.

Petitio legatorum pro hæreditaria portione aduerſus hęredes competit, nec pro his, qui ſoluendo non ſunt onerari cohæredes oportet. l. 34. de leg. 2.

Si legatum ab vno hærede relictum animo compenſandi cum dẽbito deficiat, ille hæres illius debiti onus ſuſtinebit. l. 55. de leg. 2.

Vno ex hæredibus promiſſoris contrafaciente, omnes tenentur pro hęreditaria portione: ſed ſi vni ex hæredibus ſtipulatoris contra fiat, pro parte ſua tantùm ſtipulatio committitur ad intereſſe; ad pęnam verò ſecùs. l. 2. 3. & 4. ff. de verbo. oblig.

Pęna adiecta facto indiuiduo, ſi contra fiat per vnum ex hæredibus promiſſoris, pro parte hęreditaria committitur contra omnes, in facto verò indiuiduo, pro parte contrafacientis tantummodo. l. 4. §. Cato. ff. eod.

Stipulatio dupli de euictione, fructuaria, damni infecti, & de operis noui nunciatione, ſi ad intereſſe committatur, inter hæredes ſtipulatoris diuiditur: ſecùs ſi ad factum competat. d. l. 4. §. ſi is, qui.

Expreſſio futuri hæredis nihil operatur, & perinde habetur ac ſi expreſſus hæres non eſſet: ideò omnes hæredes tenentur pro hæreditaria portione, quamuis conueniſſe videatur, ne ab alio hærede, quàm ab obligato per teſtatorem peteretur. l. 56. §. te & Titium. ff. de verbo obliga. vide & l. 131. eod.

Obligatio dandi certam quantitatem eſt diuidua inter omnes hæredes: ſed obligatio faciẽdi, vel non faciendi eſt penitus indiuidua, & reſpicit quemlibet hærede inſolidum; ſed ſoluens ab alijs pro rata repetit. l. 85. ff. de verb. oblig. vide l. 2. ff. de præto. ſtipula.

Lex duodecim tabularũ diuidit obligationem inter hr̃des ipſo iure: ideò quatenus alter ipſorũ vltra portionẽ hr̃ditariã ſoluerit quocũq; errore, repetit. l. 50. §. qđ ſi duo. ff. de fideiuſſo. & mandat. vide l. 25. ff. de ſolutio. & libera.

Plures hæredes rei neceſſe habent vnum dare procuratorẽ, aut defenſorẽ, ne defenſio per plures perſonas ſciſſa aliquo incõmodo afficiat actorẽ: ſecùs in pluribus hęredibus actoris. l. 5. §. ſi tamen plures. ff. indicatum ſolui.

Vnius hæredis mala geſtio muneris, non onerat cohæredes, licèt pater illius hæredis denominationi conſenſerit dum viueret. l. 15. ff. de munerib. & hono.

Ea, quæ in partes diuidi non poſſunt, ſolida à ſingulis hæredibus debentur. Reg. 153. vide glo. in l. 193. ibid. de reg. iur.

Onus æris alieni eſt perſonale, & ideò inter hęredes diuidit pro hæreditarijs portionibus: onus autem annonæ, & tributorum eſt reale, propterea pro vt quis poſsidet onerat. l. 1. C. de anno. & tribut.

Hæres non auditur, niſi probet ſe hæredem Ioſ. Ludo. deciſ. 2. Luc. ante omnia. idem Ioſ. deciſ. Peruſ. 15.

Quis probatur hæres, vel per teſtamentum, vel per teſtes in teſtamento deſcriptos, aut ſi ſe geſſerit pro hærede, vel aliter probando aditionem hæreditatis; quid, ſi tractetur de ſucceſsione ab inteſtato, vide Cab. millelo 649.

Mortuo actore, moritur cum eo ſua petitio. Aegid. Bellame. concluſio. 757. nu. 8. ſed libellus nouus non datur, vbi lis fuit conteſtata cum patre; aliàs ſic. DD. de Rot. deciſ. 1. tit. vt lite pendente, in antiq.

Hęredes obligati debent in ius vocari, antequã contra illos obligationis executoriæ executio concedantur. Mar. q. 61. par. 2.

Sententia poſſeſſorij lata contra defunctum, nõ mandatur executioni contra hæredem illius, qui non poſsidet, vi, clàm, vel precario. Cabal. milleloq 927. imò omnis ſententia lata contra defunctum non poteſt exequi contra hæredes, niſi illis prius vocatis. Io. Gal. q. 310 & Pap lib. 18. tit. 5. arreſt. 2.

Sicut ſententia exequi poteſt contra hæredẽ; ita & inſtrumentum: nam certum eſt, quando ius exequendi erat ineſſe productum, antequam res tranſiret ad hæredem veluti, quia obligatus erat, vel cõdemnatus principalis, tunc illud ius exequendi formatum trãſit ad hæredem. Rebuff. in ſuis comment. tract. de litte. oblig. art. 2. gl. 2. nu 6. & 7. tamen hæres debet prius citari, & conſtare ipſum eſſe hæredem antequam ſententia exequatur cõtra ipſum. Rol. conſi. 20.

Intra tempus conficiendi inuẽtarium executio in hæredem fieri non poteſt idem in ſucceſſore ſingulari, contra quem nunc conceditur executio. Rebuf in ſuis cõment. tract. de litte. oblig. art. 2. glo. 2. nu. 21.

Quando executio contra hęredem fieri nõ poſſit, vide Rebuff. ibi art. 8 glo 2. 3. & 4.

Hæreditas non poſsidet verè; ſed fingitur poſſidere, & cohæres qñ poſsit hr̃e ratã ſtipulationẽ factã alteri cohr̃di, vt ambobus acquiratur actio, vide per Bar. in l. 41. ff. ſi cert. pet.

Si quis eſt ſibi ſtipulatus, & filijs intelligitur ordine ſucceſsiuo. Bart. in l. 26. §. libertus. ff. de condict. indebit.

Confeſsio facta Titio, & ſuis hæredibus, quomodo intelligatur, & de quibus hæredibus, vide Barto. in l. Gallus. §. etiam ſi parente. ff. de liberis, & poſthumis.

Si procurator ſuccedit condemnato in eum fit executio: & pro portione hæreditaria repetet à cohæredibus. l. 31. ff. de procurato.

Ex delictis defunctorum in quantum hæredes conueniantur.

Confeſsio ficta, quæ reſultat ex cõtumacia defuncti, an tranſeat ad hæredes, vide Ozaſ. deciſ. Pede. 106. vbi tenet affirmatiuam. vide tamen Capic. deciſ. 12. nu. 26.

Quando confeſsio ficta tranſit in condemnationem, tunc pęna tranſmittitur ad hæredes propter ſententiam. Ozaſc. ibid. aliàs pęna, quæ infertur ex ficta confeſsione, nõ trãſit ad hæredes. Bar. in l. 29. ff. de iure fiſ.

In cauſis criminalibus per cõfeſsionẽ rei, actio fit tranſitoria ad hæredes, ſi tamen per accuſationis viam, non autem inquiſitionis proceſſum eſt. Hippol. ſing 513.

Cõfeſsio in crimine lęſæ Maieſtatis, & crimine latronum, & hæreſis facta, tranſit ad hęredes. Bar. in l. 2. ff. de bonis eorũ, qui ante ſentent.

Patris culpa nocet filio in eo, quod debet habere filius poſt patris mortẽ. Capi. dec. 121. n. fi.

Hæres aſſaſsini tenet reſtituere pecuniã, ſeu bona, quæ peruenerũt ad manus defuncti, etiã lite non conteſtata cum defuncto, licèt in alijs non teneatur. Capic. deciſ. 155. nu. fin.

Pęna, quæ infligitur ipſo iure tranſit contra hęredem, etiam lite non conteſtata contra defunctum. Iaff. Lanf. Balb. deciſ. 391. vide Bart. in l. 3. § quod autem. ff. quod quiſque iuris. & in l. 20 ff. de accuſatio.

Accuſatio fractæ pacis publicæ tranſit in hæredes, ſi iuncta ſit ciuilis actio ſuper reſtitutione damnorum, & intereſſe; aliàs ſecùs. Myſing. obſer. 98. cent. 1.

Executio ſub pęna banni, transfertur quidem in hæredẽ, mutato tamẽ banno in pęnam pecuniariam. idem obſer. 8. cent. 2.

Delinquente mortuo, an extinctum ſit iudiciũ criminale, & quando hæres ex eo conueniri poſsit, vide Iul. Clar. in ſua pract. §. fin. quæſt. 51. Barto. in l. 1. ff. de priuat. delic. & in l. 6. ff. de publi. iudi.

Quando actio ex delicto detur contra hæredẽ, vide Aluiſ. de Alber. ſing. 100.

Hæres

Hæres tenetur exonerare conſcientiam defuncti. Dec. conſi. 272. nu. 6.

Crimina licèt morte extinguantur, attamen lucra turpia propter crimina ab hæredibus extorquentur. Marc. de Mant. ſing. 487.

Pro crimine hęreſis contra defunctũ põt procedi intra quinqueniũ. Bar. in l. 2. C. de apoſtat.

Bona illius, qui ſe occidit, ſi deprehẽſus fuerit in crimine, vel accuſatus, auferuntur ab hæredibus, & fiſco applicantur. Bart. in l. 10. C. de iure fiſci lib. 10. vide eundem Bart. in l. 3. §. de illo. ff. de bonis eorum.

Delicta, quę tranſeant contra hæredem lite non conteſtata, vide per Bar. in § per contrarium, inſtitur. de hęred. quę ab inteſta. defer.

Pęna edicti, quod quiſq; iuris, trãſit ad hęredes. l. pen. §. quod autem. ff. quod quiſque iuris.

Delictum defuncti, ſi purgatur per actionẽ deſcendentem ex delicto, nõ nocet hæredibus, ſecùs ſi purgatur per actionem deſcendentẽ ex contractu, vel quaſi. l. 10. ff. commu. diuid. & l. 7. ff. depoſit. l. 11. ff. de actio. & oblig. & l. 121. ff. de verbo. oblig.

Condictio furtiua datur contra hæredem, etiã quomodocunque res perierit. l. 7. §. cõdictio, & l. 9. ff. de condict. furr.

In omnibus bonæ fidei Iudicijs propter dolum defuncti hęredes tenẽtur, etiã lite non cõteſtata cum defuncto: nam litis cõteſtatione, & pęnales actiones tranſmittuntur ab vtraque parte, & tẽporales perpetuantur. l. fin. ff. de fideiuſ. & nominat. & hæred. tuto. vel cura. vide l. 32. ff. de actio. & oblig. & l. 48. ibi.

Pęna bonorum ademptionis deſcendens ex crimine publico nõ tranſit ad hr̃des delinquentis, niſi ſententia fuerit lata ante mortem accuſati: fallit in quibuſdã caſibus hic exceptis: criminis autem priuati pęna tranſit in hr̃des, ſi lis fuerit cõteſtata cũ defuncto delinquente ante eius mortẽ, vide l. 20. ff. de accuſatio.

Accuſatio criminis peculatus, de reſiduis, & repetũdarũ (licèt ſit publica) cõpetit tñ aduerſus heredes delinquẽtiũ. l. fi. ff. ad leg. Iu. pecu.

Omnia turpiter quæſita, vel quæ indignè poſſidentur confiſcãtur, apud quemcunque inueniantur. l. 9 & ibid. gl. ff de iure fiſci.

Sicut hæres non dẽt pati pęnã ex delicto defuncti; ita nec lucrum capere. l. 29. ff. de reg. iur.

Hæres quando ex defuncti dolo teneatur, vide glo. in l. 195. ff. eod. & quãdo ex delictis, vide gl. in §. interdum, inſtitu. de hęred. quæ ab inteſta. defer. & §. non autem, & ibi. gl. inſtitu. de perpe. & temp. actio.

Sentẽtia in pęna pecuniaria ferri poteſt in perſonam procuratoris domini litis effecti, mortuo reo poſt litem conteſtatã, & de delicto conuicto, vel cõfeſſo. Ozaſ. deci. 149. nã actiones pænales poſt litem conteſtatam hæredibus dãtur, & cõtra hæredes trãſeũt. Ozaſ. ibi.

Pęna pecuniaria in priuatis delictis ita demum ab hęrede incipit, ſi viuo reo accuſatio mota ſit, licèt nõ fuerit cõdẽnatio ſecuta. ibi. nu. 4.

Pęna ĩ hęredes trãſit lite cõteſtata, ſiue actio criminaliter intẽtetur, ſiue ciuiliter. ibi. nu. 7. vide Marc. q. 714. nam pęnalia iudicia (ſemel acceptata) ĩn hęredes trãſmitti poſſunt. Reg. pęnalia, vide l. 182. ibid. de reg. iur.

Hæres ex delicto defuncti iure Ciuili non tenet̃ pęnali actione, niſi lite cum defuncto conteſtata, vel quatenus ad hæredẽ puenerit. Ozaſ. deci. 152. ſecùs de iure Canonico. ibi. nu. 5. vide tamen diſtinctionẽ, de qua ibi. nu. 6. Guid. Pap. ſing. 503. c. 5. ex. de raptori. cap. ſi Epiſcopum, & ibid. glo. 16. quęſt. 6.

Sentẽtia nõ poteſt ferri cõtra rebellẽ poſt eius mortẽ, niſi pro delicto ipſo memoria defuncti dãnaretur, vt ſi eſſet in crimine perduellionis, in quo ſolo damnatur memoria defuncti, & non in alijs. Gramma. deciſ. 105. nu. 26.

Reus ſi decedat poſt latã ſnĩam cõdemnatoriã, intra tp̃s datũ ad appellandũ, eius hæres tenetur ad pęnam, niſi ipſe appellet, & proſequatur appellationem. Bart. ſing. 513.

An Hęres condẽnnati, qui ante condemnationẽ defunctus eſt, teneatur ad pęnam ratione delicti, non obſtante decreto antiquo, quid in pęna incurſa ratione contumacię, attento ipſo decreto, vide Excel. P. Teſſa. deciſ. 144.

Sententia condemnatoria lata contra abſentẽ vigore ſtatuti, pęna tranſit in hęredem condemnati. Bart. in l. 20. ff. de accuſatio.

Regulariter hæres non tenetur ex defuncti delicto. Afflic. deciſ. 145. num. 31. nec actio pęnalis datur contra hæredem. Bart. in l. 1. C. de iure fiſci, lite non conteſtata contra defunctum. l. 1. ff. de priuat. delict.

Hęres vaſalli, qui feloniã commiſit à Dño moleſtari iure non poteſt, ſi contra vaſallum defunctum delinquentem lis conteſtata non fuerit. Ozaſ. deciſ. 121. nu. 3.

Hæres dato, quòd teneatur ex delicto defuncti, vltra vires hæreditarias non tenetur etiam, ſi inuentarium non confecerit. ibid. nu. 9.

Hęres actione iniuriarũ nõ tenet̃ ẽt, ſi defunctus promiſerit iudicio ſiſti. Ozaſ. d. deci. 252. n. 2.

Si cõdẽnatus in emẽda in vim defectuũ & cõtumaciarũ moriat̃, an hęres eius teneat̃ illã ſoluere, vide Boet. deci. 64. vbi tenet admitti hæredẽ ad purgãdum, & iuſtificandũ defunctũ.

Obligatio perſonalis contracta ex delicto, non tranſit ad hæredẽ, & edictum peremptorium ſoluitur morte. Aegid. Bellam. concluſio. 688.

Hæredes defunctorum, quibus dum viuerent pęnæ aliquæ impòſitæ fuerunt, non tamẽ de-

claratæ, non debent pro ipſis moleſtari in hac patria, attento decreto antiq. Sabaudiæ ſub tit.ne pęnæ cõtra defunctum, vide D.Sol. in ſuis comment.ibi.fol. 187.

Hæredes ex delictis defunctorum non condemnatorum (etiã lite conteſtata) non tenentur regulariter ſaltẽ in hac Patria ex diſpoſitione dicti decreti, ſed quando teneantur, vide plenè per eundem D.Sol.ibid.fol. 157.

Contumax vbi debet haberi pro confeſſo, ſi antequam ſuper hoc pronuncietur decedat, non præiudicat hæredi. Barto. in l. 1.§.ſed.ff. de calumnia.

Etiã actiones deſcẽdẽtes ex quaſi delicto, non trãſeũt cõtra hæredes. Bar.in l.25.§.Iudex.ff. de iudi.§.fi.inſtit.de actio.quæ ex quaſi delic.

Actiones pęnales, ſi competant ad vindictam, non tranſeunt ad hæredes, niſi lite conteſtata, ſi verò competant ad rem familiarem, indiſtinctè tranſeunt ad hæredes. Bart.in l.1. §.hæredem.ff.de priuat.delic.

Si hæres deceſſerit infra tempus à teſtatore limitatum ad ſoluendum legata, non incidit in pęnam, ideò illa non tranſit ad hæredem. Bart. conſi.7. vol. 1. & per conſequens in pęnis, quæ relinquuntur in teſtamento, non receditur à perſona, quantum ad commiſsionẽ ipſarum pęnarum. Bar.ibi.

Pęna gabellæ nõ ſolutæ, non tranſit ad hæredes. Abb.conſi.68.lib.1.

Iudex tenetur in totũ, ſi dolo malo malè iudicauerit, quæ actio nõ dat̃ cõtra hæredẽ Iudicis. l.16 ff. de iudi.ſecùs de iure Canonico.gl.ibi.

Pęna pecuniaria delinquentis in officio, tranſit ad hæredes.l.2.C.ad leg. Iul.repet.

Se præcipitans abſque conſcientia criminis nõ nocet ſucceſſoribus, veluti ob tedium vitæ, vel impatientiam doloris.l.7.C.de accuſatio. vide ſupra lib. 1. tit.de bonis eorum, qui ſibi mortem, quare hæredibus non auferuntur bona defuncti, etiam poſt accuſationem decedentis, niſi ob delictum ſibi mortem conſciuerit.l.1.& fin. C. de bonis eorum, qui ſibi mort.conſciu.

Actio iniuriarũ nõ dat̃ hr̃di, neq; in hr̃des, niſi lite conteſtata cũ defuncto.l.13.ff.de iniurijs.

Publica accuſatio reo defuncto perimitur.l.3.ff. de publi. iudi.

Bona damnatorum ex crimine lęſæ maieſtatis, tranſeunt ad eorum filios; & his deficientibus ad fiſcũ.l.9 ff ad leg. Iul. Maieſta.vide ſupra de materia tit.de publicat.bonor.lib.1.

Pęna impoſita delinquenti non tranſit in eius hæredem, quando pęna conſtituitur in emendationem hominis, quæ illo mortuo definit. l.20.ff.de pęnis.

Pęna impoſita patri non tranſit ad filium: quia ex delicto patris filius non punitur. l. 26. ff. eod fallit in caſibus, de quibus in gl.ibi.tamẽ punitur quãdoque filius ex patris delicto, vide gl.in l.10 C.de agri.& cenſit.lib. 11.

Quoties hæres conuenitur ex dolo defuncti, tãtum tenetur ad id, quod ad eum peruenit. l. 45.ff.de reg.iur.vide Reg.170.ibi.& Reg.199.

Actio legis Aquiliæ eſt pęnalis, quia extimatur quãti plurimi res ab anno retrò fuerit, & ideò non tranſit contra hæredes. §. his autem, inſtitu.de leg.Aquil.

Bona delinquentis mortui non pertinent ad fiſcum, niſi viuens fuerit condemnatus.l.fin.C. de iure fiſci.lib.10.ſed diſtingue vt ibi.per gl.

Ne filius pro patre, & ècontrà, & de limitationibus ad Reg.

Pater non tenetur pro debito filij, niſi permiſerit ei negotiari, & adminiſtrare bona ſua: tũc enim tenetur, & eius hæres, quia præſumitur interceſsiſſe mandatum tacitum ex eo, quòd patre ſciente, & patiente filius adminiſtrat. Afflic. deciſ. 221.Ioſ.Ludo deci Luc.55 & ècõtrà filius nõ tenetur pro debito patris, neq; pro ciuili munere, ad quod pater tenetur. Guid Pap.q.57.

Pater an teneatur pro cõtractibus filij, ſi paſſus fuerit eum negotiari, vide Maran in ſuo Spe. par.4.diſt.9.iudicio.nu.119.vbi ſcripſit ꝓ parte affirmatiua, ſed qñ ipſe pr̃ teneat ex cõtractu filij, vide eundẽ Maran ibi. diſt. 22.nu.20.

Filius an ſoluere teneatur, vel fideiubere pro patre incarcerato, vide Boer.deciſ.126.nu.6.& 7 vbi ſcribit pro affirmatiua.

Filius nõ cogit̃ ſe obligare pro patre, ſicut nec ècontrà, niſi in cauſa redemptionis à carcere captiuitatis, quo caſu filius recuſans priuat̃ hæreditate paterna.Boer.deciſ.221 hoc caſu pater tenetur ſoluere tertio filium ſuum redimenti.Boer.deci.125.nu.14.

Pr̃is obligatio ꝓ filio, in quo differat à fideiuſsione, & pater pro filio obligatus, an poſsit cõueniri non diſcuſſo filio, vide Boer.deciſ.221. & an confeſsio filij noceat patri, vide ibi.nu.17.

Licèt filius poſsit cõparere in iudicio ꝓ patre, tñ cõfeſsio ipſius, & ſentẽtia ſubſecuta nõ nocent patri, niſi ex ea pr̃ reportaret cõmodũ. Fran.Marc.q 265. idem in alienatione.ibid.

Pater cõdemnationem filij (etiam de legitima) ſoluere non tenetur. Marc.q.199 par.2.

De iure Ciuili pr̃ nõ tenet̃ ꝓ filio, & ècõtrà, ſed quare, vide per Iaſ.de actio.in §. actiones autẽ, nu.4.tamen de iure Prætorio in multis caſibus pater tenetur pro filio, de quibus vide ibid.& infra tit.quod cum eo.

Poterit

Poterit etiam pater obligari ex forma ſtatuti. p filio, & ex eius obligatione, vel delicto. Iaſ. de actio. in §. actiones autem, num. 4. vide tamen Hippol. ſing. 224. ſed tunc pater non tenetur, ſi fuerit filius condemnatus ex contumacia. Marc. de Mant ſing. 278.

Quando pater tenetur pro filio ex forma ſtatuti, non tenetur ad pœnam Dec. conſi. 268. & tale ſtatutum eſt odioſum, ideò debet ſtrictè intelligi. Dec. conſi. 491. 2 vol.

Valet ſtatutum, quòd filius teneatur pro debito patris etiam, ſi non ſit hæres. Pet. de Raue. ſing 652. & ècõtrà, quod pater teneatur pro delicto filij, ſed tunc non tenebitur pro delicto ipſius filij pupilli. Hippol: ſing 362.

An filius teneatur pro contractu patris, quando ex mutuo accepto per patrem, ipſe filius fuit alimentatus, vide Iaſon. de actio. in §. actiones autem, nu. 43.

Pater pauper ſi pecuniam mutuo acceperit, & illã in alimenta filiorum erogauerit, filij poſtea diuites effecti, illam mutuanti reddere tenentur Ludo. Rom ſing. 213 quid hoc caſu, quando filij abſtinuiſſent ab hæreditate patris, vide Fran. Cremen ſing 37.

Exequutio pro debito, vel delicto patris nõ poteſt fieri in peculio profectitio filij, & ècõtrà filio condemnato, non fit exequutio in peculio aduentitio, etiam ſuper proprietate, quæ eſt tota filij. Maran. in ſuo Spec part. 6. cap. & poſt oĩa. nu. 34. & 35. tamen an pro delicto patris publicetur vſusfructus aduẽtitiorum filij, vide ibid. nu. 37.

Sententia lata contra patrem, exequutio ipſius non poterit fieri in peculio, quod aſsignauit filio, niſi eſſet lata ex cauſa peculiari. Marc. de Mant ſing. 259.

Delictũ patris nocet filio in barataria, ſicut in crimine legis Maieſtatis. Pet. de Rau. ſin. 156.

Ne vxor pro marito, & ècontrà, & de limitationibus ad Reg.

Regulariter vxor pro marito non tenetur, ſicut nec maritus pro vxore. And Gail. obſer. 90 li. 2. Fallit primò, ſi conſuetudine, vel ſtatuto aliter receptum ſit. ibi. d obſer. 90. Caſſan. in conſuet. Burg ti *des droicts* Rub. 4 §. 10 gl 2. & §. 11. gl. 3.

Secundò fallit, quando mulier adhuc tutrix filiorum primi matrimonij, nondum redditis rationibus ſuæ adminiſtrationis ad ſecunda vota conuolat, quia tunc ſecundus maritus pro vxore tenetur, & eius bona liberis primi matrimonij tacitè obligantur Gail. d. obſer. 90. nu. 2. Caſſan. in conſuet. Burg. tit. *des droicts* Rub. 4. §. 10 glo. 2. nu. 7.

Tertiò fallit, in marito, & vxore mercatoribus, puta communem negotiationẽ, aut cauponam exercentibus: tunc enim vxor quaſi iure ſocietatis, & tãquam correa debendi pro marito tenetur, nec poterit ſe iuuare beneficio Senatuſc. Velleiani. Gail. d. obſer. 90. n. 5.

Quartò fallit, ſi vxor maior 25. annis, pro marito ſoluat, cùm obligata non eſſet. ibid nu. 7.

Quintò fallit, quando vxor ſe obligat principaliter, & maritus pro ea fideiubet: nam talis obligatio valet, quia marito non eſt interdictum pro vxore intercedere. Gail. d. obſer. 90. num. 8.

Sextò, & vlt. fallit in caſu, de quo in l. ſatis notũ. C. in quib. cauſis pign tacit. contrah. quo bona dotalia per maritum fiſco cenſentur obligata, ita ſcribit Hartm. Hartm. c. 19. titu. de creditoribus lib. 2.

Quando fiſcus, vel priuatus debitores ſui debitoris exigere poſſit.

An debitor cõuentus à creditore ſui creditoris ex eo, q in adiudicatione nomẽ ipſius iuerit aſsignatum ipſi creditori, poſsit petere, vt citenĩ cæteri creditores ſui creditoris, ne ab ipſis poſtea moleſtetur, vide Tho. Minad. deciſ 9.

Sententia lata contra debitorem, mandatur executioni in bonis debitoris ſui. Guid. Pap q. 16. nu. 2 vide & q 568. imò contra debitorem debitoris, qui non eſt in inſtrumento nominatus, nõ poteſt fieri exequutio. Rebuff. in ſuis comment. tract. de littera. oblig. art. 1. gl. 9 nu. 31. verùm quando debitor nihil habet, poteſt conueniri debitoris debitor ad ſoluendum; tamen ſine expenſis. Rebuff. ibid art. 7 glo. 1. nu. 13.

Debitor cogi poteſt alteri, quàm ſuo creditori promittere; ſecùs in creditore, qui non cogitur mutare nomen ſui debitoris, & de ratione diuerſitatis, vide per Marc. de Mant. ſingul. 224.

Aduerſus debitorem debitoris regulariter nemo agit, niſi ſit ſibi delegatus, vel niſi ſe conſtituerit ſoluturum, quia perſonalis actio nõ ſequitur debitorem debitoris. l. 7. C. de nouatio. & delega.

In obligatione, ſeu actione tacita, datur actio vtilis contra debitorem debitoris; ſed cõtra debitorem debitoris, non cõpetit actio perſonalis. Bar. in l. 3. C. de hæred. actio.

Hypothecaria agi poteſt contra debitorẽ debitoris, vbi nomina ſunt obligata, etiam non

diſcuſſo

diſcuſſo principali. Guid. Pap. q. 432. num. 14. & ſing. 306.

Debitor (cuius nomẽ eſt obligatum) nõ poteſt ſoluere primo creditori; ſi ei fuerit denũciatũ ne ſolueret; ſed quomodo debeat ei denunciari; vide Bar. in l. 13. ff. de pignoribus.

Agere contra debitorem debitoris, quando poſsit creditor (qui habet nomẽ obligatum) excuſsione non facta, & quãdo nomen ipſius eſt obligatum, an teneatur actione hypothecaria ſecũdo creditori, vide Bar. in §. ſed neque. Authen. de fideiuſſo. nu. 4.

Debitor debitoris, quando primus debitor nõ eſt ſoluendo, poteſt recta via cõueniri. Vinc. de Fran. deciſ. 273. nu. 4. par. 2. ſed quãdo ipſe debitor debitoris promiſit releuare, & ſuſcepit in ſe onus ſoluendi certis creditoribus ipſius debitoris, põt ſemper de directo conueniri virtute ſuæ ꝑmiſsionis. idẽ deciſ. 273.

Nomen obligatum qui habet, agit actione vtili, & quando agitur contra debitorem debitoris, an debeat præcedere excuſsio contra principalem debitorem, vide Bart. in l. 18. ff. de pigno. actio. & in l. 13. ff. de pignori.

Debitorem exactum à creditore ſui creditoris liberari, ſcribit Menoch. de arbitr. libr. 2. caſ. 237. idem in debitore exacto à fiſco publicatis bonis creditoris, ſed quando hoc procedat, vide Menoch. ibid.

Fiſcus debitorem purè, vel in diem debitoris ſui ex cauſa principali poteſt conuenire, etiã ante diẽ. Bar. ſing. 156. & Hippol. ſing. 355.

Debitor debitoris fiſci, non poteſt conueniri à fiſco, niſi principali excuſſo. Bart. in l. 1. C. de conueniendis fiſci debito. nu. 4. lib. 10.

Fiſcus qua actione agat cõtra debitorẽ ſui debitoris, vide Bar. i l. 3. §. multa. ff. de iure fiſci.

Propter inopiam debitoris fiſci, poteſt debitor debitoris ſui ante tẽpus exigi, diſcuſſo ipſo principali debitore. l. 1. C. de cõdict. ex lege.

Tribus in caſibus fiſcus poteſt conuenire debitorẽ ſui debitoris, de qb. in l. 3. ff. de iure fiſci.

Debitor debitoris tributarij in ſubſidiũ (debiti veritate probata) cõueniendus eſt. §. omnes. Authen. de collatoribus.

Vide de materia huius tituli per Bart. in l. 4. C. quæ res pignori oblig. poſſ.

De inſtitoria, & exercitoria actione, & quando dominus pro facto familiæ teneatur.

INſtitor quis ſit, quæ requirantur ad hoc, ꝙ obliget preponẽtes, & qd deducendum in hac materia, vide Rot. Genu. deciſ. 14. & Afflict. deciſ. 208. nu. 5.

Inſtitor habet actionem contra dominũ, antequam ſoluat. Rot. Genu. deciſ. 11.

Pater, vel eius heres tenetur pro debitis per filium contractis, ſi permiſerit filio negotiari ipſo patre ſciente, & patiente, vel etiam adminiſtrando bona patris in domo, vel aliter: quia tunc præſumitur tacitum mandatũ præceſsiſſe. Afflic. deciſ. 208.

Inſtitor tenetur rationem reddere de adminiſtratis. Rot. Genu. deciſ. 24. nu. 6.

Gaſtaldio præſumendus eſt, qui domino ſciente, & patiente ſe geſsit pro gaſtaldione multo tempore. Afflic. d. deciſ. 208. nu. 10.

Heres patris tenetur ad debitum factum per filium inſtitorẽ, in patris negotijs. ibid. nu. 12.

Inſtitor dãs in ſolutum ſuo creditori, recipienti ſcienter merces domini alienas, non præiudicat ipſi domino, qui habet actionẽ contra recipientem, vel ad res, aut ad precium. Afflict. deciſio. 369.

Exceptio Macedoniani non competit ei, qui inſtitorem præpoſuit tacitè, vel expreſsè. l. 9. §. quamquam. ff. ad Macedonia.

Vide de materia huius titu. in tit. inſtitu. quod cum eo. & infra tit. ſeq.

Mercator ex facto iuuenis obligatur, & ille dicitur iuuenis mercatoris, ſiue factor, quem dominus patitur ſic facere, & ſe gerere pro tali. Rot. Genu. deciſ. 121. nu. 4.

Complementum dans eſt inſtitor, & ſocij tenẽtur inſolidum de geſtis per inſtitorem. Rot. Genu. deciſ. 166.

Expenſæ factæ per inſtitorem, debent refici per ſocios. Rot. Genu. deciſ. 170.

Præpoſitus negotiationi tenetur de negligentia, & leuiſsima culpa, & quando plures ſunt ꝑpoſiti, contrahens cum vno nihil agit. Rot. Genu. deciſ. 171.

Inſtitoris ſcriptura priuata, probat contra præponentem. Rot. Genu. deciſ. 186.

Inſtitor poteſt defendere cauſam contra principales ſuos inſtitutam, quando eſt circa concernẽtia ſuam inſtitoriam. Vera. deciſ. 94. par. 2.

Inſtitor poteſt nomine domini conueniri ad arbitrium contrahentium, qui cõtra dominum, vel inſtitorem experiri valent. Vera. ibid. vide tamen Io. Pap. lib. 6. titu. 5. arreſt. 5. vbi tenet actionem ſolùm eſſe dirigendam contra dominum.

Inſtitor, & exercitor poſſunt conueniri ex eorũ contractibus: item proponentes, & quilibet eorum inſolidum. Bar. in Authen. hoc ita. C. de duobus reis, vide & infra.

L. ſi cũ. §. item ſi ſeruus. ff. de exercito. actio. licet loquatur in exercitoria, habet etiam locũ in inſtitoria. idem Vera. d. deciſ. 94. par. 2. nu. ſi.

Inſtitor,

Inſtitor, qui non obligatur nomine proprio, nõ tenet finito officio. Gaſp. Cabal. millelo. 235.
Inſtitor an obliget dominũ, vt debeat, vel poſſit ipſe dominus conueniri, vide Maran. par. 4. diſtinct. 9. iudi. nu. 105.
Vxor gerens mercantiã, nunquid videatur gerere de voluntate viri, vide Maran. par. 4. diſt. 9. iudi. nu. 134.
Obligatus inſtitorio nomine, non poteſt conueniri proprio nomine. idẽ Maran. ibid. lib. 6. tit. de productio. inſtrumen. nu. 10. vide tamen Bar. in Auth. hoc ita. C. de duob. reis.
Factores licèt in mille litteris ſcribant ſe debitores, non ꝓpterea conueniri poterunt nomine proprio Dec. conſ. 520.
Ex contractu inſtitoris conuenitur dominus, ſicut ex contractu procuratoris, quod intellige, ſi pecuniam acceperit in eã cauſam, in qua præpoſitus erat ſecundum gl. in l. 29. ff. ſi cert. pet nam inſtitor non poteſt præiudicare domino, niſi in his, in quibus fuit inſtitutus. Rot Genu. deciſ. 12. nu. 12.
Inſtitor tenetur tantùm reſpectu contractus geſti per negotiatorẽ in officio. Abb. cõſ. 16. li. 1.
Omnia, quæ dicuntur de inſtitore vendicant ſibi locum in muliere nupta publicè mercante: ideò obligat maritum pro illa mercãtia, in qua publicè negotiatur. Caſſan. in conſue. Burg. tit. *des droicts* Rubr. 4. §. 1. glo. 11.
Inſtitor, vel præpoſitus negotiationi dominũ, vel ſocium non obligat, niſi cum eo contrahens ſciat eũ talem, & habeat animum dñm obligandi. Natt. conſi. 567. nu. 6. Bar. q 5.
Inſtitor dominum obligat, quando ſpecificè à domino fuit præpoſitus; aliàs ſecùs, nec ſufficit approbatio imperfecta; ſed requiritur perfecta. Menoch. conſi. 119. vol. 2.
Quando factum inſtitoris præiudicet domino, vide Menoch. conſi. 296. lib. 3.
Factor alicuius mercatoris mortuo mercatore, poteſt compelli ad reſtituendum libros rationum, & ſimilia, & ad indicandum debita, & credita apothecæ. Guid. Pap. ſing. 500.
Expenſæ factæ ab inſtitore præpoſito mercantiæ in honorem mercatorum (qui ſecum contrahebant) poſſunt imputari, ſi iuſta ratione fecerit. Ant. Corſet. in ſus ſingularibus litera E. ſing. expenſæ.
Inſtitor conſtitutus pro domo ædificanda, poterit ſuſcipere pecuniam mutuo pro ea ædificanda, & obligat dominum, ad illud mutuum, licèt ſecùs ſit in procuratore dato ad ædificandum. Pau. Ant. Delbe. ſing. 12.
Reuocatio adminiſtratoris apothecæ debet fieri in illo loco, in quo fuit poſitus adminiſtrator. Bar. in l. vnica. C. de ſatiſdatio. nu. 9.
Actio inſtitoria, vt domino competat, quæ requirantur, vide Fran. Marc. q. 9 ad hoc, vt ex contractu inſtitoris agere poſſit, vide eundem quæſt. 469.
Inſtitoris mandatum morte finitur; ſed quãdo, vide Bar. in l. 41. ff. ſi cert. pet. nu. 6.
Inſtitor dicitur præponi alicui vniuerſali negotiationi. Abb. conſi. 74. lib. 2.
Inſtitorem præponere quis videtur ſola patientia, vide Bar. in l. 8. ff. quod cum eo. l. fin. eod.
Præpoſitus ad contrahendum, videtur præpoſitus ad ſolutionem recipiẽdam. Bar. in l. 35. ff. de ſolutio.
Vendens porchũ factori carnificis, poteſt agere pro pretio contra carnificem, & inſtitor dicitur etiam præpoſitus in tenendis agnis, piſcibus, & ſimilib. & dominus tenetur pro contractu inſtitoris, etiam in fraudem contrahentis. Bar. conſi. 79.
Dominus ad damni emendationem quando teneatur pro familia, vide Affl. deciſ. 82.
Familiam bonã dominus tenetur eligere. Affl. d. deciſ 82. nu 4.
Publicanus tenetur ex facto miniſtrorum exigentium, ſed an liberetur, ſi delinquentem exhibeat, vide ibid.
De forma libelli ſpoliati à familia, qui vult contra dñm agere, vide per Affl. d. deciſ. 82. nu. 6.
Familia extra diſtrictum delinquẽte, dominus non tenetur. Affl. ibid.
Dominus ratum habens, tenetur de facto familiæ liberæ; licèt non mandauerit. Afflict. ibid. num. 7.
Dominus præponens aliquem, ne furta cõmittantur, tenetur de furto commiſſo. ibid. nu. 8.
Dominus tenetur de culpa operantiũ, quorum opera ipſe vtebatur. Gram. deciſ 3. nu. 9.
Dominus tenetur ex facto familiæ delinquẽtis circa officium, ſibi à domino commiſſum, & non circa alia. Auguſt Bero. q. 39. vide Bar. in l. 1. §. familiæ. ff. de publi. & vectigal. Hartm. Hartm. c. 5 tit. miſcellenea. lib. 1.
Eſſe aliquem de familia à domino alicui officio præpoſita, quomodo probetur, vide ibi. d. q. 39 Bero.
Dominus ex delicto famulorum non tenetur, niſi quãdo delinquunt in miniſterio, in quo eorum opera vtebatur. Bar. in l. 7. ff. de incendio, ruina, & naufr.
Adminiſtratoris geſta, etiam in exceſſu præſumuntur à dño approbata, Afflict. deciſ 82.
Ex facto adminiſtratoris plurium, quilibet ipſorum inſolidum cõueniri poteſt. Rot Genu. deciſ. 18. nu. 15. & deciſ. 28. ſed habent beneficium diuiſionis. vide Capic. deciſ. 180.
Adminiſtrante ſtatum mutante, an promiſſio alterius pro eo intelligatur reuocata, vide Rot. Genu. deciſ. 66.

Magiſter

Magiſter nauis tenetur reſtituere non ſolùm quę recepit impoſita in naui,ſed quomodocunque receperit.Gome.Leo.deciſ.3. in deciſio.diuerſo. Tom.2.

De his duabus actionibus vide per Ioan.Criſp. in ſuo tracta termino.actio.nu.18.poſt volumen Iaſ.de act. & Maran.in ſuo Specu.par.4. diſtinct.3.indi.

Qui domini pecunias credidit non tenetur, ſi à principio idonei debitores erant licèt poſtea efficiátur non ſoluendo.Dec. conſi.533.

Artifex accipiens pecuniam mutuo , in dubio videtur accipere occaſione ſuæ artis. Bart.in l.7.C.ad Senatuſcon. Macedo.

Quod cum eo, qui in aliena poteſtate eſt negotium geſtum eſſe dicatur, de peculio, quod iuſſu, & de in rem verſo.

PAter occupans bona iure peculij,tenetur ſatisfacere creditoribus intra annũ quatenus eſt in peculio. Crau.conſ.102.n.6. in peculio autẽ aduentitio, & caſtrenſi tenetur perpetuò.Iaſ. de acti.§.actiones autem , nu.14.

Actio de peculio dicitur ꝓprie in rem.Iaſ.ibid. in §.omnium,nu.53.

Quando pater teneatur pro obligationib.filij, nempe pro actione de peculio,in rem verſo, tributoria, vel exercitoria , vide eundem Iaſ. ibid.in §.actiones autem.

Poteſt pater teneri ex forma ſtatuti pro cõtractu, vel delicto filij Iaſ.ibid.in d.§. actiones.

De actione , quod iuſſu vide per Ioan.Criſp.in tracta.termino actio.in volumine Iaſ.de act. Itẽ de actione in rẽ verſo,& de peculio,ibid.

De iudicio agitato cum filiofam.ſine conſenſu patris,& an ſit nullũ, vide Maran.in ſuo Spe. par.4.diſtin.16.indi.nu 30. & ſeqq.

Pater quando teneatur ex contractu filij, vide eundem ibid.diſt.22. iudi.nu.20.& 22.

Exequutio pro debito , vel delicto patris,non poteſt fieri in peculio profectitio filij, & ècõtrà filio condẽnato,non ſit exequutio in peculio aduentitio etiam in proprietate , quæ eſt tota filij.Maran in ſuo Spec.par.6.cap. & poſt omnia aduertatur circa executionem, nu.34.& 35.ſed exequutio contra filiũfa.condemnatum qualiter fieri debeat, vide Iaſ de actio.§.actiones autem,nu.7.& 8.& Bart.in l. 7.C.qui bonis cedere poſſunt.

Filius non perdit peculium profectitium, licèt bona pr̃is ſint cõfiſcata. Pet.de Rau.ſin. 194.

Filiusfa. rem vendens eodem modo tenetur ſicut paterfam.& ſi de præſenti exequutio fieri nequeat,contra eum ſit cùm bona habuerit. Amanel de Clariſaquis ſing. 154.

Filiusfam. effectus ſui iuris non habet amplius peculium.Bar.in l.37. C.de inoffi.teſtam.

Scholaris exiſtens in ſtudio accipiendo pecuniam,in dubio videtur accipere cauſa ſtudij. Bar.in l.7.C.ad Senatuſcon. Maced.nu 6.

Profectitium peculium quid ſit, & qualiter intelligatur ex ſubſtantia patris proficiſci,vide per eundem Bar.in l.6. C.de bonis,quæ liberis,ibid. etiam de peculio aduentitio , & caſtrenſi, vel quaſi.

Acquiſitum per filiumfami.militantem inermi militia,efficitur quaſi caſtrenſe , & acquiſitũ à Doctore , Aduocato , vel Aſſeſſore eſt eius proprium,& peculium caſtrenſe dicitur.Bar. in l.5.C.de ſileniarijs, & Decurionibus.

Vide de peculio , & alijs ſpectantibus ad hunc titulum per Bar. in l.frater à fratre.ff.de con dict.indeb.& per alios Doct. ibid.

Faciens aliquam expenſam in ſui , vel ſuorum vtilitatem,præſumitur feciſſe de mutuata pecunia, ſecùs ſi expendat in vtilitatem extraneorũ. Bar.ĩ l.8.§.eorũ.ff.de priuilegijs cred.

Quando conſiſtat obligatio , & contractus inter patrem,& filium, vide Bar. in l.57.§.item ſi filius. ff.de fideiuſſo.

Quando pater teneatur ex contractu filij,vide ſupra tit.ne filius. pro patre , & ècõtra.

An pater teneatur habere ratum pactũ filij,appoſitum circa rem per ipſum filium quęſitã, vide Boer. deciſ.182.nu.30.

Contrahẽs cũ filiofa.poteſt ei ſoluere. ibi.n.31.

Filiusfam. obligatus vnà cum patre effectus ſui iuris,ſi non adit patris hæreditatem non tenetur, niſi inquantum facere poteſt, ſed tale priuilegium non habet locum in bonis, quæ habebat filiusfa. tẽpore obligationis. Vinc. de Fran.deciſ.70.nec iuramentum nocet.idẽ deciſ.181. num.13.

Filiusfam.etiam inter viuos non poteſt donare bona aduentitia, in quib. pater habet vſumfructum.idem de Fran. deciſ.71.

Pecuniam mutuatam cedere in ſolutionẽ oneris(ad quod mulier tenetur) nõ creditur inſtrumento id aſſerenti,niſi aliter de hoc conſtet Vincent.de Fran.deciſ.121.

Filiusfa. poteſt renunciare expreſsè priuilegio ei tributo,ſed talis renunciatio nõ venit ſub generali renunciatione. idem deciſ.181.

Filiusfa. ſui iuris effectus nouus homo reputatur, & ex iuris ſubtilitate olim ad nihilum tenebatur ; ſed hodie ex Prætoris prouiſione eatenus tenetur , quatenus facere poteſt.ibi. nu.5.l.49.ff.de re iudi.

Filiusfam. qui opponit beneficium tituli, quod cum eo, &c. non poteſt carcerari, tamen nōnulli tenuerunt, quod ſi filiusfa. ſteterit per multos annos, & non ſoluerit, quòd amittat beneficium edicti, fuit nihilominus contrarium deciſum, vt teſtatur Vincent. de Fran. deciſio. 221.

Vt caſtrenſe peculium filijfa. Aſſeſſores (etiam poſt patris obitum) vendicant ſi quid licitis lucris coadunare potuerint. l. 7. C. de Aſſeſſo. & domeſt.

Quod Aduocati q̃rũt ex aduocatione, vel eius occaſione, quaſi caſtrenſe peculiũ reputatur. l. 4. 8. C. de Aduoca. diuerſo. iudi.

Si filius ſoluerit debitum paternum viuente patre non repetit, ſi cōſtat, quòd animo donandi ſoluerit; aliàs ſecùs. l. 12. C. de nego. geſt.

Minor etiam filiusfam. aduerſus obligationem reſtituitur (etiam ſi iuſſu patris contraxerit) præterquam in mutuo, & hoc verum, quãdo tractatur de ipſius filij vtilitate, quia beneficium filij minoris ad patrem nō porrigitur. l. 3. §. ſed vtrum. ff. de mino. 25. ann.

Pater vt ſucceſſor filij, & ipſe filius minor in peculio caſtrẽſi reſtituitur. d. l. 3. §. Pomponius.

Petitio hæreditatis, quæ datur contra patrem non habet naturã actionis de peculio, quare non finitur anno ſicut ipſa actio de peculio, niſi quatenus datur ad pſonales præſtationes. l. 39. de pet. hæred.

Formam; & modum agendi in actione de peculio, vide per gl. in l. 16. is qui. ff. de peti. hær.

Peculium ſi non ſit ademptum ſequitur manumiſſum inter viuos, ſecus in vltima voluntate. l. vnica. C. de pecul. eius.

Filio exiſtenti in ſtudio de æquitate ſubuenitur, & agere poteſt licèt patri actio competat. l. 17. ff. ſi cert. pet.

Ex contractu filijfam. durante patria poteſtate poteſt conueniri tam filius inſolidum, quàm pater de peculio. l. 1. §. filiusfa. ff. depoſiti.

Si pater agat ex contractu filij, poteſt illi opponi exceptio facti eiuſdem filij. l. 14. ff. exceptio.

Quod pater pro filio ſtipulatur, in profectitio peculio in dubio ei concedere videtur. l. fin. ff. de pecul. lega.

Filiusfami. ex omnibus contractibus, & cauſis obligatur tanquam paterfamilias, & ob id agi cum eo poteſt. l. 38. ff. de actio. & obliga. fallit in mutuo. glo. ibid.

Pater videtur conſentire nominationi filij ad munus, ſi præſens fuit, & nō contradixit electioni: ideò pro filio obligatur. l. 2. ff. ad municip. & de incol.

Patria poteſtas in multis conſiſtit, qua impeditur filius circa plura, de quibus vide per glo. in §. fin. inſtit. de patria. poteſta.

Quid ſit peculiũ caſtrenſe, vel quaſi, & qui poſſint habere tale peculium, habetur in glo. §. 1. inſtit per quas perſo. nob. acqui.

Ex contractu filij, vel ſerui tenetur pater, vel dominus peculio tenus de iure Prætorio. §. actiones, inſtit. de actio.

Illud quod lucratur filiusfa. Notarius, cènſetur peculium quaſi caſtrenſe, & de illo teſtari poteſt. Capel. Thol. q. 10.

Idem in ſalario partium in Aduocatis modernis, ibid. in additio.

De litterarum obligatione.

IN obligatione contracta litteris intra biennium, non eſt nata ciuilis obligatio; tamen præſumitur nata. Bart. in l. 3. C. de non nume. pecun.

An obligetur qs litteris per ſcripturam, quæ ſolam confeſſionem continet, & ex obligatione litterarum quæ actio oriatur, vide Bar. in l. 14. C. eod.

Debitor ex litterarum obligatione, an ſit naturaliter obligatus, ante biennium, vide plenè per Bar. in l. 1. ff. de condict. indeb. nu. 20.

Ex litterarum obligatione non agitur condictione ex lege; ſed actione ex litteris. Bar. in l. vnica. ff. de condict. ex leg.

Promittens ſub ſpe futuræ numerationis, ſi creditor vult numerare, tenetur recipere, ſi creditoris intereſt, & creditor dare, ſi debitoris intereſt. Bar. in l. 63. ff. de fideiuſſo. & mandat. vide tamen. l. 30. ff. ſi cert. pet.

Obligatio, qua creditor tenetur numerare, promittenti ſpe futuræ numerationis, vnde naſcatur, vide Bar. ibid.

Vide de materia huius titu. per Bar. in §. vnico. inſtit. de litter. oblig. & ibid. glo. & ſupra lib. 1. tit. de non num. pecu.

Libellus quomodo debeat concipi in obligatione litterarum, vide Bar. ibi. nu. 8.

In chyrographo poſt biẽnium fit naturalis obligatio, propter conſenſum. arg. l. 3. C. de poſtula. licèt per ipſum chyrographum nō probetur mutuum, niſi poſt biennium. l. 5. C. ſi cert. petat.

Subſcribens ſe chyrographo, quod non legit putans continere id, quod mandauit, vel qđ ſibi perſuaſum extitit, cùm aliud contineat, ſibi non præiudicat, nec ſe obligat. l. fin. C. plus valere quod agitur.

Creditor, qui ſtipulatus fuit aliquid ſibi dari, ſub ſpe futuræ numerationis, quæ poſtea non fuit ſequuta, agendo repellitur exceptione doli. l. 2. §. circa. ff. de dol. mal. exceptio.

Vu u De

De obligatione facti, & quando quis præcisè compellatur ad factum.

IVramentum appoſitum promiſſioni de ſoluẽdo, debet impleri in forma ſpecifica, & obligat præcisè ad factum. Ozaſ. deciſ. Pedem. 92. quod procedit, vt ibid. n. 27. vide ibi. deciſ. 111. nu. 12. Io. Pap. lib. 10. tit. 1. glo. in l. 5. ff. de condictio. cau. dat. & eius virtute quis cogitur ad faciendum. Affict. deciſio. 162. Guid. & Pap. quæſt. 627.

Quod ampliatur procedere licèt iuramentum, vel factum contineret turpitudinem ex parte creditoris. Ozaſ. d. deciſ. 92. nu. 19.

Promittens factum cum iuramẽto, & ſub pęna, ſi fecerit qđ potuit, & tñ factũ non potuerit implere, excuſatur à pęna. Afflic. deciſ. 295.

Ex obligatione iurata cogitur quis præcisè ad factũ, nec liberatur pſtando intereſſe. Crau. conſil. 12. ſunt qui tenent contrarium, vt ibi refert Craue. tamen admiſſa prima opinione debet intelligi in caſu poſsibili, quando factum præſtari poteſt; ſecùs vbi non poteſt, tunc enim ſufficit ſoluere intereſſe. Crau. ibi. vide Iaſ. de actio. in §. item ſi quis, nu. 12. & in §. omnium, num. 47 Rol. conſi. 6. vol. 1. nu. 32. Math. Matheſ. ſing. 54. Io. Ant. Trigo. ſing. 18.

Promittens factum alienum excuſatur, ſi fecerit quicquid potuerit, vt illud faceret. Crau. cõſi. 272. nu. 12. vide Maran. in ſuo Specu. diſputa. 6. ſed ſi interuenerit iurm promittens factum alienum obligatur. Maran ibid. num. 13. Iaſ. de actio. in §. item ſi quis, num. 14. vide Ant. Corſet. in ſuis ſingularibus litera P. ſing. promiſsio facti.

Difficultas excuſat à pœna, à mora, à periurio, & ab intereſſe in obligationib. facti. Maran. in ſuo Spec. diſputa. 7. nu. 10.

Promiſsio facti alieni quãdo valeat, vide Rot. Genu. deciſ. 152.

Condemnatus per ſententiam ad factum, tenet̃ præcisè ad illud, nec liberatur ſi vellet præſtare intereſſe. Ozaſ. d. deciſ. 92. nu. 25. Iaſ. de actio. in §. omnium, nu 48. Ant. Trig. ſing. 101.

Induſtria perſonæ vbi eſt electa, quis non liberatur ſoluendo intereſſe. Ozaſ. ibid. num. 32. aliàs regulariter obligatus ad factum, non faciẽs, tenetur ad intereſſe. Rot. Genu. deci. 21.

Obligatio facti eſt indiuidua: ideò in totũ debet adimpleri. Rot. Genu. deciſ. 156. num. 12.

Promittens tenetur ad cõſignandam rem promiſſam, quando habet facultatem rei tradendæ. Ioſ. Ludo. deciſ. Peruſ. 88. par. 2.

Ad factum præcisè quis cogitur, nec liberatur præſtando intereſſe in iudicialibus promiſſionibus faciendi, ſeu quando factum in iudicio promittitur. Iaff. Lanfr. Balb. deciſ. 373.

Obligatus ad factũ ex diſpoſitione legis, illud præcisè implere tenetur. Dec. conſi. 274. nu. 4. Bar. in l. 10. nu. 15. ff. de nego. geſt. & in l. 14. §. ſed & ſi. ff. de eo, quod metus cau.

Obligatio ad intereſſe ſuccedit in promiſsionibus facti: fallit, quando obligatio inducta partium cõuentione ſuccedit in locum obligationis legalis, quia tunc pręcisè ad factũ ageretur. Marc. de Mant. ſing. 188. & in alijs caſibus, de quibus ibid.

In obligatione dandi res præcisè dari debet, niſi ſit perempta, quo caſu promiſſor tenebitur poſt morã ad æſtimationem. vide Marc. de Mant. ſing. 89.

Stipulatione rem dari non committitur ſtipulatio ad intereſſe; ſed quis tenetur præcisè ad dandum: ſed ſtipulatione rem tradi, venit intereſſe à tempore moræ. Barto. in l. 38. §. ſi actionem ff. de vſuris, vide eundem Bart. in l. 72 nu. 36. ff. de verb. oblig.

Tenetur quandoque quis præcisè ad factum. l. 35. §. Prætor. ff. de procurato. & ibid. glo.

Condemnatus ad ſoluendum cogitur præcisè ſoluere, nec euitat coactionem, ſi paratus eſt dare expromiſſorem de ſoluendo. l. 4. §. ait Prætor. ff. de re iudic.

Quando quis promiſit alium ratum habiturũ, faciens etiam caſum proprium, ipſe etiam tenetur. Rot. Genu. deciſ. 35. nu. 7.

Si maritus promiſerit facere renunciare vxorẽ hæreditati paternę, ſi adhibita omni diligentia, mulier noluerit renuntiare, quid iuris, vide Gram. deciſ. 101. nu. 82.

Si quis promiſerit procurare quãtum in ſe erit, vt aliquis ratificaret, & approbaret promiſſionem ſuam, ſi deceſſerit nulla facta diligentia, & requiſitione pro obtinenda ratihabitione, eius hæres tenetur ad intereſſe. Craue. conſi. 64.

Qui tenetur ad faciendum, poteſt ad ipſum factum præſtandum condemnari daro, quòd poſt ſentẽtia liberari poſsit ſoluendo intereſſe. Boer. deciſ. 182. nu. 29.

Non adimplens factum, ad quod eſt obligatus, tenetur ad pecuniam. deciſ. Genu. 204.

Obligatus ad factum non tenetur ad intereſſe, niſi finito tempore. Crau. conſi. 233.

Regulariter in obligatione facti ſuccedit obligatio ad intereſſe poſt moram. Crauet. conſi. 1. pro genero, num. 280. vide Marc. de Mant. ſing. 90. niſi fuerit adiecta pœna, quæ ſuccedit in locum eius, quod intereſt. vide tamen Craue. ibid. d. nu. 280.

Obligatio

Obligatio ad intereſſe quare in obligationibus dandi non ſuecedar, vide Iaſ. de actio. in §. omnium, nu 46. ſed vide nu. 50.

Procuraror non cogitur præciſè ad factum; ſed tantùm renetur ad intereſſe. Bar. in l. 8. §. mandati. ff. manda.

In obligationibus dandi ex cõtractibus innominatis, non cogitur quis præciſè, imò liberatur præſtãdo intereſſe. Bar. in l. 5. §. & ſi quidem. ff. de præſcrip. verb. aliâs qui tenetur ad dãdum dare præciſè compellitur, quia dare eſt dominiũ trãsferre. l. 75. §. ſi. ff. de verb. obli.

Pœna in ſtipularionib. facti vno ex hæredib. cõtrafaciẽte cõmittitur inſolidũ, & intereſſe an ſit in obligarione facti, aut ipſum factũ, vide per Bar. in l. 2. §. irẽ & ſi. ff. de verb. oblig. nu. 7.

Quando obligario ſuccedat ad intereſſe, vide Bar. in l. 72. nu. 36. ff. de verb. oblig.

In obligationibus faciendi, quãdo deſijt poſſe fieri, petitur intereſſe. l. 6. ff. de vſu, & vſufru. & habit. legat.

Actio ad factum, & etiam ad intereſſe poſſunt ſimul agitari, & intẽtari in eodem libello. l. 2. §. item ſi facto, & ibid. glo. ff. de verbo. oblig.

Hæc vox, factum, accipitur dupliciter, nempe per prius, & poſterius, vide Raud. tracta. de analog. lib. 1. cap. 6. nu. 20.

Quando quis tenetur ad factum, probare tenẽ illud præſtitiſſe. Natt. conſi. 226. Tom. 1.

Quando quis ꝑmittit ſe aliquid facturum ſub modo, vel conditione nunquam in mora cõſtituitur, donec certificetur, & liquidetur. Menoch. conſi. 132. lib. 2.

Factum cohærens perſonæ, quando eſt in obligatione ille præfertur, cui eſt promiſſum prius. Bar. ſing. 121.

Qui locauit operas ſuas, vt certũ opus faceret, tenẽ de operis vitio, ſiue vna penſio, ſiue in ſingulos dies præſtita fuerit; ſecùs ſi operas ſuas ſingulis diebus locaſſet. Bar. ſing. 122.

Opus facere promittens, per alium explicare poteſt, ſi neceſſe fuerit, vt ſi cogatur abeſſe ob delictum. Ludo. Rom. ſing. 75.

Obligationi operarũ poteſt accedere fideiuſſor, & in illis actiuè, & paſsiuè poſſunt duo rei conſtitui. Pet. de Raue. ſing. 127.

Obligatio operis faciendi eſt indiuidua: ideò pecunia pro opere, & facto faciẽdo tota debetur ante incoationem operis, quando quis promiſit facere abſque temporis præfixione. vide Auguſt. Bero. q. 88.

Stipulatio plurium operarum diuiditur, numero. l. 54. §. operarum. ff. de verb. oblig.

Quanto tempore opus poſsit ædificari Iudicis arbitrio committitur, & ſi non incoarur ad pretiũ intereſſe ſtipulatio committĩ: item poſt morã ædificando poteſt ipſam moram purgare. l. 137. §. item qui. ff. de verb. oblig.

Promittens facere opus, põt illud ꝑ aliũ explicare, ſi ſubſit vrgens cauſa. l. 8. ff. de pollicita.

Seruire per ſubſtitutum quando quis poſsit, & quando poteſt, debet ſeruire per homines eiuſdem conditionis, cuius eſt ipſe. Bart. in l. 1. C. de præpoſitis agen. in reb. lib. 12.

De rõne, cur quando in obligatione eſt datio nõ ſufficiat, ꝙ vnus ex hęredib. det pro parte ſua ad euitãdam pœnam; ſecùs qñ in obligatione adeſt factum, vide per Barto. in l. 9. §. ſi plurium. ff. ſi quis caurionibus.

Quando ex facto vnius alij teneantur inſolidũ in obligarione facti indiuidui, vel continente dationem, vide Bar. ibid.

In contractibus extraiudicialibus quis non cogitur pręciſè ad factum, quod procedit, quãdo allegat iuſtam cauſam. Bar. in l. 8. §. procuratorem. ff. de procurato.

Condemnatus ad ſpeciẽ dandã in actione perſonali nõ liberatur, niſi faciat rem accipientis, ita quòd auocari non poſsit; ſecùs ſi ad tradendam. Bar. in l. 40. §. ſed. ff. eod. nu. 6.

Venditor tenetur pręciſè ad tradendum, ſi poteſt, & ad transferẽdũ dñium, ſi eſt dominu[s]. Bart. in l. certi condictio. nu. 22. ff. ſi cert. pet. vide eundem Barto. in l. 1. ff. de actio. emp. & vend. & in l. 72. nu. 36. ff. de verb. oblig.

Emptor an pręciſè compellatur ad ſoluendum pretiũ, vide Bar. in d. l. 1. ff. de act. emp. nu. 15.

Stipulatio rem tradi, & quęlibet ſtipulatio facti, dr̃ continere incertum. Bar. ibid. num. 15.

Factum promiſſum, qñ certum eſt intra tp̃s ſtatutum fieri non poſſe, licèt ſit actio nata, tñ exactio impeditur. Bar. in l. 19. ff. ſi cert. pet.

Promittere altori quãdo quis cogatur, & quando poſsim cogere debitorem meum, vt mihi faciat inſtrumentum, vide Bar. in l. 2. nu. 13. & 15. ff. ſolut. matrimo.

Promittens facere aliquid alteri, tenetur facere ſuo victu. Bar. in l. 18. ff. de bonis liberto.

Qui tenetur ſimpliciter ad factum, ſufficit factum facere, licèt qualitatem omittat. Bart. quęſt. 8. num. 10.

Stipulationes faciendi de hæredib. in hæredes tranſeunt. l. 13. C. de contrah. & cõmit. ſtipul.

Stipulatio faciendi collata in tempus mortis promiſſoris non redditur inutilis; ſed tranſmittitur in hæredes. l. fin. C. eo.

Stipulatio facti committitur cùm tranſierit tãtum tempus, quo factum poſsit explicari, & per caſum repentinum reintegratur dilatio. l. 14. ff. de verb. oblig.

Stipulatio facti, quæ perſonam promiſſoris concernit, ad hæredes non tranſmittitur. l. 46. §. ſed autem, eod.

Promiſsio traditionis vacuæ poſſeſsionis, non

continet nudum factum; ſed cauſam bonorum.l.52.§.fin.eod.

Obligatio fieri, vel non fieri eſt incerta.l.75.§.qui id,quod.ff.de verb.oblig.

Obligatio faciendi, vel non faciendi eſt penitus indiuidua.l.85.ff.de verb.oblig.

Stipulatio facti habentis factum ſucceſsiuum committit ad particulare intereſſe, ſtatim quando quis fuit in mora incoandi, licèt nõ tranſierit totum tempus, quo potuit perfici.l.98.§.fin.eod.vide tamen.l.124.ibid.

Non dicitur quis non feciſſe, quouſque finitum ſit tempus, intra quod facere poteſt.l.99.§.fin.ff.eod.

Promiſſor in ſtipulatione, quæ cõtinet factum, ad duo tenetur.gl.in l.21.ff. de ſolut.& liber.

De obligationibus, quæ ex quaſi contractu naſcuntur.

EX aditione hæreditatis hæres videtur quaſi contrahere cum legatarijs, & creditorib. Boer.conſi.53. Bart.in l.3.§.ſi pupillus. ff. quib.ex cau. in poſ. eat.

In litis conteſtatione quaſi contrahitur. Bart. in l.vnica. C.de lit.conteſtat. l.3.§. idem ſcribit. ff. de peculio.

In iudicio quaſi cõtrahitur,ſed an is talis quaſi contractus naſcatur ex ſnia, vel litis conteſtatione, vide Bar.in l.3.§. idẽ ff.de peculio.

Quòd in iudicijs contrahatur,tam in litis conteſtatione, quàm in ſententia, ſcribit idem Bart.in l.2.§.ſed ſi vnus.ff.de prẹto.ſtipula.

Quia in iudicio quaſi contrahitur ex illo datur actio,primæ actionis origine non inſpecta.l.3.§.idem ſcribit. ff. de peculio.

Per iuſiurandũ quaſi contrahitur,ſicut per ſententiam.l.5.§.ſi filiusfa.ff.de peculio.

Etiam pupillus adeundo hæreditatem, vel ſe immiſcendo videtur quaſi contrahere cum legatarijs,& creditoribus hæreditarijs.l.3.§.ſi. & l.4.ff.ex quib.cau.in poſſeſsio.eat.& §.2.inſtitu.de aucto.tuto.

Actio nego.geſto.tutelæ,indebiti ſoluti per errorem, naſcitur ex quaſi contractu.l.4.§.ſi quis.ff.de actio. & obliga.

De condictione indebiti, & cæteris condictionib. & repetitionib.

COndictio furtiua contra eũ competit,q̃ ſciens rẽ alienã pignori accepit. Ozaſ.deciſ.40.

Condictio furtiua ſoli domino competit. Ozaſ.deciſ.40.nu.8.

Condictio furtiua oritur ex delicto.l.10.§.quoties, ff.de compenſa.

Falſus creditor recipiendo ſciẽter indebitum furtũ facit, & condictione furtiua tenet̃.l.18.ff. de condi. furti.

Colonus non poteſt agere cõdictione furtiua, ſed debet agere contra dominum, vt agat.l.61.§.meſſem,ff.locati.

Nemo condicit rem ſuam præterquam à fure: q̃a omnis condictio degeneratur contra furem.l.fin.ff.vſufr.quemad.caue.

Dominus rei nõ poteſt agere ad dandum rem ſuam, niſi contra furem,& malę fidei poſſeſſorem, & actiones reales competunt ad vendicandum,perſonales verò ad dandum,quæ abuſiuè dicuntur condictiones à condicendo. §. ſic itaq; diſcretis,inſtitu.de actio.

Cõdictio incerti competit ei, qui ius aliquod habet in re. Ozaſ.deciſ.40.nu.6.

Condictio indebiti competit condemnato in iudicio ſummario. Rot.Genu.deciſ.62.

Repetens indebitè ſolutum aſtringitur onere probandi indebitum: cùm nemo præſumatur indebiti ſolutionẽ feciſſe, vnde licèt ab initio quis non præſumatur obligatus, & aſſerenti debitum incumbat onus probãdi,tamen poſt factam ſolutionem pro debito prę ſumitur.Rot.Genu.deciſ.3.nu.2.deciſ.5.nu.5.& deciſ.103.fallit,quando quis coactè ſoluit mandato Iudicis.ead.Rot.d deciſ.3.nu.10.& in ruſtico cõquerente ſe ſoluiſſe in debitum. Menoch.de arbitr. lib.2.caſ.194.nu.41.

Cõquęrens ſe indebitè ſoluiſſe hoc ꝓbare debet,niſi aduerſarius neget ſolutionem ſibi factam: nam ſi de hoc cõuincitur in eũ transfertur onus probandi debitam pecuniam ſe recepiſſe.c.ſi. ex. de ſolutio.

Indebitum qui ſoluit, quid debeat probare, vide Bar.in.l.25.ff.de probat.

Quib.in caſib.ſolutũ repeti poſsit, vt indebitũ nõ obſtante mãdato Iudicis, vide Rot.Gen.deciſ.3.nu.10. & Cabal.milleloq 637.

Cõdictio indebiti datur quatenus locupletior factus eſt recipiens.Cabal.milleloq 385.& in dubio non præſumitur quis factus locupletior, niſi ꝓbetur. idem Cabal.milleloq 355.

Cõdictio indebiti eſt ſtricti iuris: ideò dubium eſt,an in ea veniant vſuræ, ſeu intereſſe, vide Vinc.de Fran.deciſ.319 par.2.& periculũ pecuniæ indebitè ſolutæ, cuius ſit,vide ibid.

Solutũ indebitè reuocatur condictione indebiti,vel ſine cauſa.Dec.conſ 547. & cõſi.600.

In condictione indebiti,illud eſt,an obligatione,in quo quis eſt locupletior.Bar.in l.3.§.in hac. ff commodat.

Contra eum,cuius perſuaſione indebitũ ſoluit̃, actione de dolo ſuccurrit̃.l.24 ff de dol.mal.

Fideiuſſor ſoluens indebitum, agit cõdictione indebiti.l.15.C.de fideiuſſo.& manda.

Quod poſtea apparet indebitè ſolutum, repetitur. l.27.ff.de vſu.& vſuf.legat.

Actio, quæ datur ſoluenti indebitum per ignorantiam, oritur ex quaſi contractu. l. 4. §. is quoque.ff.de actio.& oblig.

Sententia facit de non debito debitum. Rot. Genu.deciſ.3.nu.10.

Soluẽs ſine cauſa pôt repetere.ead.Rot.deci.72.

Cãbij litteræ, ſi ante pecuniarũ exactionẽ amittantur, an ſit locus repetitioni à priori nummulario, & quid, ſi ille, cui ſcribitur medio tẽpore effectus ſit non idoneus, vide Pet.de Beninten. deciſ. 58.

Aſſecuratoribus ea ratione, quòd caſus aduerſus non ſit ſecutus, repetentibus in iudicio ordinario ſummam aſſecuratam, & calore iudicij executiui exactam, reo aſſecurato incũbit onus probandi caſum aduerſum fuiſſe ſecutum. Rot.Genu.deciſ.3.

Captus pro repreſalijs conceſsis contra communitatem, vel ſpecialem perſonam, repetit ab ea quod ſoluit. Hiero. de Mont. in ſuis quæſtio q.27.nu.38.

Si hæres primò ſoluerit legatario legatum, an creditori hæreditario detur condictio indebiti contra legatarium diſtinguendum eſt, aut hæres eſt ſoluendo, & non datur, aut non eſt ſoluendo, & tunc datur. Vincent.de Fran. deciſ.246.par.2.

Hæres ſoluens virtute ſententiæ, reperto poſteà inſtrumento quitationis, & impetrata reſtitutione contra ſententiam, repetit ſolutum. Io. Pap.lib.10.tit.6.arreſt.1.

Si contractus cuius virtute emphyteuta ſoluit laudimium, poſt ſolutionem declaretur nullus, datur repetitio pecuniæ ſolutæ pro laudimio; ſed quando, vide Io.Pap.ibid.arreſt.fin. ideò laudimium ſolutum ex emptione poſt ſolutionem reſoluta, repetitur. idem Papon. lib.13.tit.2.arreſt.29.

Agentes, & ſoluentes pro alijs repetunt ſolutũ indebitè, vt quando quis putat ſe hæredem, & vti hæres ſoluit onera hæreditaria, ſi poſtea apparuerit eum non eſſe hæredem, ei competit repetitio. Dec.conſi.348.

Officiũ Iudicis datẽ cõtra medicũ aliquid dolo malo ab ægroto extorquentẽ. Bart. ſing. 56.

Datũ in ſponſalibus ob matrimoniũ, pôt repeti mrĩmonio nõ ſecuto. Barth.de Capu.ſing.44.

Habens duo quitationis inſtrumenta eiuſdem ſummæ, in dubio præſumĩt bis ſoluiſſe: ideò datur repetitio ſoluti, ratione vltimæ ſummæ ſolutæ. Ludo.Roma ſing.553.

Quando cauſa reducitur ad non cauſam, competit repetitio ſoluti per condictionem ſine cauſa. Guid.Pap.ſing.625.

Habens exceptionem non numeratæ pecuniæ ſoluens, repetit. Guliel de Lud.ſing.156.

Pecunia data ob tranſactionem, quando ab ea de voluntate partium receditur, repetitur cõdictione ſine cauſa, vel ob cauſam. Bart. in l. 14. C.de tranſactio.

Cõdicere poſſum rẽ meã, q̃ eſt penes te ſine cauſa. Bar.ĩ l.31.ff.de act.emp.& l.32.ff.ſi cer. pet.

Qui promiſit ſoluere vſuras cogitur ſoluere, ſi iurauerit, ſed poſtea repetit, quo caſu non datur exceptio; ſed bene actio.cap.5. ex. de iureiuran.& cap.7.eod.

Qui iurauit vſuras non repetere, poteſt non obſtante iuramento illas repetere ex noua cauſa.cap.20.ex.eod.

Exceptione doli tutus ſoluens, quando repetat, vide Bart.in l.17.ff de condict.cau.dat.

Soluens debitum alienum, quando repetat, vide Bar.in l.6.§.item quærit.nu.10.ff.de neg. geſt.

Ius datur ad repetẽdum illud, quod eſt datum, vel ad eius æſtimationẽ, vide Bar.in l.8.ff.eo.

Dos putatiua repetitur condictione ſine cauſa. Bar.in l.23.§.ſi mulier.ff.ſolu.matr. vide Abb. conſi.48.lib.1.l.9.10.18.ff.de iure dot.

Si hæres ſoluerit legatum ignorans, an ſit locus falcidiæ, & poſtea reperiatur eſſe locum, repetit à legatario quartã falcidiam.l.1.§. ſi legatarius.ff.ad leg.Falc.

Legata ſoluta errore facti, poſtea repetuntur, quotieſcunque eſſet locus falcidiæ. l. 1.§. hæc ſtipulatio. ff.ſi cui plus quàm per leg. Falcid.

Hæres, qui totum fideicommiſſum fideicõmiſſario reſtituit per errorem, repetit trebellianicam.l.hæres.ff.ad Trebellia.

Vſuræ indebitè ſolutæ prius ſorte ſoluta, cùm in ſortem cedere non poſsint, vt indebitæ condicuntur.l.18.C.de vſuris.

Negotiorum geſtor tenetur domino reſtituere quod eius nomine exegit, etiam indebitum, ſed ſi indebitum ſoluerit à domino non repetit.l.24.ff.de neg. geſt.

Si pretium rei communis cum ſocio putatiuo diuiſerim, à vero ſocio ille putatiuus conuenitur; non ego agam.l.63.ff.pro ſocio.

Ab eo, qui ex re mea factus eſt locupletior poſſum condicere, & ipſe à me quod expendit, repetit.l.25.§.ſeruum.ff.de actio.empt.

Qui rem ſibi legatam emit, debet habere rem, & pretium non ſoluere, quod ſi ſoluerit poteſt repetere.l.86.§.qui ſeruum de leg 1.

Lex duodecim tabularum diuidit obligationẽ inter hæredes ipſo iure: ideò quatenus alter ipſorũ vltra portionẽ hæditariã ſoluerit quocũque errore, repetit.l.50.§.quod ſi duo.ff.de fideiuſſo.& mand.& l.25.ff de ſolut.& liberat.

Si ſolutum adiecto ex poſt facto appareat indebitum, repetitur à creditore. l.34.ff.de ſolut. & liber.& l.59.eod.

Reſti-

Reſtituens dotem profectitiam patri ſine voluntate filiæ, non liberatur ab ipſa filia: ideò poteſt repetere. l. 59. §. ſi gener. ff. eod.

In re obſcura melius eſt fauere repetitioni, q̃ aduentitio lucro. l. 42. ff. de reg. iur.

Debitor abſolutus à iuramento, poteſt opponere promiſsionem fuiſſe factam ob turpem cauſam. Capic. deciſ. 95.

Ciuitas inuadens aliena caſtra, turpiter accipit pecuniam pro eorum reſtitutione. ibid. nu. 4.

Repeti poteſt datum alicui, vt faceret id, quod gratis facere tenebatur: ideò tutor tenetur reſtituere pecuniam, quam accepit, vt conſentiret pupillam matrimonio coniungi alicui. Natt. conſi. 76. Tom. 1. vide tā conſi. 77. nam turpiter accipit pecuniā, qui facit pro pecunia, qđ gratis facere tenet̄. Capi. dec. 95. nu. 2.

Licèt vbi vertitur turpitudo ex parte vtriuſque, ſi translatum ſit dominium rei traditæ nullo modo illa poſsit repeti; tamē ſecùs eſt, ſi trāſlatū nō eſt dñium. vide Pet. de Rau. ſing. 728.

Quod datur Iudici cauſa eum corrumpendi nō repetitur; ſed datum, vt iuſtè iudicaret, benè repetitur, nec ob id cauſa amittitur. cap. non ſanè 14. q. 5. & ibid. gloſ.

Si turpitudo verſatur ex parte dantis, ei non cōpetit repetitio, ſed ſolùm illi, in cuius periculum datum eſt. l. 3. §. fin. ff. de calumnia.

Actio, de qua in tit. de calumnia, quantum ad ſimplum concurrit cum condictione ob turpem cauſam, & vna per aliam tollitur. §. 1. l. 5. ff. de calumnia.

Quando detur repetitio dati cauſa redimendi ſe à vexatione litis, etiam ſoluti virtute laudi, vide Mag. deci. 85. Rot. Flo. Cra. cōſ. 152. n. 10.

Promiſsio facta ex certa ſcientia de eo, ad qđ qs non tenebatur, valet. Afflic. deciſ. 117. num. 4.

Quod dicitur promittens indebitum videri donare intelligitur, quando principaliter aliquid promittitur; ſecùs quando promittitur aliquid indebitè acceſſoriè: tunc enim ſi non valet principale, nec valere debet acceſſoriū. Iaſ. de actio. in §. in perſonam, nu. 41.

Indebitū ſcienter ſoluens, per condictionē ſine cauſa repetit. Amanel de Clariſaq. ſing. 195.

Scienter ſoluens quod promiſit per metum nō repetit, etiam interueniente iuramento. vide Bar. in l. 2. C. de his, quę vi metus.

Soluens indebitum quādo videatur donare ad hoc, vt non detur repetitio, vide per Barto. in l. 1. ff. de donat. & in l. 50. ff. de ſolu. & liber.

Qui ſciens indebitum ſoluit, non repetit. l. 21. §. item quæſitum. ff. de inoffi. teſtame.

Indebitum ſolutum ſcienti, contra agentem ex eadem cauſa, ope exceptionis repetitur. l. 50. ff. de ſolutio. & libera.

Cuius per errorem dati repetitio eſt, eius conſultò dati donatio eſt. l. 54. de reg. iuris.

Quādo ſolutum indebitè repetatur, vide gl. ibi.

Non ceſſat hodie cōdictio ob cauſam, licèt interponatur ſtipulatio, Bart. tamen tenet contrarium. vide Gaſp. Cabal. milleloq. 346.

Condictio ſine cauſa competit etiam ad recuperandam poſſeſsionem. Crauet. conſi. 299. & aliàs qñ condictio cōpetat domino ad recuperandam poſſeſsionem, vide Bart. in l. 30. §. ſeruum. ff. ſi cert. pet.

In contractu nominato merè, & ſimpliciter nō habet locum condictio ob cauſam ex capite pęnitentiæ, nec ex capite cauſæ non ſequutę. Natt. conſi. 171. Tom. 1. vide Bart. ſing. 166. tamen quoties id, quod erat implendum fuit cauſa finalis contractus, receditur à cōtractu (etiam nominato) ob defectum dictæ cauſæ finalis non impletæ. Rol. conſi 69. vol. 4. num. 40. Pet. de Raue. ſing. 117. qui tradit exemplū in ceſsione, vide Bar. in l. 1. ff. de dona. nu. 6. & eſt locus repetitioni per condictionem ob cauſam, oppoſita exceptione doli. Menoch. conſi. 184. lib. 2. nu. 12.

Licèt regulariter in cōtractibus nominatis nō ſit locus condictioni ob cauſam; tamen hoc non procedit, quando non ſeruatur pactum, quod principaliter dedit cauſam contractui. Pet. de Raue. ſing. 485.

Condictio ob cauſam cui cōpetat, & de natura illius, vide per Bar. in l. 28. C. de tranſac. nu. 4.

Condictio ob cauſam, an competat actori contra reum, vt ſe reponat in priſtinam obligationem, vide Bar. ibi. nu. 14. & in l. 33. eod.

Datum ob cauſam impoſsibilem, quando repetatur, vide Bar. in l. 8. C. de condict. ob cau.

Condictio ob cauſam, an in contractu facio vt des, oriatur, vide Bart. in l. 5. §. quod ſi faciā. ff. de pręſcrip. verb.

Qui impleuit permutationem poteſt agere cōtra non implentem, præſcriptis verbis, vt impleat, vel per condictionē ob cauſam, vt data reſtituat. l. 4. & 5. C. de rerum. permut.

In contractibus nominatis habet locum condictio ob cauſam, ſi ex diſpoſitione legis contractus non impleatur. l. 52. ff. de actio. empt.

In permutatione (re ab altera parte non tradita) eſt locus condictioni ob cauſam. l. 1. ff. de rerum permuta. §. & ſi quidem & l. 5. ff. de præſcrip. verb.

Vbi ceſſat intereſſe fieri quod conuenit, recurrimus ad condictionem ob cauſam. l. 7. ff. de præſcrip. verb.

Procurator non videtur habere mandatum ad recipiendum indebitum, & in caſu, in quo illud receperit, ipſe obligatur; & non dominus. Dec. conſi. 98. & ſolutum falſo procuratori repetitur. Bar. in l. 24. nu. 6. C. de procur.

Si ſoluitur indebitum falſo procuratori, ſtatim poteſt agi ex ſtipulatione de rato, vt vel reſtituat, vel faciat dominum ratificare, vt ab eo repeti poſsit. l. 16. & 22. ff. rem rat. habe.

Naturaliter obligatus, ſi ſoluerit repetit, qd intellige, ſi ſoluerit per errorem facti probabilis; quoniam aliàs non repeteret. Marc. de Mant. ſing. 431. vide Barto. in l. cùm quis ius ignorans. C. de fact. & iur. igno.

Lex etiã, de compenſa. habet locum quando repetitur indebitè naturaliter debitum. Bart. in l. 2. C. ſi aduerſus ſolutio.

Indebitum eſt triplex; nempe iure Ciuili tantùm, Naturali tãtùm, & Ciuili, & Naturali, ſed quando detur repetitio, & quando denegetur, vide gl. in c. fin. ex. de ſolutio.

Debitum naturale tantùm ſolutum errore iuris, & non facti, non repetitur. l. 1. §. id quod natura. ff. ad leg. Fal. vide l. 10. C. de iur. & fac. igno. & l. 85. ff. de ſolutio. & libera.

Naturalis obligatio, qua quis tenetur ad antidora, impedit indebiti ſoluti repetitionem. l. 50. §. ex duobus. ff. de fideiuſſo. & mandato.

Datum ob cauſam, quæ non culpa accipientis, ſed caſu fortuito eſt ſecuta, non poteſt repeti, traduntur exempla per Ozaſ. deciſ. 98.

Soluẽs partẽ debiti indebiti, non tenetur ad reliquũ. Mag. dec. 143. Rot. Flo. vide Nat. cõſ. 77.

Tutus præſcriptione ſoluens non repetit. Rot. Aueuio. deciſ. 44 in deciſio. diuerſo. Tom. 3. tamen quòd repetat, ſcribit Aman. de Clariſaquis ſing. 192. & habetur in l. ſi. §. fin. & ibi. glo. ff. rem rat. haber.

Hæres ſoluens fideicommiſſum relictum in teſtamento non ſolenni, non repetit. Franc. Mant. de coniect. vltima. volunt. lib. 2. tit. 14. nu. 17. Clar. in ſua pract. §. teſtamentum. q. 90. & Dec. conſi. 488. nu. 17.

Nam obligatio naturalis, quæ oritur ex teſtamento nullo, impedit repetitionem, ſi res ſine vitio peruenerit ad legatarium. Guid. Pap. ſing. 519.

Quia in pari cauſa turpitudinis potior eſt conditio poſsidentis, non datur repetitio ſoluti ex cauſa ſimoniæ. Io. Pap. li. 3. tit. 12. arreſt. 2. vide Guid. Pap. q. 581.

Hæres ex teſtamento reuocato per ſecundum, in quo eſt alius hæres inſtitutus, ſi debitores hæreditarios exigat, inſtitutus in ſecundo nõ poteſt ab eo repetere, quod exegit. Barth. de Cap. ſing. 44.

Frater diuidens hæreditatẽ paternam cum alijs fratribus, ſi poſtea ad aliquem alium effectũ iuret ſe non fuiſſe filium illius, cuius hæreditatem diuiſerat, ob id alij fratres diuidentes, non poterunt illam partem hæreditatis filio putatiuo aſsignatã, repetere. Pet. Ger. ſing. 72.

In caſu duarũ cauſarũ inſpicitur illa, quæ repetitionẽ impedit. l. ſi pupillus. ff. ad leg. Falcid.

Si filius ſoluerit debitum paternum viuente patre, nõ repetit, ſi cõſtiterit, quòd animo donãdi ſoluerit; aliàs ſecùs. l. 12. C. de neg. geſt.

Vſuræ ex nudo pacto non debentur, ſolutę tamen non repetuntur. l. 1. C. de vſuris.

Agnoſcens minus ſolemnem voluntatem, & ſoluens, non repetit. l. 2. C. de fideic.

Si filiuſfa. contra Senatuſconſul. mutuatus pecuniam pertinentem ad patrem ſoluerit, patri competit repetitio, ſi pecunia extet; ſecùs ſi conſumpta; quia tunc neque ipſi, neque filio competit repetitio. l. 14. ff. ſi cert. pet.

Filiuſfa. ſoluens non obſtante quòd eſſet tutus, exceptione Macedoniani, non repetit: quia illa exceptio eſt odioſa. l. 11. §. nõ ſolùm. ff. ad Senatuſconſul. Maced.

Soluens auctoritate ſententiæ non repetit; ſecùs ſi cogatur ſoluere alia de cauſa. Rebuff. in ſuis comment. tract. de litter. obligat. ar. 3. gl. 9. nu. 2. l. 37. ff. famil. erciſc.

De certi condictione generali, ſpeciali, triticaria, ob cauſam, ob turpem cauſam, ſine cauſa, furtiua, & ex lege, vide per Ioan. Criſp. in ſuo tract. termino. actio. num. 135. poſt volumen. Iaſ. de actio.

De condictione indebiti, & quando competat, vide plenè ibi. per eundem Criſp. nu. 141.

Ad euitandum damnum, promiſsio erroneè facta debet reuocari, & in ea toleratur ignorãtia in facto proprio. Dec. conſi. 402. nu. 7.

Quando quis inducitur ad promittendum, prætextu alicuius cauſæ falſæ, promiſsio errore, & propter cauſam falſam facta, retractari poteſt, & ſi ex tali promiſsione aliquid fuerit ſolutum, datur repetitio. Dec. cõſ. 600. ſed quid, ſi interuenerit iuramẽtum, vide Dec. cõſ. 682.

Cauſæ defectus non impedit inſtrumenti executionẽ, iuramento interueniẽte. Dec. cõſ. 682.

Contra inſtrm publicum non poteſt opponi, quod ſtipulatio ſit ſine cauſa. Dec. ibid. nu. 5.

An poſsit repeti quod in Ludo amittitur, vide glo. in l. fin. ff. de aleę luſu, & aleat. gloſ. in l. ſi. de Relig. & ſump. fune. Azo. num. 22. in ſumma tit. de Relig. & ſump. fun. & inſ. tit. de Lud.

A furæ, & malę fidei poſſeſſore res condici poteſt. l. 4. §. res pignori. ff. ſi cert. pet.

Promittens plus, quàm debebat per errorem, poteſt liberationem cõdicere. l. 6. C. de iuris. & fact. igno.

Cùm amplius ſolutum eſt, quàm debebatur, cuius pars non inuenitur, quæ repeti poſsit, totum eſſe indebitum intelligitur, manente priſtina obligatione. l. 85. ff. de reg. iur.

Si ſoluitur non debitum per errorem, re cõtrahitur obligatio, ſicut ex mutuo, & competit con-

condictitia actio ad repetendũ. §.is quoque, inſtit.quib.mod.re contrah. oblig. vide gloſſ. ibid.de materia,& etiam §.item is,& §.fi.cum gl.inſtit.de oblig. quæ ex quaſi cõtractu naſc.

Datum cauſa pietatis quandoque repetitur.l.7. & ibi.gl.ff.de calumnia.

De obligationibus, quæ ex quaſi delicto naſcuntur.

QVando plures tenentur ex quaſi delicto, vnus ſolués repetit partem.l.4.ff.de his, qui deie.vel effud. & de materia vide ibidem, per tot. titul.

Iudex, qui per imperitiam malè iudicauit: item ille ex cuius cenaculo deiectum, effuſumùe eſt aliquid,quo alteri damnum datur, ille, qui ea parte, qua vulgo iter fieri ſolet id poſitum, aut ſuſpenſum habet, quod ſi ceciderit alteri nocere poſsit,& exercitor nauis,aut cauponæ,de damno, vel furto,quod ibi factum fuerit, ex quaſi maleficio obligantur.l.4.§.ſi Iudex.ff.de actio. & oblig.

In his quaſi maleficijs ſunt tria ſpecialia,quę in vero maleficio locũ non habẽt: primũ erit,qa ꝙ præſtat vnus quaſi malefactor liberat aliũ: ſecundũ,quia ſoluens agit contrà alium, qui verè deliquit: tertiũ erit, ꝙ non detur in illis actio noxalis.vide gl.ibi.& Bart. in ſuis quæſtionibus quæſt.2.

Abſolutoria in vno in obligationibus ex quaſi maleficio,parit præiudiciũ in alijs.Bar.d.q.2.

Nautæ,caupones, & ſtabularij, vt recepta reſtituant,& de pertinentibus ad illos.

HI omnes,de quibus in rubrica, tenentur de delicto commiſſo in naui,vel in alio ſimili loco. Boe. deciſio. 56.

Nauis dominus etiam abſens,& ſi prohibuerit expreſsè delictum tenetur,niſi proteſtetur. Boer.ibid.

Nauta an poſsit eſſe teſtis in cauſa domini nauis,vide ibid.nu.fin.

Dominus tenetur de facto famuli, ſi famulus (domino ſciente) maleficium perpetrauerit. Capel.Thol.q.196.quia domini eſt eligere honeſtas perſonas.ibid.

Caupones,qui dicantur, & ganea propriè dicitur meretricum taberna, & popina dicitur locus,vbi publicè obſenia, caroq; cocta, ac delicatè confecta venditatur, comediturq; vide Lud.à Pegue.in ſuis quæſtio. crimi.c.44.

De pęna contra laicos ganeas, & popinas frequentantes,& contra caupones hoſpitantes, præter viatores,vide ibi.c.44.nu.fin.

Caupo actione in factum tenetur, ſi res in caupona recepta non reſtituatur,vel furti ſit ablata,& maximè ſi res fuerit ſibi ſpecialiter cõſignata,non tenetur tamen de caſu. vide eundem Ludo.ibi.cap.45.

Cõtra nautas,caupones,& ſimiles datur interdictum, de quo vide per Io. Criſp. de Mont. in ſuo tract.termino. act. nu. 101. poſt volumen Iaſ. de actio.

Qualiter ſuccurratur hoſpiti remittẽti valiſiam clauſam, qui poſtea eam receperit apertam à caupone,vide Iul.Clar.in ſua pract. §. furtum verſ. pro complemento. Rebuff. in ſuis comment.Tom.2.tract.de hoſpit.nu.11.

Hoſpites poſt ſigna hoſpitij omnes recipere tenentur.Rebuff.ibid.Marc.de Mant.ſing.51.& obligãtur hoſpitari. Bar. in l.9.ff. de publica. & vectig.vide eundem in l.vnica.§.ſerui.ff.furti aduerſus nautã,niſi ex cauſa recuſarent,vtporè quia hoſpitium iam erat repletum, vel niſi hoſpitari volentes fuerint bãniti; & aliàs improbati. Rebuff.ibi. tract.de hoſpit.

Peregrinum hoſpitatum caupo à malo, & iniuria defendere debet, alioqui tenetur. Guid. Pap.ſing.442.Rebuff.ibi.nu.7.

Diuerſores,& caupones reſtituere debent, quæ ab hoſpitibus acceperunt. Rebuff.ibid. nu.8.

Recepiſſe cenſetur caupo illas res,quæ intra ſuã domum illatæ ſunt.ibi. nu.9. quid,ſi habuerit plures claues capſæ, vide nu.10.

Caupones pro furtis famulorum in diuerſorio factis,tenẽtur.nu.1[illegible]. vide Pap.lib.23.tit.6.arreſt.4.& eorum,qui habitandi cauſa ibi ſunt; viatorum autem factum non præſtant. Rebuff.ibid.num.13.

Caupones non debent pluris vendere tranſeuntibus,quàm in mercatu vendatur, habito tamen honeſto lucro.ibid.Rebuff.

De pęna vẽdentium vinum dilutum,& adaquatum,vide eundem ibid.

Hoſpites,nautæ,caupones, ſtabularij; & publicani æquiparantur, quorum genus communius eſt improbum: ideò ad ſimilitudinem vſurariorũ edere tenentur. Rebuff. eod.tract. de hoſpit.verſ.hoſpites in fine fo.505.

Nautæ,caupones,& ſtabularij pro facto per eũ, cuius opera vtuntur commiſſo tenentur, & obligantur ex quaſi maleficio, & ex hoc edicto duplex naſcitur actio. l.4.§. itẽ exercitor & ibi.gl.ff.de actio.& oblig.vide infra tit.ſeq.

Caupo tradens mihi ſemel claues cameræ, non propterea liberatur à cuſtodia. Pet.de Raue. ſing.99.

Hoſpi-

Hoſpitatus ſi mane dicat ſibi pecuniam ſubtractam in hoſpitio, quando credatur ſibi, & de remedio huius caſus, etiã quando aliquid ſubtractum eſt de valiſia, vide per Bart. in l. 9. ff. de publica. & vectig.

Receptans aliquẽ ſemel, ſi ille aliqd perdiderit, talis receptaus non tenet ex hoc edicto, vide Bart. in l. 29. §. mariti. ff. ad leg. Iul. de adulte.

Furti aduerſus nautas, caupones, & ſtabularios.

CAupo actione ex quaſi maleficio tenetur pro illis, quos ipſe cauponæ exercendæ cauſa habet, ſi in ea furtum fecerunt, aut damnum viatoribus dederunt: quia vtitur opera malorum hominũ. Ludo. à Pegue. in ſuis queſtio. crimi. cap. 45.

De hac actione furti aduerſus perſonas, de quibus in rubrica vide per Ioan. Criſp. de Mont. in ſuo tract. termino. actio. num. 35. poſt volumen Iaſ. de actio. per Iul. Clar. in ſua pract. §. furtum verſic. pro complemento, & Io. Pap. lib. 23. tit. 6. arreſt. 4.

Dominus nauis tenetur pro facto, & delicto famuli commiſſo in mari, vel alio ſimili loco. Boer. deciſ. 56. Capel. Thol. q. 196.

Agẽti ex hoc edicto ſufficit, furtum eſſe factum per aliquem ex nautis; licèt non dicatur per quem. Bart. in l. 3. §. ante. ff. de publica. & vect.

Pro furto, vel dolo cõmiſſo in naui, vel in ſtabulo, aut in caupona, tenentur domini ex quaſi maleficio, ſi damnum datum fuerit per aliquem, cuius opera vtuntur. §. item exercitor, inſtitu. de obliga. quæ ex quaſi malefi. naſc.

De tigno iniuncto.

TIgnum alienum ædibus iniunctum non poteſt vendicari, neque peti, quòd ſeparetur; ſed actione de tigno iniuncto erit agendum, quæ datur in duplum. l. 24. §. tignum. ff. de rei vendica.

Quando quis teneatur hac actione, & quomodo, vide gloſſ. in §. cùm in ſuo, inſtitu. de rer. diuiſio.

Actio tigni iniuncti datur aduerſus illum, qui alienum tignum ædificio ſuo iniunxit, puta ligna, tegulas, lapides, & ſimilia, & eodem modo in vinea; nam cùm lex non patiatur ædificia dirui, dat hanc actionem domino tigni, ad duplum eſtimationis illius. Io. Criſp. in ſuo tract. termino. actio. num. 166. poſt volumen Iaſ. de actio. res tamen poteſt ab ædificio ſeparari, quando priſtina facies ædificij, per eius ſeparationem non mutatur. Barto. in l. 33. §. interpoſito. ff. de adminiſtra. & peric. tuto.

De actione noxali.

PRo dãno dato alicui per animal, dominus animalis tenet ad totale intereſſe; & dando animal, quod dedit damnum pro noxa, non liberatur, ſi ſciuit naturam animalis, vt præſumitur, ſi fuerit apud eũ aliquo tẽpore, & dimiſerit ſine cuſtodia. Borg. Caual. deciſ. 26. nu. 57. part. 2. ſi autẽ abſque culpa, & negligentia domini, damnũ datum ſit, tunc dando animal pro damno, dominus liberatur. ibi. num. 58. vide Caſſa. in cõſuet. Burg. tit. *des iuſtices* rub. 1. §. 6. gl. 6. n. 17.

Actio noxalis eſt arbitraria, de qua vide per Menoch. de arbitr. lib. 1. q. 5. nu. 13.

Si quadrupes pauperiem feciſſe dicatur.

SI quis in iure interrogetur, an quadrupes, quæ pauperiẽ fecit, eius ſit, reſpondere tenetur, vt ſi bos meus occiſus fuerit à tuo: quia tunc teneris, ſi confitearis bouem tuum eſſe. l. 7. ff. de interrog. actio.

Hęc actio habet locum contra eum, qui dùm haberet aliquod animal quadrupes, illud animal dedit damnum alteri, de qua vide per Io. Criſp. in ſuo tract. termino. act. nu. 171. poſt volumen Iaſ. de actio.

In actione de pauperie concluditur alternatiuè ad duo; nempe aut ad æſtimationem noxæ datæ, aut animal, quod nocuit pro noxia tradi. Guid. Pap. ſing. 784.

De his, qui deiecerunt, vel effuderunt.

DE actione, quæ datur contra eũ, qui aliquid deiecit, vel effudit è domo, & alteri nocuit, vide per Io. Criſp. de Mont. in ſua tractat. termino. actio. nu. 104. poſt volumen Iaſ. de actio.

Vrinam, immundicias, & vinum putridum in viã proijcere, prohibitum eſt. Franc. Marc. quæſt. 433. part. 2.

Ille, ex cuius cenaculo aliqd proiectum, vel effuſum ſit (ex quo quis patitur damnũ) obligatur

ex quaſi maleficio, in quo duo ſunt ſpecialia, quæ nõ ſunt in vero maleficio: primũ erit, qa ſolutio vnius liberat alium; ſecundũ, ille, qui ſoluit poteſt agere contra illum, qui verè deliquit. l. 1. §. is quoq; ex cuius. ff. de act. & obli.

De hac actione vide in §. item ſi ex cuius, & §. ſi filiusfa. inſtit. de obli. quæ ex quaſi delic. naſc.

De lege Aquilia.

Damnum ex culpa omiſsionis cõmiſſum non venit in actione legis Aquiliæ. Afflic. decſ. 57. nu. 8. Iudex in actione iniuriarum, non debet habere rationem damni, quia illud venit per actionẽ legis Aquil. DD. de Rota dec. 1. de iudicijs i antiq.

Actio legis Aquiliæ contra negantem competit ad duplũ. Iaſ. de act. §. ſequens verſ. ex maleficijs n. 19. vide §. ex maleficijs, & §. i dupli, inſti. de actio. & §. ſtudiũ, Anth. de triẽte, & ſemiſſe.

De materia huius actionis, vide Iaſ. ibi. nu. 91.

Condemnatio dupli procedit contra negãtem ex lege Aquilia, ſi damnum dediſſe probetur, intellige tamen in condemnatione facta ab homine, nõ ſi à lege. Marc. de Mant. ſing. 494.

Criminalis pęna an locum habeat, vbi habet locum legis Aquiliæ actio, vide Maran. in ſuo Spec. part. 4. tit. an iudicium ſit criminale, vel ciuile diſtin. 1. nu. 90.

Animalium dominus vtili aquilia tenetur; etiã ſi illo ignorante damnum datum fuerit. Dec. conſi. 550. lib. 2.

Pro damno dato ab hærede ante reſtitutionẽ, tenetur hæres actione ex teſtamento, poſt reſtitutionẽ verò actione legis Aquiliæ. l. ſi hæres. §. ſi hæres. ff. ad Senatuſc. Trebellia.

Actio legis Aquiliæ excludit actionem de dolo. l. 7. §. ſi ſeruum. ff. de dol. mal.

Si homo petitus dolo poſſeſſoris deterior factus ſit, deinde ſine culpa eius ex alia cauſa mortus, æſtimatio nõ fiet eius, propter quod deterior factus ſit, quia nihil intereſt petitoris, ſed hoc quantum ad actionem in rem, legis autem Aquiliæ actio durat. l. 28. §. ſi homo. ff. de rei vendic.

Actio legis Aquiliæ nõ datur in hæredem, quotieſcunque delictum purgatur per actionem deſcendentem ex delicto, ſecùs autem, ſi purgatur per actionem deſcendentem ex contractu, vel quaſi; quia tunc hæc actio datur contra hæredem. l. 10. ff. communi diuidun.

Vbi actio legis Aquiliæ competit, ibi poteſt agi criminaliter. gl. fin. in l. fin. ff. de priuat. delict.

De materia huius actionis, vide per tot. titu. ff. arbor. furtim cęſ.

Actio legis Aquiliæ, quando locum habeat, vide Harem. Hamma. c. 4. tit. miſcellanea. lib. 1.

De incendio, ruina, naufragio.

De incendio domus vicinæ, & qui pro illo teneatur, vide Afflic. deciſ. 57. verùm ſi domus propter incendium deſtruatur, ſoluenda venit ab eis, quorum domus ſaluæ factæ ſunt. Marc. quæſt. 336.

Vicinus an vicino de incẽdio teneať, diſtingue, aut cõſtat de culpa, & tũc teneť, aut non conſtat, & non tenetur. And. Gail. obſer. 22. lib. 2.

Domus incendi cauſa diruta, ſumptibus vicinorum reparari debet. Gail. d. obſer. 22. nu. 4. Marc. de Mant. ſing. 351. l. 2. ff. ad leg. rhodiam, & ibi. Bart. & Bald.

Vicinus ædes intercidens, ne ignis ad ſe perueniat, eo facto nõ tenetur; ſed quare, vide Pet. Roy. dec. 3. litu. n. 207. in deciſio. diuerſ. Fo. 2.

Vicinus, qui propter timorem peſtis domum vicini, & quæ in illa erant comburit, ad æſtimationem domus tenetur; ſecùs eſſet ſi hoc fuiſſet factũ publica auctoritate. Dec. cõſ. 651.

Domus vicini poteſt impunè deſtrui timore ignis, ſi peruenerit ignis vſque illuc; aliàs ſecùs. l. 7. §. eſt & alia. ff. quod vi, aut clàm, vide Bar. in d. l. 7. §. eſt & alia. ff. quod vi, aut clàm, facit. l. 50. ff. ad leg. Aquil.

Conductor vt ab incendio excuſetur, quid probare teneatur, vide Afflic. deciſ. 57. & Fran. Marc. q. 61. & non tenetur de leuiſsima culpa.

Incendij periculum non tranſit in dominum, per factum familiæ, aut familiaris, vel hoſpitis. Afflic. ibi. num. 5. Menoch. conſi. 53. vol. 1. Io. Gal. quæſt. 123. vide tamen Gramma. deci. 9. And. Gail. obſer. 21. lib. 2. nu. 6. Mago. deciſ. 11. Rot. Floren.

Incendiarius doloſus punitur lege Cornelia de ſiccarijs. l. 11. ff. de his, qui accuſar. poſſu. & l. 1. ff. ad leg. Iul. de ſicar.

Incẽdiariorũ quę ſit pęna, vide Boe. dec. 26. ibi. nu. ſi. Marc. q. 154. nu. 18. par. 2. & q. 417. Andr. Gail. obſer. 22. lib. 2. Rot. Auenio. deciſ. 74. deciſio. diuerſo. Tom. 3. Bart. in ſuo tract. de differe. int. ius Cano. & Ciuil. nu. 87.

Licèt non ſit infligenda pęna corporalis pro incendio, vbi neque dolus, neque lata culpa interuenit, incendiarius tamen tenetur ad damni æſtimationem. Fran. Marc. q. 61.

Pęna in cẽdiarijs impoſita ad hoc, vt habeat locum requiritur, quòd nedum domus cõbuſta ſit; verùm etiam, quòd ibidem homo ex dicto incendio interierit. Gramm. vot. 19. nu. 5.

Incendia ſępius fiunt culpa habitantium, & cuſtodes de negligentia puniuntur, & incendiarius, qua pęna puniatur, vide Bart. in l. 1. ff. de offic. Præfec. vigil.

Qui ex ꝓpoſito incẽdit domos pęnis hic deſcri-

ptis

pris punitur; cuius autem negligentia, & non dolo ignis damnum vicinis dedit, punitur ciuiliter, vel modicè caſtigatur. L. 28. §. incendiarij. ff. de pęnis.

Quas pęnas patiantur hi, qui naufragij, & incendij bona occupant, & detinent, vide per Marc. q. 893. part. 2.

Fiſcus de naufragio nihil percipere debet. ibid. & damnum nauis honuſtæ cõmunis eſt. Marc. d. quæſt. 893. num. 4.

Inuadentes bona naufragij ſunt ipſo iure excõmunicati. ibid. num. 9.

Res, quæ pro derelicto in mari proijciuntur, primo occupanti conceduntur, & illius fiunt. ibid. num. 21.

Hodie contra ſurripientem de naufragio pęna eſt aucta: quia publicantur bona, & omnis contraria conſuetudo, vel ſtatutum caſſatur, niſi eſſent nauigia piratica, vel imperij inimica, pro quibus nulla imponitur pęna. Auth. nauigia. C. de furt. & ſer. corrup.

Quando conductor teneatur de incendio, vide Io. Ant. Trigo. ſing. 57.

An conductor teneatur de incendio commiſſo in domo, culpa aliorum, quibus ipſe ſublocauerat, vel aliter de conſenſu ipſius habitabát in domo conducta, vide Io. Pap. lib. 22. ti. 11. arreſt. 1. Menoch. de arbitr. lib. 2. caſ. 390.

Conductor propter incendium ad damni emẽdationem non tenetur, niſi conſtet de culpa ipſius. And. Gail. obſer. 21. lib. 2. ratio, quia incendium inter caſus fortuitos connumeratur, & ipſos nemo præſtare tenetur. Gail. d. obſer. 21. & ad hoc, vt conductor ad illud teneatur, locator tenetur probare determinatam perſonã; ſed quomodo, vide Rol. conſi. 95. vol. 2. Mago. deciſ. 111. Rot. Floren.

In materia incendij quinq; poſſunt dari caſus: primus, quando incẽdium caſu fortuito exortum ſit, & de eo nemo tenetur. Myſing obſer. 88. cent. 6. vide Rol. conſi. 95. vol. 2. nu. 18.

Secundus, ſi dolosè, & data opera incendium excitatum ſit, & quidem in oppido, tunc ſi conductor ſit perſona leuis, non ſolùm ad dãnum tenetur, ſed etiam criminaliter quoque puniri poteſt; ſed quid, ſi ſit perſona honeſta, vel extra oppidum fuerit excitatum incendium, vide Myſing. d. obſer. 88. nu. 5.

Tertius, quando incendium lata, vel leui culpa conductoris exortum fuit, tunc enim ipſe cõductor ad omnis dãni reparationẽ tenetur; ſed an hoc caſu debeat puniri, vide ibid. nu. 9.

Quartus, quando incendium euenit culpa leuiſsima cõductoris, tũc ille nõ tenetur ad dãnũ. Myſi. d. obſ. 88. n. 11. vide Rol. cõſ. 95. vol. 2.

Quintus, & vltimus caſus erit, quando non apparet de exorto incendio, nec conſtat de culpa conductoris, tunc præſumitur culpa inhabitantium eueniſſe; ſed hæc culpa præſumpta pro leuiſsima reputatur, nec obligat conductorem, non probata leui culpa. idem Myſing. d. obſer. 88. nu. 12. vide tamen Afflic. deciſ. 57. Gram. deciſ. 3. Fran. Marc. q. 61. part. 1. & quæſt. 421. part. 2.

Caſus incendij præſumitur ſemper contingere culpa eius, qui rem debuit cuſtodire. Henric. Boer. in ſuis ſingularibus tit. præſumptio, & fictio, num. 6.

Vbi habitantes in domo erant cõſueti eſſe vigiles, ſi alia iudicia contra eos non appareant, non tenentur de incendio, licèt aliàs incendium præſumatur ortum culpa inhabitantium. Hippol. ſing. 74.

Incendium à quibus in dubio immiſſum in domo, vel prædio iudicetur, & quæ iudicia hoc caſu ad torturam ſufficientia ſint, vide Excel. P. Teſſau. deciſ. 24.

Ex calamitate naufragij nemo bona ſua amittere debet, & ſtatutum, aut conſuetudo contraria non valet. And. Gail. obſer. 18. lib. 1.

Quando ſunt plures in loco, in quo exortum fuit incendiũ, quid iuris, vide Menoc. cõſ. 53. num. 23. volum. 1.

Statutum, quòd villa teneatur reſarcire damna per incendium illata, valet, & villa tenetur virtute huius ſtatuti, licèt ignoret origo incẽdij. Mago. deciſ. 24. Rot. Flor.

Excipiens in contractu, quòd nolit de incendio teneri, nihilominus tenetur, ſi illud fiat per ſe, vel per ſuã familiã. Ludo. Rom. ſing. 29.

Incendium cuius culpa, & facto commiſſum credatur, qua pęna puniendus ſit incendiarius, & multa alia de incendio vide per Menoch. de arbitra. lib. 2. caſ. 390. & Ioſeph. Ludo. deciſ. Peruſ. 25.

Qui promittit innocentem ignem habere, ſi caſu fortuito oriatur incendium, non tenetur. l. 10. §. ſi colonus. ff. locati.

Quod cuiuſq; vniuerſitatis nomine, vel contra eam agatur, & de ipſa vniuerſitate.

VNiuerſitati imputandum non eſt delictum, quod à ſingulis commiſſum eſt. Ozaſ. deciſ. Pede. 88. num. 1. & 26.

Vniuerſitas non tenetur pro delicto de nocte ab aliquo de vniuerſitate patrato, etiã ſi ſtatuto caueatur, quòd pro delicto alicuius ipſa vniuerſitas teneret. ibi. nu. 11. & 32. vide & deci. 138. nu. fin. eiuſdẽ.

Quã vniuerſitas ex diſpoſitione ſtatuti, decre-

ti,vel conſuetudinis,teneatur pro damno ab alio dato,vide Ozaſ.d.dec,88.nu.18.25.& 31.

Vninerſitati quando ratione alicuius delicti cõmiſsi pęna imponit pecuniaria, pro qua ſoluenda imponenda eſſet collecta, tunc innocentes contribuere non tenentur.Ozaſ.deci. 90.nu.9.Cabal.milleloq.fin.

Vniuerſitas ob ratihabitionem commiſsi delicti ſubſecutam pnnitur, & obligatur. Ozaſc. deciſ.138. nu.6. vide Cabal. milleloq.fin. ſed quando dicatur ratificare,vide Nat.cõſi.493.

Ratificatio an indncatur per actum concernẽtẽ prouiſionis executionem per ſyndicos promiſſæ,vide Creſcen.deciſ.1.tit.de procura.

Vniuerſitas ſoluens impenſas factas per ſyndicum,in lite nõ legitimè conſtitutum, videtur geſta per eum ratificare. Dec. conſi. 298. & conſi 449. nu.35,

Vniuerſitas congregata ſciens procuratorem ſnum excedere fines mandati, ſi non contradicat conſentire videtur,& obligatur. Rolan. conſi.70.vol.1.nu.32.

Vniuerſitas delictis (quæ cõtra dominnm committuntur) reſiſtere tenetur;aliàs non reſiſtẽdo delinquere dicitur.Ozaſ.deci.138.nu.7.

Vninerſitates,& ſubditos teneri reſiſtere dominis notoriè delinquentibus, aliàs videri participes delictorum,quomodo intelligatur,vide Ozaſc.d.deciſ.138.nu.22.& 26.

Vniuerſitatis congregationem requiri,vt ea ex delicto obligetur, de quo delicto intelligatur,vide ibid.nn.27.

Vniuerſitas qñ ex delicto nõ obligetur.ibi.n.28.

Fortificatio, aut exterarum gentium introductio, quando ab vninerſitate licitè fieri poſſit,vide ibid.num.29.

Delictum qñ vniuerſitatis nomine factum præſumatur,ſiue de eius mandato,vide nu.31.

Vniuerſitas deliquiſſe non præſumitur ex eo, ꝙ mnlti,aut fortaſſe omnes ad locum commiſſi delicti acceſſerunt,& boua rapuerũt.Ozaſ. deciſ.138.nu.32.& 33.

Quando factum hominum vniuerſitatis cenſeatur factum ipſius, vt ipſa vniuerſitas coudemnetur ad intereſſe reſpectu damni dati per particulares, vide Afflic.deciſ.376.

Quando commoditas turbationis peruenit ad vniuerſitatem præſumitur, quòd habuerit ratam d. turbationem, & moleſtationem, ibid.num.4.

Patientia vniuerſitatis habetur loco mandati. ibid. uum. 6.

Factum à ſingulis cenſetur factum vniuerſitatis, quando vniuerſitas ſciuit,& paſſa eſt non contradicendo, & factum nonerat momentaneum.Beninten.deciſ.70.nu.fin.

Ciuitas, aut vniuerſitas quando poſsit delinquere, vide Myſing.obſer.78.cent.4 quando obligetur ex delicto, ibid. obſer. 79. & quæ requirantur ad hoc, vt poſsit puniri, vide Hieron. Magon. deciſio. Luc. 72.

Commnnitas non poteſt puniri pro delicto cõmiſſo per Ciues, etiã ſi omnes Ciues (vexillo erecto,& pulſata campana) illud delictum feciſſet, niſi perpetratum fuerit ex propoſito, & concilio præcedente deliberatione. Gaſp. Cabal.milleloq fin.vide Natt.conſi.83.num. 9. & conſi. 493. ibid.

Vniuerſitas criminaliter accuſata, reſpondere poteſt per ſyndicum.Bart.in l.18.C. de re militа.lib.12.nam in cauſa criminali vniuerſitatis admittuntur procurator,& ſyndicus, ſiue in defeudendo, ſiue iu accuſando. Myſing. obſer.76.nu.4.Guid. Pap.q.106.in fine.

Vniuerſitas non poteſt ſe in vnum congregare ſine liceutia Iudicis, aliàs punitur, quod limita,quando vniuerſitas eſſet iu longeua cõſuetudine contraria.Guid.d.quæſt.106.Boer. deciſ.60.num.12.& 13.

Vniuerſitati ſe congregare (niſi ſtatutis confirmatis, & ſuperioris auctoritate) vetitum eſt. Franc Marc.q 162.par.1.& q.627.par.2.

Error iuris excuſat a pęna vniuerſitatem, quæ æquiparatur minori.Craue.conſi.4.nu 26.

Vniuerſitas agere poteſt pro iniuria illata ſingularibus de vniuerſitate; non autem illam remittere poteſt. Craue.conſi.45.

Vniuerſitas ex delictis obligatur, cauſam ſucceſsiuam non habentibus, etiam abſque vlla concilij congregatione.Ozaſ. d.deciſio. 138. nume. 10.

Vniuerſitas ob crimeu rebellionis prædari, ac ſolo æquari poteſt. ibi.nu.15.

Actor vniuerſitatis ad ſingulas, & omues cauſas conſtitutus, etiam pro futuris cauſis,an conſtitutus cenſeatur, vide Excel. P. Teſſau. deciſio. 59.

Ciuitatibus, quæ non ſunt hoſtes, poteſt hæreditas per fideicommiſſarium reſtitui, & agere poſſuut per earum ſyndicos. l. omnibus. ff.ad Trebellia.

Libellus poteſt dari contra communicatem, ſicut contra ſingularem perſonam.l.7. §. item municipem.ff.ad exhibendum, ſed de libello ipſius vniuerſitatis, vide Barto. in Rub.C.de iure fiſc. lib. 10.

Ex mutuo facto adminiſtratori Ciuitatis, ſi eſt in eius vtilitatem conuerſum, Ciuitas conuenitur, aliàs ipſe adminiſtrator. l. 27. ff. ſi cert. peta.

Vniuerſitas vt obligetur in his, quæ ſunt communia pluribus vt vniuerſis, debeut adeſſe ad minus duæ partes de tribus. Anto. Capic. deciſ.4.in prin.& nu.27.28.

Vniuer-

Vniuerſitas an obligetur per factum duarũ par tium præſentium, etiam ſine vocatione aliorum, cùm omnes ſint vocandi iuxta loci conſuetudinem, vide Capic. ibid. nu. 3.

Notarij ſtatur aſſertioni, quod contrahentes fuerunt duæ partes vniuerſitatis, vbi nominum deſcriptio non requiritur de ſubſtantia, vel vbi requirebaſ, & ſunt deſcripta, quod aliquã limitatur, vide Capic. d. deciſ. 4. nu. 5.

Iura diſponentia præualere, & validum eſſe id, quod à maiori parte geſtum eſt limitãtur, quando vniuerſitas aliquid faceret non de neceſſitate; ſed ex voluntate, non præcedente euidenti vtilitate: tunc enim requiritur conſenſus omnium. Capic. ibid. & per conſequens cõſenſus duarum partium ſufficit, vbi de vtilitate, vel neceſſitate tractatur; aliàs requiritur conſenſus omnium. ibid. nu. 6. quod limita, vt in nu. 7. & 8.

Vniuerſitas an poſſit præſcribere debitum in actione perſonali, non obſtante mala fide, vide num. 10. ibid.

Maior pars vniuerſitatis præualet in his, quæ ſunt communia pluribus vt vniuerſis; ſed nõ in his, quæ ſunt communia pluribus vt ſingulis: quia tunc requiritur conſenſus omnium, & quæ dicantur communia pluribus vt vniuerſis, & quę pluribus vt ſingulis, vide Afflic. deciſ. 15. Vinc. de Fran. deciſio. 197. & Fran. Marc. quæſt. 489.

Quando homines vniuerſitatis adinuicem ſimul conſentiunt, propter conſenſum adhibitum emanat quoddam pactum, ſeu contractus inter ipſos factus, ſicut ſi ex quolibet alio cõtractu, ſeu pacto multi ſe obligarent, & ideò virtute talis cõſenſus poſſunt cõpelli ad obſeruendum. Guid. Pap. q. 631. num. 7.

Vniuerſitas carens iuriſdictione condens ſtatutum ſuper concernentibus adminiſtrationẽ rerũ ipſius, non poteſt ſtatuto apponere pœnam, niſi de conſenſu ſtatuentium hoc fiat: nam poſſunt homines obligare ſe inuicẽ ſub pęna ad obſeruationem ſtatuti. Capel. Thol. q. 406. vide Guid. Pap. q. 631. nu. 7.

Vniuerſitas non recognoſcens ſuperiorem de facto habens iuriſdictionẽ, poteſt omnia ſtatuere, quæ poteſt Princeps. ibid. in additio. quando poſſit condere ſtatuta, vide ſupra tit. de ſtatut. in genere lib. 1.

Populus carẽs iuriſdictione ſine auctoritate ſuperioris circa cauſarũ deciſionẽ ſtatuere nõ põt; ſecùs circa adminiſtrationẽ rerũ ſuarũ. Bar. in l. omnes populi. ff. de iuſti. & iure.

Licèt ſucceſſores, & ſubrogati in vniuerſitate obligentur ex contractu, & obligatione prædeceſſorũ, tamen venientes contra iuramentum illorum non dicuntur periuri. Hartm. cap. 1. tit. de iuramentis lib. 2.

In actu vniuerſitatis requiruntur ad minus duæ partes vniuerſitatis, ſed ſufficit maiorem partem iſtarum duarum præſentium conſentire. Marc. q. 225. par. 1. & q. 783. nam factum à maiori parte præiudicat minori. Marc. ibid. q. 226. & quod facit maior pars vniuerſitatis ob neceſſitatem, alij de vniuerſitate improbare nõn poſſunt. Crau. conſi. 195. nu. 8.

Vniuerſitas, quæ facit corpus, ſeu collegium non obligatur, niſi ſimul congregata conſentiat, Dec. conſi. 437.

Defenſor Ciuitatis, poteſt deferre iuramẽtum, ſi eſt ei mandatũ. l. 34. §. defenſor. ff. de iureiu. & illud pręſtare. l. 96. ff. de condit. & demon.

Cõtractus facti per Officiales publicos, ſunt ſeruãdi per ſequentes Officiales, nec poſſunt per eos retractari, ſine auctoritatę ſuperioris. l. 11. §. agri. ff. de publica. & vectig.

Inſtrumẽtum ſyndicatus per vniuerſitatem celebratum circa præiudicialia, debet continere nomina ſingulorum ſpecialiter annotata. Capic. deciſ. 4. num. 42. ſed ſyndici quomodo creantur, vide Marc. q. 779. & 780.

Mandatum procuratorium communitatis, quæ ad validitatem requirat, vide Myſing. obſer. 76. cent. 1.

Syndicus, vel actor ad vnam cauſam, põt eadẽ facere, quæ ſyndicus vniuerſitatis. Capi. deciſ. 5.

Conſules, & ſyndici nihil præter expenſas, & ſumptus ab vniuerſitatę conſequi poſſunt, niſi aliter ſeruetur de conſuetudine. Guid. Pap. q. 68. nam ſyndicus, & tutor eiuſdẽ ſunt iuris. ibid. nu. 4.

Vt rector expediat negotia vniuerſitatis, requiruntur duæ partes. Aegid. Bellam. cõclu. 275.

Iudicis decretum, an requiratur in cõſtitutione ſyndici, vide Capel. Thol. q. 34.

Actor vniuerſitatis non cauet de rato, nec magiſter ipſius vniuerſitatis. l. 9. ff. rem rat. habe.

Syndicus vniuerſitatis non poteſt agere, vel cõueniri pro iuribus ſingulorũ de vniuerſitate, DD. de Rot. deciſ. 1. de dol. & contuma.

Ciuitas poteſt cogere Ciues ad ſuſcipiendum legationem, vel defenſionem Ciuitatis: tamen talis legatus captus ab hoſtibus, recuperat pretium ſuæ redemptionis à Ciuitate, niſi fuerit in culpa. vide Rot. Auenio. deciſ. 126. in deciſio. diuerſo. Tom. 3.

De ſatiſfactione, quæ præſtanda eſt domino, ſi ille pro Principe, pro Republica, vel communi vtilitate rem ſuã errogauerit, vel amiſerit, vide ibid. deciſ. 127.

Si ſyndicus vniuerſitatis nõ procurauerit relaxationẽ alterius conſyndici arreſtati, vel aliter malè verſatus fuerit in officio, vti ſuſpectus debet remoueri. vide Craue. conſi. 132.

Vniuer-

Vniuerſitas poteſt deferre iuramentum adminiſtratoribus. Crau.conſi.238.
Syndicus vniuerſitatis tranſigere poteſt in cauſa dubia.ibid.nu.4.
Mandatum vniuerſitatis non valet,ſi non appareat in cõſtitutione procuratorum, ꝙ interueneriut duæ partes ex tribus totius vniuerſitatis,imò non videtur ſufficere,ſi Notarius atteſtetur, quòd interuenerũt duæ partes ex tribus,pro ut ipſi Conſiliarij aſſeruerunt:ſed requiritur, ꝙ Notarius atteſtetur ſimpliciter à ſe ipſo de interuentu duarum partium ex trib.Crau.conſi.265.vide Rol.conſi.90.vol.1.
Syndicus vniuerſitatis poteſt appellare ꝓ vniuerſitate. Crau.conſi.278.
Syndicus creatus ab ipſa vniuerſitate hēt maiorē poteſtatem, quã vnus procurator priuatæ perſonæ; quia talis ſyndicus cenſetur habere mandatum cum libera.Crau.conſi.278. Franc. Marc. quæſtio. 909. ideò poteſt expedire omnia illa, quæ requirunt ſpeciale mandatum. Marc.ibid.
Geſta per procuratorem minus legitimũ proſunt vniuerſitati,ad cuius vtilitatē pertinēt; ſed nocere nõ poſſunt. Craue.cõſi.279.col.3.
Priores Ciuitatis vniuerſitatem non obligant. Craue. conſi.317.
Ad renunciandum ſententiæ, quæ in rem iudicatam tranſiuit in fauorem vniuerſitatis requiritur,quod ſyndicus ſpeciale habeat mãdatum. Dec.conſi.199.
Quomodo probetur, quòd communitas damnum dederit, vide Dec.conſi.221.
Confeſsio ſyndici nocet cõmunitati. Dec.cõſi. 221.& conſi.298.
Duo ex tribus ſyndicis habent poteſtatem adminiſtrandi, & exequendi mãdatum ſibi attributum. Dec.conſi.298.
Defenſores(quos Græci ſyndicos appellant) & qui ad certam cauſam agendam, vel defendendam eliguntur, laborem perſonalis muneris aggrediuntur. L. 18. §. defenſores.ff. de munerib.& honor.
Communitas conſtituens procuratorem, ſyndicum, vel inſtitorem, ſi ille mandatum ſibi datum excedat,non tenetur de eius facto,in quo exceſsit.Dec.conſi.437.
In mandato generali Reipub. non venit rerum ſuarum alienatio, niſi lege municipali aliud caueatur. Bar.ſing.21. Pet.de Raue.ſing.561. vide l.3.§ planè.ff.quod vi, aut clàm.
Concilium Ciuitatis de iure cõmuni eligit Officiales,& ſyndicos,& electio facta de aliquo debet ipſi nunciari.Bar.in l.2.C.de Decurio. lib.10.num.8.& 9.& habet illam poteſtatem, quam habet totus populus, & æquiparatur ordini Decurionum. Bar.in l.5.C.de vſuris,
Citare Rempub.quando quis vult, an ſufficiat citare ſyndicum, vel aliàs ſit faciēda citatio vt valeat, & contumacia ſyndici non nocet Reipub.vide Bar.in l.1.C.de iure Reipu.li.11.
Syndicus ſi fuerit conſtitutus per Conciliũ ad obligandum commune, populum, & ſingulares perſonas pro aliquo contractu, ſingulares pſonæ pro tali contractu poterunt conueniri. Bart.in l.27.ff.ſi cert.pet.vbi pleuè de obligatione facta per adminiſtratores alicuius loci, & in l.4.§.actor.nu.9.ff.de re iudic.
Iudex poteſt cogere vniuerſitatem ad faciendum ſyndicum. Bart.in l.4.§.creditoribus.ff. de fideicom.libert.
Actor vniuerſitatis quando conſtituitur nõ requiritur decretũ ſuperioris,niſi in pertinentibus pariter ad ſuperiorem, & vniuerſitatē, vide Bar.in l.9.nu.8. ff.rem rat.habe.ſed conſtitutus cum decreto ſuperioris, poteſt reuocari ſine decreto.Bar.ibid.nu.9.
Decretum ſuperioris in conſtitutione actoris præſumitur interueniſſe, quãdo conſtat vniuerſitatem fuiſſe de mandato ſuperioris cõgregata.vide nu. 10.
Fratres minores poſſunt conſtituere ſyndicum ad capiendam hæreditatem. Bar.conſi.6.
Actio iudicati nõ datur in actorem municipij, ſi ſe liti non obtulit.l.4.ff.de re iudic.
Reſpub. propter motam tenetur ad vſuras, & propter temeritatem ad impenſas litis,licèt regreſſum habeat contra adminiſtratorem.l. 80.§.etiam de legat.2.
Omnes villę,& Ciuitates poſſunt habere, & facere proprium, & burſam communem: ſed in Regno Franciæ hoc non permittitur ſine licentia ſuperioris.Guid.Pap.q.106.
Vniuerſitas non poteſt condemnari pro frumēto,quod peruenit ad manus ſingulorum, niſi fuerit diſtributum conuocato Concilio. Mohed.deciſ.125.
Ciuitatis Cõcilium totam Ciuitatem repræſentat.Marc.q.780.n.4. quod intellige, vt tradit Crau.conſi.195.nu.5. vide Dec.conſi.600.
Vniuerſitate congregata ad aliquem actum, ſi pars ipſius recedat infecto actu, an vniuerſitatis poteſtas penes eos, qui ſuperſunt remanſerit,vide ibid.q.781.
Conſenſus in actu vniuerſitatis in cõmuni præſtandus eſt. Marc.q.784.
Vniuerſitas ſatis cõuocata videtur ad campanæ ſonum, vel vocem præconis. ibid. q.785. ſed an pars Ciuitatis poſsit ſe cõgregare inconſulto ſuperiore, vide Marc.q.126.part.2.
Communitas,quæ nihil commune habet,vnde ſoluere poſsit, collectã facere compellitur, vt in collectæ receptorē executio fieri poſſit. Marc.q. 803. ſed quomodo, & quando

vniuer-

vniuerſitas poſſit imponere collectas; & de materia, vide infra tit. de tributis, & collect.

Singulorum bona pro debito vniuerſitatis capi non debent, & quid, ſi vnus de vniuerſitate ſoluendo nõ ſit, vide Marc. ibid. nu. 2. & 3.

In congregatione vniuerſitatis debet attendi conſuetudo, & an ſit neceſſaria auctoritas ſuperioris, vide Crauet. conſi. 4. nu. 19. Bart. in l. 7. C. de nummer. lib. 12.

Quando ſubditi aliquid habẽt tractare de cauſis proprijs, quas habent cum Dominis, vel contra Officiales, tunc poſſunt ſe cõgregare ſine licentia Dominorũ. D. Sol. in ſuis comment. in antiq. conſtitutio. gl. 2. ſuper decreto Caſtellanis fol. 2. vide Barto. in l. 18. ff. de aucto. & conſen. tuto.

Duæ vniuerſitates poſſunt ſe congregare abſq; conſenſu Dominorum, & pacta inire, dummodo non tendant contra ipſos Dominos, vide Menoch. conſi. 28. vol. 1.

Cõgregatio vniuerſitatis, aut Capituli fieri debet legitimè ad ſonum campanæ, & more ſolito; aliàs geſta non valent, & caſu, quo cõſuetudo ſit in cõtrarium, illa conſuetudo debet prius probari ad validitatem geſtorum. Craue. conſi. 134. num. 5. vide Bar. in l. 3. C. de præd. Decurio. lib. 10.

Interuentus ſuperioris in actibus vniuerſitatũ, non videt neceſſarius, niſi vbi agitur de magno præiudicio, Craue. conſi. 238.

Poteſt vniuerſitas ſine interuẽtu ſuperioris recipere redditionem rationũ ab adminiſtratoribus rerum vniuerſitatum, maximè ſi hoc habeat ex conſuetudine. Craue. d. conſi. 238.

Vbi omnes de vniuerſitate non ſolemniter cõgregati ſunt præſentes, & aliquid faciunt, valet quod actum eſt, perinde acſi vniuerſitas ſolẽniter cõgregata fuiſſet. Dec. cõſ. 199. n. ſi.

Factum ad hoc, vt dicatur ab vniuerſitate requiritur, quod factum ſit de communi conſilio. Dec. conſi. 667. nu. 9.

Vniuerſitatis ius omne reſidet in præſentibus, etiam ſi non conſtituant duas partes, quando vocata fuit vniuerſitas legitimè de mandato ſuperioris. Natt. conſi. 45. Tom. 1. nu. 9.

Abſentes extra Ciuitatem in actibus vniuerſitatis vocandi non ſunt, etiã in cauſis arduis: fallit tribus in caſibus, de quibus vide per Natt. conſi. 67.

Vniuerſitatis actus non valet, niſi in eo interueniantur duæ partes ipſius: ſed ſi inſtrumentum hoc non dicatur, an præſumatur, vide Natt. conſi. 142. nu. 9.

Conſentire omnes de vniuerſitate debent, in arduis explicandis, nec ſufficit, quòd actus explicetur p aliquos noĩe aliorum. Ant. Corſet. in ſuis ſing. litera C. ſing. cõpromiſſum. 1.

Syndicatus factus in Concilio ab habentibus auctoritatem faciendi ſtatuta, habet vim legis, & per talem ſyndicatum, poſſunt obligari bona ſingulorum. Bar. in l. 22. C. de donatio. int. vir. & vxor.

Minor non habet vocem in Concilio, neque in conſtitutione ſyndici. Bart. in l. 5. ff. de oper. nou. nunciatio.

Domino, & ſubditis de re prædiali decertantibus, ſubditorum quemlibet litis ſumptibus conferre teneri, & ſi nihil habeat ſoli, obſeruatum legitur ex libris placito. Curiæ. lib. 1. tit. 3. in decis. diuerſo. nam iam ſatis intereſt, quod fieri poteſt, vt poſtea habeat. ibid.

De famoſo libello, vel agnoſcendo, vel abnegando, non vniuerſos, ſed ſingulos eſſe rogãdos, habetur in d. tit. 3.

De controuerſia nata inter duo vicinia oppida occaſione vnionis, quam petebat maius oppidum ab inferiori ratione cuiuſdam tranſactionis, vide deciſio. 128. Rot. Auenio. in deciſio. diuerſo.

Corpus vniuerſitatis ſemper eſt idem; ideò nõ mutatur per mortem hominum, quibus alij poſtea ſucceſſerunt, quare acta facta contra prædeceſſores ipſius vniuerſitatis, nocent ſucceſſorib. Io. Pap. lib. 7. tit. 1. arreſt. 1.

Pariter in cauſa vniuerſitatis ſententia lata cõtra predeceſſores nocet ſucceſſoribus, etiam aſſerentibus, quòd nõ ſint hæredes anteceſſorũ. Guid. Pap. ſing. 227. & q. 279. & èconterò, Marc. de Mant. ſing. 101.

Vniuerſitas cogitur deputare ſyndicum ad inſtantiam illius, qui vult mouere litem contra ipſam. Pap. lib. 7. tit. 1. arreſt. 1.

Acta facta contra ſyndicum nocent vniuerſitati, licèt ipſe ſyndicus notam non fecerit lite hominibus ipſius vniuerſitatis, pro vt tenebatur, ipſa tamen vniuerſitas hoc caſu habet regreſſum contra ſyndicum, notificationem omittentem. idem Pap. ibid. arreſt. 4.

Maior pars vniuerſitatis, non poteſt reuocare geſta per totam vniuerſitatem nemine diſcrepante. Crauet. conſi. 132. ſed quo dictum intelligatur, vide Craue. conſi. 45. nu. 8.

Vniuerſitas poteſt conficere noua regiſtra, & compellere homines ad regiſtrandum. Crau. conſi. 195. vide infra tit. de tribut. & collect.

Maior pars vniuerſitatis ſufficit in his, quæ ſunt ob publicam vtilitatem, licèt ſtatuto caueatur, quòd omnium conſenſus ſit neceſſarius. Craue. conſi. 195. nu. 8.

Suſpicio eſt contra particulares vniuerſitatis, ſe opponẽtes, ne fiat ſtatutum ob publicam vtilitatem. Crau. ibid. nu. 9.

Ex poſſeſsione particularium ius non acquiritur vniuerſitati: Craue. d. conſi. 317.

Ciuitates

Ciuitates duæ vnitæ adinuicem, quarũ vna eſt multum pinguis, & alia multum grauata debitis, an vna debeat alterius debita, & onera ſupportare, vide Iaſ. de actio. in §. in perſonam, nume. 13.

Exequutio an in bonis ſingulorum fieri poſsit pro debito vniuerſitatis, vide Maran. in ſuo Specu. par. 6. cap. & poſt omnia nu. 42.

Prohibitio facta hominibus alicuius loci, non habet locum in collegio, vel vniuerſitate. Dec. conſi. 486.

Ciuitas ſtatuendo poteſt lædere iura ſingularũ perſonarum, ex cauſa reſpiciente publicam vtilitatem. Natt. conſi. 12. Tom. 1.

Ciuitas põt cogere priuatum ad mutuandũ ex cã vtilitatis, & neceſsitatis publicę. Nat. ibid.

Vniuerſitas non poterit compellere particularem de ipſa vniuerſitate, vt accedat ad coquendum panem ad furnum communitatis, licèt eſſet ſolitus antea ire, nec ob id poterit eum priuare ſua parte redituum furni ipſius communitatis. Natt. conſi. 325.

Nunquid ſingularis litigans contra vniuerſitatem, teneatur cõtribuere in expẽſis ipſius vniuerſitatis pro illa cauſa factis, vide Guid. Pap. ſing. 793.

Vniuerſitas eſt triplex, & quę ſit illa, quæ habet de iure communi merum, & mixtum Imperium, vide per Bar. in l. 1. ff. de dam. infec.

De bonis communib. vniuerſitatum, & de earum adminiſtratoribus, vide titu. ſeq. & ſupra lib. 1. tit. de adminiſtrato. & Offic. Ciuitat.

De bonis communib. vniuerſitatis.

IN alienatione rerum vniuerſitatis, quæ requirantur, vide Ioſ. Ludo. deciſ. Peruſ. 93. nu. 37.

Decreti ſolemnitas requiritur in alienationibus rerum vniuerſitatis. Capic. deciſ. 4. n. 9. & 29.

Limita, quando præceſsit mandatum ſuperioris ad congregandum. Capic. ibid.

Vniuerſitas Ciuitatis, aut caſtri, debet in alienatione rerũ adhibere quatuor requiſita, de quib. vide per Capic. d. deciſ. 93. & ipſis ſolẽnitatibus non poteſt renunciare. ibid. nu. 2.

Vniuerſitas dicitur poſsidere, licèt ſinguli de vniuerſitate paſculent, & poſsideant bona vniuerſitatis: ideò poteſt alienare ipſa bona poſſeſſa à ſingularib. in vniuerſo, niſi ad vſum publicum ſint deſtinata. Borg. Caual. deciſ. 22. nu. 12. par. 2.

Quando fit alienatio de rebus communitatis, quæ ſolemſitates interueniri debeãt ad hoc, vt alienatio valeat, vide Rol. conſi. 90. vol. 1. Menoch. conſ. 80. vol. 1. nu. 22. & Bart. in titu. C. de venden. reb. Ciuit. lib. 11.

In mandato generali Reipub. non venit rerum ſuarum alienatio, niſi lege municipali aliud caueatur. Bar. ſing. 21. Pet. de Raue. ſing. 561.

Licitator primus alio plus offerente, ſi ille poſtea aufugerit, an liberetur, vide Boer. deciſ. 248. & ſupra tit. de diſtrac. pigno.

Quando res communes venduntur, vel accenſantur, debent de neceſsitate deliberari plus offerenti. Boer. d. deciſ. 248.

Vniuerſitas ex vna volens territorium, quod deſeruiuit paſcuis animalium antiquiſsimis temporib. infeudare, nempe, quòd pro ipſis paſcuis aliquid ſolueret, & animalium domini particulares ex altera negantes, an ſint audiendi, vide Capic. deciſ. 152.

Villa ſeparata ab alijs villis, & aggregata alicui caſtro, quo ad iuriſdictionem retinet communalia cum alijs villis, & poteſt petere diuiſionem dictorum communalium, & non poteſt accuſari de damno dato ante diuiſionem; ſed dicta diuiſio debet fieri de licentia ſuperioris. Borg. deciſ. 4. par. 2. de contract.

Bannimenta communalium non poſſunt fieri ab vna parte villarum (etiã maiori) niſi alijs vnitis vocatis. Borg. ibid.

Omnes villæ, & Ciuitates poſſunt habere, & facere proprium, & burſam communem; ſed in Regno Franciæ hoc non permittitur ſine licentia ſuperioris. Guid. Pap. q. 106.

Vniuerſitatis quæ ſunt, ad ſingulos non pertinet, & è contrà. Fran. Marc. q. 489. nu. 2.

Communitas archam communem, ſiue bona in communi habere poteſt, in quibus exequutio fit. ibid. nu. fin.

Bona cõmunia gerbida vniuerſitatis ad quos pertineant, & quomodo inter locos ipſius vniuerſitatis diuidi debeant, vide Crauet. conſi. 154. Menoch. conſ. 80. vol. 1. & quando non poſsint diuidi in præiudicium aliquorũ de vniuerſitate. vide Menoch. d. conſi. 80.

Quando res Ciuitatis debent diuidi, tantum debet habere pauper; quantum diues. vide Amanel de Clariſaquis. ſing. 255.

Communitas habet poteſtatem diſponendi de bonis ſitis in eius territorio: quia quicquid eſt in confinibus præſumitur, quod ſit communitatis. Dec. conſi. 525.

Communitas non poteſt ſoluere pro alio, nec ei remittere debitum liquidum. Ozaſ. deciſ. 95. nume. 29.

Adminiſtratores Ciuitatis licitantes, ſeu conducentes per interpoſitam perſonam res ipſius Ciuitatis, puniũtur in quadruplum, & contractus irritatur. Ozaſ. deciſio. 109. vide Menoch. de arbit. lib. 2. caſ. 459. nu. 17.

Maior pars vniuerſitatis præfertur in his, quæ ſunt cõmunia pluribus vt vniuerſis, & quãdo

ſtatuit,

ſtatuit, quod eſt vtile, vel neceſſarium. Capic. deciſ. 148. nu. 6. vide ſupra titu. prox. præced.

Camerarius communicatis, qui recipit granũ, & introitus communitatis, quãdo teneatur de diminutione, calo, & mancamento, vide Borg. Caual. deciſ. 8. de contract.

Officiales, & adminiſtratores cum pecunijs publicis lucrari poſſunt, & pro tali lucro non tenentur. Dec. conſi. 6.

Reſpub. ſi habeat granum ad vendendũ omnes tenentur emere, nec aliquis excuſatur, licèt ei neceſſarium nõ ſit. Bart. in l. vnica. C. vt nemini liceat in emptione. lib. 10.

De adminiſtratione rerum ad Ciuitatem pertinentium, vide in tit. C. de adminiſt. rer. lib. 11.

De rebus pertinẽtibus ad Ciuitates, vide in tit. C. de iure Reipub. lib. 11.

De his, quæ fiunt à maiori parte, & quando maior pars præiudicet minori.

REmiſsio partis debiti facta per maiorem partem creditorum nocet alijs in tribus caſibus, vt cogantur remittere, de quibus vide per Afflic. deciſio. 288. in alijs autem caſibus non habet locum regula, quòd maior pars poſsit minori præiudicare, quãdo creditores habent hypothecam. Afflict. ibid. nu. fin. ideò hoc caſu creditor, qui non conſenſit concordio, non tenetur illi ſtare. Rot. Genu. deciſ. 57.

Creditoribus pluribus exiſtentibus (data paritate crediti) præualet numerus perſonarum; ideò duo creditores in centum, præferuntur vni creditori in alijs centum. Capic. deciſ. 36. num. 3. aliàs maior pars intelligit pro cumulo debiti, nõ pro cumulo perſonarum, l. 9. ff. de pact.

Creditores in minori quãtitate (ẽt inuito debitore) cõpellunt ad cõcurſum. Capic. deci. 82.

Maior pars creditorum nõ poteſt cogere alios ad concurrendum in concedendo dilationẽ quinquennalem debitori in perſona tantũ, & non in bonis. Vinc. de Fran. deciſ. 179. n. 9.

Maior pars creditorum poteſt cogere creditorem ex cauſa dotis ad concurrendum cũ eis, in dilatione quinquennali, vide ibi. deci. 319.

Creditores poſſunt pauperi debitori remittere de debito, & aliquo eorum cõtradicente, ſtatur maiori parti, ſi partẽ debiti remittere voluerit, ſecus ſi totum. Ludo. Rom. ſing. 589.

Sententię maioris partis creditorum ſtatur, niſi minor pars euidenter oſtẽderet opinionem eorum manifeſtam cõtinere iniquitatẽ. Bar, in l. 7. nu. 8. ff. de appellatio. recipien.

Creditorum pars maior paciſcendo cum debitore, minori parti præiudicare poteſt: ideò ſaluuſconductus conceſſus à maiori parte, obſeruari debet etiam à minori. Menoch. de arbitra. lib. 2. caſ. 245. nu. 10.

Pactum maioris partis creditorum præſentiũ nocet abſentibus, & priuilegiatis hypothecã non habentibus. l. 11. ff. de pact.

Maior pars præfertur in his, quæ ſunt cõmunia pluribus vt vniuerſis; ſecùs in his, quæ ſunt communia plurib. vt ſingulis, tunc enim conſenſus omnium requiritur. Capic. deciſ. 152. Marc. q. 889. par. 2. Vinc. de Fran. deciſ. 2.

Quando factum à maiori parte, ab omnibus factum cenſeatur, vide ibid. d. deciſ. 2. Fran.

Quando ex tribus partibus quis debet eſſe approbatus à duabus, vt valeat electio, ſufficit ad validitatem electionis, ſi ex nu. 41. à 27. quis fuerit approbatus. Menoch. conſi. 96. vol. 1.

In iudicãdo maior pars trahit ad ſe minorem, ſed vide quę in hac q̃one obſeruẽtur in Regno Franciæ in lib. placit. Curiæ. libr. 11. de Iudi. tit. 4. q. 20. in deciſio. diuerſo.

Factum à maiori parte Collegij, ſeu Capituli, aut vniuerſitatis regulariter valet: fallit in caſibus, de quib. per Ant. Corſet in ſuis ſing. litera V. ſing. vniuerſitas, & minor pars tenetur facere, quod maior fecit. c. 18. ex. de cẽſib.

Quod maior pars facit valet: quia omnes facere videntur; ſed quid iuris in iudicando, vide Hippol. ſing. 376. fallit, quando lex, vel conſtitutio requireret conſenſum omnium. Ant. Trigo, ſing. 114.

Quod maior pars facit, tota vniuerſitas feciſſe vr̃, etiam alia parte contradicente. c. in Chriſti. & ibid. glo. de pac. conſtan. in vſib. feud.

Maior pars quod facit, an omnes facere dicantur, vide per Bart. in l. 19. ff. ad municipales.

Vbi eſt par iuriſdictio, maior numerus nõ præfertur. c. paſtoralis. ext. de reſcriptis.

Numerus, qui multum excedit præfertur auctoritati, & aliquando factum à minori parte præfertur facto maioris. c. dudum. 22. ext. de elect. & elect. poteſt.

Inuiolabiliter obſeruari debet, quod fit à maiori, & ſaniori parte. c. 35. ex. eod.

In electionib. plus nocet cõtẽptus vnius, q̃ ſi multi pręſentes contradicerent. c. 34. ex. eod.

Sufficit duas partes adeſſe, & maior pars Conſiliariorũ ſufficit, vt conſentiat in electione, & vox electi cõnumeratur inter eligentes. Bar. in l. 45. C. de Decurionib. lib. 10.

In vniuerſitatibus eccleſiaſticis præualet regulariter q̃ fit à maiori parte, niſi minor pars rationabiliter contradicat. c. 1. ex. de his, quę fiunt à maiori par.

Maior pars pręſentium præiudicat abſentibus. Bar.in l.11. ff.de pact.

In honoribus continuandis illud, quod maior pars facit, non videtur ab omnibus factum. Bar.in §.audient.Authen.de defenſo.Ciuitat.

Corpora plura quando ſimul coniunguntur, non vt facientia vnum corpus, ſed vt diuerſa, ad hoc vt actus dicatur factus ab omnibus, ſeu à maiori parte, oportet interuenire conſenſum cuiuslibet corporis. Abb.conſi. 57.num.3. lib.1.

Hodie in his, quæ ſunt communia pluribus vt ſingulis, quod fit à maiori parte, præiudicat alijs fauore libertatis.l.8.ff. de pact.

Non eſt in culpa qui facit, quod facit maior pars.l.pignus. C.de pigno.actio.

Duo arbitri poſſunt iudicare contradicente tertio, vel tacente: ſecùs eo abſente: idem in duobus iudicibus tertio contradicente, dum tamen omnes iudicent.l.20.ff.de recep. arbitr.vide.l.32.ff.eod.

Iudicio maioris partis non ſemper ſtatur.l. 11. & ibid.glo.ff.de ſeruit.ruſtic.prædio. ideò licet maior pars hæredum diſſentiat, vnus tamen ad diuiſionem prouocat, & ſic hoc caſu non ſtatur voluntati maioris partis. l. 44. ff.famil. erciſcund.

Poteſtatem maiorem quis conſequitur ratione maioris partis.l.34.§. ne autem.ff. de donat.

Præferuntur quæ multis proſunt his, quæ paucioribus.glo.in §.labeo.l.66.ff. pro ſocio.

In eligendo tutore ſtatur dicto maioris partis. l.20.§.ideoq;. ff.de teſtam.tutel.

Refertur ad vniuerſos, quod publicè fit per maiorem partem.l.121.ff.de regul.iur.traduntur exempla ibid.per glo.

Maior pars trahit ad ſe minorem.§.2.inſtitut. de ſatiſ. tuto.

De cõgregatione, monopolio, & conuenticulis perſonarum.

COnuenticula illicita (ideſt congregatio perſonarum) eſt prohibita, & domus, in qua celebratur eſt publicanda.l.cõuenticula.C.de Epiſco. & Cler.

Seditiones, tumultus, conuenticulæ, & conſpirationes in Eccleſijs (etiã cõtra priuatam perſonam) nõ debent fieri, ſub pœna vltimi ſupplicij. l. 4. C. de his, qui ad Eccleſia. confug.

Conuenticula, & conſpiratio prohibentur ſub pœna, de qua in c. conuenticulas de pace tuenda in vſib. feud.

De illicita pactione, & congregatione, quæ dicitur monopolium, & qua pęna puniatur, vide per Azo.in ſumma.titu. C. de monopol.

Cętus illiciti prohibentur fieri (etiam à veteranis) ſub prætextu Religionis.l.2.ff. de extraordin. crimi.

Omnes confęderationes, coniurationes, & conſpirationes, ſiue ligę Ciuitatum, & aliorum locorum illicitæ ſunt, & prohibitæ, adeò vt etiam pœnæ in eos conſtitutæ ſint, qui illicitas conuenticulas congregant, & in dubio ſemper præſumuntur illicitę. Myſing.obſer. 2. cent. 6.

De ligijs, vnionibus, & colligationibus priuatorum reprobatis, & de pœna contrafacientium, vide Rot. Aueniõ.deciſ.89. in deciſio. diuerſo. Tom.3.

Congregatio dicitur illicita, quando per eam vſurpatur auctoritas Magiſtratus. Crauet. cõnſilio. 4.

Congregatio, & conuenticula differunt, quia congregatio fit ad bonum, & conuenticula ad malum.Craue. ibid.nu.18.

Congregans gentes armatas, vel conſilium ſeditionis habens, tenetur lege Iulia de vi publica, etiam ſi ita congregans ad aliquem actum non peruenerit, ſatis enim eſt, quòd peruentum ſit ad actum congregationis.Crauet. conſi. 224.

Conuenticula prohibita ſine ſuperioris auctoritate, vide D.Sol. in ſuis comment.in antiq. conſtitu.glo.ſuper 1.par.decreti, ne fuga.tit. de accuſat.tamen congregatio perſonarum, pluribus caſibus non eſt punibilis, etiam facta ſine ſuperioris auctoritate.idem ibi n.10.

Monopolium, quid ſit, qua pœna puniatur, & quando dicatur, vide ibid.nu.11.

Opifices alicuius artis prohibentur facere monopolia, de vendendo res ſuæ artis ad vnum pretium, aut imponendo ſuper rebus cariſtiam ſub pœna, de qua in decreto antiquit, Sabaudiæ tit. de artibus lib. 3.

Congregationes nõ debent fieri ſine ſuperioris licentia, niſi cauſa confraternitatis, & ad conſeruationem. Rebuff.in ſuis commen. tracta.de magiſt.artific.Tom.2.art.3.

Monopolium committi poteſt quatuordecim in caſibus, de quibus vide ibid.gloſſ.2.num. 5. ſed an valeat conſuetudo in contrarium, ibidem nu.20. & quæ ſit pœna monopolium facientium, vide nu.12.

De hominibus congregatis ad machinandum contra Dominum, vide per Guid.Papon.ſingul. 655.

In creatione ſyndici vniuerſitatis debet interueniri auctoritas ſuperioris. Bart.in l.1.C.de ſeru. Reipub.manumit. vide ſupra titu.quod cuiuſque vniuerſitatis nomine.

Conuentus

Conuentus Ciuium, corũ lętitiæ, & feſta cõſueta, non debẽt eis interdici. l. 4. C. de paganis.

De congregatione hominum, vide glo. 1. in c. 1. ex. de elect. & elect. poteſt. & ibid. Dec.

Corpus cuiuſcunq; vniuerſitatis poteſt retineri etiam per vnum. l. 7. §. in Decurionib. ff. quod cuiuſque vniuerſitatis nomine.

Congregatio tendens ad bonum finem (maximè ad vtilitatem Eccleſiæ) licita eſt. Fran. Marc. q. 455. nu. 12.

Ciuitatis vel villę pars (Iudice, vel ſuperiore inconſulto) cõgregationem facere pro tuitione iurium Ciuitatis poteſt, dummodo talis congregatio tendat ad bonum finem; aliàs ſecùs. vide Marc. q. 126. par. 2.

Confraternitates à iure approbantur, de quib. vide per Rebuff. in ſuis commenti. Tom. 2. tract. de confrat. fol. 536.

Statuta confraternitatis quando valeant, & res confraternitatis, ad quem pertineant, quando reprobatur, & bona vnius confraternitatis, alteri dari non poſſunt. ibid.

Congregatio in dubio præſumitur facta ob malam cauſam; tamen quando conſtat fuiſſe factam ob cauſam licitam (etiam ſine licentia ſuperioris) congregati nõ puniuntur. Crau. conſi. 4. Menoch. conſi. 28. vol. 1.

Vniuerſitas ſcholarium eſt approbata, & poteſt habere Rectorem. Bart. in l. 7. C. de iuriſdict. omn. Iudic.

Quot homines faciãt Collegium, turbam, multitudinẽ, congregationẽ, populum, vel gentem, vide per Bart. in l. 4. ff. de vi bonor. rapt.

De ludo, ſponſionibus, & dependentibus ex illis.

AVthen. alearum vſus. C. de Relig. & ſumpt. fun. (diſponens pecuniam in ludo perditam poſſe repeti) ex conſuetudine generali non obſeruatur, quæ cõſuetudo valet, dummodo fraus non interuenerit: tamen in quibuſdã perſonis adhuc debet ſeruari d. Auth. vide Gaſp. Cabal. milleloq 618.

De ludo, & dependentib. ex illo, vide per Clar. in ſua Pract. §. ludus. nu. 38. & in antiquis conſtitutionibus huius Patriæ titul. de lud. & luſoribus. D. Sol. ibid. in ſuis comment. fol. 182. vbi prohibetur ferè omne ludũ, tñ huic prohibitioni conſuetudo ludendi derogauit. D. Sol. ibid. nu. 11. Menoch. de arbitra. lib. 2. caſ. 399. & an res lucrata poſsit iure retineri, vide D. Sol. ibid. nu. 12.

Mutuans pecuniam ad ludendum, actionem non habet, pro reſtitutione. ibi. nu. 15. Gram. deciſio. 40. Capel. Thol. q. 193. in additio.

Conſuetudo excuſat luſores, vt non teneantur ad reſtitutionem pecuniæ lucratę, ſi fraus nõ interuenerit. Rebuff. in ſuis comment. gl. 5. in procemio. nu. 56. fol. 23.

Ludi theatrales etiam prætextu conſuetudinis in Eccleſijs, vel per Clericos fieri non debẽt. c. 12. ex. de vit. & honeſt. Cleric.

Epiſcopi, vel Clerici ad tabulas ludere, vel ludi participes fieri prohibentur; ſed ſchacorum ludus, non eſt Clericis prohibitus. §. interdicimus, & ibid. glo. Auth. de Sanctiſ. Epiſco.

An poſsit repeti, quod in ludo perditum eſt, an valeat conſuetudo in contrarium, an ex mutuo facto in ludo oriatur actio, an valeat tranſactio ibi facta, & an vendens in ludo teneatur de euictione, vide per glo. in l. fin. C. de Relig. & ſumpt. fune.

Perdita in ludo alearum, an poſsint repeti, vide diſtinctionem, quam tradit Guid. Pap. q. 581. & Capel. Thol. q. 193.

Amiſſum ludendo ludo permiſſo, repeti non poteſt, niſi forſam ſummam excederet limites rationis, vel niſi quis luderet cum eo, qui ſuarum rerum non haberet adminiſtrationẽ. Capel. Thol. d. q. 193. in additio. traduntur exempla in filiofa. vel ſeruo. & Monacho. ibi.

In ludo, ſi interuenerit fraus competit repetitio illi, qui habet liberam adminiſtrationem. ibidem nume. 5.

Alearum ludus recreationis cauſa, non præſumitur eſſe peccatum mortale. ibid.

Qua pœna plectentur delinquentes in ludo, vide Menoch. de arbitr. lib. 2 caſ. 400.

Facta prohibitione, quòd nullus audeat ludere ad aliquem ludum ſub pœna, ita punitur ille, qui reſpicit ludere, ſicut ille, qui ludit. Hippol. de Marc. ſing. 552.

Ludus eſt crimen, & venit criminis appellatione. Barto. in procemio digeſtorum in prima conſtitu. §. fin.

Domus, in qua luditur confiſcatur. Gramma. deciſ. 40. nu. 4.

Ludum tenens in domo, ſi percutitur ratione ludi, non ſolùm in loco, vbi luditur; ſed vbicunque non tenetur percuſſor, & talis iniuria eſt impunibilis. Gram. d. deciſ. 40. nu. 5.

Ludentes ad cartas ſi faciant partitum, & ex parte vnius ſit adimpletum, non poteſt alter ſe pęnitere, parte cõtradicente. Borg. Caual. deciſ. 34. par. 2.

Pacta ſunt obſeruanda à ludentibus, & eodem modo reſoluenda, quo fuerunt inita. Borg. ibidem.

Ludentes ſi deponunt pecunias cauſa aliquid faciendi, non poteſt vnus ſine conſenſu alterius recedere à conuentis. ibid. d. deciſ. 34.

Spōſionis,ſeu ſcommiſſarum vſus frequens eſt, & efficax ad producendam actionem,quando cauſa, vel conditio non eſt turpis. Hiero. Mago.deciſ.8.Rot.Floren.

Venditio rei facta in ludo,an valeat, vide per Bar. ſing. 25.

Si colluſor vendat colluſori,non tenetur de euictione; idem,ſi vendat extraneo,quod intellige, quando fit venditio in ludo prohibito. Pet.de Raue.ſing. 562.

An licitum ſit perdenti impunè furari aliquid vincenti, & tenenti barateriam in domo, & pro tali furtò,an detur accuſatio, vide Ant. Corſet.in ſuis ſingularibus litera F.ſing.1.

Promittens dare ſchacum matum cum pedona, an obtineat, ſi det cum pedona effecta regina, vide Barto. in l. 63. §. ſi ex officio. de legat. 3.

Bonæ fidei emptor,quando dicatur emens à ludente, vide Bar.in l.8.ff.pro emptore.

Ludus dicitur perfectus, & habetur pro abſoluto,quando luſores recedunt. Bart.in l.69. nu:5. ff. de furt.

De pertinentibus ad hunc titu. vide in tit.C.de Relig.& ſumpt.fun.& de aleæ luſu,& aleat.in vltima part.Rub.& ibid.Azo.nu.21.

Ludus, in quo pecunia amittitur eſt ꝓhibitus. Gram. deciſ. 40.

De ſuperficiebus.

DE vtili actione,quæ datur ſuperficiario, hoc eſt illi, qui ſolum alienum cōduxit,velnti ad decennium, & ibi bona fide ædificiauit,quia ſi ceciderit à poſſeſsione,illi cōpetit hæc actio, de qua vide per Io.Criſp.in ſuo tract. termino.actio.nu.5. poſt volumen Iaſ.de actio.

Hæc actio in rem vtilis, quando detur ſuperficiario,& quomodo formet libellus, vide per Maran.in ſuo Spec.par.4.tit. an ſit Iudi.ciuil. vel crimina.diſtinct.3.nu.12.

Superficies quæ dicatur, & ſuperficiem ad non modicum tempus qui conduxit,in ea actionem habet, & illam alienare poteſt, & Iudicis arbitrio relinquitur, quod tempus dicatur modicum in conductione ſuperficiei. vide Menoch.de arbit.lib.2.caſ.31.

Superficiario competit vtilis actio in rem,quis autem dicatur ſuperficiarius, vide in l.74.ff. de rei vendica.

Superficies ſolo pignorato impoſita, cadit in obligationem.l.29.§. domus.ff. de pignorib.

Superficiarius, qui habet vtile dominium, poteſt nunciare nouum opus.l. 3.§. ſi ago. ff.de oper.nou.nunciatio.

De actionibus popularibus.

IN popularibus his actionibus procurator dari non poteſt, niſi ad vtilitatem priuatam agēris pertineat.l.42.ff.de procurato.

In ipſis actionibus iuramentum vnius præiudicat omnibus, niſi colluſum fit; ſicut per ſententiam præiudicatur.l. 30. §. in popularibus. ff.de iniurijs.

De conſilio.

VErba imperatiui modi importāt conſilium, quando imperatur aliquid, quod importat priuatam vtilitatem.Bar.in l.3.C.de tranſact.

Conſilium neminem obligat.gl. pen.in c.42.ext.de electio. niſi ſit fraudulentum.Bar.in l.1.C.de ſeru.fugit.& in l.2.ff.mādati, & tunc tale conſilium eſt punibile, ſed qua pœna puniatur,vide in additio.ad Bart. in d.l.1.C.de ſeru. fugit.& in conſi. 165 lib. 1.

Aliquando quis tenetur requirere conſilium, ſed nō tenetur illud ſequi.c.7.ex.de arbitris. vide Bar.in l.1.§.ſi plures.ff. de exercit.actio. & in l.8.§.ſi cui.ff.mandati.

Actus expediendus conſilio alterius, quando debeat,vel poſsit expediri, expreto cōſilio, ſi eſt malū,vide Bart.in d.l.1.§.ſi plures.n.11.

Tutor ad hoc, vt teneatur requirere conſilium alterius, etiam teſtatore iubente, quæ requirantur, vide Bart. in l.48.ff. de adminiſtra.& pericu.tuto.

Conſilio alterius, ſi aliquis debet aliquid facere ex legis diſpoſitione, illud neceſſariò requiri,& ſequi debet.Bar.in l.7.ff.de ſuſpe.tut.

Conſilio quando quis obligetur,& ſumitur cōſilium duobus modis, vno,pro vt ad alium refert,alio,ꝓ dolo. Bar.in l.53.ff.de verb.obl.

Dans conſilium, vel mandans ei, qui alias erat facturus non punitur. Bar.conſi.165.vol.1.

De acquirendo rerum dominio.

PActum reſolutiuum vbicunq; interuenit, transfertur dominium abſque traditione vera, vel ficta. Ozaſc.deciſio.53.nu. 9.Pet.de Rauen.ſing. 866. & l. 42.ff.de rei vendic.

Genitiui caſus faciunt,vt quis dominus præſumatur. Afflic.deciſ.239.

In acquiſitione dominij requiritur vtriuſq; cōſenſus; ſecùs in acquiſitione poſſeſsionis. Afflict. deciſ.301.nu.4.

Lepus

Lepus immediatè, quę ingreditur ortum tuum, & clauditur ſibi via redeundi, dicitur ſtatim tibi quæſita, & poſſeſsio illius, & per conſequens dominium. Gramm. deciſ. 71. nu. 4.

Fera beſtia, ſi ita à me vulnerata ſit, vt capi poſſit, videtur eouſque mea, donec illam proſequor. Gramm. ibid. nu. 9.

Princeps transfert dominium ad ſuum libitum. Boer. deciſ. 42. num. 28. & ex ſolo contractu ſine traditione. Vinc. de Fran. deci. 23. nu. fin.

Dominij translationem non operatur confeſſio; ſed bene ſententia. Boer. deciſ. 211. num. 25. & 26. imò etiam poſt ſententiam requiritur traditio. Boer. conſi. 44. nu. 10. Dec. conſi. 564. & Guid. Pap. q. 831.

Dominiũ transfertur ex pignore iudiciali, quãdo capitur res in executione ſentẽtię. Craue. conſi. 157. & conſi. 248.

Dominium in profanis ex pluribus cauſis ſimul concurrentibus poteſt haberi; quia quamuis dominium ex pluribus cauſis nequeat acquiri, poteſt tamẽ quis varios cumulare titulos, non ad effectum conſequendi ius ex varijs cauſis, ſed vt ex illis poſsit ſe defendere. Guli. Caſtad. deciſ. 21. in excipiendo, non autem in agendo. Guid. Pap. ſing. 912.

Dominiũ regulariter non poteſt acquiri ex pluribus cauſis: fallit, quando eſt dubium de prima cauſa, ex qua dico meum: quia tunc ad cautelam poteſt meum fieri ex ſecunda: ſecũdò fallit, quando mihi pinguius prouidetur per ſecundam prouiſionem, quàm per primã. Fran. Marc. q. 494. nu. 1. & 10. tertio dominiũ poteſt haberi ex pluribus cauſis eodem tempore concurrentibus. Bart. in l. 14. §. actiones. ff. de exceptio. rer. iudic. vide l. 3. §. ex plurib. ff. de acq. vel amir. poſſeſ. & l. 120. ff. de reg. iur.

Verbum, accipere importat tranſlationem dominij. Rota Genu. deciſ. 26.

Liquidatio pretij rei non requiritur ad finem transferendi dominium rei emptæ: quia dominium poteſt trãsferri ante liquidationem. Vincent. de Fran. deciſ. 23.

Procurator acquirit nobis dominium, licèt nõ directam actionem, intellige tamen, quando fit traditio illi tãquã procuratori. Cabal. milleloq. 125. facit. §. pen. inſtitu. per quas perſo. nob. acq. & aliquando per falſum procuratorem quæritur dominium vero domino, vide Bart. in l. 19. C. de furtis, ſed an ipſum dñium ſtatim quæratur domino per procuratorem, vide l. 2. & ibid. gl. C. de his, qui à non domino manum. ſunt.

Traditio animalis, & rei mobilis fit per inſpectionem occulorum, menſurationem, per ſigillum, bullum, ſignum, & ſimilia. Borg. Caua. deciſ. 7. de contract. part. 2.

Tradirio nõ requiritur, vt dominium rerum hæreditariarum acquiratur hæredi, ſed ſufficit ſola aditio; ſecùs in poſſeſsione. Craue. cõſi. 202. nu. 35. & l. 14. C. de iure deliber.

Dominium abſque traditione in Eccleſiam trãſit in rebus ei vendiris, vel donatis. Iaſ. de act. in §. ſed iſtę, nu. 35. Dec. conſi. 564. quod limita vt ibid. vide Math. Matheſ. ſing. 43. Bar. in l. 19. C. de Sacroſanct. Eccleſ. nu. 5. & in alijs caſibus, de quibus vide per gloſſ. in l. 3. ff. de public. in rem act.

Quinque modis acquiritur rerum dominium, de quibus vide per Caſſa. in conſuetud. Burg. tit. *des foreſtz*. Rub. 13. §. 1.

Dominium nil aliud eſt, quàm ius diſponendi de re ad ſui libitũ, & quando ex tranſactione transferratur, vide Menoch. conſi. 381. lib. 3.

Quando quis alteri dat facultatem diſponendi de re aliqua, dicitur eam eius facere, atque ita transferre dominium. Menoch. conſ. 381. num. 6. lib. 3.

Traditionibus dominia acquirũtur, tamen per ſignaturam, ſeu ſciſſuram, vt in trabe, vel per ſigillum fit translatio dñij. Lud. Ro. ſing. 285.

Conſuetudo trãsfert dominium ſine poſſeſsione. Guid. Pap. ſing. 285.

Quando res cadit in commiſſum eius dominiũ ſtatim transfertur abſque traditione. Pet. de Raue. ſing. 853.

Reuocata donatione cauſa mortis, transfertur dominium abſque traditione. idem ſing. 879.

In actione pro ſocio in vniuerſalibus, tranſit dominium ſine traditione. idem de Rauen. ſing. 883. nam in qualibet acquiſitione vniuerſali dominium transfertur ſine traditione. Bart. in Auth. ingreſsi, nu. 27. C. de Sacroſan. Eccleſ.

Verbum, reuertatur ſignificat trãslationem dominij ipſo iure. Ant. Corſet. in ſuis ſingularibus litera R. ſing. reuertatur.

Dominium an ex inutili cõtractu transferatur, vide Bart. in l. non dubium, nu. 25. C. de legib. & in l. 7. ff. de dolo malo gl. in d. l. 7. qui tenet pro parte affirmatiua.

Multa ſpectantia ad dominij translationem vide per Bart. in l. 5. C. de iuris & fact. igno. & in l. traditionibus. C. de pact.

Titulus ſuperueniens poſſeſſori facit eũ quęrere dominium ex perſona eius, à quo habet titulum. Bar. in l. 28. C. de tranſact. nu. 26.

Dominium vt transferatur, an requiratur, vt fiat miſsio in poſſeſsionẽ rei vacuæ, & quid in publiciana, vide Bar. in l. 12. C. de probatio.

Dominium trãsfertur ex traditione antequam contractus ſit habitus, & factus. Bar. in l. contractus, C. de fide inſtrument. nu. 17.

Nomina poſſeſſoria, quando denotent dominium, vide Bar. in l. 29. §. argento, ff. de auro, & argen.

argen.leg.& in l.51.§. ſi quis.ff.de hæred.inſti.
Dominium quare poſsit transferri ad tempus, vide Bart.in l.4.ff.de ſeruitutibus.
Poſſeſsio quando transfertur, & dominiũ,quod ei acceſsit,vide Bar. in l. 15. §. ſed & ſi.ff. de condict. indeb.
In iudicijs famil.erciſc.comm.diuid. & fin. reg. transfertur dominium ſine traditione. Bart. in l.12.ff.de condict.furt.
Quando dominium acquiritur nobis per coniunctam perſonam, vel negotiorum geſtorem, vel per procuratorem, an ſit opus ratihabitione, & quando non, vide per Barto.in l.13.ff.de donatio.
Soluens, vt recipiat, an transferat dominium, vide Bart.in l.55.ff.de ſolut.& liberat.
Dominium introductum de iure ſpeciali ex aliquo fauore, non poteſt allegari contra illud habentem,& ille,qui eſt dominus rei reuocabiliter, poteſt denuo ex alia cauſa effici dñs, Bart.in l.12.§. ſi quis ſeruum.ff.de captiuis.
Res empta cum pecunia mea,non eſt mea: ideò à me vendicari non põt.l.6.C.de rei vend.fallit, ſi fuerit empta de pecunia militis.l.8.C.e.
Ex pacto nudo diuiſionis non oritur actio, nec transfertur dominium,niſi traditione ſecuta. l.15.C.famil. erciſc.
Si vnus ex fratribus de pecunia communi ſuo nomine emat, ſibi, non alteri dominium acquirit.l.pen.C.ſi quis alteri,vel ſibi.
Dominium an transferatur,ſi res contra prohibitionem alienetur, vide gl.in l.fin. C.de reb. alien. non alien. quòd prohibitio alienationis non impediat dominij translationẽ probat l.ea lege.ff.de verb.oblig.
Licèt maritus emat rem vxori de pecunia ſua, tamen quæritur vxori dominium. l. 9. C. de donatio. int.vir.& vxo.
Obligatio non impedit translationẽ dominij: ſed dominij translatio præcedẽs impedit obligationem.l.13.C.de donatio.int.vir. & vxo.
Soluto matrimonio dominium rei dotalis reuertitur ipſo iure;non autem poſſeſsio. l.9.C. ſolut.matrimo.
In rebus,quę commixtione non confunduntur, remanet dominium eorum, quorum erat primò, niſi eorum volũtate ſit facta commixtio. l. 5.ff.de rei vendic.
Res, quæ commixtione ſpeciem mutat, deſinit eſſe domini prioris, & res ſpecificantis efficiuntur.d.l.5.§.idem ſcribit.
Qui ædificat in alieno ex cauſa conductionis, transfert dominium.l.40.ff.de rei vendic.
In ſoluentẽm litis æſtimationem tranſit dominium rei præſentis, vel poſtea ad præſentiam venientis.l.46.ff.eod.
Rei abſentis ita demum transfertur dominium, cùm poſſeſsionem eius rei acquirẽs nactus ſit ex voluntate domini.l.47.ff.eod.
Ex ſolo titulo in contractibus non quęritur dominium,nec ius vendicandi; ſecùs in vltimis voluntatibus.l.50. & ibi.gloſ.ff.de rei vendic.
Dominium in legatis ſine poſſeſsione quęritur. l.19.§.fin.& ibi.glo.ff. quemad. ſeruit.amit.
Ex falſa cauſa dominium transfertur. l. 2. C. de fideicom. libert.
Si donãs rei donatę ſibi retineat vſumfructum, videtur illam tradere, ideò tunc dominium transfertur ſine reali rei traditione. l. 28. C. de donatio.
Dominium veſtium ad vſum vxoris factarum (etiã eius cura) acquiritur viro, & nõ vxori.l. 31.§.1.& §. ſi vir.ff.de don.int.vir.& vxor.idẽ, ſi vxor ædificauerit in ſolo viri, vide ibi.
Rei donatæ nobis dominiũ quæritur per ſeruũ, & per procuratorẽ noſtrũ,ſi tradẽs hoc agat, licèt recipiens machinetur. l. 13. ff.de donat.
Si tibi do,vt ſtatim mihi reſtituas, non impeditur dominij trãslatio, ſi ex reſtitutione remaneo tibi obligatus.l.34.ff.de donatio.
Quando teſtator legat rem ſuam,tranſit dominium recta via in legatarium;ſecùs ſi legat rem hæredis.l.6.ff. de manumiſsis teſtamen.
Ex omni contractu habens domini voluntatẽ, efficitur dominus rei, licèt non contractet; ſecùs ſi domini voluntas non cõcurrat.l. qua ratione.§.interdum.ff.de acqui. rer.domin.§. interdum,inſtitu. de rerum diuiſio. Bart. in l. certi condictio.§.fin.cum l.ſeq.ff.ſi cert. pet.
Poſſeſsio, & dominium poſſunt ſub cõditione transferri, ſed defectus conditionis impedit eius translationem.l.38.§.ſi quis.ff.de acquir. vel amit.poſſeſ.
Vendens rem alienam præter voluntatem domini transfert dominium, ſi tempore traditionis domini voluntas adeſt.l.44.§. conſtat. ff.de vſucapio.
Dominium, quod erat apud defunctum tranſit ad legatarium,etiam ſi defunctus ignorabat, & poſſeſsio apud eum non erat. l. 83. §. ſi Titius de legat.1.
Dominium rei legatæ tranſit, ab adita hæreditate.l.86.§.fin.eod.
Per aſpectum quæritur dominium rei ſolutæ. l. 79.ff.de ſolutio.& libera.
Creditor alienando pignus,licèt non ſit dominus,transfert dominium.§. contra autem,inſtit.quibus alie. lic.vel non.
Dominium in accipientem transfertur per traditionem vacuæ poſſeſsionis. Azo in ſumma tit.C.de fundo dotali.
Confines in inſtrumento enuntiati in facto antiquo,probant dominium inter partes enunciantes,& illis ſtatur.Afflic.decil.83.

De

De recognitione enunciatiua iurata, & ſępius repetita ad probandum dominium, vide per eundem deciſ. 164. quòd verba enunciatiua inter partes probēt dñiū, ſcribit Cra. cōſi. 29.

Dominium qualiter probetur, vide per Boer. deciſ. 42. Guid. Pap. q. 78. & ex quibus acquiratur, & probeť, vide gl. in l. 12. C. de probat.

Dominium non probatur ex ſolo titulo. Boer. deciſ. 42. & conſi. 18. nu. 15. Franc. Marc. quæſt. 217. Craue. conſi. 57. & 157. Menoch. conſi. 361. num. 12. lib. 4. l. traditionibus. C. de pact. ſine traditione. l. penul. C. de rei vendic. ideò dominus nemo pręſumitur, etiā ſi in aliquo inſtrumtnro hoc dicať. Boer. d. deciſ. 42. nu. 27. tamē quòd domininm poſsit probari per inſtrumenta faciunt. ll. 10. & 19. C. de rei vēdi.

Dominum ſe dicēs ex cauſa emptionis, debet probare primò venditorem fuiſſe dominum: ſecundò ſibi vendidiſſe: tertiò pro certo pretio, quod ei ſoluit: quartò poſſeſsionem rei ſibi traditam. Boer. d. deciſ. 42. nu. 29. vide Ioſeph. Ludo. deciſ. 54 Luc. Paul. Aemil. deciſio. 281. part. 1. Crauet. d. conſi. 57. 157. l. 9. C. de contrah. emp. fallit, quando agitur contra vēditorē, vel eius hæredē. Menoc. cōſ. 361. lib. 4.

Ex inſtrumento locationis non probatur dominium. Ioſeph. Ludo. deciſ. Luc. 54. nu. 7. Paul. Aemil. deciſ. 280. par. 2. Cabal. milleloq. 511. niſi cōcurrentibus alijs indicijs. Cabal. d. milleloq. 511. aliàs locatio non ſufficit ad probādum dominium contra cōductorem, qui poſtea de dñio cępit litigare. l. 20. & 23. C. locati.

Si venditor, vel donator rē conduxerit ab eo, cui dedit, ipſa conductio transfert dominiū ſine traditione. l. 76. ff. de rei vendic.

Etiam per inſtrumentum inueſtituræ non probatur dominium. Ioſeph. Lud. deciſ. 65. Luc. Mago. deciſ. Luc. 38. niſi aliter ſe habeat conſuetudo, vel feudum concederetur ex gratia à Principe non recognoſcentē ſuperiorem. Magon. ibid.

Dominium non probatur per famam (etiam in antiquis) niſi alia concurrant, vide Ioſeph. Ludo. deciſ. 65. nu. 14. Bart. in l. 24. §. ſi cum. ff. de nego. geſt.

Traditio iuſta, cauſa traditionis, vera poſſeſsio, & amiſsio poſſeſsionis requiruntur, vt quis probet verè dominiū. Aegi. Bella. cōcluſ. 739.

Conſignatio non importat dominij translationem. Rot. Genu. deci. 54. vide l. 25. C. de rei vēdic. dominium tamen probatur per æſtimum præſumptiuē. Cabal. milleloq. 511.

Marca, ſeu ſignum præſumptiuē probat dominium. ead. Rot. deciſ. 201.

Dominium non probatur per teſtes de auditu, ſed debet probari per teſtes deponentes de aliquo facto, ex quo reſultare poſsit dominium, & etiam non interrogati debent cauſam ſcientiæ reddere. Paul. Aemil. deciſ. 279. par. 1. vide Craue. conſi. 157. Iaſ. de actio. in §. omnium, nu. 71. Menoch. de arbitr. lib. 2. caſ. 42. Guid. Pap. ſing. 718. l. 10. & 19. C. de rei vēd.

Probatur dominiū per indicia in excipiēdo, ſecùs in agendo. Idem deciſ. 280. nu. 4. part. 1.

Inſtrumentum non admittitur contra probationem dominij per teſtes. Paul. Aemil. deciſ. 281. par. 1. nu. 2.

Dominium ex titulo ſingulari ſine poſſeſsione non transfertur, vide Bar. in l. 51. ff. de rei vēd.

Ad probationem dominij non ſufficit agenti producere inſtrumentum, in quo alius ſuo nomine emit, & probare, quòd emit ex pecunia ipſius agentis. l. ad probationem. C. de probatio.

Etiam ſine inſtrumentis poteſt probari dominium, probādo titulum emptionis cum pretij numeratione, & vacuæ poſſeſsionis traditione. l. 12. C. de probatio. aliàs ante rei traditionem non acquiritur dominium rei venditæ emptori. l. 8. & 10. C. de actio. empt. & l. 12. C. de diſtractio. pigno.

Probata poſſeſsione de præterito, non cenſetur probatum dominium. Guid. Pap. q. 78. vide Boer. deciſ. 42. Aegid. Bellam. concluſio. 739. Bart. in l. 27. ff. de conditio. inſtitutio. quid, ſi probetur poſſeſsio, & perceptio fructuum, vide Ioſeph Ludo. deciſ. Luc. 54.

Poſsidens ſciente venditore præſumitur, quòd ei poſſeſsio ſit tradita. Bart. in l. 2. C. de acqui. & retin poſſeſsio.

Dominium quando venit incidenter, præſumitur ex poſſeſsione. Barto. in l. 3. §. neque. ff. de aqua pluia arcen.

Fructus recolligens, & vtens re vt dominus, an præſumatur dominus, vide l. 48. & ibi. Bart. ff. de ſolut. & liberat. & l. quidam in ſuo. ff. de conditio. inſtitutio.

Metalla in loco priuati inuēta, ſunt ipſius priuati, niſi quo ad decimam, quæ debetur Principi. Afflic. deciſ. 321.

Rex an poſsit dare licentiam, quærendi metalla in fundo alieno inuito domino, vide ibi. nu. 6.

Venæ, ſeu mineræ ſunt ad exemplum Theſauri, & inuentoribus propterea acquiruntur. Crauet. conſi. 209.

Res in dubio non præſumitur tradita, vt dñium transferatur, & ex nuda traditione nunquam transfertur dominium. Afflic. deciſ. 373. ideò creditor in dubio præſumiť iure pignoris; & non dominij poſsidere. Afflic. deci. 373. nu. 6. aliàs traditio in dubio vř facta animo transferēdi dñium, ſi pceſsit cauſa habilis ad trāsferēdū dñium; aliàs ſecùs. Bar. in l. 8. ff. de iure dot. vide eundem in l. 27. ff. de acquir. poſſeſ.

Domi-

Dominium eſt triplex, directum, vtile, & verum. Guid. Pap. q. 551. imò quadruplex. vide Boer. deciſ. 42. & Barto. in l. 4. §. deniq; nu. fin. ff. de aqua plu. arcen. & plura ſunt dominia vtilia. Bart. in l. 17. ff. de acquir. poſſeſ.

Bona capta in bello, quorũ eſſe debeãt, & inter quos diſtribui, vide per Gramm. deciſ. 71. & qñ efficiantur capiẽtiũ, vide inf. tit. de bello.

Derelictus alueus naturalis (flumine ad alium alueum fluente) efficitur proximiorum vicinorum, etiam ſi hoc contingerit facto hominis. Caſſad. deciſ. 1. tit. de acquir. rer. domin. vide Bar. in tract. de fluminibus.

Inſula in flumine ſine facto hominis, ſed poteſtate diuina nata, acquiritur prædijs vicinis. ibi. nu. 6. d. deci. 1. vide Bar. in tract. de inſula.

Dominus rei portatæ in fundum alienum, licèt de dãno præterito cauere non teneatur (cùm non ſit in culpa) tamen dominus fundi ſuum intereſſe retentionis iure conſequitur. Fran. Marc. q. 893. nu. 27. par. 2.

Res ablatæ inundatione, & vi fluminis non efficiuntur occupantium, ſed reſtituẽdæ ſunt dominis, niſi fuiſſent habitę pro derelictis. Natt. conſi. 331. vide tamen l. 8. ff. de incendio, ruina, naufragio.

Epiſtola ſi furto fuerit ſubtracta, cui actio quæratur, vide DD. de Rota deciſio. 18. de probatio. in antiq.

Dominus, & poſſeſſor rem ſuam etiam ſcienter recipiens, vt rem concedentis, non perdit dominium, ſed contractus non valet ipſo iure, nec concedenti acquiritur aliquod ius, quid in poſſeſsione, vide Gaſp. Cabal. milleloq. 39. part. 1.

Per executionem nulliter factam non amittitur dominium. Craue. conſi. 29.

Confeſſus rem eſſe alterius cùm non ſit, in eum dominium non transfert. Menoch. de arbitr. lib. 2. caſ. 336. nu. 30.

Lex, vel ordinatio ex cauſa publica dominiũ auferre poteſt. Rebuff. in ſuis comment. Tom. 2. tract. de reſciſ. contract. art. 1. glo. 1. nu. 3.

Dominium rei datæ in ſolutum à debitore creditori vſurario non transfertur in ipſum fœneratorem, ſed manet eius, qui in ſolutum dedit. vide Menoch. conſi. 330. lib. 3.

Cluſa in flumine publico quo ad vſum eſt publica, licèt quo ad proprietatem ſit illius, cuius eſt ager, cuius frontem inſpicit. Bar. ſing. 7.

Dominium rei, quæ apud reum erat non transfertur, licèt quis renunciet liti, & cauſæ. Bart. in l. ſi pro fundo. 33. C. de tranſact.

Dominium rei ex cõtractu non transfertur, niſi pretio ſoluto, vel de illo habita fide. Bart. in l. 4. C. de dol. malo. nu. 9. ſed quãdo dicatur habita fides de pretio, vide eundem in l. 13. C. de rei vendic. vel aliter ſit ſatisfactum. l. 53. ff. de contrah. empt. & vendi.

Dominium vtile ſine traditione quæri non poteſt. Bart. in l. 9. C. de hæred. vel act. vend.

Dominium non tranſit ex contractu ſimulato. Bart. in l. 7. C. de agricolis, & cenſit. lib. 11.

Error quando impediat translationem dominij, vide per Bart. in l. 1. ff. de offi. Proconſul. in l. 30. §. ſeruum, & in l. 41. ff. ſi cert. pet.

Dominium non extinguitur ipſo iam quæſito ſuper re, ſi res tranſit in aliam formam. Bart. in l. 18. §. ſi quis ſic. ff. de pigno. act.

Quãtitas licèt ſoluta ſit pro parte, nõ tamen trãſit dominium pro parte. Bart. in l. 78. §. fundũ. ff. de contrah. emp. & vend.

Poteſt quis cauſam dominij ſibi mutare, noua cauſa extrinſecus ſuperueniente. l. 4. ff. ad leg. Falcid.

Quando eadem res venditur, vel donatur duobus inſolidum, ille præfertur in dominio, cui res prius fuit tradita non attento, cui prius fuit vendita, vel donata. l. 1. & l. quoties. C. de rei vendic. & l. ſinautem. §. ſi duobus. ff. de publica. vide ſuprà tit. de contrah. empt.

Quicquid ſuper ſolum ædificatur ſolo cedit. l. 2. C. de rei vendic. & l. 11. eod.

Dominium rei dotalis eſt mariti, ideò cõſtante matrimonio, rei vendicatio non cõpetit vxori. l. 9. C. eod.

Quod in communi ædificatur commune efficitur. l. 16. C. de rei vendica.

Dominium patris præſumitur continuatum in filium hæredem, non in eum, qui ſe prætendit donatarium. l. 16. C. de probatio.

Licèt vir deponat rẽ nomine vxoris non perdit dominium. l. 5. C. de donatio. int. vir. & vxo.

Rei donatę inter coniuges dominiũ non transfertur. l. 18. C. eod. vide tamen gl. ibid.

Arbor, quæ radices egit cedit ſolo; aliàs ſecùs. §. de arbore. l. 5. ff. de rei vendic.

Pars cedit toto, & liquidũ cedit arido, ſi ei vniatur. l. 24. §. ſi quis & §. ſed. ff. de rei vend.

Quod adijcitur rei cauſa refectionis ipſi rei cedit, & ſi quid de nouo affigitur ad dominum conſtruentem iure pertinet. l. 61. eod.

Si quid meum eſt tibi trado tanquam tuum nõ transfero dominiũ, quod errans nõ trãsfert. l. 3. §. ſubtilius. ff. de condict. cau. dat.

Dominium non poteſt eſſe penes duo inſolidũ. l. 5. §. ſi duobus & ibi. gl. ff. commadati. l. pen. §. pariter. ff. de caſtrenſ. pecul.

Quantam partem quis habet in terra, tãtam habet in arboribus, & lapidibus ſeparatis ab ea. l. pen. ff. pro ſocio.

Traditio clauiũ, & aſsignatio rerũ in dubio pſumitur cauſa cuſtodię, ſi titulus habilis nõ pceſſerit ad dñij translationẽ. l. 79. §. pater de leg. 2.

In

In cōtractibus, qui fiunt cauſa dominij alicuius rei transferendi, oportet tradentem habere animum transferendi dominium, & accipientem acquirendi, aliàs non perducūtur ad effectum illi contractus. l. 54. ff. de actio. & obligat.

Si Stipulatio ſub conditione poteſtatina concipiatur, quantum ad acquiſitionem tempus exiſtentis conditionis inſpicitur. l. 32. ff. de verbo. oblig.

Error in qualitate perſonæ exiſtentis in mala fide, impedit dominij translationem. l. 44. ff. de furtis, aliàs ſecùs. Barto. in l. cùm fundus. §. ſeruum tuum. ff. ſi cert. pet.

Error in perſonæ ſubſtantia impedit dominij translationem. gloſſ. in §. cum Titio. l. 53. ff. de furtis.

Relatiuum ſuus, ſua, ſuum, non ſemper importat dominium. §. ſed & lex inſtitu. de iniurijs.

Per quas perſonas nobis acquiritur.

NOn refert, an per ſe ipſum quis ſtipuletur, an per filiū, vel ſeruum quo ad acquiſitionē, nec refert, an illi ſtipulētur expreſsè patri, vel domino, an ſibi ipſis. l. 43. ff. de verbo. oblig.

Filio adiecto ad ſolutionem, poſt emancipationem poteſt ſolui, ſecùs ſi adijciatur ad obligationem. l. 56. §. qui ſibi. ff. eod.

Quantum ad acquiſitionem tempus cōtractus inſpicitur, ſecùs in vltimis voluntatibus. l. 78. & ibi. glo. ff. de verbo. obligat.

Per liberam perſonam non acquiritur nobis actio ex ſtipulatu, ſed ex numeratione ſic. l. 126. §. Chriſogomus. ff. de verb. oblig.

Licèt ſtipulatio filij conferatur in tempus exiſtentiæ ſui iuris, nihilominus patri quæritur. l. fin. ff. de ſtipul. ſeru.

De obligatione, quæ acquiritur patri per filium, vide Bart. & Doct. in l. frater à fratre. ff. de condict. indeb.

Per procuratorem acquiritur nobis actio, & obligatio abſque ceſsione. Capel. Tholoſ. quæſt. 152.

Generliter verum eſt, vt quoties quis vtitur iure quæſito ex perſona alterius, vti oportet cum omnibus ſuis qualitatibus. Craue. conſi. 251. nu. fin. Dec. conſi. 532. nu. 7.

Quando nobis acquiratur poſſeſsio per alios, & per quos, vide Rebuff. in ſuis comment. ſuper conſtitu. Reg. de mater. poſſeſs. in præſtitionibus, nu. 101.

De theſauris.

PEcunia in re empta inuenta, ſi eſt theſaurus, efficitur emptoris inuentoris: ſi pecunia, redditur vēditori. l. 67. ff. de rei vendic. Borg. Caual. deciſ. 15. de contract. par. 2. nu. 15. Pet. Gerar. ſing. 95. vide Caſſa. in conſuet. Burg. tit. *des iuſtices & droicts* §. 1. glo. 3. in verbo quid autem, nu. 15.

Theſaurus inuētus data opera in loco proprio Principis, acquiritur inſolidum ipſi Principi, ſi caſu fortuito ſolùm pro dimidia, & alia ſpectat ad inuentorem. Caſſa. ibid. in verbo aut quis.

Idem dicendum eſt in theſauro inuento in loco fiſcali, vel Religioſo. Caſſa. ibi.

Theſaurus inuentus in loco, qui in nullius bonis eſt, erit inſolidum inuentoris, vide ibid. in verbo, aut verò.

In Regno Franciæ theſauri inuenti in bonis proprijs, diuiduntur inter dominum rei inuentorem, & Regem, vide Ioan. Pap. lib. 13. tit. 7. arreſt. 1. & 2.

Theſaurus inuentus in loco publico, vel fiſcali, pro medietate cedit inuentori, & pro medietate fiſco, qui verò in loco fiſcali theſaurum inuenerit, & partem ad fiſcum pertinentem ſuppreſſerit, totum duplicatum cogitur ſoluere. l. 1. verſic. vel quod dicatur & ibi. glo. & §. ſi in locis. ff. de iure fiſci.

Theſaurus in fundo priuato poteſt perquiri bono modo. Afflic. deciſ. 321. nu. 7. aliàs theſauri inueniendi cauſa alienum fundum, inuito domino, ingredi non licet. Ludo. Roma. ſing. 617.

Quærere theſaurum in proprio omnibus licet, in alieno verò ſuo nomine nullo modo licet, tamen ſi theſaurus inuētus fuerit fortuitò inter inuētorem, & dominum diuiditur. l. vnica. C. de theſauris lib. 10.

Theſaurus eſt in fructu, tamen non cedit fructuario. Boer. deciſio. 224. vide Caſſa. num. 16. in conſuetu. Burg. titu. *des iuſtices, & droicts* §. 1. gloſſ. 3.

Theſauri inuenti in fundo, in quo aliquis habet vſumfructum, media pars cedit fructuario inuentori, altera media ſoli domino ſemper cedit excluſo vſufructuario: maritus tamen illo theſauro fruitur durante matrimonio. Gaſp. Cabal. milleloq. 9.

Emphyteota, & feudatarius habēt medietatem theſauri inuenti, & aliam medietatem inuentor, & præferuntur directo domino: quid in vſufructuario, & proprietario, vide ibid. nu. 4. & Caſſa. in conſuetud. Burg. tit. *des iuſtices, & droicts* §. 1. glo. 3. in verbo. ſed iuxta.

Theſauri reperti in bonis Eccleſiæ medietas eſt inuētoris, alia Rectoris illius Eccleſię,aut fiſci Epiſcopalis Cameræ. Borg.Caual. deciſ. 15.de contract.par.2.

Inueniens theſaurum, aut pecuniam arte magica debet puniri, & ipſum theſaurum reſtitue re fiſco.Borg.ibid.

An theſaurus in loco ꝓprio,ſacro,vel religioſo caſu inuentus, cedat inuentori, & in alieno diuididatur inter dominū, & inuentorē,vide §. theſaurus,inſtit.de rerū diuiſione, & quid, ſi data opera,glo.ibid.

An mercenarius dum laborat inueniēs theſaurum lucretur dimidiam, vide gloſſ.ibid.

Si vnus ex hæredibus theſaurum relictum à teſtatore effodit,pro eo cohæredibus fam.erci. iudicio tenetur.l.23.ff.famil.erciſc.

Theſaurus inuentus in fundo dotali per maritū in fructu non cōputatur; ſed pars eius dimidia reſtituitur,quaſi in alieno inuentus.l. 8.§. pacto autem.ff.ſolut.matrimo.

Theſaurus eſt vetus quædā depoſitio pecuniæ, cuius non extat memoria, vt iam dominum non habeat, alioqui ſi quis aliquid, vel lucri cauſa,aut metus,vel cuſtodiæ condiderit ſub terra,non eſt theſaurus, nec tale quid efficitur inuentoris pro parte.l.31.§. theſaurus.ff. de acquir.rerum domin.

Theſaurus an fiat illius,qui primò illū vidit,aut illius,qui primò illum occupauit,vide Bar.in §. item lapilli,inſtitu.de rerum diuiſio.

Theſauri poſſeſsio non quæritur, niſi per apprehēſionē.l.3.§.Neratius.ff.de acq.vel amit.poſ.

De argenti pretio, quod theſauris infertur,vide l.vnicam. C.de argen.pretio.lib.10.

De bello, & pace, de geſtis in bello, & tempore ipſius,& de duello.

De geſtis indicialiter per Baronē tēpore, quo regnabat tyrannus,vide per Afflic.deciſ.77.

Facta tpe tyrannidis vero Domino ſuperueniente, caſſantur.Bart.in l. 15.C.de Sacroſanct.Eccle.

Metus tyranni quantum dicatur durare, vide Bart.in l.2.C.de his, quæ vi metus,nu.7.

De capitulo pacis ſuper reſtitutionib. faciēdis rebellibus reuerſis, nō extendēdo ad inuaſores turbatores, & doloſos poſſeſſores, vide per Afflic.deciſ.403.

Qn bellum dicatur iniuſtum,& vt dicatur iuſtū, quæ requirantur, vide Franc.Marc.q.455.nu. 52.& Guid.Pap. q.191. iuſtum bellū quod ſit, vide cap.2.23.q.2.

Rex ſolus (ad quē ſpectat indicere bellum) pōt creare Ducem exercitus. Capic. deciſ.27.

Domini Ciuitatum hodie poſſunt ex iuſta cauſa bellum indicere, ſtante Imperatoris abſentia,tamen in Regno non licet ob præſentiam Regalium Officialium.ibi.nu.5.

Ciuitates Italiæ,quæ ſuperiorem non recognoſcunt, poſſunt ſibi adinhicem bellum indicere.Bar.in l.13.C.de Iudæis.

Princeps non debet bellum ſuſcipere in præiuditium ſubditorum, vide Guid.Pap.q.113.

Diffidamentum ſuper bello, quomodo debeat denunciari, vide Guid.q.191.

Bellum pōt indicere Princeps.Guid.Pap.q.191. nu.4.& quis alius,vide per Boer.deciſ.178.

Hoſtes dicuntur Regni, quibus eſt à Rege indictum bellum. Boer. deciſ.178.

Captiuitatis, & poſtliminij iura non ſeruantur hodie inter Chriſtianos. Boe.ibi.quo ad perſonas; ſecus quo ad bona. ibid. nu.5.

Bellū nō poteſt incoari, niſi pręcedat diffidatio partis,& habēs ſuperiorē nō pōt ſine eius licētia (niſi requiſitus Iuſtitiam miniſtrare deneget) bellū indicere. Iaff.Lanf.Balb.deciſ.121.

Ad bellum vocans amicos, nō tenetur de equis amiſsis,& alijs rebus,nec ad ſumptus,ſi bellū fuiſſet iniuſtum, ſed quid iuris,ſi fuiſſet iuſtū, vide Guid.Pap.ſing 226.

An Feudatarius teneatur ſequi Dominū in bello ſuis ſumptibus,vide d.q 226.

Capitaneus ſpreto mādato Principis cū hoſtib. prælians capite punitur, niſi ex aliqua noua cauſa pręliū cōmiſerit.Fran.Cremen.ſing.151.

Quare Eccleſia iudicet bellū contra ſaracenos, & turcas, vide per Bart.in l.1. C. de paganis.

De bello,& qui poſsint indicere bellum,& quale ſit iuſtum,& quale iniuſtum,vide per Bart. in l.hoſtes. ff.de captiuis,& de materia, vide etiam ex.tit.de tregua,& pace.

Mouens bellum iniuſtum compellitur reſtituere,quæ per violentiam occupauit, & eos abſoluere à quibus iuramentum indebitè extorſit.c.29.ex.de iureiuran.

Quæ ſint bella, quæ oriuntur iure gentium, & quæ dicantur licita; vide per Barto. in l.5.ff. de iuſtit.& iure.

Officiales duo ſunt creandi vtriuſq; partis vnus in terra contentioſa.Afflic.deciſ.407.

Pax non eſt,vbi latent incidiæ, & dolus in ſcripturis Principis abeſt: & pax fauens doloſis poſſeſſoribus eſt diabolica.ibi.nu. 8 9. 10.

Cuſtodia Ciuitatis tpe belli ex plurib. Dñis habētibus iuriſdictionē,ſpectat ad habētē merū Imperium, & iuriſdictionem.Capic.deciſ.27.

Belli tempore pro quolibet etiam modico, pęna capitis imponitur.Capic.ibid. & plerunq; receditur à regulis iuris,vide Alex.Rau.tract. de analog.cap.22.nu.29.

Domi-

Dominus poteſt cuſtodire caſtrum tempore neceſſitatis inuito Vaſallo, & ſimul cum Vaſallo, ſine vllo tamen malo ingenio. Capic.deciſio.27.num.6.

Dominus temporalis tempore belli,& neceſſitatis poteſt Eccleſiam incaſtellare, & maximè campanile. Capic.ibid.

Rex, aut Princeps poteſt caſtrum ſitum in confinio debili(& non aptum ad bellum)dirui facere à fundamentis.ibi.nu.7.

Pacem inire cum infidelibus nõ licet alicui Regi abſque licentia Papæ.Gram.deciſ.65.num. 69.& 70.vide tamen nu.73.

Princeps Chriſtianus tenetur auxilium pręſtare ad arcendum hoſtes Eccleſiæ.ibi.nu.71.

Bona capta in bello fieri capientis, quomodo intelligi debeat, vide per Boer. deciſ. 178. Gram. deciſ. 71. & fuit deciſum taleam factã cum captis exiſtentibus in quadam turi pertinere ad Capiranęum,qui vltimo loco cępit turim, & cum quo fuit facta talea, & non ad eum, qui primo loco cęperat domum contiguam, ſed nunquam intrauerat in turim. Gram. ibid.

Si miles vnius legionis deprędatus fuerit aïalia hoſtium, & hoſtes recuperauerint prædam antequam pernoctaſſet, debet præda illa reſtitui prioribus dominis, & non erit illorum armigerorũ,qui illam recuperauerant.Gram. deciſ.71.nu.12.

Bona mobilia,& pręda capta in bello debẽt aſſignari Duci belli,(vt ipſa diſtribuat inter pugnatores,& armigeros poſt victoriam, quod procedit, quando bona ſunt capta in bello campeſtri inter partes conflictu ordinato; ſecùs in bonis captis in diſcurſu alicuius territorij.Gram.ibi.nu.17.& 18.

Capta in bello ita demum fiunt capientium, ſi in ſuo, vel hoſtium territorio capiantur; ſecùs ſi in alieno. Gome.Leo. deciſ.12. in deciſio.diuerſo.Tom.2.

Capta in bello fiunt capientium,quando in tuto,& intra præſidia collocantur,& non ante, & quid,ſi in naui,vide ibi.d.deciſ.12.

Capta in bello efficiuntur capientium,ſed quãdo.vide Vincent. de Fran. deciſ. 268. part.2. quod procedit quando capiuntur in conflictu; non autem quando in diſcurſu territorij. ibi.nu.3. ſed ſi illa ſint amicorum, an efficiantur capientium, vel ſint reſtituenda dominis,vide d.deciſ.268.

Bona ipſa capta in bello quorum ſint, vide per Bart.in l.28.ff.de captiuis.

Capta à piratis, & recuperata,an ſint reſtituenda dominis,vide ibi.nu.5.

Recuperata ab hoſtibus, gratis dominis ſunt reſtituenda. Marc.de Mant.ſing.105.

Deprędantes non tenẽtur, quando bellum fuit licitum.Bart.in l.4.ff.de acquir.rer.domin.

In facto belli in iudicando ſeruatur,quòd ſi captiuus ſemel fecerit compoſitionẽ,vt poſtea non poſſit amplius augeri talis compoſitio, etiam de conſenſu ipſius captiui. Guid. Pap. q. 113. vel ex noua notitia maiorum facultatum captiui.Papon.lib.5.tit.6.arreſt.1.

Ranſonem capti in bello quãdo habeat capiẽs, & quando Rex,vide Boer.deci.178.nu.3.& 4. & bellum an poſſit eſſe inter Principes ſine diffidatione præcedenti,vide Boe. ibi.nu.34.

Proditor ille appellatur, qui ſine aliqua cauſa, & ſine nulla diffidatione eum, qui de eo cõfidebat,vulnerat.Guid.d.q.191.nu.5.

Rebellium bona alijs conceſſa,poſt pacem ſunt reddenda.Boer.deciſ.38.nu.7.

Pax,tregua,& bellum ſunt tres modi, quibus vita hominis regulatur.Boer.deci.46. & tregua eſt potius guerra,quàm pax.ibi.nu.2.

Militare non eſt delictũ,nec peccatum,ſed propter prædam militare ſic. c.militare 23.q.1.

De duello,& eius prohibitione omni iure, vide per Ioſeph.Ludo.deciſ.Luc.11.

Duellum iure cõi in tantum reprobatum eſt, ꝙ cõſuetudo in contrariũ non valeat. Dec.cõſi. 487.ſed an ſubeundum potius ſit,quàm diſcedendũ ab illo ratione famæ,& honoris, & ex quibus cauſis illud ſuſcipiatur,& ꝙ prouocato cõperat electio armorũ,vide Dec. cõſ.68.

Duellorum vſus eſt tollendus,& pugnatorũ, ac permittentium, & ſpectantiũ pęnæ, quæſiur, vide Cõc.Trid.in ſeſſione 25.decre. de reformatione cap. 19. quòd duellum in nouo teſtamento ſit prohibitũ,probatur in cap. monomachiam 2.q.4.

Cuſtodia caſtri debet fieri ſumptibus dñorum, tempore pacis, & belli; non autem ſubditorum.Natt.conſi.185.Tom.1.

Sicut nõ accedẽs ad ſoluendũ id, quod tenetur excuſatur ratione belli,ita excuſatur ratione treguæ.Ludo.Roma.ſing.301.

Miles etiam in bello vulneratus non debet recedere ſine licentia Principis. Pet. de Rauen. ſin.294.vide infra tit.prox.

Afflictio afflictio addi nõ debet vnde fit, vt qui bonis ſuis belli tempore ſpoliatus fuerit,non poſſit poſtea à creditoribus ſuis inſolidũ cõueniri. Hippol.ſing.241.

Facta pace, ſi quis percuſſerit aduerſarium, an cenſeatur rupta pax,vide per Barto.in l.16.§. cauſa.ff.de pęnis.

Quid ſit pax, quæ debet fieri per ambas partes & quòd vna tantùm fuerit offenſa,& dans auxilium,& fauorẽ tenetur de pace rupta. Bart. conſi. 66.vide ſupra lib. 1. tit. quando inimicus teneatur, &c.

Fugiens ex bello publico iure Ciuili capite punitur, iure Canonico eſt infamis. Bart. in ſuo tracta. de differen. inter ius Cano. & Ciuile. num. 137.

In bellicis armis miles Deo placere poteſt. cap. non exiſtimare 23.q.1.

Quæ ſunt in bello iure reprehendéda, vide cap. quid culpatur 23.q.1.

De re, & iure militari.

Miles centurioni illum caſtigare volenti, quoquo modo reſiſtens notatur, vitem tenens militiam mutat, conſultò frangens capite punitur, vt & manum inferens ſe caſtiganti. Pet. Roy. deciſ. 3. Litua. num. 203. in deciſio. diuerſo. Tom. 2.

Sacramentum militare (Iuriſconſultorũ tempore vſurpatum (hodie nõ eſt in vſu. ibi. nu. 485.

Aliquando fit pręceptum per ſuperiorem, quòd de qualibet familia vadat vnus ad prælian dum, poterit tunc dubitari de qua ætate quis cenſeatur idoneus ad pugnam, Ludo. Roma. ſing. 123. ſcripſit eſſe idoneum in ætate 18. an.

Militia non eſt dignitas regulariter. idem Roma. ſing. 511. fallit in caſibus notatis ibid. in additio. ſed quo probet quis miles, vide ibid.

Officiales dantes licentiam reſedendi ſtipendiarijs Reipub. & armigeris, vel Doctoribus, ſalarium illius temporis (quo licentiam dederunt) ipſi officiales de proprio ſoluere tenentur. Roma. ſing. 704.

Miles, qui accipit mutuum in dubio præſumitur expendere cauſa militiæ. Pet. de Rauen. ſing. 311.

Miles maior grauius punitur, quàm minor. Ant. Columb. ſing. 13.

Militum priuilegia quibus militibus competere debeant, vide per Barto. in §. 1. inſtitut. de milit. teſtamen.

Qualiter transfuga, & defraudans ſtipendia puniatur, & de materia, vide Mag. deci. Luc. 2.

Cuſtodes caſtri, qui ſibi cuſtodiam noctis diuiſerunt, vt vna pars poſſet vſque ad mediam noctem dormire, & alia inde vſque ad diem, ſi caſtrum ab inimicis occupetur tempore, quo vna pars dormiebat ex conuentione, illa non tenetur, ſed altera, quæ eo tempore cuſtodire tenebatur. Per. Gerar. ſing. 37.

Dominus tenetur ad expenſas factas tempore pacis, & belli pro cuſtodia fortalitij. ibid.

Adulter adulteræ legare poteſt, dummodo nõ ſit miles armatæ militiæ, ſiue cæleſtis. Capel. Thol. quæſt. 141.

Milites noſtri temporis, ſi vacant armis gaudent priuilegio antiquorum militum. ibid. in additio. ſed quõ probet quis miles, vide ibid.

Sicut militi nõ auferuntur arma, ita nec ſcholaribus libri ſunt auferendi. Bald. ſing. 130.

De iure militari habemus tit. in libris digeſtorũ, vide de materia in tit. inſtit. de milit. teſta.

Qui miles non eſt, nõ militat, fit enim miles per ſolemnitates quaſdam, de quibus vide in gl. §. fin. Auth. de manda. Princip.

Nullus militẽ, vel fœderatum in domo, vel propria poſſeſsione retinere præſumat. Authen. vt neque miles.

Qui verè dicantur milites, vide per Azo. in ſumma tit. C. de milit. teſta.

De acquirenda hæreditate, & de ipſa hæreditate.

Nihil aliud eſt hæreditas, quàm ſucceſsio in vniuerſum ius, quod defunctus habuit. l. 24. ff. de verbo. & rer. ſignific.

Creditores agentes contra hæredes aditionem hæreditatis probare tenentur. Andr. Gail. obſer. 128. lib. 2. Gome. Leo. deciſ 16. in deciſio. diuerſo. Crauet. conſ. 33. & conſ. 197. nu. 5. quia non præſumitur. Dec. conſi. 652. nu. 9.

Fallit, quando præſumptio legis contra filium militat, nempe, quia poſt mortem patris diù in domo paterna permanſerit, fructus, & reditus ex hæreditate perceperit, niſi filius probauerit ſe poſſediſſe ex alia cauſa. Gail. d. obſer. 128. nu. 12. vide Fran. Mant. de coniect. vlt. volun. lib. 12. tit. 10.

Secundò fallit, quando filius à legatarijs conuẽtus iudicium ſuſcepit, ipſiſq; non contradixit, quo caſu non eſt opus aliter probare immiſtionẽ. Gail. ibi. nu. 17 Dec. conſi. 449. n. 11.

Si dubitetur an poſsidens bona (quę erant defuncti) cenſeatur ex actu poſsidendi, vel ex alijs actibus adire hæreditatem, conſiderandum eſt, an actus ſit æquiuocus, & tunc eius declarationi ſtatur cum iuramento, aut actus ſit vniuocus, & tunc infertur aditio. Raud. tract. de analog. c. 24. nu. 53.

Aditio per habitationem domus, & retentionẽ aliorum bonorum hęreditariorum probatur. Mago. deciſ. 6. nu. 15. ſaltem præſumptiuè, tñ ille, qui poſsidet poterit probare ſe poſsidere ex alia cauſa. And. Gail obſer. 128. lib. 2. vide Dec. conſ. 491. Natt. conſ. 140. Barto. in L. 4. C. vnde legitimi.

Aditio hr̃ditatis non inducitur, qñ poſsidet qs bona hęreditaria ex alia cauſa, q̃ hęreditaria, & cenſetur poſsidere ex cauſa vtiliori, & an poſſederit quis ex alia cauſa ſtandũ videtur

eius

eius iuramento. Crau.conſi.33.num.11.vide eundem Crau. conſi.197.nu.4.

Aditio hæreditatis non præſumitur ex poſſeſſione rerum modici valoris. Crauet.d.conſi. 33.num.12.

Arguitur aditio quando quis plus reperitur poſsidere, quàm ad eum pertineat ex cauſa non hæreditaria.ibid.nu.14.

Hæreditatis detêtio per longum tempus facta per filium, facit præſumi iuſſum patris præceſsiſſe, & aditionem ſequutam eſſe. Bar.ſing. 153.& in l.10.C.de peti.hæred.

Hæreditaria bona tenēs, ea poteſt tenere citra ius, & nomen hęredis, quando aliunde appa ret de alio titulo, niſi aliter conſtiterit quem hæredem eſſe. Fran.Marc.q.431.

Quando mulier mortuo marito dicatur poſsidere bona mariti pro iuribus dotis ſuæ, & quando talis poſſeſsio dicatur eſſe penes hæredem, vide Dec.conſi.232.

In bonis emphyteoticis, ſi pater ea pro ſe, & filijs receperit, filius repudiata patris hęreditate, poterit ipſa bona retinere. Andr. Gail.obſer.128.lib.2. nu.fin.

Teſtibus hincinde examinatis pro aditione, & econtra, debent teſtes pręferri, qui depoſuerunt pro aditione. vide Mago.decif.17.Rot. Floren.& decif.148.

Solutio debitorum hęreditariorum aditionem importat. Mago.decif.Luc.24.num.20. Dec. conſi. 449. vide Natt. conſi.140. ideò hæres opponens compenſationem ex eo, quòd dicitur ſoluere ex neceſſario antecedenti, fatetur aditionem. Mago.ibid.decif.44.

Aditio non inducitur ex actu ambiguo, qui po teſt fieri duplici modo, nempe ab eo, qui fit hæres, & ab illo, qui non fit hæres. Fran.Mãt. de coniect.vlt.volun.lib.12.tit.9.nu 6. & hoc caſu ſtatur declarationi, non ſolùm hæredis, ſed ét eius hr̄dis. Crau.conſi.197.nu.4.ex qui bus actibus non inducatur, vide ibid Mant.

Ex quibus coniecturis filius videatur ſe immiſcere hæreditati patris, vide ibid.tot.titu.10. eod.lib.& hæreditatis aditio ex quibus præſumatur, vide per Boer.decif.35.nu.25.

Quibus verbis videatur quis adire hæreditatē, vide eundem Mant.eod.lib.tit.11.

Ex quibus coniecturis in extraneo hęrede aditio hæreditatis inducatur, vide ibid.titu.12. quando ipſa aditio inferatur, & quando nō, vide Natt. conſi.448.

Ex non facto an, & quando animus adeundi hę reditatē concipi poſsit, vide Mant.ibi tit.13.

Adiuiſſe an videatur, qui cùm eſſet debitor hæreditarius veniente die nō ſoluerit, vide ibi.

Pendente tempore dato ad deliberandum, vidua poteſt petere ſibi prouideri in bonis mariti defuncti ratione ſuæ dotis. Ioan. Papon. lib.15.titu 4.arreſt.15.

In Regno Franciæ ſtatim mortuo anteceſſore, hæres efficitur poſſeſſor bonorum nulla apprehenſa poſſeſsione, etiam ſi veniat ad ſucceſsionem virtute ceſsionis ſibi factę à ſorore. idem Papon.lib.11.tit.6.arreſt.1.& hęc cō ſuetudo valet. Fran.Marc.q.527.par.2.

Hoc procedit etiam de iure communi quo ad filios, & deſcendentes; ſecùs quo ad alios hæredes ibid.arreſt.2.

Hæredi non datur tempus ad deliberandum, ſi aduerſarius offert ſe paratum ꝓbare ipſum hæredem iam adiuiſſe, & eſſe hæredem ſimplicem. Papon.lib.21.tit.9.arreſt.1.

Teſtator an prohibere poſsit hæreditatis aditionem, donec legata ſint ſoluta, vide Boer. deciſio. 41.

Poteſt tamen teſtator ordinare, vt hæres adeat verbo tantùm, & poſtea abſtineat ab adminiſtratione bonorum donec ſoluerit legata. Boer.ibid.nu.5.

Mulier poteſt adire hæreditatem ſine cōſenſu propinquorum, tanquam quid proficuum: quia hęreditas in dubio præſumitur lucroſa, & qui vult dicere contrarium, hoc probare debet. Ioſeph. Ludo.decif.45.Luc.

Hæres negligens adire hæreditatem, hæreditas deuoluitur ad venientes ab inteſtato, vel ad fiſcum. Capel.Thol.q.89.

Aditio hæreditatis ſi ſit erronea, non teneť hæres ad aliquod factum defuncti, & confeſsio ex eadem aditione reſultans nulla eſt. Iaco. Put.decif.404.lib.3. vide ibid.deciſio.421.& aditio dicitur nulla, quãdo error eſt in quota inſtitutionis. Vera.decif.68.par.2.

Quando ex facto teſtatoris cadit error in aditione, tunc aditio dicitur nulla ex defectu conſenſus, & voluntatis adeuntis. idem Put. decif.421.lib.3.

Si hæres in memoriali ſcripſerit ſe adiuiſſe hæreditatem, talis ſcriptura probat aditionem. Marc.de Mant.ſing.314.

Verba enunciatiua emiſſa propter aliud, non operantur aditionem hæreditatis, maximè quando verba poſſunt aliud importare. Vera.decif.19. par.2.nu.5.

Adire videtur hæreditatem, qui alienat rē hæreditariam. idem decif.26.part.2. vide Vinc. de Fran.decif.80. Iacob.Put.decif.447. lib.1. Fran.Mant.de coniect.vlt.volunt. lib.12.tit. 12.nu.10. hoc verum in filijs, & alijs deſcendentibus: ſecùs in alijs hæredibus. Papon. lib.21.tit.6.arreſt.3.

Hæreditas non dr̄ adita per hæredem in teſtamento inſtitutum, propter proteſtationem ꝓcedētem ſecretè factã.ibid. Vera.decif.68.

Aditio

Aditio hæreditatis præſumitur, vbi interuenit ceſsio eius, cui hæreditas delata eſt. Vincen. de Fran.deciſ. 32. nume. 10. tamen propter hanc ceſsionem, non poterit hæres cōueniri á creditoribus hędirarijs. Crau.conſi.200.

Hæreditarem aditam aſſerenti incumbir onus probandi: quia aditio non præſumitur, quũ ſit facti, quapropter debet plenè ꝓbari. idē Fran.d.deciſ 60. Mago.deciſ.148. Roc. Flor. & Mant.de coniect.vlti.volunt.lib.12.rit.9.

Aditio non præſumitur ex eo, quòd hæreditas ſit opulenta. vide Vincen.de Fran.deciſ.60. nu.22. & qñ eſt damnoſa ceſſat omnis dubitatio.idem deciſ.80.nu.9. vide Crau.cōſi.33.

Quando quis accepat hæreditatem reſeruato iure reſtituentis hæreditatem, ſibi non præiudicat, quia poſset conficere inuentarium, ne teneatur vltra vites hæreditatis. Crau.conſi. 33.num.17.

Aditio hæreditatis inducitī ex ſola voluntate, actu, vel verbis declarata. Crau.cōſ.148.n.10.

Hæres adęundo hæreditatem non cenſetur approbare, quæ teſtator diſpoſuit contra prohibitionem legis, puta relinquendo ſputio, vel aliter. Crau.conſi.200.

Aditio hæreditatis debet eſſe pura, & non per verba ſuſpenſiua, vel conditionalia, & incerta cùm ſit actus legitimus. Crau.cōſi.312.n.3.

Confeſsio facta, qua quis reſpondet ſe eſſe hęredē, intelligitur inuentarij iure ſaluo. Crau. conſi.1.pro genero nu.464.

Aditio hæreditatis an facta ſit ꝑ aliquos actus, in dubio recurrendum eſt ad qualiratem factorum, vel perſonarum, vel ſtandum eſt declarationi iuratæ. Nart.conſi.140. Tom.1.

Ipſa aditio inducitur per exactionem debitorum paternorum; ſecùs per ſolutionem, ſed vide Natt.d.conſ.140. & Math. Matheſ. ſing. 35.vbi tenet contrarium.

Quatuor ſunt, quæ aditionem hæreditatis probāt, nempe actus acquiſitionis, actus tranſlatiuus, actus poſſeſsiuus, & declaratio facta verbo. Math. Matheſ ſing.35.nu.5: tamen ne hęres ex huiuſmodi geſtis hęreditatem adire videatur remediũ eſt, quòd is ab initio proteſtetur, ſe nihil geſſurum animo adeundi hęræditatem.ibid.in additio.nu.7.

Ille, qui hæreditatem ab inteſtato adidit, an variare poſsit; & ſucceſsionem ex teſtamento petere, vide per Ozaſ.deciſ.54.

Hæreditatis aditio præſumitur ex actibus, qui non poſſunt fieri citra ius, & nomen hęredis. Afflic. deciſ.14.nu.7. DD. de Rota deciſ.15. de conceſsio.præbendæ in nouis.

Hæres ſatis dicitur adiuiſſe hæreditarem defuncti dum dicit, bona ipſius defuncti ad eum ſpectare.Gram.deciſ.103.nu.205.

Filius aliquid capiens pro pace mortis patris; an videatur ſe gerere pro hęrede, vide Boer. deciſ.121.nu.5.Iul. Clar.in ſua Pract.crimi.q. 58.Maran.in ſuo Spec.par.4.diſt.9.iudi.n.138.

Sola confectio inuentarij hæreditarē non adit. Frau.Marc.q.28.par.1.q.489. par.2.

Filius probando patrem eſſe defunctum, & ſe eſſe filium, nō habet neceſſe probare aditionem. Rora Genu.deciſ.2.nu.8.

Conſtituens procuratorem vti hæres ad recuperandum bona hæreditaria, dicitur facere actum, qui non poteſt fieri citra ius, & nomē hæredis; ideò cenſetur adire. Rot. Genu. deciſ.105. an quis dicatur adire eo ipſo, ꝙ conſtituit procuratorem ad adeundam hæreditatē, vide Vinc.de Fran. deciſ.60.n.5.15.

De aditione hæreditatis maternæ per filiũ hæredem patris inducente vnionem bonorum paternorum, & maternorum, & non ſolutionem, vide per Afflic.deciſ.237.

Aditio hęreditatis quādo inter creditorem, & debitorem vim ſolutionis habeat, vide ibid.

Immiſcere ſe qui deſiderat defuncti pr̄is mortem probare debet. Fran. Marc. quæſt. 373. hęreditas quoq; antequam poſsit adiri explorandũ eſt de morte. Capic.deci.194.n.11.

Hæreditas capti ab hoſtibus adiri non poteſt, ſi de morte ſua dubitaī. Capi.deci.194.n.10.

Inſtitutus pro parte, vel ſemiſſe purè, & pro parte ſub cōditione, poteſt adire hęreditatem. Capic.d.deciſ.194.nu.14.

Hæres adeundo hæreditatem ex quaſi contractu, ex aditione ſe obligat creditoribus, & legatarijs. Gram.deciſ.103.num.103.vide ſupra titul.de hæredi.actio.Boer.conſil 53. Rebuff. tract.de litt.oblig. art.2. gl.2.nu.35.

Hæres inſtitutus poteſt perpetuò hæreditatem adire, niſi tempus eſſet á Iudice ad inſtantiã ſubſtituti, vel aliorum (quorum intereſt) præfixum adeundi: quia tunc lapſo termino nō poteſt poſtea adire. Guid.Pap.q.332.

Hypothecaria an extinguatur aditione hęreditatis, vide per Vincen. de Fran.deciſ.80.

Debitor ad inſtantiam creditorum non cogitī adire, imò tali iuri adeundi pōt renunriare in præiudicium creditorum.idem deciſ.101.

Adita hęreditate patris, vel matris per filium, bona non dicuntur amplius parerna, vel materna.idem de Ftan.deciſ.171.

Quod dicitur, ſi filius ergo hæres, habet locum in agendo; ſecùs ſi filius conueniatur: quia tunc debet probari aditio: imò in materna hæreditate etiam in agendo non habet locũ. Reg. Mago.deciſ.Luc.62.num.11. And.Gail. obſer.128.libr.1. Fran.Mant. de coniect.vlti. volun.lib.12.tit.10.Mago.deciſ.44.Rot.Flor.

Filius antequam ſe immiſcuerit non dr̄ hæres in effectu.

in effectu, & hęreditas non cenſetur ei quęſita: quia licèt ſit ſuus heres patris, propter beneficium abſtinendi de illo iudicatur idem, quod de extraneo. Dec. cõſi. 442. nu. 14. ideò non poteſt cõdemnari pro debito paterno, niſi probetur ſe immiſcuiſſe bonis paternis. Natt. conſil. 140. Tom. 1. Menoch. conſil. 116. vol. 2. nu. fi. Dec. conſi. 344. licèt quando tractat̃ de commodo ipſius filij exiſtentia ſui hęredis, illum faciat heredem etiam errantẽ, & ius ignorantem. l. 20. §. apud. ff. de ſtipul. ſeruo. nam in ſuis hæredibus aditio non eſt neceſſaria. l. in ſuis. ff. de ſuis, & legit. hæred.

Teſtator præſumitur velle, quòd hæres adeat hęreditatem, tamen actor, qui agit tanquam hæres extraneus debet probare ſe hęredem eſſe. Fran. Mant. de coniectu. vltim. volunt. lib. 12. titu. 9.

Licèt quis adeundo hęres efficiatur, dominiũq; omnium rerum hęreditariarum acquirat, nõ tamen poſsidere dicitur, niſi poſſeſsionem ipſarum rerum apprehendat, nec ſufficit apprehendere poſſeſsionẽ vnius rei. And. Gail. obſer. 129. lib. 2. facit l. 23. ff. de acquirend. vel amitt. poſſeſ. de ratione diuerſitatis vide per Hartm. Hartm. c. 4. lib. 2. tit. de hęredib.

Traditio non requiritur, vt dominium rerum hęreditariarum acquiratur hęredi; ſed aditio ſufficit hęreditatis. Crauet. conſi. 202. nu. 35. ſecùs in poſſeſsione. ibid.

In materia aditionis reperiuntur tres termini, nempe aditio, agnitio, & immixtio, ſed in quibus differant hi termini vide per Maran. in repet. ad l. is poteſt. ff. de acquir. hęred. impreſſa in libro de ordine iudi. fol. 627.

Aditio hæreditatis in ſolo animo conſiſtit, qui animus poteſt vbique, & coram quocunque, verbis declarari. ibid. Maran. nu. 3. & per extrinſeca declarat̃. Bar. in l. 1. ff. de off. ꝓcõſul.

Aduentitiam hęreditatem adire poteſt filiusfa. inſcio, & ẽt inuito patre. Marã. ibid. n. 6. vide nu. 9. Bart. in l. 1. C. qui admitti, ſed profectitia hæreditas, quæ dicatur, vide ibid. nu. 7.

Ad hoc, vt hæreditas poſsit adiri eſt neceſſe, q̃ ſit delata prius, & tunc dicitur delata, q̃n eſt in tali ſtatu, vt poſsit adiri per hæredem, ſed quando poſsit adiri, vide Maran. ibid. n. 16. & potentia adeundi conſideratur tripliciter, vide ibid. nu. 212. & nu. 265.

Hæreditas non poteſt pro parte adiri, ſed in totum debet adiri, aut in totum repudiari. ibi. nũ. 18. vbi Reg. limitatur vſq; ad num. 40. ideò valet aditio hæreditatis facta inſolidum ab eò, cui hæreditas tantùm pro parte competebat. Dec. conſi. 14.

Per quæ verba, & per quos actus inducatur hæreditatis aditio, vide Maran. ibid. nu. 43. quo loci tradit caſus 38. ꝑ quos hr̃ditas adiri põt

Nouẽ ſunt requiſita ad hoc, vt quis poſsit adire hęreditatem, primum erit, quòd homo ſi. liber: Secundũ, quòd ſit paterfam. Tertiũ ſit compos mentis: Quartũ, quòd ſit maior 25. ann. Quintũ, ſciat teſtatorẽ mortuum: Sextũ, ſciat delatam ſibi hæreditatem: Septimũ, q̃ credat teſtatorem potuiſſe teſtari: Octauũ ſciat, quòd nullus eum præcedat in ſuccedẽdo: Nonum, quòd ſciat ex qua cauſa delata ſit ſibi hęreditas, de quibus vide ꝑ Maran. in d. l. is poteſt. nu. 104. & ſeqq. fol. 643.

Qui habet ius adeundi, non dicitur habere aliquod ius quęſitum: quia nihil acquiſiuit antequam effectualiter adierit. Maran. ibid. nu. 271. ideò tale ius non venit appellatione bonorum, ſed ſub appellatione iurium, & actionum. Dec. conſi. 442.

Probatur quis hęres per teſtamentum, in quo eſt inſtitutus, vel per teſtes in teſtamento deſcriptis: item, ſi geſſerit ſe pro hærede, vel ſi probetur, quòd adierit hęreditatem. Rebuff. in ſuis commen. tract. de litte. oblig. art. 9. gl. 3. quid, ſi proximior in gradu bona ſibi delata poſsideat, vide per Rebuff. ibid.

Mulier contrahere prohibita, non tamen prohibetur adire hęreditatem ſibi delatam. Ioã. de Arnono ſing. 15.

Hęreditas patris dicitur quaſi debita filio. Bar. in l. 3. C. de iuris, & fact. igno.

Hærede minore mortuo ante aditam hęreditatem, eius hęres poterit petere reſtitutionẽ ad adeundum. Bar. in l. 1. C. de reſtitut. milit.

Hæreditas ex teſtamento, quo filius fuit inſtitutus ſub conditione caſuali, quo iure adeat̃, vide Bar. in l. 4. C. de inſtitutio. & ſubſtitut.

Hęres hęredis quando cogatur adire, ſi hæres potuerit adire, & non adiuerit, & ſi incapax res rogatur reſtituere, an cogatur adire, vide Bar. in l. 14. C. de fideic. nu. 4.

Sepeliens defunctum quando videatur gerere ſe pro hęrede, & tutius eſt facere proteſtationem, vide Bar. in l. 4. ff. de religioſis.

Conditionem implens quando videatur adire hæreditatem, vide Bar. in l. 1. ff. de condictio. cauſ. dat. & in l. 86. ff. de heredib. inſtitut.

Vir diſtribuens pannos vxoris defunctæ amore Dei, dicitur eius hęreditatem adire: idem in eo, qui retinet per annum dotem vxoris, & etiam hęreditas, ſi detinetur per annum vñ adita, vide Bar. in l. 16. ff. de iure dot.

Dubium ſuperueniens non tollit aditionem iã factam, licèt impediret faciendam. Bart. in l. 1. §. neceſſario. ff. ſi ventris nomine mulier.

Si mater deceſſerit ſuperſtitibus filijs, qui ſunt hæredes patris, & matris debitores in dote, ſi dicti filij ſtant per annũ, quo non ſoluerint

dotem,

dotem, videntur hęreditatem ipſius matris adire. Bart. q. 10. nu. 15.

Idem quando ſunt ipſi filij debitores, ſiue habeant patrem legitimum adminiſtratorem, aut tutorem, vide Bat. ibid.

Tutor ſolus non adit hęreditatem, quando pupillus eſt maior infancia. Bar. in l. 9. ff. de tut. & cura. dat. ab his.

Ignorantia iuris quando impediat aditionem hęreditatis, vide per Bar. in l. 21. ff. de conditio. & demonſtratio.

Aditio hęreditatis nõ ſemper retrotrahitur ad tẽpus mortis, vide Bar. in l. is, qui pro empto re. nu. 49. ff. de vſucapio.

Cõtra eum, cuius dolo quis adit hæreditatem, ſuccurritur per actionem de dolo, vel ſi eſt creditor ꝑ doli exceptionẽ. l. fi. ff. de dol. mal.

Hæreditas furioſo delata poteſt per eius curatorem adiri, ita vt ſi furioſus efficiatur ſanæ mentis, poſsit eam ſibi retinere, vel reſpuere, & ſi reſpuerit, vel in furore deceſſerit, ad ſubſtitutum deuoluitur, & illo non exiſtente, ad eos, qui ſuccederent, ſi furioſus in medio nõ fuiſſet. l. fin. §. tali. itaque. C. de curat. furio. ꝑdig. & hęreditas ipſa non poteſt agnoſci ſine auctoritate tutoris, vel curatoris furioſi, qui tenetur, ſi non vtiliter fuerit auctoratus. l. 11. ff. de aucto. & conſenſu. tuto.

Incertitudo naſcendorum non impedit cohęredem adire, licèt, quę portio competat ſibi, ſit incertum. l. 5. ff. ſi pars hęred. pet.

Hæreditas defuncti poteſt adiri clauſis tabulis. l. vnica. §. cum igitur. C. de caduc. tollen.

Inducitur aditio etiam ex declaratione voluntatis facta parte abſente: quia declaratio voluntatis non requirit partis præſentiã. Crau. conſi. 148. num. 10. tamen reſponſio facta in iudicio non præiudicat reſpondenti, niſi reſpectu interrogantis: ideò ſi hæres in iudicio interrogatus an ſit hæres, reſpondeat affirmatiuè, licèt non eſſet hæres, ſibi non præiudicat quo ad alios creditores abſentes, & non interrogantes. l. fin. ff. de interrog. actio. vide gl. ibi. & Crau. cõſi. 1. ꝑ genero n. 466.

Incertus de morte teſtatoris, vel eius, cui ab inteſtato ſuccederet, hæreditatem adire nõ poteſt. l. 4. C. de poſthlim. reuerſ.

Mandatum de adeunda hæreditate eſt obligatorium. l. 32. ff. mandati.

Implementum cõditionis non inducit aditionem hæreditatis, ſed etiam conditione impleta nõ dicitur hæreditas adita, niſi poſtea adeatur. l. 13. ff. de conditio. inſtitutio.

Homo liber hæreditatem nobis acquirere non poteſt; ſecùs in eo, qui bona fide nobis ſeruit aliquibus concurrentibus, de quibus vide per glo. in l. 54. ff. de vſucapio.

Quilibet hæres poſt aditionem non repudiat, niſi ſit minor, qui reſtituitur: hodie tamen adeundo cum beneficio legis, & inuentarij ſecurus eſt hr̃s, non teneri vltra vires hæreditatis. §. extraneis aũt, inſtitu. de hæred. qualit. & differe. de quo inuentario vide ſupra.

Miſcere, & abſtinere pertinent ad ſuos hęredes, adire, & repudiare pertinent ad extraneos. glo. in d. §. extraneis.

Hæres dicitur adire hæreditatẽ gerendo ſe pro hærede in aliquo actu, vel nuda volũtate, re, vel verbis declarata. §. item extraneus, inſtit. de hęred. qualit. & differen.

Hærede inſtituto, & filio exhæredato, hęres adire infra ſex menſes dẽt, ſi eſt præſens, & infra annũ ſi eſt abſens; aliàs habetˀ pro repudiante. l. pen. §. illud. C. de inoffi. teſta.

Ad hoc, vt poſsit adiri hæreditas, requiritur, ꝙ conditio adiecta inſtitutioni exiſtat, & eam extitiſſe hæres ſciat: ſed in conditionib. iuris ſufficit, ꝙ exiſtat cõditio, licèt illius ſcientia non habeat, l. 21. ff. de conditio. & demonſtr.

Ex generali acceptatione, & reſtitutione fideicommiſsi non cenſetur adita hæreditas hæredis grauati (qui etiam inſtituerat hęredem fideicommiſſarium) ad hoc, vt ipſe fideicommiſſarius teneatˀ ad onera hæreditaria ipſius ſecundi teſtatoris grauati. Crau. conſi. 33. de rõne huius deciſionis vide in cõſ. 144. eiuſdẽ.

Fideicõmiſſarius, niſi dicat ſe hæredem illius, cui ſuccedit, prę̨ſumitur potius ſuccedere vti fideicõmiſſarius, quàm vti hæres: quia quãdo actus poteſt fieri ab aliquo vti alio, nunquam cẽſetur factus ab eo vti hęrede. Vera. deciſ. 19. par. 2.

Hæres poteſt cogi à fideicommiſſario adire, & reſtituere. l. quia poterat. ff. ad Trebel. tamen non poteſt cogi adire, niſi omne damnum, quod timet ſarciatur, vel à Prætore remittatur. l. apud acta. ff. eod.

Filiusfa. Magiſtratus poteſt cogere patrem adire, & reſtituere. l. ille à quo. ff. eo. §. fi. cũ l. ſeq.

Rogatus de reſtituenda re, vel quantitate non poteſt cõpelli adire, ſecùs ſi de vniuerſitate rerũ, vel quota ipſarũ. l. nã qđ. §. nõ oĩs. ff. eo.

Etiam ad petitionem vnius ex fideicommiſſarijs poteſt hæres cogi adire, & reſtituere totum, & ille, cui totum reſtituitur, à confideicommiſſario quartam nõ detrahit. l. cogi. §. Metianus. ff. ad Trebellia.

Ad petitionẽ filij in poteſtate poteſt pater cogi adire, & reſtituere, ſecùs ad petitionem ſerui. §. ſi pater. d. l. cogi. imò patronus poteſt cogi adire, & reſtituere ante pœnitentiam. l. ita tamen. §. ſi patronus. ff. eod.

Qui coactus adiuit, perdit perceptiones, niſi fuerint relictæ ſub conditione, ſi hęres non

eriţ

erit, ſed tunc refunduntur à fideicommiſſario, nô à cohęrede. §. ſi pupillus d. l. ita tamẽ.
Qui quartam trebellianicam retinere nô vult, conſultius facit, ſi adierit coactè, quã ſi ſponte adiret. l. qui toram. ff. eod.
Nemo cogitur ſe adſtringi hæreditarijs actionibus, propter legatum. l. non eſt cogendus. ff. ad Trebellia.
Debitum ab hærede per aditionem confuſum iu actionẽ ex teſtõ denoluit. l. deducta. ff. eo.
Aditio, quę fit coactè naturalẽ obligationẽ nô perimit, bene ciuilem. l. debitor. ff. eod.
Aditio coacta conditionẽ implet. l. q ita. ff. eod.
Qui cogit hæredem adire, cogitur actiones hæreditarias pati. l. ſi poſtulãte. ff. eod.
Iuſſus de adeundo in pſona hæredis recuſantis adire, transfert onus reſtitutionis in ſubſtitutum vulgarem, & cohęredẽ eius ſine quartæ detractione. l. 4. C. ad Senatuſcon. Trebell.
Interdum ſubſtitutus cogitur adire propter fideicommiſſum ſubſtituto pupillariter iniunctum, & aditio facta ex vi reſtitutionis in integrum, firmat ſubſtitutionem pupillarem. l. 2. §. interdum. ff. de vulgari.
Fiſcus, & cauſa pia, etiam non conficientes inuentarium, non patiuntur pœnas, de quibus in l. ſancimus. C. de iure deliberandi. Guid. Pap. q. 571. nu. 3. & 4.
Minor hæreditatem ſine tutore, vel curatore ſi adeat, aditio ex defectu conſẽſus nulla eſt, ſi deceptum ſe inueniat. Put. deciſ. 404. lib. 3.
Statutum, quòd minor non poſsit ſe obligare ſine certa ſolẽnitate, non habet locũ in filiô, retinente patris hæreditatẽ. Dec. conſi. 331.
Minor aduerſus aditionem non poteſt reſtitui infra tempus legitimum. l. 1. C. ſi tutor, vel curator, & l. 1. C. ſi minor ab hæreditate, & ibi per totum.
Ipſe minor aduerſus aditionem reſtituitur, etiã ſi maior factus intra tempora reſtitutionis exegerit aliquot credita hæreditaria. l. 3. §. Scio. & l. 7. §. non ſolùm. ff. de minor. 25. ann.
Minor poteſt reſtitui, vt adeat hæreditatem. l. 1. C. vt omiſſa hæreditate.
Reſtitutus vt adeat, poteſt reſtitui vt repudiet, & ècontrà. l. 7. ff. de mino. 25. ann.
Quando minor eſt reſtitutus aduerſus aditionem, geſta per eum non reſcinduntur. l. 23. ff. de mino. 25. ann. ideò libertates datæ, & ſolutiones creditoribus factæ, non reuocantur. l. 32. ff. eod.
Etiam pupillus adeundo, vel immiſcendo videtur quaſi contrahere cum legatarijs, & creditorib. hæreditarijs. l. 3. §. fin. & l. 4. ff. ex quibus cau. in poſſeſ. eat. §. 2. inſtitu. de aucto. tut. tamen non poteſt adire ſine auctoritate tutoris. d. §. 2. inſtitut. de aucto. tuto.

Tutor adit hęreditatem nomine infantis, ſed ſi eſt maior infantia adit ipſe pupillus cũ auctoritate tutoris, neque vnus ſine alio adire poteſt. DD. in l. 3. qui admitti, & in l. potuit. C. de iure deliberan.
Auctoritas curatoris pupilli ad adeundam hęreditatem non ſufficit: ideò ad hunc effectum ſpecialiter tutor datur. l. 17. §. tutor. ff. de appellatio.
Hęreditas dr iacens, vbi rerum hæreditariarum dominium à nemine adhuc eſt acquiſitum. Ozaſ. deciſ. 56. num. fin. & hæreditas vacans quando dicatur, vide Capic. deciſ. 87. num. 6.
Hęreditate vacante finiuntur, & extinguntur omnia, etiam ad hęredes tranſitoria: fallit in pignore. Capic. ibid. nu. 7. & 9.
Exiſtentia ſui hæredis operat, vt hæreditas non dicatur iacens. Fran. Marc. q. 428. parr. 1. & queſt. 49 part. 2.
Inter hæreditatem iacentem, & vacantem hoc intereſt, quod iacens dicatur hęreditas, quãdo ſupereſt adhuc ſpes hæreditatem adiri poſſe, vacans verò ſi nullus naturalis, vel legitimus vſq; ad decimum gradum hęres exiſtat. And. Gail. obſer. 130. lib. 2. vide Menoch. de arbitr. lib. 2. caſ. 150. & Dec. conſi. 344.
Iacenti hęreditati curator bonorum dãdus eſt, idque ad petitionem creditorum, vel etiam ex officio Iudicis: ſed antequam curator bonis detur nominatim citari debent ſuccedentes proximiores, vel ex teſtamento ſuccedentes ibid. d. obſer. 130.
Quandoq; bona defuncti nullum habent ſucceſſorem, & nullus ſperatur, & tunc bona nõ dicuntur defuncti, nec dicitur hæreditas iacens, ſed dicuntur bona vacantia: quandoq; dicta bona non habent ſucceſſorem de pręſenti, ſed ſperatur ſucceſſor de proximo, & tunc Prætor ſtatuit tempus ad adeundum: quandoque dubitatur, quòd hęreditas diù iacere debeat, ſed tunc quid ſtatuendum, vide per Dec. conſ. 509.
Quando dubitatur an aliquis ſit viuus, vel mortuus, non poteſt adiri hæreditas, ſed interim dêt dari curator bonis abſentis. Dec. cõſ. 575
Singulę res hęreditariæ non poſſunt præſcribi: quia contra hæreditatem iacentem non datur præſcriptio. Natt. conſi. 488.
An inter mortem, & aditionem in ſuo hærede ſit dare medium, vide per Barto. in l. fin. ff. de conditio. inſtitutio. nu. 5.
Differentia, quæ ſit inter hæreditatem, & bona vacantia, & hæreditas qualiter acquiratur: & aliud eſt hæreditas, aliud ius acquirendi, & aliud ipſe actus acquiſitionis, vide Barto. in l. fin. ff. de milita. teſtam. & in l. gerit. ff. de acquirend. hæred.

Hęreditas ſuſtinet vices perſonæ defunctæ. l.9. C.depoſiti,& per procuratorem adiri nõ poteſt.glo.in l.5.C. mandati.

Hęreditas non hęredis,ſed defuncti perſonã ſuſtinet.l.34.ff.de acq rer.domi.& repręſentat. §.ſeruus,inſtitu. de hęred.inſtitut.& hoc verũ ante aditionem; ſecus poſt.l.22.ff.de vſucap.

Hęreditas in multis pro domino habetur;ideò hęreditati quoque,vt dño per ſeruum hęreditariũ acquiritur,vide l.61.ff.de acq.ret. dom.

Si differat̃ aditio hęreditatis,poteſt vnus ex creditoribus hæreditarijs dari curator.l.8. & 9. ff.ex quibus cau.in poſſeſ.eat.

Hęreditati furtum fieri nõ poteſt:quia ad hoc, vt fiat furtũ requiritur quem poſsidere, quã poſſeſsionem non habet hęreditas.l.1.§.Scęuola.ff.ſi quis teſtam. libe.iuſſ.fue.

Hęreditas eſt perſona imaginaria ſuſtinẽs vices defuncti.§.1.inſtitu.de ſtipula.ſeruo.

Iuri adeundi hęreditatem p̃ſcribitur ſpacio 30. annorũ.Gram.deciſ.103.nu.46.Iac.Put.deci. 54.lib.3.Myſing.obſer.71. cent.2.vide Bar.in conſil.129. vol.1. tñ tunc agi poteſt iudicio poſſeſſorio ab inteſtato. Put.d. deciſ.54.ſed qd de iure ĩmiſcẽdi,vide Myſing.d.obſer.71. tunc filius poterit adhuc adire intra alios 30.annos vt agnatus. Natt.conſi.448.

Hæreditariæ res pẽdente tpe deliberãdi apud hęredem eſſe debent.Fran.Marc.q.2.

Ius adeundi nõ comprehenditur in donatione omnium bonorum, & iurium : quia illud ius cedi non poteſt.Vinc.de Fran.deci.60.

Confeſsio hęredis aſſerentis aliquem eſſe ſuum cohęredẽ (qui verè nõ eſt) non pręiudicat,& poteſt ſimpliciter reuocari, niſi eſſet libellus pręſentatus, & lis conteſtata.ibid.nu.16.

Aditionem hęreditatis ſi quis per calumniam impedierit,ad intereſſe tenetur. ibid. nu.fin.

Hæres dubitãs de virib. hr̃ditatis, debet curare fieri citationẽ p ꝓclama cõtra oẽs creditores,vt veniãt ad edendũ inſtr̃a debiti hęreditarij ipſi hęredi, ad hoc vt poſsit deliberare, an hr̃ditatẽ adire poſsit,vel non, tunc ſi creditores ſic vocati ad præſtitutum diem non venerint, nec de ſuis creditis docuerint ſibi ꝑiudicant, nec hęres ipſis amplius reſpõdere obnoxius erit.Myſing.obſer.47.cent.2.

An hæres, qui vult adire ſimpliciter, excludat hæredẽ volentem adire cũ beneficio legis,& inuentarij, vide quandam deciſionẽ Senat. Pari.in deciſ.diuerſo.fol.223. Boer.conſi.53.

Hæres hęredis primi teſtatoris eſt hęres. Gom. Leo.deciſ.16.in deciſio.diuerſo.Tom.2.

Licèt ex actu inutili transferat̃ poſſeſsio,tñ cõpetit cõdictio ſine cã,vel indebiti,aut triticaria ad eã recuperandã. Crau.conſi.248.nu.6.

Licèt hr̃ditas nõ ſit adita, tñ legata debent̃ pp clauſulã codicillarẽ, qñ talis clauſula eſt conce pta p verba futuri tpis. Dec.conſi.652.nu. 12.aliàs non valent diſpoſita in teſtamento, niſi adeatur hęreditas.l.9. ff. de teſtam.tutel.

Pr̃ ſi ſit furioſus filius põt adire hr̃ditatẽ ſibi relictã,& ſibi ipſi q̃rere ſine iuſſu pr̃is.Bar.ſing. 81.Pet. de Rau.ſin.9. tñ ſi filius moriat̃ anteq̃ adeat,pr̃ nõ p̃t adire.Bar.ĩ l.8.C.de bo.q̃ lib.

Filio in poteſtate minore 25.ann. hæreditatem recuſante adire, vel q̃rere id, quod q̃ſitum, quæreretur patri quo ad vſumfructum,pater ſolus poteſt ſibi acquirere,& ei,& in eũ dantur actiones,non in filium,ſimiliter èconträ. l.fin. C.de bonis, quæ liberis.

In aditione hr̃ditatis pſona filij cõſiderat̃, cui hęreditas delata eſt,vide d.l.fi. & in additio.

Adita hr̃ditate p creditorẽ actiones pſonales oĩno extinguunt̃,ſed reales non: qa durant ẽt facta reſtitutione,vide DD.ĩ rub.ff.ſi cer.per.

Hęres decedens intra annum ſciens hęreditatẽ ſibi delatam, tranſmittit ius deliberandi ad ſuũ hæredem : ſed ſi eius hæres ignorãs intra annum deceſſerit,tertius hęres propter ſciẽtiam primi hęredis,adire poterit.Bar.in l.16. §.in hæredem.ff.de eo, quod metus cauſa.

De iure deliberãdi, vide infra tit.de iur.delibe.

Ille,cui àd inſtãtiã creditoris ſtatuitur tempus, intra qđ adeat, vel repudiet, ſi intra illud tp̃s nihil fecerit,qd iuris,vide Bar.q.10.nu.3.

Filio non licet ſe immiſcere cã creditorum fraudandorum.Bar.in l.67.ff.ad Trebellia.

Hæres, vt conſtituatur in mora adeundi hæreditatem,debet interpellari in iudicio. Bart. in l.44.ff.de damno infect.

Renuncians hæreditati maternæ, eã poſtea nõ poteſt adire.l.2.C. de iuris,& fact.igno.

Hęreditatis aditio debitũ nõ confundit, niſi ꝓ hæreditaria portione.l.7. C.de nego.geſt.

Si tutor,vel curator auctoritatem præſtet pupillo,vel adulto adeundi hæreditatem ex teſtõ, in quo tutor ipſe, vel curator eſt pręteritus, vel exhæredatus,ſibi non præiudicat,quominus teſtamentum impugnare poſsit.l. 26. C. de adminiſtra.tuto.vel curato.

Hæreditatis appellatio continet etiã damnoſam hæreditatẽ : iuris enim nomen eſt, ſicut bonorũ poſſeſ.l.119.ff.de verb. & rer.ſignific.

Lege obuenire hæreditatem non impropriè qs dixerit,etiam eam,quæ ex teſtamento defertur.l.lege obuenire.ff.eod.

Partis appellatione,interdum etiam totam hęreditatẽ contineri dicendum eſt.l.145.ff.eod.

Omnis hęreditas quamuis poſtea adeatur, tamen cum tempore mortis continuatur.Reg. 181.de reg. iur.nam hæreditatis aditio retrò ad tempus mortis trahitur.l.28.§.illud. ff.de ſtipulat. ſeruo.

De

De bonorum poſſeſsionibus.

EX quibus verbis, & côiecturis videatur quis bonorum poſſeſſionem agnoſcere, vide plenè per Fran.Mant.de coniect.vlt. volunt.lib. 12.titu.15.fol.336.

Bonorum poſſeſsio eſt vtilis, & interdum neceſſaria.ibid.nu.3.

Bonorum poſſeſsio intelligitur, quoties nouo iure ſucceſsio defertur ex conſtitutione alicuius, qui ſit Principe inferior. ibid.nu.4.

De bonorum poſſeſſoria hæreditatis petitione, vide per Io.Criſp.in ſuo tract.termi.actio. impreſſo poſt volumen Iaſ.de actio.

Bonorum poſſeſsionem agnoſcens, videtur de iure Ciuili adire, ſi poteſt. Bar.ſing.184.

Bonorum poſſeſsio contra tabulas, quandoq; conuertitur in ſecũdum tabulas, & ècontrà, vide Marc.de Mant.ſing.66.

Exhæredato datur bonorũ poſſeſsio contra tabulas, qñ exhæredatio non eſt ſolemniter facta: quia tunc non eſt exhæredatio, ſed preteritio, vide tamen eundem.ſing.67.

Emancipatus petit cõtra tabulas, nec cõputat in legitimã ꝙ ſibi cauſa emancipationis datum eſt.l.1.§.is quoque. ff. de collatio.bono.

Bonorum poſſeſsio, quæ datur filio emancipato exhæredato cauſa litis agnoſcendæ, non tribuit ius, & ideò eius virtute ſcriptis hæredibus non poteſt poſſeſsio auferri.l.2. C.de inoffiicio teſtamen.

Aditio hæreditatis, & bonorum poſſeſsio ſecũdũ tabulas concurrunt, non tamen bonorum poſſeſsio contra tabulas. vide Marc.de Mant. ſingul.71.

Bonorum poſſeſsio contra tabulas, & ſecundũ tabulas regulariter non concurrunt, vide ibid.ſing.73.

Pater preteritus exemplo pãtroni contratabulat teſtamentum filij, ita vt teſtamẽtum pro parte reſcindatur, contra naturam bonorum poſſeſsionis cõtra tabulas, vide ibi.d.ſing.74

Bonorum poſſeſsio contra tabulas, quare detur filijs in poteſtate, cùm à Prætore fuerit inuenta propter emancipatos, vide eundem de Mant. ſing.168.

Inſtitutum poſſe beneficio præteriti intentare bonorum poſſeſsionem contra tabulas, quo intelligitur, vide eundẽ ſing.173.& ſing.181.

Filio præterito quare detur bonorum poſſeſſio contra tabulas, ad rumpendum teſtamentum, quod tamen præteritione erat nullus, vide ibid.ſing.180.

Bonorum poſſeſsio contra tabulas regulariter totum reſcindit teſtamentum, & quare, vide ſing.184.ibid.

In bonorum poſſeſsione contra tabulas non fiunt plenę probationes. Bart.in l.1.C.quorum bonorum.

Cùm nepos ex filio natus eſt poſt mortem, poterit petere contra tabulas aui ſui, quãdo eſt ꝑteritus, & dẽt conferre.l.2.ff.de colla.bono.

Patri manumiſſori filij militis præterito datur bonorum poſſeſsio contra tabulas, in bonis aduentitijs filij, non in caſtrenſib. l.30.§.fin. ff.de milit.teſtamen.

Qui omittit contra tabulas, & adit ab inteſtato tenetur edicto, ſi qs omiſſa cauſa teſtamẽti, quia ille, qui adit contra tabulas tenetur pręſtare legata relicta liberis, & parentib. l.6.§. hoc edictum.ff. ſi quis omiſſa cauſa.

Qui contra tabulas petijt indignus eſt omni cõmodo ex eodem teſtamento.l.2.ff.de his, qb. vt indig.legat.aufer.

Si filius petijt bonorum poſſeſsionem contra tabulas, hæres inſtitutus non põt cogi adire. l.ita tamen.§ quoties.

Bonorum poſſeſsio, quæ datur pendente conditione tribuit illam adminiſtrationem, quã habet curator bonorum. Barto.in l.22.ff.de hæredita. inſtitue.

Bonorum poſſeſsio quando poſsit peti pendẽte conditione, vide per Bar.in l.is, qui hæres. ff.de acquir.hæred.

Inſtitutus ſub conditione, ſi ea pendente petat bonorum poſſeſsionem (pro vt poteſt) ſecũdum tabulas, cogitur ſatiſdare ſubſtituto vulgari, ad quem conditione exiſtente peruentura eſt hęreditas, de reſtituendo, & de bene adminiſtrando.l.8.ff. de ſtipul.ſeruo.

Lapſus temporis petendi bonorum poſſeſsionem inducit tacitam, & irreuocabilem repudiationem.l.3.C.de iure, & fact.igno.

Abſens læſus circa bonorum poſſeſsionẽ propter abſentiam probabilem, & neceſſariam tranſmittit beneficium reſtitutionis ad hæredem.l.1.C.de reſtitutio. milit.

Bonorum poſſeſsiones tres ſunt, quæ non tribuũt ius.l.8.§.ſequẽti, & ibi gl.ff.de inof.teſt.

Procurator, qui neglecto mandato bonorum poſſeſsionem non petit, tenetur domino.l. 5.C.mandati.

Bonorũ poſſeſſori de iure ꝑtorio cõpetit actio hęc, in qua tñ venit, quantum in petitione hæreditatis.l.1.ff.de poſſeſſo.hęred.pet.

Agnita bonorum poſſeſsione, ſi bonorum poſſeſſor vult conſequi bona corporaliter, debet experiri interdicto, quorum bonorũ contra eum, qui tenet bona hæreditaria.l. 1. ff. quorum bonorum.

Non agnita bonorum poſſeſsione, non datur bonorum poſſeſſoria hæreditaris petitio, imò ante petitionem, vel agnitionem cõtra

hæredem agentem datur exceptio.l. 20. in fine. ff de exceptio.

Hæres non poteſt ratum habere, quod factum eſt nomine defuncti in his, quæ ad hæredem non tranſeunt, vt in bonorum poſſeſsione petita ab aliquo nomine hęredis, qui poſtea inſcius deceſsit.l.8.ff.rem rat.habe.

Ex illa parte edicti (eum quem hæredem eſſe oportet) hæredis hęredib. bonorum poſſeſſio non defertur.l.227. ff.de verbo.oblig.

Prætor bonorum poſſeſſores hæredis loco in omni cauſa habet.Reg.118.de Reg.iur.

Pupillus ſine tutoris auctoritate non poteſt bonorum poſſeſsionem agnoſcere.§.2. inſtitut. de auctori.tuto.

Hodie eſt locus ſucceſſorio edicto de pſona in perſonā, licèt olim eſſet de ordine in ordinē. §. placebat.inſtitut. de legit.agna. ſucceſsio.

Licèt furioſo petita ſit bonorum poſſeſsio, & priuſquam ipſe mentis compos factus, & bonorum poſſeſsionem petierit deceſſerit, matri non obſtabit in ſucceſsione l.2.§. ſi quis. ff.ad Senatuſconſc.Tertul. ſed ſi infanti petita ſit per tutorē, licèt ipſe infans ſtatim deceſſerit, dicendum erit matri obſtitiſſe, non enim ſimilis eſt ei, quæ furioſo datur. §. & ſi infanti.d.l.2.& l.3. C.qui admitti.

Si hæreditas extranei deuoluatur ad furioſum, non petit ipſe bonorū poſſeſsionē; ſed eius curator.l.fin.§.ſinaūt. C. de curatore furio.

Hæreditas furioſo delata poteſt per eius curatorem adiri, ita vt ſi furioſus efficiatur ſanæ mentis, poſsit eā ſibi retinere, vel reſpuere, & ſi reſpuerit, vel in furore deceſſerit, ad ſubſtitutum deuoluitur, vel ad eos, q ſuccederēt, ſi furioſus in medio non fuiſſet. l. fin. §. tali itaque.C.eod.

Tutor ſolus poteſt agnoſcere bonorum poſſeſſionem pupillo delatam, non ècontrà poteſt ſolus pupillus agnoſcere ſine tutore, niſi Iudex ex certa ſcientia defectum tutoris ſuppleat.l.7.C. qui admitti.

Curator qui bonorum poſſeſsionē pro de mente accepit, & agnouit, tenetur ad legata cautione recepta.l.49.§.fin. de legat.2.

De amittenda, repudianda, aut abſtinenda hæreditate, & bonorum poſſeſsione.

HAereditas dicitur iacens, vbi rerum hęreditariarum dominium à nemine adhuc eſt acquiſitū.Ozaſ. deciſ.56.num. fin. vide ſupra titu. de acquir. hæred.

An hæres repudians hęreditatem teneatur obſeruare contenta in teſtamento virtute promiſsionis ibi factæ, vide Fran.Marc.q.334.

Debitor in præiudicium creditorum poteſt repudiare hæreditatem ſibi delatam. Vincent. de Fran. deciſ.101.

Filius committens homicidium poteſt ad detrimentum fiſci repudiare patris hæreditatem, & eius pars repudiata accreſcit fratrib. ipſius repudiantis, excluſis proprio filio, & fiſco.Menoch.conſi.91. vol.1.

Si bannito deferatur hæreditas, bānitus poteſt illam repudiare ēt habito concordio cū eo, cui ratione talis repudiationis acquiritur hęreditas, nec ob id fiſcus habet cauſam conquerendi Marc.de Mant.ſing.23.

Repudians hæreditatem dolo ſubſtituti, cōtra illum agitur de dolo.l.7. C.de dolo malo.

Filius, qui abſtinuit ab hæreditate paterna, nō poteſt conueniri à creditoribus patris.l.3.C. de reuocandis his, quæ in fraudem.

De repudiatione, & abſtinentia hæreditatis, & de repudiationis reuocatione, quomodo, & intra quæ tempora fiat, vide per Mago.deciſ. 10.Rot.Florēn.

Repudiatio, & abſtentio re integra poteſt reuocari, ſed an talis reuocatio expreſsè fieri debeat, vel tacita ſufficiat, vide ibi n.16.17. & 19.

Quibus verbis, & coniecturis hęreditas videatē repudiata, vide per Fran. Mant. de coniect. vlti. volunt.lib.12.tit.14.

Repudiatio hæreditatis inducitur, trāſacto termino præſtituto ad adeundum, vel repudiandum, etiam ſi nihil dictum fuerit.ibid.nu.19. vide Bar. in l.8.num.9 ff. de iure deliber. & l. 68. ff.de acquir.hæred.

Reſtitutio aduerſus aditionem non cōceditur minori, niſi probata minori ætate, & lęſione. Papon.lib.16 tit.3. arreſt.2.

Minor quando adiuit hæreditatē, & poſtea per in integrum reſtitutionem vult abſtinere, & repudiare, tunc citandi ſunt omnes creditores incerti per proclama dato termino triū menſium Maran.in ſuo Spec.de ordine iudi. lib.6.c.recte. competit citatio.tit.de citatione.nu.103. & poteſt reſtitui etiam poſtquam diù adminiſtrauerit. Natt.conſi.427.

Minor non poteſt repudiare delata ſibi bona ſine Prætoris decreto.Menoch.de arbitr.lib. 2. caſ.171.nu.52.

Mulier ſine conſenſu conſanguineorum ex forma ſtatuti requiſito, poteſt hæreditatē nondum agnitam repudiare. Menoch.ibid.caſ. 171.nume.53.

Cùm minor ab hæreditate per ipſum adita ſe abſtinet, vocandi ſunt creditores, quando fit reſtitutio aduerſus aditionem. gl. in cap.fin. ext.de offic. Iudic.

Inſtitutus

Inſtitutus quando adiuit hæreditatem, & eam poſtea repudiauit poſt reſtitutionem in integrũ, ſubſtitutus vulgaris poterit adire de iure Ciuili. Bart. in l. 2. §. interdum. ff. de vulgari.

Abſtinendi beneficium eſt inductum fauore filiorum, non in odium, & ſi quis adiuerit, & poſtea reſtituatur, vt abſtineat, tabulæ pupillares firmæ remanẽt. Bar. in l. 12. ff. de vulgari.

Filius, qui ſe paternæ hæreditati nõ immiſcuit, nõ eget beneficio reſtitutionis in integrum, vt abſtineat: quia tutus eſt ipſo iure, ſed ſi ſe immiſcuerit, vel bonorũ poſſeſsionem agnouerit, & eſt minor, & læſus, reſtitutio eſt neceſſaria. l. 1. C. ſi minor ab hæreditate, ſed quomodo procedatur, quando petitur reſtitutio aduerſus aditionem, vide Authen. ibid.

Repudianti per metum ſuccurritur per vtilem actionem, quod metus cauſa. l. 21. §. fi. ff. quod metus cauſa.

Reſtitutus vt adeat poteſt reſtitui, vt repudiet, & ècontrà. l. 7. §. reſtitutus. ff. de minoribus.

Minore reſtituto aduerſus repudiationem, geſta per procuratorem non irritãtur. l. 23. ff. eo.

Si minor repudiauerit hæreditatem, vel eam amiſerit, reſtituitur re integra, aliàs ſecùs. l. 25. §. Sceuola. ff. eod.

Filius abſtinẽdo per tutores ab hęreditate, creditoribus patris non tenetur, licèt à tutoribus conſequatur intereſſe: quia eum abſtinuerunt ab hæreditate locupletẽ: idem, ſi cum illis tranſegerit. l. 4. C. arbitrium tutel.

Furioſi curator an poſsit bonorum poſſeſsionẽ repudiare, vide glo. in §. fin autem. l. fin. C. de curat. furio. prodig.

Geſta per pupillum tenent, licèt poſtea ſe abſtinuerit, & ſi pupillus de ſuo ſoluerit, ei fit reſtitutio ſoluti. l. 6. §. ſi pupillus. ff. de bonis autho. iudi. poſside.

Si impubes ab hæreditate paterna ſe abſtineat creditoribus non tenetur ipſe, neque illi pupillariter ſubſtitutus, propter bona poſteà pupillo quęſita, & ad ſubſtitutũ poſtea tranſlata. l. 12. ff. de priuileg. credito.

Solutio facta hęredi, qui poſtea per in integrum reſtitutionẽ eſt abſtentus, liberat debitorem. l. 90. ff. de ſolutio. & liberat.

Quilibet hæres poſt aditionem non repudiat, niſi ſit minor, qui reſtituitur. §. extraneus, inſtitu. de hęred. qualit. & differ.

Qui reſtituitur, vt abſtineat pro nõ hęrede adeò reputatur, vt is, qui ſubſtitutus eſt vulgariter, minori inſtituto ſuccedere poſsit, ſi velit. Azo in ſumma tit. C. ſi minor ab hæreditate.

Primogenitus repudians ius, & bona primogenituræ, talis repudiatio prodeſt, non ſolùm ſecundogenito, ſed etiam omnibus alijs fratribus, & ſororibus, qui æqualiter debent admitti ad bona repudiata. Papõn. libr. 21. titu. 5. arreſt. 1.

Ius repudiarum accreſcit omnibus hæredibus, etiam quòd fiat repudiatio in fauorem vnius hæredis tantùm: quia in iure accreſcendi portio accreſcit portioni, non habita ratione perſonarum. Craue. conſi. 288.

Limita, quando repudiatur hæreditas mortui, quia tunc, ſi fiat repudiatio contemplatione vnius, alteri nihil accreſcit. Craue. ibi.

Quando omnes hæredes ſcripti, vel aliqui ipſorum repudiarunt hæreditatem ex teſtamento, & volunt ſuccedere ab inteſtato, quid iuris, vide per tot. tit. ſi quis omiſſa cauſa infra.

Circa repudiationem hæreditatis dantur duo termini, nẽpe repudiatio, & abſtẽtio, ſed qualiter hi termini inter ſe differant, vide Maran. in repetitione ad l. is põt. ff. de acq. hęred. impreſſa in ſuo Spe. de ordine iudi. n. 15. fo. 619.

Ille poteſt hæreditatem repudiare, qui poteſt adire. ibi. nu. 17. & non poteſt pro parte repudiari. nu. 18. & repudiatiõ partis habetur, ac ſi nihil repudiatum eſſet. ibi. nu. 21. vide tamen Reg. cum limitationibus nu. 22. & ſeq. Bart. in l. 1. ff. de acquir. hæred.

Per quos actus tacitè, vel expreſsè inducatur repudiatio, vel abſtẽtio hæreditatis, vide ibid. Maran. num. 95.

Tutor, aut pater, licèt pro pupillis poſsint adire, non tamen poſſunt hæreditatem repudiare. Maran. ibi. num. 202. & 207. nam hæreditas delata infanti non poteſt ſine decreto Iudicis repudiari. Math. Matheſ. ſing. 181.

Renuncians hæreditati patris, non prohibetur bona feudalia retinere. Dec. conſi. 269. nu. 14.

Repudians hæreditatem patris, non poteſt habere hæreditatem aui, niſi de iure Prætorio. Bar. in l. qui ſe patris. C. vnde liberi vide eundem Bar. in l. 7. §. ſi filius. ff. de acquir. hæred.

Si alicui fiunt plura legata in teſtamento, quando poſsit vnum acceptare, & reliqua repudiare, vide Bar. in l. 20. C. de iure delibera.

Quando plures portiones ex teſtamento vnius alicui deferuntur, an ſi vnam agnoſcat, cogatur alias agnoſcere, vide Barto. in l. 20. C. de iure deliberand.

Inſtitutus ſi repudiat vno iure, & vult venire alio, quando ei præferatur ſubſtitutus, vide Bart. in l. 17. ff. de acquir. hæred.

Quãdo plures portiones, vel plures hæreditates deferuntur vni, an poſsit partim repudiare, & partim adire; & quid, ſi eadem hæreditas deferatur ex pluribus capitibus, an ex vno poſſit repudiari, & ex alio adiri, vide per Bart. in l. 98. ff. de acquir. hæred.

Si repudiauerint ſui ab inteſtato bono. poſſeſ. adhuc dicemus eos obſtare legitimis, quia repu-

repudiando quaſi liberi, incipiunt habere bono.poſſeſ.vnde legitimi, vt quaſi legitimi.l.2, ff.vnde legit.

Si alicui eſt delata bonorum poſſeſsio, & repudiat eã ex vna parte edicti, admittĩ ex alia; nam exclusus per edictum vnde liberi, admittitur per edictum, vnde agnati.§.quibns d.l.1.

Poteſt altera hæreditas repudiari, & altera amplecti.l.fin.C.eod..

Inſtitutus in diuerſis partibns ab eodem teſtatore, non poteſt vnam partem amplecti, & alterã repudiare: idem in eo, qui eſt inſtitutus pro parte, & ſubſtitutus in altera.l, 20. C. de iure deliberan.

Hæreditatem pupillarem an poſsit repudiare, qui paternam acceptauit, vide gloſ.in d.l.20.

Suus, vel emancipatus, ſi ſe abſtinuerit ab hæreditate, prælegatum in totum cõſequitur, niſi teſtator aliud voluerit, vel prælegata loco hęreditatis poſuerit.l.89.90. & 91. de leg. 1.

Relictũ nominatim ab eo, qui eſt in primo gradu, qui repudiauit, non debetur ab eo, qui eſt in ſecundo, ſi ad eum hęreditas pertinet propter repndiationem primi hęredis.l.1.§.illud de legat. 3.

Si ille, qui potnit adire repndiauerit, non repellitur exceptione doli á petitione legati ſibi á defuncto vltra partem inſtitutionis relicti, ſi nihil á ſuſtituto receperit; aliàs ſecùs.l.4. §.ſi quis ex vnica.ff.de dol.mal.except.

Filij non poſſunt hæreditatem patris ex teſtamento delatam repudiare, & ab inteſtato adire, vel legitimam petere.Dec.& DD.in l.3.C. de impuberum.

Filius quando æquiparetur extraneo propter beneficium abſtinendi, vide Dec.conſi.331.

Hęreditatẽ qui ex teſtamẽto repudiauit, ſi pro hærede, vel poſſeſſore ſimpliciter poſsideat, incidit in edictum, ſi quis omiſſa cauſa, & tenetur, hac ſi hæreditatem ex teſtamento adiuiſſet. Dec.conſi.491.

Qui ſemel adiuit, an poſsit poſtea repudiare, vel qui ſemel repudiauit poſsit poſtmodum agnoſcere hæreditatem, vide Caſſa.in cõſuet. Burg.tit.*des ſucceſſions* rub. 7.§.13.gloſſ.3.nu.3. Marc.de Mant.ſing.60.

Hæres ſuus repudians poſtea adire poteſt indiſtinctè, ſi bona ſunt in eo ſtatu, & hoc intra triennium.Bart.ſing.80.& ſing.185.

Filius qui dixit ſe nolle adire, poſtea pęnitentia ductus, poteſt adire. idem ſing.105. vſque ad annum.Pet.de Raue.ſing.14.

Duobus fratribus hæredibus inſtitutis, ſi vnus ipſorũ altero ſciente, & patiẽte inſolidũ poſſederit omnia bona paterna, & fructus pcepe rit longo tẽpore, an alter cenſeatur repudiaſſe, vel abſtinuiſſe, vide Guid. Pap.ſing.89.

Filij repndiantes hæreditatem paternam, an teneatur ad mutuum á patre acceptum, & in eorum alimenta conſumptum, vide Franc. Cremen.ſing.37.

Quidam inſtitutus dixit, quòd credebat hæreditatem eſſe reſpuendam, per lapſum trienni menſium videtur illam repudiaſſe. Petr. de Rauen.ſing.377.Bart.in l.fin.§. cùm igitur.C. de iure deliberandi.

Repudians hæreditatem inſtituentis eum, non ſolùm priuatur hæreditate, verùm etiam bonis quocunque titulo ad eum deuolutis per inſtituentem.Pet.de Raue.ſing.460. Ant.Corſet.in ſuis ſingularibus litera H. ſing.hæres.2. Bar.in l.4. C. de omni agro decern.lib.11.verùm contrarium tenet Ant. Trig.ſing.99.vno caſu excepto, de quo vide ibid.ſed hę opiniones poſſunt conciliari, vt prima procedat in hęrede inſolidũ inſtituto, & ſecunda in inſtituto pro parte.vide Aluiſ.de Alber.ſing.10.

Beneficinm abſtinendi ab hæreditate ſibi delata eſt de inre Prętorio, & eſt perpetuum cùm tendat ad inducendam exceptionem filio. Marc.de Mant.ſing.75.

Repudiatio hæreditatis non inducitur per verbum, volo adire.vide Marc.de Mant.ſing.191.

Repudiatio hęreditatis non eſt neceſſaria in filio.Bar.in l.1. C.ſi minor ab hęred. ſe abſt.

Repudiatio præſumitur fraudulenta, quando bona poſtea reperiuntur penes incapacem. Bar.in l.3.C.de natura.liber.

Repudiatio tacita filij, nocet patri. Bart. in l.1. nu.13.C.qui admitti.

Filio hæreditatem repndiante, cui datus fuit ſubſtitutus, pater ſuperſtes ad hæreditatem admittĩ, excluſo ſubſtituto. Bart. in l.8.C.de bonis, quæ liberis, & in l.3.C.de hæred. inſtit.

Filium eſſe hæredem patris creditor probare debet.Bar.in l.23.§.tranſgreditur.ff.ſol. matr.

Filius ſi ſe abſtinuerit ab hæreditate paterna, & aliquid habuerit ab occiſoribus patris, quãdo poſsit conueniri á creditoribus patris, vide Bart.in l.18.ff.de tutel. & ratio. diſtrahen.

Filius, qui repudiauit hęreditatem maternam, an poſsit pęnitere, vide Barto.in l.8.ff. de iure deliberan.

Ille, qui repudiauit volens adire, quando audiatur, vide Bart.ibi.

Filiusfa. hodie poteſt hæreditatem repudiare ſine iuſſu patris.Bar.in l.6.ff.de acquir. hęred.

Hæreditate non adita omne ius teſtamenti reſoluitur.idem deciſ.100.nu.6.

Tacita repudiatio hæreditatis delatæ ex teſtamento, inducitur ex lapſu temporis 30.ann. quod tempus etiam ignoranti currit, tamen tunc datur remedium poſſeſſoriũ adipiſcendæ ab inteſtato.Iac.Put.deciſ.54.lib.3.

Repudiatio facta pendente conditione non valet: ideò poſtea conditione exiſteure, poterit hæreditas adiri. Bartol.in l.13.ff. de hæred.inſtituen.

Quando hęreditas eſt delata filio an,& quando repudiatio patris noceat filio, & ècontrà, vide Bart.in d.l.13.§.neque filius.

An filia, quæ paſſa eſt fratres poſsidere hęreditatem,& ſi quid voluit ab eis petijt, licèt non ſint lapſi 30. anni, videatur repudiaſſe, vide Bart.in l.94. ff.eod.

Error quando impediat repudiationem, vide Bar.in l.96.ff.de acquit.hæredit.

Iuri de futuro renunciatur pacto, non repudiatione, niſi repudiatio fiat præſente parte, vel in iudicio.Bar.in l.18.ff.de optio.legat.de ratione diuerſitatis inter pactum, & repudiationem, vide ibid.Bar.

Hæres, cui tranſmiſſum fuit ius deliberandi, poteſt hæreditatem repudiare.Barto.in l.10.nu.13.ff.de reb. dub.

Repudians perdit ius adeundi ad ſuum commodum.Barto.in l.14.§.ſed & qui. ff.ad Senatuſconſul.Trebellia.

Subſtitutio non euaneſcit, quando qui adit reſtituitur. Bart.in l.44.ff.de re iudicata.

Refutatio hæreditatis paternæ facta per filium fraudulenta prę ſumitur, ſi filius reperiatur bona patris poſsidere.Bar.in §.& quoniam.Authen quib.modis naturales effi.ſui.

Etiá poſt repudiationē cogitur quis adire, niſi bona ſint vendita.l.5.§. ſed & qui.ff. ad Treb.

Filij hæreditate paterna ſe abſtinētes ius, quod in libertis habent paternis non amittunt. l. filij.ff. de iure patron.

Renuncians hæreditati maternę, eam poſtea nō poteſt adire, licèt prætendat iuris ignorantiam.l.2. C.de iuris,& fac. ignor.

Si bonorũ poſſeſsio defertur pupillo, tutor poteſt acquirere, non repudiare, ſimiliter & curator furioſi,& procurator alicuius, verùm ſi alicui eſt delata bonorum poſſeſsio, eo ipſo quòd repudiat, á bonorum poſſeſsione excluditur.l.1.§.tutor.ff.de ſucceſſorio edict.

Scripto hærede repudiante ſuccedunt proximiores in gradu, cum onere fideicommiſsi repetiti ab inteſtato.l.2. §. fin.ff.de ſuis,& legit. hæredib. facit l 9.C.de petit.hæred.

Repudians hæreditatem non tenetur ad collationem, niſi inofficioſè ei eſſet donatum. l. pen. C.famil.erciſc.

Naturalis per patrem curiæ deputatus, ſi onus agnoſcit hæreditatem patris non poteſt repudiare.l.4.C.de natura.liber.

Pater non poteſt repudiare iura filio delata. l. fin. C. de repudia. bono. poſſeſ. & l. 11.C. de iure deliberan.

Deliberandi tempus petens tacitè (tempore dato ad deliberandum lapſo) videtur adire, niſi expreſsè intra illud tempus repudiauerit, quod facere poteſt, ſi vult, & tunc tenetur res hæreditarias reſtituere.l. fin. §. ſi autem. C.de iure deliber.

Repudiatio patris non nocet filio, cui eſt legatum.l.26.C. de fideicommiſsis.

Filijs ſe abſtinentibus, vel repudiantibus, frater defuncti admittitur.l.6.C. de legit. hæred.

Expreſſa repudiatio hæreditatis facta per filiũ, patri non nocet; ſecùs tamen eſt in tacita, quæ ex diſpoſitione legis reſultat.in additione l.fin.C.de bonis, quæ liberis.

Legatum ſolutum repetitur, ſi poſtea hæres repudiauerit hæreditatem.l.1.§. fin. & l. 2.ff.de condictio.cauſ.dat.

Hęres ſuus poſtquá ſe abſtinuerint, ſi petat tempus ad deliberandum reſtituitur, ſi bona nōdum erant alienata. l.8.ff.de iure delibe.

De repudianda hæreditate habetur in tit. ff. de acq.vel omitte.hæred.

Hæres inſtitutus ſub cōditione (requirentibus creditoribus hæreditarijs) poteſt repudiare hr̄ditatē.l.1.ff.de curato.bon. dat.vide gl.ibi.

Repudianti inſtituto dolo legitimi, non obeſt repudiatio.§. ſi cum d.l.4.de dol. mal.excep.

Si quis ſimpliciter repudiauerit hæreditatē, intelligitur bonorum poſſeſsionem etiam repudiaſſe.l.2.ff.de bono.poſſeſ.

Filiusfa. hæredem inſtituere poteſt in peculio caſtrenſi, ſed ſi hærede deliberante pater deceſſerit, relicto alio hærede, ſi poſtea hæres ipſius filij repudiauerit, bona patris cēſentur aucta, neç eſt nouum, vt ex poſtfacto aliquis ſucceſſorem habuiſſe videatur. l. 9. ff. de Caſtren.pecul.

Quoties duplici iure defertur alicui ſucceſsio, repudiato nouo iure, quod ante defertur, ſupererit vetus.l.92.ff.de reg.iur.

Quod quis ſi velit habere non poſſet, id repudiare non poteſt.l.135.§. fin.ff.eod.

Si nomo ſubijt hęreditatem, omne ius teſtamenti ſoluitur.l.142.eod.

Suus hæres de iure Prætorio habet beneficium abſtinendi. §.ſi autem, inſtitu. de hæred.qualit.& differen.

Miſcere,& abſtinere pertinēt ad ſuos hr̄des, adire,& repudiare pertinēt ad extraneos. gl.ibi.

Simplex repudiatio, vel relata ad hæreditatem, an concernat omne ius, & omnes vias ſuccedendi, vide per gl.in §. itē extraneus, inſti.eo.

Filius Vaſalli non poteſt retinere feudum, repudiata hæreditate paterna, ad hoc vt non teneatur ſatisfacere creditoribus hæreditarijs; ſecùs in agnatis, q hoc facere poſſunt. c.5.tit. an agnatus, vel filius defuncti, in vſibus feud,

Familiæ erciſcundæ.

Diuiſio facta à patre, reſeruata ſibi ſacultate teſtandi (ſaltem de bonis quærendis) inter filios in vim contractus iurata valet, nec poſtea à patre poterit retractari, etiam obtenta abſolutione à iuramẽto, ſecùs ſi fiat in vim vltimæ voluntatis. Ozaſ. deciſ. 125. Pede. vide Iaco. Put. deciſ. 84. lib. 2. & deciſ. 132. ibid. Pau. Aemil. deciſ. 275. par. 1. & deciſ. 288. part. 2. & 105. Mago. deciſ. 64. Rot. Flor.

Pater poteſt diuidere eius bona inter liberos. Boer. deciſ. 14. quando talis diuiſio valeat, vide Dec. conſi. 68. nu. 8. Caſſa. in conſuet. Burg. tit. *des droicts* rub. 4. §. 9. gl. 6. Rol. conſi. 34. vol. 4. & Hippol. ſing. 674.

Teſtator præſumitur ſeruare æqualitatem inter liberos, & arbitri debent redigere omnia ad æqualitatem, & error in diuiſione nocere nõ debet. Ioſ. Ludo. deciſ. 26. Luc.

Quamuis pater bona ſua inter filios ſe viuo diuidere nequeat, eo quod huiuſmodi diuiſio donationis inſtar ſit. Abba. conſi. 66. nu. 2. tamen ſi facta, & teſtamento, vel codicillis con firmata ſit, erit valida, & à filijs omnino ſeruãda erit. Andr. Gail. obſer. 116. lib. 2.

Quod ampliatur procedere, licèt talis diuiſio eſſet inæqualis (dummodo filij non grauentur in legitimã) & hoc caſu euictio inter fratres non habet locum. Gail. d. obſer. 116.

Diuiſio facta inter filios cum iuramento, & de patris conſenſu, tacitam cõditionem habet, ſi pater in tali conſenſu perſeuerauerit. Dec. conſi. 475. nu. 23.

Fratres non poſſunt æqualiter inter ipſos diuidere bona contra voluntatem teſtatoris, qui voluit ex aliqua rationabili cauſa plus vni relinquere, quàm alteri. Dec. conſi. 547.

Filij reduci debent ad æqualitatem quantum fieri poteſt, licèt irritetur donatio facta alteri filiorum per patrem. Dec. conſi. 631.

Diuiſio facta à patre inter filios tradita bonorum poſſeſsione, ſapit donationem, & non valet; niſi inter filios emancipatos, vel interuenerit iuramentum, confirmatur tamẽ morte patris. Natt. conſi. 273.

Diuiſio facta bonorum à patre inter filios, pro hæredis inſtitutione habetur. Meuoch. conſi. 317. lib. 4 nu. 20.

Ex diuiſione bonorum non dicitur facta alienatio contra prohibitionem teſtatoris. vide Menoch. conſi. 322. nu. 47. vol. 4.

Teſtator habens filios ex diuerſis matribus, ſi iuſſerit, quod æqualiter diuidant inter ſe, & vnus habeat pdiſi dotale, hoc nõ venit in diuiſione. Bar. in l. 79. §. dulciſsimis de leg. 2.

Diuiſio teſtatoris, & Iudicis æquiparantur, & ſi alimenta pluribus, à pluribus debeãtur, diuiſio non poteſt fieri, niſi Iudicis auctoritate. Bar. in l. 3. & 15. ff. de alimen. & ciba. leg.

Diuiſio bonorum poteſt fieri inter filios per patrem (etiam ſine ſcriptura) ſi fiat coram duobus teſtibus, & tunc mulier in teſtem admittitur. Bartol. in §. & quod ſępe. Authen. de trient. & ſemiſ.

Pater poteſt hæreditatem inter filios diuidere, dum tamen aſsignet vnicuique ad minus legitimam. l. 8. C. de inoffi. teſta.

Facta diuiſione per patrem inter eius liberos, ſi aliqua bona remãſerint inter eos, poſt ipſius patris mortem diuiduntur. l. 23. ff. de adimendis legatis, & l. 30. §. qui filias ibid.

Diuiſio bonorum à patre inter liberos facta nõ aliter valet, niſi in teſtamento fuerit facta, vel in alia ſcriptura parentum, vel liberorum omnium ſubſcriptionem continente. §. & quod ſępe. Authen. de triente, & ſemiſſe, vide tamen glo. ibid.

Si pater bona diuiſert inter liberos, & filij in diuiſione ſcripſerint, & promiſerint eam ratam habere, vel etiam ſimpliciter eam ſcripſerint manu propria, rata debet haberi hęc diuiſio. §. quia verò. Auth. de teſtament. imperfect.

Teſtatori licet in teſtamento prohibere diuiſionem faciendam inter filios infra certum tempus, & hoc in tantum eſt verum, quòd ſi minor vellet huic prohibitioni paternæ renũciare nõ poſſet. Gram. dec. 7. ſecùs perpetuò. Cla. in ſua pract. q. 69. tñ talis diuiſio prohibita per teſtatore inter filios, inter quos ſunt aliqui minores, poterit fieri ex cauſa concernẽte fauorem minorum. Gram. d. deciſ. 7. nu. 7.

Non obſtante prohibitione teſtatoris proceditur ad diuiſionẽ inter filios, quando ex prohibitione oritur diſcordia inter eos, vel aliter diuiſio ſit vtilis. Gramm. d. deciſ. 7. Boer. deciſ. 87. vide Andr. Gail. obſe. 139. in fine lib. 2. Craue. conſi. 60. Dec. conſi. 265. vel alter eorum eſſet rixoſus. Bar. in l. 14. ff. pro ſocio.

Filij etiam quorum fauore fuit factum præceptum de non diuidendo, illi poſſunt renunciare. Dec. conſi. 349.

Teſtatoris præceptum, quòd in vita alicuius diuiſio non fiat an, & quando valeat, vide Dec. conſi. 442. nu. 25.

Conditio, quòd vnus ex hæredibus teneatur perpetuò ſtare in communione cum alijs cohæredibus, ſub pęna priuationis ſuæ portionis applicandæ alijs cohæredibus valet. vide Rol. conſi. 84. ſecùs in pacto. l. ſi conuenerit C. commu. diuid.

Diſpoſitio teſtatoris erronea, qua filios ęquales eſſe voluit, per quã tñ inæqualitas inducitur, tolli,

tolli, & annullari debet, licèt ſit ſecuta ex hac erronea cauſa diuiſio. Menoch. cóſ. 346. lib. 4.

Diuiſio hęreditatis per quotas, differt à diuiſione rerum particularium. Ozaſ. deci. 135. num. 9. & non debet fieri de qualibet re, ne patrimonium corrumpatur, & fit Iudicis officio. Bart. in l. 2. C. qñ, & quibus quanta pars lib. 10.

Diuiſio vbi commodè fieri non poteſt, tunc deueniendum eſt ad licitationem, in qua obtinet is, qui habet maiorem partem offerendo pretium æquale, quod pars aduerſa obtulit. Capi. deci. 36. aliàs quomodo fieri debeat diuiſio hæreditatis, vide per Boer. deciſ. 46. Borg. deciſ. 11. num. 33. part. 2. de contract. l. 2. C. quando, & quibus quarta pars lib. 10.

Bona ſuppellectilia, mobilia, veſtes, fructus, & cætera ſe mouentia inter fratres, quomodo debeant diuidi, & qualiter habeatur ratio eorum, qui plus operati fuerunt, vide plenè per Borg. deciſ. 11. part. 2. de cótract. & in ruſticis fructus diuiduntur per capita habita ratione operarum. Caſſan. in conſuetud. Burg tit. *des ſucceſſions* rub. 7. §. 5. glo. 5. nu. 40. vide Bar. cóſ. 186. Bal. in ſuo tract. de duobus fratrib. nu. 19.

Diuiſio bonorum mobilium debet fieri in vna domo, omnibus mobilibus ibid. tranſlatis. Pap. lib. 15. tit. 7. arreſt. 2.

In diuiſione mobilium, partes debent eſſe præſentes. Bart in l. 2. C. quando, & quibus quarta pars lib. 10.

In diuiſione veniunt veſtes feſtiuæ, ſed quotidianæ ſunt præcipuę, & dimittuntur iſtas habentibus. Caſſan. in conſuetud. Burg. titu. *des mains mortes* rub 9. §. 12. glo. 2.

Diuiſio bonorum debet fieri æqualiter habita conſideratione valoris, & bonitatis rei, & nó quantitatis. Pap. lib. 15. tit. 7. arreſt. 1. & diuiſio domus per ſolarium admittitur, & ſolarium loco parietis habetur. Borg. deciſio. 19. nu. 62. part. 2.

Expenſa menſuræ debet fieri ſumptibus ambarum partium, licèt altera pars tantùm diuiſionem requirat. ibid. arreſt. 3.

In diuiſione fūdi ob alimēta relicti, vel obligati ꝑtoris auctoritas reqrit. l. 8. §. ſi vni ff. de tráſ.

Iudicio famil. erciſ aliquádo per Iudicē diuiſoriū conſtituitur vſuſfructus, nempe alteri hæredū aſsignatur proprietas, & alteri vſuſfructus l. 6. ff. de vſufruct. & quemad. quis vtatur.

Actio hæc pro diuidenda hæreditate dr̃ actio mixta, nempe realis, & perſonalis, vel potius mixtam cauſam habet, in qua actione Iudici licitum eſt (ſi æquitas hoc ſuadet) vni partiū adiudicare rem, altera pecuniam recipiente. §. quædam actiones, inſtit. de actio.

Iudex in actione hac res ſingulas ſingulariter diuidit, & ſi vna plus valeat, quàm altera in pecunia condénabit, & hæres, qui percepit fructus, vel malè verſatus fuerit in re cói tenebitur cohæredibus. § familiæ, inſtit. de offi. Iudi.

Vaſallorū, & iuriſdictionis diuiſio generat maximum præiudicium, ideò vitanda quantum poteſt. Thom Mino d. deciſ. 13. poſſunt tamē feuda, & iuriſdictio diuidi. Boer. deciſ. 46.

Ducatus, Marchionatus, & aliæ ſimiles dignitates, licèt ſint indiuiſibiles, tamen loca in eis contēta poſſunt diuidi. Boe. deci. 204. nu. 29.

Feudum ad omnes filios æqualiter ſpectat, & feuda de iure communi diuidi poſſunt. Gail. obſer. 116. num. 10. ſed quomodo, & quando, vide Rol. cóſi. 80. vol. 1. Menoc. cóſi. 298. lib. 3.

Quando tractatur de diuidendo ſubditos, & iuriſdictionem, qualiter tunc fieri debeat diuiſio, vide Craue. conſi. 318.

Diuiſio ſubditorum ipſis inuitis fieri nó poteſt. Craue. d. conſi 318. nu. 5.

Nemo cogitur ſtare in communione, & regulariter in diuiſione bonorum ſufficit vnus ex ſocijs prouocare; fallit in diuiſione bonorū feudalium, in quibus non ſufficit prouocatio vnius Vaſalli, ſed debent omnes conuaſalli conuenire; aliàs nó poteſt fieri diuiſio. Hippol. ſing. 9.

Res emphyteoticæ an poſsint diuidi inter fratres Domino irrequiſito, & quid in feudis, vide Bar. in l. 1. ff. de condict. furt.

Iuriſdictio inter plures fratres, licèt non poſsit diuidi; tamen eius exercitium diuiditur. l. 37. ff. de adminiſtra. & periculo tuto.

Diuiſione domus facta inter fratres noua ſeruitus per alterum quæri non poteſt, de qua nō eſt facta mentio tempore diuiſionis. Capic. deciſ. 187. nu. 11.

Diuiſione facta, non debetur aditus per partem alterius; ſicut primò ante diuiſionem fiebat, niſi ſpecialiter ſit conuentum. Bart. in l. 33. §. quæcunque. ff. de ſeruitu. ruſti. prædio. Borg. Caual. deciſ. 19. nu. 53. part. 2.

Vnus ex dominis communium ædium, ſeruitutem imponere non poteſt. l 2. ff. de ſeruitu.

Tempore diuiſionis poteſt agi, vt fundus, qui obuenit vni ſeruiat fundo, qui obuenit alteri. l. 33. ff. de ſeruit. ruſti. prædio.

In diuiſione bonorum paternorum ordo ſeruatur, vt antiquior frater faciat diuiſionē, & iunior eligat. Guid. Pap. q. 489. & ſing. 92. Caſtr. ſing 8. vide Myſing. obſer. 37. cent. 4. Creſcen. deciſ. 3. aliàs 210. de arbitris. c. 1. ex. de parochijs, ſed contrarium tenent Iaſſ. Lanſ. Balb. deciſ. 266. And. Gail. obſer. 116. lib. 2.

An in diuiſione maior teneatur dare electionē minori, controuerſia eſt inter Doctores, Iaſ. tñ de actio. §. quędā, n. 62. cócludit pro minore accipiēdo maiorē pro illo, qui maiori tpē

gubernauit, vide Rebuff. in ſuis côment. tract. de teſta. art. 2. glo. 4. nu. 14. fol. 416.

Iudicis arbitrio relinquitur quomodo diuidenda bona ſint inter fratres, neque enim maior partes conſtituere (niſi aliter conſuetudine, vel ſtatuto ſeruaretur) & minor eligere debet, ſed Iudex ipſe partes æquales facit, & vni vnam, & alteri alteram aſsignat, vel etiam diuiſione facta, ſorte dirimere poterit, cui electionem tribuat. Menoch. de arbitr. lib. 2. caſ. 123. & Iudicis arbitrio relinquitur, qui dicatur maior. ibid. caſ. 124.

Mulier in diuiſione habet optionem; ſed maior non tenetur dare optionem minori. Bar. in l. vnica. C. de his. qui ſe deferu. lib. 10.

Fiſcus in diuidendis bonis facit diuiſionem, & dat alteri electionem. Barto. in l. 15. §. Senatus nu. fin. ff. de iure fiſci.

Frater bona communia adminiſtrans, videtur proprio nomine regere. Afflic. deciſ. 360. côtrarium tamen ſcribit Fran. Marc. quæſt. 316. nu. 5. quia iure familiaritatis adminiſtrare videtur. Ioſeph. Ludo. deciſ. Luc. 3. num. 5. ſi ſine titulo adminiſtrat, ſecùs ſi haberet titulum. Natt. conſi. 502. nu. 13.

Fratre vno diù omnia bona poſsidente, & adminiſtrante, ob id alij non cenſentur portioni eorum renunciaſſe. Boer. deciſio. 58. nume. 7.

Empta res per fratres, & de communi pecunia, appoſita lege, vt res perueniat ad ſuos deſcêdentes expreſsè nominatos, an deficiente perſona nominata deſcêdente ex vno fratre, alter frater debeat habere inſolidum rem emptam, aut teneatur côicare rem ad nepotê, & eius hæredê, vide Boer. d. deciſ. 214. & emptio facta à fratre, quando dicatur facta nomine proprio, & pecunia de proprio, vel cômuni ſoluta, vide Bar. in l. 2. C. pro ſocio.

Si vnus ex fratribus de pecunia communi emerit ſuo nomine ſibi (non alteri fratri) dominium acquirit. l. penul. C. ſi quis alteri, vel ſibi.

Frater etiam ſocius non obligatur ex facto fratris, niſi appareat verſum in ſocietatem, vel ſociali nomine fuiſſe factum, aut geſtum. Rot. Genu. deciſio. 26. num. 29. facit l. 1. C. ſi communis res pignori.

Frater, qui habuit principium ſuæ negotiationis ex rebus hæreditarijs æquitas ſuadet, quòd lucrum omne inde proueniens fratri communicet. Borg. deciſio. 10. nume. 31. de contract. part. 2. vide Bartol. in l. 4. C. commun. diuid. & in l. 53. §. idem. ff. pro ſocio, Bald. in ſuo tracta. inter tracta. Bartol. nume. 14.

Frater emens ſuo, & fratrum nomine aliquod prædium, & illud poſsidens, tenetur ad reſtitutionem fructuum. Borg. ibid. num. 17. vide Dec. conſi. 21. præſumitur tamen ſolniſſe de propria pecunia, ideò poteſt repetere à fratre partem pecuniæ. Dec. conſi. 348.

Frater non eſt obligatus ſoluere debita alterius fratris, nec pro illo poteſt conueniri, ſed ſi ſoluerit voluntariè, nô poteſt agere ad intereſſe. Borg. d. deciſ. 10. nu. 19. & ſeq.

Filius poſsidens bona paterna ſibi à patre aſsignata, & aliquid ex fructibus illorum bonorum acquirens, tenetur bona acquiſita conferre in diuiſione. Borg. deciſ. 11. num. 16. par. 2. de contract.

Ratio adminiſtrationis non debet reddi inter fratres, & ſocios omnium bonorum, quando omnes adminiſtrarunt; ſecùs ſi vnus tantùm adminiſtrauerit. Borg. ibid. nu. 34. Crau. conſ. 159. num. 6. & conſi. 218. Menoch. de arbitra. lib. 2. cap. 209. Dec. conſi. 255. etiam ſi adminiſtrauerit viuente patre. Borg. ibi. nu. 37. Pet. Gerar. ſing. 84. Hippol. ſing. 493. quid, ſi minor frater promiſerit nunquam petere rationê adminiſtrationis à maiore, & an valeat pactum, vide Dec. conſi. 265.

Ex cohabitatione fratrum non præſumitur ſocietas omnium bonorum, ſed tantùm in viuendo communiter, & communibus ſumptibus, ideò ſi vnus fratrum emat prædia nomine proprio, non tenetur communicare alijs fratribus, & in dubio præſumitur ea acquiſiuiſſe de pecunijs proprijs, niſi aliud probetur, puta, quòd non habebat alia bona (niſi communia) nec erat induſtrioſus ad pecuniam parandam, quo caſu non tenetur communicare prædia, ſed reſtituere pretium pro parte aliorum fratrum. Craue. conſi. 131. nu. 12. Dec. conſi. 651. quid in patruo, qui erat tutor nepotum, & adminiſtrator, vide Craue. conſil. 276. in fine vbi habetur, teneri communicare lucra facta ex pecunijs communibus.

Ratificare cenſetur frater venditionem à fratre factam de re communi, petendo partem pretij à fratre venditore. Crauet. conſil. 159. nume. 5.

Si poſt alienationem prædij communis factam per vnum ex fratribus, ventum fuerit ad diuiſionem inter fratres cęterorum bonorum, nulla facta mentione prædij alienati, an frater, qui non alienauit poſsit inquietare emptorem, vide Craue. conſi. 237.

Si ſunt duo fratres, quorum vnus poſt mortê patris adminiſtrat vniuerſaliter bona paterna ſciente, & patiente altero per longum têpus, non propterea excluditur nô adminiſtrans. Iaſ. de actio. §. quædam, nu. 98. circa finem.

Socie-

Societas omnium bonorum ex quibus tacitè videatur inter fratres contrahi, vide Dec. conſi. 21. conſi. 66. & conſi. 68. Rol. conſi. 91. volum. 1. Caſſa. in conſuetud. Burg. tit. *des ſucceſſions* rub. 7. §. 5. glo. 5. nu. 24. vbi tradit 4. concluſiones cum limitationibus. Bart. in l. 53. §. idem. pro ſocio. & ſupra tit. de ſocietatibus.

Dos, quam maritus lucratur, debet communicari cum fratribus, ſtante tacita ſocietate omnium bonorũ. Dec. conſi. 69. 67. & 68. quid, ſi pater mariti receperit ipſe dotem, & ſuſtinuerit onera matrimonij, vide Dec. d. conſi. 67.

Quæ ſocietas dicatur contracta, quãdo fratres, vel patruus, & nepotes diù ſimul habitarunt, vide per Bart. in l. 48. §. altero. ff. de adminiſtr. & peric. tutor.

Frater non tenetur communicare lucrum aduẽtitium fratribus, etiam ſi patre viuente acquiſitum ſit. Dec. conſi. 67. nec ſi aliquid acquiſiuerit ex dote vxoris ſuę. Amanel de Clariſaquis ſing. 197.

Licèt fratres remanendo in communione contraxerint tacitè ſocietatem communicando ſibi lucra negotiationum, quas exercebant; tamen talis ſocietas non extenditur ad alia lucra prorſus ſeparata. Abb. conſi. 65. lib. 1. facit l. 53. ff. pro ſocio.

Quod vni ex pluribus fratribus acquiritur, non communicatur alijs, niſi tacita ſocietas inter eos cõtracta ſit, & qñ frater expẽſas factas in domo repetere poſſit, vide Dec. conſi. 628.

Bona poſſeſſa, & quæſita per patruum, & nepotes maiores, cenſentur quęſita, & poſſeſſa pro virili: ideò patruus tantum pro vno computatur, vide Menoch. conſi. 222. lib. 3.

Frater maior, qui omnia bona adminiſtrauit, an in diuiſione bonorum poſſit petere ſalariũ, quod pater negotiorum geſtori ſoluiſſet, vide Pet. Gerar. ſing. 84.

Frater ex quibus cenſeatur remiſiſſe redditionem rationis, de adminiſtratis per alterum fratrem, vide Auguſt. Bero. q. 21.

Si vnus frater vendat bona communia alio fratre præſente, & tacente, talis tacitus conſenſus non præiudicat. Barto. in l. 16. C. de pact. 2. lect.

Dominium rei emptæ per alium ex fratribus nomine proprio, qui in cathaſtro communis cum alijs poni fecit, & tributa communiter ſunt ſoluta, acquiritur per hoc omnibus fratrib. Bar. in l. 14. C. de omni agro deſert. li. 10.

Habens ratam venditionem, pro parte nomine ſuo facta agit ad pretium. l. 19. C. de nego. geſto.

Si diuiſio facta eſt, & collatio per errorem, vel deceptionem omiſſa, debet officio Iudicis compelli ad conferendum ille, qui conferre tenebatur. l. 8. C. de collatio.

Qui tenetur conferre, ſi partem hæreditatis petat, collationem offerre debet; aliàs à petitione remouetur: & peculium profectitium filio conceſſum non confertur, ſed tanquam res communis, ſeu hęreditaria diuiditur. l. 12. C. de collatio.

Qui teneantur conferre tempore diuiſionis, vide ibid. per tot. tit.

Si alter hæredum aliquid in hæreditatem impenderit, ſiue fructus, mercedeſue perceperit, vel rem deteriorẽ fecerit, erit locus huic iudicio. l. 34. ff. pro ſocio.

Si alter hæredum ſoluat creditori hypothecario à cæteris cohæredibus (etiam ſine ceſsione) per hoc iudicium repetit. l. 65. ff. de euictio. l. 2. §. ſed quo, & §. item ſi. ff. de verbo. obliga.

Vnius hæredis mala geſtio muneris, non onerat cohæredes, licèt pater illius hæredis decurionatui conſenſerit, dum viueret. l. 15. ff. de munerib. & hono.

Cohæredibus vni ſatisfacienti, qua actione contra alios ſuccurratur, vide Bartol. in l. 5. §. ſi ſortem. ff. de verbo. oblig.

Hæredum vnus ſoluens repetit actione familiæ erciſcundæ pro portione hæreditaria. Papon. lib. 15. titu. 2. arreſt. 18. & etiam dos mulieris prædefunctę recuperatur ea actione, per eius virum ſuperſtitem. Boer. deciſio. 57. ſed qñ in dubio præſumatur dos in diuiſione reſtituta, ſi non cõſtar de dotis reſtitutione, vide Natt. conſi. 684.

In diuiſione habetur ratio dotis nurus datæ ſocero, & ad inſtar æris alieni detrahitur ab hæreditate. l. ſi dos. ff. ad leg. Falc. l. 1. §. cautione. C. de rei vxor. act.

Frater non tenetur computare in ſuam partem, expenſas factas in vita patris, & condemnationes ſolutas. idem Borg. deciſ. 11. num. 15. part. 2. de contract.

Dos data, aut promiſſa à patre ſtante in communione omnium bonorum cum fratribus, non imputatur in partem ipſius patris in diuiſione, præſuppoſita ſocietate omnium bonorum; alias ſecùs. Borg. ibid. num. 17. Dec. conſi. 66. & conſi. 68. Rolan. conſil. 91. vide Barto. conſil. 80. volum. 2. idem, ſi talis dos fuerit data à patre fratrum diuidẽtium. Dec. d. conſi. 66. idem circa intereſſe. ibid. Borg. num. 21. quid de alijs expenſis factis in communi, etiam in ſtudio, vide num. 22. & ſolutio dotis an præſumatur facta de pecunia propria ſoluentis, vel de communi, vide Nat. conſi. 100. num. 15.

Donatio præſumitur rõne cõiunctionis ſanguinis, & dotis, quando frater ſcit filiam fratris

dotari de bonis communibus,& tacet.Crau. cõſi.159.nu.4.Hippol.ſing.336.vide Dec.cõſ. 66.nu.4.& conſi.68. Natt.conſi.100.nu.7.

An debeat haberi ratio dotis, datæ de bonis communibus filiæ alterius fratris in communi cum alijs fratribus exiſtentis, vide Caſſa. in conſuetu.Burg.tit. *des ſucceſſions* rub.7. §.5. gloſſ.5.num.30.

Dotes ſi in communione ſint poſitæ, aut verſæ in vtilitatem communem, debent de communi ſolui,& reſtitui in diuiſione.Borg.deciſ. 21.num.23.par.2.de contractibus.

Quamuis pater expenſas, quas facit pro filio ſtudente,videatur in dubio facere de ſuo;tñ hoc debet intelligi,niſi filius habuiſſet peculium,vel alia bona.Iaſ.de actio.§.fuerat,num. 111.vide Bar.in l.36.ff.de nego.geſt.

Libri empti per patrem filio Doctori,ſeu licentiato,ſunt præcipui ipſius filij,& non tenetur eos conferre. Rol.conſi.11.vol.2. nu.16. Menoch.de arbitr.lib.2.caſ.131.

Frater ſi negotiatur de pecunia communi, an id,quod lucratur teneatur communicare, vide Maran.in ſuo Spec.tit.an ſit iudiciũ crimi: vel ciuil. diſt.4.num.17. Dec.conſi.21.& 255. quid,ſi pater dederit pecuniam filio,vt ex ea lucretur,vide Maran.ibid.nu.32.

Quam impenſam repetat frater à fratre, cùm vnà ſimul per multos annos vixerunt,& dein de bona diuidant, vide Menoch. de arbitra. lib.2.caſ.127.

Donatio à patre facta filio, ſi ſtuduerit, intelligitur,& ad doctoratum peruenerit.Menoch. ibi.caſ.237.nu.31.

Frater poteſt repetere impenſas, quas fecit circa victum,& veſtitum fratris. Dec. conſi.21.

Frater non tenetur donationem ſibi factam cõmunicare.Dec.d.conſi.21.

Licèt frater maior, qui geſsit totam curam rei domeſticæ,& familiaris habeat vxorem,& liberos,& frater minor ſit ſolus: tamen in diuiſione nulla debet haberi ratio expenſarum vxoris, & filiorum; quia ſufficit pro recompenſatione dictarum impenſarum cura, & ſolicitudo.Caſſa.in cõſuet.Burg.ti. *des ſucceſſions* rub.7.§.5.glo.5.nu.39.

Frater, qui de ſuo totam familiam alimentauit, an poſsit impenſas in alimentis factas à cæteris fratribus repetere,vide Natt. conſi.264. quid,ſi vnus fratrum plus impenderit,quàm alter,vide ibid.

Pater, facta diuiſione inter filios ſuorum bonorum reſpectu reſtitutionis dotis nurus prædefunctæ non adhuc integraliter ſolutæ ita cauit,quòd filius maritus d.nurus habeat ſuper portione ſua ſibi aſsignata totam ipſam dotem exactam, & exigendam ita taliter, quòd frater ſuus non debeat pati damnum, tunc onus reſtituendæ dictæ dotis,& emolumentum non exactæ ſpectat ad dictum maritum d.nurus.Menoch.conſi.333. lib.5.

Si fratres ſtent in communione, & maior natu communes reditus recepeirt, & deſtribuerit, minor natu acceperit vxorem,& ſe obligauerit ad reſtitutionẽ dotis, tunc reſtitutio ipſius debet fieri de communi patrimonio: quia ſicut cæteri reditus peruenerunt ad manus maioris fratris; ita & illa dos perueniſſe cenſetur ad manus ſuas.Hippol.ſing.336.

Quæ frater ſibi in partem computare teneatur, vide Bart. in tractat. de duobus fratribus, & in l.4.C.communia vtriuſque iudi.

Scholaris,qui incepit ſtudere patre viuente, an debeat ſtudere de bonis communibus, vide Bart.in l.1.nu.32. C.de dignita.lib.12.

Frater quando debeat in partem ſuam imputare pecuniam ſolutam ex maleficio, per eum commiſſo,vide Bart.in l.35.§. idem.ff.pro ſocio,& in l.16.ff.de pecul.lega.

Si pater fecerit expenſas pro filio doctorando, vel vxorando patre mortuo, ſimilia non debent fieri alteri fratri de communi.Bar.in l.3. ff.de munerib.& honor.

Filius impendẽs circa perſonã patris(eo viuo) non petit à cohærede iudicio famil. erciſ. ſed an nego. geſto. vide tract. Bald. inter tractatus Bar.de duobus fratribus,fol.119.

Fratrib. duob. ſimul habitãtibus,ſi vnus illo rũ poſt mortem patris fecerit debitum,non ſoluitur de communi, niſi ratione communis vtilitatis. Bald.ibi.nu.9.

Dos recepta per alterum ex fratribus, non reſtituitur de communi, niſi probetur verſa in communem vtiliratem.ibi.nu.10.

Anuli, perlæ, & veſtimenta, quæ fecit pater nurui,imputantur in partem filij,pro eo, quod nunc valent,non pro eo, quo fuerunt empta. Bald.ibi.nu.33.

Frater minor, an poſsit petere à maiore, quòd communicẽtur apotheca,& nomina debitorum in libro ſocietatis cum extraneo contractæ,deſcripta,vide Abb.conſi.36.lib.2.

Quod in communi ædificatur,commune efficitur, ſed ædificanti bona fide expenſæ debent reſtitui.l.16. C.de rei vendica.

Per pactum in diuiſione factum,cenſetur receſſum à primo pacto præcedenti, & ſi in diuiſione fuerit conuentum, vt aliquid remaneat commune,valet conuentio. Boer.deciſ.214.

Frater in territorio communi non poteſt ædificare caſtrum, inuito altero, & frater in re communi cum fratre minore ædificans, non poteſt reperere impenſas. Boer. deciſio.320. num.11. & 12.

Diui-

Diuiſionis ea eſt natura, vt vnus alteri teneatur de euictione, & æqualitas eſt ſeruãda iter fratres, & inæqualitas vitanda, q̄ eſt inductiua diſcordiæ. Ioſ. Ludo. deciſ. 29. Luc. nu. 13. ſed frater quando alteri teneatur de euictione, cùm res diuiſa euincitur, vide Menoch. cõſi. 87. num. 78. vol. 1.

Diuiſionem quis non dicitur impugnare, quando vendicat bona emphyteotica, tanquam comprehenſus in inueſtitura, nec frater tenetur de euictione, cùm contingat ratione feudi, vel emphyteoſis quę eſſe incapacem, & ſufficit ſi æqualitas ſeruetur à principio. vide Ioſ. Ludo. deci. 29. Luc. n. 68. Hiero. Mago. deciſio. Luc. 7. nu. 39.

Idem, quando perius accreſcendi, vel non decreſcendi emphyteuſis accreſcit alteri, niſi expreſsè etiam in hoc caſu eſſet promiſſa euictio. idem Mago. deciſ. 62. Rot. Floren.

Feudum ſi in diuiſione tantùm peruenerit ad vnũ, & alteri allodium, mortuo illo, cui obuenit feudum relicta filia hærede, Dominus feudi poterit ad ſe feudum auocare, nec filia pro tali euocatione agere poteſt contra patruum. Rol. conſi. 51. vol. 4.

Bona ſubiecta fideicommiſſo aſsignata vni in diuiſione, licèt poſsint ab eo auferri; tamen euictio ſibi non debetur, etiam ſi eſſet promiſſa. Rol. d. conſi. 51.

Cautio de defendendo inuicem inter fratres præſtatur, tempore diuiſionis. Bar. in l. vnica. C. de rei vxo. act. nu. 14.

Hæredes diuidentes inter ſe, licèt renunciauerint omni iuri, quod alter habet, vel habere poſsit in parte alterius non ob id, ſi vnus ex hæredibus eſſet negligens in adimplendo voluntatem defuncti alter, cui defertur portio negligentis, repelleretur; quia illa renunciatio non refertur ad illud, quod quis poſtea amittit culpa, vel negligẽtia ſua. Bar. in Auth. hoc amplius. C. de fideicõ. & in l. 9. ff. de tranſact.

Ex cauſa diuiſionis debetur euictio, in qua venit intereſſe, ſicut ex cauſa venditionis. l. 66. §. fin. ff. de euictio.

Diuiſio fit ſine præiudicio fideicommiſsi, quia clauſulæ, quæ apponuntur ad executionem diſpoſitionis, diſpoſitionem p̄cedentem nõ alterãt. Ioſ. Lud. deci. 29. Luc. nu. 77. vide ĩ tit. de fideic. in gñe. Bar. in l. 67. §. item quęſitum. ff. de condict. indebi. conſi. 72. vol. 1. faciunt ll. 79. ff. de leg. 2. & 122 §. fin. ff. de verb. oblig.

Diuiſio facta, & concluſa per ſortem, valet etiã non facto inſtrumento diuiſionis, ſi non interuenerit dolus, vel læſio vltra dimidiã iuſti pretij, vel minor ætas. faciunt lex non ideò minus, & lex diuiſionem. C. famil. erciſcun. l. maioribus. C. commu. vtriuſque Iudi. & ibid. Bal & Caſtren. l. inſtrumẽtis. C. de fid. inſtru. l. ſi minor. C. commu. diuidun. l. ſi duobus. C. commu. de leg. & ibid. Iaſ. & Bal. & conſi. 72. vol. 2. nam diuiſio legitimè facta non poteſt reſcindi, niſi propter enormem læſionem. Crauet. conſil. 188. & conſil. 264. & res ſemel diuiſa amplius diuidi non debet. idem Crau. conſi. 318. Rebuff. in ſuis comment. tracta. de appellatio. art. 3.

Sortis iudicium quale ſit, & ſententia per ſortẽ valet, & ab ea non licet appellare, niſi fraus interuenerit. Marant. in ſuo Specu. part. 6. de teſtium product. nu. 85. fol. 407. Rebuff. in ſuis comment. tract. de appellatio. art. 3.

Electio in diuiſione in caſu legis 2. C. quando, & quibus quarta pars lib. 10. dirimitur ſorte, alias inter priuatos Iudex aſsignare poteſt, cui vult. Bar. in l. 2. C. quando, & quib. num. 6.

Facta diuiſio nulliter inter fratrem maiorem, & minorem, ſi poſtea minor factus maior longo tempore in diuiſione ſteterit, ex tali poſſeſsione cẽſetur de nouo facta diuiſio. Vinc. de Fran. deciſ. 35. nu. 5.

Diuiſio facta per arbitros extraiudicialiter per errorem iuris in bonis alterius, nõ valet, nec præbet iuſtam cauſam præſcribendi; ſecùs ſi iudicialiter. Borg. Caual. deciſ. 27. de iudi. cũ ſeq. vide tñ ibi. quia contrariũ fuit iudicatũ.

Altero cohęrede reluctante, & differente diuiſionem, Iudex ex officio poteſt ſequeſtrum facere de bonis communibus penes tertiũ. Pap. lib. 15. tit. 7. arreſt. 4.

Quando reſtitutio in integrum concedatur ex capite læſionis cõtra diuiſionem factam inter maiores, vide ibid. arreſt. 6. & minor aduerſus diuiſionem poteſt reſtitui. l. 1. C. ſi aduerſus tranſact. vel diuiſio.

Diuiſio erronea debet reuocari, etiam quòd ex alia cauſa poſſet ſuſtineri. Crau. conſi. 26. nu. fin. Menoch. conſi. 91. vol. 1. nu. 26. vide eundem Craue. conſi. 188. nu. 9. Dec. conſi. 408. & 525. & non obſtante promiſsione de non cõtraueniendo. idem Dec. conſi. 475. num. 36. & conſi. 600. nu. 8. Natt. conſi. 77.

Fallit, quãdo ſcienter eſſet facta. vide Menoch. conſi. 115. lib. 2.

Error iuris vitiat diuiſionem, vt ſi quis putans alium ius habere in hæreditate cum eo diuidat. Crau. d. conſi. 188. num. 10. l. 4. C. de iuris, fact. ignoran.

Pro bono pacis licitum eſt diuiſionem iam factam retractari, & aliam de nouo haberi, ponitur exemplum in caſtris, & iuriſdictione non bene diuiſis, propter quam malam diuiſionem oriuntur controuerſię, & quęſtiones, Crauet. conſi. 264.

Donatio præſumitur ex diuiſione facta ſuper re alte-

re alterius condiuidentis, quod limitatur in illo, qui probabiliter ius ſuum ignorabat, vel in iure errauerat. Menoch. de arbitra. lib. 2. caſ. 88. nu. 19.

Diuiſio facta (etiam coram Iudice) ſimpliciter ex falſa cauſa, & propter errorem, ipſo errore probato, poteſt retractari. Menoch. conſi. 320. libr. 4.

Diuiſio facta cũ hærede putatiuo per ignorantiam, non præindicat. Bar. in l. 4. C. de iuris, & fact. ign. nec facta cũ proprietario piudicat vſufructuario. l. 3. ff. de vſu, & vſufructu legat.

Obligatio aliqua an oriatur inter cohæredes verè, uel putatiuè, vide Bar. ibid.

Quomodo fiat diuiſio bonorum patris, & filij emancipati conferentis, vide l. 1. §. iubet. ff. de collatio. bono.

Quid iuris de bonis hęditarijs de nouo repertis poſt diuiſionem, & quitationem fratrum, vide Doctores in l. tres fratres. ff. de pact.

Diuiſio facta nudo pacto eſt inefficax ad agendum, niſi ſequuta traditione, vel firmata ſtipulatione. l. diuiſionis. ff. de pact.

Diuiſio facta gratia vberioris culturæ, diuerſos fundos non facit. l. 88. §. Titius. de leg. 2.

Diuiſio præſumitur inter fratres, quando per tempus decennij quilibet de per ſe poſſedit bona ſeparata, & vixit ſeparatim habitando ſeorſum. Boer. deciſ. 58. Bar. in l. 4. C. commu. diuid. Bal. ſing. 7. Ioſeph. Ludo. deciſ. Luc. 48. Borg. deciſ. 11. nu. 43. & ſeq. par. 2. de cõtract. vide Periulluſtr. D. P. Teſſau. deciſ. 205.

Fallit concluſio, quando adeſſet in æqualitas. Anto. Trigo. ſing. 123. Fely. conſi. 2. vide eundem D. P. d. deci. 205. & Ioſ. Ludo. d. deciſ. 48. niſi pro diuiſione concurreret aliqua pſumptio. idem Ioſeph. ibid. nu. 30.

Fallit ſecundò, quando de diuiſione non facta appareret. Borg. d. deciſ. 11. nu. 43. & ſeqq. vide Crauet. conſi. 318. Iaſ. de actio. §. quædam. nu. 40. & Dec. conſi. 79. nu. fin.

Diuiſio ex cauſis pſumit. Bar. in l. 3. ff. pro dote.

Pupilli non prouocant, nec plures minores poſſunt ſe inuicem prouocare ad diuiſionem. l. 7. ff. de rebus eorum, ſed prouocari poſſunt per maiores. Crauet. conſi. 268. num. fin. Menoch. de arbitr. lib. 171. nu. 37. & tunc minores poſſunt diuidere inter ſe. Bar. in l. 1. §. ſi communis. ff. de rebus eorum, verùm qñ expedit pupillo diuiſionem fieri, ipſe prouocat maiores. Crau. conſi. 268. nu. fin. qđ fit ex legitima cauſa. Bar. in l. 4. ff. de tutelis.

Quando permittitur diuiſio inter minores, talis diuiſio non poteſt fieri ſine Iudicis decreto. Maran. in ſuo Spec. par. 4. diſt. 17. Menoch. de arbitr. lib. 2. caſ. 171. num. 31. & ſine cauſa. Dec. conſi. 349. diuiſio tamen aliter facta poteſt confirmari iuramento, non interueniente læſione. Dec. conſi. 349.

Diuiſioni præſcribi non poteſt, licèt res ſteterint communes per tempus antiquiſsimum, cuius initij memoria non extaret in contrarium. Crauet. conſi. 60. & conſi. 264. vide Iaſ. de actio. §. quædam, nu. 29. facit l. 3. C. in qb. cauſ. ceſſa. long. tempo. præſcrip.

Diuiſio inter aliquos cohæredes tantùm fieri poteſt, licèt alijs abſentibus non noceat. Craue. d. conſi. 60. nu. 4.

In materia diuiſionis ad ſciendum, an aliquid includatur in aliqua parte, vel non, attenditur æſtimatio; quia ſi facta æſtimatione appareat, quòd pars vnius cum illa incluſione non excedat partem alterius, intelligitur incluſa: item attenditur honeſtas, & æquitas; ideò cenſetur quid incluſum in parte vnius, vel non, prout honeſtas, & æquitas ſuadet. Craue. conſi. 310.

De materia familiæ erciſ. vide per Iaſ. de actio. in §. quædam.

Pacto fieri non poteſt, vt perpetuò ſtetur in cõmunione; ſecùs ſi ad certum tempus limitatum. Iaſ. de actio. §. quædam, nu. 35. vide num. 41. & quando valeat tale pactũ, Dec. cõſ. 265.

Actio familiæ erciſ. cui, & quando competat, & quæ requirantᷣ in ea, vide Maran. in ſuo Spec. par. 4. diſtin. 17.

Diuiſio inter fratres eſt quædam tranſactio. Maran. ibid. num. 8.

Iudicia diuiſoria an ſint poſſeſſoria, vel petitoria, vide Maran. ibid. nu. 10.

Agrimenſor non debet per Iudicem mitti ad menſurandum non citata parte. ibid. nu. fin. cuius præſentia requiritur, quãdo Iudex eligit agrimenſorem, ſecùs in relatione. Bar. in l. 15. nu. 11. ff. de dote prælegata.

Actio familiæ erciſcundæ impeditur per exceptionem, quòd agens non ſit hæres. Maran. in ſuo Spec. part. 4. diſt. 20. nu. 9.

Conditio diuiſionis videtur impleta ab eo, per quem non ſtat, quominus diuiſio fiat. Dec. conſi. 629.

Pactum inter indiuiſos de diuidẽdo oĩa bona eorum, iura, & actiones æqualiter valet, & cõprehendit ẽt bona emphyteotica, ſaltẽ quo ad fructuum commoditatem. Natt. cõſi. 516.

Inſtrumenta communia debent eſſe apud digniorem. l. 7 C. de eden. & ibid. Bar. vel antiquiorem. Guid. Pap. q. 289.

Regula, qui prior appellat, prior agat, quando habeat locũ, vide Bar. in l. 19. ff. de iudi.

Illud, quod quis non facit vti hæres, non venit in familiæ erciſcundæ iudicium, vide Bart. in l. 21. ff. ſi cert. pet.

In communi ſtare nemo compellitur inuitus, ſed

ſed quando, vide Bart. in l. 26. §. ſi centum. ff. de condict. indeb.

Actio nego. geſto. competit pro his, quæ fiunt ex voluntate, & famil. erciſ. pro his, quæ fiunt ex neceſsitate Bar. i l. 2. §. ex his. ff de ver. obl.

In duplicibus iudicijs vterq; dat libellum. Bar. in §. 1. inſtit. de actio. nu. 6.

Ex ſimplici diuiſione nõ transfertur dominiũ, ſed ſoluens ex cauſa tranſactionis, & diuiſionis, non repetit, quia tunc dominium tranſfertur. Bar. conſi. 93. vol. 1.

Vide de materia huius titu. in tit. C. communia vtriuſq; iudicij tã famil. erciſ. q̃ cõmu. diuid.

Inter hæredem, & fideicõmiſſarium competit familiæ erciſcundę iudicium. l. ita tamen. §. Marcellus ff ad Senatuſcon. Trebel.

Aes alienum ipſo iure inter hæredes diuiditur, nec eorum pacto creditorib. præiudicatur, & non exhibito inſtrumẽto communi, ad intereſſe agitur. l. 26. ff. de pact.

Si quæſtio ſtatus incidit in iudicio diuiſorio, prius de ſtatu cognoſcitur, quàm ſententia definitiua detur. l. 2. C. de ordine iudicio.

Reſcriptum, quo datur arbiter ad diuidendam hæreditatem, non præiudicat abſenti. l. 13. C. de probatio.

Procurator datus in duplicibus iudicijs videtur fungi partibus actoris, & rei, ideò ſatiſdationem ꝓ vtroq; p̃ſtabit. l. 15. §. fi. ff. de ꝓcura.

In iudicijs diuiſorijs, plures vnum procuratorem dare non poſſunt. l. 42. §. ſi plures. ff. de procuratorib.

Contra communitatem, vel municipium poteſt agi iudicio diuiſorio. l. pen. ff. quod cuiuſque vniuerſitatis.

Quid iuris, quando alter cohęredũ alienat partem rei communis, cauſa euitandi iudicium familiæ erciſcundę, vide l. fi. ff. de aliena. iudi. mutan. cau. fact.

In hoc iudicio ille dicitur agens, q primò prouocauit ad diuiſionem; ſed cùm ambo prouocant ad iudicium, ſorte res diſcerni ſolet; l. 13. & 14. ff. de iudi.

Dictum in petitione hęreditatis, habet locum in hoc iudicio famil. erciſc. l. 28. §. hoc Senatuſconſultum. ff. de pet. hęred.

Per actionem petitionis partis hæreditatis, cõſequitur quis partem pro indiuiſo, quæ per hoc iudicium famil. erciſc. diuiditur. l. 7. ff. ſi pars hæred. pet.

Illud, quod cohæres facit, non vt hæres, minimè venit in actionẽ familiæ erciſcund. l. pen. ff ſi cert. peta.

Actio familiæ erciſcund. vnde naſcatur, & quibus competat, vide glo. in l. 1. §. ad hæc. C. de annali exceptio.

Eius, quod ex cauſa diuiſionis mihi traditur tanquam meum, vſucapiendi conditionem non habeo, niſi hoc tradatur ex cauſa tranſactionis. l. 29. ff de vſucapio. & Bar. ſing. 13.

Res præſcripta, vel vſucapta in iudicium diuiſorium non venit. l. fin. & ibid. glo. ff. ꝓ dote.

Licèt filij in poteſtate res alienas inuentas in hæreditate paterna non vſucapiant titu. pro hærede, vel ſuo; tamen ſi fuerunt per patrem inter eos diuiſæ, & traditæ, & ipſi poſt mortẽ tenuerunt ex illa diuiſione (ratam ipſam habentes) vſucapiunt tit. pro ſuo, & ex dicta diuiſione. l. pen. §. ſi pater. ff pro ſocio.

Quod pro indiuiſo cum alio poſsideo, eius partem poſsidere dicor. l. 25. §. fin. ff. de verbo. & rerum ſignifica.

Actio famil. erciſc. ex quaſi contractu oritur. §. item ſi inter. inſtitut. de obliga. quæ ex quaſi contract. naſc.

Actio familiæ erciſcundę durat annis 30 glo. in d. § quædam, in verbo familiæ.

Actio familiæ erciſcund. eſt bonæ fidei. §. actionum autem, inſtit. de actio.

Communi diuidundo, & de reb. communibus in particulari.

DIuiſione facta domus communis, ſi ſocij diſcrepant inter ſe circa electionẽ vnius, eiuſdẽq; partis, qui habet aliam domũ cõtiguam illi parti, debet obtinere. Capic. deciſ. 42. ideò ſocius habẽs fundum propè fundum diuidendum, alius verò non, debet habere portionẽ iuxta fundum proprium. Capic. ibid.

Præſcribere an quis poſsit rem communem indiuiſam, vide Boer deciſ. 58.

Socius poſsidens inſolidum rem communem, pręſcribit ſpacio 30. ann. contra alium ſociũ. Ioan. Pap. lib. 12. titu. 3. arreſt. 7. vide tamen Craue. conſi. 60.

Actioni communi diuidundo regulariter 30. annis pręſcribitur: fallit in actione communi diuidundo quæ competit inter Dominũ, & Feudatarium, cui non præſcribitur, niſi ſpacio 40 ann. Rom. ſing. 755.

Intellige prædicta, quando vnus ex conſortib. totam rem poſsideret, nã tunc eſt locus præſcriptioni, ſecùs ſi à principio omnes ſint in poſſeſsione, quia & ſi per mille annos ſtarẽt in communione, nunquam curreret præſcriptio. ibid. Roma. in additio.

Actioni communi diuidundo præſcribitur minori tempore, quàm 30. ann. in conſequentiam. Bar. in l. 3 ff. pro dote.

In iudicijs diuiſorijs ceſſat præſcriptio longi

tempo-

temporis. l. 3. C. in quibus cauſ. ceſſ. long. tempo. pręſcript.

Communi nomine, ſeu communibus pecunijs empta res, efficitur cõmunis. Boer. deci. 214.

Hoc iudicium communi diuidundo procedit, intentatũ per fratrem pro diuidenda re cõmuni contra fratrem, qui emerat ipſam rem ſuo, & nomine dicti fratris agentis, reſeruata facultate repetendi partem pretij bonorum ſoluti per fratrem emptorẽ, & poſſeſſorem. Rol. conſi. 4. vol. 2.

Frater nomine ſuo rem emens, ſi eam ſuo, & fratris nomine in libro communis deſcribi patiatur, ex hoc dominium pro parte in alterũ fratrem translatum cenſetur pręſertim, ſi alter frater pro rata collectas ſoluerit. Ludo. Roma. ſing. 433.

Eo ipſo, quòd fundus communis emitur, videtur cõtracta ſocietas in illo fundo, & eſt cautela ſcribenda in inſtrumento emptionis, vt appareat pretium fuiſſe ſolutum de re communi. Bar. in l. 2. C. pro ſocio.

Diuiſio vbi commodè fieri non poteſt, deueniendum eſt ad licitationem, in qua obtinet is, qui habet maiorem partem, offerendo pretium æquale, qđ pars aduerſa obtulit. Capic. deciſ. 36. Gaſp. Cabal. milleloq. 817. vel aliter prouidetur Iudicis arbitrio, quando res non põt cõmodè diuidi. Mag. deciſ. 46. Rot. Flor.

Communi re exiſtente inter duos, quorũ vnus habet duas partes illius, alius verò tertiã, is autem, qui habet duas vult tertiam alterius partem iure licitationis, quando eam poſſit habere, vide Capic. d. deciſ. 36.

Diuiſionem res non recipientes, vel gradus, & portæ ſeruientes ad plures domos, ita nec recipiunt licitationem, qñ ea admiſſa, & altera parte ſuccumbente eius domus remanerent quaſi inutiles, cùm cõmodus aditus non haberent, Capic. deciſ. 63.

Iuriſdictio ſi ſit communis duorum, vel pluriũ qualiter inter eos debeat exerceri, vel diuidi, vide Boer. deciſ. 5.

Diuiſio domus per ſolaria admittitur, & tunc ſolarium loco parietis habetur. Borg. Caual. deciſ. 19. par. 2. nu. 62.

Præſumitur diuiſio rerum, quando plures fratres, vel ſocij poſſiderunt longo tempore bona diuiſim, & ſeparatim. Craue. conſi. 318. Iaſ. de actio. §. quædam, nu. 40. Dec. conſi. 79. nu. fin. Anto. Trigo. ſing. 123. limita, quando adeſſet inæqualitas. ibid. Trigo. d. ſing. 123.

Socij duo ſi acceperant quædam prædia ad laborem, & vnus eorum habeat duos filios, qui ſimiliter laborant: alius verò nullos, qualiter debeant diuidi quæſita, vide Iaſ. de actio, in §. ſequens, nu. 47.

Iudicis arbitrio relinquitur quando diuidi bona debeant, neque enim maior partes conſtituere debet, & minor eligere; ſed Iudex ipſe partes ipſas facit, & vni vnam, alteri alteram aſsignat, vel etiam diuiſione facta, ſorte dirimere poterit, cui electionem tribuat. Menoch. de arbitra. lib. 2. caſ. 123.

Frater iunior, vel alius habens rem communẽ cum alio, præfertur in diuiſione in eligendo. Caſtren. ſing. 8. vide tñ ſupra tit. famil. ercisc.

Mulier in diuiſione habet optionem, ſed maior non debet dare electionem minori. Bar. in l. vnica. C. de his, qui ſe deferunt lib. 10. vide tamen c. 1. ex. de parochijs.

Regulariter diuiſio rerum feudalium prohibetur, quando feudum habet annexam dignitatem, quòd limita in 14. caſibus, de quibus per Caſſan. in conſuetud. Burg. titu. *des foreſtz* Rub. 3. §. 6.

Traditur etiam alia Reg. nempe, quòd inferiora feuda, quæ non habent dignitatem annexam poſſunt diuidi, quod dictũ ampliatur, & limitatur per Caſſane. Ibid. d. §. 6. in fine. & inter alias limitationes illa præcipuè notatur, quòd ita demum feudum diuidi poteſt, ſi omnes conſortes conſentiant, & non aliter. ibid. num. 23.

Diuiſio rei communis peti non poteſt, ſi alter ex dominis partem ſuam alteri domino pignori obligauerit. Ludo. Rom. ſing. 178.

Aquęductus ius pluribus concedi poteſt, & diuidi Iudicis arbitrio. Roma. ſing. 811.

Iure communi ille, qui habet minorem partẽ, debet vendere alteri, qui habet maiorẽ partem. Guid. Pap. ſing. 557.

In emptione rei communis de æquitate ſocius præferri debet, dummodo tantum det, quantum ab alijs reperitur. Guid. Pap. ſing. 780.

Pupillus habens ſocium rixoſum, poteſt prouocare ad diuiſionem auctoritate Iudicis, & maiore prouocante ſocio, minores poſſunt diuidere inter ſe. Barr. in l. 1. ff. de auct. & conſenſu tuto.

Pręſentia partis licèt requiratur, quãdo Iudex eligit agrimenſorem, & eidem dat terminũ, vt vadat ad menſurandum; tamen in relatione non requiritur. Barto. in l. 15. nume. 11. ff. de dot. præleg.

Diuiſio rei communis facta nuda conuentione, niſi ſequuta traditione, vel ſtipulatione, nõ eſt efficax ad agẽdũ. l. diuiſionis ff. de pac.

Maritus nõ prouocat ad diuiſionem fundi dotalis; ſed prouocatur; idem in minore. glo. in l. fin. C. de fund. dot.

Si ratione donationis incidatur in communionem: quia pars pro indiuiſo eſt donata, dat facultas maiorem partem habenti offerendi

æſtimatio-

æſtimationem cõſocio partis ſuæ, quo non offerente fieri debet diuiſio, ſi cõmodè fieri poteſt; aliàs minorem partem habẽs, offerre poteſt maiorem partem habenti. l. 14. §. ne autem. C. de donatio.

Actio, communi diuidundo pro re particulari dicitur actio mixta, nempe realis, & perſonalis, vel potius mixtã cauſam habet, in qua licitum eſt Iudici vni partium adiudicare rẽ, ſi æquũ ſibi vr̃. §. q̃dam actiones, inſtit. de act.

Hęc actio eſt bonæ fidei. §. actionum autem, inſtitut. de actio.

In ipſa actione ſi ſint plures res communes, ſingulas ſingulariter Iudex adiudicat, & ſi vna plus valeat, in pecunia condemnabit, ſi verò vna res ſit, quæ diuiſionem non recipiat, adiudicabitur vni inſolidum, qui condemnabit cõſocio in pecunia. §. pen. inſtit. de offi. Iudi.

Socij ſi poſt diuiſionem diù ſteterint in communi, an iterum cenſeantur bona communicaſſe, vide Boer. deciſ. 58. nu. 15.

Quando conſtat murum eſſe communem à dimidio infra, an etiã pręſumatur cõis à dimidio ſupra, vide Excel. P. Teſſau. deciſ. 23. nu. 2.

Non poſſidens intentans hoc iudicium, ſi negatur eſſe ſocium, ſeu rem eſſe communem, debet agere rei vendicatione, vide Borg. Caual. deciſ. 18. de iudi. nu. 1. & 2. ſed ſi non negatur ſocius, rectè agit hoc iudicio. ibid. n. 3.

Quando intẽtatur hoc iudicium à poſſidente, & negatur per conuentum agentem poſſidere, & eſſe dominũ, ſufficit probatio præſumpta dominij, nempe probatio poſſeſſionis. idem d. deciſ. 18. nu. 5. & 6.

Socius vendens rem cõem pro indiuiſo, cenſet̃ alienaſſe partem ſuam tantùm. ibid. nu. 18.

Oſtia, & feneſtræ repertę in domo diuiſa ex parte vnius ſunt communes, ſi murus diuiſorius eſt cõmunis pro indiuiſo, ſi eſt pro diuiſo ſunt illius ſocij, cui magis adiacent, & reperiuntur in parte medietatis illius muri diuiſorij. Borg. Caual. deciſ. 9. par. 2. de contract.

Paries iudicatur proprius ex immiſſione tignorum, & ædificiorum. Gomez. Leo. deciſ. 42. in deciſ. diuerſo. Tom. 2.

Paries quando dicatur communis pro diuiſo, & quando pro indiuiſo, vide Boer. conſi. 5. Dec. conſi. 388. & de differentijs, vide ibid.

Paries quando ſit proprius, vel cõis, quib. ſignis cognoſcatur, vide Boer. d. conſi. 5. num. 6. & Excel. P. Teſſa. deciſ. 219. quo loci ꝑ eundem Boer. traduntur plura ſigna, ex quib. dignoſcitur, an paries ſit communis, vel proprius.

Verba laudi, ꝙ paries ſit communis, an intelligantur, qđ ſit communis pro diuiſo, vel pro indiuiſo, vide Dec. conſi. 388. vol. 2.

Curia poſita in domo, q̃ diuiditur in duas partes, pertinet ꝓ dimidia vni, & pro alia dimidia alteri. Natt. conſi. 23. Tom. 1. & ſeruitus acquiri non poteſt in re communi. ibid. n. 2.

Domo vendita, quę ab alia diſtinguitur pariete cõi, medietas parietis vr̃ vendita, & paries cõis inter duas domos, an ſit pro diuiſo, vel indiuiſo, vide Bart. in l. 4. ff. de ſeruit. leg. & in l. 39. ff. de damno infect.

Aedificare non poteſt frater in re communi, & ædificans in re cõi cum minore, non poteſt repetere expenſas. Boer. deciſ. 320. nu. 11.

Socius non poteſt facere feneſtras in muro cõi, inuito altero ſocio, qđ ampliatur ꝓcedere, licèt ſocius non potuiſſet aliunde habere lumen. Ioſ. Ludo. deciſ. Luc. 58. facit l. 39. ff. de ſeruitu. vrb. præd. nec hoſtium. Marc. q. 24.

Murum ædificare propè cõem (modò ſeparari poſſit) licere, ſcribit Fran. Marc. q. 22.

Prohibentis conditio in re communi in dubio potior habetur. Marc. q. 24.

Licèt regulariter in re cõi potior ſit conditio prohibentis, hoc tñ non ꝓcedit in alienatione ipſius rei: q̃a quilibet pót alienare partẽ ſuã; ſed an ſocius debeat præferri alteri emptori, quotieſcunq; vult dare idẽ p̃tium, vide Marc. q. 368. maximè ĩ caſtro, & iuriſdict. ibi.

Canale in muro cõi facere (ſi alteri nõ noceat) licitum eſt: item balnea, modò murus deterior non reddatur. Marc. q. 497.

In re communi conditio prohibentis non eſt potior, ſi eius non intereſt, veluti ſi depingatur paries, vel incruſtetur. Marc. q. 497. nu. 15. vide q. 460. par. 2. quod fieri poteſt. l. 12. §. fin. ff. de ſeruitu. vrba. prædio.

Aut ſocius vult vti facere, ſeu reficere in re cõi ad eum vſum, ad quem parata eſt, & poteſt ẽt alio prohibente: aut ad vſum, ad quem res parata nõ eſt, & tunc ſub diſtingue, quia aut intereſt prohibentis non vti, & eſt melior cõditio prohibentis, aut non intereſt, & tunc melior eſt conditio facientis. gl. in §. religioſum in verbo inuitis, inſtit. de rer. diuiſio.

Vbi ædificium nocet ſocio, nõ eſt licitum ædificare in re communi; ſecùs ſi non noceret. Marc. q. 460. part. 2. ideò in re communi non èſt licitum eleuare, quando obſcuraretur lumen ſocij, nec pariter eſt licitum facere feneſtras, quando debilitaretur murus, niſi q̃ñ non afferent nocumentum. Marc. ibid.

An in re communi liceat facere cloacas, vide Marc. qõ. 460. part. 2. ſed aquarium facere in muro communi prohibitum eſt. ibid. Marc.

Socius poteſt ædificare ſuper muro communi conſtructo à ſocio, ſi ſoluerit partem muri. Marc. ibid. num. 7.

An liceat facere furnellum in muro communi, vide Marc. q. 483. par. 2.

Hypotheca conſtituta per vnum ex ſocijs in re communi, non extinguitur diuiſione; nam remanet tota res obligata, ꝓ indiuiſo. Aegid. Magiſt. tracta. ſubhaſtatio. cap. 43. in deciſio. diuerſo. fol. 213.

Quando alter ſocius refecit rem communem, & alius ſocius eſt cõtumax ad reſtituendam dimidiam partem expẽſarum poſt quatuor menſes, ſocius ille reficiẽs efficitur dominus partis ſocij, quod procedit etiam ſi domus fuiſſet diuiſa de nouo, q̃ requireret parietẽ de nouo conſtrui. Gaſp. Cabal. milleloq. 859. Rebuff. in ſuis comment. tract. de cõtuma. in præfa. num. 43. Caſſan. in conſuet. Burg. titu. *des foreſtz* Rub. 13. §. 1. glo. 1. nu. 17. Guliel. de Lud. ſing. 17. l. 4. C. de ædifi. priuat.

Aedificare quis põt in muro communi, ſi ad id eſt deſtinatus, & remaneat cõis, aliàs ſecùs. Borg. Caual. deciſ. 9. nu. 14. par. 2. de cõtract.

Vicinus an poſſit in muro communi facere feneſtras, vel eleuando murum feneſtras alterius obſcurare, vide ibid.

Reg. eſt in re communi inuito ſocio non licere ædificare, & nouum opus, vel quicquam facere: ideò hac in re dicimus meliorem conditionem fore inhibentis. Mago. deciſio. 46. Rot. Floren. Gomez. Leo. deciſ. 95. in deciſio. diuerſo. Tom. 2. fol. 51. vide Excel. P. Teſſau. deciſ. 41. vbi ſcribit Regul. cum ampliationibus, & limitationibus.

Limita Reg. quando ſocius vtitur re ipſa cõmuni ad vſum deſtinatum. Mago. d. deciſ. 46. nu. 6. vide Vincen. de Fran. deciſ. 197. amplia, & ſublimita, vt per eundem Excel. P. Teſſau. d. deciſ. 41. ſed quando murus cõis dicatur deſtinatus ad eleuandũ, vide ibi. d. deci. 41. n. fi.

Secundò limita, qñ ædificans in re cõi intendit ſuperædificatum eſſe cõmune, ſicut pars inferior, quæ limitatio procedit, qñ ſuperædificatum non nocet ſocio; aliàs ſecùs. Mago. ibi. nu. 8. vide eundẽ Mago. deciſ. 55. Rot. Flo.

Tertiò limita, & declara ſemoto damno, & intereſſe ſocij nil prohibere, quin ſocio liceat aliquid facere in re communi, etiam inuito ſocio, veluti depingere, incruſtare, muro cõmuni appodiare, & ſimilia. Mago. d. deciſ. 46. nu. 10. Marc. q. 498. part. 1. & q. 460. part. 2. nã in re communi admittitur id, quod ſibi non nocet, & alteri prodeſt. Bero. queſt. 26. & leue pręiudicium non conſideratur. ibid.

Quartò, tria ſunt ꝑꝑ quę inuito ſocio ꝑmittit̃ in communi muro ædificare, nempe pactũ, patientia, & natura rei. Mago. ibid. nu. 11. vide Marc. q. 497. part. 1. nu. 17.

Si duo habent parietem cõem, quorũ vnus vult inuito altero, & cõtradicente illũ demoliri, & ſuper eundẽ parietẽ poſtea de nouo ædificare, & gñaliter an aliquid poſſit fieri in pariete cõi inuito ſocio, vide Boer. conſi. 5.

In re communi aliquid immittere prohibitum eſt, vide Boer. conſi. 5. nu. 14. tamen ſocius poteſt cooperire parietem communem, ſi damnum ſocio non adferat. ibi. nu. 2.

Qñ coniunctus alienat ꝓdium cõe, ſi alter coniunctus poſtea tacuerit ꝑ aliquod tp̃s, an videat̃ cõſentire alienationi, vt non poſſit poſtea inquietari emptor, vide Craue. cõſi. 237.

Poteſt vnus ſociorum inſolidum diſponere de re communi. Crau. conſi. 319.

Socius ad ſocij emulationem alteri partẽ ſui caſtri vendere non põt. Menoch. de arbit. lib. 2. caſ. 156. quid, quando tractatur de locanda re communi, vide ibid. caſ. 442.

Socius non poteſt vti re cõi ad alium vſum, quã ad deſtinatum, ideò nõ poteſt in rem cõem proijcere fimum, nec aliquid quicquam contra ſolitum vſum. Natt. conſi. 23. Tom. 1. nu. 6.

Furtum facit qui eſportar meſſem ex prædio communi, maximè poſt factam diuiſionem. Natt. conſi. 31. Tom. 1.

Socius cuſtos caſtri cõis, ſi iuſto terrore, & metu fuit inductus ad remittendũ caſtrum hoſtibus, excuſatur; aliàs tenetur conſocio ad omne intereſſe. Natt. conſi. 79.

Puteus vicinię ſeruiẽs, ſi reparatione indigeat, oĩum cõtributione illa debet fieri, nec vnus põt cõmoditati d. putei renũciare, vt ſolutionẽ, & contributionẽ euitet. Lud. Rom. ſin. 68.

Cedens actiones in iudicio, cõi diuidundo potentiori, cogitur ſtare in communione, & prouocare non poteſt. Rom. ſing. 84.

Si murus cõis ſit deſtinatus ad altius eleuandum põt attolli ẽt inuito ſocio, ex hoc patienti damnum, ſed quando cognoſcatur, vt ſit communis, & deſtinatus ad altius eleuandum, vide Excel. P. Teſſan. deciſ. 23.

Communis ſi ſit domus inter fratres, quorum alter ſuperiorem partẽ poſſideat, alter inferiorem, ſi ex ſtatuto ob fratris delictum inferior pars ſit deſtruenda, an tota domus deſtrui debeat, vide Ant. Corſet. in ſuis ſingularibus litera C. ſing. communitas.

Iacobus cũ vicino conuenit, vt ſibi liceret quẽdam parietẽ antiquũ demoliri, illũq; ſuis expenſis eodẽ in loco oneri ferendo idoneũ, & inter ipſos ꝓ indiuiſo cõem reficere, erecto pariete certo modo, & forma ꝓut antea erat ædificatus, vicinus ꝓhibet, ne altius eleuet̃, q̃rit̃ an iure ꝓhibeat, rñdet negatiuè Bero. q. 26

Cõe qđ eſt, meum eſt, q̃tum ad diſpoſitionem partis meæ. Bar. in l. 1. C. qui teſtam. face. poſſ.

Aedificans in loco communi, quãdo impediatur per actionem, communi diuidundo, vel per officium Iudicis, & actio hæc, an habeat locum

locum pro re incorporali. Bar. in l. 3. §. ſi in loco. ff. de oper. nou. nuncia.

Pro refectione officio Iudicis, & quàdo actione, communi diuidundo agatur, vel pro ſocio, & quando ab altero eorum poſsit peti cautio de damno infecto, vide Bar. in l. 39. ff. de damn. infect.

Quod in communi ædificatur commune efficitur; ſed ædificanti bona fide expenſę debent reſtitui. l. 16. C. de rei vendica.

In cauſa ſeruitutis prædij communis, qđ vnus ex ſocijs expendit, repetit ab altero. l. 33. §. fin. ff. de nego. geſt.

Pars rei communis poteſt vendi (etiam extraneo) ante intentatum iudicium, cômu. diui. l. 3. C. de commun. rer. alienat. vbi de alienatione rei communis per tot. tit.

Vnus ex ſocijs ſeruitutem imponere non pôt. l. 2. ff. de ſeruitu. nec poteſt communem parietem deſtruere cauſa reſpiciendi. l. 7. ff. de ſeruit. vrb. prædio.

Non licet ſuper, vel iuxta parietem communẽ aliquid facere, propter quod deterior fiat paries. l. 12. ff. eod. & l. 18. ibid.

An propter cômunem parietem pręſtetur cautio conſocio, vide glo. in §. fin. d. l. 12.

In pariete communi nõ poteſt aliquis aliquid facere, vel prohibere iure ſeruitutis; ſed ei per hoc iudicium ſuccurritur. l. 25. ff. de ſeruitut. vrba. prædio.

Pro eo, quod fit in ædibus proprijs in cões, vel è contrà, agi poteſt negatoria. l. 26. ff. eod.

Inuito ſocio non poteſt quis ædificare in re cõmuni, licèt ei permittatur à domino prædij ſeruientis. l. 26. §. ſi in area. ff. de ſeruit. vrb. p̃d.

Vnus ex ſocijs non poteſt fundum communẽ ſeruum facere, nec ei libertatem acquirere, minus acquiſitam remittere. l. 34. ff. de ſeruit. ruſtico. prædio.

Vnus ex ſocijs poteſt alium ędificantem impedire, iure communionis; non iure ſeruitutis. l. 11. ff. ſi ſeruitut. vendi.

Si paries communis opere à te facto in ædes meas ſe inclinauerit, potero tecum agere ius tibi non eſſe parietem illum ita habere. l. 14. §. ſi paries, & l. 17. ff. ſi ſeruit. vendicę.

Si vnus ſociorum velit reædificare, an alij compellantur, vide gl. in l. 7. C. de ædifi. priuat.

Socius nõ poteſt nunciare ſocio nouum opus; ſed iudicio, cômuni diuidundo pôt experiri. l. 3. §. ſi in loco. ff. de oper. nou. nuncia.

Si paries communis idoneus deſtruatur, vel nõ idoneus, ſed vitiosè reſtituatur, ſtipulatio committitur ad intereſſe. l. 33. 36. & 37. ff. de damn. infect.

Si communis paries ſine alicuius vitio damnum inferat, ſtipulatio non committitur: idem ſi culpa vtriuſq; committeretur; ſecùs ſi culpa vnius. l. 40. §. quoties. ff. de dam. infec.

Vtroque ædificante in pariete communi, ſtipulationem debet interponi; ſed interpoſita ex certa ſcientia ſimpliciter ad dimidium committitur, vel ad totum, ſi hoc ſit dictum, in qua cautione non venit, quod alter ſocius ex ſtipulatione præſtiterit. l. 43. §. cùm parietem. ff. de dam. infect.

Quod commune eſt meum eſt, quantum ad diſpoſitionem partis meę. l. 5. §. Labeo. de leg. 1.

In dubio legando quis rem, videtur legare partem, quam habet in re. ibid. §. fin.

Habitans domum communem, non tenetur penſionem ſoluere conſocio; quia vtitur iure proprio: idem ſi domus non patiatur diuiſionẽ, ſed quid, ſi fuit ſolita locari, vide Io. Mohed. deciſ. 289. frater etiam, qui habitat totam domum pro indiuiſo, non tenetur ad penſionem pro rata aliorum. Borg. deciſ. 25. part. 2. num. 18.

Habitare in domo cômuni pro indiuiſo quis poteſt, quod procedit, quando quis habitat in re communi deſtinata ad vſum habitationis, nec impedit ſocium, qui cum eo habitare vult, quin habitet: ſed quando denegat, tenetur ad ſolutionem penſionis pro dimidia. Vincent. de Fran. deciſ. 160.

Pluribus ſocijs diſcordantibus circa uſum, & culturam rei communis, quid iuris, vide Ioã. Pap. libr. 15. titu. 2. arreſt. 26. Natt. conſil. 303. & Hippol. ſing. 369.

Claues caſtri regulariter penes maiorem natu reponi debent, ſi tamen ſint plures Domini vnius caſtri, tot fieri debẽt claues, quot ſunt Domini, maximè ſi immineat ſuſpicio. Natt. conſi. 190. Tom. 1.

Impenſa ſi principaliter fit ad vtilitatem meã, licèt hoc redundet etiam in vtilitatem alterius; tamen non poteſt ab illo altero impẽſa peti. Natt. ibid.

Expendens in cauſa mota ſuper re communi defendenda tantum, quantum fuiſſet erogaturus in defendendo ſolummodo partem ſuam, non poteſt à conſocio repetere expẽſas pro eius parte. Rom. ſing. 653.

Si ex trib. habentib. molendinum cômune duo velint locare, alius non, iſte tertius contradicens tenetur ſtare locationi duorum; tamen ſi ipſe velit ibi molere ꝓ ſua tertia parte poterit. Guid. Pap. ſing 639.

Molendinum commune tranſit in reficientem, ſi alius ſocius interpellatus illud pro parte ſua reficere nõ curauerit. Frã. Crem. ſing. 94.

Quod vnus ratione côionis conſequitur, alteri côicare tenetur. l. 19. ff. de noxa. act.

Si vnus ex dñis aliquid impenderit in rem cô-

munem, ſiue fructus, mercedesuè percepe-rit, eſt locus huic iudicio, & non ſocietatis, niſi ſit inter ſocios contracta.l.33. ff. pro ſo-cio, vide l.32. ff. de dam. infect.

Si vnus ex ſocijs communis fundi arbores ſuc-cinderit, ſocius cum eo interdicto, quod vi, aut clàm experiri poteſt.l.13.§.ſi ex ſocijs.ff. quod vi, aut clàm.

Villa ſeparata ab alijs villis, & agregata alicui caſtro, quo ad iuriſdictionem retinet com-munalia, cum alijs villis, & poteſt perere di-uiſionem dictorum communalium; tamen dicta diuiſio fit de licentia ſuperioris. Borg. Caual.deciſ.4.de contract.par.2.

Iudicio, cõi diuidundo non poteſt agere, qui non poſsidet tẽpore petitæ diuiſionis. Borg. Caual.deciſ.11.de contract.nu.45. par.2.

Socius poſsidens pro indiuiſo habet remediũ poſſeſſorium, non tantùm pro ſua parte in-diuiſa; ſed etiam pro tota petia. idem deciſ. 23.part.2.num.115.nam remedia poſſeſſoria etiam pro re cõi dantur. Fran.Marc.q.316.

Poſsidens pro indiuiſo dicitur totam rem, & inſolidũ poſsidere, & mortuo conſocio, tota poſſeſsio ad ipſum dr̃ deuoluta.ibid.Borg.

Pactum (ẽt iuratum) de non diuidendo rem cõ munem, non valet. Andr.Gail.obſer.24.nu.7.

Domus habẽs plura ſolaria, ſi à diuerſis habi-tetur, & refici debeant ſolaria, à domino ſu-perioris ſolarij refici debent: idem in refe-ctione tecti, ad quam dñs ſuperioris partis domus tenetur, licèt fracto tecto, aqua etiã ad inferiorem dominum deſcẽderet. Mago. deciſ.136. Rot.Floren.

Vicinus reficiens parietẽ à ſuo latere, non repe tit partem expenſarum à vicino.ibid. Mago.

Vnus ex dominis domus communis pro peri-culo remouendo, inſolidũ conueniri poteſt, & condemnari. Ioan.Gal.q.174.

Cõis rei cõmoditas percipi debet pro modo, & menſura portionũ ſingulorũ. Crau.cõſ.60.

Mater agens hoc iudicio contra filiũ pro parte bonorum ſibi relictorum, poteſt repelli, vel ſaltem reconueniri ſuper redditione compu ti tutelæ adminiſtratæ, niſi aliter reſcripto Principis mandetur. Crau.conſ.79.

Materiam huius actionis ad lõgum ſcribit Iaſ. de actio.in §.quædam.

Actio cõmmuni diuidundo quũ competat, cui, & quæ requirantur in illa, vide Maran.in ſuo Spec.par.4.diſt.17.iudi.

Vide de hac materia, communi diuidundo, per Bar.in l.4. C.communia vtriuſque iudicij.

In iudicio, communi diuidundo, opponitur de exceptione dominij. Bar.in l.1.ff. famil.ercil.

Communioni ſtare compellitur nemo inuitus. Bar. in l.26.§. ſi centum.ff.de condict.indeb.

Pactum appoſitum ſuper fœtib. pecorum inter dñm, & paſtorem, eſt ſeruandũ.l.8.C.de pact.

Pro eo, quod quis ſoluit ex neceſsitate ratio-ne communionis, competit hæc actio.l.4.C. de nego. geſt.

Venundatis prædijs communibus minoris, ſi minor pro parte ſua reſtituitur à contractu, eſt in facultate emptoris à toto recedere.l. 49.§. curator.ff.de minor.25. ann.

In hoc iudicio ille dr̃ agens, qui primò prouo-cauit, ſed cùm ambo prouocant ad iudiciũ ſorte diſcerni ſolet.l.13.& 14.ff.de iudi.

Si res pro indiuiſo poſsideatur à ſocio meo, vel ab alio, alium tantùm conueniam, ſi pro diui ſo, vtrunque pro rata.l.8. ff.de rei vendica.

Pactum de non diuidendo, quod de iure infir-matur, an per iuramentum interpoſitum cõ-firmetur, vide Excel. P.Teſſau.deciſ.142.

Actio familiæ erciſcundæ, niſi ſemel intẽtatur, ſed ſi aliqua res communis remaneat ad eã diuidẽdam, poteſt agi hoc iudicio, commu. diuid.l.20.§.fin.ff. famil.erciſcun.

In iudicio, commun. diuid. requiruntur magis exactæ probationes dominij, vel quaſi, quã in iudicio familiæ erciſcun.l.45.ff.fami.ercil.

Actio, communi diuid. vnde naſcatur, vide glo. in l.1.§.ad hæc.ff.de ann.exceptio.

Actio commu.diuid.non tollitur per actionem pro ſocio, quia habent ſe, vt excedẽtia, & ex-ceſſa.l.43. ff. pro ſocio.

De ipſa actione pro ſocio, & de ſocietatibus, vi de ſupra tit.de ſocietatibus.

Vbi res ad meliorandum traditur, vt quod me-lioratur diuidatur, ſi dominium transfertur in totum, erit actio, præſcriptis verbis, aliàs ſi dominium non transfertur in totum, ſed in partem, tunc exit ſocietas. l. 14. ff. de præ-ſcript.verb.

Ille eſt præferendus in melioratione rei com-munis, qui magis idoneè rem reſtaurabit. l. 41.ff.de dam. infect.

Diuiſio facta cum proprietario, nõ præiudicat fructuario.l.31.ff.de vſu, & vſufr.lega.

Hæc actio oritur ex quaſi contractu.§.itẽ, inſtit. de obliga.quæ ex quaſi contract.naſ.

Finium regundorum, & de confinib.

Confiniũ diuerſitas, an faciat præ ſumere rem eſſe diuerſam, vi-Afflict.deciſ.23.

Coniecturæ ſimul iunctæ identi-tatem probant; licèt confiniũ ſit diuerſitas.ibid.nu.3.

Confines in inſtrumento enunciati (maximè in facto antiquo) probant dñium inter partes enunciantes, & illis ſtatur. Affl. deciſ.83.

Confines

Confines rei ſuę quilibet ſcire pręſumit. Affl. ibi.

Confines quomodo probentur, vide Guid. Pap. quæſt. 193. quo loci tradit decem modos & vltra, per quos poſſunt confines probari.

In cõtrouerſia finium territorij ſubditi poſſunt deponere pro Domino. Guid. ibid.

Pars vna tenetur alteri parti exhibere inſtrumentum faciens pro limitatione mandamenti. ibid. nu. fin.

Finium mutatio in dubio non præſumitur, & finis antiqui poſſeſsio, per exercitium iuriſdictionis, reditus antiquos, nauigia, & pedagia, probatur. Marc. q. 112. par. 2.

Limitibus quod continetur, præſcriptioni ſubiacet, Marc. ibid. tamen limites Prouinciarum præſcriptioni nõ ſubiacẽt. Marc. q. 341. par. 2.

Limites territoriorum quomodo probari poſſint, vide per eundem Marc. quæſt. 159. par. 2. & quæſt. 334.

Verba enunciatiua ad alium finem concepta in limitibus probandis an, & quando fidem faciant, vide Mar. q. 335. par. 2.

Montes, & flumina in territorijs, & Epiſcopatibus, limitum loco habentur. Marc. ibid. num. 3. quæſt. 336. part. 2.

Territoriorum diœceſium, & iuriſdictionum, vel aliorum limitum, & confinium termini, qualiter, & quibus modis probari poſsint, vide Myſing obſer. 25. cent. 6.

Fines qualiter per libros, vel teſtes, aut famam probari poſsint, ac de modo, & forma probandi per teſtes, vide obſer. 26. cent. 6. eiuſdẽ.

Finium, & terminorum probatio qualis requiratur, vide Dec. conſi. 42. nu. 9.

De ipſa probatione, vide per Natt. conſi. 672. Menoch. conſi. 21. vol. 1. & conſi. 147. lib. 2.

Illud, quod eſt intra fines alicuius territorij, pręſumitur eſſe de finibus illius territorij, cuius ſunt fines, vide tamen Caſſa. in conſuet. Burg. tit. *des mais mortes* rub. 9. §. 4. glo. 1. Natt. conſi. 204. Tom. 1. Rol. conſi. 46. vol. 3. nu. 67. & Menoch. conſi. 21. vol. 1.

In probandis finibus antiquis non ſunt omnino neceſſariæ exactæ probationes; ſed leues, & cõiecturales ſufficiũt. Menoc. cõſ. 147. li. 2.

Cuſtodia arguit fines eſſe cuſtodientis, Menoc. ibid. nu. 17.

Liber æſtimi probat bona in eo deſcripta eſſe ſub finibus eius, ſub cuius æſtimo deſcripta ſunt. ibi. nu. 49. idem in libris cẽſus. ibi. nu. 50.

Fines locorum probantur per libros antiquos, ſeu ſcripturas. Abb. conſi. 62. lib. 2. nu. 12.

Si fines, ſeu poſſeſsiones finium variantur, debet fieri articulus, quòd poſſeſsio, quæ hodie eſt poſita intra tales fines, & poſſeſsio quę erat olim poſita inter tales fines, eſt vna, & eadem. Bar. in l. 1. C. ſi vnus ex plurib. appel.

Limites territorij iuriſdictionis quomodo in ſententiæ executione plãtãdi ſint, vide Fran. Marc. quæſt. 169. nam tunc requiritur nonnulla cauſæ cognitio. idem Marc. q. 170.

Limites territorij ſunt impræſcriptibiles. ibid. d. quæſt. 170. & q. 310.

Modus viſitationis, & de verificatione limitum in antiquis inſtrumentis deſcriptarum, deſcribitur per Marc. q. 207.

Licèt ex mutatione temporis interdum mutentur tenementarij; tamen remanet eadem res, & idem limes. Marc. ibid.

Limitum locus, an ſit communis, cùm certum ſit limites eſſe communes, & terminus vnus alteri rectà via reſpondere tenetur, ſecũdum tamen gardas ipſi appoſitas coopertas in terra, quæ tegunt limites. Marc. q. 210. quid ſit limes, cuius proprietas ſit, & an ſit communis, vide eundem q. 336. part. 2.

Limitibus antiquis in dubio potius ſtandum eſt, quàm nouis, quia præſumendum eſt pro antiquitate, ex quo nõ apparet de mutatione antiquorum finium. Fran. Marc. q. 216.

Viæ publicæ montes, & flumina ſunt ſolita diuidere territoria, & illa deſignant. Marc. q. 454. nu. 34. pat. 1. q. 111. & 343. par. 2.

De modo procedendi in materia limitum territoriorum, vide Fran. Marc. q. 429.

Fines, ſeu limites, qui propria auctoritate occupat incurrit quandam pęnam. idem Mar. ibi.

De limitibus vide d. q. 111. par. 2.

Limitum antiquorum viſitatio, quomodo fieri debeat, vide Marc. q. 670. par. 2.

Differentia quę ſit inter limites, fines, confines, & territorium, de effectu, & natura ipſorum, & an limites cedant limitato, ſeu dicantur de terra limitata, vide Marc. quæſt. 338. par. 2. & quæſt. 341.

In confinio, quæ naſcuntur pro parte vtriuſq; confinantium acquiruntur. Marc. d. q. 338.

Limites ſi demonſtrationis cauſa ponantur, nõ nocent tertio. ibi. q. 340. nu. fin.

Quando limites non habẽt guardas nihil probant, licèt appareãt ab extra, & nihil operãtur, quãdo nõ habẽt guardas coopertas, quæ diuidunt ſecundum iudicium ruſticorum, & antiquorum, quibus eſt ſtandum in talibus. idem q. 416. pat. 2.

Nam quando lapis, qui reputabatur pro termino, facta viſitatione non reperitur habere lapides paruos hincinde, quos ſolennus appellare iudices, tunc non poteſt haberi pro termino. Menoch. conſi. 21. nu. 30. vol. 1. aliàs termini probant fines. idem Menoch. conſi. 147. nume. 36.

Limes eſt ſignum, ſeu terminus finalis diuidens duo territoria. Guid. Pap. ſing. 176.

Confi-

Confines reperti fracti domi præſumuntur fracti ab eo,qui remanſit ad cuſtodiam.Bar.ibi. tract.de alueo.§.per alnuiouem:

An quaudo, & qualiter limites præſcribi poſſint, & quid de cohærentijs finium, ſiue limitum,vide Myſing.obſer. 28.cent.6.

Fines prædiorum eccleſiaſticorum 40. annorū ſpatio præſcribuntur.c.9. ex.de præſcript.

Actio finium reg. qnia eſt etiam perſonalis nō præſcribitur, niſi ſpatio 30.ann. Bart.iu l.2.§. cùm Stychum.ff.prò empto.

Limitis poſſeſsio præſcribi non poteſt. cap. inter.16.quæſt.3.

Actio finium reg. an habeat admixtam cauſam poſſeſsionis, & proprietatis, & quomodo in hac actioue procedatur,& quid iu ea probādū,& faciēdū ſit,vide oīno Beninte.deci. 86.

Venditor confines oſtendere teuetur (quiuimò vbi eſſent mali vicini, qui propriè vocantur confines) tenetur vēditor demonſtrare vltra duas.Marc.q.337.pat.2.

Villa ſeparata ab alijs villis, & aggregata alicui caſtro, qno ad iuriſdictionem retinet communalia cum alijs villis,& poteſt petere diuiſionem dictorum communaliū. Borg.Caual. deciſ.4.par.2.de contract.

Diuiſio cōmunalium,& inriſdictionum non poteſt fieri,niſi de licentia ſuperioris.Borg. ibi.

Qualiter pronunciandum ſit iu controuerſijs finium, & quod ſit in ea re Iudicis officium, vide Myſing.obſer.27.ceut.6.

Rei oculis ſubiectæ fines eum non rectè deſiderare,qui eos conturbauit, deciſum reperitur ex libris placit.Curię li.11. de exceptionibus tit.6.in deciſio.diuerſo. aliàs viſitatio occularis loci dubij,cum teſtibus facieuda eſt, ſi dubitatur de confinibus antiquis. Afflic. deciſ. 23.num. 6.

De hoc iudicio finium regend. vide plenè per Iaſ.de actio.§.quędam, & Io.Criſp. de Mont. in ſuo tract.termino.actio.ibi.nu.132.Marau. in ſno Spec.par.4.diſtin.17.iudi.

Quando, & quibus ſeutentia, ſeu declaratio finium regundorum noceat, vide Dec.couſil. 42.num.12.

Quaudo eſt differeutia de finibus luter duas cōmunitates, quid iuris,vide Natt. cōſi.204. Tom.1.& conſi.672.Menoch. conſi.147.lib.2.

Finium reguudorum in iudicio de poſſeſsione prius,& iude de proprietate quærendum eſt, & poſt de terminis figeudis.Natt.d.cōſi.672. & conſi.673.

Finium limites uon pręſcribi,quando ſunt manifeſtè deſtincti, niſi ſpatio centum annorū, ſcribit Menoch. d.conſi.147.nu.44.& 45.

Frunteria eſt vltima pars territorij vſque ad quā incluſiuè territorium extenditur,hoc ideò dicta, quia frontem facit contra aliud territorium.Guid.d.ſing.176.

Duplicatur tempus,ſi aliquis rumpit confinia. Pet.de Raue.ſing.718.

Contra communitatem poteſt agi iudicio fini. regu.l. pen.ff.quod cuiuſque vniuerſitatis.

In hoc iudicio ille dicitur agēs, qui primò prouocauit, ſi verò ambo prouocant ad iudiciū, ſorte res diſcerni ſolet.l.13. & 14. ff.de iudi.

Si fiuiū reguudorū agatur, propterea uihil dēt venditor ratioue euictionis. l. 10. C.de euict.

An, & quando pro limitibus debeatur euictio, vide Marc.q.342.par.2.

Actio fiui. regu. pro diuidendis fuudis controuerſis dicitur mixta,ſcilicet realis, & perſonalis,vel potius mixtam cauſam habet.§.quędam actiones,iuſtit.de actio.

In iudicio finium regu. Iudex de fundo vnius alteri adiudicat, ſi viderit expedire,eoque (cui de fundo alieno adiudicat) in pecunia cōdēnato, & ſi quid malitioſè reperit circa confinia geſtum eſſe eo nomine condemnat, & adiudicaus,rei domiuium in eum,cui adiudicaui transfert.§.fi.inſtitu.de offi.Iudi.

Foſſata poſita iu couſiuio duorum prædiorū, communia ſuut. Barto. in tracta.de fluminibus ſuæ Tyberia.in verbo fluminum nu.4.

De materia fiuium,vide infra tit.de paſcuis.

De ꝓbatione idētitatis v̄.lib.1. tit.de ꝓba.idēt.

De acquirenda, & retinēda poſſeſsione, & de ipſa poſſeſsione.

POſſeſsiouis cauſa aliquo reſpectu, ſemper parua,& modici prę iudicij dicitur, & ſi agat de poſſeſsione magnæ proprietatis. Ozaſ. deciſ.4.uu.6.tamen poſſeſſor ex poſſeſsione magna habet commoda.idē Ozaſ. deciſ.25. nu.4.& melior eſt couditio poſsidentis. c.6. ex.de præſcrip. Reg. 169. §. hu. & præualet poſſeſſor propter poſſeſsionis cōmodum.l.5.ff.ſi vſusfruct. pet. & in ambiguis pro eo ſolet iudicari.Ozaſ.deciſ.108.nu.fin.nam qualiſcunque ſit poſſeſſor hoc ipſo quod poſſeſſor eſt plus iuris habet, quàm ille,qui non poſsidet.l.2.ff.vti poſsidetis,faciunt l.171.ff.de reg. inr. & §. retinendæ iuſtitut.de interdictis,vide tamen gloſ.in §.ſi quis,iuſtitut. de rer.diuiſ.

Creditor, qui propria auctoritate fundum ingredi poterat, ſi eius poſſeſsionem ſine licentia Iudicis, & parte non vocata fuerit ingreſſus, parte citata poſtea per Iudicem, in ea erit confirmandus.idem Ozaſ. deciſ.34. vide Afflic.deciſio. 326.

Hæres propria auctoritate poſſeſsionem rerum ingredi poteſt. idem d. deciſ. 34. fallit, quando defunctus illam amiſerat aliquo modo. Crauet. conſi. 5.

Poſſeſsio ex cã non valida, & minus ſufficienti transfertur. Ozaſ. d. deciſ. 34. num. 7. veluti ex contractu inutili. Ioſeph. Ludo. deciſ. Peruſ. 29. vide DD. de Rot. deciſ. 1. tit. de conſuetu. in antiq. Abb. conſi. 100. lib. 1. & ex inutili cõtractu, vbi non poſſet trãsferri dominiũ. DD. de Rota de reſtitutio. ſpoliat. num. 8. in antiq. Bart. in l. 31. ff. depoſiti.

Miſsio conceſſa de facto, quòd de facto reuocari poſsit, quomodo intelligatur, vide d. deciſ. 34. nu. 11. Ozaſ. quæ miſsio conceſſa iuris ordine non ſeruato eſt nulla, & ex illa non acquiritur poſſeſsio. Guid. Pap. ſing. 851.

Poſſeſsionis origo, non continuatio ſpectanda eſt. Ozaſ. d. deciſ. 34 nu. 4.

Miſſus in poſſeſsionem ex vno titulo, nõ poteſt illam ex alio retinere. vide tamen ibid. nu. 17. & decretum poſſeſsionis, ſi non habet iuſtitiã eſt ipſo iure nullum. Bar. conſi. 91. vol. 1.

Iudex mittẽs aliquem in poſſeſsionem alicuius rei parte nõ citata, nihil operatur. ibid. d. deciſ. 34. num. 19. quia tunc factum Iudicis, non cẽſetur factum partis. Pet. de Beniuten. deciſ. 93. aliàs iuſtè poſsidet qui auctoritate Regia iudicialiter præcedente, eſt in poſſeſsione. Thom. Minad. deciſ. 37. vel Iudicis auctoritate. Ioſeph. Ludo. deciſ. Peruſ. 69. facit l. 180. ff. de reg. iur. dummodo conſtet de immiſsione per ſcripturam, & non per teſtes. Guid. Pap. quæſt. 356.

Occupans poſſeſsionem vacantem per mortẽ, plus delinquit, quàm ſi occuparet poſſeſsionem vacantem, per negligentiam. Ozaſ. d. deciſ. 34. nu. 20.

Poſſeſsio naturalis ex actu nullo, & vera traditione acquiritur, ſed poſſeſsio iuſta, & irreuocabilis ciuiles, & naturales effectus producẽs, ex actu nullo minimè acquirit. ibi. nu. 25.

Poſſeſsio per executorem minus legitimè data, non efficit, vt miſſus incurrat in pęnam l. meminerit. C. vnde vi. ibid. nu. 26. vide tamẽ Pet. de Beninten. deciſ. 93. nu. 10. & Guliel. Caſſa. deciſ. 6. tit. de cau. poſſe. & proprie.

Officium Iudicis detinentibus tantùm, veluti conductoribus, & ſimilibus competit ad recuperandam tenutam rei detentæ. idem deciſ. 40. num. 4.

Poſſeſsio non tranſit ad hæredem (etiã filium) niſi apprehendatur: fallit, quando defunctus ſuo animo poſsidebat, & corpore alieno, puta per colonum: tunc enim per ipſum colonũ acquiritur poſſeſsio hęredi, ſine corporali ipſius apprehenſione. Afflic. deciſ. 167. & deciſ. 325. vide Pet. de Beniuten. deciſ. 12. Iaco. Put. deciſ. 462. lib. 2. Mago. deciſ. Luc. 38. num. 16. Natt. conſi. 538. & §. diutina, inſtit. de vſucapio. & poſſeſsio hęredis eſt noua poſſeſsio. Capic. deciſ. 1. nu. 13.

Poſſeſsio nobis ignorantibus per alium capientem poſſeſsionem nomine noſtro acquiritur. Afflic. deciſ. 300. facit l. 53. ff. de acqui. rer. domin. hoc verum ſecuta ratihabitione, quę debet fieri re integra. Natt. conſi. 237. nu. 6. imò requiritur ſpeciale mandatum ſecundum Beninten. deciſ. 70. nu. 3.

Procurator acquirit poſſeſsionem domino, etiã ſi nomine alterius cęperit poſſeſsionem, non obſtante diſſenſu tradentis poſſeſsionẽ: quia animus accipientis, pluſquam tradentis operatur. Afflic. deciſ. 301. quòd ſecùs eſt in domino, in quo debet concurrere vtriuſque conſenſus. Afflic. ibid. Put. deciſ. 462. lib. 2. poſſeſſio quando quæratur per procuratorem, vide Bart. in l. 1. C. per quas perſo. nob. acquir.

Poſſeſsionem perinde habet ac ſi fuiſſet immiſſus, qui debuit immitti in eam auctoritate Iudicis, & non potuit, quia fuit impeditus. Afflic. deciſ. 302.

Colonus recognoſcens, & reſpondens de fructibus, quando conſtituat aliquem poſſeſſorem, vide per Affli. deciſ. 325. quòd tunc dominus non priuetur ſua poſſeſsione, ſcribit Pet. de Beninten. deciſ. 92. vide Capic. deciſ. 58. num. fi. Ioſeph. Ludo. deciſ. 20. nu. 10. quia colonus neque ciuilem, neque naturalem habet poſſeſsionem. l. 33. §. quod vulgo. ff. de vſucapio.

Poſſeſsio transfertur cum ſua cauſa, ſuiſque vitijs, & qualitatibus. Ant. Capic. deci. 1. nu. 5.

Colonus, per quem actum poſsit præiudicare domino in poſſeſsione, vide Iac. Put. deci. 131. lib. 2. Auguſt. Bero. quæſt. 47. glo. in l. 1. C. commun. de vſucapio.

Reſtitutio, quam facit vſufructuarius colonus priuat dominum poſſeſsione. l. 5. §. Iulianus. ff. ad exhibendum, tamen traditio facta per vſufructuarium, non priuat dominum poſſeſſione ciuili. Bar. in l. 36. ff. de vſufructu legat.

Feudatario caſtri mortuo, rerum etiam particularium poſſeſsio durat apud ipſum caſtrum. Capic. deciſ. 1. nu. 9.

Princeps per ingreſſum Ciuitatis principalis alicuius Prouinciæ apprehẽdendi cauſa poſſeſsionẽ vniuerſalem cum iuriſdictionali apparatu, iam acquirit totius Prouincię poſſeſſionem. Capic. ibid. nu. 11.

Quaſi poſſeſsio in iuribus incorporalibus, vt quæratur requiritur ſcientia eius, ad quẽ ſpectabat, aut ſaltem ſui poſſeſſoris. Capic. deci. 57. Cabal. millelo. 912. ſed an talis ſcientia pręſumatur relinquit arbitrio Iudicis. Cabal. ibi.

Poſ-

Poſſeſsio, vel quaſi iurium incorporalium tranſit per ſolum priuilegium. Capic. deciſ. 125. nu. 9. Gram. deciſ. 59. nu. 44. & in illis patiētia eſt pro traditione. l. 3. §. ſi iter. ff. de actio. emp. & vend.

Sola ſententia Iudicis in iuribus incorporalibus transfertur ciuilis, & naturalis poſſeſsio. Gram. deciſ. 59. nu. 45.

Quaſi poſſeſsio rerum incorporalium non ſolùm animo, ſed etiā patientia acquiritur. Put. deciſ. 281. nu. 3. lib. 2.

Quæ requirantur in acquirenda poſſeſsione in rebus incorporalibus, vide Rebuff. in ſuis cōment. Tom. 3. tract. de mater. poſſeſſo. in præfat. num. 169.

Poſſeſsio omnium contentorum in domo intelligitur acquiſita per apprehenſionem, & ingreſſum domus: quia poſsidens continens, dicitur poſsidere contentum. Gram. deciſ. 71. ſed quando per clauium traditione cenſeatur quæſita poſſeſsio mercium emptarum exiſtentium in domo, vide Cabal. milloq. 904. quòd clauibus traditis videatur tradita poſſeſsio eorum, quæ ſunt ſub clauibus, habetur in l. 74. ff. de contrah. empt. & in l. 9. ff. de acquir. rer. domin.

Detinens feras incluſas in vinearijs, & piſces in piſcina, dicitur illos poſsidere, ex quo habet ſub cuſtodia. ibi. nu. 5.

Poſſeſsio Eccleſiæ dicitur acquiſita per tactum ianuæ ipſius Eccleſiæ. Gram. deciſ. 71. num. 6. verùm ſi vnus teneat Eccleſiam, & alter campanile, quis dicatur poſsidere, vide ibi. nu. 7. & ex conſuetudine in Eccleſiam transfertur poſſeſsio rei abſentis ſine traditione. c. 2. ex. de conſuetudi.

Poſſeſsionem Eccleſiæ ingreſſus, licèt intelligatur acquiſiuiſſe poſſeſsionem omnium rerum Eccleſiæ in ea exiſtentium, non ex hoc intelligitur acquiſiuiſſe poſſeſsionem illarum rerum in ea exiſtentium, quę ab aliquo occupatæ reperiebantur. Gram. deciſ. 71. nu. 14.

Dum tractatur de poſſeſsione acquirenda per ingreſſum Ciuitatis, non videtur acquiſita poſſeſsio caſtri ſibi ſubiecti. ibi. nu. 15. & 16.

Quando res venundatur per ſubhaſtationes, facto deliberamento, quis dicitur verus poſſeſſor abſque alia traditione. Guid. Pap. q. 22.

Res mobiles, vel ſe mouentes poſsidentur; ſicut immobilia. Guid. q. 212. & ſing. 261.

Prælatus nouus cenſetur res, vel iura ſui beneficij poſsidere, vel quaſi ſine noua apprehenſione. Guid. Pap. q. 355.

Ciuilis poſſeſsio quęſita per cōſtitutum operatur octo effectus, de quibus vide per eundem Guid. quæſt. 356.

Poſſeſsio continuatur contra ſucceſſorem in beneficio, vel in re profana; quia ex variatione perſonarum ex parte rei, nunquam mutatur ius actoris, quin remaneat ſemper idem. Gui. Pap. quæſt. 629.

Poſſeſsionem accipiendi propria auctoritate, quando ſtatuat teſtator in relictis, & an tunc requiratur Iudicis auctoritas, vide per Boer. deciſ. 156. & licētia, qua conceditur facultas ingrediendi propria auctoritate valet, vide Bar. in l. 3. C. de pignoribus.

Surrogatus in iure, non videtur ſurrogatus in poſſeſsione, & poſſeſsio ante eius acquiſitionem eſt ius. Aegid. Bellam. concluſ. 351.

Animus continuandi poſſeſsionem (ſi prius quis non poſsideret) inducit nouam acquiſitionem poſſeſsionis. Guliel. Caſſad. deciſ. 2. tit. de reſeruatio.

Poſſeſsio cùm ſit facti in acquirendo exigit corporalem apprehenſionē, nec lex ſupplet (etiā per fictionem) tamen poſſeſsio aluei relicti à flumine, acquiritur ab habentibus prædia vicina abſque apprehenſione. idem deciſ. 1. tit. de acquir. rer. dominio.

Canonica poſſeſsio dicitur illa, quæ apprehenditur vigore brachij ſecularis, vel mandati executiui. idem deciſ. 6. tit. de cauſ. poſſeſ. & proprie. nu. 6.

Poſſeſsio, ſeu quaſi ſine apprehenſione non habetur, nec recuperatur per fictionem iuris, vt per ſententiā. Caſſad. deci. 7. ibi. Ioſeph. Ludo. deciſ. 69. Petuſ. par. 2.

Poſsidere quando quis incipiat poſt ſentētiam, vide ibid. Caſſad. nu. 3. & poſſeſsio dùm acquirit eſt facti, licèt acquiſita ſit iuris. vide Caſſad. deciſ. 7. nu. 5.

Poſſeſsio non dicitur vacans, licèt quis ſine titulo poſsideat. Mohed. deci. 238. quādo dicatur tradita poſſeſsio vacua, vide per gloſ. in l. 12. C. de probatio.

Inſtitutus in re certa ſine vitio ſpoliationis capere poteſt poſſeſsionem, etiam ſi hæres vniuerſalis actualiter poſſeſsionem apprehendiſſet: idem in creditore pignoris ex permiſſione debitoris. Mohed. deci. 202. quando inſtitutus in re certa poſsit propria auctoritate apprehendere poſſeſsionem abſque vitio, vide Put. deciſ. 134. lib. 2.

Licèt poſſeſsio defuncti non tranſeat in hęredē, ex decreto tamen Iudicis, vel ſtatuto poteſt fieri, ꝙ cōtinuetur in hæredem. Mohed. deci. 327. vide Fran. Mar. q. 65. par. 1. & q. 321. par. 2. aut conſuetudine. Myſing. obſer. 38. cent. 3. pro vt obſeruatur in Regno Franciæ. vide Rebuff. in ſuis comment. tract. de mate. poſſeſſo. art. 9. gloſ. 1. Caſſa. in conſuet. Burg. tit. *des ſucceſsions* rub. 7. §. 5. glo. 1. Pap. lib. 21. tit. 6. arreſt. 1. quod procedit etiam in filijs, & alijs decen

dentibus

dentibus de iure communi, ſecùs in alijs hæredibus. Papon. ibid. arreſt. 2. quare non tranſeat in hæredem ſine apprehenſione, vide per Ioſeph. Ludo. deciſ. Peruſ. 69.

Apprehenſione vnius rei hæreditariæ, totius hęreditatis poſſeſsio non dicitur apprehenſa, ſed requiritur apprehenſio omnium rerum. Myſing. obſer. 38. cent. 3.

Poſſeſsio nõ quæritur abſenti, niſi ſecuta ratihabitione, quæ requiritur antequam alius occupauerit poſſeſsionem. Beninten. deciſ. 12.

Poſſeſsio, vt vniuerſitati quęratur ꝑ particulares perſonas, quæ requirantur, vide ibi. deciſ. 70.

Accipere ligna ex nemore pro vſu, non eſt acquiſitio poſſeſsionis, niſi conſtet de animo acquirendi poſſeſsionem. ibi. nu. 15.

Quomodo acquirat̃ poſſeſsio in ſpiritualibus, & beneficialibus, vide DD. de Rot. tot. tit. de cau. poſſe. & proprier. in antiq.

Minor decem annorũ cum dimidio ſine auctoritate tutoris poteſt quærere poſſeſsionẽ Canonicatus, & præbendæ. Put. deciſ. 48. lib. 2.

Apprehendens poſſeſsionem ex inſtitutione paterna nõ dicitur apprehendere iure familiaritatis, ſed noı̃e proprio Put. deci. 134. eo. lib.

Hæres vtilis contrauenìendo teſtatoris voluntati amittit facultatẽ ꝓpria auctoritate poſſeſsionẽ apprehẽdẽdi. Put. deci. 134. nu. 9. li. 2.

Poſſeſsio percipiendi non quæritur ex ſolutione penſionis propter clauſulam, ſine retrodatione ſolutionis: quia qui mandato ſuperioris paret, non animo obediendi, ſed timore facit. idem deciſ. 281. ibid.

Poſſeſsio caſtri reſeruata vſque ad certæ quantitatis ſolutionem, ipſa ſolutione non probata, an poſsit propria auctoritate apprehẽdi, quum alius actualiter eam habeat, vide Put. deciſ. 443. lib. 2. vbi concludit pro negatiua.

Poſſeſsio quando ex alterius voluntate quæſita præſumatur, vide ibi. deciſ. 444.

Precariã poſſeſsionem eſſe qui dicit, illud probare tenetur. Put. ibid.

An ſicut precario concedens poteſt propria auctoritate poſſeſsionem ingredi, poſsit & eius hæres, vide ibid. deciſ. 462. & deciſ. 463.

Poſſeſsio ciuilis quo caſu in donatarium tranſlata non cenſeatur, vide Put. deciſ. 216. lib 3.

Ciuilis poſſeſsio actu vero, aut ficto nõ interueniente, non tranſit. Put. ibid.

Poſſeſsionẽ transferre non poteſt, qui non poſſidet. Gaſp. Cabal. milleloq. 316. par 1.

In caſibus 13. acquiritur poſſeſsio ſine traditione, de quibus, vide per eũdem Milleloq. 555.

An fauore dotis, & donationis propter nuptias poſſeſsio rei transferatur ſine traditione, vide Perillu. D. P. Teſſau. deciſ. 48.

Vera dicitur poſſeſsio etiam ea, quæ eſt quæſita per actus fictos. Gaſp. Cabal. milleloq. 900.

Cuſtodis appoſitio transfert poſſeſsionem. ibi. milleloq. 902.

Retẽtio vſusfructus transfert poſſeſsionẽ; fallit ſi cõtractus eſſet inutilis. Cabal. milleloq. 905.

Locatione trãsfert̃ poſſeſsio: quia cõductor non poteſt ſuo nomine poſsidere, quod eſt verum ſi locator ſciat, alioqui in ignorãtem poſſeſſio transferri non poteſt. milleloq. 906.

Impeditus apprehendere poſſeſsionem, eam tamen acquiret. ibi. milleloq. 908.

Si rei affigam ſigillũ, aut aliquod inſigne, aut notam, acquiro poſſeſsionem. idẽ milleloq. 909.

In beneficijs ſi quis acceperit poſſeſsionem in Eccleſia, vel domo, in qua degere ſolitus eſt Curatus, tunc acquiritur poſſeſsio omnium rerum beneficij, etiam ſine alia apprehenſione. Cabal. milleloq. 910.

Per vnicum actum qui non ſolet fieri, niſi à poſſeſſoribus eius iuris, acquiritur quaſi poſſeſſio. ibid. milleloq. 913.

Poſſeſsio vnius iuris operat̃, quo ad aliud ius in cõceſsione conceſſum, qđ procedit qñ certũ eſt in priuilegio cõceſsionis venire iura exacta, & nõ exacta: quia tũc ꝑ exactionẽ aliquorũ ex iuribus prædictis cõcernãtur alia iura, & eorum poſſeſsio, ſecùs quando incertum eſt. Vincent. de Fran. deciſ. 397. par. 2.

Poſſeſsio quid ſit, naturalis quid, & quid ciuilis, naturalis quõ cõmitetur ciuilẽ, effectus ciuilis poſſeſsionis qui, vide ꝑ Rebuff. in ſuis commẽt. Tom. 3. tract. de mater. poſſeſſo. fol. 757.

Quomodo poſſeſsio acquirat̃, & per quos modos, vide Rebuff. ibi. nu. 26. qui ſcribit 16. modos acquirẽdi poſſeſsionem. Dec. conſi. 400. Caſſa. in conſuetud. Burg. tit. *des ſucceſsions*. §. 1.

Poſſeſsio poteſt acquiri per actus ciuiles, & fictos, & poſſeſsio per hos actus quæſita eſt vera poſſeſsio Cabal milleloq. 900. tñ de differẽtijs inter hanc poſſeſsionẽ, & verã naturalem aliter quæſitã, vide Rebuff. ibid. nu. 38. & ſeq.

Quando ille, qui retinuit vſumfructum poſsidebat, per talem retentionem acquiritur poſſeſsio. Rebuff. in ſuis comment. tract. de mate. poſſeſſo. in præfa. nu. 91. Tom. 3. Caſſa. in conſuetud. Burgo. tit. *des ſucceſsions*. §. 1. glo. 3. l. 78. C. de donatio.

In confinibus poſſeſsio vnius actus ius vniuerſale producit, nullo alio exiſtente in poſſeſſione. Dec. conſi. 271.

Poſſeſsio extinguitur morte poſsidentis, nec transmittit̃ ad hæredes, etiam ſuos nec continuatur. Bar. in l. in ſuis. ff. de liberis & poſthu. tñ ſtatutum, ꝙ poſſeſsio defuncti cõtinuetur in hæredẽ valet, ꝙ intelligitur, niſi poſſeſsio mortuo defuncto ab alio fuerit apprehenſa. Natt. conſi. 237. Tom. 2. & conſi. 538.

Poſſeſsione vnius rei apprehenſæ non intelligitur facta apprehenſio cæterarum rerum, etiã ſi quis dicat ſe id facere animo apprehendẽdi cæteras res. Natt. conſi. 429.

Per traditionem inſtrumenti, cenſetur res tradita, de qua in inſtrumento ſit mentio, & per inciſionem dicti inſtrumenti, inducitur retra ditio ipſius rei, in primum tradentem. Ludo. Roma. ſing. 338. nam qui tradit inſtrumentũ, videtur tradere poſſeſsionem rei, ſi eo tempore poſsidebat. l. 1. C. de donatio.

Conſuetudo poteſt transferre poſſeſsionem ipſo iure abſque reali apprehenſione: idem poteſt facere ſtatutum, & vocatur talis poſſeſsio ciuiliſsima. Guid. ſing. 404.

Pactum, quód liceat ingredi poſſeſsionem propria auctoritate, exercetur etiam contra Eccleſiam, ſi poſſeſsio ſit ad eam translata. Bart. in l. 12. C. de Epiſco. & Cler.

Poſſeſsio nõ vacua, dr̃ duobus modis, & vẽditor non liberatur, niſi tradat poſſeſsionem vacuã omnino. Bart. in l. 12. C. de probatio.

Poſſeſsio poteſt quæri ſine cauſa. Bart. in l. 25. C. de locat. & conduct.

Poſſeſsio præſumitur tradita quãdo contractus eſt celebratus in ipſo fundo, & poſsidere pręſumitur ex cauſa emptionis, ſi emens rem reperiatur in eius poſſeſsione. Barto. in l. 77. ff. de rei vendic.

Dominium licèt ipſo iure tranſeat, non tamen tranſit poſſeſsio. Barto. in l. 53. §. idem lo 3. ff. pro ſocio.

Pactum, quód liceat ingredi poſſeſsionem ſua auctoritate, tranſit cõtra ſingularem ſucceſſorem. Bart. in l. 56. ff. de contrah. emp.

Poſſeſsionem meam ſi quis ingrediatur, vel accipiat de rebus meis me præſente, & tacente, quando præſumar conſentire, vide Bart. in l. 34. nu. 24. ff. ſolu. matri.

Poſſeſſor non conſtituitur quis ex ſolo iuſſu de mittendo. Barto. in l. 3. §. miſſum. ff. de Carbonia. edict.

Quaſi poſſeſsio iuriſdictionis, quæ competit perſonæ, retinetur animo, & dicitur habere cauſam continuam. Bar. in l. 44. §. non mutat. ff. de vſucapio.

Poſſeſsionem rei naturalem tantùm habens, & non ciuilem, non poteſt incurrere pęnam legis, ſi quis in tantam. C. vnde vi. Fely. conſi. 50. num. 15.

Per ſeruum bona fide poſſeſſum quęritur poſſeſſio, & etiam dominiũ, p mala fide verò poſſeſſum, nihil quæritur. l. 1. C. de rei vendicat.

Poſſeſsionis apprehenſio habet vim conteſtationis, & actionem perpetuat. l. 31. ff. ex quib. cauſ. maiores.

Quis nõ debet propria auctoritate ingredi poſſeſsionem rei ſibi reſtituẽdæ; ſed actionẽ ſibi cõpetentem intentare. l. 9. C. ſolut. matrimo.

Si vẽditor, vel donator rẽ cõducat ab eo, cui dedit, ipſa cõductio trãsfert poſſeſsionẽ, quam habet, & etiã dominiũ. l. 76. ff. de rei vendica.

Per compulſionem legalem non acquiritur aliqua poſſeſsio in ſubſidiũ, niſi ea, quæ debetur de iure. l. 21. C. de iure deliber.

Paria ſunt poſſeſsionẽ tradere, vel eã dimittere vacuam. l. 38. §. Iulianus. ff. de noxa. actio.

Quod ſeruus, procurator, vel colonus tenẽt, dominus videtur poſsidere. l. 1. §. quod ſeruus. ff. de vi, & vi armat.

Acceſsio poſſeſsionis procedit de poſsidente, ad poſsidentem ſecundò, vel tertiò; non ad eum, qui titulum habet, ſed non poſsidet. l. 6. ff. de diuerſ. & tempor. præſcript.

Promiſsio traditionis vacuæ poſseſsionis, non continet nudum factum, ſed cauſam bonorũ. l. 52. §. fin. ff. de verbo. obliga.

Filiusfa. neque retinere, neque recuperare, nec adipiſci poſseſsionem rei peculiaris videtur. l. 94 ff. de reg. iur.

Poſseſsionem transferendi quinque ſunt caſus, de quibus vide per gloſ. in cap. 1. tit. de conſuetudine rect. feud. in vſib feudo.

Poſseſsio quando probetur de præterito in pręſens, vide Ozaſ. deciſ. 40. nu. 9.

Poſſeſsio per fructuum perceptionẽ probatur. Ozaſ. d. deci. 43. nu. 3. Ioſeph. Lud. deci. Peruſ. 29. nu. 14. & confirmatur. Aegid. Bellam. concluſ. 703. & ſi probo percepiſſe fructus alicuius agri pręſumitur, quòd toto illo anno poſſederim illum agrum. Fran. Cremen. ſing. 133.

Fallit, ſi percipiantur fructus iure familiaritatis. idem Ioſeph ibi. nu. 13. nam tunc poſſeſsio nõ eſt attẽdẽda. Ioſeph. Ludo. deciſ. Luc. 3. & 54. vel clandeſtina. Afflic. deciſ. 167. nu. 3.

Poſſeſsio ex quibus probetur, vide Afflic. deciſ. 167. & transfertur per clauium traditionem præcedente titulo valido. Afflic. deci. 299. Cabal. milleloq. 904.

Per locationem, & perceptionem pẽſionis probatur poſſeſsio, niſi probetur, quòd alius ſit in poſſeſsione. Afflic. deciſ. 325. Boer. deciſ. 239. nu. 5. & etiã probatũ per teſtẽ deponẽtẽ laboraſſe ad ĩſtãtiã alicuius. Ioſep. Lud. dec. 65.

Poſſeſsio, vel quòd quis poſſederit aliquando non præſumitur, niſi probetur: quia poſseſsio conſiſtit in facto; ſecus eſt in proprietate. Capic. deciſ. 189. nu. 7. Boer. deciſ. 42. nu. 27.

Teſtis ſi dicat Sempronium poſſedíſſe domum, alter teſtis dicat poſsedíſſe vnà cum Iacobo, dicitur probata poſseſsio inſolidum Sempronij. Beninten. deciſ. 33.

Vbi aliquis dicit ſe in poſseſsione alicuius penſionis, & probat, ꝙ penſio fuit retrotractis tem-

temporibus ſoluta, ſed non apparet de mandato illius, qui dicitur penſionem debere, quia alius ſoluit, tunc pręſumitur mandatum præceſsiſſe. DD. de Rot. deciſ. 2. eod. tit.

Poſſeſsio ſufficienter probatur per inſtrumentũ publicum, in quo continet partem eſſe inductam in poſſeſsionem. Tho. Faſt. deciſ. can. 41.

Poſſeſsio immemorabilis quomodo probetur, vide Put. deciſ. 348. lib. 2.

Per ſimplicem locationem non probatur poſſeſsio in præiudicium tertij, ſed aduerſus conductorem tãtùm, niſi locator etiam mercedem receperit: quia tunc non eſt veriſimile, quòd recepiſſet penſionem, ſi alius fuiſſet dominus. Cabal. milleloq. 907. quòd poſſeſsio cõtra tertium non probetur ex inſtrumento locationis, ſcribit Ioſeph. Ludo. deciſ. 14. Luc. nu. 17.

Quis dicitur dñs rei cùm eſt in poſſeſsione arrandi, cultiuandi, & fructus percipiendi, per quos actus poſſeſsio probatur, & actor non obtinebit licèt probauerit ſe poſſediſſe per decem annos, vel circa: quia vbi aliquid eſt determinatè probandum dictio, circa, & huiuſmodi dictiones, nihil operấtur. Boe. cõſ. 11.

Per inſtrumentum acquiſitionis probatur traditio poſſeſsionis, in quo adeſt verbum, dedit, & donauit, per quæ verba tranſit poſſeſsio; ſecùs in verbo tradidit, ſeu tradit. ibi. nu. 12. vide Rebuff. in ſuis comment. Tom. 3. tit. de mater. poſſeſſo. nu. 87. & 762.

Ad poſſeſsionem totam acquirendam ſufficit partẽ, & portionem illius capere, & attingere. ibid. Boer. nu. 13.

Spoliatus poteſt recuperare poſſeſsionem auctoritate propria. Craue. conſi. 4 quod procedit quando ſpoliatus retinebat ciuilem poſſeſsionem. idem conſi. 5. nu. 9. & qualiter probetur poſſeſsio ciuilis, vide ibid.

Poſſeſsio non probatur per teſtes dicẽtes, quòd poſsiderunt nomine talis, niſi probetur de eius mandato, aut ratificatio. Crauet. conſi. 5. num. 16.

Quando probatur bona fuiſſe poſſeſſa per plures, puta per virum, & vxorem tunc intelligitur, ꝙ poſſederint pro dimidia. Crau. cõſi. 61.

Per locationem acquiritur poſſeſsio, tamen per ipſam non probatur. idem Rebuff. eod. tract. de remed. poſſeſſo. in præfat. nu. 97.

Quando nobis acquiratur poſſeſsio per alios, & per quos, vide ibi. num. 201. quòd acquiratur per procuratorem habetur in §. fin. inſtit. per quas perſ. nob. acquir.

Ex traditione clauium poſſeſsio probatur, & ex habitatione, & detentione. Dec. conſi. 56.

Teſtes, qui dicũt aliquem vidiſſe poſsidere, probant poſſeſsionem. Dec. conſi. 56.

Teſtes deponentes aliquem tenere, & poſsidere talem fundum, probant poſſeſsionem, quæ per locationem retinetur. Dec. conſil. 303. num. 17. & 20.

Hæres agens ad reſtitutionem poſſeſsionis ex perſona defuncti, quid debeat probare, vide Natt. conſi. 439.

Vxor dicitur poſsidere miniſterio mariti, licèt ipſa non probet poſſediſſe, ſeu tenuiſſe feudum, ſed dumtaxat eius maritus. Henri. Boer. in ſuis ſingularibus tit. poſſeſsio. & inueſtitura. num. 3.

Ad probandum vniuerſitatem poſſediſſe, ſeu poſsidere, ſufficit probare hoc fieri per ſyndicum, vel alios, per quos vniuerſitas regitur. idem Boer. ibid. nu. 4.

Teſtis, qui de poſſeſsione deponens dicit ſe vidiſſe Titium poſſediſſe, ſi poſtea interrogatur, quid ſit poſſeſsio, etiam ſi dicat ſe neſcire, tamen adhuc probat. Hippol. ſing. 661.

Teſtis, qui dicit Titium poſſediſſe tãto tẽpore, & plus quomodo probet, vide Bart. in l. 15. §. non autem. ff. ex quibus cauſis maiores.

Teſtis, qui deponit de poſſeſsione intelligitur, de naturali deponere. Barto. in l. 1. num. 22. ff. ſolut. matri.

Cùm probanda eſt poſſeſsio diuturna, non obſtat, ſi vnus teſtis dicat de vno tempore, & alius de alio. Abb. conſi. 81. lib. 2.

Vacuæ poſſeſsionis traditio poteſt probari teſtibus, & inſtrumẽtis. l. 12. C. de fide inſtrume.

Si ruſticus deponat ſe vidiſſe aliquem tenere, & poſsidere, debemus intelligere de poſſeſsione, quæ facti eſt: cùm ipſe ſcire non poſsit, qd ſit poſſeſsio. gl. in l. 38. §. hęc. ff. de ver. obli.

Maiore parte anni poſſediſſe quis intelligit, etiã ſi duobus mẽſibus tñ poſſederit, ſi modò aduerſarius eius, aut pautioribus diebus, aut nullis poſſederit. l. 156. ff. de verbo. ſign.

Qui olim poſsedit, & nunc allegat ſe poſsidere, pręſumptio pro eo facit, vt poſsidere dicat. Ozaſ. deciſ. 43. vide Rot. Genu. deciſ. 127. nu. 5. Ioſeph. Ludo. deciſ. 59. nu. 4. part. 1. & deciſ. 59. par. 2. Iaſ. de actio. §. ſic itaq;, nu. 25. & tunc præſumit continuata poſseſsio, licèt nõ probetur continuatio poſseſsionis. Boer. deciſ. 239. nu. 6. Math. Matheſ. ſing. 116.

Poſseſsio cõtinuata medij temporis probatur, probatis extremis. Pet. de Benint. deciſ. 143. Bar. in l. 8. §. ſuperuacuum. ff. quib. mod. pign. vel hypothe. ſolu. Ant. Corſer. in ſuis ſing. litera P. ſing. probatio poſseſsionis, nã qui ſemel poſsedit pſumit ſemper poſsediſse. Gui. Pap. ſing. 949. vide Bar. in l. 4. C. de in integ. reſti. & in l. 16. C. de probatio. & ad probandum continuã poſseſsionẽ, ſufficit pbare pro maiori parte tẽporis poſsediſse. Guid. Pap. ſing. 984.

Tertius non vocatus turbari in ſua poſſeſsione non debet, nec Principis reſcripto, nec Iudicis interlocutoria. Ozaſ. deciſ. 38.

Lite pendente poſſeſſor turbari, vel priuari non debet, etiam ſi contra ius commune poſsideat, dũmodo cum titulo allegato, ſiue producto. Capic. deciſ. 189. Ioſeph. Lud. deciſ. Peruſ. 59. par. 2. Craue. pro genero conſi. 1. nam poſſeſsio, nec eius commodum non tolluntur per litem. Caſſad. deciſ. 9. tit. de cau. poſſe. & propriet. nu. 14.

Bona fides quando nõ requiratur in poſſeſsione ſola, vide Capic. d. deciſ. 189. nu. 4. quæ bona fides ex poſſeſsione pſumit. Dec. cõſ. 410.

Turbare de facto, ſeu ſpoliare, vel animalia expellere, quando liceat habenti ius commune pro ſe, contra poſſeſſorem ex priuilegio, ſiue poſſeſſorem antiquum, vide nu. 5. ibi.

Poſſeſsio aliena ab aliquo non poteſt ingredi ſine metu pęnæ. Ioſeph. Ludo. deciſ. Luc. 20.

Quando tertius poſsidet nomine alieno, non liberatur nominando dominum poſt litem conteſtatam; ſecùs ſi ante. vide Ioſeph. Lud. deciſ. Luc. 34.

Si poſſeſsio tẽpore litis motæ fuerit vacua, & pẽdente lite per alterum litigantium occupata, cenſetur innouatum contra litem. Aegid. Bellam concluſio. 102. ſed vide ibid.

Ad reuocandam poſſeſsionem vt attentatam, quid debeat pbari, vide Iac. Put. dec. 223. li. 1.

Faciens id, quod poteſt eſſe licitum, & illicitũ in dubio præſumitur feciſſe licitum: ideò ille, qui reperitur poſsidere poſt inhibitionẽ, ex hoc ſolùm non dicitur attentare, quia potuit facere actum licitum, puta continuando primam poſſeſsionem. idem Put. d. deciſ. 223. nã qui continuat ſuam poſſeſsionem, nõ dicitur de nouo quid facere. Guid. Pap. ſing. 787.

Poſſeſsio ſtante lite, non poteſt aliter, quàm per decretum capi. Pute deciſ. 460. lib. 2.

Licèt etiam iniuſtus poſſeſſor priuari nõ debeat ſua poſſeſsione ſine citatione, tamen hoc poterit facere Iudex, quando illum de facto, & parte non citata poſſeſſorem fecit. Iaff. Lanf. Balb. deciſ. 417. vide Ludo. Roma. ſing. 773.

Poſſeſsio etiã iniuſta nemini eſt auferenda (niſi eo citato) etiam auctoritate Principis. Natt. conſi. 502. num. 23. gloſ. in cap. 8. ex. de maior. & obedie.

Nam poſſeſſor non citatus, nec ex reſcripto Imperatoris, nec Iudicis interlocutione, põt ſua priuari poſſeſsione, aliàs immiſsio facta eò nõ citato eſt nulla, etiam ꝙ eſſet iniuſtus poſſeſſor. Natt. conſi. 633. Henri. Boer. In ſuis ſingularibus tit. poſſeſsio, & inueſtitura, num. 8. Guid. Pap. ſing. 366. & ſing. 726. Hip. ſing. 195.

Poſſeſſor licèt reſpectu quorundã dicat iniuſtè poſsidere, & vt prædo; tamen reſpectu aduerſarij poſsidere dicitur iuſtè, quod ſufficit ad retinendam, & recuperandam poſſeſsionem. Natt. conſi. 335.

Si quis propria auctoritate, vel temerè impetrata, ingrediatur poſſeſsionem rei per alterum detentæ, quomodo puniatur, vide Bart. in l. 9. & 7. C. vnde vi.

Qui eſt in poſſeſsione debet defendi in ea, donec conſtiterit de iure aduerſarij. cap. 6. ex. de inſtitutio.

Poſſeſſor non tenetur reſtituere rem, quam poſſidet, niſi plenè probanti dominiũ. Abb. cõſ. 62. nu. 14. lib. 2.

Si inter eoſdem eſſet quæſtio de proprietate, & poſſeſsione, cauſa poſſeſsionis debet primò intentari. l. 37. ff. de iudi.

Quando inter duos eſt contentio de poſſeſsione, Iudex poteſt prohibere vtrique parti ingreſſum, ne veniant ad arma. l. 17. ff. de vſufructu, & quemadmodum.

Creditor propria auctoritate non debet ingredi poſſeſsionẽ rei ſibi debitę, ſed debet actionibus experiri, & interim debitor in poſſeſſione debet morari, & ipſe creditor eſſe petitor; aliàs punitur. l. pen. & fin. ff. ad leg. Iul. de vi priuat.

Poſſeſsio rei mobilis facilè amittitur. Ozaſ. deciſ. 40. num. fin.

Pęna mendacis dicentis alieno nomine ſe poſſidere eſt, vt amittat poſſeſsionem, quæ transfertur in actorem hoc probantem. Afflic. deci. 18. quando dictum procedat, vide Ioſeph. Ludo. deciſ. Luc. 50.

Ingreſſus poſſeſsionem aliquam taliter, quòd ei reſiſti non poſsit, per illum, qui per prius tenebat, vel quòd nulla adeſſet primo poſsidẽti ſpes recuperandi, eo in caſu dicitur naturalem, & ciuilem poſſeſsionẽ amiſiſſe. Gram. deciſ. 71. num. 8.

Quando expulſo colono dominus, vel eius hæres priuetur ipſa poſſeſsione, & quando non, vide plenè per Ioſeph. Ludo. deciſ. Luc. 20.

Licèt procurator poſsidẽs nomine domini tradendo alteri poſſeſsionem priuet dominum, non tamẽ aliàs deſinẽdo poſsidere, niſi poſt, alter poſſeſsionem occuparet, quid de colono, vide Aegid. concluſ. 104.

Proteſtatio conſeruat ius in poſſeſsione. Aegi. concluſio. 337.

Ex curſu decennij præſumitur obliuio, ex qua cauſatur amiſsio poſſeſsionis. Per. de Beninten. deciſ. 10.

Negligentia in amittenda poſſeſsione ciuili qñ arguatur, & poſſeſsio vt quæritur ex vno, vel duobus actibus in inſtrumẽtis corporalibus, ſic & amittitur. Put. deciſ. 32. lib. 2

Poſſeſ-

Poſſeſsio ciuilis viginti annis amittitur, & cum naturali cóglutinatur, ſi naturalem amiſſam tanto ſpacio ſciens recuperare neglexerit. Put.deciſ.509.lib.2.

Naturalis poſſeſsio iuſta, per ingreſſum habentis ciuilem non amittitur. vide ibid. nu.fin.

Sententia Principis quis amittit poſſeſsionem ciuilem, & naturalem, ſi pars adempta fuit poſſeſsionem. Craue.conſi.5.

Qñ perdatur poſſeſsio etiam ciuilis, vide Crau. cóſ.235.& quo remedio recuperetẽ, vide ibid.

Poſſeſsio à reo ob contumaciam aufertur, ſed ipſa contumacia purgata eam poſſeſsionem recuperat; ſed intra quod tempus hoc facere poſsit contumax, relinquitur arbitrio Iudicis. Menoch.de arbit.lib.2.caſ 479.

Poſſeſſor qualiter intelligatur perdere poſſeſſionem, vide glo.in c.12.ex. vt lite pendente.

Poſsidere quem deſijſſe dolo, qualiter probetẽ, vide Bar.in l.37. ff.de rei vendic.

Si conuentus reali actione negat ſe poſsidere, & poſtea reperiatur poſsidere, priuatur ſua poſſeſsione; ſed quomodo, vide Bar.in l.80. ff. de rei vendica.

Poſſeſsio retenta per colonum ſolo animo nõ perditur, quando animus perdentis, & acquirentis non concurrunt. Bar.in l.1.§.non alij. ff.de vi, & vi armat.

Emptorem qui non admittit priuat dominum poſſeſsione rei. Bar.in l.12.ff.eod.

Qui rem propriam à ſe poſſeſſam conducit, nõ mutat ſibi poſſeſsionis cauſam. l.23.C.de loca. & conduct.

Per vnum actum ſingularẽ, retinetur quaſi poſſeſsio totius iuris in vniuerſo. l.13. §. de illo, ff.de vſufructu, & quemadmodum.

Vxor detinet poſſeſsionem per maritum, & maritus per vxorem: idem per reliquam familiam, & per conſequens quis videtur habitare, vbi familia habitat. l.22. ff. quibus mod. vſufruct.amit.

Per colonum ſuo nomine poſsidentem, nõ retinet fructuarius poſſeſsionem, licèt vſumfructum locauerit, & annuam penſionem receperit, ſed per colonum coloni, bene retinet, l.29. ff.eod.

Cótumacia facit de poſſeſſore petitorem. l.18. & ibid. glo.fin.ff.ſi ſeruit.vendic.

Per núciationem noui operis facta ſolo verbo, perdit nunciator poſſeſsionem, & eam tráſfert in aduerſariũ. l.1. §. in operis. ff.de oper. non.nunc.& l.5 §.meminiſſe eod. ſecùs ſi fiat p iactũ lapilij. vel p ptorẽ. ibi.d.§. meminiſſe.

Quando quis recedit de poſſeſsione de neceſsitate, vel animo retinendi, Prætoris beneficiũ non perdit, ſecùs ſi animo deſerendi. l.15.§.ſi quis metu.ff.de dam.infect.

Furor ſuperueniens ei, per quem poſsideo, me poſſeſsione non priuat. l.31. §. ſi ſeruus. ff. de vſucapio.

Non alienat qui dumtaxat amittit poſſeſsionem. l.162.ff.de reg iur.

Qui dolo deſijt poſsidere, pro poſsidẽte damnatur: quia pro poſſeſſore dolus eſt. l. 179. de regul.iuris.

Sicut poſſeſsio acquiri nõ poteſt, niſi animo, & corpore, ita nec amitti. l.196. de reg.iur.

Poſsidere quis præſumitur ex cauſa præambula, vel titulo in actis producto, vel præcedenti Ozaſ.deciſ.101.nu.37. Put.deciſ.212.lib.3. Paul. Aemil.deciſ.139.par.2. Cabal.milleloq. 911 Craue.conſi.226.255. Ant.Corſet.in ſuis ſingul.litera P.& ex eo titulo præſumitur ſequuta poſſeſsio. idem Craue.conſi.317. Rebuff.in ſuis comment.tract.de mate. poſſe.in præfat.num.123.

Poſſeſsionẽ, vel quaſi qui ſe adeptum fuiſſe aſſerit ex aliqua cauſa, non ſufficit, ꝙ probet ſe feciſſe illos actus poſſeſſorios, ſeu quaſi, ſed debet probare, ꝙ ex allegata cauſa priuilegiata illos fecerit Ozaſ.ibid.nu. 101.nu.39.

Præſumit qs poſsidere iure familiaritatis, quando apparet de titulo alterius, licèt ille titulus ſit inualidus. Craue.conſi.61.

Vxor poſsidens cum marito pręſumitur iure familiaritatis poſsidere. Ozaſ.deciſ.140.nu.5. Ioſeph.Ludo.deciſ. Luc.54.vide deciſ. Peruſ. 69.par 2 qñ dicatur vitioſa poſſeſsio.rõne familiaritatis, vide Pap.lib.7.tit.1. arreſt.6.

Frater, qui adminiſtrat bona, dicitur poſsidere iure familiaritatis. Ioſeph.deciſ.3.nu.5. vide Natt.conſi.502.num.13. idem in poſſeſsione filiorum. Io. Pap.lib.7.tit.1. arreſt.6.

Poſſeſsio recẽtior ſtante antiquiore, vitioſa pręſumitur. Afflic.deciſ.324.nu.8.& clandeſtina. Ioſeph.Ludo.deciſ.14 Luc.nu.5.deciſ.65.nu. 27.ibid.& deciſ.11. Peruſ.

Aduerſariorum probantium poſſeſsionem inſolidũ potior eſt ille, cui ius cómune fauet. ibi.n.11.vide Boer.deciſ.239.duo enim ſimul eandem rem eodem modo poſsidere non poſſunt inſolidum.c.9.ex. de probatio.

Poſſeſsio an poſsit eſſe inſolidum apud duos, & quis dicatur habere poſſeſsionem ciuilẽ, vide glo.in l.5.§.ſi duobus.ff.commodati.l.3. ff.vti poſsidetis. l.19.ff.de precario, gloſſ.in l. 38 §.hæc quoque.ff.de verbo.obliga.

Poſſeſsio, vel quaſi non releuat poſsidentem, quando præſens ſtatus non contradicit, nec conſentit origini, ſed eſt præter eius naturã, vt quia reperit quis in quaſi poſſeſsione vectigalis exigendi, vel iuriſdictionis in loco exercendæ, vel clericatus: nam in iſtis caſibus poſſeſsio non prodeſt, niſi de titulo do-

ceatur,

ceatur, quia iſta ſunt accidentalia, & nō ſunt iuſta, niſi iuſtificentur. Capic. deciſ. 77. nu. 7. vide Pau. Aemil. deciſ. 304. par. 3.

Poſsidens longo tempore, ſi produxerit titulū, per quem appareat nec ſcientiam, neque ſolemnitatem præceſsiſſe, non ſuffragatur ſibi poſſeſsio. Gram. deciſ. 81. num. 14. vide Paul. Aemil. deciſ. 304. par. 3.

Quis dicitur poſsidere vi, & clàm reſpectu alterius antiquioris poſſeſsionis, & poſsidemus per colonum. Ioſeph. Ludo. deciſ. Luc. 20.

Poſsidere non dicitur, qui parum pacificè poſſidet. Io. Mohed. deciſ. 161. & dicitur poſsidere pacificè, qui poſſeſsionem ſine iuris, vel facti controuerſia iudiciali, vel extraiudiciali habet. Guid. Pap. ſin. 366. vide ſing. 367.

Poſſeſsio apprehenſa de licentia Iudicis ſine partis citatione, nihil operatur, quod procedit quo ad plenum præiudicium faciendum parti nō citatæ; ſed bene dicta licentia operatur, vt impetrans careat vitio inuaſionis, & ad euitandam pœnā. Ioſ. Lud. deciſ. 64. par. 2.

Poſſeſsio naturalis ex quibus actibus prȩſumatur clandeſtina, quæ aufertur per ingreſſum habentis ciuilem, vide Put. deciſ. 509. lib. 2.

Poſſeſsio ſecunda præſumitur clandeſtina. idē Put. deciſ. 234. par. 2.

Solutio facta metu cenſurarum non conſtituit quem in quaſi poſſeſsione exigendi. Vera deciſ. 331. par. 2.

Occupans vi, & violētia rem ab alio poſſeſſam, amittit omne ius, quod habet in ipſa re. Pap. lib. 23. tit. 5. arreſt. 5.

Poſſeſsio vitioſa non prodeſt, & dicitur vitioſa quādo acquiritur, ſeu accipitur non vocato poſſeſſore. Craue. conſi. 104. nu. 14.

Actus cauſa familiaritatis qs dicatur, & à quibus perſonis fieri, vide Menoch. de arbitra. iudic. lib. 2. caſ. 160.

Per actus, qui fiunt ex gratia, vel familiaritate nunquam acquiritur poſſeſsio, vel quaſi. Rebuff. in ſuis comment. tract. de mater. poſſeſſ. Tom. 3. in præfat. nu. 169.

Nunquam acquiritur poſſeſsio, vel quaſi iuris improbi, vt concubinatus, vel adulterij, aut alterius iuris damnati. Rebuff. Tom. 3. tracta. de cauſ. benefi in proœmio. nu. 12.

Quibus modis poſſeſsio amittatur, vide per Rebuff. ibid. art. vlt.

Poſſeſsio ex contractu ſimulato non transfert, etiam ſi quis à poſſeſsione diſcedat, & alium in poſſeſsione dimittat. Natt. conſi. 443.

Ex ſimulato contractu non transfertur poſſeſſio. Guid. ſing 953.

Poſſeſsionis ſpoliationem adeò iura abhorrēt, vt ſi qs me vellet à poſſeſsione expellere, poſſunt amici, & vicini mei inuaſorem impunè percutere, ne me expellat, etiam ſi per Magiſtratum miſſus fuerit huiuſmodi executor. Hippol. ſing. 456.

Conductores ad longū tempus naturaliter poſſident, nec dicuntur naturali poſſeſsione priuati per immiſsionem, & aſſociationem locationibus adhuc conductione durante cōceſſam à Iudice, cum expulſione colonorū, vide Auguſt. Bero. q. 47.

Si quis ingreſſus eſt clàm poſſeſsionē Titij abſentis, & ego eam poſtea ingrediar clàm, nō acquiro naturalem. Bart. in l. vnica. §. 1. C. vti poſsidetis num. 6.

Quomodo retineatur naturalis poſſeſsio, & ſi ego poſsideo naturaliter, & ciuiliter, & tertius ingrediatur, qs poſsideat, vide ibi. n. 11.

Tradi poteſt res, non tamen animo transferendi poſſeſsionem. Barto. in l. 11. §. ſolutam. ff. de pignorib. actio.

Filius ſtans cum matre præſumitur poſsidere fundum matris iure familiaritatis, & ſimiliter fratres, & ſorores ſimul habitantes præſumuntur iure familiaritatis poſsidere. Bart. in l. 41. ff. de acquir. poſſeſ.

Clàm poſsidere ab aliquo qualiter quis dicatꝰ, & poſſeſsionū tres ſunt ſpecies, & poſsidere precario ab alio quando qs dicatur, & actor, qui dicit aliquem poſsidere, violenter, clàm, vel precario ab ipſo, hoc debet probare. Bar. in l. 1. §. quod ait. ff. vti poſsidetis.

Miſſus in poſſeſsionem fideicōmiſsi, vel legati ſeruandi cauſa incontumaciam hæredis, nunquam pro domino eſſe incipit, nec tam poſſeſsio rerum ei, quàm cuſtodia datur: neque enim expellendi hæredem ius habet, ſed ſimul cum eo poſsidere iubetur. l. is, cui. ff. vt in poſſeſsio. legat.

Qui violenter poſsidet ab onere probandi nō releuatur, imò fortius agrauatur. l. vis eius. C. de probatio.

Cōductor debet prius poſſeſsionem reſtituere, quàm de proprietate litigare. l. 25. C. locati.

Coloni, vel depoſitarij tantùm naturaliter poſſident. l. 7. §. neque colonus. ff. commu. diuid.

Creditor poſſeſsionē naturalē non habet. l. 5. §. idem Iulianus, & ibid. glo. ff. ad exhiben. vide etiam glo. in l. 7. §. & ſancimus. C. de prȩſcrip. 30. vel 40. ann. vide tamen. l. 25. §. fin. & l. 37. ff. de pigno. actio.

An poſsideat miſſus in poſſeſsionem ex primo decreto Iudicis, vide glo. in l. 8. C. eod.

Aliquando actio pſonalis datur ꝓ poſſeſsione, veluti quando poſſeſsio traditur ſine dominio per errorem. l. 25. §. ſed ſi nummi. ff. de condict. indebiti, vide etiam. l. 1. §. fin. & l. 2. ff. de condict. tritica.

Per furorem superuenientem iniuſta poſſeſsio

non

non ſit iuſta, nec èconuerſo iuſta non ſit iniuſta. §. ſi vi. l. 31. ff. de vſucapio.

Ex duabus cauſis ſe non compatientib res non poteſt poſsideri. l. 2. §. fin. ff. pro emptore.

Non videtur poſsidere, qui ſe ignorat poſsidere. l. 88. ff. de furtis.

Sibi nemo incertus eſſe poteſt, quam partem poſsideat: quia incertam partem nemo poſſidere poteſt, licèt ad incertam partem detr rei vendicatio. gl. fin. in l. 39. ff. de verbo. ſigni.

Vitium rei furtiuæ, vel violentiæ, & ſpolij ſemper tranſit ad quemcunque poſſeſſorem, & tunc poſſeſſor ſemper dicit vitioſus. Mohed. deciſ. 206. & 207. fol. 669.

Aliquando quis tenetur oſtendere titulum ſuæ poſſeſsionis. glo. in c. 9. ex. de probatio.

Poſſeſsione probata non tenetur agens probare titulum: fallit, ſi poſſeſsio eſſet recens: idē ſi ſit antiqua, & habeat præſumptionem contra ſe, vt puta litem, & competitorem in eadem re. Capic. deciſ. 6. Lanfran. de Oriano ſing. 1. ſed quando poſſeſſor teneat probare titulum ſuæ poſſeſsionis, vide DD. de Rota deciſ. 1. tit. de reſtitutio. ſpoliat. in nouis additio. Bar. in l. 16. C. de probatio.

Poſſeſsio quando recens, & quando antiqua dicatur, vide ibid. nume. 10. & titulata potior eſt. Dec. conſi. 410.

Titulus quādo præſumatur ex longa poſſeſsione, vide Boer. deciſ. 42. & poſſeſsio longiſsima parit ius. Boer. d. deci. 42. n. 10. ideò poſsidens præſumitur dominus. Bar. in l. 3. §. neq; ff. de aqua plu. arcen. & res dicitur eſſe poſſeſſoris quo ad defendendū, non quo ad agendum. Bar. conſi. 209.

Quando ius commune facit contra poſsidentem, & pro eo, qui petit, non ſufficit quaſi poſſeſsio; ſed eſt neceſſarius titulus. Vera. deciſ. 296. nu. 4 par. 1.

Poſſeſsio decennalis tribuit titulum coloratū præſumptiuè, quod procedit, quando ius nō reſiſtit. idem deciſ. 353.

Poſſeſſor non debet arctari ad docendum de titulo, quando proponit aliquam emptionē ius petitoris remouentem. Bar. in l. 12. §. qui pignoris. ff. qb. mod. pign. vel hypothe. ſolua.

Poſſeſsio duplex alia naturalis, alia ciuilis: ideò dictio poſſeſsio eſt ambigua, & ſi profertur ab actore in ſuo libello, poteſt ipſe ex interuallo ſe declarare, an intelligat de naturali, vel ciuili. Guid. Pap. q. 629. nu. 6.

Poſsidere quis dicitur ex pluribus venditionū inſtrumentis, diuerſis temporibus, & pretijs confectis. Boer. deciſ. 42. nu. 37.

Poſsidens non poteſt ſibi mutare cauſam ſuæ poſſeſsionis, niſi cauſa extrinſecus adueniente. Caſſad. deciſ. 4. tit. de reſtitutio. ſpolia. nu. 11. l. 33. §. quod vulgo. ff. de vſucapio.

Ad hoc, vt quis ex cauſa ſuperueniente cenſeatur mutaſſe poſſeſsionem, requiritur ſcientia tituli ſuperuenientis, quę ſcientia ex actis nō præſumitur. Put. deciſ. 288. lib. 3.

Poſſeſsio longeua, vel ſaltem longiſsima habet vim conſtituti, pacti, ac priuilegij, & maximè quādo opponitur per viam exceptionis. Ioſ. Ludo. deciſ. Peruſ. 106. par. 2.

Poſſeſsionem non poſſe eſſe penes duos inſolidum, quomodo intelligatur, vide per Franc. Marc. q. 193.

Poſsidens præſumitur dominus. Iaſ. de actio. in §. ſic ita, nu. 26. & habet pro ſe pręſumptionē. ibid. nu. 29. ſed an præſumatur poſſeſsio ex detentione, vide ibid. nu. 30.

Creditor, cuius nomine debitor poſsidebat p conſtitutum, poteſt euocare poſſeſsionem à tertio habente titulum à debitore. Maran. in ſuo Spec. de ordine iudic. part. 4. diſt. 7. indi. nu 59. tit. an ſit iudi. ſuper pet. vel poſſeſſo.

Quid operetur ciuilis poſſeſsio, vide per Caſſa. in conſuetu. Burg. tit. *des ſucceſſions* Rub. 7. §. 2.

Clauſula, ſaluo iure cuiuslibet tertij, cōplectitur ius, quod qui habet in poſſeſſorio, & petitorio attento, quia poſſeſsio etiam in iure conſiſtit. Natt. conſi 653. nu. 5.

Poſſeſsio rei abſentis venditæ non transfertur, ſi dicatur vēdo tibi talem rem, & trado tibi anulum, quia ſolùm cenſetur tradita facultas intrandi poſſeſsionem propria auctoritate. Ludo. Rom. ſing. 137.

Poſsidens nomine alieno ſi conueniatur, quid agendum, vide Bar. in l. 7. C. de peti. hęre. n. 3.

Curſus longi temporis cum detentione, facit omnia præſumi ſolemniter acta, vide Bart. in l. 10. C. de perit. hæred.

Sententia lata ſuper poſſeſsione non præiudicat proprietati. c. 24. ext. de electio.

Ille poſsidet, cuius nomine poſsidetur. c. 19. cū glo. ex. de reſtitut. ſpol. & c. 17. ex. de præſcri.

Mobiles res, & iura nō poſſunt pro diuiſo poſſideri: ideò hæreditas non poteſt pro diuiſo poſsideri, ſed corpora hęreditaria ſic. Bar. in l. 8. ff. de rei vendi.

Emphyteota, & ſimiles dicuntur tantùm naturaliter poſsidere. Barto. in l. 5. §. ſi duobus. ff. commodati.

Alia eſt æſtimatio poſſeſsionis, alia fundi, ſeu proprietatis. l. 21. §. qui poſſeſsionem. ff. de eo, quod metus cauſa.

Pro hærede poſsidet, qui putat ſe hæredē eſſe, vel ſi ſciat ſe hæredem non eſſe, ſed tamen detinet hęreditatem. l. 11. ff. de peti. hæredit. pro poſſeſſore verò poſsidet ꝑdo. §. ſi d. l. 11.

Natura ſeruitutum ea eſt, vt poſsideri non poſſint, ſed intelligatur poſſeſsionem earum habere,

contra Dominũ poſsit præſcribi, vide Caſſa. in conſuetud. Burg. tit. *des cenſes* rub. 11.§.2. gloſſ.1. num.33.

Emphyteota præſcribit ius emphyteoticum.itẽ feudatarius,& ſuperficiarius præſcribũt. Bar. in l. poſsideri. §. ex contrario nu.3. ff. de acquir.poſſeſsio.de præſcriptione in rebus feudalibus,vide per Hartma.Hartma. cap.3. tit. de præſcriptio. lib.1.

In materia præſcriptionis fiſcus habeť pro præſenti, & cõtra eum tanquam præſentem præſcribitur.Capel.Thol.q.229.de præſcriptione contra fiſcũ, vide per Boer.deciſ.267. nu.21.

In materia præſcriptionis abſentia conſideratur, quando quis fuit abſens extra Regnum. Papon.arreſt.30.lib.12.tit.3.

In præſcriptione abſentia præſumitur: ideò fundans ſe ſuper præſentia, illam probare tenetur.ibid.arreſt.34.vide Ioſeph. Ludo.deciſio. Luc.31.nu.18.

Præſentes dicuntur, qui ſunt in eadem Prouintia,& debet inſpici,vbi partes habent domiciliũ,nõ vbi res eſt ſita,& ad præſcribẽdũ ſciẽtia eius, contrà quẽ præſcribitur,non requiritur. Bar.ſing.199.& Pet.de Rue.ſing.486.

Præſcriptio ratione negligentiæ ita habet locũ contra fiſcum, ſicut contra priuatum, licèt alia tempora ſint ſtatuta contra fiſcum, & alia contra priuatum. vide Bart.in l. 6. C.de iure fiſci lib.10.

In materia præſcriptionis præſens dicitur, qui eſt in eadem Ciuitate, abſens qui eſt extrario,quia hodie qualibet Ciuitas habetur pro vna Prouintia.DD. in l. 1. §. qui præſens. ff.de verbo. obliga.

In materia præſcriptionis iuriſdictionis, non fit extenſio de caſu ad caſum. Iac. Put. deciſ. 107.lib.1. nec de re ad rem. Capic.deciſ.209. num. fin. ſed bene de perſona ad perſonam. Capic.ibid.

Quãdo tractatur de præſcriptione iuris vniuerſitatis,alio non poſsidẽte,poſſeſsio,ſeu quaſi vnius iuris vniuerſitatis,vel plurium extenditur ad alios actus, & ad alias perſonas.Vinc. de Fran.deciſ.397.nu.8.par.2.

Habens ius plura reſpiciens, ſi vtatur in aliquibus,conſeruat ſibi ius in totum: ideò præſcribi non poteſt quo ad alia per non vſum,& error iuris impedit præſcriptionem. Crauet. conſi.27.ſed de vltimo dicto vide ibi.faciunt tradita in conſi.55.

Præſcriptio licèt non extendať de vno actu, ad alium diuerſi generis in iiſdem actibus, extẽditur tñ de perſona ad perſonã.Nat.cõſ.283.

Iuriſdictio, quæ debetur duobus poteſt præſcribi: idem in vſufructu.Bart. in l.13.§. ſi de vſufructu.ff.de public.& in l. 14. cod.

Iuriſdictio ex non vſu quanto tempore perdatur,vide Bar.in conſi.10.vol.2.

Retrouẽdendi pacto facto (etiam in perpetuũ) quanto tpe præſcribať, vide Boer. deci.182. & quid in emptore.ibi.nu.2.& 13. vide ſupra tit.de pact.inter empto.& venditorem.

De præſcriptione immemorabili.

POſſeſsio longiſsima, cuius initij memoria non extat, habet vim priuilegij. Ozaſ. deciſ. Pede.95. nu.14.Afflic.deciſ.254. & legitimi tituli.Vera.deciſ.355.part.2. Poſſeſsio immemorabilis vim habet conſtituti. Gaſp. Cabal. milleloq. 314. & effectum publici inſtrumenti, nec tunc eſt opus allegare titulum.Afflic.deciſ.239.num. fin. tamen quòd debeat allegari, ſcribit Pap. lib.12.tit.3.arreſt.3.

Præſcriptio immemorabilis non habet vim priuilegij,quando non adeſt capacitas in præſcribente.Boer.deciſ.32.nu.6.& 7.

Immemorabilis præſcriptio habet vim tituli. Vincent. de Fran. deciſ. 165. tamen conſtito de initio per priuilegiũ, tollitur præſcriptio, quæ ex antiquitate oritur. Fran. Marc. quæſt. 234. num.7.

Præſcriptio immemorabilis vim priuilegij, & conceſsionis habet,nec in ea requiritur tituli allegatio, ſed ad illam probandam multa requirũtur, primò,quòd teſtes ſint ad minus 54. ann. & de 40. annis teſtificentur: deinde quòd teſtes neceſſariò dicant communem opinionem eſſe, quòd de contrario vſu non exiſtat memoria 3. quòd ita ſemper viderint, & audiuerint à ſuis maioribus 4. quòd nunquam fuerit obſeruatum cõtrarium. Myſing. obſer.30.cent.1.

Curſus tanti temporis, cuius initij memoria nõ extat,operatur idẽ,quod priuilegiũ:fallit vbi pſcribẽs eſſet incapax. Hipp.de Mar.ſing.80.

Tempus immemorabile habet vim priuilegij, & conceſsionis etiam in his,quæ ſunt Principi reſeruata, nec etiam requiritur in præſcriptione tanti temporis ſcientia eius, contra quem præſcribitur, ſed quomodo probetur hæc pſcriptio,vide Gaſ.Cabal. milleloq. 591.

Poſſeſsio antiqua habet effectum publici inſtrumenti, priuilegij, & conceſsionis.Rol.conſi. 3.nu.97.& 107.

Tranſcurſus temporis,de quo nõ conſtat in cõtrarium memoria, habet titulum præſumptũ pro ſuo.Henric.Boer.in ſuis ſingularibus.tit. præſumptio,& fictio nu.8.

Vſus tanti tẽporis,cuius contrarij memoria nõ exiſtat,habet vim conſtitutionis iuris per reſcriptum.Bart.in conſi.188.nu.5.vol.1.

In pręſcriptione tanti temporis,cuius initij memoria non extat in contarinm, an ſcientiæ aduerſarij probatio de neceſsitate requiratur,vide Ozaſ.deciſ.101.nu.15.

In præſcriptione temporis immemorabilis,cuius vſui, & exercitio ius reſiſtat, requiritur ſcientia,& patientia Superioris. ibid.n. 21.

Teſtes deponentes de præſcriptione tanti temporis,cuius initij memoria non extat in contrarium, debent ſaltem agere 54. ætatis annum; aliàs non dicuntur legitimi. ibi.nu.26.

Etiam in incotporalibus præſcriptio tanti temporis, cuius initij memoria non extat, non inducitur propter malam fidem,& ad hoc,vt quis dicatur in mala fide paria ſunt ſcire, vel ſcire debere.Ozaſ.d.deciſ.101.num.27.& 28. vide tamen Boer. deciſ.39.nu.7.

Præſcriptio ſeruitutis habentis cauſam diſcontinuam,requirit tantum tempus, cuius initij memoria nõ exiſtat, & præſcriptio 30.annorum,& bona fides debent allegari.Capic.deciſ.117.num.9.

Vſus aquæ publicæ præſcribitur per tantũ tempus,cuius memoria in contrariũ non exiſtat. Bar.in l.4.& 9.C.de aquæduct.lib.11.

Præſcriptio contra Principem, niſi ſit centum annorum non currit.Ozaſ. deciſ.56.

Præſcriptio tanti temporis, cuius initij memoria non extat in contrarium requiritur, vbicunq; de quaſi poſſeſsione, & præſcriptionẽ ſine titulo agitur, & vbicunque iuris communis pręſumptio eſt contra pręſcribentem. Ozaſ.deciſ.116.nu.11.

Ad præſcriptionẽ quadraginta annorũ debet allegari,& probari titulus.ibid.nu.fin.

Clauſula,nulla præſcriptione obſtante,non excludit præſcriptionem immemorabilem. Afflic.deciſ.254.nu.fin.

Præſcriptione quacunque per legem, vel ſtatutum ſublata, adhuc habet locum præſcriptio centum annorum.Boer.deciſ.39.nu.11.

Poſſeſsio antiqua præſumitur habere Iuſtitiam permanentem.Afflic.deciſ.277.nu.6.

Poſſeſsio tanti tẽporis,ad præſcriptionẽ cõplẽdã contra ius cõmune opitulatur ad manutẽtionẽ,& præſcriptionẽ. Capi.deci.209.n.9.

Antiquitas non facit præſumi immunitatem, ſeu priuilegium, quo inſpecto illa in eo non continetur, licèt longiſsimum tempus præceſſerit.Gram.deciſ.100.

Eccleſiæ immediatè depẽdentes à Romana Eccleſia, non gaudent præſcriptione centũ annorum;ſicut ipſa Romana.Guid.Pap.q.36.

Præſcriptio annuæ præſtationis acquiritur ſpacio 40. annorum; tamen aliquando requirit tantum tempus,cuius memoria in contrariũ non exiſtat. Guid.Pap.q.407.

Præſcriptio tpis non officit, quin cõtractus ad ęqualitatẽ reducatũ,vide Exce.P.Teſ.dec.225.

Regalia poſſunt præſcribi per tempus,cuius initij memoria non exiſtat, quæ tamen non extẽduntur ad regalia,quæ ſunt in ſignum vniuerſalis dominij,& ſubiectionis, quæ impręſcriptibilia dicuntur.Fran.Marc.q.234.

Cauere debet Aduocatus,qui immemorabilem allegat præſcriptionẽ,ne vitioſum titulũ oſtẽdat,nam tunc talis præſcriptio non iuuaret propter falſam,& vitioſam cauſam.Borg.Caual.deciſ.31.par.2.nu.69. & 70.

Quantam auctoritatem habeat diuturnitas tẽporis,vide per Dec.conſi.409.

Princeps non poteſt reſtituere aduerſus præſcriptionẽ immemorabilem. Rol. conſ.59.vol.4.

Contra Eccleſiã Romanã p̃ſcribitũ ſpacio centũ ann.Bar.conſ.10.vol.2.nu.11. ſed non minori tempore.tot. tit. Auth. vt Eccleſia Romana.

De præſcriptione 30. vel 40. annorũ.

ACtio perſonalis tollitur per præſcriptionem 30. ann. Afflic.deci.13.vide Rot.Genu.deciſ.20.& 203.

Condictio ex lege durat 30. anno. Afflic.d.deciſ.139.nu.6. & iuri dicẽdi nullum decretum,pręſcribitur longiſsimo tempore.idem Afflic.deciſ.178.nu.5.

Pariter iuri petendi executionẽ alicuius decreti, vel iuri implorandi officiũ Iudicis nobile, ſpacio 30.ann.p̃ſcribitũ.Affli.deciſ.245.nu.fin.

Actio omnis perſonalis,& omne ius ſpacio annorum 30.extinguitur.Mohed.deciſ.151.

Annuis pręſtationibus ex ſtipulatu debitis pręſcribitũ ſpacio 30.ann.tàm pro decurſis,quàm pro decurrendis vnica præſcriptione, ſecùs tamẽ in legato annuo.Mag.deci.95.Rot.Flo.

Pręſcribitur iuri exequendi ſententiam ſpacio longiſsimi tẽporis,quum etiam omnis actio, & officium Iudicis eo tempore tollantur. Natt.conſi.222.Tom.1.

Actio perſonalis durat 30. ann. Barto. in l.1.C. de conſtit. pecu. quorum ſpacio omnis actio tollitur, niſi hypothecaria. idem in l. 26. C. de pigno.actio.

Actioni tutelæ non præſcribitur longo tẽpore, quia eſt perſonalis.l.8. C. arbitrium tutelæ.

Præſcriptio quadragenaria inducit veritatẽ, & effectũ renunciationis,tacitum quoq; cõſenſum,& æquiparatur ſatisfactioni.Affl.deci.13.

Adnerſus creditorem habentem conſtitutum, vel precarium in obligatione bonorum, non præſcribitur,niſi ſpacio 30.ann.non obſtante

l.1.C.ſi aduerſus creditorem. Afflic.deci.139. vide Guid. Pap.q.416. nu.15. quo loci habetur talem præſcriptionem non currere contra Eccleſiam,vel minorem.

Communio inter duas Ciuitates ſine Regio aſſenſu,an poſsit præſcribi longiſsimo tempore,vide Afflic.deci.254.

Præſcriptio longiſsima omnẽ tollit actionem, & præſcriptionis patientia alienationis eſt ſpecies.Afflic.deciſ.254.

Paſcuorum vſus per longiſsimũ tempus, an noceat Domino territorij, vide Afflic.deci.290.

Titulus inualidus de iure, qui putabat validus per iuris errorem, non cauſat præſcriptionẽ etiam longiſsimi temporis,& lapſis 30.annis non poteſt allegari mala fides.idẽ deciſ.374. quia poſſeſsio longiſsimi temporis facit præſumi bonam fidem.Capic.deciſ.209.nu.16.

Volens acquirere aliquod ius contra vniuerſitatem, vel vniuerſitas contra particularem, non erit conſuetudo; ſed præſcriptio: & in tali iure præſcribendi requiritur curſus 40. ann.Gram.deciſ.64 nu.35.

Ciues omnes ſi ſoluerint gabellã, excepto vno, qui non ſoluerit per 40. ann. erit in hoc caſu præſcripta immunitas, quo ad illum non ſoluentem.idem deciſ.100 nu.25.

Ius agendi ad ſupplementum legitimæ filij, quanto tempore præſcribatur,& quid in iure dicendi teſtamẽtum nullum, vide Guid.Pap. q.82.Boer.deciſ.250.qui tenet non præſcribi minori tempore 300.ann.

Præſcriptio 30.ann.an habeat locũ in iure ſe immiſcendi, ſicut in iure adeundi, vide Boer. deciſ.58.nu.8.

Ius adeundi hæreditatem ex teſtamento, ſpacio 30. annorum (etiam hærede ignorante) præſcribitur, tamen tunc agi poteſt iudicio poſſeſſorio ab inteſtato.Put.deciſ.54.lib.3.vide Ozaſ.deciſ.56.nu.7.9.& 11.

Facultati dicendi teſtamentum nullum præſcribitur ſpacio 30.annorum. Io. Papon. lib. 12. tit. 3. arreſt. 6.

Bonorum diuiſioni non præſcribitur minori ſpacio 30. annorum; nec etiam iuri agendi ad ſupplementum legitimæ. Boer. conſi. 38. imò diuiſioni nõ præſcribit etiã per tp̃s antiquiſsimũ,vide Crauet.cõſi.264.nu.9.& infra.

Filius à iure immiſcendi excluſus lapſu 30. annorum vt filius, poterit adhuc agere intra alios 30.annos, vt agnatus. Natt. conſi. 488. Ant.Trigo. ſing.65.

Præſcriptio 30.annorum in iure adeundi,currit poſt pupillarem ætatem: Barto. conſi.129. & conſi.158.vol.1.

Iuri adeundo ſolùm præſcribitur ſpacio 30.annorum.Abb.conſi.35.lib.1,

Præſcriptio 30 ann.actionis perſonalis debitoris, currit contra creditorem negligentẽ agere, etiam non obſtante mala fide, & in hac præſcriptione non corrigitur ius Ciuile a iure Canonico, quod habet locum in actione reali; & non perſonali.Guid. Pap.q.199. ſed hęc opinio multos habet contradictores,vide ibi.q.416.nu.9.& Capel.Thol.q.74.

Malæ fidei præſumptio poſt tempus longiſsimum non poteſt allegari. Paul. Aemil.deciſ. 68.par.1. nam præſcriptio longiſsima excludit allegationem malę fidei, quando eſt perfecta.idem deciſ.66.nu.7.par.2.imò quòd mala fides noceat, etiam in præſcriptione longiſsimi temporis, ſcripſerunt Crauet. conſi. 218.nu.4.Rot.Genu.deciſ.3. nu.13. Rebuff.in ſuis comment.tract.de mercato.minut.vend. gl.vlt.nu.3.Ozaſ.deci.56. nu.8.ſed poſſunt cõciliari opiniones, vt prima procedat de iure Ciuili, & ſecũda de iure Canonico,vide Bar. in ſuo tract.de diffe.int.ius Can. & Ciuil. nu. 183. Abb.conſi.32.vol.1.Ozaſ.deci.115.nu.5.

Regula; poſſeſſor malæ fidei, non habet locum in præſcriptione 30.annorum ſecũdum Bart. vide eundem in l.5.ff.de ſeruit. vrba. prædio. qui pariter tenet actioni perſonali præſcribi abſque bona fide,etiam in l. 25.ff.quemadm. ſeruit.amit.

In præſcriptione 30. annorum licèt competat exceptio malæ fidei poſſeſſori, non tamen ei datur actio, ſi à poſſeſsione ceciderit. c.placuit.§.quod ſi malæ fidei.16.q.3.

Mala fides nocet, etiam in præſcriptione longiſsimi temporis. Craue. conſi.218.nu.4. Rebuff.in ſuis comment.tract.de mercat.minut. venden.gl.vlt.nu.3.

Mala fides alicuius probatur per ſola indicia. Hippol.ſing.34.

Idem determinandum videtur in malæ fidei poſſeſſore, quod in fure, vide Barto. in l.12. C. de furtis.

Præſcribere mala fide ille præſumitur, qui habet titulum ſimulatum. Bar.in l.7.C.de agrico.& cenſit.lib.11.

Mala fides ſuperueniēs hodie interrumpit pręſcriptionem. Barto. in l. 8. §. Prætor ait.ff.de publiciana.

Malæ fidei dicitur poſſeſſor, qui habet ſcientiā rei alienæ.Abb.conſi.76.lib.1.

Quando aliquid eſt notiſsimum, & quaſi notorium,ex eo arguitur mala fides,quę etiā probatur ex fama.Abb.conſi.15.lib.2. & quando præſumatur mala fides, vide eundem in cōſi. 19.& 94.lib.2.

De intellectu Authen. malæ fidei.C.de præſcriptio.long.temp. vide per Bart. in l.14.§.cùm quis.ff.de acquir.poſſeſsio.

Poſſeſsio precaria quando ſit vitioſa, vitio reali, & qn̄ pſonali,& vitia in re pupilli,vel fiſci, aut dotali,an dicantur realia, vide Bart.ibi.

Teſtium dicta etiam non in figura iudicij examinatorū,inducunt bonā fidem, quæ cauſari poteſt ex rationibus temerarijs. Afflic.deciſ. 40.num. 11. & quando præſumatur bona fides,vide ibidem.

Bona fides debet concurrere, & allegari cum titulo,neque præſumitur niſi allegetur, & ſi cōſtet de titulo, poteſt tamen poſt concluſionem in cauſa, & tempore diſputationis allegari. Afflic.ibid.nu.14.

Fides bona,& mala ex inualida oſtendiꝰ probatione.Afflic.deciſ.369.

Quando eſt error facti, tunc erroneus titulus dat iuſtam cauſam præſcribendi,ſed quando eſt error iuris, titulus non præbet iuſtam cauſam præſcribendi.idem deciſ.374.

Pręſcribit debitor ignorans obligationem perſonalem.Ant.Capic.deciſ.4.nu.10.vide tñ ibi.

Mala fides vniuerſitatis, vel collegij purgatur mortuis hominibus, qui ab initio ſciuerunt. Capic.deciſ.4.nu.15.

Procuratoris ſcientia non conſtituit dominum præſcribenté in mala fide, & mala fides præſumpta quomodo intelligatur, quæ tamen purgari poteſt ſpacio 30.ann.vide Capic.deciſio. 86. num. 8.

Bona fides præſumitur in poſsidente, niſi contrarium euidenter probetur, etiam ſi poſſeſſor cauſam lucratiuam habeat, & de ſola longi temporis præſcriptione agatur,vel verum titulum non habeat; ſed putatiuum tantùm. Gaſp.Cabal. milleloq. 476. qualiter ex temporis diuturnitate præſumatur,vide Menoc. de arbitra.lib.2.caſ.225.

Error iuris dubij æquiparaꝰ errori facti, & cauſat bonam fidem quo ad præſcribendum. Crauet. conſi. 279. nam error iuſtus habetur pro titulo quo ad præſcriptionem. Bart.in l. 17.ff.ex quibus cauſis maiores.

Proclamatibus, & cridis arguitur bona fides, & etiā ex poſſeſsione in dubio bona fides præſumitur.Dec.conſi.410.

Non vř hæres in mala fide, qui præſcribit legatum,ante acceptationē legati. Dec.cōſi.554.

Præſcriptio in ſeruitutibus negatiuis nō datur, niſi à die prohibitionis. Capic. d.209.nu.25. nam præſcriptio in his,quæ ſunt meræ facultatis non currit,niſi à die prohibitionis.Vincent.de Fran.deciſ.166. nu.8.ſed quæ ſint requiſita in præſcriptione iurium negatiuorū, vide Cabal.milleloq.604.

Præſcriptio ex ſola patientia illius,qui non poteſt diſponere ſine certa ſolemnitate non datur,Capic.deciſ.209.nu.29.

Con-

Non aditahæreditate ſingulæ res hęreditariæ nullo poſſunt præſcribi tempore, etiam cum titulo, & bona fide: quia contra hæreditatē iacentem non datur pſcriptio. Natt. cōſ. 488.

Filius in poteſtate mortuo patre non pōt vſucapere: fallit i caſu tradito p Ant. Trig. ſin. 65

Curſus tanti temporis, cuius initij memoria nō extat, operatur idem, quod priuilegium: fallit vbi pſcribens eſſet incapax. Hipp. ſing. 80.

Præſcriptio non currit contra ignorantem ad ſui incōmodum. Bar. in l. 7. C. qui milit. poſſu. vel non libr. 11. & in l. 7. C. de priuileg. ſchol. lib. 11. quod procedit etiā in præſcriptione ſtatutaria. Mago. deciſ. 79. Rot. Flor.

Scientia in facto alieno nō præſumitur, ſed potius ignorantia. Abb. conſi. 32. lib. 1.

Ignorans reſtituitur aduerſus præſcriptionem, nec ei currit quadriennium, niſi à tempore ſcientiæ. Abb. ibid. quando præſcriptio currat contra ignorantem, vide Hartm. Hartm. c. 15. tit. de præſcriptio. lib. 1.

Limitis poſſeſsio pręſcribi non poteſt. c. inter memoratas. 16. q. 3.

Spatia, quæ diffinita fuere, tempore præſcribi non poſſunt. c. dilectio. 16. q. 3.

Quæ in beneficijs poſsidentur pſcribi non poſſunt. c. Clerici. 16. q. 3.

Iuri adeundi, & petitioni hæreditatis, quando non pręſcribatur, vide per Bart. in conſi. 13. num. fin. vol. 1.

Pręſcriptio nunquā poteſt perfici in bonis exiſtentibus, apud flumina. Bar. in ſuo tracta. de differ. int. ius Cano. & Ciuil.

Præſcriptio eſt ſtricti iuris, & tantum pręſcribitur, quantum poſsidetur. Abb. conſi. 101.

Lex vbicunq; tollit præſcriptionem in genere, & verificari non poteſt, niſi in præſcriptione longiſsimi temporis, tunc vt verba aliquid operentur, excludit præſcriptionem 30. vel 40. annorum. Abb. conſi. 14 nu. 3. lib. 2.

Vſufructuarius, vel eius hæres non præſcribit proprietatem. l. 8. C. de rei vendic.

Non habens titulum non poteſt pręſcribere cōtra iudicium famil. ercil. l. 22. C. famil. erciſc.

Seruitus, quæ non habet cauſam continuam, non poteſt acquiri tempore. l. 27. ff. de ſeruit. vrba. prædio.

An contra Rempub. currat pręſcriptio, vide l. 5. & 8 C. de oper. publi.

Quæ prohibentur alienari, & præſcribi prohibentur. l. 16 ff de fundo dotali.

Qui eſt liberatus acceptilatione cauſa mortis, non poteſt vti pręſcriptione, qua vteretur, ſi liberatus nō eſſet. l. 24 ff. de mort. cau. donat.

Pręſcriptio temporis non officit, quin contractus ad æqualitatem reducatur, vide Excel. P. Teſſau. deciſ. 125.

De præſcriptionum, & vſucapionis interruptione.

Interruptio iurium realium, an inducatur ex inueſtituris ſubſequutis, vide Ozaſ. deciſ. 102.

Pręſcriptio primę obligationis per ſecūdam recognitionem, & promiſsionē interrūpit. ibi.

Pręſcriptioni non cenſetur renunciatū per vnicum actum cōtrarium, nec pіudicatum, niſi quo ad illum actum. Iac. Pur. deciſ. 188. lib. 2.

An per ſolam citationem interrūpatur, vel perpetuetur pſcriptio, vide Marc. q. 327. in qua quęſtione diſtingue, aut loquimur de pręſcriptione 30. vel 40. ann. & tunc per ſolam citationem fit interruptio pręſcriptionis, aut de pręſcriptione longi temporis, & tunc requiritur litis conteſtatio. l. 26. C. de rei vendic. aut de vſucapione triennali, tunc requiritur ſententia. Guid. Pap. q. 416. vide Bart. in l. 2. §. ſi rem. ff. pro emptore. & in l. in omnibus. ff. de actio. & obliga. Hartm. Hartm. c. 9. lib. 2. tit. de pręſcrip. lib. 2.

Lis calumnioſa non interrumpit poſſeſsionem pacificam; ſed quando dicatur calumnioſa, vide Vera. deciſ. 163 par. 2.

Citatio facta contra reum, vt compareat corā arbitro, interrumpit pręſcriptionem, ſicut citatio iudicialis, quod non procedit, quando reus fuit citatus corā arbitratore. Iaſſ. Lanf. deciſ. 39. & litis conteſtatio facta coram arbitro interrumpit pręſcriptionem. Bart. in l. cùm antea. ff. de recept. arbit.

Per ſolam citationem minus legitime, aut nulliter factam, non interrumpitur pręſcriptio 30. vel 40. annorum. idem deciſ. 192. ſecùs in legitimè facta. Gaſp. Cabal. milleloq. 841. vide And. Gail. obſer. 74. lib. 1.

In criminalibus per libelli ſolam oblationem, aut inquiſitionem à Iudice formatam, etiam ſine citatione rei, interrumpitur pręſcriptio. Iaſſ. Lanf. Balb. deciſ. 252. & pſcriptio in criminalibus qualiter interrumpatur, vide Iaſ. de actio. §. pœnales quoque, nu. 128.

Per ſolam executionis petitionē, interrumpitur pręſcriptio temporis ad executionem dati. Gom. Leo. deciſ. 82. in deciſio. diuerſo.

Interruptio pręſcriptionis nō fit per proclama generale, ſed requiritur ſpecialis citatio. Io. Papon. lib. 12. tit. 3. arreſt. 25.

Interruptio pręſcriptionis fit per ſpecialem citationem factam coram Iudice incompetenti. idem. Papon. arreſt. 26. ibid. glo. in l. fin. C. de annali pręſcript.

Pręſcriptio non interrumpitur per litem cōtra tertium agitatam, ibid. arreſt. 31.

An poſſeſsio pacifica interrumpatur per citationem validè decretam, & nulliter executam, & quid, ſi nulliter fuerat decreta, & bene executa, vide Creſcent. deciſio. 2. alias 73. tit. de cauſ. poſſe. & propriet.

Materiam interruptionum præſcriptionum, & quæ requirantur, vt præſcriptio dicatur interrupta, & per interruptionem perpernetur actio, vide apud Iaſ. de actio. in §. pœnales quoque. num. 110.

De iure Canonino per quemcũque actum, qui cauſat malam fidem, præſcriptio interrumpitur. Rebuff. in ſuis comment. Tom. 2. tract. de mercat. minut. vend. gl. 22. Put. deciſ. 385. lib. 3. & per vnicum actum. Fely. conſ. 2. nu. 6.

Ex litis conteſtatione, & iudicio agitato ſuper re, quæ prę́ſcribebatur, dicitur interrũpi pręſcriptio. Menoch. conſi. 207. nu. 53. lib. 4. ſed quid, ſi iudicium intẽtatum ſolùm erat poſſeſſorium, vide ibid. Afflic. deciſ. 374.

Citatio, ſeu libellus ſuper vna ſumma, vel obligatione ea non expreſſa, ſufficit ad interrumpẽdum omnẽ pręſcriptionem, quæ ſub illius petitionis generalitate poteſt comprehẽdi. Bar. ſing. 201. dummodo citatio ſit valida, vide Hippol. ſing. 291. & ſit facta relatio p nuntium in ſcriptis. idem ſing. 346.

Præſcriptio decem annorũ interrumpitur per litis conteſtationem, vſucapio per ſententiã, ſed de iure Canonico omnis præſcriptio, vel vſucapio interrumpitur per ſolam citationẽ. Fran. Crem. ſing. 102. vſucapio an interrumpatur per litis cõteſtationẽ, vide gl. in l. pen. C. de annali pręſcrip. facit l. 2. §. fi. ff. p empt.

Ipſa pręſcriptio non interrumpitur per libellũ non legitimè compoſitum, & litis conteſtatio non legitimè facta, non prodeſt. Ant. Corſet. in ſuis ſingularibus litera P. ſing. præſcriptio. 3. vide Barto. in Authen. offeratur. C. de lit. conteſta. num. 12.

Simplex denunciatio non interrumpit præſcriptionem. Aluiſ. de Alber. ſing. 74.

Citatio licèt interrumpat pręſcriptionẽ, non tñ inducit litis conteſtationẽ: idem in libello Principi dato. Bar. in l. vnic. C. de lit. conteſt.

Pręſcriptio ſeruitutũ qualiter interrumpatur, & qñ litis conteſtatione, & qñ per ſolã citationẽ, vide Bar. in l. 2. C. de ſeruit. & aqua n. 11.

Petitio generalis ſufficit ad interrũpendã pręſcriptione in omnib. q̃ ſub illa generalitate comprehenduntur. l. 3. C. de annali præſcrip.

Præſcriptione interrupta litis conteſtatione, iure Ciuili poſsidens poteſt etiam præſcribere, iure Canonico ſecùs. Bart. in ſuo tracta. de differen. int. ius Cano. & Ciuil. num. 184. vide Abb. conſi. 19. lib. 5.

Quando quis vult interrumpere præſcriptionem, vel vſucapionem contra aliquem, qui eſt poſitus in maiori adminiſtratione, tunc poteſt adhibere alium adminiſtratorem, per quem ei notificetur querela ſibi delata. l. 8. C. de Epiſcop. audien.

Per litem motam contra poſsidentem nomine alieno, interrumpitur præſcriptio. l. 2. C. vbi in rem actio.

Non ſolùm per executoris miſsionem, vel per litis conteſtationem interrumpitur præſcriptio, ſed etiã per rei ablatæ apprehenſionẽ, vel ipſius debiti nouam cautionem. l. 7. §. immo. C. de pręſcript. 30. vel 40. ann.

Præſcriptio interrumpitur interdum in perſonali, & hypothecaria ſimul. glo. ibid.

Per litis cõteſtationẽ interrumpitur p̃ſcriptio, & per 40. ann. à tẽpore ceſſationis à lite incoandos perpetuatĩ actio, quæ ita ppetuata in hęredes tranſmittitur. l. fi. C. de præſcript. 30. vel 40. ann. & in l. 1. C. de ann. exceptio.

Si poſſeſſor pręſcribens cõueniri non poſsit pp abſentiam, impotentiam, & huiuſmodi, poteſt fieri interruptio præſcriptionis, per denunciationem factam Pręſidi, vel Epiſcopo, & vltimo ad domicilium poſſeſſoris, forma tradita in l. pen. C. de annali exceptio.

Litis conteſtatione non interrumpitur pręſcriptio tituli, ne de ſtatu defunctorũ poſt quinquenniũ q̃ratur. l. 2. ff. ne de ſtat defunctorũ.

Conteſtatio facta quo ad vnũ, non interumpit pręſcriptionẽ quo ad alium. l. 2. ff. pro dona.

An per interruptionẽ pręſcriptionis actio perpetuetur, vide Guid. Pap. q. 416. nu. 6.

Per ſententiam arbitri interrumpitur præſcriptio. ibid. nu. 7.

Quomodo interrumpatur præſcriptio ſtatutaria, vide nu. 11. d. q. 416.

Interruptio, quæ fit contra principalẽ, non porrigitur ad fideiuſſorem. ibid. d. q. 416. nu. 12.

Interruptio pręſcriptionis cõtra fideiuſſorem, non nocet contra principalem, & èconträ. Put. deciſ. 512. libr. 2. ſecùs in duob. reis. ibid. facit l. fin. C. de duobus reis.

Præſcriptio interrumpitur agnitione debiti, & debitum dicitur agnoſcere quis multis modis, vide Boer. deciſ. 333. num. 9.

Epiſtola miſſa qñ interrumpat pręſcriptionem, & qñ interpellatio extraiudicialis, vide ibid.

Quando agnitio debiti poſt completam p̃ſcriptionem, illam tollat, vide nu. 9. d. deciſ. 333.

Pręſcriptio iuris aquæ ducendę interrumpitur, per obturationẽ foraminum, ex quibus aqua ducebatur. Crau. conſi. 134. nu. 19.

Quando pręſcriptio fuit interrupta per innundationem, ceſſante innundatione, bonę fidei poſſeſſor præſcribens, non reſtituitur in integrum. Bar. in l. 1. C. de annali exceptip.

Innun-

Innundatio interrumpit præſcriptionem.Bart. in l.24.ff.quibus mod.vſusfr. amit.

Eiectus de poſſeſsione,ſi eam recuperat incontinenti,non deſinit præſcribere.Bar.in l.7.C. ad leg.Iul.de vi publ.

Præſcriptio interrumpitur naturaliter, & ciuiliter pluribus modis,de quibus vide per glo. in c.8.ex.de præſcriptio.

Præſcriptio poteſt pacto interrumpi.Barto.in l. 58.nu.21. de legat.1.

Certificatoria proteſtatio interrumpit curſum præſcriptionis ex eo,quòd vſucapiens ſciuerit rem furtiuam. Bar.in l.non ſolùm.§.morte.nu.68.ff.de oper. nou.nunciat.

Præſcriptio fauorabilis,& mixta qualiter interrumpatur, & interruptionum alia eſt ciuilis, alia naturalis, & quæ dicatur ciuilis, & quæ naturalis,vide Bar.in l.5.nu.4.ff. de vſucapio.

Defectus ſuperueniẽs in titulo,an interrumpat vſucapionem,vide Bar.ibid.nu.6.

Defectus bonæ fidei ſuperueniens interrumpit præſcriptionem,vel vſucapionem de iure Canonico. Barto.in l.5. num,8 ff.de vſucapio. cui iuri Canonico ſtandum eſt. ibid. & de materia interruptionis præſcriptionum,vide per Barto. in d.l.5.

Quòd mala fides ſuperueniẽs interrumpat præſcriptionem ſecundum ius Canonicum,ſcribit Bar.in l.13.ff.pro emptore.

Interruptio poſſeſsionis licèt interrumpat vſucapionem; non tamen interrumpit effectum præcedentis tituli.Bart.in l.15.§.ſi quis.ff.de vſucapio.vide eundem in l.29.eod.

Interruptio præſcriptionis facta contra vnum, an noceat alteri, vide Bar. in l.cùm quis.§.ſi quis pro eo.ff.de ſolutio.

Impedimẽtum legitimum veniens poſt incoatam præſcriptionem, non impedit tempus currere, ſecùs ſi fuerit à principio. Abb.conſ. 5.libr.2. num. fin.

Seruitus, quæ habet cauſam continuam acquiritur longo tempore, niſi fuerit interrupta.l. 2.C.de ſeruit. & aqua.

Qui impedit præſcriptionis interruptionem contra alium, actione de dolo tenetur. l. 40. ff. de dolo malo.

De materia interruptionis præſcriptionum,vide in tit. C.de præſcriptio. long.tempo.& gl. in l.3. eodem.

Quæ prohibentur alienari, & præſcribi prohibentur, & cauſa prohibitionis interueniens præſcriptionem iam cœptam non interrumpit de iure Ciuili.l.16.ff.de fundo dota.

Si præſcribens cadat à poſſeſsione, præſcriptio naturaliter interrumpitur,& iſta interruptio prodeſt omnibus contra quos præſcribitur. l. 5.ff. de vſucapio.

Vſucapionem rerum, quas quis per ſe, vel per alium extra cauſam peculiarem ſuo nomine poſsidet,ſuperueniens captiuitas interrumpit, nec per fictionem poſtliminij, vel legis Corneliæ reſtauratur.l.15.ff.eod.nam per captiuitatem interrumpitur vſucapio, & ratio eſt, quia factum pro infecto haberi non poteſt.l.12.§.factæ.ff. de captiuis.

Quando vſucapio naturaliter interrupta reincipitur per adeptionem nouæ poſſeſsionis, debet adeſſe bona fides tempore, quo reincipitur: aliàs non prodeſt bona fides præterita.§.ſi quis.l.15.ff.de vſucapio.

Si commodatarius,vel depoſitarius, pèr quem poſsidebam rem cõmodatam alteri tradat, interrumpitur vſucapio. l.33. §. qui pignori. ff. de vſucapio.

Rei propriæ non conſiſtit pignus, & ſi tali creditori domino tradatur res, vſucapio interrumpitur.§. ſi rem.d.l.33.

Præſcriptionis interruptio, quæ proponitur in l.fi.C.de duobus reis, an procedat facta petitione partis debiti cõtra vnum ex reis debendi,vide Excel. P.Teſſau.deciſ.203.

Præſcriptionis interruptio, & actionis ꝑpetuatio, quando fiat, vide Hartm.Hartm.cap.10. tit.de præſcriptio.lib.2.

Præſcriptio interrumpitur quandoque per interpellationem extraiudicialem, ibid.c.11.

De vſufructu in genere.

SI propter delictum patris, vel filij confiſcentur bona, quid iuris de vſufructu, quem habet pater in bonis filij, vide Boer. deciſ.7.& 123.num.33.& ſupra tit.de bonis quæ, liberis.

Vſufructuarius tenet̃ ſatiſdare de vtendo fruendo arbitrio boni viri, nec ſufficit iuratoria cautio. Ozaſc. deciſ.153.vide Gaſp. Cabal. milleloq.516. And.Gail.obſer.47.lib.2.

Fallit in donatore donante reſeruato ſibi vſufructu, & quando non poſſet ſatiſdare per fideiuſſores; quia his duobus caſibus admittitur iuratoria cautio. Ozaſ.d.deciſ.153.

Cautio an ſit de ſubſtantia vſusfructus, vide Marc.q.872. & de ipſa cautionem.q.876.

Vſufructuarius non tenetur facere inuentariũ, & præſtare cautionem, quando non eſt cui præſtetur,& quando poſt mortẽ vſufructuarij hæres eſt inſtitutus. Ioſ.Lud.deciſ.Luc.31. nu.7.& 8.vide Rol.conſ.92.vol.1.

Vſufructuarius facit fructus ſuos etiam non præſtita cautione, quãdo ingreſſus fuit poſſeſsionem ſine vitio ſciente, & non contradicente hærede vniuerſali. Ioſeph. Ludo, deciſ.

deciſ.31.nume.9.& 11.vide And. Gail.obſer. 46.lib.2.Bar.in l.24.ff.de vſufruct. legat. & in l.25.ff.de vſucapio.vbi diſtinguit, vide etiam gloſſ.in l.6 §. his illud. C. de ſecund.nuptijs, quia cautio ipſa debet peti, & exceptio iſta competit hæredi ibid.Lud.nu.10.& 12.

Vſufructuarius regulariter tenetur cauere, & quō cautio iſta præſtetur in rebus mobilibus, & alijs rebus, quæ ſeruando ſeruari non poſſunt, vide Ioſ. Ludo.deciſ. Peruſ.61.par.2. Marc.q. 816. Rol.conſi.72. vol.1. & qualiter res mobiles reſtitui debent, vel pretium, vide ibid.d.deciſ. 61.

Vſufructuarius non lucratur fructus ſine cautione: fallit, ſi proprietarius negligat petere ipſam cautionem. Myſing. obſer.6.cent.1.& tunc ante præſtationem cautionis facit fructus ſuos. Dec.conſi 607.& conſi.668.

Donās, qui ſibi reſeruauit vſumfructum bonorum donatorum, non tenetur præſtare cautionem de vtendo fruendo arbitrio boni viri,& de reſtituendo rē finito vſufructu, quam aliās vſufructuarius p̄ſtare tenebatur: idem in Feudatario habente fruitionem quādam vtilem in feudo. Myſing. obſer.36.cent.5.vide Dec.conſi.265.Rol. conſi.37.vol.2.

Cautiones duæ proponuntur in hac materia, vna habet locū in rebus, in quib. ꝓprie vſuſfructus conſtituitur,& iſta nō eſt de ſubſtantia vſusfructus,& duo continet:Primò debet cauere vſufructuarius ſe vſurum viri boni arbitrio: Secundò ſe rē reſtituturū finito vſufructu. Altera verò cautio ad eas res ſolùm pertinet, quæ vſu conſumuntur, in quib.non propriè, ſed impropriè vſusfructus cōſtituitur, & hęc eſt de ſubſtantia vſusfr. de quibus vide And. Gail.obſer.46.lib.2.

Cautio vſufructuaria à teſtatore remitti nō poteſt: qđ amplia, & limita pro vt tradit And. Gail.obſer.145.lib.2.vide Dec.conſ.565.Rol. conſi.92.vol.1. Bar.in l.nemo pōt. de lega.1.

Vſufructuarius tenetur præſtare cautionem fideiuſſoriam, & qn̄ non poteſt cauere ꝓpter paupertatē.proprietarius tenetur illi reſpondere, & ſoluere annuam penſionem pro fructib.& retinere bona.Myſing.obſer.48. cent. 7.vide Ioan. Papon.lib.14.titu.2. arreſt.11.& Bar.in §.quæ verò. Authen.de nupt.

Cautionē, q̄ vſufructuarius p̄ſtat, Iudicis arbitrio p̄ſtari, ſcribit Menoch.de arb.li.2.caſ.140

Vſufructuarius non priuatur vſufructu propter cautionem non præſtitam,& ſi agat pro vſufructu non præſtita cautione non abſoluitur reus; ſed debet condemnari ad ſoluendum ſub conditione, ſi vſufructuarius p̄ſtiterit cautionē. Dec.cōſi.418.vol.2. vide Caſſa.in conſuetu.Burg.tit. *des droicts* Rub.4.§.6.glo.12,& hæc cautio exigit fideiuſſores. ibid.nu.4.

Vti frui quis pōt, hæreditate adita,& ſatiſdatione præſtita. Bar. in l.25.ff.de vſucapio.

Cautio, vſufructu finito rem reſtitui, debet interponi ei, ad quem pertinet proprietas, nō hæredi tantummodo.l.fin. ff. ad leg. Falcid. de hac cautione vide l. 8.§. tutor. ff. qui ſatiſdare cogantur.

Vſufructuarius debet ſubire expēſas temporales; ſed expenſas concernentes perpetuam rei vtilitatē debet ſubire proprietarius. Affl. deciſ.252. Ioſ. Ludo deciſ Luc.5 num.3.vide Caſſa.in conſuetu.Burg tit *des droicts* §.6.glo. 14.Aluiſ.de Alber.ſingul. 11. Bart.in l.2.C.de neg.geſt.& i l.dāni.§. ei,cuius.ff.de dam.infe.

Hæres vſufructuarij qui fecit impenſas in re, poteſt eas repetere finito vſufructu. Guid.Pap. q.438. ſed refectio ædium ad vſufructuarium pertinet.l 20 ff.de damno infecto.

Reficiēdi ędificium cura,& ſolicitudo pertinet ad vſufructuarium; ſed impenſa ad dominū, ſi eſt magna,& poteſt petere pecuniam à domino pro expēdendo, neque tenetur primò impendere.poſtea repetere. Bar.in l.11.§.qui maximos. ff.de publica.& vectiga.

Si fructuarius aliquid p̄ſtiterit ꝓ vitio rei, proprietarius tenetur ei conferre; aliàs res remanebit apud fructuarium iure dominij.l.10.ff. de damno infecto.

Si proprietarius cauerit, vel ſoluerit aliqđ, niſi fructuarius cōferat ſibi pro rata vſusfructus, pot illū prohibere frui,& èconttà, ſi fructuarius cauerit, & ſoluerit, niſi ſibi conferatur à proprietario pro rata proprietatis, pōt mitti in poſſeſſionē proprietatis ex primo,& ſecundo decreto.l.22. ff.eod. de dam.infect.

Qui capit alimenta à manibus alterius non dicitur vſufructuarius: quia ipſe manibus proprijs, & non alienis vſumfructum recipit. Afflict.deciſio.252.

Vſufructuarius ad collectas, & tributa rei, in qua habet vſumfructum tenetur. Afflic.ibid. nu.4. Capie.deciſ.184.nu.fin.

Percipiēs fructus regulariter ſubire debet onera, & ſoluere collectas, quod non procedit quādo tanta eſſet ſolutio collectarum, quòd æquiualeat perceptioni fructuum, tunc enim tenetur proprietarius ad collectas. Cabal. milleloq.524 Ludo.Roma.ſingul.157. Aluiſ. de Alber. ſing.11.

Vſusfructus de ſui natura non tranſit ad hæredes. Afflic.deciſ.279. Boer.deciſ. 172.nu.29. tā non finitur vſufructuario ingrediente monaſterium. Guid. Pap.q.595. & 477. & ſing. 425.fallit in vſufructu, quem habet pater ratione patriæ poteſtatis.Hippol.ſing.668. vide glo.in c.ſi qua mulier.19.q.3.

Quis poteſt emere iuſto pretio fructus ad vitã, vel in aliud tempus ſine ſpe pretij rehabẽdi. Roer.deciſ.44.nu.37.

Vſusfructus poteſt vendi ad tempus, & ſucceſſor in re, in qua debetur vſusfructus, tenetur pati vſufructuarium vti ea re. DD. de Rot.deciſ.2.de empt.& vendit.in antiq.

Vſufructu finito morte vſufructuarij, ſtatim poſſeſsio ciuilis proprietarij trahit ad ſe naturalẽ, quæ propterea redit ad ipſum proprietarium. Hiero.Mago.deciſ.Luc.4.nu.20.& 21.

Quando vſusfructus pertinet ad duos, vno ipſorum defuncto, pro eius parte extinguitur vſusfructus Papon.lib.14.tit.2,arreſt.3.

Per combuſtionem rei, in qua eſt conſtitutus vſusfructus, extinguit talis vſusfructus. Pap. ibi.arreſt.4.nam tunc,nec areæ,neque cementorum vſusfructus debetur,vide ibid.

Legatum vſusfructus factum vxori, ſi vidua permanſerit, & poſt eius mortem Titio, tranſeũte vidua ad ſecundas nuptias, ſtatim debetur Titio. Raud.tract.de anal.cap.20.nu.6.limita vt ibi.nu.10.ſi mulier eſſet iuuenis.

Vſusfructus nõ perceptus in vita vſufructuarij, non tranſit ad hæredes; ſed ad proprietariũ ſpectat. Caſſa.in conſuetu.Burg.tit. *des droicts* rub.4 § 6.glo.9.nu.4. tamen fructus percepti vſufructuario viuente, tranſeunt ad hæredes. Bart. in l.14.ff ſolut. matrimo. aliàs fructuarius non facit fructus ſuos, & nõ recollectos non tranſmittit ad hæredes. §. is verò, inſtitu. de rer. diuiſio.

Vſufructuarius poſsidet naturaliter, & proprietarius ciuiliter: ideò mortuo vſufructuario, ipſi proprietario competit interdictum vti poſsidetis. Natt.conſi.419.

Conſtitutio vſusfructus in re feudali durante vita Vaſalli valet: idem in re emphyteotica. Rol.conſi 59. vol.2.

Illa naturalis poſſeſsio, quæ extabat apud vſufructuarium, ipſo mortuo extinguitur: ideò non poteſt cõtinuari in hæredem vſufructuarij, etiam ita diſponente ſtatuto, quòd poſſeſſio defuncti continuetur in hæredem. Meno. conſi.139.lib.2.

Vſusfructus quęritur per filiũ, nec morte ſolius patris, nec morte ſolius filij finitur; ſed de vno in alium reuertitur. Bald.ſing.65.

Locatio vſusfructus nõ trãſit ad hęredes. Fran. Cremen.ſing.171.

Per mortem filij non extinguitur vſusfructus patri competens. Barto.in l.7.C. ad Senatuſconſult. Tertul.

Vſufructuarius non poteſt cedere, vel vendere vſumfructũ; ſed vtilitatẽ fruendi ſic. Bar.in l.1. C.de petitio.ſublatis, in l. 9. §. vſusfructus. ff. de pigno.& in l.55.ff.ad leg.Falcid.

Vſufructuarius donans ſine conſenſu dominĩ rem (in qua habet vſumfructũ) vxori propter nuptias, non transfert in eã plus iuris, quàm ipſe habet. c. 6. ex.de donatio.int.vir.& vxo.

Vſusfructus extinguitur ſi res, in qua quis illum habet, trãſeat in aliam materiam. Bar.in l.18. §.ſi quis ff.de pigno.actio.

Vſusfructus ſemel extinctus, quando intelligatur ex repetitione iterũ incipere, vide Bar. in l. 8. §. ſuperuacuum. ff. quib. mod. pign. vel hypoth. ſolua.

Venditio non præſumitur ſimulata, & ſi venditor in poſſeſsione remanſerit, quando venditor ſibi reſeruauit vſumfructum. Bar.ibid.

Accreſcendi ius non habet locum inter hæredes, & legatarios poſt emolumentum quæſitũ: fallit in vſufructu. Bar.in l.6.ff.de bon.poſſ. vide DD.in l.vnica C.qñ nõ petentiũ partes.

Vſusfructus ſi quis ſtipulatus eſt ſibi, & hæredi ſuo Titio, Titio acquiritur pro parte hæreditaria; alijs cohæredibus non. Bart.in l.137.§. præterea.ff.de verbo. obligat. ſed aliquando inſolidum acquiritur.ibi.Bart.

Quando plures ſtipulantur vſumfructum, non poteſt deberi tanquam duobus reis credendi. Bar.in l.15.ff.de duob.reis, ſed ſi duo ſtipulent à Titio vſumfructũ fundi ipſius Titij, an inſolidũ ſtipulatio valeat, vt vnicuiq; acquiratur, & ſint duo rei, vide Bart. ibid.

Vſusfructus ſi non durauit, niſi pro dimidia anni, vſufructuarius, vel eius hæres tenetur reſtituere ꝓprietario, cõdictione ſine cauſa. Bar. in l.18.§.cum ſeruus.ff.de ſtipul.ſeruo.

Vſufructuarius, qui nõ tranſmittit ius ſuum in hæredem, poteſt nihilominus vſumfructum alteri vendere. Abb.conſi.91.lib.2.

Prohibita alienatione rei, & vſusfructus cenſetur prohibitus. Abb.ibi.

Si vir à muliere receperit nudã proprietatem, cum pacto de lucrando à ſocero vſumfructũ, ſoluto matrimonio morte mulieris, nihil reſtituit. l.18.C.de iure dot.

Si quis leget rem, in qua ſolùm habet vſumfructum, illud ius tantùm, quod habet legatum videtur, licèt morte finitum ſit. l.20.C.de legat.

Si vſufructuarius vendat vſumfructum venditio extinguitur morte vendentis, non emptoris; ſed ſi proprietarius tunc ècontrà. l. 8. §. fin.ff. de peric. & commo.rei vendit.

Fructuarius, & bonæ fidei poſſeſſor differunt, & qualiter fructuarius deſinat facere fructus ſuos, vide l.25.& ibi.glo.ff.de vſuris.

Vſusfructus cùm ſit ſeruitus perſonalis, non acquiritur ſine perſona, cui accedat. l.6.§.fin.ff. de acquir.rer.domin.

Hæres non poteſt retinere vſumfructum in re legata, antea ſibi debitum. l. 36.de leg.2.nam hæres

hæres non poteſt retinere vſumfructum proprium rei legatæ, quia fructus portionis inſtar obtinent, ſecùs in cęteris ſeruitutibus. l. 78.§.domini.de leg.2.

Pars vſusfructus deficiens accreſcit perſonæ, & non portioni: ideò etiam ſi quis ſuccubuerit in parte ſua, poterit experiri pro parte, quæ ſibi accreſcit.l.14.§.fi.ff.de exceptio. rei iudi.

Vſusfructus ſine perſona eſſe non poteſt: ideò ſerui hæreditarij inutiliter ſtipulantur vſumfructum, legari autem eis vſusfructus poteſt. l.26.ff.de ſtipul. ſeruo.

Vſusfructus ius vtēdi eſt quoddam ſimplex indiuiſibile, licèt percipiēdi vtilitas illius diuidi poſsit.glo.pen.in l.32.ff.eod.

Vſufructuarius, vel proprietarius debeat exigere à Vaſallis adiutoriū, vide Capic.deciſ.184.

Adoha an ſoluatur per vſufructuarium, vel per proprietarium Regi.vide Capic.ibi.nu.3.

Vſufructuario debetur laudimium omniū bonorum,& rerum cenſualium. Capi.deci.184. Menoch.conſi.66.lib.1.tamen proprietarius, & non vſufructuarius debet laudare, vel inueſtire, licèt laudimiū debeatur vſufructuario. Guid. queſt. 477. ius verò reuocandi inueſtituras ſpectat ad vſufructuarium. Menoch. d. conſi.66.vol.1.

Commiſſum pertinet ad proprietarium, ſi durante vſufructu res cadat in cōmiſſum.Guid. Pap.q.477.ſed an veniant theſauri, lapidicinæ,& argenti fodinæ, vide Boe.deci.51.quod theſaurus ad dominum fundi ſpectet, & nō ad vſufructuarium,ſcribit Cabal. milleloq. 9.

Vſusfructus rei perſonæ naſcituræ donatæ, ad quem interim ſpectet, mortuo donatore, vide Boer.deciſ.172.num.16.17.28.30. & ſeqq.

Vſufructuarius non poteſt vti arboribus vi ventorum eiectis, niſi pro reficiendis, & reſarciēdis ędibus,& in ſubſidium pro vſu lignorum: [illegible]lit in ſylua cędua. Ioſ. Ludo. deciſ.5.Peruſ. quas arbores incidere poſsit, vide Marc. q. 869.& quando quis habet vſumfructū in nemoribus, quomodo illis vti debeat, & de materia, vide per Papon.lib.14.tit.3. Bart. in l.3. §.neque.ff.de aqu.plu.arcen.

Appellatione vſusfructus omnium bonorum mobilium, & immobilium, veniunt prædia, vineæ,domus, & nonnullæ res aliæ immobiles, in quibus ius vtendi, & fruendi conſiſtit. Marc.quæſt.813.

Res mobiles quædam ſunt, quæ vſu conſumuntur, quædam verò nō:& vſusfructus in rebus, ſeruando ſeruari nō poſſunt propriè nō cadit; ſed impropriè. Marc.ibid.

Ad vſufructuarium ſpectant nedum omnes fructus naſcentes ex re ipſa; ſed etiam omnes obuentiones, & cętera quæcunque, & quicquid inde percipi poteſt. Cabal.milleloq.5.

Fructus duplices ſunt, alij enim vocantur naturales, alij ciuiles, de qbus vide Cabal. mille.7.

Confiſcatio bonorum eſt fructus iuriſdictionis: ideò ſpectat ad habentem tempore condemnationis vſumfructum iuriſdictionis.Cabal.milleloq.10. confiſcationes an pertineát ad proprietarium, vel ad vſufructuarium, vide Guid.Pap.q.413.

Scripturæ hæreditariæ debent eſſe penes hæredem, & non vſufructuarium, etiam omnium bonorum.Vincent.de Fran.deciſ.386.part.2.

Vſufructuarius agit actione furti, petit cautionem damni infecti, debet habere fructum in nominibus debitorum, & dicitur dominus ratione præminentię.Capic. deci.184.nu.fin.

Vſufructuario competit interdictum, vnde vi, ſi expellatur, aut prohibeatur. Boer.deciſ.27. Bart.in l. 1. §. vſufructuarius nu.7.ff. de oper. noui. nunciat.

Proprietarius non impedit agere pro iure proprietatis, durante vſufructu. Mar.q.309.

Fructuarius non habet vtilem cōfeſſoriam pro ſeruitute.Bar in l.1.§.vſufructuarius.ff.de ope. noui nunc.nu.5.& 6. an habeat vtilē, vide ibi.

Contra ædificantes quādo res eſt mutata, agitur actione de dolo per vſufructuarium, vel actione ex teſtamento, vide Bar.ibi.nu 8.

Vicino ædificanti nō poteſt vſufructuarius ſuo nomine nunciare nouum opus. Bart.in d.l.1. §.vſufructuarius.ff.de oper.nou.nunciat.nu.9.

Vſufructuarius pro re poteſt alias actiones intētare procuratorio nomine domini. ibi. Bart.

Proceſſu pendente contra dominū nō poſſum agere contra fructuarium, vel ècontrà eo defendente, ſecùs ſi eſt contumax. Bart.in l.10. nu.7.ff.de damno infecto.

Fructuarius quādo petat ſibi caueri à domino, vbi timet ruinam,& ècontrà dominus, quando petat à fructuario caueri propter damnum, vide Bart.in l.damni.§.ei, cuius vſufructus.ff.de damn.infect.

Vſufructuario datur interdictum, ſi fuit deiectus, nec poſsit vti,& frui.Abb.conſ.23.lib.2.

Fructuario contra dominum non datur actio de dolo, quia alię competunt.l.19.§.ſi dominus.ff.de dol.mal.

Fructuario competit iudiciū poſſeſſorium, ſicut domino. §. Pomponius. l.2.ff.ſi ſeruit. vendi.

Inter proprietarium, & vſufructuarium non eſt locus cautioni de damno infecto.l. 18. ff.de damn.infect.& l.20.eod.

Qui petijt fundum, & ſuccubuit, non admittitur ad petēdum vſumfructum cauſalem eius; ſed qui petijt vſumfructum formalem, & ſuccubuit, non prohibetur petere cauſalem, vel proprietatem, quia non dicitur petere idem.

l.21.

l. 21. §. ſi fundum. ff. de exceptio. rei iudica.

Vſufructuarius habet actionē furti contra proprietarium; ſecùs in commodatario. l. 15. §. dominus, qui. ff. de furtis.

Vſufructuarius poſsidet naturaliter, non ciniliter; ſed quaſi poſsidet ius naturaliter, & ciuiliter. Boer. deciſ. 27. vide deciſ. 172. nu. 13. Bar. in l. 9. §. deiectum. ff. de vi, & vi armat.

Appellatione fructuum non venit ſylua non cędua; ſed bene ſylua cędua. Boer. deci. 51.

Appellatione glandis omnis fructus coutinetur. Boer. d. deciſ. 51.

Vſusfructus retētio transfert dominium, & ęquiparatur traditioni. Boer. deciſ. 172. nu. 9. & 10.

Vſufructu debet priuari qui in eo malè verſat, & dicitur vſufructuarius malè verſari in vſufructu alienādo proprietatem. Ioſ. Ludo. deciſ. Luc. 5. vide Caſſa. in conſuetu. Burg. tit. *des droicts* rub. 4. §. 6. glo. fin. nu. 6.

Vſufructuarius non petens vſumfructum intra decennium, ſibi præiudicat. Ioſ. Ludo. deciſ. Lnc. 31. ſed vide tamen ibid.

Fructuarins, qui malè verſatur, nec fruitur arbitrio boni viri, non poteſt percipere fructus, ſed poteſt prohiberi vti, frui, nō tamen priuatur in totum vſufructu; ſed ſolùm fructibus, in quibus fraudem fecit. Cabal. milleloq. 6. & non adhibens diligentiam amittit ius ſuum. Marc. q. 813.

Vſufructuarius priuatur vſufructu cùm eo malè vtitur; ſed quando dicatur malè vti, vide Menoch. de arbitra. lib. 2. caſ. 78.

Si eſt expulſus fructuarius tantùm, vel proprietarius tantùm, quid æſtimabitur, vide Bart. in l. 7. C. vnde vi nu. 32.

Si deijcio eum, qui poſsidet vſumfructum meū perdo ius vſusfructus, & deiecto applicatur. Bart. in d. l. 7. C. vnde vi nu. 34.

Dominus poteſt prohibere auctoritate propria fructuario vti, frui, ſi non vult reficere domū, vel Iudicis officium eum cōpellit ad reficiēdum, & qualiter priuabit fructuarium cùm ad eum deuenitur res ob fructuarij contumaciā, vide Bar. in l. 10. nu. 3. & 4. ff. de dā. infect.

Fructuarius, qui non reficit à domino vti, frui, prohibetur, ergo & ſi de damno infecto non cauerit, & dominus compulſus ſit repromittere, prohiberi debet. l. 9. §. fin. ff. de damn. infect. & l. 10.

Si vſufructuarius conſenſerit alienationi fundi ſeruientis, videtur vſufructo renunciare, & ſi poſtea illum petat, repellitur exceptione do li. l. 4. §. quæſitum. ff. de doli mali exceptio.

Vſufructuarius omnium bonorū tenetur ſoluete debita ſecundum Bar. ſed contra ipſum eſt communis opinio. Ioſ. Ludo. deciſ. 5. vide Fran. Marc. q. 813. Gaſp. Cabal. milleloq. 550.

Quando debitor eſt proprietarius, & alter habet vſumfructum omnium rerum, quid iuris quo ad ſolutionem æris alieni, vide Io. Pap. lib. 14. tit. 2. àrreſt. 2.

Vendirio vſusfructus quomodo debeat fieri ad hoc, vt noceat tàm vſufructuario, quàm proprietario, vide Ioſ. Lud. d. dec. Luc. 5. n. 14. 15.

Factum fructuarij non præiudicat proprietario probanti de ſuo dominio. l 8. ff. de fide inſtru.

Sententia lata contra proprietarium non obeſt vſufructuario ignoranti; nec èconträ, niſi ipſis citatis. ibi. Ioſ. nu. 16. & ſeq. vide Put. deciſ. 336. lib. 3. Marc. q. 878. ſed ex quibus præſumat ſciētia, vide deci. 349 eiuſdē Put. eod. lib.

Vſusfructus nō dicitur dominiū, nec pars quotatiua, nec de bonis, nec ex. bona. ibi. nu. 20. vide tamen Mago. deciſ. 224. Rot. Floren imò vſusfructus pars dominij cenſetur, & vſufructuarius vſumfructū formalem à proprietate diſtinctum, habere dicitur. Fran. Marc. q. 309. Bart. in Authen. hoc locum. C. ſi ſecundò nupſerit mulier.

Vſufructuarius non eſt dominus rei vſufructuariæ; ſed aliquando habet pro domino. Gaſp. Cabal. milleloq. 501.

Vſusfructus non dicitur tertia, nec quarta pars fundi, ſed conſiſtit in parte integrali. Bar. in l. 68. §. fundo de leg. 2.

Vſusfructus formalis dicitur pars fundi; non vſusfructus cauſalis. Barto. in l. 13. §. ſi id ff. de acceprila.

Vſufructuarius habet dominium, & poſſeſsionem vſusfructus. Bar. in §. ſi quis autem, Auth. de non alienandis, aut permutādis reb. Eccl.

Fundus noſter rectè dicitur, cuius vſusfructus alienus eſt, quia vſusfructus nō dominij pars; ſed ſeruitutis eſt, vt via, & iter. l. 25. ff. de verb. & rerum ſignifica.

Vſusfructuarius non poteſt præiudicium afferre in ꝑprietate, nec vēdere de bonis, niſi debita ſint liquida, & clara. Ioſ. Ludo. deci. 5. Luc. nu. 21. & 23.

Maritus poteſt ſibi præiudicare in vſufructu dotis, & l. hęreditatum. licèt loquatur in vſufructu pro habenda ratione falcidiæ, fuit tamen extenſa per Doctores in quolibet vſufructu. Ioſ. Lud. dec. 21. Luc. n. 59. & 60. de ęſtimatione vſusfructus vide p Pap. li. 14. tit. 2. arreſt. 2.

Vſusfructus ſexagenarij eſt per tempus quinque annorum. ibid. Ludo. nu. 62. & vſusfructus cōſtituendi practica adnotatur nu. 64. ibi.

Fructus futuri obligari poſſunt, quādo res principalis eſt in bonis obligantis; aliàs ſecùs. Mago. deciſ. 224. Rot. Floren. nu. 12.

Si teſtator vxorem hæredem vniuerſalem in vita, & nepotes in eodē teſtamēto hæredes vniuerſales inſtituerit, reſoluit inſtitutio vxoris

tt vi-

vt videat relicta vſufructuaria.Dec.conſ.279.

Pater regulariter eſt vſufructuarius bonorum filij,ſed limita Reg.in caſibus,de quibus per Boer.deci.185.nu.11.

Conditio, vt patri non acquiratur vſusfructus, non poteſt adijci in legitima. Bart. in Auth. excipitur.C.de bonis,quæ liberis.

Quando patri quæratur in bonis filijs vſusfructus,& quando non,vide Bart.in Auth.excipitur.C.de bonis,quæ liberis.

Vſufructu donato,vel legato filiofa. cuius contemplatione videatur legatus,vel donatus,& an cōicetur, vide Bart.tracta.de duobus fratribus inuicem habitantibus nu.9.

De vſufructu, quem habet pater in bonis liberorū,vide tot.tit. C.de bonis maternis, & C. de bonis, quæ liberis.

Pater non tenetur præſtare cautionem fructuariam de vtendo fruendo arbitrio boni viri bonis filiorum, in quibus ipſe habet vſumfructum. l.fin. hoc proculdubio. C. de bonis,quæ liberis.

De vſufructu,quē habet pater, vel mater in bonis filiorum, & lucro nuptiali,ſi tranſierit ad ſecunda vota,vide tit.Authen.de nuptijs.

Septem ſunt caſus, in quibus in aduentitijs patri vſusfructus non acquiritur, de quibus in glo.in verbo parentibus.§.1. Authen.vt liceat matri,& auiæ.

Conuentio iurata inter matrem,& filium de nō alienando bona patris reſeruato vſufructu matri, comprehendit etiam legitimam filij, adeò quòd filius non poſsit ipſa bona alienare in præiudicium vſusfructus reſeruati. Rol. conſi.99.vol.4.

Vſufructuarius an ius vſusfructus ciuiliter,& naturaliter poſsidere poſsit, vide Bar.ſing.9.

Vſusfructus poteſt conſtitui ſub conditione, & ad diē,& ſub modis, de quibus in l.4 ff.de ſeruitutibus, & ibi.Bar.

Vſufructuarius eſt quaſi procurator. Bart.in l.ſi pignori res.ff.famil. erciſcun.nu.8.

Fructus fundi ſi emantur,quid videatur emptū, vide Bar.in l.41.ff.de vſufruct.legat.

Fructus fundi ſi emerim in plures annos vno p̄tio, & vno anno contingat ſterilitas, an debeat fieri remiſsio,vide Bar.in l.41.§.qui maximos ff.de publica.& vectig.nu.8.& qualiter fiat æſtimatio fructuum fundi, vide ibi.nu.9.

Fructus vnius anni emens,an periculū ſit ipſius, & emens perceptionē fructuum, quādo poſſideat,vide Bar.ibi.nu.11.& 12.

Fructus molēdinij ſi aliquis emerit,vel alterius ædifitij,quod egeat magna refectione, propter quam fructus interim nō percipiuntur, cuius erit periculum,vide Bar.ibi.nu.13.

Concedens vſumfructum fundi alicui,ſi ſe conſtituat eius nomine poſsidere, videtur tradidiſſe,& naturalis illi acquirit poſſeſsio. Bart. in l.quod te.ff.de acquir. poſſeſsio.

Ius vſusfructus poteſt præſcribi longo tēpore, & vſusfructus inter immobilia computatur. Bart.in l.44.§.non mutat.ff.de vſucapio.

Inſtrumentum,in quo apparet, quòd Titius fecit Sempronium præſentem, & ſtipulantem in cauſa donationis vſufructuarium omnium bonorum,valet.Bart.in l.5. §. ſtipulatio.ff.de verbo. obligatio.

Si mulier tranſeat ad ſecūda vota proprietas rerum à primo viro prouenientium in liberos primi matrimonij transfert, & de ipſa vſufructuaria efficit.l.6.§.his illud. C.de ſecūd.nup.

De vſufructu relicto vxori,vide tot.tit. C.ſi ſecūdò nupſerit mulier,& ſupra ti.eodē,ſi ſecūdò.

De alio vſufructu per legatum relicto, vide etiā tit.de vſufructu per legat.relict.infra.

Dans proprietatem in dotem retēto vſufructu, ipſam rē nō pōt alienare.l.17. C. de iure dot.

Vſusfructus relictus ſine itinere,datur iter,ſi aliter vti non poſsit.l.9.ff. de ſeruit. vrba. præd.

Fructuarius habet facultatem eundi per fundū domini, per quē ibat dominus iure ſeruitutis.l.2.§.rectè ff.ſi ſeruit.vendi.

Quomodo diuidatur vſusfructus hæreditarius inter hæredes, vide l. 14.§. fin.cum ll.ſeqq.ff. famil.erciſcun.

Vſusfructus, & ex certo tempore, & vſque ad certum tempus, & alternis annis,adiudicari poteſt.l.16.§. vſusfructus.ff.eod.

Reſtitutio, quam facit vſufructuarij colonus, priuat dominum poſſeſsione. l. 5.§. Iulianus. ff. ad exhibendum.

Qui dicit vſumfructum eſſe vnius cùm ſit alterius, ex tali prædictione non releuatur venditor; ſecùs ſi exciperet. l. 39.§. qui ſeruum ff.de euictio.

Non poteſt hæres tollere ædificium poſitum in re, cuius eſt alterius vſusfructus,eo inuito. l. 12.ff.de vſufruct. lega.

Qui promittit vſumfructum, & proprietatem ſeparatim,ſoluto vſufructo liberatur:ſecùs in eo,qui plenam proprietatem promiſit.l.126. §.Titius.ff.de verbo.obliga.

In obligationibus, quæ contrahuntur ſuper rebus inſeparabilibus à perſona (vt eſt vſusfructus) nō cadit vera obligatio. l.4.ff.de noua. & delegat.

In fructu pecorum ſunt fœtus, lac, & lana, fœtus verò ancillæ in fructu non eſt: & fructuarius tenetur in locum demortuorum ſupplere gregem,agrum,vel vineam. §.in pecudū, inſtit.de rerum diuiſio.

De vſu, & habitatione.

AEſtimatio habitationis ad vitam propter venditionem rei obligatæ, qualiter fieri debeat, vide Afflic. deciſ. 34.

Cautio in æſtimata habitatione debet præſtari, quòd ſoluatur plus, ſi plus viuat habitare debens. Afflic. ibi.

Socer promittens genero ſuo habitationem in ſua domo, in qua cępit habitare, poteſt variare, & aliorſum illam conſtituere. Afflic. deciſio. 146.

Donator domus ſalua habitatione in vita, poteſt alteri locare. Afflic. ibid.

Vſusfructus, vſus, & habitatio differũt. ibi. nu. 8.

Locare poteſt qui habitationem habet. ibid. nu. 8. quia habitare dicitur, qui per inquilinum habitat. ibi. nu. 10.

Vſus alicuius rei relictus intelligitur merus tantùm; ſed res relicta ad vſum, ſeu pro vſu, intelligitur cum proprietate: idem in contractibus. Capic. deciſ. 188.

Mater dans (præſente filia) viro extra dotẽ rẽ, ad vſum filiæ dicitur cum proprietate dediſſe. Capic. ibid.

Vſus appellatione quando veniat plena proprietas, vide ibid. nu. 3.

Vſuarius quando teneatur ad expenſas paruas, & ad collectas, ſicut vſufructuarius, vide Lud. Roma. ſing. 148.

Habitatio eſt ius diſtinctum ab vſu ædium, & vſufructu. Fran. Manti. de coniectu. vltima. volunt. lib. 9. tit. 4. nu. 8.

Domum legare ad habitandũ aliud eſt, & aliud legare habitationem, & aliud legare facultatem habitandi, vide ibi. nu. 9.

Vtilitate palatij legata, vſus legatus, non etiam proprietas legata videtur. ibi. nu. 10.

Domus vni, & alteri habitatione legata, vterq; poteſt inhabitare. ibi. nu. 11.

Habitatione cum filijs legata, alimenta etiam debentur. ibid. nu. 11.

Ea, quæ ſunt in vſu non habentur in fructibus. l. 64. ff. de rei vendica.

Si aliqui habeant vſum communem, & velint illum diuidere, quomodo in hac diuiſione ſit procedẽdũ, vide l. 10. §. ſi vſus. ff. cõmu. diuid.

Ea videtur ad alicuius vſum parata, quæ ad eius tantùm, non quæ ad communem vſum ſunt parata. l. 36. de leg. 2.

Vſus, & habitatio ſunt iura indiuidua, habetur per Doctores in l. 4. §. cato. ff. de verbo. oblig. & Bart. in l. ſtipulationes non diuidunt. ff. eo.

De vſu, & habitatione vide inſtit. eod. tit. de vſu & habita. & in libris. C. & ff.

De ſeruitutibus in genere.

IN acquirenda quaſi poſſeſsione in iuribus incorporalibus, quæ requirantur, vide Affl. deci. 67. Menoc. de arbit. lib. 2. caſ. 160. & 161. & ſeruituris poſſeſsio quanto tẽpore acquiratur, vide Crauet. conſi. 124. & ex quibus, Menoch. ibi. caſ. 160.

Quaſi poſſeſsio non cauſatur in aduerſario per patiẽtiam propter preces. Affl. ibi. nu. 2. ideò iurium incorporaliũ quaſi poſſeſsio nihil releuat, ſi patientia aduerſarij fuit precaria, vel violenta. ibid. aliàs patientia in iuribus habetur pro traditione. Bart. q. 7. & 8.

Quaſi poſſeſsio in iuribus incorporalibus vt q̃ratur, requiritur ſcientia eius, ad quem ſpectat. Capic. deciſ. 57. Abb. conſi. 61. lib. 1. nu. 2.

Dñs rei cauere debet poſſeſſori iure ſeruitutis, q non impediat eũ in quaſi poſſeſsione ſua pẽdẽte lite, ſuper ipſo iure. Capi. deci. 96. nu. 13.

Scientia vbi nõ eſt non dr̃ patientia, merito ergo nõ dr̃ quaſi poſſeſsio. Gram. deci. 59. nu. 11.

Quando ius cõe facit cõtra poſsidentẽ, & pro eo, qui petit nõ ſufficit quaſi poſſeſsio; ſed eſt neceſſarius titulus. Vera. deciſ. 296. par. 1.

De ſeruitutibus realibus, & perſonalibus, & quãdo quis dicatur in quaſi poſſeſsione ſeruitutis, vide Iaſ. de actio. §. æquè ſi quis, & Bar. in l. 1. §. hoc interdictum. ff. de itin. & act. priuat.

Ille, qui vſus fuit ſeruitute per triginta dies in eo anno, non vi, non clàm, non precario, habet interdictum, vt tueatur in poſſeſsione, vel quaſi ſeruitutis ruſticæ. l. 1. ff. de itinere, actuque priuato.

Seruitus altius non tollendi, acquiritur longo tempore à die prohibitionis. Capic. deciſ. 209. num. 20. & non datur poſſeſsio, niſi à die ſeruitutis. ibi. nu. 25.

Seruitus acquiſita ſuper vna re, vel vna perſona, cæteris non præiudicat, vide Capic. deciſio. 209. num. 28.

Seruitus ſine prædio acquiri non poteſt. Boer. deciſ. 212. nu. 22.

Pro iure fornagij, vel molendinorũ nõ põt acquiri ius ſeruitutis, vt aſtringantur homines loci ad ibi molẽdum ex curſu tp̃is, & hoc regulariter. Mar. q. 123. vide infra ti. de ędificijs.

Fallit primò, quando poſt inhibitionem illi homines obtemperauerunt. Marc. d. quæſt. 123. & q. 584. par. 2.

Secũdò, ſi aſtringerent̃ virtute priuilegij. Marc. ibi. & q. 584. par. 2.

Tertiò, ſi ex conuentione ipſorũ, ſed quid ex cõſuetudine, vide Marc. d. q. 123. & q. 584. par. 2.

Subditos teneri coquere panem, vel molere in furno, vel molendino Domini, non eſt ſerui-

tus prædialis; ſed obligatio perſonalis.Gaſp. Cabal.milleloq.402.

In negatiuis ſeruitutibus ad illas acquirendas, ſola prohibitio ſufficit,cum curſu decem annorum.Gail.d.obſer. 69.nu.15.

In ſeruitutibus acquirendis non ſufficit probare vſum; ſed oportet probare quē vſum fuiſſe iure ſeruitutis.Ioan.Pap.lib.24.tit.1. arreſt. 10.Craue.pro genero.conſi.1.nu.175.ſed quē fuiſſe vſum iure ſeruitutis quō ꝓbet,vide Bar. in l.1.§.hoc interdicto.ff.de itine.& act.priua.

De acquiſitione ſeruitutis iuris paſcendi in territorio alieno,vide Infra tit.de paſcuis.

Tria requiruntur, & neceſſaria ſunt ad acquirendam poſſeſsionem ſeruitutis,ſeu ipſam ſeruitutem,de quibus vide per Rebuff.in ſuis comment.ſuper conſtit.Reg. tract. de mater. poſſe.in præfact.nu.126.

Regulariter in acquirenda ſeruitute requiritur ſcientia illius, in cuius odium præſcribitur: fallit in caſibus,de quibus per Rebuff. in ſuis comment.ibid.tract.de mate.poſſe.nu.140.

Seruitus mediante præſcriptione,vel conſuetudine acquiritur.Dec.conſi.483.nu.14.

In ſeruitutibus realibus, vel perſonalibus cōtra patientem,diuturna patientia titulum præſumere facit.Bart.in l.6.nu.4 ff.de vſuris.

Fundus medius inter fundum dominantem, & ſeruientem, quando impediat ſeruitutem cōſtitui,vide Bar.in l.17.§.ſed & ſi fundus. ff. de aqu.plu.arcen.

Qualiter probetur, quòd vtenti ſeruitute non competat ſibi ius,vide Barto. in l.1.§. hoc interdicto.ff.de itin.& act.priuat.nu.8.

Agens interdicto de itinere,actuq; priuato ſemꝑ dēt probare ſe vſum ſeruitute ſciēte aduerſario, & eſt diſtinguēdū inter ſeruitutes habētes cauſam cōtinuā,& diſcontinuā,vide Bart. in l.1.§.hoc interdicto.ff de itin.actuq; priua.

Mala fides in iuribus incorporalibus præſumitur.Bart. ibi.nu.12.

Titulus cum patientia, & curſu temporis ſi allegetur, an præſumatur ſeruitus,vide Barto. in ſuis quæſtionibus.q.7.nu.fin.

Qui eſt vſus ſeruitute diù,non vi,non clàm,non precario,perinde habetur, ac ſi eam haberet ex pacto.d.l.1.§ fin.ff.de aqu.plu.arcen.

In ſeruitute irreuocabiliter conſtituenda requiritur conſenſus omnium, qui habēt ius in re, vel in ſeruitute, aut habere ſperant ex cauſa de præterito l.8.ff.eod.

Præſcriptio ſeruitutis habētis cauſam diſcontinuā,requirit tātum tp̄s, cuius initij memoria nō extat.Capic.deci.117.nu.9.& 10.Nat.cōſ. 69.Tom.1.ſed memoriā extare,vel nō extare qualiter probetur, vide Bar.in l.2.ff.idem labeo.ff.de aqu.plu.arcen.

Præſcriptio, & bona fides debet allegari in ſeruitutibus.Capic.deciſ.117.nu.9.licèt non requirāt titulum.idem deciſ.209.nu.16.

Seruitus paſcēdi pecora, & alia animalia de iure Ciuili habet cauſam diſcōtinuā: ideò non præſcribitur (ſicut aliæ ſimiles diſcontinuæ ſeruitutes) niſi tanto tēpore, cuius initij memoria in cōtrariū nō exiſtat. Gui.Pap.q.573. Myſing.obſ.53.cent.4.And. Gail.obſ.66. lib. 2.vide Ioan.Papon.lib.14.tit.1.arreſt.4.& ſeq. imò ſeruitus etiā diſcontinua acquiritur ſpacio longi temporis data ſciētia, & patientia aduerſarij, ſi titulus allegetur.Crauet.conſi. 204.& 226. vbi figurat caſum in ſeruitute itineris,ſed qualiter probari debeat, vide ibid. & Henric. Boer. in ſuis ſingularibus tit. præſcriptio.Bar.in l.6.§.ſed & ſi.ff.de acq. hæred.

Incorporalia propriè non poſsidētur,ſed quaſi: ideò in ipſis non requiritur vera traditio,ſed ſufficit patientia,quæ habetur loco traditionis,& in præſcribenda ſeruitute requirit̄ ſciētia, & patientia domini prædij ſeruientis,de cuius præiudicio agitur. Fran. Marc. q. 422. DD. de Rot. deciſ. 24. de præbend. in antiq. And. Gail. obſer.66. lib.2. Crauet conſi.292. Rol. conſi.9 vol.3. Rebuff. in ſuis comment. tract.de mater.poſſe.in præfa. nu.125. limita vt per Anto. Trigo. ſing. 109. ſed quomodo ꝓbet̄ ſciētia,vide Meno.de arbi.li.2. caſ.161.

Præſcriptio ſeruitutis in actibus merè volūtarijs quid requirat,puta vt nō poſsim altius tollere,vel vt quis cogi poſsit ad coquendū in furno alterius,vel molendū in molendino, vide Cra.cōſ.111.nu.21.Meno.de arbi.li.2.caſ.160.

Seruitus habēs cām cōtinuā amittit̄ ꝑ nō vſum decēni,ſed habēs diſcōtinuā amittit̄ per non vſum tp̄is ipſius duplicati. Craue. cōſ.124.vide Hartma.Hart.c.4.tit.de ſeruitutibus lib.1.

Præſcriptio non inducitur per nō vſum, qn̄ quis pro parte iure ſuo vſus eſt, quia vſus in parte conſeruat ius in totum. Craue conſi.124.

Præſcriptio non inducitur ex non vſu, niſi probetur caſum eueniſſe, quo quis iure illo vti poſſet.ibi. nu.fin.

Seruitus,vt probetur præſcripta non ſufficit allegare titulū cū poſſeſsione longi tp̄is, niſi ꝓbet̄,ꝙ qs p̄ſcripſerit,& vſus fuerit ſeruitute tā quam ex illo titulo. Menoch. conſi.389.nu.8. lib.4.Craue.conſi.197.nu.13. & conſi.226.

Quæ requirant̄ ad præſcribendā ſeruitutē, vide Hartma.Hartm.c.6.tit. de ſeruitutibus lib.1.

In ſeruitutibus qs incipit poſsidere,vel quaſi,& p̄ſcribere à tp̄e ꝓhibitionis,ſi pp prohibitionē aduerſarius ceſſauerit.Guid.Pap.ſing.107.

Vir poteſt amittere ſeruitutes fundo dotali debitas non vtendo,non tamen patiendo. Bar. in l.26.§.maritum.ff.ſolut. matrimo.

Qualiter dicatur ſeruitus conſtituta, & quæ requirantur, vt in ea procedat præſcriptio, & quid ſit probandum, vide Bart. in l. 1. §. denique. ff. de aqu. plu. arcend.

Seruitus dicitur, quando natura loci facit, vt aqua de loco ſuperiori vadat ad inferiorem. Barto. ibid.

In ſeruitutibus præſcribendis non requiritur titulus, & in his tantùm innitium poſſeſsionis inſpicitur. Barto. in l. 1. §. ſi quis ſupra. ff. de itine. actuq; priuat.

Præſcriptio decem annorũ, currit in incorporalibus ſine titulo. Abb. conſi. 6. lib. 2.

Hodie etiam in ſeruitutibus principaliter procedit præſcriptio. l. ſi. C. de præſcr. long. temp.

Etiam in ſeruitutibus nulla præſcriptio procedit, nec currit cum mala fide. l. 1. §. caput. & ibi. glo. ff. de aqua quotidiana, & æſtiua.

Seruitus intentata per interdictum vti poſsidetis, poteſt iungi cum proprietatis cauſa, vt ſimul procedatur, hoc verum in. prima inſtantia; ſecùs in cauſa appellationis. Afflic. deci. 155. & ſic poſſeſſorium retinendæ conuenit cum petitorio ſuper iuribus incorporalibus, & poſſunt in prima inſtãtia cumulari. Affl. ibi.

Exceptio aliquarum ſeruitutum in contractu venditionis, facit rem venditam liberam ab omnibus alijs ſeruitutibus non exceptis, etiam habentibus cauſam continuam. Afflic. deciſio. 298.

In venditione rei videtur tacitè impoſita ſeruitus, vt ipſa res ſuſtineat onera permanentia, quæ contrahentes viderant, & ſciuerant; ſecùs in ſeruitute, quæ non habet cauſam continuam. Afflic. d. deciſ. 298.

Venditor ex neceſsitate decreti vendens domos, in quibus eſt fons poteſt reſeruare ſibi aquam, vt fluat ad alias eius domos, ſicut prius conſueuerat, minori tamen pretio conſtituto. Capic. deciſ. 187.

Quælibet res vendita libera dicitur, niſi ſeruitus ſit impoſita; ſed in vltima voluntate proceditur alio modo. Capic. deciſ. 187. nu. 5. & ſeruitus debita prædio acquiſito, tranſit cum prædio. ibi. nu. 6. vide Bart. in l. 1. ff. ſi ſeruitus leget. iura enim realia accedunt rei ſine aliqua expreſsione. l. 43. ff. de contrah. empt.

Seruitus impoſita videtur per teſtatorem, aut venditorem, eo ipſo quòd legat, ſeu vendit domum ſuſtinentem onera permanentia, maximè inter ſciẽtes. Capi. d. deci. 187. & domus franca, & libera vendita, an ſeruitutes antiquas ſuſtinere debeat, vide Afflic. deciſ. 298.

Seruitus oneris permanentis eadem perdurare debet, quæ reperiebatur exiſtens tempore diuiſionis, legati, ſeu venditionis. Capic. d. deciſ. 187. nu. 12.

Seruitus habens cauſam diſcontinuam, nempe aditus, & itineris in contractibus inter viuos non videtur impoſita, niſi expreſsè ſit actum. ibid. num. 13.

Poſſeſsio non dicitur liberè tradita iuxta contractum, ſi in ipſa ſit ſeruitus, quia tunc agitur ad intereſſe totale quaſi res tradita non eſſet. Capic. d. deciſ. 187. nu. 15. verùm tradens rem, quæ alteri debet ſeruitutem, dicitur tradere poſſeſsionem vacuam, ſed non liberam. Bart. in l. 68 §. fundo. de leg. 2.

Clauſula inſtrumenti, cum vijs, & acceſsibus ſuis vſq; ad viã publicam, quid operetur, vide Capic. deciſ. 187. nu. 17. & quid de clauſula, quod dat fundum francum, & liberum, vide ibid. num. 17.

Seruitus eundi, & redeundi cenſetur conſtituta per illa verba, cũ ſuis introitibus, & exitibus. Craue. conſi. 105. nu. fin.

Seruitus non ſubintelligitur in venditione, niſi exprimatur: fallit in caſibus, de quibus per Boer. deciſ. 322. nam regulariter vendens rẽ præſumitur eam liberam vendere ab omni ſeruitute. Dec. conſi. 483. nu 14, & ſi reperiatur debere ſeruitutem tenetur de euictione, licèt illam non promiſerit. ibid. nu. 15. 18.

Si duo habeant communem curtem, aut viam, vel alteri ſeruitus debeatur per fundum alterius, & vnus emerit prædium iuxta ſuum ad quod trahit vſum viæ, hoc facere poteſt; nullum enim ſit præiuditium vicino: quoniam poſtquam ingreſſus eſt prædium, cui ſeruitus viæ debebatur, per eundem fundum poterit ire ad alium fundum emptum, cui ſeruitus non erat debita. Boer. d. deciſ. 322. nu. 11.

In alieno territorio nõ eſt licitum aliquid apodiare pro ponte faciendo; quia aliquid facere in fundo alieno domino inuito eſt prohibitum. Marc. q. 120. & q. 582. par. 2.

Si promiſi tibi in fundo meo nõ facere opus, iſta obligatio nõ trãſit ad emptorem. Bart. in l. 3. §. opus. ff. de alienat. iudi. mutan. cauſ. fact.

Venditor tenetur de ſeruitute ſi ſciuerit, & non monuerit emptorem, licèt dixerit ſe nolle de ſeruitute teneri. Bar. in l. 1. §. vẽditor. ff. de act. empt. vide d. §. vẽditor, & l. 40. ff. de act. empt.

An alienato prędio dominãti, vel ſeruiente extinguatur ſeruitus, vel tranſeat cum re, vide Bart. in l. 136. §. ſi quis ff. de verbor. obliga.

Si dubitetur an domui venditæ debeatur ſeruitus, vel ipſa debeat ſit interpretatio, vt potius ei debeatur, quàm ipſa domus ſeruitutẽ debeat. l. 33. ff. de contrahen. empt. & vendi. vide tamen l. 75. ff. de euictio.

Qui hoc modo tradit, vti optimæ, maximęque ſunt ædes, non hoc dicit, ſeruitutẽ illis deberi, ſed hoc ſolùm ipſas ędes liberas eſſe, & nul-

li ſeruire.l.99.ff.de verbo. & rer.ſignifica.

Confeſſoria agens, non poteſt vti iure ſuo lite pendente.Capic.deciſ.209.nu.14.

In ſeruitutibus agens debet probare ſe dominum prędij dominantis,vel ſeruientis,verùm quia hoc in caſu dominium venit incidenter probãdum,probara poſſeſsione,vel quaſi de præſenti,quis præſumitur dominus.Guid. Pap.quæſt.28.

Agens negatoria contra illum,qui eſt in poſſeſſione,vel quaſi ſeruituris, deber probare rem eſſe liberam ; aliàs ſecùs.Guid.d.q.28.num.3.

Practica articulandi ſeruiturem deſcribitur per And.Gail.obſer.66.lib.2.nu.5.& 6.

Si qs habuerit in riuo cluſam per aliquos dies, ſi fuerit ſpoliatus ſua poſſeſsione,debet reſtitui,& reintegrari.Craue.conſi.124.

Agens cõfeſſoria,vel negatoria pro ſeruiture,dr̃ agere ad ius,& pariẽtia venit officio Iudicis: Bart.in l.2.§.& harum.ff.de verb.obliga.nu.3.

Qñ plures hęredes agunt,vel conueniuntur pro ſeruitute,quid iuris,vide Bar. in l.2.§.& harũ, nu.9.ff.de verbo. obliga.

Seruitus poteſt pluribus inſolidum conſtitui, & ſententia lata pro vno ex pluribus hæredibus agenti ad ſeruiturem conſtituendam actione perſonali, non prodeſt alijs ; ſecùs ſi egiſſet actione confeſſoria ad conſtituẽdam.Bar. d.l.2.§.ex his igitur.

Sententia lata contra vnum ex pluribus hæredibus pro ſeruitute , non nocet alijs. Barto. ibid.num.15.

In ſeruitutibus qualiter formetur libellus , & quæ ſint probanda in illis , vide Barto. in §. æquè , inſtit.de actio.

In cauſa ſeruituris prædij cõmunis , quod vnus ex ſocijs impẽdit ab alio repetit, & vnus defendens cauſam prodeſt alteri: quia ſentẽtia datur prædio.l 33.ff.de nego.geſt.

Pro ſeruitute conſtituenda, vel non conſtituenda proditæ ſunt actiones in rem,in omnibus ſeruitutibus,& in his agit etiam ille,qui poſſidet.§.æquè,inſtitu.de actio,vide glo.ibid.

Hæres poteſt obſcurare ædes legatas (non in totum) eleuando ædes depreſſas,quæ ſibi remanſerant.Capic.deciſ.187.nu.2 & 9.

Poteſt conſtitui ſeruitus ædificio futuro , non vt ſtatim ſit ſeruitus , ſed obligatur conſtituens ad eam conſtituendam. Guid. Papon. quæſt 267.

Vicini poſſunt collectam imponere pro puteo reparando , vel via reficienda , & poſſunt eam collectam imponere propria auctoritate,quia concernit tantummodo illos, qui ſunt in viciniitate.Guid.Pap.q.444.

Aedificare in ſuo quando non liceat , & emens ſolum eo pacto , quòd ibi non ædificet , ſi ille iterum vendat , an iſtæ tertius ædificare poſsit , & ęmulatio quando impediat quem ædificare , vide Boer. deciſio.320. & infra tit.de ædificijs.

Libera , & allodialis vna quaque res præſumitur in iure. Ioſ. Ludo.deciſio. Luc.14.num.6. & 8.ideò omnia in ædificando cẽſentur permiſſa ; quæ non reperiuntur prohibita.l.7.C de Religioſis.

Aliquid ad ęmulationem facere non licet,& videtur factum ad ęmulationem , quando facienti nihil prodeſt , & cæteris nocet. Franc. Marc.quæſt.24.

Altius quis poteſt extollere in ſuo vſque ad Cęlum , niſi quando extollit ad ęmulationem. Vincent.de Fran. deciſio. 223. Hiero. Mago. deciſio. Luc. 29. vel animo nocendi. Mago. ibi.d. deciſio. 29.

Aedificans in ſuo , & opus faciens licèt alteri noceat , nocendi animo tamen facere non pręſumitur.Hiero.Mago.deciſ.Luc.29.nu.fin.

Aedificare quilibet poteſt vſque ad Cęlum , niſi probetur ſeruitus , vel niſi ædificetur ad ęmulationem , vide Reg. cum ampliationibus , & limitationibus per Andr. Gail. obſer. 69. lib. 2.

Aedificans non poteſt immittere aliquid in locum vicini, citra ius ſeruitutis.Craue.cõſ.94.

Quiſque poteſt in ſuo quod vult facere, etiam ſi ob hoc vicini lucrum ceſſet.l.1.§. deniq;,& §. ſicut.ff.de aqu.plu.arcen.

Ius paſturagij habens illo moderatè vti debet , quia ſeruitutis iure,ciuili modo eſt vtẽdum , & cum minori alterius præiudicio,quàm fieri poteſt.Fran.Marc.q.84.

Locus ſeruientis ſemel electus mutandus non eſt.Franc. Marc.q.567.

Nemo propria auctoritate ſeruitutem rectè conſtitutam deteriorem facere poteſt. And. Gail. obſer.67.num. 6. lib. 2. Crauet. conſi. 226. num. 4.

Debens ſeruitutem non poteſt in prædio ſeruiẽte quid agere , per quod ius ſeruitutis impediatur.Crauet.conſi 4.num.6.vide conſi.226. num. 3. & 4. & conſi, 292. num. fin. Menoch. de arbitra.caſ.160.

Habens ius auriendi aquam ex puteo vicini , non poteſt vti ea ſeruitute de nocte,& ſi vtatur perdit illud ius. Ludo. Roma.ſing.819.& habẽs ſeruitutem eundi ad domum per clauſtrum meum , hac ſeruitute non obſtante , poſſum de nocte claudere ianuam , intelligitur enim quòd poſsit ire de die. Barr. in l. 15. C. commu. prædio.

Si ego ſum in poſſeſsione habendi hoſpitalitatem in domo tua , vel immittendi ad depaſcendum animalia mea in tuam terrã,vel ha-

bendi

bendi ſeruitutẽ aliam itineris, viæ, vel alterius, & tu claudis domum, vel terram ſepibus, vel alia clauſura murorum, an ſit mihi licitum rumpere, vel frangere oſtia domus, vel ſepes, & muros, vide Guid.Pap.ſing.627. & Bar.in l.1.C.de interdictis.

Ille, qui permittit ſibi parari obſtaculum, videtur renunciare iuri ſuo, vt ſi quis permittat ædificari in loco, in quo ſibi debetur via. Pet. de Raue. ſing. 464.

Seruitutem qui debet, an debeat facere, vel ſufficiat pati, vide Bar.in l.2.§.apud.ff.de aqu. plu. arcen. vbi diſtinguit.

Fundus ſeruiens licèt diuidatur, non tamen diuiditur ſeruitus; ſed mod ificatur, & licèt res propria nemini ſeruiat; tamen ſecùs eſt in communi, & ſeruitus non retinetur pro parte; ſed occaſione partis pro ſolido retinet. Bar.in l.72.ff.de verbo.obliga.

Qui impedit mihi vti ſeruitute debita, vel præſcripta tenetur actione, de qua in l.2.§.apud Labeonem. ff.de aqu.pluu.arcen.

Qui non patitur etiam in ſuo opus naturale, vel quaſi in priſtinum ſtatum reduci, pariter illa actione tenetur, vide §. item Iulianus eiuſdem legis.

Clauſula conſtituti in incorporalib. nihil operatur. Marc.q.422. nu.7.

Aedificia ſi fiant, vel arbores plantentur iuxta domum, vel prædium alienum, ſpacium quale relinquendum ſit, vide Marc.q.500.quod debeat eſſe ſpacium nouem pedum, ſcribit Azo in ſumma.tit. C.de ædifi.priuat.

Licitum non eſt in loco priuato aliquid facere, vnde putredo, vel fœtor in via fit. Marc. quæſt.433.par.2.

Teſtis nobilis ſingularis ꝓbat in ſeruitute. And. Gail.obſer.66.nu.11.

Quando ſeruitus conſtituitur in perpetuum eſt realis, non perſonalis: idem ſi ſit conſtituta reſpectu certi, & determinati fundi, imò in dubio eſt cenſenda realis. Gom.Leo.deciſ.2. in deciſio.diuerſo. Tom.2.

Seruitus realis durat ſiue prædium dominans, ſiue ſeruitus alienetur. ibid.nu.fin.

Si ſeruitus ſonet in ſimplex factum, non in ius, eſt perſonalis ibid nu.3.

Socius non poteſt ſeruitutem imponere communi prædio, & ſi alius, qui non ratificauit moriatur relicto hærede, an ſufficiat ſi hæres ratificet, vel requiratur, vt primus iterum ſeruitutem confirmet, vide deciſ.31. Rot. Auen. in deciſio.diuerſo. Tom.3.

Cauſa ſeruitutis allegata debet eſſe certa, intelligibilis, & cohærens. Crauet.conſi.226.nu.3.

Si habens domum liberam, emat ortum debentem ſeruitutem, & eum cõiungat cum domo, nõ propter hoc domus debebit ſeruitutẽ, & ècontrà. Caſſa.in conſuet. Burg.tit. *des droicts* Rub.4.§.25. ſed an augmentum rei ſit eiuſdẽ naturæ, vide ibid.

De materia ſeruitutum vide per Bar.in l.1.titu. C.de ſeruitu. & aqua.

Seruitutes perpetuæ, quæ ſint, quæ continuæ, & quæ diſcontinuæ, vide Bart. in l.27.ff.de ſeruitut.ruſtico. prædio.

Seruitutem habens non poteſt in ea conſtituere vſumfructum, nec aliam ſeruitutem, quia propriè ſeruitus non dicitur eſſe in bonis noſtris. Bar.in l.1.ff.de vſufruct.lega.

Conceſsio priuati, vel inferioris à Principe continens meram facultatem facti, vt ſi dicatur concedo tibi facultatem eundi, præſumitur ꝑſonalis. Bar.in l.pr.ff.de ſeruit.leg.nu.7.& 8.

Si promitto tibi non ædificare in tali fundo, & vendam fundum, an emptor poſsit ædificare, vide Bar.in l.23.ff.de oper.nou.nuncia.

Seruitutes ſunt iuris, & nõ facti. Bar.in l.ſi is, qui pro emptore.ff.de vſucapio.nu.31.

Petens fundum videtur petere ſeruitutem ſibi debitam. Bart.in l.23.ff.de verb.& rer.ſignifi.

Seruitutes vbi ſunt duæ reſpectu eiuſdẽ rei remiſsio vnius, non excludit remiſsionem alterius. Abb. conſi.10.

Omnes ſeruitutes ſunt indiuiduę, præter ſeruitutẽ vſusfructus. l.1.§. ſi vſusfru.ff.ad leg.Fal.

Lege Falcidia interueniente legata ſeruitus (quã diuidi non poteſt) non aliter inſolidum reſtituitur, niſi offeratur hæredi æſtimatio partis. l. lege Falcidia.ff.ad leg. Falcid. & l.is, qui.§. quædam legato. ibid.

Prohibita rei alienatione, cenſetur etiam prohibita ſeruitutis conſtitutio.l.7. C. de reb. alie. non alienan.

In ſeruitutibus realibus, & perſonalib.eſt locus publicianæ.l.23.§.ſi de vſufructu.ff.de public.

Proprietatis dominus, ſeruitutẽ prędio imponere non poteſt, per quam conditio vſusfructus efficiatur deterior, ſecùs ſi melior. l.19. §.fin.ff. de vſufructu.

Res ꝓpria ſibi ſeruire nõ pôt.l.5.ff.ſi vſusfr.pet.

Vſus aquę perſonalis eſt: ideò ad hęredẽ vſuarij non tranſmittitur.l.22. ff.de vſu, & habita.

Seruitutes cuilibet hæredum inſolidum debentur, & quilibet inſolidum tenetur.l.26. §. an ea.ff.famil.erciſc.

Euicta ſeruitute agitur ex empto, non de euictione.l.36.ff de actio.empti.

Qui conſtituit ſeruitutem in re aliena, obligatur perſonaliter euictionis nomine.l.46.§. ſi per alienum.ff. de euictio.

Per vſum vnius ſeruitutis, alia non retinetur.l. 17.ff.de aqu.pluu.arcen.

Contractus factus ſuper ſeruitutẽ, in dubio dẽt intelligi

intelligi ſecundum conſuetudinem. d. l. 17. §. placuit.

Locus ſacer medius impedit ſeruitutem conſtitui. ibid. §. ſed loco.

Si fundus, qui meo fundo ſeruiebat legatus tibi fuerit me hærede inſtituto, non aliter à me tibi præſtari debet, quã vt priſtinam ſeruitutem recipias. l. 73. circa medium. de legat. 1.

Per rẽ legatã debet hæredi conſtitui ius eundi, ſicut ibat teſtator. l. 83. §. qui fundum. eod.

Seruitutes pdij legati confuſæ hęreditatis aditione, ſunt reſtituendæ. l. 119. §. fundus. eod.

Hæres non poteſt retinere vſumfructum ppriæ rei legatæ, ſecùs in cæteris ſeruitutibus. l. 78. §. dominus, de legat. 2.

Seruitus ſeruitutis eſſe non poteſt. l. 1. ff. de vſu, vſufr. & habit. per legat. relic. & an ſeruitus ſit in bonis, vel extra bona, vide glo. ibid.

Stipulatio ſeruitutis nullatenus diuiditur, quare aut in totum tenet, vel in totum corruit. l. 72. & ibid. glo. ff. de verb. obliga.

Impoſitio ſeruitutis rei legatę ſub conditione, irritatur, conditione adueniente. l. 104. ff. de conditio. & demonſtra.

In indiuiduis acceptilatio partis nullius eſt momenti. l. 13. ff. de acceptila.

Ea, quæ in partes diuidi non poſſunt, ſolida à ſingulis hęredibus debentur. Reg. 153.

Quando conceſſio, ſiue promiſſio fit alicuius iuris de vno prędio ad aliud, & non exprimitur iure ſeruitutis, ſed verba ſonãt in ſimplex factum, tunc non eſt conceſſio, aut ſeruitus realis, vel prædialis, ſed eſt perſonalis conceſſio, & obligatio, quæ non ſequitur fundi poſſeſſorem poſtea alienati. Hartm. Hart. c. 6. tit. de pactis, & tranſactio. lib. 2.

De ſeruitutibus vrbanorum prædiorum.

VEnditor an, & quando poſſit imponere ſeruitutem, vt domus vendita ſeruiat domui retẽtæ, vide Capic. deciſ. 187. nu. 3.

Seruitus præſtari debet per domũ legatã hęredi, ſeu p domũ retentam legatario, vel per vnum legatariũ alteri, proprietate legata. Capic. deciſ. 187.

Diuiſione domus facta inter fratres, noua ſeruitus per alterum quæri non poteſt, de qua non eſt facta mentio tempore diuiſionis. Capic. ibid. num. 11.

Furnum iuxta murum domus vicini ædificare non licet. Fran. Marc. q. 22. quid in furnello faciendo in pariete communi, vide ibid.

Licitum eſt domino domus inferioris facere ignem, licèt fumus aſcendat ſuperius, & ècõtrà, dummodo hoc non faciat cauſa iniuriæ, ſeu ad ęmulationem. Marc. d. q. 22. nu. 3. part. 1. & q. 482. parr. 2.

Pactum, vt furnus certo loco non ędificetur, eſt validum. Marc. d. q. 22. nu. 7.

Artem exercere etiam in domo propria, cuius fętore vicini circumueniantur, non licet, minus licet vinum putridum, aut vrinam effundere. idem Mar. q. 23.

Oſtium in muro proprio ſuper ſolo vicini, tantum quantum ſtilicidum protenditur facere licet: item licet facere portam ſuper viã publicã (etiam in priuati fundo) quatenus ſtillicidium protenditur, dummodo vicino nõ noceat. Marc. q. 24.

Reg. legis altius nõ habet locum, quando quis acquirit partẽ ædium ab eo, qui in ſua parte habet feneſtras reſpicientes in domo vẽdita; vide Excel. P. Teſſa. deciſ. 216.

Stillicidium de iure cõmuni denotat proprietatem loci inferioris, niſi appareret de ſeruitute ſtillicidij. Marc. d. q. 24. nu. 2. vide q. 497. & 499. par. 1. & q. 484. par. 2.

Portæ antiquæ interſignia, quæ reperiuntur in pariete, quid ſignificent, vide ibid. nu. fin.

Feneſtras habentibus ſuper ambulatorio, per qđ itur ad furnum, aquas proijcere (ẽt dño ſoli inuito) licet. idem Marc. q. 497.

Stillicidium in alienum immittere an ſit licitũ, vide ibid. num. 4.

Subgrunda licèt pẽdeat ſuper ſolo alieno, ædificantis tamẽ remanet: ideò auctoritate propria deſtrui non debet. ibid. nu. 24.

Intra protectum ſtillicidij, an liceat aliquid facere p dñm domus, vel ſoli, vide Marc. q. 499.

Stillicidiũ arctari põt, protendi verò non, niſi domini prędij ſeruientis conſenſu ibid. nu. 8.

Stillicidium ſi intra duas domos labatur, ſtillicidij dominus ſolũ incruſtare tenetur. Mar. d. q. 499. num. fin.

Diruto ædificio, & collapſo licet iterũ illud reparare pro vt prius erat, & appodiare. Hiero. Mago. deciſ. Luc. 29. nu. 10.

Domus vnius domini ſuſtinens in parte onus alterius partis ſi vendatur, actus ille oneris ferendi tranſit in ſeruitutem: idem in ſeruitute tigni immittendi; ideò vendita domo ſeruitutes quoque oneris ferẽdi, & tigni immittendi venditæ, & conſtitutæ cenſentur; ſed quid in alijs ſeruitutibus, vide Mago. deciſ. 137. Rot. Flor.

Vẽdita vna ex pluribus, domib. vel parte vnius, non cenſentur ſeruitutes reſeruatæ, niſi expreſſè ſit dictum: fallit in ſeruitutibus oneris ferendi, & tigni immittendi; ſed quid in alijs ſeruitutib. continuis, vide Mago. deciſ. 136.

136. Rot. Flor. Excel. P. Teſſa. deciſ. 216.

Qui debet ſeruitutem, ne proſpectui officiatur, nihil facere poteſt, per quod officiat ad liberum, & gratiorem proſpectum; idem in eo, q debet ſeruitutem reſpiciẽdi, ſeu proſpectus, vide Gom. Leo. deciſ. 42. in deciſ. diuerſo.

Vicino non licet habere feneſtram verſus vicinum, ad illius æmulationem. Menoch. de arbitra. lib. 2. caſ. 156.

Tigna in domum alienam quando immittere liceat, vide Menoch. conſi. 157.

Habens ius hauriẽdi aquam ex puteo vicini, nõ poteſt vti de nocte, & ſi vtatur perdit illud ius. Ludo. Roma. ſing. 819. faciunt notata per Bar. in l. 15. ff. commu. diuidũn.

Seruitutes pdiorum ideò dicũtur, quia vtrinq; prædia requiruntur. §. ideò, inſtitut. de ſeruit. vrbano. prædio.

Promittens, aut obligãs ſe vicino in domo ſua feneſtram non extruere per ſe, vel aliam perſonam, ſi deinceps domum vendat, emptor ob id obligatus non redditur, quominus feneſtram extruat: quia illa obligatio perſonalis, non afficit rem. Hippol. ſing. 334.

Solarium inferius habens, cui per diuiſionem obtigit, nõ tenetur pati ſolaria ſuperiora habentes per inferius tranſire, niſi expreſsè dictum ſit. Marc. de Mant. ſing. 280.

Dominus ſum eius, quod protegit ſolum meũ, licèt in meo ſolo non requieſcat, & domus ſi vẽdatur, videtur vendita libera, ſi legetur, videtur cum ſeruitute aditus legata. Bart. in l. 47. ff. de dam. infect.

Clauſura, quę eſt in medio duarum domorum alicuius, vẽdita vna illarũ, dẽt diuidi. Bar. ibi.

Inter ædes ſacras, vel publicas. & ædificium priuatum debet eſſe ſpacium 15. pedum. l. 9. C. de priuat. ędi. vide l. 11. ibid. quid inter priuatos, & d. l. 11.

Vrbana prædia, & ædificia accipimus, non ſolùm ea, quæ ſunt in vrbe, vel oppidis, ſed ſi fortè ſtabula ſunt: quia vrbanum prædium nõ locum, ſed materia facit. l. 198. ff. de verb. & rer. ſignific. ideò ſeruitutes, quæ ædificijs debentur, licèt in villa conſtitutę, dicuntur ſeruitutes vrbanorum prædiorum. §. prædiorum, inſtit. de ſeruit. vrba. prædio.

De ſeruitutib. ruſticorum prædiorũ.

HAuſtu aquæ relicto, datur iter, ſine quo quis non poſſet ire ad hauriendum. l. 9. ff. de ſerui. vrban. prædio.

Ei, cui legatur vſusfructus fundi debetur via per alium fundum teſtatoris, etiã alteri legatum. l. 15. §. q duos. ff. de vſu, & vſufruct. lega.

Si quis viam ad fundum ſuum ſtipulatus fuerit poſtea fundum, partemuè eius ante conſtitutam ſeruitutem alienauerit, euaneſcit ſtipulatio. l. 136. §. fi. ff. de verb. obliga. ſed quando extinguatur, vel non, & quando valeat ſtipulatio ſeruitutis viæ, vide l. pen. §. fin. ff. eod.

Seruitus itineris diuerſa eſt à ſeruitute actus; ideò ſuccumbens in prima, non repellitur à petitione ſecundæ. l. 11. §. ſi quis. ff. de exceptio. rei iudic.

Seruitus viæ intentata per interdictum vti poſſidetis, poteſt iungi cum proprietatis cauſa in prima inſtantia; ſecùs in cauſa appellationis. Afflic. deciſ. 155.

Iter ſtipulatus quid habere debeat, vide Boer. deciſ. 322. nu. 13.

Vendito fundo non videtur venditus acceſſus ad eum, niſi agatur expreſsè: nec cogitur vẽditor pretio vendere. Capic. deciſ. 187. nu. 10.

Seruitus diſcontinua non præſcribitur minori ſpacio, quàm centum annorum; ideò niſi eo tempore aquæducendæ ſeruitus, non præſcribitur. Vincen. de Fran. deciſ. 183. nu. 12. And. Gail. obſer. 66. lib. 2. vide tamen Io. Pap. lib. 14. tit. 1. arreſt. 8. & 9. & ſupra ti. de ſeru. in gñe.

Ille, q debet in loco priuato ſeruitutẽ itineris, non tenetur reficere; ſed tantùm pati. Caſſa. in conſuet. Burg. tit. *des iuſtices* Rub. 1. glo. 2. ver. ſed hic incidenter.

Seruitus eundi quaſi poſſeſsio non acquiritur, niſi ex actuum frequentia, & ad minus 30. Natt. conſi. 69. nu. 7.

Via fundo Titij legata (qui legatum ignorans vendidit fundum) tranſit in emptorem, ſed de ratione, vide per Marc. de Mant. ſing. 410.

Libellus, in quo quis dicit ſibi eſſe ius agendi, & eundi ad talem fundum, per talem fundũ pcedit. Bart. in l. 8. § fin aũt. C. de bon. q libe.

Conceſsio priuati, vel inferioris à Principe cõtinens meram facultatem facti, vt ſi dicatur concedo tibi facultatem eundi, præſumitur perſonalis. Bart. in l. pater. ff. de ſeruit. legat.

Ille, qui habet ius ducendi aquam non poteſt facere arcum cauſa ducẽdi aquam, ſuper iter alienum, nec is, qui ſeruitutẽ habet itineris, vel actus poteſt facere arcum, ſuper alienum aquæductum. l. 11. ff. de aqu pluu. arcend. Auguſt. Bero. quæſt. 65.

Super riuo, qui ſit alterius, vel dominij, aut iure ſeruitutis, an liceat alteri facere arcum, vel pontem cauſa aquæ ducendæ ad ſuum molendinum, vide Auguſt. Bero. q. 65.

Sine permiſſu Principis aqua per viam publicã duci nõ poteſt. l. 18. §. fin. ff. de aqu plu. arcen.

Seruitus aquæductus habet cauſam cõtinuam. Capic. deciſ. 187. nu. 4.

Aqua iure ſeruitutis fundum meum ſemel ingreſſa, eſt mea: ideò non pôt alteri concedi, per eum, qui mihi debet ſeruitutem. Caſp. Cabal. millcloq. 277.

Seruitus hauriendi aquam nô amittitur, ſi fons exaruerit. And. Gail. obſer. 60. lib. 2.

Seruitus ducendi aquam per fundum alienum ad vtilitatem proprij prædij eſt fauorabilis; ſed qualiter acquiratur præſcriptione, vide Ioan. Pap. lib. 14. titu. 1. arreſt. 8. & 9. & vtatur in prædio alieno, etiam in præiudicium domini prædij ſeruientis, vide ibid.

Conceſsio aquæductus eſt realis; ideò ad hæredes transfertur. Dec. conſi. 262. & 483. Ludo. Roman. ſing. 70.

Seruitus ducendi aquam non eſt realis, quãdo dictum fuit, quod ducere poſsim aquam per fundum tuum vbicunque, & quandocunque voluero, quia natura ſeruitutis alteratur ex illis verbis, vbicunque, & quandocunq; ideò hoc caſu non tranſit ad hæredes meos. Fran. Cremen ſing. 61.

Cluſam molendinij per agrum alterius habẽs, poteſt ibi terram, & lapides capere ad cluſam reaptandam. Marc. de Mant. ſing. 281.

Vicinus, qui habet foſſam iure ſeruitutis in fundo vicini, ſi illa foſſa repleta dat damnum ei, in cuius fundo eſt, cogitur eam reficere. l. 2. §. apud Alphenum. ff. de aqua plu. arcen.

Aquam certo modo ducendi ius habens ſuper alieno ſolo, cauſa maioris vtilitatis ſine præiudicio domini, poteſt illam alio modo ducere. Auguſt. Bero. q. 65.

Ius aquæducendæ ſi relinquatur habenti prædium vicinum, vt cum perſona finiatur, dicitur ſeruitus realis, quæ tamen per exceptionem finitur cum perſona, ſed ſi relinquatur non habenti prędium vicinum, non eſt ſeruitus. Barto. in l. 14. quidam. ff. de alimen. & ciba. legat.

De ſeruitutibus aquæducendæ, & de materia, vide infra tit. de fluminib. & aqua.

Locus publicus medius non impedit ſeruitutẽ imponi, neq; fundus meus medius impedit ſeruitutem itineris debitam vlteriori meo fundo. l. 17. §. via, & §. licet. ff. de aqu. plu. arcẽ.

Multa pertinentia ad hunc titulum, vide in tit. ff. de itinere, actuque priuato, & tit. ff. de aqu. quoti. & æſtima.

Poteſt cõſtitui ſeruitus geſtãdi, vel in tuo vuas præmendi, vel areæ ad frumenta, cæteraque legumina exprimendi, & vtendi. Hart. Hart. c. 2. tit. de ſeruitutibus lib. 2.

Seruitus paſcendi in prædio alieno, non de facili præſcriptione acquiritur, vide Ioan. Pap. lib. 14. tit. 1. arreſt. 4. & ſeqq.

De actione negatoria, & confeſſoria.

Actionem negatoriam intẽtans, non tenetur neceſſario probare dominium fundi, quando poſsidet; ſecùs ſi non poſsideat. Myſing. obſer. 19. cent. 1.

Agens negatoria non præſupponit aduerſarium connentum poſſeſſorem. Io. Pap. lib. 14. tit. 1. arreſt. 2.

Negatoria actio cõpetit domino fundi, & incidenter debet probare ſe dominũ fundi, quẽ negat ſeruitutem debere, & eſt iſtius naturæ, vt ea agens debeat negare ius cõpetere aduerſario, & niſi aduerſarius probauerit ius ſibi competere, an debeat ſuccumbere, vide Guid. Pap. q. 28.

Si agatur negatoria, vel confeſſoria inter duos, & conſtet Iudici illum, qui pro ſeruitute agit confeſſoria, vel ſeruitutem defendit in negatoria eſſe in quaſi poſſeſsione ſeruitutis, tũc Iudex debet prohibere aduerſario, ne eum impediat vti prædicta ſeruitute, vel quaſi lite pendente, ſi autem ille nõ ſit in quaſi poſſeſsione, tunc Iudex prohibet eum vti pendẽte cauſa. Guid. Pap. q. 578.

De his actionibus confeſſoria, & negatoria vide plenè per Iaſ. de actio. §. æquè, & Bart. in l. 15. ff. de oper. nou. nuncia. & in l. ſi, cuius dicto. ff. ſi ſeruit. vendi.

Negatoria agenti ſufficit probare ſe dominũ, quod pręſtat probando ſe poſsidere ſolum, quod ſeruitutem debere pretenditur. Natt. conſi. 70. Tom. 1.

Confeſſoria, & negatoria competunt pro iuribus incorporalibus, & domino tantùm. Bart. in l. 2. ff. ſi ſeruit. vendi.

Agens negatoria poteſt petere, ꝙ aduerſarius prohibeatur vti ſeruitute, & cõdemnetur ad intereſſe. Bar. in l. 2. C. de ſeruit. & aqua.

In confeſſoria, vel negatoria quando intentatur à non poſsidẽte veniunt fructus; ſed imponitur ſilentium victo. l. 5. §. in his, & l. 6. §. fin. ff. ſi vſusfruct. pet.

Actio confeſſoria, vel negatoria pro ſeruitute debet intentari cõtra dominum proprietatis, & non contra vſufructuarium. l. fin. §. fin. ff. de ſeruitu.

Pro eo, quod fit ex ædibus proprijs in communes, vel ècontrà, poteſt agi negatoria. l. 26. ff. de ſeruit. vrba. prędio.

In actione cõfeſſoria, vel negatoria contra reũ ſe non defendentem officium Iudicis eſt, vt cogat eum cauere ſe nullam nouitatem facturum, donec de iure ſuo doceat, & partes actoris ſuſtineat. l. 15. ff. de ope. non. nunciat.

Cõfeſſoria ſi pro cõſtituenda quaſi poſſeſsione ſeruitutis

ſeruitutis agatur cōtra contumacem, ex primo decreto fit miſsio in locū ſeruitutis, ex ſecūdo ſtatuitur certum tempus, intra quod agat. Bar. ſing. 2.

Vbicunq; quis habet vſum alicuius ſeruitutis, non ius ſeruitutis, ſubuenitur ſibi per officiū Iudicis, ſi impediatur. idem ſing 55.

Libellus in confeſſoria quomodo formetur, vide per Bart. in l. 7. ff. ſi ſeruit. vendi. & in l. 15. nū. 13. de oper. nou. nunciatio.

Fructuarius non habet vtilem confeſſoriā pro ſeruitute. Barto. in l. 1. §. vſufructuarius. ff. de oper. nou. nunciat.

Aedificans ſi petierit remiſsionē nunciationis, & ſuccubuerit, poteſt iterū agere cōfeſſoria, vel negatoria pro declaratione iuris ſui. Bar. in l. 5. §. ſi is, cui. ff. eod.

Poſsidens agens actione reali pro re incorporali, vt pro ſeruitute, debet ponere in libello, quòd reus ipſum agentem inquietat. Bart. in l. 15. ff. de oper. nou. nuncia.

Vide de materia harum actionum in titu. ff. ſi ſeruit. vendi.

Fructuarius licèt non agat confeſſoria pro ſeruitute acceſſoria, tamen agendo pro vſufructu indirectò conſequitur, quod mero iure conſequi non poſſet. l. 1. ff. ſi vſusfruct. peta. vide l. 5. ff. eod.

Vſufructuarius extraneo procuratorio nomine domini nunciat nouum opus, domino non, ſed poterit confeſſoriam intentare. l. 1. §. fin. ff. de oper. nou. nuncia.

Qui habet ſeruitutem viæ reficiendæ, non nunciat nouum opus, ſed debet confeſſoriam intentare. l. 14. ff. eod.

De paſcuis, finibus, ac nemoribus.

PAſcua ſine affidatione per noctē, & diem depaſta, an debeantur per dñm animalium, & quando, vide Afflict. deciſ. 290.

Affidandi ius paſcendi, an præſcribi poſsit per longiſsimum tempus, vide Afflict ibid.

Paſcuorum vſus per longiſsimum tempus, an noceat Domino territorij, vide ibid.

Antiquæ conſuetudines ſeruari, & attendi debent in montibus, paſcuis, & aquis. Boer. deciſ. 125. nu. 5. Crau. conſi. 154.

Ad probādam ſeruitutem paſcendi pecoris, requiritur tp̄s, cuius initij memoria nō exiſtat in contrarium. Myſing obſer. 54. cent. 4.

Præſcriptione etiam longiſsima non acquiritur ius paſcuandi, quando homines, ſeu cuſtodes beſtiarum contenderant, & contradixerant aduerſus cuſtodes animalium illius loci, qui vtebatur paſcuis alienis, vt ne depaſcerentur eorum animalia. Crauet. conſi. 292. & tale ius non leuiter acquiritur. Ioan. Pap. lib. 14 tit. 1. arreſt. 4.

Obſeruantia interpretatiua multum operatur ad probandum fines locorum, quæ conſuetudo, vel obſeruantia longum tempus non requirit. Menoch. conſi. 21. nu. 15. vol. 1.

Fines loci in antiquis, poſſunt rectè probari ſolis verbis enunciatiuis, per libros ſenſus, & per ſolutionē onerū, vide Menoch d. cōſ. 21.

Fines inter cōitates præſcribuntur poſſeſsione tacita, & quieta 30 annorū, vide ibid. n. 21.

In paſcuis, pontibus, aquis, & huiuſmodi ſtandum eſt antiquitati. glo. in verbo ſicut. c. 2. de pac. conſtant. in vſib. feud.

Vniuerſitas ex vna volens territorium, quod ſeruiuit paſcuis animaliū antiquiſsimis temporibus infeudare, nempe, quod pro animalibus quid ſoluatur, & ipſorum animalium domini particularium ex altera negantes, quid iuris, vide Capic. deciſ. 152.

Licèt ius paſcuandi ſit præſcriptum, tamen tale ius non impedit reductionem terræ gerbidæ ad culturam faciendam per homines territorij, cōtra quos ius paſcēdi fuerat præſcriptum. Crau. conſi. 292. nu. 4.

Caſtrum ſi contendat cum alio de paſcuis, non poſſunt hoīes vnius caſtri teſtificari pro vniuerſitate, nā effectus eſt ſingulorum, licèt nomen ſit vniuerſitatis. Capi. deci. 152. limita tñ vt ibi, vide Io. Pap. lib. 13. tit. 2. arreſt. 2.

Vniuerſitas alicuius loci prętēdens paſcua, ſeu ius paſculandi, aquandi, & lignandi in territorio alterius iure cōionis antiquiſsimæ, debet manuteneri lite pēdente quo ad paſcua, & ius aquandi, in reliquis nō. Capic. deci. 189.

Paſcua, quibus, ciues pro vſu eorum animalium ſolent vti, vniuerſitas vendere poterit pro ſolutione functionum, ac aliorum debitorum concurrente maiore parte hominum ipſius vniuerſitatis, ac ferè omnium ſolo Barone contradicente tanquam primo ciue. Vinc. de Fran. deciſ. 197.

An maior pars vniuerſitatis poſsit ſtatuere circa paſcua, contra antiquam conſuetudinem, vide ibid. d. deciſ. 197.

Sententia lata cōtra Dominū directum ſuper finium reſtitutione Vaſallis præiudicat, & talis ſnīa per curſum centum annorum cenſet ratificata ab vniuerſitate, & hominum loci. Hiero. de Monte. in ſuis quęſtionib. q. 26.

Domini locorum cōfines territorium mutare, vel variare, aut diuidere poſſunt, & ad hoc faciendum Iudices dare. ibid. nu. 19.

Confines finium per ſpacium 40. annorum non poſſunt præſcribi; ſecùs per ſpacium centum annorum. ibid. nu. 36.

Villæ, & vniuerſitates, ac communalia vnita ſi ſeparentur, & eximantur, & non fiat diuiſio communalium, poterit fieri diuiſio altera illarum ſeparata petente, quo ad illa bona cõmunalia exiſtentia tempore ſeparationis tantùm. Borg. Caual. deciſ. 4. part. 2. de contract.

Diuiſio communalium, & iuriſdictionum non poteſt fieri, niſi à Superiore, vel de licẽtia Superioris. idem Borg. d. deciſ. 4.

Paſcua, & hærbæ de iure communi ſunt Dominorum territorij: ideò allegans contrarium probare tenetur, cùm habeat præſumptioné iuris contra ſe. Vincent. de Fran. deciſ. 301. par. 2, Ioan. Pap. lib. 13. titu. 2. arreſt. 1. imò qđ ſint vniuerſitatis, ſcribit Crau. conſi. 154.

Qualiter homines habentes paſcua communia debeant illis vti communiter, & quid de nemoribus communibus, vide Ioan. Papon. d. arreſt. 1. ibid.

Habitantes in alieno loco non poſſunt eſſe participes prædiorum eiuſdem loci, quæ diuidi ſolent inter antiquos, & originarios Ciues, ſeu municipes deſcendentes ab illis primis acquirentibus. Menoch. conſi. 390. lib. 4.

Seruitus paſcendi pecora qualis ſit, & dicatur impediri, vide per Hartm. Hartm. cap. 5. titu. de ſeruitutibus.

Seruitus paſcendi pecora, & alia animalia de iure Ciuili habet cauſam diſcõtinuam: ideò facultas paſcendi non præſcribitur, niſi tanto tempore, cuius initij memoria non exiſtat: niſi annuatim eſſet præſtitum aliquod tributum; tũc enim probata ſolutione cum curſu decẽ annorum, dicitur ſeruitus acquiſita. Guid. Pap. q. 573. vide Caſſa. in conſuetu. Burg. tit. *des foreſtz* Rub. 13. §. 5. glo. 3. & ſupra tit. de ſeruitutib. in genere.

Communitas alicuius loci eſt fundata de iure communi ſuper paſcuis, & herbagijs abſque exhibitione tituli. Fran. Marc q. 209.

Seruitus pecoris paſcẽdi realis dicitur, & quòd paſcua in certa parte anni prohibeantur, ſtatuto fieri poteſt. Marc. q 223.

Paſcuis vti moderate iuxta patrimonij vires vnumquenque oportere, ſcribit Marc. ibi. nã ius habens paſcagij, illo moderatè vti debet. idem Marc. q 84.

In terris cultis, & ſeminatis poſt recollectã paſcua ſunt cõmunia: idem in pratis non clauſis, quia ſi animalia intrent (nõ data opera) ex ſe ipſis non eſt locus inqueſtæ, cùm faciãt ſecundum earum naturam. Marc. d. q. 223.

Poſſeſsio paſcendi communitatis non probatur ex eo, ꝙ homines ſint ſoliti paſcere animalia. Iaco. Put. deciſ. 26. lib. 2.

Valet cõſuetudo de paſcendo animalia in territorio, aut fundo alieno. Dec. conſi. 550. & ius paſcendi præſcribitur ſpacio 40. annorũ, qñ tale ius acquiritur perſonis, & non ꝑdijs dominantib. Crau. conſi. 40. nu. 4. & 5.

Paſcuo communi vti quis debet ſolùm pro modo poſſeſsionum, quæ ibi in vicino habet. Crau. conſi. 60. vide conſi. 154. & paſcua diuidi debent pro rata prædiorum, & eorum neceſsitate, vbi de vſu paſcuorum quæſtio eſt. Craue. conſi. 154.

Paſcua quomodo diuidi debeãt, vide Menoch. de arbitra. libr. 2. caſ. 245. an vſus paſcui, ſiue ipſius paſcui diuiſio peti, & fieri poſsit, vide Excel. P. Teſſau. deciſ. 71. & quomodo fiat, vide ibid. deciſ. 72.

Bona inculta, & gerbida locorum debent pertinere ad illos locos, pro quorum vſu ſunt deſtinata, etiam ſi loci ſint eiuſdẽ parochiæ. Crauet. conſi 154. & æqualiter probetur negatiuũ ius, puta quòd quis non poſsit colere paſcua in tali manto, vide Crau. ibid. nu. 2.

Pro paſtu pecoris duæ competũt actiones, vna datur quando animalia alicuius ab eo depaſta ſunt in fundo alterius frumẽtum, hordeũ, vel in quoſcunq; fructus damnum dederint, nam tunc dominus animalium tenetur hac actione ad intereſſe, alia actio conſideratur in factum de paſtu pecoris, quando fructus alterius cadunt in fundum vicini, qui immiſcit ſua animalia ad paſcẽdum illos fructus, de quibus actionibus vide per Ioan. Criſp. de Mont. in ſuo tract. termino. actio. poſt Iaſ. de actio. num. 162.

Ius paſturandi eſt ſpecies ſeruitutis realis; ideò non ꝓſumitur, niſi probet̃. Dec. cõſ. 483. n. 13.

Paſcua deputata ad vſum fundi in legato fundi continent̃. Dec. conſi. 655. nu. fin. Menoch. conſi. 140. vol. 2. nu. 33.

Ius paſcendi animalia conceſſum communitati ſolùm pro eius animalibus, nõ poteſt alienari, & concedi pro alienis. Dec. conſi. 667. tamen ſi alienet̃, licèt alienatio ſit nulla, non ob id alienans incidit in pœnam. Dec. ibid.

Quod eſt intra fines alicuius territorij, præſumitur eſſe de finibus illius territorij, cuius ſunt fines. Caſſan. in conſuetud. Burg. titu. *des mais mortes* Rub. 9. §. 4. glo. 1. vide tamen Rol. conſi. 46. vol. 3. nu. 67. verſic. pariter. Menoch. conſi. 21. volum. 1.

Alueus à flumine derelictis cui acquiratur, vide Natt. conſi. 55. Tom. 1.

Quando eſt controuerſia de confinib. territorij, quis obtinere debeat, & quę probationes admittantur, vide Natt. conſi. 672. & conſi. 673. & ſupra tit. fin. reg.

Quando diuiſio finium communium nõ poſsit fieri in præiudicium aliquorum de vniuerſitate, vide per Menoch. conſi. 80. vol. 1.

Ea

Ea eſt augmēti natura, vt pertineat ad eum, ad quem pertinet res ipſa principalis, cùm rei principalis naturam ſequatur. Menoch. cõſi. 201. num. 143.

Quis tenetur de paſtu pecoris ſui, quia tenetur ſoluere æſtimationē dãni. c. 4. ex. de iniurijs.

De paſcuis publicis, & priuatis, vide titu. C. de paſcu. publi. & priua. lib. 11.

Actio de paſcuis pecorum non habet locum, quãdo fructus mei, qui cadunt in alieno depaſcuntur, ſed ad actionem in factum recurritur. l. 15. §. fin. ff. de præſcript. verb.

Immittens animalia in paſcua Principis, ipſa animalia perdit. l. 1. C. de fundis, & ſalt. lib. 11.

De venatione, piſcatione, metallarijs, & metallis.

IVs venandi ſeruitute conſtitutũ inter ſeruitutes reales numeratur; ideó tranſit ad hęredes, ſed quomodo ꝓbetur hæc ſeruitus, vide And. Gail. obſer. 66. lib 2.

Seruitus venandi eſt diſcontinua, quia facta, ſeu actus hominis ſunt diſcontinui, ideó non præſcribitur, niſi tanto tempore, cuius initij memoria nõ extet in contrariũ. Gail. ibi. n. 7.

De iure venandi, & de ſylua venatoria, & an domini ſylue ſeruitutem venandi deteriorem facere poſsit, vide obſer. 67. lib. 2. eiuſdem.

Venatio militiæ comparatur, & Principes venatione delectantur, venatorq; venationem ſomniat. idem ibid.

Fructus ſyluæ venatoriæ cuius ſint, & vtrum cõmunis omnib. venatio ſit, vide plenè. obſer. 68 lib 2. eiuſdem.

An venatio, vel piſcatio cùm ſit, de iure gentiũ poſsit prohiberi, vide Gramma. deciſ. 67. nu. 2. & 9. Fran. Marc. q. 529. Vinc. de Fran. deciſ. 158. negatiuã tenent Crau. conſi. 314. & 317. Natt. conſi. 375. & 604. Rol. conſi. 9. vol. 2. vide Dec. conſil. 197. & 271. Princeps tamen ex cauſa poteſt venationem prohibere. Natt. conſil. 604.

Venatio dum ꝓhibetur ſubditis per Dominos dicitur illis fieri iniuria, quare datur cautela, vt id prohibeant per banna pœnalia, & ſi non contradicant, ſed abſtineant à venãdo, Dñi cõſtituuntur in quaſi poſſeſsione prohibendi. Gram deci. 67. vide Fran. Marc. q 529. &ècontrà dať cautela ſubditis, vt à tali banno reclament. Grammat. d. deciſ. 67. num. 14. Marc. quæſt. 529.

Si Dominus faciat ſtatutum, ꝙ nullus poſsit venari in aliquo loco, non valet tale ſtatutum, niſi interueniat cõſenſus eorum, quorum intereſt. Hart. Hart. c. fin. tit. de ſeruitutib. lib. 2. poſt Dec. conſi. 197. Bal. conſi. 410. par. 5.

Venari in alieno territorio ſine guarena non licet, niſi ad vrſos, apros, & lupos. Guid. Pap. q. 218. imò licet, niſi Dominus territorij prohibuerit. Fran. Marc. q 303 vide q 529.

Columbos capere in columberio alieno, furtũ eſt. Marc. d. q. 303 & q 529.

Venatio nobilibus eſt permiſſa; non antē ruſticis, præter ad lupos, apros, & vrſos. idem Marc. d. quæſt. 303.

Venationis quot genera ſint, & an ſit Clericis permiſſa venatio, vide Marc. q. 529.

Tres ſunt ſpecies venationis, & venatio, quæ fit in ſyluis, & ſaltibus occidendo feras, vel aues ſui natura regulariter eſt permiſſa, ſed quando Clericis ſit interdicta, vide Menoch. de arbitra. lib. 2. caſ. 413.

Communitas ex præſcriptione poteſt ſibi ius prohibendi de nõ venando acquirere. Dec. conſi. 197.

Ius piſcandi, & venandi competit iure Naturali, & non poteſt prohiberi, niſi alicui ſit ius quæſitum in certo loco ex longa conſuetudine, vel priuilegio Dec. conſi 271.

Piſcandi ius poteſt competere ex longo vſu. Dec. ibid. num 14.

Dominus agri non poteſt agere contra venatorem, qui aliquid accepit in ſuo agro ad tradendum illud, quod accepit eo inuito; ſed tantùm competit actio iniuriarũ Natt. cõnſ. 375. nu. 6. Rol. conſi. 9. vol. 2. ſecùs ſi fuerit facta inhibitio ꝑ Iudicem. Rol. d. cõſi 9. in fine.

Licitũ eſt cuilibet aucupari, & venari volucres, & beſtias feras, tam in publico, quàm in priuato, tàm in ſuo, quam in alieno fundo, poteſt tamen dominus fundi prohibere ingredientem venandi cauſa excepta venatióne animalium, quæ damnum inferre poſſunt. Hart. Hart. c. 7 tit. de ſeruitutib. lib. 2.

Venãdi ius acquirit quis præſcriptione, ſi prohibeat alios ire venatum, qui per tempus cõmodum ad pręſcribendũ dictæ prohibitioni acquieuerint. Natt. conſi. 522. & 523. nam ius venandi inter ſeruitutes prędiales cenſetur eſſe, vide Hart. Hart. c. 4. tit. de p̄ſcriptionib.

Conſuetudine quis acquirere poteſt, ne aliquis poſsit piſcari in flumine, quando ille ſolus piſcatus fuerit pluribus annuis, & alios prohibuerit ſciente, & non contradicente populo. Rol. conſi. 5. nu. 68.

Cuilibet licet venari, & capere feras damnoſas, exceptis aliquib. temporibus; item cuilibet licet piſcari in aquis, & fluminibus publicis, vide antiq. conſtitutio. Sabaudiæ. tit. de venatio. & piſcat. lib. 3.

Ius venationis,ſeu piſcationis non poteſt prohiberi , niſi tale ius eſſet præſcriptum percipiendi annuum centū.Crau.cōſi.314.vel aliter cōuentū eſſet ex trāſactione.Cra.cōſ.317.

Quia portus , & flumina omnia publica ſunt, ius piſcandi omnibus commune eſt: fallit in caſibus,de quibus vide per Hartm.Hartm.c. 3.tit. de ſeruitutibus.

Seruitus iuris piſcandi quid,& quomodo acquiratur ,vide ibid.c.4.

Licèt ius piſcandi ſit commune in flumine ; tamen hoc limitatur ſex in caſibus,de quibus, vide per Caſſa.in conſuet.Burg.tit.*des foreſtz* Rub.13.§.2.glo.1.nu. 22.

Facultas piſcandi in Mari,licèt omnibus competat ; id tamen verum eſt , niſi alicui ſit ius quæſitum ex longa conſuetudine, vel priuilegio.Rol.d.conſi.5.nu.69.

Barones non poſſunt prohiberi piſcari in ſuis terris, niſi aliter ſernetur de conſuetudine. Guid.Pap.q.514.imò ſecundum Boer. piſcationes ſunt Domini loci;ſed an poſsint præſcribi,vide Boer.deciſ.552.

Non licet in priuato flumine , vel lacu, aut ſtagno piſcari.Boer.d.deciſ.552.

Minerę ſunt ad exemplum theſauri,& inuentoribus propterea acquiruntur. Crau.cōſi.209.

Metalla in loco priuati inuēta ſunt ipſius priuati,niſi quo ad decimā,quæ debetur Principi. Afflict. deciſ.321.

Licèt prædiū alterius ingredi non liceat inuito dn̄o , tamen metallarij de publico deputati, poſſunt ingredi alienū fundum, & data opera metalla quærere,etiam inuito dn̄o. Hart. Hartm.c.1.tit.de ſeruitutib.lib.2.

Licentia tamen fodiendi alicui conceſſa,intelligitur ſine alterius detrimento. ibid. d. c.1. vbi plenè de materia.

Rex an poſsit dare licentiam quęrendi metalla in fundo alieno inuito domino , vide Afflic. deciſio. 321. nu.6.

De vijs,& itineribus publicis, & priuatis.

Via publica vti cōmunis non pōt pręſcribi.Fran Marc.q.216.n.5.

Via publica occupata , per vicini fundum tranſire licet.Marc. quæſt. 336.

Via publica omnibus eſt libera, & nemini prohibita : ideò nemo poteſt prohibere, ne quis vadat ad diſtrictum alterius. Hart.Hart.c.5.tit. de pręſcriptio.lib.2.

Via publica militans, vel regalis dicitur, & viæ publicæ inter regalia annumerantur. Marc. quæſt. 336.num.17. & 18.

Viæ publicæ non niſi cum Principis conſenſu alterari debent.ibid.nu.19.

Viæ publicæ vſus communis eſt , & via publica eſt impreſcriptibilis.idem Marc.q.385.

Cloacā facere, qua via publica deterior fiat nemini licet,neq; in eā aliquid fętidum,aut turpe emittere.Fran Marc.q.497.nu.12.

Via publica ad hoc,vt mutari poſsit quæ requirantur,vide Marc.q.592.

Viam publicam conſtruendi facultatē qui dare poſsint,& via publica, vt probetur nō ſufficit probare,quod publicè eatur,niſi & ſolū publicum eſſe probetur Marc.q.593.

Via publica priuatorum eſt,licèt proprietas ſit publica.ibid.d.q 593.

Scalam, aut gradus ſuper vicum,aut carreriam facere etiam in ſuo (ſi viæ publicæ noceret) nemini licet. Marc.ibid.

Viæ, & itineris locū ex cauſa mutari poſſe,ſcribit Marc.q. 596.

Tranſitus innoxius nunq̄ denegādus,ēt ſi quis velit tranſire cū exercitu; aliàs poteſt vis adhiberi,& bellū indici vt habeatur, qſi iuſta & neceſſaria cā ſubeſt.Natt.conſi.642.num.fin.

Vrinam,immūdicias,& vinum putridum in viā proijcere,prohibitum eſt.Marc.q.483.par. 2.

Inter iter publicum,& priuatū illa eſt differentia,quia iter publicum non hēt exitum, neq; claudit̄; ſecùs in priuato. Marc.q.671.par.2.

Illa dicitur via publica , quę à publico incipit, & ad publicum deſinit. Vincent. de Franc. deciſ.142. num. 3.

Verbum iter,appellatione ſtratæ, ſeu viæ comprehenditur ibid.nu. 5.

Paſſagium ſi debeatur alicui ponti , qui fuerit deſtructus,& poſtea mutatus, ac renouatus, an idem paſſagium debeatur nouo ponti tanquam loco primi ſurrogato, vide Iaſ. de act. in §.fuerat.nu.10.

Quis non pōt vſurpare portū,vel porticū publicū ſine Principis licētia.l.19.C.de oper.publ.

Ad probandam viam eſſe publicam non ſufficit probari per teſtes,quod publicè itum fuerit per omnes, & per longum tempus. Math. Matheſil.ſing 92.

Nō licet alicui ſuper via publica de domo ſua in aliam domum ſuam facere pontem , ſine Principis auctoritate. Henric. Boer. in ſuis ſingularibus tit.auctoritas.nu.10.

Viæ an ſint publicæ , & qualiter intelligantur, & an poſsint auctoritate ſuperioris tolli , vide Bar.in §.litorum,inſtitu.de rerum diuiſio.

Etiam per Principis reſcriptum non licet occupare locum publicum ædificando contra decorem faciem Ciuitatis , nec allegari poteſt præſcriptio.l.5. C.de oper.publi.

Via

Via publica deſtructa ſuccurritur Reipub. quia Iudex præcipit fieri viam per fundum vicini. Guid.Pap.q.444 nu.fin.& Boer.deciſ.322.nu.9.Fran.Marc.q.336.

An pro commutatione viæ publicæ in aliũ locũ prædiorum priuati, debeat fieri recompenſa de publico,ſeu à Principe, vide Marc. quæſt. 336.

Viam pub. fluminis impetu,aut ruina deperditam vicini præſtare tenentur: idem in foſſatis Ciuitatis, nec tunc ſoluitur pretium à fiſco: ſecùs tamen eſt in via priuata,quia tunc debet ſolui ab illo,qui petit ſeruitutẽ. Franc. Marc. quæſt. 596.

De ſeruitutibus itinerum, & viarum, vide ſupra tit.de ſeruit.ruſtico. prædio.

Via publica neque mutari, neque claudi ſine Principis,vel alterius (cui debeẽ)poteſt.Mar. ibi.nu.15.& q.595.

Via publica numeratur inter regalia: ideò claudens illã poteſt puniri.Marc.q 672.par.2. ſed quæ dicatur via publica, quæ priuata, & de materia, vide in tit.ff.ne qd in loco publico.

Si vendo tibi fundum non videor vendere acceſſum ad illum, nec cogor tibi pretio vendere.Capic.deciſ.187.nu.10.

Vicinus cogitur vendere iuſto pretio vicino viam ad fundum ipſius, ſi non poteſt alibi illam habere; ſecùs ſi alibi poſſet habere, licèt ſit ſibi prolixior,& remotior. Boer.deci.322, vide tñ ibi.& Ioan. Pap.lib.14.tit.1. arreſt.5.

Via priuata ſi fiat in fundo vicino à prætereuntibus pretium ſoluẽdum eſt, vt quando fit in agro proximiori propter neceſsitatẽ. Marc. q.336.nu.3.& 9.

Ne agatur, vel eatur per fundum priuati,dominus in dubio ſemper vetare præſumit. Marc. d.q.336.nu.10.

Pontis partem in alieno territorio extendere, ſiue manumittere incõſulto territorij Domino,nulli licet Marc.q.582.par.2.

Ne quid fiat, immittatùrue in via publica, aut itinere, quo deterior fiat datur interdictum, de quo per Io.Criſp.in tracta termino.actio. nu.45.poſt volumen Iaſ. de actio.

Item competit interdictum de itinere, actuíue priuato illi. qui per fundum alterius ad fundum ſuum habet iter, vel actũ cum iuerit ſaltem per 30.dies in anno.ibi.nu.69.

Viæ vicinales ſunt priuatorum perſonarũ: ideò ius congrui non impeditur,vbi eſt via vicinalis in medio duarũ terrarum. Afflic.deciſ.62.

Quid requiratur ad hoc,vt quis dicatur in quaſi poſſeſsione ſeruitutis itineris, vt obtineat in poſſeſſorio,vide Bart.in l.1.§. hoc interdicto.ff.de itin.actuq; priuato.

De refectione viarum vide infra tit.prox.

De via, & itinere publico, priuatoùe reficiendo.

ECcleſia tenetur conferre pro refectione pontium,& viarum.l 7.C.de Sacroſanct.Eccleſ.nam Eccleſia habet immunitatem à ſordidis,& extraordinarijs muneribus exceptis his, quæ pertinent ad refectionem itinerum, viarum,& ſimilium.§.ad hæc Authen. de Eccleſiaſti. titul.

Ad murorum reparationes an Clerici, & quando teneantur, vide Rebuff.in ſuis comment. tract.de ſentent.prouiſio art.3. glo.7.

Munitio viarum,& aggerum debet fieri expenſis poſſeſſorum pro quantitate patrimonij.l.fi C.de immunita.nemini cõcedenda, lib.10. Anto. Corſet. in ſuis ſingularibus litera M. ſing. munitio.

Via publica,vel priuata,per quos fieri,vel refici debeat, vide Bar. in l. 2. C.de immunita. nemini concedenda.

Quilibet debet munire ante domum ſuam, non autẽ debet fieri munitio de publico.Bart.ibi.

Vicini poſſunt collectã indicere pro puteo reparando,aut via reficienda Guid.Pap q.444.

Illi,qui habent prædia prope vias, debent illas reparare.Fran Marc q 593.nu 6.

Ad quos pertineat reparatio viarum publicarum, & priuatarum habemus in hac patria decretum.de quo in antiq.conſtitutio.Sabaudiæ tit.de reparatio.& manutentio. viarũ lib. 2. vide Caſſa.in conſuetu.Burg. tit. *des iuſtices* rub.1.glo.2 fol 59 Marc.de Mant. ſing 162.

Via publica deſtructa refici debet à dominis domorum iuxta viam ſitarum,nõ à Republica,& ſi tales domini non ſunt ſoluendo, tale onus ſpectat non ad Rempub. ſed incumbit alijs vicinis.Ludo.Roma.ſing.817.vide tamẽ. l.2.§. viarum.ff.ne quid in loco publico.

Refectio viarum pertinet ad vſufructuarium. l.34.§. ſi quid.ff.de vſufruct.& quẽad.quis vtà. & locator, & non conductor debet conferre pro via reficienda.Guid. Pap q.444.

Ad conſtructionem aquæductus,vel portus,ſeu murorum refectionem quilibet conferre tenetur,non obſtante dignitatis priuilegio.l.6. C.de oper.publi.

Qui vias publicas munit ad priuatam vtilitatẽ ſatiſdare tenetur de damno infecto; ſecùs ſi ad publicam.l.31.ff.de dam.infect.

Viarũ munitiones non perſonę,ſed locorũ munera ſunt.l.14.§.viarum.ff de muner.& hono.

Inſtructio viæ publicæ, pontium, & ſtratarum inter ſordida munera non numerantur, & ideò nemo excuſatur ab ea.l.4.C. de priuilegijs

gijs dom. Aug.lib.10.Azo in ſumma tit.C.de oper. publi.

Vt liceat reficere viam publicam,vel iter publicum datur interdictum,de quo per Io.Criſp. de Mont.in ſuo tract.termino.act. poſt volumen Iaſ.de actio.nu.51.

Legatum incertum ad viæ refectionem factum valet, de quo vide per Menoch. de arbitra. lib.2.caſ.188.

Sententia lata,vt pons, vel iter reficiatur,execucutioni mandatur non obſtante appellatione, quia in his regulariter periculū eſt in mora. Rebuff. in ſuis comment. ſuper conſtitu. Reg.tracta de ſenten.prouiſio.art.3.gloſſ.7.

Via vbi penitus eſt extincta,.de agro vicino fit via publica, & quando eſt ad tempus inacceſsibilis, poteſt per fundum vicinum iri etiam inuitq domino, & prohibente. Natt. conſi. 642.

Si vi fluminis via publica amiſſa ſit,vicinus proximus viam præſtat,ſoluto pretio fundi.Rot. Auenio.deciſ.127.num.4. in deciſio. diuerſo: Tom.3.fol.121.

Vide de materia ſupra tit.prox.

De fluminibus,& aqua.

FLumina ſunt Principis quo ad proprietatē, ſecùs quo ad vſum. Franc.Marc.q.385.& ſeq.ideò fluminum publicorum vſus primo occupanti conceditur, in parte tantùm occupata.idem Marc.q. 416.& q 38.par.2.

Flumina Regni ſunt Regis, flumen tamen licèt peremne,priuatum eſſę poteſt.Afflic.d.deciſ. 388.& Vinc.de Fran.deciſ.183.

Aquæ,& flumina publica nō nauigabilia exiſtētia,vel tranſientia in territorio alicuius Domini,ſunt ipſius Domini.Boer.deci.552.quia dicuntur de regalibus Principis.Marc.quæſt. 40. & quæſt. 386.

Poſtquam aqua ingreditur territorium alicuius Domini loci eſt priuata, & non publica, vel communis,quia per priuata territoria, vel locum diſcurrit.Boer.d.deciſ.552.nu.5.

Flumina priuata dicuntur, quando non currūt ſemper.Mar.q.416.nu 9.

Nauigare, & piſcari in flumine publico omnibus licet.Marc.ibid.

In aquę conceſsione prima conſtitutio eſt ſpectanda, & antiquitati ſtandum in aquis, & aquarum commoditatibus. Mar.q.560.nu.4.

Principem aquam habere venalem excecrabile,quia aquæ publicæ vſus omnibus eſt communis.Marc.d.q.560.

Aquę fontiū,quę Reipub.vſui ſunt albergari,vel particulari cōcedi non poſſunt,niſi cum expreſſa,& ſpeciali derogatione. Marc. q.561.

Aquarum decurſus ſunt Domini loci,& poſſunt albergari tanquam de Regal. quod eſt verum,quando tales ripariæ portant ædificia, vt pro molendinis,batitorijs, vel alijs ſimilibus;aliàs ſecùs.Marc.q 562.par.1.vide q.500. eiuſdem par.2.

Nauigādi ius in flumine publico omnibus permiſſum eſt,nec prohiberi poteſt,tamē priuatus in eius territorio nauigationem, & piſcationem prohibere poteſt, attenditur nihilominus ſuper iure nauigandi,& piſcandi conſuetudo.Marc.q.591.

Litora fluminum publicorum quo ad proprietatem illorum ſunt, quorum prædijs adhærent,licèt vſus communis ſit.Marc.ibi.nu.fin.

Flumē curſum habēs inter duo territoria in dubio commune præſumitur, & vtrique Domino territoriorum competit iuriſdictio.Marc. q.271.& q.345.par.2. vide Boer. conſi.24. nu. 15.Dec.conſi.244 Caſſa.in conſuet. Burg.tit. *des foreſtz* rub.13.§.2.glo.1 nu.21.

Flumina in conceſsione caſtri, & territorij veniunt.Marc.ibi.& pertinent (ſi ſunt publica) ad Dominos habētes merum,& mixtum Imperium.Boer.conſi.24. nu.13.

Flumina in particulari ſunt earum Ciuitatū,per quarum territorium tranſeunt. Marc. quæſt. 345. part. 2.

Aqua vniuerſitatis conducta per rugias, & foſſata præſumitur ex oneribus perſonalibus,& non realibus conducta,& acquiſita: ideò ad omnes ſpectat.Borg. Caual.deciſ.22.par.2.

Pons poteſt eſſe vnius,& flumē aquarū alterius, vide Ioan.Pap.lib.6.tit.10.arreſt.fin.

Riuus non nauigabilis, nec alium faciens nauigabilem,non dicitur de regalibus : ideò licitum eſt vnicuique ex tali riuo aquam ducere ad prædia ſua.Craue.conſi.124.num.5.vel ad aliud opus.Craue.conſ.204.& Dec. cōſi.244.

Quando riuus non eſt perpetuus, nec continuè fluuit,tunc non dicitur publicus; ſed priuati iuris, & eius dominium ad eos pertinet, qui ab vtraque parte ipſius riui prædia poſsidēt. Craue.d.conſi.204.nu.3.& 17.

Aqua videt̄ eſſe illius,cuius eſt locus.Dec.conſ. 373.2.vol.

Flumen priuatum nihil tribuit per aluuionem; adijcere tamen poteſt ſupponendo. Bart. in tracta. de fluminibus.

Torentia,ſeu foſſata agrorum, cur priuata ſint, vide Bart.ibid.nu.3.

Foſſata poſita in confinio duorum prædiorum communia ſunt.Bart.ibi.nu.4.

Fluminum publicorum communis eſt vſus; ſicuti viarum publicarum, & litorum; ideò in

his

his licet cuilibet ædificare, & deſtruere dum tamen hoc ſine incommodo cuiuſque fiat.l. 24.ff.de dam.infect.

Portus, & flumina ſunt publica,ideò in illis ius eſt omnibus piſcandi.§.flumina,inſtit. de acquir.rer.domin.

Aqua in nouum molendinum ſupernum duci. quando poſsit, non obſtante prohibitione domini molendinij inferioris,& quando nō, vide Afflic.deciſ.388.nu.11. Vincen.de Fran. deciſ. 183.& Barto.in l.1.§. & ſi vicinus.ff.de aqua plu.arcen.

Molendina cōſtruere, & aquam ex flumine publico ducere,an quomodo,& quando liceat, vide Franc.Marc.q.40.nu.fin.par.1. & q.385. & infra tit.de molendinis.

Quis poteſt aqua ſui molendini poſt eius vſum ad libitū vti,licèt alteri noceat.Dec.cōſ.244.

Aquam euntem è molendino vnius,non poteſt alius eam excipere eo inuito.Dec.d.cōſ.244. nu.6.vide tamen Io.Ant.Trigo.ſing.35.

Quando Ciuitas, vel municipium ex flumine publico vtitur aqua ad molendinum,nūquid particulares ipſius Ciuitatis, vel municipij poſsint diuertere aquam ex d.flumine,ad irrigandum eorum prata,vide Caſſa.in cōſuet. Burg.tit. *des foreſtz* rub.13.§.2.gl.1.nu.5.& flumen priuatum quid ſit, vide nu.8.

Quando habentes molendinum, vel prædja in loco ſuperiori diuertunt aquam in præiudicium eorum, qui habent molendina in loco inferiori,quid iuris,vide Caſſa.ibi.nu.8.

Ius ducendi aquam ad ſuum molendinum habens,an illud perdat,alueo mutato,vide Bar. in l.3.§.ſi aquam.ff.de aqua quot. & æſtiua.

Flumen mutato alueo, ſi in priſtinum alueum redeat,an prior Dominus ius portus,vel pedagij recuperet,vide Marc.q.79.

Ius aquæ ducendæ conſuetudine quæri poteſt, & ſufficit allegare titulum,vt tale ius pręſcribatur.Marc.q.559.

Non valet conceſsio ducendæ aquæ in præiudiciū alterius,quando ex tali conceſsione quis priuatur ſolito vſu aquæ.Marc.d.q.559.

Seruitus aquæ ducendæ quanto tēpore quæratꝰ, vide ibi.& ſupra tit.de ſeruit.ruſtico. prædio.

In ductu aquarum non ſolùm inſpicimus principium aquæ; ſed etiam loca vnde decurrit, & meatus vnde tranſit,& ſecundum vetuſtiſſimum aquæ decurſum,& eius qualitatem iudicare debemus. Marc.q.560.

Remedia, quę comperant ratione aquæductus, vel hauriendæ,vel pecorum ad aquam appulſus,vide per Marc.q.560. & 562.

Domini fundorum,vbi oriūtur fontes, poſſunt concedere aquam; tamen in hac conceſsione requiritur conſenſus illorum, qui ex indę habent vtilitatem,& vbi fontes eſſent in fundo priuato, requiritur conſenſus vniuerſitatis,& pariter illorum, per quorum prædia fit tranſitus aquæ,imò requiritur etiam conſenſus Domini loci propter tranſitum. idem Marc.quæſt.562.

Haurire aquam in fonte vicini,non niſi cum ipſius voluntate licere,habetur ibi.nu.fin.

Poſsidens aquam viuam in ſuo, vel aliam ibi conductam, nō dicitur perdere poſſeſsionē, licèt eam ad inferiorem loca diſcurrere permittat, nec inferior dicitur acquirere aliquā poſſeſsionem.Borg.deciſ.23. num.113.par.2. ratio, quia poſsidens aquam in inferiori loco deſcendentē à loco ſuperiori,dicitur poſſidere iure familiaritatis,& facultatis; & non ſeruitutis,& dominij.ibi.Borg.

Aqua pululās,& oriens ex loco ſuperiori,& deſcendens ad locum inferiorē, dicitur eſſe domini loci ſuperioris,& poteſt illam diuertere vbi vult, niſi inferior immiſerit in alienum. Borg ibi.nu.113.Marc.q.562. vide Perilluſtr. D. P. Teſſa. deciſ. 245. facit l. 22. ff. de aqua plu.arcen.

Poſſeſsio aquarum non pręſumitur per rugiam, cauamentum, & buccellum factum,niſi probetur etiam curſus aquarum.ibi.Borg.n.116.

Fontem ex alterius fondo auertere venas aquæ in ſuo incidendo,vnicuique licet. Andr.Gail. obſer. 69.lib.2.num.12.

Præſcriptio non habet locum in his, quæ ſunt meræ facultatis,vide Excellen. P.Teſſa.deciſ. 245. nūm. 4.

Aquam diſcurrentem de publico per agrum meum, an poſsim contra veterem conſuetudinem diuertere,vide Dec.conſi.244.

Aqua ingreſſa territorium alicuius,ei licet de ea facere pro libito.Dec.ibi.

Idem ſi ſit ingreſſa prædium meum, nā poſſum irrigando meum exſicare prædium vicini. Ioan.Anto.Trigo.ſing.34. vide Perilluſt.D.P. Teſſa.deciſ.245.

Aqua, quæ ingreditur fundum meum poteſt à me concedi ad libitum alteri.Dec.conſ.373.

Aqua ſcaturiens in fondo meo, licèt fluxerit in fundum vicini per mille annos,ex hoc nō dicitur acquiſitum ius vicino,vt non poſsim ſibi impedire curſum dictæ aquæ. Rol. conſil. 53.vol.2.num.26.

Ex fundo alieno non poteſt duci aqua,niſi domino volente.l.4.& 6.C.de ſeruit.& aqua.

Sine permiſsione eius,cui ſeruitus prius fuit cōceſſa (quando hæc ſecunda conceſsio priori foret nociua) non poteſt de eodē fonte aqua duci.ibid d.l.4.

Seruitutem aquæductus habens, an poſsit eam alij concedere, vide glo.ibi.

Si quis

Si quis me impediat piſcari in flumine publico, poſſum experiri contra eum actione iniuriarum, ſed ipſe poterit obtinere inhibitionem, ne ingrediat eius fundum. l. 13. §. ſi quis. ff. de iniurijs, ſecùs tamen eſt in lacu priuato, & ſi ius piſcandi fuit conceſſum à Principe. §. fin. d. l. 13. cum ſeq.

Fluminis curſum naturalem ad alium diuertere locum opère manu facto, eſt prohibitum. Guliel. Caſſad. deci. 1. de acquir. & rer. domi vide Fran. Marc. q. 559. 589. & 597. tamen flumen ne innundet munitiones, & ageres facere licet. Marc. q. 112. par 2. vide infra tit. ſeq.

Ageres in proprio fundo ſtruere non licet, quibus aqua pluuia nõ ſolùm à ſolito curſu auertitur, ſed etiam in fundum inferiorem cum magno illius fundi detrimento, immittitur. Menoch. conſi. 393. nu. 28 lib. 4.

Quando aliquid fit in fluminibus, vt noceat alteri, quid iuris, vide Bart. in l. quominus. ff. de fluminibus, vbi etiam de aqua molendinorũ, de quibus etiam vide infra tit. de molẽdinis.

Naturalem curſum fluminis mutare non licet, niſi muniendo ripam ſi quis prædio ſuo conſulat, ſine magno incommodo vicinorum. l. 2. C. de aluuionibus.

Quando timetur damnum propter opus manu factum per vicinum, propter quod aqua pluuialis poteſt mihi damnum prædio meo afferre, poſſum contra eum agere actione, de qua pluuia arcenda, de qua vide per tot. tit. ff. de aqua plu. arcen. & tunc cogitur opus faciens illud deſtruere, vide Petr. de Rauen. ſing 864. & 865.

Si per publicum locum riuus aquęductus priuato noceat, datur actio ipſi priuato. l. 5. ff. ne quid in loco publico.

Immunditiæ in fluminis ſummitate lauari non debent, in præiudicium inferiorum vicinorum. Marc. q 563.

Manuteneri quis dẽt in quaſi poſſeſsione aquęductus, licèt ſolùm ſemel in anno fuerit vſus: idem in aqua fontis Marc. q 588.

Aquam neceſſariam quis non debet alteri auferre. ibid. ideò ex quo aliqui conſueuerunt vti aqua aliquorum fontium pro eorum vſu, debet ſeruari cõſuetudo, & non debet diuerti curſus aquę. ſecundum quod erat in æſtate. præcedenti Marc. q. 588. nu. 14. vide q 589.

Aqua per ſe defluens non inducit conſuetudinem, aut poſſeſsionem, & natura agri eſt ſeruanda, vt ſemper inferior ager ſuperiori ſeruiat, & q̃a recipit aquæ incõmodũ, recipere etiã debet cõmodũ aquę fluẽtis, quæ nõ poteſt à ſuperiori retineri. idẽ Mar. q. 589.

Poſſeſsio faciendi cluſas in riuo non perditur ex eo, quòd cluſæ perierunt, quia aliæ fieri poſſunt, & ſi quis fuerit ſpoliatus hoc caſu ſua poſſeſsione, quam habuit ꝑ paucos dies, reintegrari debet. Crauet. conſi. 124. & poſſeſsio ſeruitutis aquæ acquiritur ex eo, quòd ſemel quis aqua ſit vſus. Craue. ibid. nu. 7.

Aquæ curſus immutari non debet in pręiudiciũ alterius. Craue. ibi. nu. 8.

Ne quid fiat, immittaturùe in flumine, ripaùe eius, quo nauigatio deterior fiat, datur interdictum, de quo per Ioan. Criſp. de Mont. in ſuo tracta. termino. act. poſt volumen Iaſ. de actio. num. 48.

Ne q̃d in flumine publico, ripaùe eius fiat, quo aqua aliter fluuat, quàm priori ęſtate fluebat, datur aliud interdictum, vide ibi. nu. 53.

Pro aqua quotidiana competit interdictum illi, qui per fundum alterius ſaltem vno die, vel nocte in anno retrò aquam duxit ad fundũ ſuũ, tunc ſi impediatur datur hoc interdictũ, vide ibid. nu. 71.

Interdictum, de aqua æſtiua pertinet ad eum, qui per fundum alterius vno die, vel nocte in æſtate retrò duxit aquam in fundũ ſuum, vt non poſsit prohiberi. ibi. nu. 72.

Item, de aqua ex caſtello ducenda competit ei, qui habet ius ducendi aquam ex caſtello, id eſt loco vbi in publico aqua recipit̃, vel riuo, vel alio loco. ibi. nu. 73.

Item, pro riuis purgãdis competit aliud interdictum. nu. 74. item, vt liceat vti fonte. nu. 75. & pro fonte reficiendo. nu. 76. ibi.

Seruitus aquæductus acquiritur, ſi ex publico ducatur per ſpacium tempus, cuius initij memoria hominis non extet in cõtrarium, ſi ex priuato flumine quando eſt aqua quotidiana, acquiritur per decennium. Franc. Marc. q. 590. & requiritur, vt quis credat ſe vti bona fide, & vetuſtas habet vim legis. Marc. ibi. nã bonam fidem, & vſum in aquæductus ſeruitute probare neceſſarium eſt. Marc. q 591. requirit̃ ẽt ſcientia, & patientia aduerſarij. ibi.

Aquæ ducendæ ſeruitus non præſcribitur, niſi ſpacio., & tempore centum annorum ſecundum Vincent. de Fran. deciſ. 183. nu. 13. vide Bar. in l. 4. & 9. C. de aquædu. lib. 10.

Qualiter acquiratur ius ducendi aquã per prędium alienum, & poſt ius quæſitum qualiter dominus prędij ſeruientis debeat pati, vt ille, qui habet talem ſeruitutem illa vtatur. vide Pap. lib. 14. tit. 1. arreſt. 8. & 9.

Præſcriptio aquæ ducendæ interrumpitur per obturationem foraminum, ex quibus aqua ducebatur. Craue. conſi. 134. nu. 19.

Seruitus ducẽdæ aquę acquirit̃ ſpacio decẽ annorũ inter ꝑſentes, & viginti iter abſentes, cõcurrẽtibus ſcientia, & patientia illius, contra quem acquiritur ſeruitus. Crau. cõſi. 204. nu. 3.

Cluſam

Cluſam molendini per agrũ alterius habẽs, poteſt ibi terrã, & lapides capere ad clufam reparandam. Marc. de Mant. ſing. 281.

An ſuper riuo, qui fit alterius iure ſeruitutis, vel dominij, liceat alteri facere arcum, vel pontem cauſa aquæ ducendæ ad ſuum molendinum, vide Auguſt. Bero. q. 65.

Arcus aquæ ducendæ cauſa ſuper loco, in quo alteri ſeruitus itineris debetur, illo inuito iure non fit. Auguſt. Bero. d. q. 65.

Aquam certo modo ſuper alieno ſolo ducendi ius habens, cauſa maioris vtilitatis ſine præiudicio domini, poteſt illam alio modo ducere. ibi. nu. 2.

Aquarum innundatione perditur dominium, & poſſeſsio. Fran. Marc. q. 79.

Agri innũdati aluei mutatione, ad priores dominos reuertuntur. Marc. q. 270. part. 2. quia flumina Cenſitorum vim habent. ibi.

Alueus nouus efficitur publicus, ſicut eſt ipſum flumen: vetus verò dominis fundorum propinquorum cõceditur, idem de nouo alueo, ſi flumen in antiquum redeat, ſed innundatio fluminis non mutat dominium fundi. §. quod ſi naturali, inſtit. de acquir rer. domin.

De fluminibus, & aquæductu, vide per Marc. q. 111. part. 2.

Flumen quando alueum mutat, acceſsio noua dicitur. Marc. q. 112. nu. 5.

Flumina publica quæ dicantur, & quæ priuata, vide Marc. q. 344 par. 2.

Alueus propter enorme damnum diuerti poteſt, ibi. nu. 5.

Pontem ſuper flumine facere, inconſulto Superiore non licet. Marc. q. 347. neque illum manu mittere ad aliam partem inconſulto Domino. ibi. q. 482.

Pedagium, quod ſoluitur pro tranſitu pontis, cuius ſit, vide q. 350. ibi.

Qui ex conſuetudine, vel priuilegio habet poteſtatẽ cõſtruẽdi ſtagnum, debet hoc facere citra præiudicium prædiorum vicinorum. Boer. conſi. 24.

In fundo ſuo ſi quis aliquod opus faciat, pp qđ aqua pluuialis nocere poſsit fundo vicini, datur cõtra eũ actio aquę pluuię arcẽdę. Boer. conſi. 24. nu. 34. vide Caſſa. in conſuetu. Burg. tit. *des foreſtz* §. 1. glo. 2.

In riuo nõ poteſt ædificari ſine licẽtia vniuerſitatis habentis iuriſdictionẽ. Crau. cõſ. 204.

Licet diuertere aquã pluuialẽ vnã cũ aqua quotidiana per aquęductũ cõceſſum à Principe, maximè ſi ita ſe habeat conſuetudo. Menoc. conſi. 43. vol. 1.

Flumine conceſſo, ripa fluminis nõ continetur. Menoch. conſi. 395. nu 28. lib 4.

Quãdo pluribus ius hauriendi aquã cõceditur ſimul, ille hauſtus debet diuidi inter eos, pro modo, & arbitrio Iudicis. Ant. Corſet. in ſuis ſingularibus litera A. ſing. aqua, Bar. in l. 5. C. de aquæduct. lib. 11.)

Aqua ex flumine publico ad irrigandum agros ſecundum menſuram agrorum diuiditur, niſi alicui aliter eſſet conceſſum. l. 17. ff. de ſeruitu. ruſti. prædio.

Diuiſio aquæ fit ad menſuram prędij dominãtis, non inſpecta partium bonitate, vel neceſsitate. l. 25. ff. de ſeruit. ruſti. prædio. tamẽ maior vtilitas præfertur minori in diuiſione aquarum. Excel. P. Teſſa. deciſ. 245. nu. 8.

Aqua ex flumine publico debet duci ſeruata antiquitate, & nihil in prẹiudiciũ poſſeſſorũ antiquorum eſt innouandum. Bart. in l. 11. C. de ſeruitut. & aqua.

Aquæductus publici, ſi trãſeunt ad locũ priuatum, debent habere latitudinem 15. pedum, ſi per publicũ decem. Bart. in l. 1. C. de aquæductibus lib. 100.

Riuus appellatur pars fluminis, & eſt iuris publici, & non procedens à flumine, ſed à fontibus, vel alijs venis, quando ſit publici, & quando priuati iuris, vide Bart. in tracta. de inſula §. & alia.

Si quis in fluminis publici diuerticulo ſolus pluribus annis piſcatus ſit, alterum eodem iure vti prohibet. l. 7. ff. de diuerſ. & tempo. præſcrip.

Prẹſes debet cognoſcere de nouis riuis in Ciuitate factis. l. 2. ff. de var. & extraord. cognit.

De ripa munienda.

Naturalem curſum mutare nõ licet, niſi muniendo ripam quis prædio ſuo conſulat, ſine magno incommodo vicinorum. l. 1. C. de alluuio. & palud.

Edictum, ne quid in flumine publico, ripaùe fiat, non pertinet ad eum, qui ripæ ſuæ muniendæ cauſa aliquid facit in ripa publica, quod tamen relinquitur arbitrio Iudicis. l. 1. §. ſunt autem. ff. ne quid in flum. publi.

Cluſæ factæ in flumine publico ſunt dominorum, qui eas fecerunt, & in ripa vicini quis non poteſt immittere trabem, pro cluſa facienda ipſo inuito. Bartol. in l. 24. ff. de damn. infect.

Vt liceat ripam fluminis reficere, vel munire datur interdictum, de quo per Ioan. Criſp. de Mont. tracta. termino. actio. num. 55. poſt volumen Iaſ. de actio.

Ius ducendi aquam, an perdatur alueo murato, vide Barto. in l. 3. §. ſi aquam. ff. de aqua quoti. & æſtiua.

Flumē ne inundet munitiones, & aggeres facere, licitum eſt. Marc. q. 112. par. 2.

Licitum eſt in ripa fluminis ſe defendere, & facere reparationes, & defeuſiones, dum tamen nihil ædificetur intra alueum fluminis, nec per hoc impediatur fluminis curſus, qui accipitur in medio, ſeu magis profundo. idem Marc. q 270. part. 2.

Licitum eſt auertere braſſerias aquæ pro reducendo ad matrem fluminis. ibid. num. 2. tamen non eſt licitum diuertere aquam à ſuo ſolo. ibid. nu. 4.

Quando quis patitur enorme damnum aggeres muniendo facere defenſiones poteſt, & diuertere alueum, etiam alibi, quàm aqua fluebat præcedenti æſtate. Marc. quæſt. 344. nu. 5. part. 2.

Ripæ fluminum & ſi publici iuris ſint reſpectu vſus, illarum tamen proprietas illorum eſt, quorum prædijs adhærent. Marc. quæſt. 340. & q. 346. part. 2.

Non eſt licitum ſe appodiare in ripa alterius ibi ponendo aliquid, & ſi hoc fiat, domini (quorũ prædijs adhæret) poſſunt illud euellere propria auctoritate, ſi ſunt in poſſeſſione. idem q. 347. par. 2.

Opus, per quod aquæ curſus deterioratur in flumine publico nauigabili, vel non nauigabili prohibetur. idem Marc. quæſt. 348. vide ſupra tit. prox.

Ripa fluminis, non eſt de flumine. Marc. quæſt. 582. par. 2.

De molendinis, & alijs ædificijs.

Licèt ob cõſtructionem alicuius molendini alteri molendino præiudicium afferatur; tamen hæc nõ eſt iuſta cauſa impediendi molendinum conſtruendũ. Ozaſ. deci. Ped. 17. nu. 3. vide Boer. deciſ. 125.

Aedificare in ſuo etiam conſtruendo molendinum nulli prohibitum eſt, niſi obſter priuilegium, vel conſuetudo. Afflic. deciſ. 388. ſed qualem originem tunc habere debeat conſuetudo, vide Boer. deciſ. 125.

Conſuetudo continuandi non inducitur, etiã ſi per 40. annos quis acceſſerit ad molendinũ alienum. Afflic. deci 388. num. 4. Marc q. 1·3. imò per mille annos, niſi inhibitio præceſſerit. Boer. deci. 125. nu 5. vel conuentio. Marc. q. 123. aut cõſuetudo, vel priuilegium. Marc. ibi. & q. 584. par. 2.

In præſcriptione circa molendina requiritur titulus. Afflic. d. deciſ. 388. nu. 6. ſed an præſcriptione poſsit quæri tale ius, vide Natt. conſi. 106. Tom. 1. quando fuit inhibitum, & inhibitioni non fuit oppoſitum, vide Boer. deciſ. 125. nu. 5. Marc. q. 123. & q. 584. part. 2. Rol. conſi. 22. vol. 2. & conſi. 80. vol. 3.

Aqua in nouum molendinum ſupernum duci quando poſsit, nõ obſtante prohibitione facta inſtante domino inferioris molendini, & quando non, vide Afflic. d. deciſ. 388. nũ. 11. Boer. deciſ. 125. Caſſa. in conſuetu. Burg. tit. *des foreſtz* rub. 13. §. 2. glo. 1. nu. 8. & ſupra tit. de fluminibus, quòd non valeat prohibitio, ſcribit Dec. conſi. 373. vol. 2.

An valeat ordinatio facta per Dñm, vel cõmunitatem, quòd omnes de loco teneantur accedere ad molẽdinum Domini, vel communitatis, vide Boer. d. deciſio. 125. quod talis ordinatio, ſeu ſtatutum non valeat, ſcribunt Rol. conſi. 22. num. 19. vol. 2. Natt. conſi. 106. Tom. 1.

Statutum factum cum Regio decreto, quòd nemo accedat ad molendum in alijs molendinis, q̃ ipſius vniuerſitatis, an valeat etiam in præiudiciũ Eccleſiæ, vide Vinc. de Franc. deciſ. 380. par. 2.

Dominus quando habet ius cogendi ſubditos ad accedendum ad eius molendinum, tenetur intra horas 24. molere grauũ; aliàs poſt illas, ſubditi poſſunt recedere. Pap. li. 13. ti. 8. arreſt. 1. & 2.

Aedificatio molendini in riuo non eſt licita, niſi de licentia vniuerſitatis, quando ipſa vniuerſitas habet iuriſdictionem, ſed ſi ædificatum ſit molendinum, & acquiſita ſeruitus ducendi aquam, per lungum tempus, nõ debet deſtrui. Crauet. conſi. 204.

Dominus an poſsit cogere ſubditos ſuos ad molendum in ſuis molẽdinis, vide Iul. Clar. pract. in tracta. de feudis. §. feudum. quæſt. 30. fol. 108. Natt. conſi. 106. Tom. 1. Rebuff. in ſuis comment. ſuper conſtitutio. Reg. tracta. de remed poſſe. in præfat. num. 180. fol. 767. pro parte negatiua, ſcribit Rolan. conſi. 22. volum. 2.

Furnorum, & molendinorum conſtructionem, Vaſallus ſubditis ſuis prohibere regulariter non poteſt, Reg. ſcribitur cum ampliationibus, & limitationibus per Excel. P. Teſſa. deciſio. 16.

Quando quis habet ius, quòd omnes de loco teneantur ire ad ſuum molendinum, quod acquiritur prohibitione præcedente, & diuturnitate temporis, cuius initij memoria non extet, molendino deſtructo per paucos annos, ſi poſtea illud reædificauerit, an poſsit denuo cogere ad molendum in dicto ſuo molendino reædificato, vide Caſſa. in cõſuetud. Burg. tit. *des foreſtz* rub. 13. §. 2. gloſſ. 1. nume. 17.

Subditus poteſt conſtruere furnũ, & molẽdinũ in ſolo proprio, licèt Dñs habeat furnum in loco, niſi eſſet præſcriptum, quæ tamen præſcriptio non incipit currere niſi à die, quo prohibitus quis fuiſſet ab ædificando, & illi inhibitioni acquiſiuiſſet. Natt. conſil. 227. Tom. 1.

Subditos teneri coquere panem, vel molere in furno, aut molendino Domini non eſt ſeruitus prædialis, ſed obligatio perſonalis. Cabal. milleloq. 402.

Socius molendini communis, cui fuit conceſſa facultas ducendi aquam de aquæductu communi ad prædia ſua ſine damno dicti molendini, poteſt in ſuo conſtruere nouum molendinum, ſi aqua vtrique ſufficiat. Gaſp. Cabal. milleloq. 189.

Quando quis poſsit ducere aquam ad molendinum ex flumine publico per loca priuata, vide Fran. Marc. q. 400.

Licentia ædificandi molendina in flumine publico, & nauigabili pertinet ad Principem, niſi eſſet conceſſum conſuetudine, memoriã hominis excedente. Marc. q 417.

Opus inceptum in alio loco debet demoliri, quia cenſetur nouum molendinum, & non comprehenditur ſub albergamento antiqui molendini, & quando muratur cluſa molendini cenſetur nouum, & eſt opus noua prouiſione, ex quo mutatur locus. Franc. Marc. quæſt. 567.

Aedificanti molendinum de nouo in riparia, opus nouum poteſt nunciari ab eo, qui ab antiquo, & ex Principis priuilegio molendinum ſub annuo cẽſu habet. Marc. q. 106. par. 2. ſed quãdo quis poſsit ædificare molendinum non obſtante priuilegio alteri cõceſſo, vide Dec. conſi 373. Caſſan. in conſuet. Burg. tit. *des foreſtz* rub. 13. §. 9. glo. 1.

Molendina ſuper aqua publica conſtruere omnibus licere regulare eſt, modò nauigatio non impediatur, & per Superiorẽ ꝓhibitum non ſit. Marc. d. q. 106. nu. 4. vide Fel. cõſi. 28. nu. 13. Bal. & Alex. in rub. de rer. diuiſ. qui ſcribunt pro negatiua, tamẽ an licitum ſit in flumine publico, vel ripa molendinũ conſtruere Principe inconſulto, vide eundem quæſt. 386. 316. part. 1. & q. 348. part. 2. & ab eo flumine aquam ducere. q. 500. par. 2. dummodo aqua reuertatur in ipſo flumine licere ſcribit Rol. conſi. 97. vol. 3.

Molendinum in flumine communi cum altero Domino, an ędificare liceat, vide And. Gail. obſer. 69. lib. 2. nu. 27.

Si quis teneatur molere bladum alicui certa penſione, & debens penſionem moriatur relictis pluribus hæredibus, non tenetur amplius molere. Guid. Pap. quæſt. 406.

Si ex tribus habentibus molendinũ duo velint locare, alius nõ, tertius tenetur ſtare locationi duorũ, tamen ſi ipſe velit ibi molere pro ſua tertia parte poterit. idem Guid. ſing. 639.

Molẽdinum commune tranſit in reficientem, ſi alius ſocius interpellatus, reficere non curauerit. Fran. Cremen. ſing. 98.

Si cępi facere molendinum, & alius poſt me incipiat, & citius perfecerit, poterit me prohibere. Barto. in l. 5. §. illud. ff. de acquirend. rer. domin.

Volens facere molẽdinum in flumine publico non poteſt immittere tignum in ripam viæ publicæ, niſi requiſito eo, qui habet fundum ibi propè. Bart. in l. 38. ff. eod.

Molendino meo deſtructo, ſi alter vult facere molendinum, quod noceret meo ſi reficerẽ, an poſsim prohibere, vide Barto. in l. 45. ff. de vſucapio.

Molendinum illicitè conſtructum habens, non poteſt prohibere alium ædificantem. Bart. in l. 1. §. idem. ff. ne quid in loco publico.

De molendinis ædificandis, vel non, vide plene per Barto. in l. quominus. ff. de fluminibus & Iaſ. ibid.

An valeat pactũ, vt omnes de loco debeant accedere ad molendinum cõitatis, vide Iaſ. & rip. in l. quominus. ff. de fluminibus.

In molendinis, & ipſorum commoditatibus ſtandum eſt antiquitati glo. in verbo ſicut. c. 2. de pac. conſtant. in vſib. feudo.

In re propria ædificare, & ædificia inſtaurare, & ſarta tecta omnia reddere vnicuique pro libito licet, modò id ad alterius ęmulationẽ, non fiat. Fran. Marc. q. 498.

Quilibet in ſuo facere poteſt quod vult, dummodò principaliter fiat, vt ſibi proſit, licèt vicino lucrum auferat. Ozaſ. d. deciſ. 7. nu. 4. ſed ædificare in ſuo quando non liceat, vide Boer. deciſ. 320. nu 6. 14. 15. & 16. & non licet quando quis acquirit partem ædium ab eo, qui in ſua parte habet feneſtras reſpicientes in domo vendita: tunc enim videtur alienata domus cum ea ſeruitute, ne luminibus officiatur. vide Excel. P. Teſſa. deciſ. 216.

Animo nocẽdi alteri non licet aliquid facere, etiam in ſuo. Ozaſ. d. deciſ. 7. nu. 11. quia detrahere aliquid alteri, & hominis incommodo, ſuum augere commodum, magis eſt contra naturam, quàm mors. Ozaſ. ibi. nu. 12.

Emens ſolum eo pacto, quòd ibi non ædificet, ſi ille iterum vendat, an ille tertius ædificare poſsit, vide Boer. d. deciſ. 320. num. 7. Franc. Marc. quæſt. 22. ſed an pactum de non ædificando ſit perſonale, vel reale, vide quæſt. 482. par. 2.

Frater in re communi ædificare non poteſt, & ædificans in re communi cum minore, non poteſt repetere expenſas. Boer. deciſ. 320. nu.11.& 12.quid liceat facere in re communi, vide ſupra tit.communi diuidundo.

In alieno territorio non eſt licitum ſe appodiare pro ponte faciendo, vel extendendo. Marc.quęſt.120.ratio, quia aliquid facere in fundo alieno domino inuito eſt prohibitũ. ibi.vel in pariete. Gom.Leo.deciſ.42. in deciſio. diuerſo.

Regulariter eſt prohibitũ opus facere in flumine publico, vel loco publico, per quod fiat præiudicium Reipublicæ. Marc.q 416.

Stillicidium, aut tectum in ſolo publico porrigere, licitum non eſt. Marc.q.498. nu.4.

Dominus ſoli ſtillicidio ſeruientis, ſub ſtillicidio ædificare in ſtillicidij præiudicium non poteſt, imò vltra ſpacium ſtillicidij, debet dimittere ſpacium vnius, vel duorum pedum. Marc.q.499.nu.5.& 11.

Priuato licitum non eſt in domo ſua artē exercere, per quam vicini malo odore circumueniantur. vide Marc.q.433.par.2.

Regulariter ædificare quilibet poteſt in ſuo vſque ad Cęlum. Andr. Gail. obſer. 69. lib. 2. Craue. conſi.94. Dec. conſi.21.Hippol.ſing. 154.l.7.C. de Relig.& ſumpt. fune.l. fin.ff.de ſeruit.& l.13.ff.de ſeruit.vrba. prædio.

Reg.limitaꝰ primò, ſi iure ſeruitutis non liceat ædificare in ſuo, vel domum ſuam altius tollere, & acquiritur hæc ſeruitus altius non tollendi ſola prohibitione, cum lapſu temporis decem annorum. Gail. d.obſer.69.nu.13.

Secundò fallit Reg.ſi ſtatuto, vel conſuetudine loci, certus ædificãdi modus præſcriptus ſit. Gail. d.obſer.69. ſed qualem originē habere debeat talis cõſuetudo, vide Boer.deci.125.

Tertiò non procedit Reg. quando ædificatur ad æmluationem, inuidiam, & iniuriam alterius; ſed quando dicatur quis ædificare ad ęmulationem, vide Gail. d.obſer.69. nu.18. Craue.conſ.94.Menoch.de arbitra.lib.2.caſ. 156.glo.1.in l.3.ff.de oper.publi.Menoch.de arbitrar, lib.2.caſ.156. ęmulatio quando impediat quem ędificare, vide Boer.deciſ.320. nu.8.10.& 23. verùm in dubio præſumiꝰ quis ædificare ad ſuam vtilitatem, & non ad ęmulationem, ideò ęmulationem allegãti incumbit onus probandi. Gail.ibi. d. obſer.69. nu. 30. nam alter alteri nocere nunquam à iure præſumitur.Ozaſ.deciſ.7.nu.7.

Quartò ædificare non licet in damnum vicini ad occupandum ſolem, ventum, & aerem, vide Mago. deciſ. 6. Rot. Floren. nam ventum areæ meæ non poteſt vicinus impedire ædificando. Boer. deciſ.322. facit.l.fin.§.fin. C.de ſeruitu. & aqua, tamen licitũ eſt pro arbitrio ædes tollere, etiã ſi ædificãs officiat luminibus vicini, & contra ipſam facultatē altius tollēdi, & officiēdi luminibus vicini, ꝑſcriptio nõ currit, ante diē prohibitionis, et ſi mille anni tranſierint. Gom.Leo.deciſ.7.in deciſio.diuerſo.Tom.2.facit l.26.ff. de dam. infect. verùm licèt iure cõi feneſtram facere liceat, etiam ſi in domũ vicini ex ea habeat proſpectus, tamē ſtatuto hiſpalenſi hoc prohibetur in regione illa.idem Gome.deci.54.

Quintò ædificare quis non poteſt in ſolo ſuo, quando per tale ędificium via publica deterior fieret.Craue.conſi.94.ſed in dubio præſtita cautione de damno infecto, quid iuris, vide Craue.ibi.d.conſi.94.

Sextò, & vltimò quis non poteſt ędificare emittendo aliquid in locum vicini, citra ius ſeruitutis. Craue. d.conſi.94.de ipſa Reg.cum limitationibus, vide per Hippol.ſing.154.

Eccleſia, vel Monaſterium, an poſsit ædificare, ſi principaliter ædificet, vt alijs noceat, vide Bar.in Authen.de oper. noui nunciatio.

Ea, quæ illicitę ædificata ſunt, poſſunt per quēcunque deſtrui ſine pęna. arg.l.2. & ibi.gl.C. vt nem.priuat.tit.

Priuilegium per Principem conceſſum priuato, & ſuis hæredibus ſuper ædificatione publicam vtilitatem concernente, in ſingularem ſucceſſorem non tranſit, ad reædificandum ædifitio ſemel diruto, & alteri per ſucceſſorem conceſſo.vide Afflic.deciſ.392.

Priuilegium conceſſum alicui, quòd poſsit ædificare in loco publico in cuiuſcunque pręiudicium ſine enormitate, an valeat, vide Bart. in §.1.inſtit.de exhæred.libero.

In loco publico auctoritate Principis quis poteſt liberè ædificare, ſi ſine alterius damno ædificet.l.24.ff.de dam.infect.vide l.1 & 2.ff. ne quid in loco publico.

Aedificans in ſolo publico, debet ſoluere debitam pēſionem pro ædificio, ſi expediat Reipublicæ; aliàs ſolum cum ædificio vendicatur.l.1.C.de diuerſis prædijs lib.11.

Furnum conſtruere in fundo proprio quilibet põt, licèt alteri noceat, dum tamē animo nocendi nõ faciat, & hoc verum, niſi ius prohibendi Domino, vel villæ fuiſſet quæſitum auctoritate Principis. Guid. Pap. q 298. Boer. deciſ.125.tamen tale ius habendi furnum in priuato præſcribi poteſt.Guid.d.q.298.

Domino, & familiæ molere, vel coquere obligatus, ad quid teneatur, vide Boer.deciſ.213.

Furnum iuxta murum domus vicini ædificare an liceat, vel facere furnellum in pariete cõmuni, vide Franc. Marc. quæſt. 22. & quæſt. 482. part. 2.

Furnum poteſt quis ſibi ædificare in ſuo, licèt eſſet ſolitus aliò ire ad coquendum panem, nec ob id communitas poterit illum priuare ſua parte redituum furni communitatis. Natt. conſi.325.

Si quis in proprio fundo nobili, in quo tamen nullã habebat iuriſdictionẽ ędificauerit fortalitium cum archetijs, & canonerijs perforatis ſine permiſſu Domini ſuperioris, iuriſdictionem in loco habentis, an poſsit compelli per ipſum Dominum illud demoliri, vide Boer. deciſ.320. Caſſan in conſuetu. Burg. tit. *des foreſtz* Rub.13.§ 9. glo.1.

Aedificare in publico permittit Princeps, vel conſuetudo. Boer. deciſ.320.

Murum ędificare propè communem licet, modò ſeparari poſsit, vide Marc.q.22.

Oſtium in muro proprio ſuper ſolo vicini, tantum quantum ſtillicidium protenditur, facere licet. Marc.q.24.& in via publica, dummodo non fiat ad æmulationem, vide ibid.

Stillicidium habens, ſi ſolum ſubtus ſtillicidiũ poſsideat, in eo ædificare poteſt, quatenus ſtillicidium protenditur; ſecùs ſi non poſsideat. Marc.q.499. ſed vicinus voles propè cõmunem parietem ædificare, an teneatur ſeruare formam, & relinquere ſpacium, de quo in l.fin.ff.fin.regun. vide ibid.

Stillicidium habenti an,& quando liceat in inferioris muri parte oſtium facere, vide Marc. q.499. nu. 11.

Aedificia ſi fiant, vel arbores plantentur iuxta domum, vel prædium alienum, ſpaciũ quale relinquendum ſit, vide q.500 eiuſdem Marc. quid in parietibus,& foueis, vide ibid.

Canale ad viam publicam facere ſit ne licitum, & ſubgronda quando iuſta priuati domum ædificatur ipſo ſciente, & non contradicente, licet muri lineam excedant, deſtrui non debent. Marc.q.497.nu.7. & 26.

Cuilibet licet ædificare colomberium, vbi columbæ morãtur, etiam Dño,& vicino cõtradicẽtib. Io.Pap.li.13.tit.2.arreſt.32.& plenius libr.14 titu.1.arreſt.11.& lib.18.tit.9.arreſt.2.

In re propria,& multo magis communi admittitur id, quod mihi non nocet, & alteri prodeſt. Auguſt. Bero q.26.

Creditor quando poſsit perficere ædificiũ per debitorem inceptum in re pignorata, vide Bar.in l.25.ff.de pigno.act.

Res poteſt ab ædificio ſeparari, quãdo priſtina facies ædificij per eius ſeparationẽ non mutatur. Bart.in l.33 §. interpoſito.ff.de adminiſtra. & peric. tuto.

Domus non ſoluentium condemnationes, vel collectas non deſtruuntur,& tegulæ domus, vel oſtia nõ poſſunt accipi, & vendi pro debito publico. Bar.in l 43 ff.de lega.1.contrarium tamen videtur tenere Boer. deciſio. 230. vbi plene de materia.

De ædificijs priuatis, & quando illa liceat demoliri, vel ædificare, & quale ſpaciũ debeat eſſe de vno ad aliud, vide tot.tit.C. de ædifi. priua.& tit.de oper.publ.ff.& Azo.in ſumma d.tit.de ædific. priuat.

Ad curatorẽ Reipub.ſpectat, vt dirutæ domus à dominis reædificẽtur.l.46.ff.de dam.infec.

Domus non poteſt demoliri cauſa negotiandi.l.fin.ff.eod.

Parua domuncula ruſtica poteſt deſtrui.l. 45.§. Marcellus. de leg.1.

Quando quis ædificat iuxta meum, ſi poſtea timeo, ne damnum patiar ob tale ædificium, quid iuris, vide Barto.in l.13.§. ſi quis. ff.de damn.infect.

Permiſſa de iure, ſi principaliter ſtãt in alterius iniuriam,& vt alteri noceãt, fieri nõ poſſunt. Bar.in Auth.de oper.nou.nuncia.

Quando ædificium fit in publico, & timetur damnum, qualiter pro damno futuro Iudex adeatur, vide Bar.in l.24.ff. de dam.infect.

Aedificium factum ex materia aliena, quando cedat ſolo,& qualiter prouideatur domino, vide Bar.in §. cũ in ſolo, inſtit.de rer. diuiſio.

Qui ædificium cæpit in ſuo ad mei vtilitatem, non permittens perficere, actione de dolo tenetur l.35.ff.de dol. mal.

Qui ædificat in alieno ex cauſa conductionis, transfert dominium ædificij in ſoli dominũ. l.40. ff. de rei vendica. vide tamen l.59.ibid. nam ædificium factum in ſolo alieno, ſolo cedit, niſi ſit factũ de pecunia Eccleſiæ. Lud. Rom. ſing. 817.

Quod adijcitur domo cauſa refectionis, illi cedit, ideò ſi quid de nouo affigitur, ad domũ iure pertinet.l.61. ff. de rei vendica.

Aedificans in ſuo bona fide ex aliena materia efficiẽ dominus ædificij, ſed ex diuerſo ædificans in alieno ſolo ex ſua materia videtur illã donare, ſi ſcienter ædificat; ſecùs ſi ignoranter.l.7.§.cùm in ſuo.ff.de acquir.rer.dom. vide §.ex diuerſo, inſtit.de rer. diuiſio.

Quæ ædificantur in area legata, cedunt legato. l.4. de leg. 2.

Materia ædificij cedit ſolo, duplum tamen ſoluitur per ædificantẽ, neq; vindicatur, niſi diruto ędificio.§.cũ in ſuo, inſtit de rer.diuiſio.

Licet in prædio ſeruiente ædificare, vt cõmodè quis poſsit vti ſeruitute.l.10.ff.de ſeruitut.

Si ſocius nomine cõmuni domum refecerit, ad ſumptus ꝑ rata agere poterit; ſecùs ſi noĩe ꝓprio ædificauerit.l.4.& 5.C.de ædific. priuat.

Sociorum ſi vnus vellet ædificare, an alij compellantur, vide l.8.C.eod.

De

De ędificijs publicis, vide tot.ti.C.de ope.pub.

Actio de aqua pluuia arcenda nõ habet locũ, quando opere manu facto non infertur damnum, licèt auferatur lucrum.l.1.§.denique,& §.ſicut.ff.dę aqu.pluu. arcen.

De cloacis.

CLoacam facere, qua via publica deterior reditur nemini licet. Fran.Marc.q.497.nu.12.

Interdictum de cloacis purgandis cõpetit illi, qui habet cloacam iuxta fundum alterius, vel alium locum, per quam immunditiæ demittebantur dato caſu, quòd vellet eam purgare, vel reficere, tunc ſi prohibetur habet hoc interdictum. Io.Criſp.de Monti.in ſuo tract. termino.act.n.77. poſt volumen Iaſ.de actio.

Item datur aliud interdictũ, ne quid in cloaca fiat, immittaturùe.ibid.nu.78.

Item, ſi aliquid fuit immiſſum, vt tollatur.nu.79.

De arboribus.

DE vmbra arborum nociua tollenda vide Mago.deci.6.Rot.Flo.

Quando quis habet vſumfructũ in arboribus, qualiter illis vti debeat, vide Ioan. Pap.lib.14. & quid quando alio iure quis habet ius in nemoribus, vide ibid. de vſu, & ſupra tit.de vſufructu.

Pendente lite poteſt inhiberi inciſsio nemorũ. Pap.ibid.arreſt.8.& 9.

Interdictum de arboribus cędendis habet duo capita, alterum in arboribus, quæ ſunt propè prædia vrbana, alterum in arboribus exiſtentibus in prædijs ruſticis: primum caput cõpetit illi, in cuius ædes rami arboris alterius pendent, & nocent ædificio: ſecundum pertinet ad illum, in cuius fundum rami arboris alterius pendent, & extẽduntur. Ioan. Criſp. de Mont.in ſuo tract.termino.actio.num.81. poſt volumen Iaſ. de actio. vide Marc.q.500.

Ne radices arborum officiant, poteſt agi vtili actione decedente ex hoc edicto, & quando quis poſsit deſtruere illud, qđ requieſcit, vel ꝓtẽdit in ſuo, vide Bar.in l.1. C.de interdict.

Arbor præſumitur mittere radices per viginti quinque pedes. Bart.in l.1.C.de aquæductibus lib. 11.

Si arbores plantentur iuxta prædium alienum, ſpacium quale ſit relinquendum, vide Fran. Marc.q.500. quid, ſi arboris radices tantum eſcreuerint, vt fundamentis ædificij noceãt, vide ibid.num.3.

Interdicta, ne rami arborum noceant per identitatem rationis extenduntur, ne earum radices officiant.l.1.C.de interdictis.

Arbor nata in confinibus duorũ, in dubio præſumitur eſſe illius, cui magis adhæret, & in cuius territorio habet plantam, ſed quando in vno loco eſt nata, & in alio extendit maiorem partem radicium, erit cõis ad ratam ꝓ indiuiſo. Borg.Caual. deciſ.32.par.2.n.41.

Actio furtim cæſarum cõpetit aduerſus eum, qui furtiuè animo lucrandi, vel aliter incidit arbores alicuius, quia domino dictarum arborum datur ipſa actio ad duplũ. Io. Criſp. tract.termino.actio.nu.167.

Fructus cadentes ex arbore meo in alieno terreno, poſſunt per me colligi, etiam inuito vicino.Borg.deciſ 32.par.2.nu.46.

Incidens arbores fructiferas nõ ſolùm à fundo põt expelli, ſed ẽt contra eũ agi põt actione legis aquiliæ, ẽt ſi eſſet maritus id faciens in fundo dotali. Marc.de Mant.ſing.237.

Arbor ſi vẽdatur, & excidat̃, & poſtea pullulet, an illę pullulationes ſint emptoris, vide Bar. in l.damni.§. ſi is, q vicinas. ff. de dam.infect.

De glande legenda.

GLans ex arbore tua in fundum meũ decidit, ego eam immiſſo pecore depaſco, qua actione poſsim conueniri, vide l. 9. §. glans. ff.ad exhibendum.

Actio de paſcuis pecorum non habet locum, qñ fructus mei, qui cadunt in alieno depaſcunt̃, ſed ad actionem in factũ recurritur.l.15.§.fin.ff.de præſcrip.verb.

Interdictum de glande legenda competit ei, q habens arbores, quę pendent in fundũ alienum, vel aream in q̃ cadunt fructus, quia ſi prohibeatur recolligere dictos fructus, haberet hoc interdictum. Ioan.Criſp.de Mont.in ſuo tract.termino.actio.nu.82. poſt volumen Iaſ.de actio.vide ſupra tit. prox.

De honoribus, dignitatibus,& nobilitate.

NObiles dicunt̃ in nobilitate conſtituti, cùm nobilitas ſit dignitas.Ozaſ.deciſ.100.num.47.

Nobilior quiſq; eſt, quando nobiliores habet ſubditos. Capi. deciſ.27.nu.21.

Feudum de ſui natura nobilitat poſſeſſorem. Guid.Pap.q.385.

Nobilitas acquiritur ꝑ inueſtituram feudi habentis

bentis Vaſallos, & annexam iuriſdictionem; aliàs ſecùs. Capic. deciſ. 32. nu. 9. & 11.

Nobilitas ex priuilegio inducta ſufficit, etiam ſi ex ſtatuto requiratur, quòd quis ſit verè, & natus nobilis. Io. Mohed. deciſ. 34.

Filij nati ante dignitatem, & poſt ſortiuntur æquale priuilegium cum parentibus: ideò filij gaudent priuilegio, & prærogatiuis parentibus conceſsis. Guid. Pap. q 9.

Probatio nobilitatis poteſt fieri per famam, ſecundum Bald. vide Guid. q 196. & 387. n. fin.

Burgenſes nõ ſunt nobiles, tamen qđ ſtatuitur in nobilibus, videtur ſtatutum in alijs popularib. diuitib. & honeſtiorib. Boer. deciſ. 260.

Requiſita ad hoc, vt quis dicatur nobilis, & qb. modis ita reputeť, vide per Cabal. mille. 541.

Mulier nubens nobili efficitur nobilis, quia cõ ſequitur viri dignitaté. Capic. deciſ. 129. n. 8. nubens verò ignobili perdit nobilitaté. idem milleloq 566 Ioan Papon lib. 5. tit. 11. arreſt. 25. vide arreſt 27 ibid. Caſſan in conſuetud. Burg. tit. *des mains mortes* Rub. 9. §. 7.

Agricolæ laborantes in proprijs poſſeſsionib. non perdunt nobilitatem. Cabal. milleloq. 795 Rebuff. in ſuis comment. tract. de merca. minut. vende. Tom. 2 num. 21. fol 458. Guid. Pap q 41. 197. & 392. Vinc. de Fran. deci. 138.

Nobilis exercens mercalem artem perdit nobilitatem, ſed ſi exercitiũ artis deſerat, ipſo iure illam reaſſumit, & filij poſſunt ſe dicere nobiles, licèt nati eſſent ex nobili exercente negotiationẽ. Cabal. milleloq 794. vide Ioã. Papon. lib. 5. titu. 11. arreſt. 21. Rebuff. in ſuis comment. tract. de mercat. minut. vende. nu. 21. fol. 458 & Guid. Pap. q 196. & 391.

Nobilitas procedit ex patre nulla habita conſideratione maternis generis. Ioan. Papon. lib. 5. tit. 4. arreſt. fin.

Mulier nobilis, quæ amiſerat nobilitatem nubendo ignobili, illo mortuo, nubẽdo poſtea nobili recuperat nobilitatem, quam antea amiſerat, & tunc debet gaudere priuilegio nobilium. idem Papon. lib. 5. tit. 11. arreſt. 26. Guid. Pap q 349. & q 380.

Nobilis à ruſtico non loco, ſed genere diſtinguitur, vide tamen Craue. conſi. 195. an reſpectu habitationis in Ciuitate quis dici poſsit nobilis, vide per Iaſ. de actio. in §. item ſeruiana num. 26.

Nobilitas ſine facultatibus ludibrio eſt, & conſeruari non poteſt, & eſt tanquam fides ſine operibus. D. Sola in ſuis comment. gloſſ. 2. ſuper decreto, vt ſtatutorum titul. de nominationibus.

Retrofeudatarij qñ dicanť nobiles, & nobilitati non præiudicat agricultura. vide ibi. nu. 6.

Comes, & Baro præcedit Comitem ſimplicem. ibidem nume. fin.

Baronis titulum ſibi aſcribere poſſunt, qui à Marchionibus, aut Comitibus per lineam maſculinam origiuem trahunt, concurrentibus alijs requiſitis. idem D. Sola glo. 3. ſuper d. decreto, vt ſtatutum.

Magnus nobilis titulum eundem ſibi non prohibetur attribuere, ſi alia cõcurrant, ſed quis dicatur magnus nobilis, vide ibid.

Baro eſt maior nobili, & nobilitas matris reſpectu filij non attenditur, vide nu. 5. & nobilis quis ſit, vide eundem ibidẽ gl. 1. ſuper decreto, nullus præſumat tit de bannereris. fol. 87. & Menoch. de arbitr. lib. 2. cent. 1. caſ. 67.

Illuſtres perſonæ quæ ſint, vide per Menoch. de arbit. lib. 2. caſ. 68. quo loci ſcribuntur omnes Officiales Principis, q poſsint eſſe Illuſtres.

Perſonæ egregiæ interdum ad Iudicem ire non coguntur, ſed quæ perſonæ egregiæ dicãtur, vide Menoch. de arbitr. lib. 2. caſ. 70.

Vſurpans Principis, vel alterius dignitatem punitur. idem caſ 321.

Officium, artem, ſcientiam intra quod tempus quis dicatur amiciſſe, vide eundem caſ 467.

Ad hoc, vt quis dicatur nobilis tria requiruntũ, nempe, quòd ſit nobilis natalibus, honorum luce conſpicuus, & diues in patrimonio. Caſſan in conſuetud. Burg. tit. *des droicts* Rub. 4 §. 19. glo 2. nu. 4.

Militia non eſt dignitas, ſed an nobilitet homines, vide ibidem nu. 11. & Ludo. Roma. ſing. 411 & ibid. in additio.

Ille dicitur nobilis, qui ſecundum conſuetudinem loci nobilis reputatur, & qui ex genere nobili deſcendit. Caſſan. ibi. d. §. 19 gl. 2. n. 12. tamen vera nobilitas eſt, quæ ex virtute alicuius prouenit, & illa ſola eſt, quæ animum moribus ornat: quare diſputare de nobilitate generis, eſt diſputare de nobilitate ſtercoris, ſed quę ſint prærogatiuæ nobilium, vide ibid. nu. 20. & §. 20. glo. 3.

Nobilis etiã dicitur, qui ex priuilegio, vel aliàs habet iuriſdictionem meri, & mixti Imperij, & denique nobilitas cauſatur ex nouem traditis per eundem Caſſan ibid. nu. 25.

Quomodo, & quibus caſibus quis amittat nobilitatem, vide ibid. nu. 29.

Diuitiæ nobilitant hominem, quia per diuitias vilitas perſonæ tegitur. ibid. nu 36.

Nobilis ſum, ſi pater meus nobiliter vixit, licèt auus ruſticus fuerit Barth. de Cap. ſing. 72.

Ciuilitas vni conceſſa per priuilegium tranſit ad hæredes, ſi eſt inuariabilis, aliàs ſecùs. Roma. ſing. 79.

Filius ſequitur conditionem patris, nec per ſtatutum, vel conſuetudinem poteſt induci, q filius ſit nobilis ex progeniæ materna. Pet. de Rauen.

Raue.ſing.825.Bar.ī l.36.C. de Decurio.li.10

Multum præſumitur pro nobilitate;ideò nobilem magnum, & notæ fidei eſſe fugitiuum non eſſe præſumendum, & arcem ſibi commiſſam eſſe proditurum, non credendum, ſcribit Pet.Gerar.ſing.30.

Nobiles præhonorantur,& tribus modis poteſt dici quis nobilis,& nobilitate, & dignitate inferior poteſt à Iudice cogi cedere maiori locum in ſedendo, & alijs reuerentialib.ſed an propter hoc agi poſsit actione iniuriarū, vide eundem ſing.33.

Mulier popularis nupta in domo nobilis,dicitur nobilis(etiam effecta vidua)ſed popularis ſi acceperit vxorem nobilē, non efficitur nobilis. Bar.in l.5. C.de verb.& rer.ſignifi.

Natus ex filio adoptiuo ſequitur originem patris naturalis. vide l. 17. §. in adoptiua.ff.ad municipales.

Antiquiores Clerici,& Doctores debent habere primum locum. Afflic.deciſ.1.nu.fin.

Epiſcopus in ſua Diœceſi debet honorari ab Archiepiſcopo, imò à Cardinale illi debetur reuerentia. Capic.deciſ.27.nu.24.

Patriarcha ſubeſſe debet Archidiacono, in territorio ipſius Archidiaconi.ibid.nu.25.

Epiſcopus, idemque Canonicus in aliqua Eccleſia,debet ſedere vt Canonicus,nō vt Epiſcopus.Capic.deciſ.27.nu.27 idem in Canonico Epiſcopi Vicario, vide ibid. nā Epiſcopus vt Canonicus, non præcedit Canonicū vt Epiſcopum.Vinc.de Fran.deciſ.138.

Epiſcopus ſedens in capitulo tanquam Canonicus,antiquiores Canonicos præcedere nō debet. Menoch.de arbitra.lib.2. caſ.68.num. 23.& Dec. conſi.161.

Eccleſiæ Iudex vtrum præcedere debeat Iudicē alterius Domini, ex quo ipſa Eccleſia eſt dignior Domino.Capic.deciſ.27.nu.28.

Archidiaconatus dignitas eſt prima poſt Pontificalem. Gram.deciſ.64.Boer.deciſ 286.

Archidiaconus,& Archipresbyter ponuntur in dignitate,& illis duobus ſolis poſt Epiſcopū competit præminentia iuriſdictionis.Gram. d.deciſ.64.nu.4.& Boer.ibid.

Archidiaconus ſedendo propè Epiſcopum,dicitur ſedere in altiori loco,& digniori, quo caſu dignior apparet.Gram.ibid.nu.20.

Clericatus, vel alia dignitas ſuperueniens poſt delictum, non excuſat: quia cenſetur facta præuentio. Fran.Marc.q 626.nu.5.par.2.

Prior Eccleſiæ in cōcilio præcedit Epiſcopum. Put.deciſ.105.lib.3.

Ex eo, quòd portio portionarij reperitur grauata aliqua annua penſione, non ob id portionarius ſit inhabilis ad obtinendum Canonicatum delatum ex forma ſtatuti antiquiori portionario: quia tale ſtatutū tm̄ reſpicit, vt quis ſit anterior.Put.deciſ.155.lib.3.

Idem, ſi portionarius aſcenderit ad dignitatē. Put.deciſ.217.& 219.lib.3.

Canonicus Eccleſiæ Cathedralis de iure ſtricto non dicitur eſſe in dignitate: tamen ſub larga ſignificatione, de iure venit ſub nomine dignitatis. Vera.deciſ.257.

De dignitatibus Cardinalium, & aliarum perſonarum eccleſiaſticarum, & quis his ſit dignior, vide Boer. in tractatu aucto. magni concilij impreſſo poſt eius conſilia.

Abbas præponitur Canonico iure communi. Dec.conſi.161.

Archidiaconus præcedere debet Vicariū Epiſcopi tàm ſedēdo, q̄ alibi: qa maiori dignitate fulctus eſt.vide Menoch.cōſ.51.n.52.vol.1.

Decanus,vel ille,qui Canonicorum eſt primus, qualis eſt Archipresbyter, vel Archidiaconus, Vicario Epiſcopi in Eccleſia præponitur. Menoch.conſi.257.lib.3.

De dignitatib.perſonarū Eccleſiaſticarū, & de materia,vide tot.tit.ex.de maiorita.& obed.

Dignitas originis conditionem mutat. Afflict. deciſ.384.nu.13.

Salariū,aut debetur ſolùm ratione laboris, aut eius cauſa non eſt labor,ſed dignitas,aut induſtria.Capic.deciſ.27 nu.21.

Doctores in actibus militaribus non gaudent priuilegio Doctorum.Capic.deciſ.27.nu.26.

Infames à dignitatibus repelluntur. Capic.deciſio.32.nu.8.

Spurius pōt eſſe Decurio, ſi nō habeat naturalē,& legitimum agnatum. Capic.ibid.nu.11.

Succeſſor in dignitate granari non poteſt per ſuum prædeceſſorem in reb.proprijs,niſi cōſentiat,ſed in reb.dignitatis ſic, ad ipſam dignitatē pertinentib. Capic. deciſ.121.nu.14.

In dignitate eccleſiaſtica,ꝙ quis ſit cōſtitutus, ex tribus demonſtrari poteſt Gram.deci.64.

Principis Officiarij (etiā coqui) habent dignitatem,vide Boer. deciſ.222.nu.12.

Quādo officium notariatus habeat dignitatē, vide Guid.Pap.q 60. in addit.& Boer.deciſ. 222.Bar.in l.3.C.ſi ſeruus,aut libertus.lib.10.

Idem honor, qui debet principali Officiali, et debetur Viceſgerenti, ſeu Vicario, quando creatur à Principe. Marc.q.806.nu.fin.

Conſiliarius,ſeu Senator motus,& priuatus officio per Principem,retinet priſtinam dignitatem,& immunitatem, quam habebat ante priuationem. Guid.Pap.q.377. idem in eorū vxoribus viduis.Guid.q.379.

Marchionatus dignitas,& ſimiles ſine adminiſtratione dicūtur.Vinc.de Fran.deciſ.62.n.8.

Vxor manens in viduitate, videtur manere in matrimonio, & habet eandem dignitatem, quam

quam habebat viuente viro. Gaſp. Cabal. milleloq. 137. Ioan. Papon. lib. 6. titu. 9. arreſt. 1. Capic. deciſ. 129. nu. 8.

In honorib. & munerib. gerẽdis perſonarũ qualitas cõſideranda eſt. And. Gail. obſer. 52. li. 2.

Vidua ignobilis relicta à viro nobili, retinet dignitatem mariti. Guid. q. 349.

De auctoritate, & dignitate Cõſiliariorum, Senatorum, & aliorum Officialium Principis, vide per Boer. in tract. de aucto. magni concilij, impreſſo poſt eius conſilia.

Nobilitas vxori, & deſcendentibus communicatur, non autem alijs. Boer. ibid. nu. 5.

Quis poſsit ſibi aſſumere nomen Baronis, vide decretum antiq. Sabaudiæ titu. de nominationibus Domino. & D. Sola. in ſuis comment. ibid. glo. 2. fol. 84. & 85.

Vxores nobilium pretioſiorib. veſtibus indui poſſunt, & nobilis, qui ob inopiã trita, aut vili veſte indutus domo egredi prę verecondia nõ audet, dignus eſt reſtitutione in integrũ aduerſus tpis lapſum. idẽ D. Sola glo. 1. ibid.

Comes ſolo nomine, & ſine Comitatu Comes proprie nõ eſt: ideò filij Comitũ, & Baronũ noĩe, non intelligunt̃ incluſi in reſeruatione priuilegij legitimandi conceſsi Comitibus Palatinis. vide eundem ibid. nu. 10. & 11.

Honorem ſuum, maiorumq́ue ſuorum qui tuet̃ ſummopère eſt laudandus, per rationes traditas à Menoch. conſi. 302. lib. 4.

De excellentia, & dignitate Marchionum, & quòd ſint digni titulo, excellentiſsimi, vide ibidem. d. conſi. 302.

Imperator quando dat dignitatem, videtur diſpenſare de omni infamia. Bar. in l. 23. §. præſenti. C. de nupt.

Mulier non poteſt habere dignitatem cum adminiſtratione, ſecùs ſine. Bart. in l. 44. C. de Decurio. lib. 10.

Diſpenſare ſuper defectu perſonę electi, quãdo quis præſumatur, vide Bar. in l. 2. C. ſi ſeruus liber. lib. 10.

Vide de dignitatibus, & alijs pertinentibus ad hunc titulũ p Bar. in l. 1. C. de dignitati. li. 12.

Aſcendere quis debet de gradu in gradum in dignitatibus, non autem deſcendere. Bart. in l. 10. C. de numerarijs lib. 12.

Vni plures dignitates cõcedi non debent. c. 3. ex. de Clericis non reſident. & dignitas accipitur plurib. modis, de quib. vide per gl. ibid.

Dignitatem petere qñ quis poſsit, & pro ea pecunia pmittere, vide p Bar. ĩ l. 3. ff. de of. pro.

Dignitates non poſſunt diuidi, neque permutari. c. 8. ex. de præbend. & dignita.

Qui præcedit alium dignitate, debet etiã pręcedere ĩn alijs. arg. c. deniq́; 4. diſtin. & ibid. gl.

Doctor dicitur illuſtris, & legens per 20. ann. efficitur Comes, & qui eſt iuſſus recipere inueſtituram, vr̃ conſequi dignitatẽ, & electione ſola qñ quis cõſequatur dignitatem, vide per Bar. in l. ex eo tempore. ff. milit. teſtamen.

Communitas ſi patitur aliquem eſſe ſemel de prioribus, vel tanquam conſiliarium in concilio proponere, ex tali actu inducitur quaſi poſſeſsio. Bar. in l. 1. §. hoc interdicto. ff. de itinere, actuq́ue priuat.

Tutor pupilli illuſtris poteſt exercere munera, dignitates, & libertatem ſecundum qualitatem dignitatis pupilli. Fel. conſi. 16. nu. 18.

Qualiter honores, & dignitates conſequantur, vide per tot. titu. Auth. vt Iudices ſine quoquo ſuffragio.

Sedẽs à manu dextera Superioris, dr̃ magis honorari ſedẽte à ſiniſtra. Gram. deciſ. 64. n. 24.

Ex ordine ſcripturæ nominationis confertur titulus p̃lationis, quia honorari magis dr̃ ille, qui primo loco nominat̃. Gram. d. deciſ. 64. nu. 28. & 29. Vinc. de Fran. deciſ. 138.

Vocem primã habens in capitulo, demonſtratur eſſe in maximo ſigno honoris. ibi. Gram. d. deciſ. 64. nu. 32. & dignior cęteris primum votum dare debet. ibid. nu. 33.

De mõ p̃lationis circa Doctores, & Medicos, vide p Marc. q. 810. Boer. in tract. de auctoritate magni cõcil. n. 89. ĩpreſſo poſt eius cõſil.

Secretarij, ſiue notarij Principis an præcedant in honoribus Iudices ordinarios ipſius Principis, vide Boer. deciſ. 222.

Theologus præfertur Canoniſtæ, Canoniſta gramatico, & Phyloſopho. Boer. deciſ. 225.

In ordine dignitatis debet præferri ille, qui eſt prior in ordine. Fran. Marc. q. 806. tñ iſtud fallit, qñ Princeps dẽt p̃ferre poſteriorẽ in ordine, ex cauſa maioris meriti, vel laboris. Marc. d. q. 806. nã Princeps eſt ſuper oẽm dignitatis gradũ, iõ poſteriorẽ priori p̃ferre põt. ibi. n. 6. aliàs in materia honoris attẽdit̃ antiqor gradus Doctoratus vtriuſq; iuris, ſecùs ĩ Doctore Eccleſiaſtico tñ, vide Mar. d. q. 806. n. 9

Habẽs liberos legitimos p̃fertur in honoribus illi, qui non hẽt liberos. ibid. n. 10. ideò ſi duo ſint ciues, vnus habẽs liberos, alter non, dẽt præferri habens filios. Pet. de Raue. ſing. 819.

Conſiliariorum æqualis retributio, ſeu æquale ſtipendium, ſiue ſint nouiſsimi, ſiue primi, & hoc ẽt procedit ratione honoris, qui nõ eſt in honorato, ſed in honorãte. ibi. Marc. n. 11.

Præferẽdus eſt in Collegio prius receptus q̃uis iuunior, niſi poſterior receptus ſit maior ordine, vel dignitate. Vera. deciſ. 357. par. 2.

In dignitatibus acquirendis tria tempora conſiderantur, ſi tamen ſint dignitates, quæ habeant annexam adminiſtrationem, ſecùs in alijs dignitatibus, in quibus ſolùm inſpicit

tur tempus datæ litterarum: ideò in pari dignitate ille debet p̃cedere,qui prius datã obtinuit, licèt alter prius exequutus fuerit litteras poſtea obtẽtas. Vinc.de Fran.deciſ.62.

Conſiliarius Regis ſi interuenerit ex diſpenſatione vti Aduocatus in cã alicuius particularis,in nouiſsimo loco in ordine tñ Conſiliariorũ ſedere debet. Vinc. de Fran.deciſ.138.

Aduocatus fiſci debet præcedere omnes Iudices eiuſdem dignitatis, quando agit cauſas Regis.Vinc.de Fran.deciſ.138.

Præcedere quis debeat, ſi pluribus eadem dignitas, eodemq́ue tempore eſt collata, vide eundem Vinc.deciſ.144.

Conſuetudo ſeruatur in honorantijs,ſed an nobiles loci, vel ſyndici, & deputati Ciuitatis, deferãt haſtas pallij ĩ dieb.feſtiuis, vel aliàs, vide per Vinc.de Fran.deciſ.253.par.2.

Conſiliarius, qui remiſerat officium ſuũ, & deinceps illud reaſſumpſit, retinet ſuum primũ locum.Papon.lib.5.tit.2.arreſt.28.

Comes creatus Dux cum alio Barone non titulato eodem tempore ipſum præcedit, & per cõſequens creati Duces eodem tempore,in eis attenduntur aliæ præcedentes qualitates.Vincent.de Fran.deciſ.365.par.2.

Iudex ciuilis, vel criminalis an pręcedere debeat, vide Vinc.de Fran. deciſ.388.par.2.

Vocem primam habere in Concilio debet ille, qui habet maiorem dignitatem, & qui eſt dignior. Maran. in ſuo Specu. de ordine iudi. in prooemio.num.8.

Conſiliarij in Collegio Doctorum tanq̃ collegiati ſedentes,antiquiores Doctores nõ p̃cedunt.Menoch.de arbit.lib.2.caſ.68.nu.25.

Rector gymnaſi pręcedit Epiſcopum exiſtentem in ſtudio, cùm ſcholaſticus eſt.Menoch. ibid. num. 23.

Conſiliarios Principis cum Senatoribus à pari procedere, ſcribit idem Menoch.ibi.nu.42.

Maior dignitas,quæ aliunde dependit,& competit, non attenditur in loco cõgregationis, in qua antiquior præfertur. Dec. conſi.161.

Electus Senator, qui tp̃e electionis erat in alio officio,& deinde poſt multos mẽſes iurauit, non debet p̃cedere alterũ,qui medio tp̃e ingreſſus eſt dictum ordinem. Natt.conſi.351.

Dignitate maiori fultus in ſeſsionibus,& honoribus,cæteris præfertur,niſi ex conſuetudine antiquior familia præferatur.Natt.conſ.577.

In quęſtione illa,vtrum Duces Ferrarię ſint p̃ferendi Ducib. Florentiæ, cõcinditur in fauorem Ducum Ferrariæ, & q̃ſi eſſet contentio inter Principes,& Duces de præcedentia,qs præcedere debeat, vide per Natt.conſi.637.

Quid,quãdo eſſet cõtentio inter Legatos Principum,vel Ducum de præcedentia, vide eundem Natt.conſi. 638.

Domus diuidi debet in tres partes, quãdo miles in ea hoſpitatur, quarũ prima eliget dominus, ſecunda miles, & tertia relinquitur etiam domino, niſi miles ſit illuſtris perſona, quia tunc datur ei dimidia.Roland.conſ. 66. volum.1.

Eques Venetus pręfertur equiti Cęſaris etiam antiquiori in dignitate,ſi ſimul ſit Doctor,& habeat feudum,& hoc rõne triplicis dignitatis, aliàs datis parib.terminis eques Cæſaris eſſet præferendus. Menoch.conſi.126.lib.2.

Nobilis propter ſciẽtiam præfertur in proceſſionibus, & nobilis ſcientia præfertur nobili generis.Roma.ſing.650.

Homines inferioris gradus, tenentur exhibere reuerentiam hominibus ſuperioris gradus. Pet. de Rauen. ſing.863.

Honeſtas boni hominis, mores,fama,atq; exiſtimatio,nobilitati præferri debent.Marc.de Mant.ſing.383.

Popularis vnius nobilis Ciuitatis plus debet honorari,q̃ magnus ciuis mediocris Ciuitatis.Bar.in l.vnic.C.de Alexand. primat.li.11.

Seniores ſunt in moribus digniores. Iaſ.in l.cũ quid.nu.7.ff. ſi cert.pet.

Ordo temporis quando attẽdatur, vt inducat prælationem in tempore, vide Bart. in l.2.§. prius.ff.de vulgari.

Sicut honore,ita & ſcientia quiſque præcellere debet.c.viliſsimis.1.q.1.

Infidelis ſapiens deterioris conditionis eſt, q̃ inſipiens fidelis. Bar.in prooemio,inſtitu.

Dignior eſt præferendus inferiori. l. fin. ff. de albo ſcribendo.

Doctores debent cenſeri nobiles, nobiliter viuentes,triplici ratione,vide Guid. Pap.q.88. vbi plenè ſcribit de prærogatiuis,nobilitate, & immunitate Doctorum,vide etiam q.388.

Præmiſſa locum non habent in Doctorib. gradum recipientibus per reſcriptum, vel bullã. Guid.dd.qq.88.& 388.nu.fin.

Medici gaudent quoq; dignitate,& immunitate, qua gaudent Doctores legum.Guid.Pap. quęſt. 394. tamen quòd ſtatus Medicorum non ſit dignitas,cùm æquiparentur obſtetricibus,ſcribit Boer. deciſ.222.nu.11.

Doctor dicitur nobilis, imò dicitur magis nobilis, quàm ille, qui eſt nobilis genere, quia Doctoratus eſt dignitas. Gaſp. Cabal. milleloq.540. part. 2. Iaco. Put. deciſio.126.lib. 1.vide Pet.Roy.deciſ.4.Litua.nu.240.in deci. diuerſo. Caſſan. in conſuetud. Burg.titu *des droicts* Rub.4.§.19.glo.2. & Aduocatus nobilis auget ſuam dignitatem.idẽ Papon.arreſt. 225.lib.5. titu. 11. Doctor quoque præfertur nobili ſimpliciter. Put.deciſ.126.lib.1.

Miles parum diſtans à pagano, & ab indocto Doctor, priuilegio carent. Pet. Roy. deciſ. 4. Litua. nu. 256. in deciſ. diuerſo.

Inter Doctores quando tractatur de præcedentia, quis debeat præferri, vide Boer. in tracta. de auctoritate magni concilij poſt eius conſil. nu. 88.

Doctores an debeant præcedere milites, vide ibid. num. 92.

Doctor, qui per viginti annos legit, Comes appellari pôt. Menoch. de arbit. li. 2. caſ. 68. n. 43

Doctoratus eſt dignitas, & qñ quis habet etiã aliam dignitatem, debet pręferri propter duplicatam dignitatem. Dec. conſi. 161.

Doctor antiquior iuniori pferendus, q. pcedit & ſi poſterior ſit ditior, & antiquior dr non ætate, ſed gradu, & dignitate. Ant. Trig. ſing. 117. fallit, quãdo iunior eſſet creatus Doctor ab Imperatore, & antiquior à Collegio. ibid.

Doctor non poteſt capi perſonaliter, nec aliquo modo vexari. Bart. in l. 6. C. de Profeſſoribus, & Medic. lib. 10.

Homines ſunt honorandi ſecundum virtutes, & Doctores iuuenes virtute prędiri, præferuntur Doctoribus antiquioribus. Bart. in §. ordinationem, Auth. de Monachis.

Nobiles exercentes officium procuratoris, vel tabellionatus, non viuunt nobiliter: quia officium procuratoris eſt vile, & facit amittere totaliter nobilitatem, & alias exẽpti à cõtributione munerum, propter tale officium tenentur contribuere. Guid. Pap. q. 89. 90. & 399. propterea infamis reputaror Doctor, q exercet procuratoris officium. ibid. d. q. 89.

Aſſumens ſibi nobilitatem per ſe, debet puniri, ſed qua pœna puniatur, vide ibid. nu. fin.

Decurio exercens artem notariatus perdit nobilitatem Decurionatus. Pap. q. 90.

Baſtardus nõ retinet nobilitatem generis, ideò non pôt eſſe Cõſiliarius Principis, nec portare arma agnationis. Guid. Pap. q. 180. niſi per cõſuetudinem aliter ſeruetur. vide Boer. deciſio, 127. nu. 21.

Quãdo mercatura nobilitati deroget, vide per Myſing, obſer. 54. cent. 6.

Nobilitas perditur per notariatum: item per artem tabernariam, & mecanicam, qđ fallit in eo, qui ſolùm vendit vinum, & granum proprium, etiam minutim. Crau. conſi. 163.

Cauſa proxima, & immediata inſpici dẽt: ideò ſi pater amiſerit dignitatẽ, nepos nõ poterit eam habere ex perſona aui. Crau. d. conſ. 163. quia tranſmiſsio fieri nõ poteſt, vbi perſona media, per quam fieri debet eſt inhabilis ad tranſmittẽdum; medium enim inhabile impedit extrema coniungi. Crane. ibid.

Nobilis vtrum per ingreſſum Religionis pdat nobilitatem, vi de Ludo. Rom. ſing 37.

Accuſatus de crimine, pẽdente accuſatione ad honores nõ admittitur, ſi propter ſolam accuſationẽ, accuſatus apud bonos, & graues viros eſt infamis. Ludo Rom. ſing. 443 nam accuſatus de crimine non poteſt habere honores. Bart. ſing. 54.

Periurium manifeſtum repellit hominem à dignitate. c. 34. ex. de electio.

Aleator publicus, & vſurarius repellĩt à dignitatib. & pſonis vilib. & indignis dignitates non ſunt concedendæ. c. 11. ext. de exceſsib. plat.

Propter delictum amittitur nomen dignitatis. arg c. 1. ex. de purga. canon.

Accuſatus de crimine famoſo, pẽdente iudicio eſt infamis de facto, nec admittitur ad dignitates. Bar. in l. 13 §. ſi quis. ff. de teſtamentis.

Filius plebeij nõ efficitur nobilis, ſi pater eius efficiatur miles poſt eius natiuitatem. Bar. in l. 2. §. in filijs. ff. de Decurionib.

Mulier ſecundò nubẽs amittit dignitatẽ primi viri, niſi ſpecialiter à Principe impetraret cõtrariũ. Bar. in §. nõ tñ, Auth. de nup. & ſecundi acquirit, & retinet. §. nõ tñ. Auth. de nuptijs.

Infamia quibus in caſibus repellat à dignitate, vide per Bar. conſi. 174. vol. 1.

Cui interdicitur minus officium, talis non poteſt accedere ad maius, ſecus ècontra. l. 7. §. ſolet. ff. de interdictis, & releg.

De armis, & inſignijs, vide infra tit. prox.

De armis, inſignijs, & ſignis, ſeu marchis.

ARma, & inſignia armorũ nobilitatis penes primogenitũ remanere debẽt, & ius armorum, & nobilitas eſt indiuiſibilis: ideò ad omnes de agnatione trãſit. Fran. Marc. q. 1438.

Inſignia, ſeu arma domus apud primogenitum remanere debent, & inſignia, quibus aliquid adiunctum eſt, eadem adhuc eſſe dicũtur D. Sola in ſuis comment. in antiq. conſtitut. Sabaudiæ. gl. 3. ſuper decreto, vt ſtatutorũ nu. 6. tit. de nominationibus fol. 86.

Res eorum eſſe præſumuntur, quorum ſunt ſignacula, & ſignatum ex ſigno cognoſcitur. Ozaſc. deciſio. 40.

Nobilitas generis poteſt probari per famam. Marc. quæſt 805. par. 2.

An liceat alicui mercatori, alterius ſignum ſibi aſſumere, vide Rot. Genu. deciſ. 210. pro parte negatiua, ſcribunt Gaſp. Cabal. milleloq. 796. Rebuff. in ſuis comment. tracta. de mercatorib. minut. vendend. Tom. 2. nume. 24.

Quia ex ſignis, & ſignaculis res cognoſcuntur, ballæ mercatorum præſumuntur eſſe eorum, quorum ſunt ſignacula. Boer. deciſ. 105. Rot. Gen. deci. 201. Borg. Canal. deci. 7. de cōtrac. par. 2. Rot. Auen. deciſ. 30. ī deci. diuerſo. to. 3.

Quam fidē faciat ſigillū, & an recognoſcendū ſit, vide Fran. Marc. q. 989. & ſeq. Hēric. Boer. in ſuis ſingularib. tit. ſigillum, & protocolū.

Sigillans litteras ſigillo alieno ſine atteſtatione, in falſi pœnam incidit. idem Marc. q. 992.

Mutatio nominis, cognominis, & inſigniū eſt licita, dummodo nō fiat in fraudem alterius. obſer. 81. Senat. Thol. in deciſ. diuerſo. fol. 271

Licèt publico conſenſu, & communi iure gentium inductum ſit, vt nomina, & inſignia liceat aſſumere, tamen non licet nomina falſ, tem gentilia, & inſignia alterius generis, vel artificij, ſibi aſſumere, nam non licet artifici, alterius artificis inſignijs vti. Gomez. Leo. deciſ. 65. in deciſio. diuerſo. Tom. 2. imò mercator ſignū marchæ alterius aſſumens punit. Menoch. de arbitr. lib. 2. caſ. 318. nu. 28.

De armis, & inſignijs, quę homines ſibi aſſumūt veluti ꝓpria, & quando liceat aſſumere alienos arma, & an quis poſsit vti alterius marcha ad ſignādum metalla, & qd in notarijs, an alteri liceat vti ſigno alieno, vide p Bart. in ſuo tract. de inſignijs, & armis.

Hęres inſtitutus, vt deferat nomē, & arma teſtatoris, qd facere debeat, vide Guid. Pap. q. 251.

Arma, & cognomen deferre alicuius, an quis grauari poſsit, & grauatus q̄ facere debeat pro implemento huius cōditionis, vide Excell. P. Teſſa. deciſ. 257. & deciſ. 270. vbi plenè tractatur de armis, inſignijs, & cimerijs.

Baſtardus nō poteſt portare arma agnationis. Guid. Pap. q. 580. niſi contrarium ſeruetur ex conſuetudine, vide Boer. deciſ. 127. num. 21. Marc. q. 1138. par. 1. & q. 62. par. 2.

Filij legitimi baſtardorum nobilium, non debent deferre cognomen, & arma ipſorum nobilium, niſi de licentia capitis illius generis. ita cauetur in hac patria per decret. antiq. Sabaudiæ tit. de banneretis.

Filij naturales, ſeu illegitimi non dicuntur de domo, ſeu agnatione parētum, minusq́; illis licet deferre arma, ſeu inſignia domus nobilium. D. Sola ibi ſuper decreto, filij naturales eod. titu. de materia armorum, & inſignium, vide ibidem, & alibi in dd. cōment. fol. 88.

Baſtardi ſi deferant arma domus, debēt in illis habere barram trāſuerſam inſcipientem à ſiniſtra parte alterius, & deſcendentē ad dexterā. Rebuff. in ſuis cōment. gl. 5. procœmij. n. 111 vide Caſſan. in conſuetud. Burg. titu *des ſucceſſions des baſtards* Rub. 8. § 3. glo. 1. nu. 17.

Nunquid vſus inſigniorum, quæ competunt ratione ſuperioris dignitatis, poſsit præſcribi, per habentem dignitatem minorem, vel hoc poſsit præſcriptione, vel conſuetudine induci, vide Ludo. Roma. ſing 293.

Arma eorum, qui propter ſeditionem expulſi ſunt de Ciuitate, debent deleri, ſed non ob id poſſunt Clerici delere ipſorum proditorum arma in Eccleſia poſita, vide eundem ſing. 480. & ſing. 573.

De armorum vſu.

Quando armorū vſus interdictus ſit, & quibus liceat deferre arma, & quādo, vide p Menoch. de arbit. lib. 2 caſ. 294.

Arma deferre eſt prohibitum, & de pœna deferentis arma, vide per Ludo. Roma ſing. 267.

Arma portans contra vetitum, ſi per Officialē non fuerit repertus, an incidat in pœnam ſtatuti, vide Ant. Corſet. in ſuis ſingularibus littera A ſing Ambaſiator. 2.

Tempore pacis ſi eſſet ſtatutum iuratum prohibens portare arma, ſuperueniens bellum, vel partialitas in Ciuitate, Poteſtas poterit venire contra talem ſtatutum iuratum, & permittere, quòd homines portent arma. idem littera I. ſing. iuramentum.

Ad municipales, & de incolis, & quibus modis quis efficiatur ciuis.

Natum an ſufficiat eſſe in Ciuitate, vt quis illius dicatur, & gaudeat priuilegijs ciuium, vide Afflic. deciſ. 384.

Ciuilitas originis eſt immutabilis, quia eſt naturalis. Afflict. ibid. & originem matris filius an, & quando ſequatur, vide ibid nu. 4.

Ciuis dicitur, qui in ciuem recipitur. Afflict. deciſ. 384. num. 14. & quæ requirantur, vt ciuis quis dicatur, vide per Boer. deciſ. 272.

Ciuis dici quis non poteſt, niſi origine, adoptione, electione, vel manumiſsione. Capic. deciſio. 162. nu. 16.

Habens vxorem, & domum in loco, ciuis eſt illius loci. Gram. deciſ. 103. nu. 11.

Ciuis non originarius ſi non poſsit admitti ad Collegium virtute ſtatuti dictantis, ꝙ non admittatur niſi ſit natus in Ciuitate, vel ſit ciuis originarius, tamen natus alibi à caſu poteſt eſſe de collegio. Gram. ibid.

Ciuilitatem paternam retinet filius dato, quòd alibi ſit natus, quàm in patria patris. Gram. d. deciſ. 103. nu. 113.

Appellatione ciuis in materia ſtatuti, vel conſuetudinis,& in ſtricta materia,nõ cõprehẽditur, niſi ciuis originarius. Boer. deciſ. 13. nu. 24. licèt ſtatutum poſsit facere de ciue, non ciuem.ibid.nu.25.

Ciuis nõ cenſetur, qui in Ciuitate natus eſt ex ruſtico, in diſtinctu Ciuitatis degente. Boer. deci.13.nu.49.& ciuis non eſt, qui in tranſeũdo natus eſt.ibid.nu.51.

Ciuis intelligitur, qui fortè matre abſente alibi natus eſt. Boer.d.deciſ.13.num.52.ſed natus in loco,in quo nõ erat manſura,an ſit ciuis, vide ibid. nu.53.

Ciues ex priuilegio effecti omnibus commodis,fauoribusq; potiuntur, quibus & ipſi ciues originarij.Boer.d.deciſ.13.nu.20.& dicũtur propriè ciues.idem deci.260.nu.23. vide Mago.deciſ.60.nu.4 Rot.Floren.

Ciues nouitij dicuntur,qui annum in Ciuitate nondum compleuerunt,& an tales excuſentur contrauenientes ſtatutis Ciuitatis propter eorum præſumptam ignorantiam, vide Boer.deciſ.260.

Burgenſes qui dicantur,& non ſunt nobiles: & ciuis vrbis propinquæ, an ſe facere poſsit homo alicuius Baronis, vide Boer. ibid. num.47.14.

Doctor eſt ciuis loci, in quo legit. Boer. deciſ. 260.nu.19.& quid in eo, qui in Ciuitate habet beneficium,ſeu officium, vide ibid. & ciuis quis efficitur per confœderationem.ibid. nu.26. ciuis tamen quis eſſe deſinit eo ipſo, quòd Ciuitatem deſerit.ibid.nu.34.

Vxor eius Ciuitatis eſt ciuis, cuius eſt vir. gloſ. Bart.Bald.& Angel.in l.ciues.C.de agricolis lib.10.idem Bart.in l.fin.§. item reſcripſerũt. ff.ad municipal. Ang.in §. in poteſtate,inſtitu.de patr.poteſt.& dicitur eſſe eiuſdem originis.gloſ. in l.origine.C.de municip.& origi. lib. 10. Bald. in l. voluntas. C. de fideicom.Bar.in l.placet nu.39. C.de Sacroſanct. Eccleſ.vide Excel.P.Teſſa. deciſ. 123.& prædicta procedũt etiã in vidua. idem Bal.in d. l.voluntas.C. de fideico. faciunt notata per Menoch. de arbitra.lib.2. caſ.379.

Ortus in aliqua Ciuitate, in qua eius parentes non degebant,nõ ex hoc acquirit ciuilitatẽ in ea, ſed ſequitur parentum originẽ. Gram. vot.10.nu.11.ſed contra ibi.nu.14.

In tantum attenditur ciuilitas originis, ꝙ quis ei renuntiare non poſsit, nec poteſt ſua voluntate ſe ab ea liberare. ibid.nu.16.

Filij ſequuntur originem patris: idem de nepotibus, & qui naſcuntur in territorio Ciuitatis, in ipſa vrbe naſci cenſentur: ideò neque naſci, neque habitare in Ciuitate requiritur, ad hoc vt quis natus in Ciuitate dicatur, vide Gome. Leo. deciſ.26. in deciſio. diuerſo. Tom.2.nam qui naſcuntur in municipio, vel vico ſubdito alicui Ciuitati, ciues cenſendi ſunt.idem Gome.deciſ.26.

Statutum,vt nõ admittantur in collegium, vel ad publica officia, niſi ciues originari, non excludit ciues tantummodo ex priuilegio, & ſimilibus cauſis.idem Gom. d.deciſ.26.

Quid in dicto caſu ſtatuti dicendum in eo, qui habitauit, & domicilium habuit in Ciuitate per annos quadriginta,vide ibidem.

In origine filiorum domicilium parentum, nõ fortuitum naſcendi locum ſpectari,crebrior ſententia eſt,vt multis auctoritatibus, & rationibus comprobatur per Pet.Roy. deciſ.3. litua.nu.99.& ſeqq.in deciſio.diuerſo.

An filia nupta in alieno territorio retineat originem paternam,vide per Craue. conſi.271. quòd retineat ipſam originem,quamuis per matrimonium tranſeat in familiam viri, & ſequatur eius conditionem,tradit D.Sola in ſuis comment.in antiq.conſtit. Sabaudiæ gl. 1. ſuper decreto, Yolant tit. de feudis fol.54.

Ciues dicunt in caſtris,& villis Ciuitati ſubiectis habitantes, tamen ciuium appellatione propriè comitatenſes nõ venire, ſcribit Menoch. de arbitra. quæſt.99. nu.22.& 28. & vicos moderari legibus Ciuitatis. ibid. nu 24.

Licèt mulier per matrimoniũ efficiatur ciuis, illius Ciuitatis,cuius eſt vir, & dicatur eiuſdẽ originis vtſupra dixi,tamen in aliquibus retinet originem paternam, vt nõ priuetur beneficijs ſtatutorum originis. Barto.in l.fin.§. reſcripſerunt. ff. ad municipal. Angel.in §.in poteſtate,inſtitu. de patri.poteſt.nu.11.Cra. conſi.27.vide Auguſt. Beto.q.109.

Quando pater forenſis creatur ciuis cum ſuis filijs,& decedentibus, tale priuilegium ciuilitatis,non prodeſt filijs abſentibus,& ignorantibus.vide Dec.conſi 661.nu.7.

Quãdo ciuilitas fuit acquiſita cum aliqua qualitate,ſi qualitas non fuerit verificata,nõ valet acquiſitio.Dec.ibid.nu.12.

Ciuis ſi ex ſtatuti diſpoſitione ille efficiatur, qui per decem annos ſteterit in Ciuitate, an requiratur continua manſio, vel ſufficiat, ꝙ pro maiori parte illius temporis ſteterit, vide Ludo.Roma.ſing.676. & etiam Barto.in l.18.§.Sabinus.ff.de fundo inſtructo,legat.

Lata ſententia in contraditorio iudicio, quòd aliquis eſſet ciuis alicuius Ciuitatis, talis ſententia facit ius quo ad omnes. Pet.de Raue. ſing. 826. & ſententia facit forenſem ciuem. Barto. in repetit. l. placet. C.de Sacroſanct. Eccleſ.num.47.

Statutum,quòd nullus efficiatur ciuis, niſi habitauerit in loco per certum tempus,nõ cõ-

prehendit

prehendit illum, qui habitauit intra illud tẽpus. Bart. in l 3. C. ne Sanct. Bapt. reit.

Natus in villa, vel vico ſortitur originẽ ex illa Ciuitate, cui villa, vel vicus ſubeſt. Bar. in l. 3. C. de natural. liber.

Qui vult admitti vt ciuis, debet probare ſe ciuem, parte etiam citata. Bart. in l. 9. C. qui accuſa. non poſſu. vide eundem conſi. 29. vol. 2.

Qualiter, & quibus modis quis efficiatur ciuis verè, & propriè, & non fictè, vide Bar. conſi. 62. volum. 1.

Ciuitas licèt ſit ſub Domino, nihilominus poteſt ex contractu facere ciuem, qui aliàs non eſſet. Abb. conſi. 61.

Ciuitas nõ poteſt facere, vt quis habeatur pro non ciue, niſi in pertinentibus ad ipſam Ciuitatem. Abb. ibid. nu. 6.

Filius licèt natus extra locum originis paternæ, vltra Ciuitatem, quam habet ex perſona patris, efficitur ciuis loci originis propriæ, Fel. in c. Rodulphus nu. 14. ex. de reſcrip.

Quæ requirantur ad hoc, vt quis dicatur ciuis, vide l. 32. ff. de iure fiſci.

Municipes intelligendi ſunt & hi, qui in eodẽ municipio nati ſunt. l. 228. ff. de verbo. & rerum ſignific.

Qui natus eſt in quodam pago, vel villa ſubiecta alicui Ciuitati ſitæ in propinquo, dicitur ſuam patriã habere in illa Ciuitate. Hartma. Hartma. cap. 14. tit. de verbo. ſignif lib. 2.

Incola quis ſit, & ad quę munera teneatur, vide Capic. deciſ. 162. nu. 17.

Statutum tribuens immunitatem nouis incolis, an illos comprehendat, qui olim fuerunt ciues, vide Boer. deciſ. 13. nu. 43.

Incolatus per habitationem 10. annorum cõtrahitur. Paul. Aemil. deciſ. 80. par. 2.

Incola ſubiectus eſt legibus, & cõſuetudinibus loci, vbi incola eſt: quia appellatione ciuium incolæ continentur; item appellatione ſubditorum venire incolam certũ eſt, quia propriè ſubditus dicitur quis ratione domicilij, atque domicilium facit incolas, diſpoſitum igitur in ciue, & ſubdito, habet etiam locum in incola. And. Gail. obſer. 35. lib. 2.

Licèt de iure incolatus tempore decennij acquiratur, tamen etiam incontinenti acquiritur, quando quis re, & facto animum manendi declarat, & verus incola dicitur, qui in aliquam regionem domicilium ſuum contulit: poteſt autem quilibet propria auctoritate incolatui, & domicilio renunciare, quod fit eo ipſo quando ſe, & bona ſua in alium locũ transfert. idem obſer. 35. lib. 2.

Habitantes in aliquo loco, nõ poſſunt eſſe participes prædiorum dicti loci, quæ diuidi ſolent inter antiquos, & originarios ciues, ſeu municipes deſcendentes à primis antiquis acquirentibus. Menoch. conſi. 390 lib. 4.

Quis efficitur incola, vbi habet maiorem partem fortunarum ſuarum: item vbi conſtituit ſedem ſuam, & ſi quis aliquid habeat in aliqua Ciuitate, præſumitur ibi habere maiorẽ partem fortunarum ſuarũ, niſi probetur contrarium. Pet. de Raue. ſing. 829.

Incola eſt, qui in aliquam regionem domicilium ſuum contulit. l. 239. §. incola. ff. de verbo. & rerum ſignific.

Domicilium pluribus locis quando quis habere poſsit, & domicilij appellatione quis locus veniat, & natus Lugduni, Lugdunẽſis dicitur, & non ciuis. Afflic. d. deciſ. 384. num. 4. 5. 7. 8. & 15.

In illo loco habitare quis dicit, vbi pro maiori parte anni habitat. Afflic. d. deciſ. 384. nu. 12.

Origo, & domicilium an, & in quo æquiparentur. ibid. nu. 13. & dignitas originis cõditionem mutat. vide ibid.

Origo paterna cum domicilio filij, præfertur origini filij. Boer. deciſ. 13. num. 36. & hoſpitali expoſitus dicitur ciuis illius loci. nu 41.

Duo domicilia quis habere põt, originis propriæ, & paternæ, & originis ſuæ domicilium, nec per mille annorum abſentiam quis mutare, nec illi renunciare poteſt: quia naturalia mutari non poſſunt. Boer. d. deciſ. 13.

Adoptione nõ mutatur domicilium, & paternæ originis domicilium nõ poteſt filius mutare, & etiam originem aui quis retinet, non proaui. Boer. ibid.

An locus originis, vel domicilij ſit præferẽdus, vide Gaſp. Cabal. milleloq. 571.

Domicilium varis modis acquiritur, puta origine, habitatione, beneficio, lectura, adoptione, & alijs modis de quib. vide p Andr. Gail. obſer. 35. nu. 10. lib. 2. & ad conſtituendum domicilium, quæ requirantur, vide Pet. Roy. dec. 3. litu. in deciſ. diuerſo. n. 104. To. 2.

Mutatio domicilij, an eximat ciuem à iuriſdictione Ciuitatis originariæ, vide eundem Gail. obſer. 36. lib. 2.

Domicilium triplex eſt. ibid. nu. 2. & domicilium originis eſt immutabile, & eo ipſo, quòd quis mutat domicilium perdit priuilegia, & iura Ciuitatis. Gail. d. obſer. 36.

Domicilium acquiritur per decẽ annos. Gom. Leo. deciſ. 26. in deciſio. diuerſo. Azo in ſumma tit. de iuriſdict. omn. iudi.

Cõtractum eſſe domicilium in loco ex quibus cognoſcat, vide Menoc. de arbi. lib. 2. caſ. 86.

Quotuplex ſit domicilium, vide per Rebuff. in ſuis comment. Tom. 3. tract. de domicilij electione in præfat. quot modis domicilium quæratur, ibid. nu. 9. quis effectus reſultet ex illo,

ſtilo,nu.20.& quot modis amittatur,vide ibi. nu.34. etiam Barto. in l.vnica C.vbi petant. tuto.vel cura.

Domicilium dr̃ transferri de loco ad locum, qñ quis recedit cum familia,aliàs ſecùs. Bar. in l.27. §. aſſuii.ff.de fundo inſtruc.legat.

Origo quomodo probetur, & filius natus extra Regnũ,an cẽſeatur alienigina,vide Boer. deciſ.13.num.16.& 17.

Originis priuilegio non gaudet, qui ibi non ſubit munera. Boer.deciſ.13.nu.45.

Regnicola intelligitur,cuius pater, aut auus in Regno natus eſt. Boer. d.deciſ. 13. num. 46. vide num.17.

Ad hoc,vt quis gaudere poſsit priuilegijs,iuribus,& immunitatibus alicuius Ciuitatis, an requiratur,quòd in ea fuerit natus,aut prius domum habuerit,vel litteras à ciuibus, quibus fuerit receptus in ciuem, an verò ſufficiat, quòd in dicta Ciuitate domum emerit, & in ea habitauerit per 20.ann.cum tota ſua familia,onera verijs, & originarijs ciuib. incumbentia ſoluendo,ac excubias faciendo, abſque tamen litteris burgentiæ ab ipſis ciuibus obtentis, vide per Boer. deciſ.260.

Ciues dicuntur illi, qui naſcuntur in Ciuitate, & in ea inhabitant, ſed qui in ea non habitant,non gaudent priuilegijs ipſius. Ioſeph. Ludo.deciſ.3. Peruſ.nu.17.

Quando aliqui recipiuntur pro ciuibus, vel incolis in aliqua Ciuitate, vel villa propinqua exempta à ſolutione gabellarũ, & pedagiorum,an gaudeant priuilegio exemptionis,& quid,ſi dicatur hoc factum in fraudem, vide Franc. Marc.q.528.nu.6.7.

Domicilij ratione quis ſtatutis, & libertatibus Patriæ actiuè,& paſsiuè gaudet. idem Marc. quæſt 920 par 2.

Priuilegium, vt ducens in vxorem filiam ciuis originarij efficiatur ciuis, ad hæredes tranſit, & ſucceſſores. Gome. Leo. deciſ. 89. in deciſio.diuerſo.Tom.2.

Vidua retinet domicilium, & originem mariti defuncti.idem deciſ. 90.

Quæ requirantur ad hoc, vt forenſis gaudeat priuilegijs loci,vbi inhabitat,vide per Ioan. Papon.lib.5.tit.11.arreſt.32.

Non obſtante origine paterna, ſi filius natus alibi ſit,& habeat domiciliũ,habet̃ pro forẽſi in loco paternæ originis, & nõ gaudet priuilegijs originarijs conceſsis. Dec.cõſi.352.

Licèt quis poſsideat plura bona in aliquo loco,& ibi teneat domum appertam, non tamen debet iudicari,quòd ſit de dicto loco, cùm ibi non habeat originem, neque domicilium, & per conſequens dicitur forenſis, qui eſt alterius fori, & non eſt de corpore loci,& propterea talis non dẽt gaudere beneficijs dicti loci. Dec.cõſ 661.nu.5.& cõſ.550.

Statutum,quòd bona non poſsint in forenſem alienari valet, & quis dicatur forenſis, vide Dec.conſi 661.

Quando ſtatutum prohibet forenſes poſſe acquirere bona in Ciuitate, vt non ſit locus prohibitioni, ſufficit quẽ fuiſſe factum ciuẽ ex priuilegio,etiam poſt delatam hæreditatem.vide Menoch conſi.165.lib 2.

Natus in Ciuitate ex parentibus, qui non cõſtituerant ibi domicilium, ſed erant tranſeuntes,vel ad tempus trahebant ibi moram, nõ dicitur verè ciuis,nec gaudere debet priuilegijs ipſius Ciuitatis,quæ habent alij ciues:ratio,quia ad hoc,vt quis acquirat ciuilitatem requiritur,quòd parentes ibidem conſtituerint domicilium. Caſſa. in conſuetud. Burg. tit *des foreſtz* rub.3.§.7.glo.fin.nu.22.

Habentes domũ conductã dicuntur etiã habitantes.idẽ ibi.tit *des foreſtz* rub.13.§. 5.glo.1.

Ciuium appellatione comprehenduntur Clerici, vide ibid.

Immunitas conceſſa ciuibus virtute ſententiæ arbitramentalis, non competit ciui effecto ex priuilegio Rol.conſi 79.vol.3.

Ciues habitantes extra territorium Ciuitatis, non debent gaudere immunitate competẽte ciuibus dictę Ciuitatis.Rol.d.cõſ.79.n.29.

Si ſtatuto caueatur,quòd forenſis, qui vult effici ciuis debeat creari in concilio cõmunitatis, ſicut ipſi concilio placuerit: ita tamen quòd ille talis creatus ciuis, infra terminũ, qui ſibi per dictum concilium ordinabitur, teneatur facère fieri de nouo vnam domum in Ciuitate, quæ ſit obligata pro oneribus, licèt talis creatus ciuis non ædificauerit domum nullo tẽpore ſibi ſtatuto à cõcilio, nullaq; facta monitione, ſeu interpellatione de ædificando,non deſinit eſſe ciuis, minus interim poteſt priuari priuilegijs originarijs competentibus,niſi facta interpellatione de ædificando eſſet in mora. vide Menoch. cõſ. 131.vol.1.ratio,quia receptio in ciuem dicitur quidam contractus,vel quaſi, qui non reſcindi poteſt ex capite implementi non ſequuti,niſi accedẽte vera mora. idẽ cõſi.132.

Forenſis habẽs beneficium in loco, an efficiatur ciuis illius loci,& matrimonium carnale mutat originem quo ad quid.Bart.in repet. l.placet nu.38.& 39.C.de Sacroſanct. Eccle.

Natus in territorio, an dicatur ciuis originarius,vide Bart ibid.nu.47.& 48.

Illi, qui ſunt in ſuburbio videntur gaudere eo priuilegio,quo gaudent ciues, qui in ipſa Ciuitate morantur,vide Hartma.Hartma.c.33. tit.miſcellaneorum ex iure ciuili lib.2.

De muneribus, & oneribus in genere.

ONera, quæ ordinaria, quæ extraordinaria dicantur, vide Ozaſ. deciſ.95.nu.43. Raud.tract.de Analo. cap.40.nu.37 Fel.conſi. 46. nu.7.8.

Munus ordinarium eſt, quod à lege imponit̃. Bar. in l.4.C.de anno.& tribut.li.10.

Munera extraordinaria dicuntur, quæ non indicuntur lege, vel Senatuſconſulto, aut con ſtitutione Principũ. Bart. in l.1. C.de Agric. & cenſit.lib.11.

Impoſita à Principe, vel à lege ſunt munera ordinaria; idem in collectis, quæ imponuntur à lege municipali. Barto. in l.2. num.5.ff. de iure immunit.

Onera extraordinaria, quæ pro vtilitate, & neceſsitate publica indicuntur, ordinarijs, & merè realibus æquiparantur. Ozaſ. deciſio. 95. num. 44.

Collectis alibratus renunciare nõ põt, niſi præſtet alterum æquè idoneum.ibid.nu.46.

Munerum publicorum appellatione, comprehenduntur perſonalia. Ozaſ. deciſ.95.nu.45.

Oneribus perſonalibus (præſertim annexũ honorem habentib.) omnes ſubiacent, & ab illis nemo excuſatur.ibid.nu.49.

Natus in Ciuitate matre tranſeunte, an ſubeat munera Ciuitatis, vide Afflic.deci.384. nu.4.

Habitantes perpetuò lege Ciuitatis obligantur.ibid.nu.12.

Tria reperiuntur tempora, quibus homines tenebantur, & tenentur ad onera, vide fusè per Capic. deciſ.168.

Onera realia, quæ præſtantur à re, vel occaſione rei, ad fructuarium pertinent. l.34.§. ſi quid.ff.de vſufructu, & quemadmodum. Afflic.deciſ.252.nu.4.

Onera realia euitantur ab eo, qui vult rem dimittere, ſecùs in onere perſonali. l.68.ff. de vſufructu.

Dñs onera realia nõ põt recuſare, licèt res poſſit ab eo auferri.l.36.ff.de noxal.actio.

Incola iam muneribus publicis deſtinatus, niſi perfecto munere, incolatui renuntiare non poteſt.l.34.ff.ad municipales.

Domini prædiorum, nõ autem coloni, & cõductores tenent̃ munera ſubire, & collectas ſoluere. Ozaſ.deci.83. Vincen.de Fran.dec.107.

Munera ciuilia, alia ſunt perſonalia, alia patrimonialia, & alia mixta, de quibus omnibus vide fusè per And.Gail.obſer.52.lib.2.

Cõſules, & Syndici nullum ſalariũ petere poſſunt, præter expenſas ſumptuum, niſi aliter ſe habeat conſuetudo. Guid.Pap.q.68.

Duo domicilia quis habere poteſt, alterum originis propriç, & alterum paternæ: & commoda poſſunt præſcribi; nõ ipſa origo; ſed originis priuilegio non gaudet, qui ibi non ſubit munera. Boer.deci.15.in principio, & nu. 35.45.vide ſupra tit.prox.

Si quis vocetur ad munera in loco originis, & domicilij, præfert̃ locus originis. Gom.Leoſ deciſ.20.in deciſio. diuerſo.

Incola licèt pro maiori parte anni reſideat in loco originis, & ibi ſubeat onera perſonalia, & realia, tamen adhuc poteſt cogi alibi munera ſubire ratione bonorum, in quibus aliquo tempore anni reſidebat, vide deciſ. 140. Rot. Auenio.in deciſio.diuerſo.Tom.3.

Munera, quæ indicuntur perſonis pro rebus, quis ſubire tenetur in loco propriç originis, vel domicilij, licèt alibi bona ſint ſita. Natt. conſi.106. Tom.1.

Munera non debent alicui imponi, in pluribus locis pro eadem re.ibid.nu.2.

An filius cogatur ſubire onera ratione ſuæ, & patris originis, vide glo.in verbo non domicilium.l. 6.§.filius.ff.ad municipales.

Adoptio non liberat à muneribus, quæ imponuntur ratione originis, imò plus aſtringit, ſed ſi filius adoptiuus emancipetur, nõ amplius erit ciuis illius Ciuitatis, ex qua eſt pater adoptiuus.l.15.§.ſi.ff.eo. ad municipales.

Natus ex filio adoptiuo, ſequitur originem patris naturalis, & non ſolùm adoptiui, quo ad munera ſubeunda. l. 17.§. in adoptiua. ff. ad municipales.

Domini non poſſunt cogere ſubditos ad cuſtodiam nocturnam; tamen cuſtodire turim, quando debeat Dominus, & quando communitas, vide per Boer.deciſ.212.

Fogagia quando numerantur per domos, excubias agere etiam Clerici tenentur. ibid. nu.4.& 6.ſed qui teneantur facere excubias, vide plenè ibid.

Cuſtodes murorum, vel caſtri non debent ab illo loco aduocari: & caſtro, cui excubiæ debebantur dirupto, an ſubrogato debeantur, vide Boer.d.deciſ.212.nu.11.14.

Excubias loci facere obligati, nõ tenent̃ eas facere alibi, iubente Domino.ibi.nu.10.& 19.

Onera belli dicuntur onera patrimonialia, & debent ſuportari per vnumquemque pro viribus patrimonij.Natt.conſi.433.

Onus cuſtodiæ Ciuitatis, quod eſt perſonale, foꝛenſibus indici non poteſt ratione bonorũ, quæ poſſident in territorio. Natt.conſi.447.

Onus recipiendi milites in domo eſt reale, & indicitur ipſi rei, propter ipſam rem. Rolan. conſi. 66.vol.1. nu.3. tamen hoſpites in caſu præmiſſo, non teneatur tradere militibus

culcitras

tul citras, lectos, ligna, oleum, & alia ad victũ neceſſaria. idem d. conſ. 66.

Minus tenentur præſtare vtenſilia, niſi quando ignauia incolarum non poſsint reperiri; ſed cum emendatione damni, vide ibid. nu. 6.

Principes tempore neceſsitatis belli, poſſunt imponere ſubditis ſubſidium charitatiuum. Hartma. Hartm. cap. 6. lib. 2. tit. de cenſib. de charitatiuo ſubſidio, ſeu dono Principi ob nouum aduentum faciendo, vide Marc. quæſt. 1023.

De varijs muneribus, ad quæ Eccleſia tenetur, vide per eundem Hartma. Hart. c. 10 lib. 3. tit. miſcellaneorum ex iure Canonico.

In honoribus, & muneribus gerendis perſonarum qualitas conſideranda eſt, & de materia munerum, vide per And. Gail. obſer. 52. lib. 2.

An contribuere debeant ad fortalicium reparandum habitantes extra illud, vide Io. Gal. q. 130. Io. Pap. lib. 5. tit. 11. arreſt. 2. quòd habitantes in ſuburbio teneantur cõtribuere, ſcribũt idem Gal. q. 388. Guid. Pap. q. 5. 7. & 372.

An pro reparatione caſtri, vel citadellæ Ciuitatis, quæ eſt caput Patriæ, teneantur caſtra, vel alia loca inferiora contribuere pro expenſis talis reparationis, vide Marc. q. 459. qui concludit pro parte negatiua.

In Regno Franciæ ſolus Rex poteſt imponere onera. Io Pap. lib. 5. tit. 11. arreſt. 1.

De iure ſi onus impoſitum reſpiciat ſeruitium Principis, etiam forenſes, & habitatores tenẽtur ratione bonorum, quę ibid. poſsidẽt, ſecùs ſi reſpiciat ſeruitium loci. idem Pap. ibid. arreſt. 2. vide arreſt. 5. & ſeqq. eod. tit.

Si priuilegiatus ſuccedat non priuilegiato, non gaudet ſuo priuilegio pro oneribus impoſitis ex cauſa de præterito. Papon. ibi. arreſt. 3.

Ratione oneris maioris, non poteſt vnus cõtra alium eiuſdem loci agere cauſa ſe exonerandi. vide eundem ibid. arreſt. 40.

Ex pacto, & longa conſuetudine poteſt induci, vt homines alicuius loci teneantur contribuere in collectis, & oneribus alterius loci. Dec. conſi. 638.

Habitantes in aliquo loco, ſeu territorio, ibi tenentur facere reparationes męniarum. Guid. Papon. ſing. 379.

Forenſes, qui bona in loco, vbi non habitant poſsident, ad quæ munera, ſeu onera teneantur, vide Excel. P. Teſſa. deciſ. 149.

Forenſes ad munera patrimonialia, & realia tenentur: nam munera patrimonialia, & realia, in loco, in quo res ſunt ſitæ præſtantur. Marc. q. 458. nu. 5. & 7.

Pro impoſitione facta per vniuerſitatem ad ſuſtinendam litem, reſpicientem vtilitatem aliquorum bonorũ, omnes tenẽtur; licèt aliqui de pręſenti non poſsideant de dictis bonis! quia ſat eſt, quòd in futurum poſſent poſsidere. Papon. lib. 7. tit. 2. arreſt. 3.

Quando aliquod onus debetur ratione domicilij, ſeu fogagij, an facta diuiſione, & ſeparatione habitantium, & bonorum multiplicetur onus, & quid ècontrà, vide eundem lib 13. tit. 5. arreſt. 3.

De careagijs, & ſimilib. quę debẽtur Domino per ſubditos vide eundem lib. 13. tit. 6.

Onus diminui debet bonis diminutis, & ècontrà augeri debet, bonis auctis. Crauet. conſi. 195. num. 6.

Onus, vbi imponitur habito reſpectu ad reditus, tunc limitari, & regulari debet, habita ratione ipſorum redituum, vide quoddam cõſ. impreſſum inter deciſiones Ozaſ. fol. 110. num. 16.

Poſsidens bona in territorio alicuius loci, illa de iure profiteri, & conſignare debet ibid. num. 17. in loco ſupra citato.

Aeſtimata res ſi peruenerit ad Eccleſiam, debet inſtante Prælato à cataſtro deponi. ibid. nume. 24.

Vaſalli filij ſi ſeparatim habitẽt, an quilibet teneatur Domino ad operas, vel omnes ſimul tantùm teneantur ad id, ad quod tenebatur eorum pater, vel ipſi ſi vnà habitaſſent, vide per Boer. deciſio. 213. num. 15.

Ob territoriorum diminutiones, exactiones tributorum quoque merentur diminutionem, Myſing. obſer. 34. cent. 3.

Onerum ſolutio facta cũ proteſtatione nõ piudicat, nec vnica ſolutio ſine proteſtatione. Alex. Raud. tract. de Analog. cap. 40. nu. 15.

Onerum ſolutio vbi non ſunt lapſi anni 30. piudicat tantùm quo ad ſoluta; non autem quo ad ſoluenda. Raud. ibid. nu. 16.

Vniformis ſolutio ſingulorum annorum efficit extraordinarium ordinarium. Raud. ibid. nu. 108. ſed contrà nu. 50.

De ſententia planè notanda in materia diſtributionis onerum vide ibid. nu. 109.

Comitatenſes non eſſe quo ad realia plus grauandos ciuibus, licèt maiores fructus percipiãt, hĩ ibi n. 109. 110. & bona emphyteotica Eccleſiæ ſunt cenſenda, vide nu. 124. ibid.

Exiſtens in poſſeſsione exigendi collectas per annos 70. in ipſa poſſeſsione, ſeu quaſi debet manuteneri. Vinc. de Fran. deciſ. 56.

Vniuerſitas in dubio præſumiĩ libera à præſtatione collectæ, quæ à Rege tantùm imponitur, & in caſu magnæ neceſsitatis. ibid.

Regentes Ciuitates prouidere debent, quòd munera, & onera æqualiter diuidantur, & grauati exonerentur. Rolan. conſi. 66. nu. 53. volum. 2.

De matéria munerum, vide per Bar. in l. placet. C. de Sacroſanct. Eccle. & in l. vnica. C. de munerib. & in quo loco lib. 10.

Appellare debent electi ad munera publica, & ſuam appellationem iuſtam oſtendere, alias vidétur cõſentire. Bar, in l. 7. C. de appellatio.

Electus ad munera ab initio, præſumiť electus propter inimicitiam. Bar. in l. vnica. C. ſi propter inimicitias creatio fiat lib. 10.

Aduocatis nullum munus perſonale debet iniungi, niſi neceſsitas conſulendi, arbitrandi, & iudicandi. l. 6. C. de Aduoc. diuerſ. iudi.

Numerus duodecim liberorum liberat patrem à publicis muneribus. l. ſi quis Decurio. C. de Decurionibus.

Qui nominat aliquẽ ad munera, vt eũ redimere faciat, criminaliter puniť, qui verò nominat, vt lite fatigeť, ad expẽſas ei reſtituendas ciuiliter tenetur. l. 14. C. de excuſ. tuto. vel curat.

Pater videtur conſentire nominationi filij ad munus, ſi præſens fuerit, & non contradixerit electioni: ideò pro filio obligatur. l. 2. ff. ad municip. & de incol.

Filiusfa. poteſt eligi ad munus inuito patre, quòd ſi non gerat tenebitur factus ſui iuris, ſi quid Reipub. per hoc damni contingat. l. 21. ff. ad municipales.

Dos nó onerat maritum quo ad ſubeunda munera, licét ſit dominus dotis. § 5. d. l. 21.

Licèt pater vellet filium ſuum infantẽ eſſe Decurionẽ, non ob id aſtringitur ad aliqua munera, ſeu onera. §. fin. d. l. 21.

Reductio ad æqualitatem inter plures parochias fieri poteſt, licèt multo tempore fuerit facta vno modo oneris diſtributi ſolutio. Excel. P. Teſſa. deciſ. 239.

Qñ vna cõitas petit pro tributis ſe releuare ab alia, quid iuris, vide Craue. conſi. 265. & 266.

Bona in regiſtro vniuerſitatis poſita, dñr pro onerib. & collectis hypothecata. Oza. dec. 91.

Immunes ſi bona ſua in regiſtro cõmunitatis inſcribi paſsi fuerint, & multo magis ſi collectæ ab eis exactæ ſint, omni immunitate priuãtur. ibidem nu. 5. & 19. vide quando nu. 22. & Perilluſt. D. P. Teſſa. deciſ. 149. num. 4. nam deſcriptio in æſtimo præiudicat immuni, niſi appellet intra decem dies. Raud. trac. de analog. cap. 4. nu. 17.

Aeſtimi liber quamuis probet inter cõe, & deſcriptũ in æſtimo, vt appareat quid, & quantũ ſolui debeat nomine functionum, tamen non probat inter deſcriptum, & tertiam perſonam ſingularem. Capic. deciſ. 107. nu. 12.

Regiſtrũ quid, & qualẽ fidem faciat, vide Guid. Pap. q. 381. in fine. Tho. Minad. deciſ. Neapol. 43. Inn. in c. 1. ex. de proc. Franc. Marc. q. 224. 600. & 605. Borg. Caual. dec. 18. nu. 8. de iudi.

Prętextu libri cataſtri, ſeu regiſtri, vbi deſcribũtur omnes poſſeſsiones territorij alicuius loci, & extimantur, ipſę poſſeſsiones efficiuntur tributariæ pro oneribus, & omnes tenentur etiam nobiles, & talia onera dicuntur realia: ideò tranſeunt ad quoſcunque poſſeſſores. Fran. Marc. q. 224.

Si aliquis de vniuerſitate ſit adeò pauper, quód non poſsit ſoluere ſuam quotam, alij de vniuerſitate debent ſoluere pro illo. Guid. q. 87. Fran. Marc. q. 490.

Mobiliũ, & immobiliũ, an habeatur conſideratio per perequatores reſpectu onerũ ſoluendorum, vide per eundem ibid. nu. 8. & q. 395.

Artifices tenentur ad collectas pro bonis mobilibus, ſeu ratione lucri eorũ artis, niſi eſſent pauperes, vel quando non poſſunt lucrari ex eorum arte vltra alimenta. Marc. q. 458.

Dominus an poſsit ſuos taleare, & cottiſare, & taleę ius qualiter acquirant Domini in ſubditos, vide Boer. deciſ. 126.

Taleã an poſsit Imperator, vel alius Dominus imponere ſubditis ꝓ filia maritãda. vide ibi.

Taleã ꝓ ſui redẽptione imponere poteſt Princeps, ẽt ſuper Eccleſijs. Boe. deci. 126. nu. 8. 9.

In quatuor caſib. ex ꝑſcriptione, vel cõuẽtione ſubditi poſsũt collectari à Dñis, nẽpe pp matrimoniũ filiarũ, iter faciẽdũ vltra mare, nouam caualcatã, & pp captiuitatẽ Dñi factã in bello, de quibus vide per Io. Pap. lib. 13. tit. 3. arreſt. 1. & ſeqq. cõprehenditur ẽt matrimoniũ filiæ naturalis, ſed qũo, vide ibi. arreſt. 2. ſed qd de matrimonio ſororis, vide arreſt. 3. vel ſi Dñs acquiſiuerit aliquẽ locũ, ibi. arre. 4. ſed in oĩbus his caſibus ad quã rõnẽ debeat imponi collecta, vide Pap. arre. 5. co. li. vbi tradit dẽre duplicari onera ordinaria vnius an.

Tale ius collectandi poteſt pertinere ad Dñm directũ nó habentẽ Imperiũ. Pap. d. arreſt. 6.

Exẽptionẽ ſi cõcedat Princeps vni de loco, an eius onus alijs accreſcat, vel decreſcat Principi, vide Boe. deciſ. 213. & Fran. Marc. q. 491.

Pactum de non ſoluendo onera eſt validũ quo ad paciſcentes. Marc q. 471. nu. 13.

Vbi pẽſio nó eſt libera, ſed impoſita ſup fructibus, & onus aliqđ imponiť ſuper ipſis fructibus, tunc penſionarius tenetur ad tale onus, pro rata ſuæ penſionis. Iac. Put. deciſ. 5. lib. 1.

De tributis, & collectis.

Eccleſiaſticæ perſonæ, an teneantur collectas ſoluere, vide Oza. dec. 68. Guid. Pap. q. 79. 381. & 382. Dec. cõſ. 694. Bar. in l. 5. C. de Epiſc. & Cler. & Bart. conſi. 180. lib. 1.

Eccleſia tenetur conferre aliquid pro reparatione męniorum Ciuitatis. Guid. quæſt. 78.

& pro purgãdis foſſatis, fontibus, pontibus, & aquæductibus, vide Rol. conſi. 2. vol. 2.
Clericorum bona ſunt immunia ab omnibus ordinarijs, & extraordinarijs muneribus, ſed quid, ſi eorum prædia ſint deſcripta in æſtimo, vide Natt. conſi. 203.
Clericus, qui vtitur beneficio laicorum, tenetur onus illi beneficio annexũ ſubire, & Clerici compelli puſſunt ad ſubeundum onus, propter quod communis vtilitas paratur. Natt. conſi. 311.
Eccleſia tenet̃ ſoluere onera realia pro rebus tributarijs, quas emit: ſed ad collectam, quæ imponitur perſonis pro rebus, non tenetur, Bar. in l. fin. C. de exacto. tributo. lib. 10.
Laici collectas imponẽtes Clericis, vel Eccleſijs, ſi moniti nõ deſiſtant ſunt excommunicandi, poteſt tamen Epiſcopus cũ Clero eis in neceſsitate præbere ſubſidia. cap. 4. ex. de immunit. Eccleſ.
Qui ſe, & ſua bona dedicarunt Religioni, gaudent etiam in bonis, quæ tenent nomine monaſterij, omnibus priuilegijs illius Religionis, nec tenẽtur ad onera collectarum, & aliorum, pro quibus ante tenebantur, niſi eſſent onera certa, & perpetuò ipſis rebus annexa. Abb. conſi. 53. lib. 1.
Si res laici, quæ ſoluebat tributum peruenerit ad Eccleſiam, an Eccleſia teneatur ad tributum, vide Fel. conſi. 46.
Eccleſia nullum onus agnoſcit, niſi ordinariũ, & propter ſubitum aduẽtum Principis. l. placet. C. de Sacroſanct. Eccleſ.
Eccleſia tenetur conferre pro refectione pontium, & viarum. l. 7. C. eod.
Eccleſia ſub prætextu priuilegij ſibi conceſsi, non debet priuatos à muneribus defendere. ibid. l. 8.
Clerici extraordinaria munera non ſubeunt, & hoſpitem recipere non tenentur: & nulla cõmunitas põt imponere collectas Eccleſijs, vel ipſis Clericis. l. 1. 2. 3. C. de Epiſco. & Cler.
Clerici pro prædijs proprijs tenentur ad fiſcalia onera, aliàs patiũtur translationẽ. l. 3. eo.
Eccleſia, quæ regulariter non tenetur ad collectas, an teneatur quando priuatorum prędia aliquo titulo in eam ſunt translata, vide Perilluſt D. P. Teſſa. deciſ. 234.
Vſufructuarius ad collectas tenetur. Ozaſ. dec. 83. nu. 4. Menoch. conſi. 330. lib. 4. l. 8. & l. 34. §. ſi quid. ff. de vſufruct. limita, quando alicui ſunt relicti certi fructus, ſeu corpora fructuũ, & non vſusfructus, ſed quando hoc dicatur fieri, vide Menoch. d. conſ. 330.
Limita 2. quando tanta eſſet ſolutio collectarũ, quòd æquipolleret perceptioni fructuũ: tũc enim tenetur proprietarius ad collectas. Caſſa. in conſue. Burg. tit. *des droicts* rub. 4. §. 6. gl. 11. nu. 5. Natt. conſ. 414.
Onus talearum pertinet pendente conditione fideicommiſsi ad hæredem grauatum percipientem fructus. Craue. conſi. 295. ſed ad quẽ ſpectet collectam ſoluere, & de materia, vide per Dec. conſi. 286.
Regulariter qui percipit fructus ſubit onus collectarum. Caſſa. in cõſuet. Burg. tit. *des droicts* rub. 4 §. 6. glo. 11. quod procedit etiam ſi dominus proprietarius fuiſſet exemptus ratione priuilegij, vel alia cauſa. ibid. nu. 6. facit l. neq;. ff. de impenſ. in reb. dota. fact. & l. 13. ibi.
Emphyteota tenetur ſoluere collectas, etiam ſi ſoluat magnum canonem, vel magnam penſionem. Natt. conſi. 114. 194. & 312. Tom. 1.
Si fiat collecta pro ſolido, & libra, quis non tenetur pro re, quam tenetur reſtituere. Guid. Pap. ſing. 428.
Ille, qui recipit penſionem, non tenetur ad collectas, ad quas tenetur ille, qui percipit fructus. Pet. de Raue. ſing fin.
Creditor poſsidẽs prædium pignoratitiũ, tenetur ſoluere tributa. Bart. in l. 43. ff. de pact.
Vir tenet̃ ſoluere pro fundo dotali onera, quæ imponuntur perſonæ pro rebus. Bart. in l. neque. ff. de impenſ. in reb. dot. fact.
Onus ſoluendi tributum ſpectat ad poſſeſſorem, non obſtante pacto in cõtrarium, quod procedit etiam pro tributis præteritis. Abb. conſi. 30. lib. 2.
Si paciſcatur inter debitorẽ dãtem pignus creditori, & ipſum creditorem poſſeſſorem, vt ipſe poſſeſſor non teneatur ad onera, vel tributa, tale pactũ nullius eſt momenti in prçiudicium iuris Publici; ſed inter contrahẽtes eſt ſeruãdum. l. inter debitorem, & ibi gloſ. ff. de pact. & l. 53. §. pactum eod.
Dominus onera realia non poteſt recuſare, licèt res poſsit ab eo auferri. l. 46. ff. de noxal actio.
Onus tributi, & vectigalis ſpectant ad hæredem pro tempore præterito. l. 41. §. hæres de legat. 1.
Coloni ita demum ad collectas etiam contribuere tenentur, ſi deducta impenſa aliqui fructus ſuperſunt. Ozaſ. deci. 83. nu. 8. verùm poſſunt collectari in loco habitationis. Pap. lib. 5. tit. 11. arreſt. 35.
Colonus non tenetur ſoluere collectas, niſi faciat fructus ſuos præſtando omni anno certum quid domino, & creditor pignoris debet præſtare, & ſoluere, licèt contrarium conuentum fuerit. Caſſa. in conſuetud. Burg. tit. *des droicts* rub. 4. §. 6. glo. 11. nu. 8. verùm conductorẽ ſimplicẽ nõ teneri ad ſolutionẽ collectarũ, ſed hoc onus ſpectare ad locatorem

ſcripſit Rol.cōſ.79.vol.4.vide Ant. Corſet.in ſuis ſin gularibus litera L. ſing. locatio,quod fallit in conductore ad longum tēpus.Natt. conſi.36.Tom.1.

Colonus tenetur ſoluere gabellam, & onera realia,quæ imponuntur fructibus; non tamē alia, quæ imponuntur perſonis ratione rerum.Natt.conſi.409.

Domini, & non coloni pro eorum prędijs ſoluere tributa tenentur, niſi aliter ſit conuentum,vel aliter ſe habeat conſuetudo.l.4.& 9. C.de agricol.& cenſit.lib.1.

Coloni Eccleſię an ſint immunes à collectis ratione partis colonicæ fructuum, adeò quòd pro illa parte, & non aliter, poſsint cogi ad ſolutionē,vide Perilluſt. D.P.Teſſa.deci.116.

Vniuerſitati quando ratione alicuius delicti commiſsi imponitur pęna pecuniaria, pro qua ſoluenda imponenda eſſet collecta, innocentes contribuere non tenentur. Ozaſ. deciſ.90.nu.9.Gaſp.Cabal.milleloq.fin.Bart. in l.16.§.non nunquam.ff.de pęnis.

Verba vniuerſalia in reſcripto poſita, nempe quòd omnes teneantur ad collectas, ad eos tantùm extenduntur, & comprehenduntur, qui de iure tenentur; non autem ad priuilegiatos,& exemptos Ozaſ.ibid.nu.12

Innocentes ex natura criminis lęſę Maieſtatis, collectari poſſunt.ibid.d.deciſ.90.

Vaſallus cedere bonis an poſsit,vt euitet collectas, & debita fiſcalia, vide Afflic. deciſio. 265. num.10.

Collectam quis ſoluere non tenetur pro re, quam reſtituere tenetur.Guid.d.q.87.nu.fin. & q 384 in fine.

Nobiles nobiliter viuentes non tenētur ad tributa, licèt,res acquiſitæ per eos eſſent regiſtratæ, niſi ipſi reperirentur in regiſtris obligati: quia tūc virtute obligationis tenerenť. Guid.q.384.idem in Aduocatis, & eorum filijs.ibid.q.388.& ſeq.vide ſupra tit.prox.

Taleas ex priuilegio non ſoluens, an aucta poſtea familia ſoluat, vide per Boer. deciſio. 213.num.17.

Collectas ſoluere non tenentur poſſeſſores feudi redacti à natura feudali, in burgenſaticū. Vinc.de Fran.deciſ.131.nu.18.

Poſſeſsio libertatis non ſoluendi taleas, qualiter acquiratur, & quæ requirantur,vt inducatur talis præſcriptio,ſeu poſſeſsio libertatis non ſoluendi,vide per Crauet. conſi.111. & conſi 132.nu.10.

Collectam ſoluere non tenetur, qui pro bonis ſuis certū quid annuatim vniuerſitati ſoluit. Craue.d.conſi.111.nu.7.

Quod dicitur bona feudalia non teneri ad ſolutionem collectarum intelligitur, quando feudum eſt proprium, ſecùs ſi ſit impropriū. Crauet.conſi.293.

De tranſactione facta per aliquam communitatem cum aliquibus hominibus alterius communitatis pro prædijs ſitis ibi, vt non teneātur pro omnibus oneribus ſoluere,niſi certū quid annuū,& an talis tranſactio facta etiam verbis vniuerſalibus negatiuis extendi debeat ad onera,quæ imponuntur ex cauſa vrgentis neceſsitatis,puta belli,aut famis, vide Craue.conſi 294.

Si ex tranſactione fuerit conuentum, ne communitas grauaretur, præter de contentis in trāſactione,& in ipſa tranſactione ſiut numerata aliqua grauamina, & deinde adijciatur illa dictio,ne grauari poſsit pro alio quonis grauamine nullo modo, tunc cenſentur cōprehenſa omnia granamina.Craue.cōſi.369.

Caducitate rei emphyteoticæ nō pIudicať regiſtro,& anteriori cōſignamēto quocunque res cōmittatur: ideò res cōmiſſæ,quæ prius erant allodiales priſtinā reaſſumunt naturā, & per cōſequēs ſi prius erāt immunia ab oneribus cōitatis immunia pſeruantur,aliàs ſecùs vide D.Sol.in ſuis cōmen.gl.2.ſup 3. par. decreti,licet ti de iure emphyt Nar.cōſ.328.

Regiſtro producto, cōitas habet ſuā intētionē fundatā ad cōtinuandū onera, niſi dñs rerū poſſeſſor edoceat res ad eū perueniſſe titulo alio,q̃ volūtario,vide eūdē D Sol ibi.n II.

Domini habentes iuriſdictionem quanto tempore præſcribant immunitatem, & quæ ad hoc requirantur, & generaliter quando ipſi Domini teneantur ad onera, vide eundem ibid.nu.12 & 13.

Adhærenres dicuntur eſſe liberi,& non ſubditi iuriſdictioni eius loci,cui adhærenr: & ideò ab eo collectari non poſſunt Natt.conſ.301.

Pauperes, qui ſibi victum induſtria ſua quærūt, non debent conferre ad onus impoſitæ collectæ: idem in his, qui ſunt lapſi facultatib. Pet. Gerar.ſing.73.

Collectas ſoluere grauatus poteſt dicere officiali, oſtende mihi ſi ſum in quinterneto, ſine quo non tenetetur. Anto.Corſet.in ſuis ſingularib.littera C.ſing collecta,& Bar.in l. 1.C.de exacto.tributo.

Collegium nouiter ingreſſus, non tenetur pro debito antea contracto, idem in ciue nouiter facto,& ſucceſſore. ibid. ſing. collecta.2. Bar.in l.23.C.de Decurionibus lib.10.

Collecta ſi officiali ſoluať, qui poſtea aufugit, non imputatur ſoluenti. idem Corſet. ibid. ſing.collecta.3.l.4 C.de naufragijs lib. 11.

Habēs priuilegiū ꝓ poſſeſsionib. ſuis,nō teneť ad collectā impoſitā pro remuneratione legatorū.Bar.in l.13.C.de excuſat.muner.li.10.

Ille,

Ille, cui aſsignatur prædium patrimoniale Principis ſterile, habet biennij vacationem á tributis. ſi fiſcale habet triennium. Bar. in l. 7. C. de omni agro deſerto. lib. 11.

Doctor non tenetur ſoluere collectas. Bar. in l. 1. C. de dignitatibus nu. 22.

A collectarum ſolutione, an quis liberetur cedẽdo fundo, vide Bar. ĩ l. 7. ff. de acq plu. arc.

Incola nõ tenetur ad collectam pro debito cõtracto in communione, antequam ibi contraheret domicilium, vel incolatum. Bart. in l. 34 ff. de pœnis.

Municeps, qui poſt collectam impoſitam eſt effectus cõuerſus alicuius monaſterij, adhuc tenetur ad ipſam collectã: idem in tranſeunte de vna villa ad aliam Bar. ibidem.

Si venientibus ad habitandum in loco concedatur immunitas, cum pacto ſoluẽdi certam quantitatem, ad alia munera, & collectas nõ tenẽtur. Bar. conſi. 59 vol. 1.

Ciuis an poſsit compelli pro re qualibet etiam alibi ſita, ad contribuendũ pro collecta impoſita in Ciuitate, in qua habitat, vide Guid. Pap. q. 5. & quid in habitantibus, qui habent bona alibi, vide q. 396. eiuſdem.

Vtrum forenſes, qui alibi habitant, poſsint cõpelli ad ſoluendum collectas pro bonis ſitis in loco, & territorio ipſarum collectarum, vide Guid. qõ. 87. & Myſing. obſer. 22. cent. 5. Menoch. conſi. 75. lib. 1.

Quód ex generali conſuetudine poſsint collectari, ſcribũt Mago. deciſ. 66 Rot. Flor Natt. conſi. 218. Tom. 1. non poſſunt tamen perſonaliter capi, ſed in bonis debet fieri executio. Mago. d. deciſ. 66. nu. 9.

Plures poſſeſsiones in diuerſis locis habentes, in quolibet territorio collectam ſoluere tenentur Marc. q 458. nu 10.

Collectæ tamen, quæ perſonis pro reb. imponũtur, niſi in loco originis vel domicilij ſoluũtur, & ſi in pluribus territorijs bona ſint ſita, vide ibid. nu fin. Natt. conſi. 105. Tom. 1 imó collectæ, quæ perſonis imponuntur ratione rerum, forenſibus etiam imponi poſſunt, ſecùs in his, quæ imponuntur perſonæ ratione pſonæ Natt. conſi 158. Tom 1. vide Menoch. conſi. 75. lib. 1 & Natt. conſi. 211.

Ex pacto, & longa conſuetudine poteſt induci, vt homines alicuius loci teneantur contribuere in collectis, & oneribus, quæ occurrunt, & imponuntur per communitatem alterius loci Dec. conſi. 638.

Forenſis poſsidens bona in territorio alieno, non debet pro talibus bonis in loco domicilij, vel originis collectari. Dec. conſi. 694.

Cuſtodia expeditur labore corporis, & ſolicitudine animi, & munus dicitur perſonale; ĩõ homines alicuius loci pro ipſius cuſtodia non poſſunt imponere collectam, qua grauarent forenſes bona poſsidentes in territorio dicti loci. Nat cõſ. 157. & 158. To. 1. & coſ. 447 propterea ſtatutum, vel conſuetudo per qđ, vel quam perſona forenſis ligatur, non valet, vt collectæ pro mulieribus merè perſonalib. imponantur. Natt. d. conſi. 157. nu. 11.

Forenſes tenentur ad collectas impoſitas pro extructione murorum, pontium, portus, viarum, & earũ refectione. Natt. conſ. 215. Tom. 1. tamen non tenentur ad onera perſonalia, cùm ratione originis, vel domicilij competant. ibid. nu. 3. nec ad collectas, quæ imponuntur pro debito vniuerſitatis, & pro impenſa vtili, & non neceſſaria. Natt. ibid. nu 6.

Villa non poteſt imponere munera mixta Ciuitati, cui aliás erat ſubdita, & poſtea ab ea ſuperata ſit, & villæ q̃ ſunt in Comitatu Aſtenſis, non poſſunt collectare ciues aſtenſes pro bonis, quæ poſsident in territorio dd. Villarum, & hoc ex forma priuilegij, & ſtatuti antiqui. vide Natt conſi. 160.

Collecta in qua Ciuitate ſit potius ſoluenda, quando quis á duabus Ciuitatibus ad collectas vocatur, vide ibid. nu. 2.

Ciuis poteſt compelli ad ſoluẽdum collectam in eo vico, in quo habitabat, quando collecta fuit impoſita, non habita cõſideratione mutationis domicilij. Fran. de Celeſia ſing. 2

Collectam impoſitam pro liberatione loci ab infeudatione, etiam forenſes alibi habitantes ſoluere tenentur: ſed quibus ſolemnitatibus collecta imponi poſsit, vide Excel. P. Teſſau deciſ. 257.

Forenſes non tenentur ad collectas. quæ imponuntur pro rebus, quarum vtilitate ipſi non fruuntur, in qua quæſtione plura referuntur exempla, de quibus vide eundem deciſ. 116. ſed ad q̃ onera teneanĩ, vide & deci. 149. ibid.

Domus exiſtentis in duorum territoriorum cõfinio tributa, ſiue collectæ in territorio, in quo frequentius dominus habitat, debent ſolui, alias eſt in electione ſoluentis. Franciſ. Marc. q 353. par. 2.

Collectarũ ſolutio in vno loco tm̃ ꝓ eiſdẽ bonis eſt faciẽda. Vinc. de Franc. deciſ 22. nu. 3.

Pro tributo Principis compelluntur ad ſoluendum tertij poſſeſſores, etiam pro tempore præterito, tamen ſi quis conuenerit, & promiſerit ſoluere annis ſingulis, in & ſuper bonis ſuis aliquid, puta pro guardia, tunc ipſo defuncto relicto hærede, agitur contra illũ, & nullo hærede apparente, in ſubſidium agitur ét contra tertios poſſeſſores. Guid. q. 9.

Tenementarij tenentur pro reliquis, & tributis præteritis. D. Sola in ſuis comment. in antiq. conſtitut.

conſtitut. Sabaudiæ ſuper decrero, Rempub. glo. 1. tit. de iure emphyt.

In ſolutione collectarũ inſpicitur tempus obligationis contractæ, non collectæ impoſitæ, & denunciatæ: ideò vendens prædium poſt obligationem contractam, tenetur ad collectam virtute dictæ obligationis impoſitam, & non emptor, qui tempore impoſitionis, & denunciationis d. collectæ poſsidebat. Natt. conſi 71. Tom. 1.

Emptor ſi ſoluerit collectas pro re empta, ad quas venditor tenebať, repetet Natt. ibi. n. 3.

Venditor, qui vendidit Eccleſię tenetur ad collectas, licèt non poſsideat, & prædia non tolluntur de eius regiſtro, maximè ita diſponente ſtatuto. Natt. conſ. 280. licèt dictum etiam procedat ſine ſtatuto. idem. conſi 515.

Collecta habet veterem, & nouum poſſeſſorem obligatum, electione data cõmunitati, quẽ velit conuenire: ideò valet alienatio rei pp ſolutionẽ collectæ facta citato ſolùm eo, qui habet rẽ in ſuo æſtimo, licèt alius alleget habere ius in dicta re alienata. Natt. conſi. 611.

Res vendita non debet remoueri de cataſtro venditoris, niſi ipſe profiteať, ꝙ venditor eſt idoneus ad ſoluendum onera fiſcalia, & ſi nõ repereretur idoneus, ꝙ ipſe ſoluet. Pet. de Raue. ſing. 845. & Pet. Gerar. ſing. 10.

Emptor, vel alius poſſeſſor tenetur leuari facere rem de æſtimo vẽditoris, vel alterius alienantis. Marc. de Mant ſing. 329.

Venditor ſoluens collectas pro emptore poſt traditionem, illas repetit ab ipſo emptore. Marc. de Mant. ſing. 440.

Ille, qui poſsidet fundum debet pro eo ſoluere collectam, licèt ſibi non ſit adſcriptus in cataſtro, ſed ſit adſcriptus alteri. Bart. in l. 3. C. quando liceat ab empt. diſc.

Venditio non reſcinditur ex eo, ꝙ emptor non ſoluerit tributum Reipub. iuxta conuentionem: ſed emptor tenetur venditori ad intereſſe. l. 14. C. de reſcind. vendi.

Emens fundum ea lege, ne ſoluat tributum, tali pacto non excuſatur, quin ſoluere compellatur (etiam pro præterito tẽpore) licèt repetat à venditore. l. 2. & fin. vbiq́ue glo. C. ſine cenſu, vel reliquis, & l. fin. C. ſi propter publicas penſitatio.

Prædijs à fiſco diſtractis, præteriti temporis tributi ipſorum prędiorum onus ad emptorẽ ſpectare placuit. l. 36. ff de iure fiſci.

Aeſtimum communis contra communitatem, & omnes, qui ſciuerũt æſtimum fieri, probat dominium, & poſſeſsionem. Borg. deciſ. 18. nu. 8. de ludi. vide ſupra tit. prox.

Liber æſtimi, & collectarum debet oſtendi, & ædi cuilibet petenti pro ſuo intereſſe. Borg. deci. 22. nu. 8. de contractibus par. 2.

Collecta impoſita, & æſtimũ factũ, non poſſunt amplius augeri, donec ęſtimum in genere de nouo fiat. ibid. nu. 9.

Collecta pro onere reali, non debet imponi ſuper onere perſonali, nec ècontrà. ibid. nu. 7.

Collecta ob publicam neceſsitatem imponitur, cenſus dicitur æſtimatio rerum, & bonorum, ſiue deſcriptio iugerum, & capitum, & cenſitores, aut cenſores dicuntur, qui cenſus agunt, & habent ius collectandi. Andr. Gail. obſer. 52. lib. 2.

Vniuerſitas alicuius loci poteſt conficere noua regiſtra, & compellere homines ad regiſtrandum. Craue. conſi. 195.

Quando aliquis in æſtimo communitatis conſignat bona nomine ſuo, & alterius acquiritur ius ei, cuius nomine ſit conſignatio, in odium, & præiuditium conſignantis. Craue. conſi. 217. nu. 8. tamen ex recognitione per aliquẽ facta, nõ probatur poſſeſsio, nec proprietas acquirit illi, ad cuius opus fuit facta ipſa regiſtratio. Fran. de Cęleſia ſing 478.

Qui rem ſuam deſcribit in æſtimo alterius, tunc ex tali deſcriptione in eius præiudicium probať dñium in fauorẽ alterius. Craue. cõſ. 261.

In regiſtro faciendo, æſtimari plus debent prędia propinqua oppido, quàm ea, quæ ſunt de longinquo. Natt. conſi. 265. & 433. vbi plenè quomodo ſit facienda ęſtimatio bonorũ.

Ager, qui accreuit per aluuionem debet regiſtrari in loco, vbi erat regiſtratum prædium, cui accreuit, & nõ ſeparatim. Natt. cõſ. 186. & regiſtrũ cauſa finalis eſt ſolutio onerum. ibid.

Adſcriptio facta in regiſtro non obligat, niſi perſonam regiſtrantem. Natt. conſi. 328.

Regiſtratio ſit reſpectu onerum ſoluendorum, ſed quæ defenſiones poſsint adduci per contumaces contra præceptum pœnale de regiſtrando bona, quæ poſtea non fuerunt regiſtrata, vide Natt. conſi. 338. & ſeq.

Quis regiſtrare nõ tenetur bona ſua immunia, etiam ſi fuerit iuſſus ab Officialib. ad id deputatis. Natt. d. conſi. 338. nu. 8.

Quãdo ſit æſtimum generale totius territorij, non eſt neceſſe, quòd vocentur ſinguli domini ipſorum prædiorum. Natt. conſi. 433.

Aeſtimo generali confecto, debet æſtimatio præſentari Rectori Prouinciæ. ibid. nu. 3.

Aeſtimum de nouo eſt faciendum propter prædia effecta ſterilia, vel caſmatæ, aut aliter ſunt perempta, & propter defectus facultatũ omne territorium cenſeri debet, & æſtimatio renouari. Natt. d. conſi. 433. nu. 4.

Diſcuſſores facta æſtimatione facultatũ vniuſcuiuſque, ſi taxauerint aliquem in collecta vltra vires propriæ facultatis, priuantur honore,

ātore,& compelli debent ad ſoluendum totū id, quod ſua iniqua ſententia ipſum debitorem aſcripſerunt. Rol.d.conſi.66,nu.56.vide Guid. Pap.ſing.746.

Prædia ſunt regiſtranda, & cēſenda eo in loco, in cuius territorio ſunt ſita, niſi aliter ꝑ tranſactionē fuerit cōuētū. Menoch.cōſ.14.vol.1.

Regiſtrum, ſeu æſtimum non probat, niſi inter regiſtrantem, & regiſtratum. Menoch.ibid. vide ſupra tit.prox.

Prędia forenſium licet collectari ſolū debeant, vbi ſita ſunt, tñ ex pacto, & contraria conſuetudine contrariū ſtatui,atq; ordinari poteſt, & ꝑ cōſequens alibi hoc caſu regiſtrari. Menoch.d. conſi.14. vide conſi 21.eod.lib.

Aeſtimum alicuius ſi eſt diminutum,poteſt per Superiorem augeri; nemo enim poteſt æſtimū ſuum minuere. Bar.in l.vnica.C.de colla.

Si res,quę debet aſsignari in cataſtro ſub pœna amiſsionis ipſius,ſi non aſsignetur, an tunc quis ea priuetur ipſo iure, vide Bar.in l.18.§. ſed & an ff famil. erciſcun.

Cataſtrum patris prodeſt filio etiam emancipato;non autem alijs. Bar.in l.1.§.domini lo 2.ff.de Senatuſconſ.Syla.

Si in confectione noui cataſtri, ſeu regiſtri aliquis grauetur per æſtimatores in rerum æſtimatione, poteſt intra annum à diæ ſcientiæ, de hoc conqueri,& obtinere defalcationem. l.qui grauaros.C.de cenſib. & cenſito.& peræquator.lib.11.

Princeps feudarariorum ſubditos publica vtilitate, & neceſsitate vrgente, collectare poteſt. Natt.conſi 487. Rol.conſi.1.vol.1.vide Menoch. conſi.32.nu.34. vol.1. aliàs de iure communi Princeps nō poteſt imponere collectas. Craue.conſi.309.

Nobiles nō poſſunt indicere collectas ſuis ſubditis, niſi ex conſuetudine, vel pacto: Nam collectæ ſunt de regalibus. Menoch.conſ 32. nu.63.lib 1.vide ſupra tit.prox. & ſolus Princeps ob vtilitatem publicam poteſt collectā imponere.l.vnica. C. de ſuperindicto lib.10.

Tributū eſt onus merè reale,& an poſsint Principes de iure imponere tributa, vide Felyn. conſi.46. vbi cōcludit pro parte affirmatiua.

Tributorum exactor facultatem habet boni viri arbitrio,vel tributum dimittere,vel diminuere ei,cuius patrimonium furente fortuna colapſum eſt Hippol.ſing.619.

Collecta impoſita per Ciuitatem pro ſoluēdo debito ciui, ille ciuis contribuit, & ècontrà. Bar.in l.107.§.ſi à Titio de legat 1.

Impinguatio terræ,vel melioramentum culturæ,non facit tributa creſcere.l.3. C. de Alluuio. & paludi.

Propter decrementum per alluuionem prouenięns, debent tributa minui pro rata decrementi,& ècontrà propter crementum debēt augeri.l.2.C.alluuioni.& palud.

An propter ſterilitatem tributa minuantur, vide gloſſ.in §. ſi verò quis,Authen. de alienatio. & emphyteot.

Collecta, quæ imponitur pro onerib. patrimonialibus,& mixtis,debet imponi ad æs, & libram. Ozaſ.deciſ.68.nu.18. ſed an collectæ, aut tributa debeant peræquari pro ſolido,& libra,vel per capita, vide Guid. Pap.q 87.

Collecta, quæ perſonis pro reb. imponitur, ſecundum æs,& librā eſt facienda. Fran.Marc. q.458.nu. 4. ſed an poſsit fieri per capita, vide q. 484. ibid.

Vniuerſitas debet in primis de burſa ſua,& bonis ſuis ſoluere debita ſua,de reſiduo per ſolidum,& libram,& nō per capita, collectam imponere,ſaluis expenſis. Borg.deciſ 22 n 3. 4.12 & 21.de cōtract.par.2.vide Nat.cōſ 418

Collecta imponi poteſt per vniuerſitatem pro modo facultatum cuiuſcunque per æs, & libram,ſecùs per villam, ſeu caſtrum, niſi hoc haberet ex conſuetudine. Crau.conſi.195.

Collecta pro ſalario Poteſtatis, Medici, magiſtri ſcholarium, & nunciorum publicorū,eſt imponenda per æs, & libram: idem in collecta impoſita pro inſtructione murorum. Natt.conſi.183. Tom.1.

Collectæ impoſitæ ab vniuerſitate, an habeant paratam executionem, vide per Ozaſ.deciſ. 86 & Doct.in l.placet.C.de Sacroſan Eccleſ.

Collectarum executio etiam pendente cognitione fieri debet, & in eis procedi de plano cogendo,& exigendo .idem d.deci 86.nu.4.

Collectæ exactio fit executiuè: ideo ſi quis collectam recuſet ſoluere,auferuntur ab eo fructus.Craue conſi.111.

Executio tributorum non debet fieri incontinenti.Bar.in l.vnica. C.de ſuperexactorib. li. 10.vide tñ § cogemus,Auth de mād.Princip.

Collectæ ſi imponantur ratione onerum præteritorum,non compellitur quis ad ſolutionē, ſi legitimè vellet ſe defendere, cùm non immineat damnum publicum. Ozaſ.deciſ.86. ſecùs ſi ratione onerum futurorum.

Fiſco contra non ſoluentē collectas,quomodo ſubueniatur, vide Affl.deciſ.252.nu.4.

Si communitas alicuius loci non habeat burſam communem, poterit imponere collectam,& ſoluere illis,quibus tenetur,& ſi ipſa nolet, Iudex poterit imponere,ipſa prius vocata.Guid.q 87. vide Ioſeph Ludo.deciſ 43. Peruſ.& Frau Marc.q 803.

Exactores deputati ad exigendam taleam poſſunt capi,& conueniri lapſo termino,eis dato ad exigendum,& ſoluendum.ibid.nu.3.& ipſi

ipſi exactores poterant exigere ab alijs de vniuerſitate. vide ibid.

Si exactores non eſſent ſoluendo, aut aliàs theſaurarius non poſſet ab eis exigere, an poſsit iuridicè cōpelli facere duos, aut tres de alijs hominibus ditiorib. talis vniuerſitatis, Guid. d.q.87. concludit pro parte negatiua.

Tributorum, & collectarum exactio, inter ſordida munera, non reputatur. Mago. deciſ. 66. Rot. Floren.

In ſolutione tributorum, ſeu collectarum exactione, proceditur ordine non ſeruato. Mago. ibid. nu. fin.

Poteſtas non poteſt exactorib. tributorum cōmittere exactionē, & qui tenetur facere exactionem infra certum tempus, ſi illam non fecerit cogitur ſoluere de ſuo. Bart. in l.7.C. de exactio. tributo. lib.10.

Factores dominorū poſſunt cogi pro exactione tributorum. Bar. ibid.

Debitor ex cauſa collectarum non poteſt compenſare cum alio ſibi debito, & exactor tributorum debet dare apochā de ſoluto. Bart. in §.1. Auth. de collectoribus.

Exactor tributorum debet debitores tributorū in ſubſidium exigere. §. eos, eod. tit.

Exactor talearum an teneatur exigere ab eo, qui eſt in quinterneto illi remiſſo per communitatem, vel à poſſeſſore, vide Perilluſt. P. Teſſau. deciſ. 164.

Deſcriptus in æſtimo poteſt prçcisè compelli ad ſolutionem collectarum, & onerum, nec (vt ea non ſubeat) poteſt æſtimo renunciare. Ozaſ. deciſ. 86. nu. 5.

Collectæ impoſitæ ratione expēſarum militariū, præſertim ad propulſandas hoſtium iniurias, multa egent diligētia, nullamque recipiunt dilationem. ibid. nu. 6.

Collectas, ſeu onera ſubire ſub certa forma, vel modo, pacto, aut trāſactione onéroſa, quis ſe aſtringere poteſt. Ozaſ. deciſ. 91. num. 8 & 11.

An tranſactio facta ſuper ſolutione collectarū, ad rationem trium cum dimidio pro quolibet centanario, extendatur ad onera militaria, vt pro eis præter ſummam promiſſam teneatur poſſeſſor, vide per Ozaſ. deciſ. 91.

Collectæ, quæ propriè dicantur, vide eundem deciſ. 95. nu. 4.

Communitas ſi ab incola mutuo centum acceperit, pacto adiecto, q; donec ei ſatisfecerit nihil ſolueret pro collectis, an valeat talis cōtractus, vide ibidem. d. deciſ. 95.

Ciuitas in ſui præiudicium poteſt immunitatē concedere criminibus, & incolis, ac pro eis ſoluere collectas. ibid. nu. 12. & 23.

Collectæ naturaliter dicuntur onera rerum, formaliter onera perſonarum. ibid. nu. 46.

An vniuerſitas poſsit imponere collectam ſine auctoritate Superioris, vide Guid. Pap q. 87. nu. 9. & q. 631 num. 5. Ioſeph. Ludo. deciſ. 43. Perul Fran. Marc q. 803. Natt. conſ. 150. quod circa ipſam impoſitionem cōſuetudo ſit attendenda, ſcribit Papon. lib 5. tit. 11. arreſt. 3

Conſenſus omnium non requiritur, in indicendis collectis Guid. q. 424 ſed ſufficit conſenſus maioris partis. idem q. 489.

Pars maior congregatorum ad collectæ impoſitionem an liget minorem, vide eundem queſt. 631. num. 7.

Collectę imponi debent citatis citandis, & debent eſſe æquales, ne vnus plus altero grauetur Ioſ. Ludo. deciſ. Perul. 43. deinceps impoſitiones publicari. Borg. deciſio. 22. de contract. part. 2.

Collectæ debēt ſolui vniformiter quolibet anno, ſed ſolutio debet variari ſecundū neceſſitatem occurrentem, & prius bona communis ſunt expendenda, quàm fiat indictio, vide ibid. Natt. cōſ. 150. Tom. 1. & onera æqualiter diſtribui debent, ne pauperes aggrauentur plus quàm diuites. Crau. conſi. 195. nu. 8.

Solutione tributi, an probetur ſubiectio, & ſolutione cenſus inducitur obligatio. Franciſ. Marc. quæſt. 352.

Grauatus dicendo de nullitate grauaminis, dicitur actor, & creditor defendendo grauamen, dicit reus Borg. Caual. deciſ. 5. de iudi.

In exigēdis collectis antiquitas dat iuriſdictionem, merum, & mixtū Imperium. Gail. obſer. 52. lib. 2. num. 25. & in exactione collectarum conſuetudo Prouinciæ ſeruari debet. Vinc. de Fran. deciſ. 56. nu. 8.

Inter plures locos vnitos non debet fieri ſeparatio collectarum, & impoſitionum ſine magna cauſa, vide Papon. lib. 5. tit. 11. arreſt. 38.

Ciuitas ratam portionum onerum ſibi à Principe aſsignatorum, poteſt diſtribuere etiam inter artifices. Alex. Raud. tracta. de analog. cap. 40 num 93.

Poſſeſſores prędiorum pro modo eorum tenentur ad collectas. Ozaſ. deciſ 68 n. 17. & vniuſcuiuſque pro rata patrimonij. idem deci. 95. nu. 32. Natt. conſi. 418.

Collectarum munus illis imponendum eſt, qui poſsident pro ſuo, & iure ſuo, & fructus ſuos faciunt. idem deciſ. 83. nu. 6.

Si imponatur onus patrimoniale ratione rerū, ad illud tenentur etiam nobiles, ſaltem in allodialibus. Caſſa. tit *des mains mortes* Rub. 9. §. 18. glo. 3. nu. 11. nam collectæ ratione poſſeſsionis & perceptionis fructuum, imponūtur. Ozaſ. deciſ. 83.

Collecta imponi debet pro modo facultatum: & ideò collectatur quis, etiam pro pecunia,

ære

ære fœueratitio reb. mobilibus, & mercibus. Natt. conſi. 48. Tom. 1. & conſi. 433. Menoch. conſi. 9. vol. 1. vide tamen eundē Natt. conſi. 418. Rol. conſi. 66. vol. 1. & ſupra titu. prox.

Qui fænus exercent tenentur ad onera patrimonialia, licèt non habeant poſſeſsiones. l. 22. §. fin. ff. ad municipales.

Qñ collectæ imponuntur ſecundum æſtimum, non attenditur poſſeſsio bonorū, ſed ſolùm æſtimū, qđ attendi debet vti cā finalis: ideò quicunq; habet ęſtimū in cōi grauari poteſt, ſecùs q non habet. Rol. conſi. 32. nu. 14. vol. 1. tñ alienatio bonorū facta ob nō ſolutā collectā nō ſeruatis ſeruādis, reddit̄ nulla. Rol. ibi.

Collecta imponi debet, vt oēs peræquent̄ pro culcitris, lectis, & vtēſilib q̄ præſtant militib. ex ordine Superiorū, ne quis grauetur, plusq̄ ſuæ patiuntur facultates. Rol. conſi. 66. vol. 1.

Collecta imponenda eſt ſecundum quantitatē patrimonij, quādo imponitur pro onere patrimoniali, vel mixto, aut qñ nō apparęt pro quo onere fuerit impoſita. ibid. nu. 15.

De materia collectarū, vide p Bar. ī l. placet. C. de Sacroſ. Eccl. & ī ti. C. de ann. & tribu. li. 10.

Quem nō ſoluiſſe collectā probatur, ſi in libro ſoluentiū non reperitur. Bar. in l. 12. C. de reb. credi. & ſolutio collectarū non poteſt ꝓbari per teſtes. Bar. in l. 1. C. de apoc. publi. lib. 10.

Lex, vel ſtatutū poteſt facere, ꝙ collecta ſit munus reale, licèt imponatur perſonæ pro reb. Bar. in l. 1. C. de indictionibus lib. 10.

Officiales, & Conſiliarij Ciuitatis quas collectas ſoluere teneantur, vide Bart. in l. 1. C. de immunit. nemi. conced. lib. 10.

Collectā pro emendo grano tpe cariſtię, tenentur ſoluere diuites, & pauperes. Bar. in l. vnic. C. vt nemini liceat in emptione lib. 10.

Collectas imponere pōt Ciuitas pro bonis ſitis extra territorium. Nat. cōſ. 105. To. 1. n. 8.

Collectam qui imponant, quib. imponi poſsit, & qualiter imponatur, & an ciuis pro bonis alibi ſitis, teneatur in propria Ciuitate ſoluere collectas, & alia de materia vide l. vnicā. C. de muneribus, & in quo loco lib. 10.

Domus non ſoluentis collectas nō deſtruitur. Bar. in l. 43. §. hoc, delegat. 1.

Vniuerſitate cōdemnata imponit̄ collecta pro viribus patrimonij, qđ in dubio præſumitur, quando nō liquet propter qđ vniuerſitas ſit condemnata. Bart. in l. 4. §. actor. ff. de re iudi.

Vniuerſitate ꝓ debito condēnata, qs capi pōt ſolū pro parte; ſed ſi onus exigendę collectæ qbuſdā ſit impoſitū, poterūt ipſi lapſo certo tpe cōueniri, & inſolidū capi. Bart. ibid. nu. 7.

Si vſus ex his, qb. collecta eſt impoſita ſoluere nō pōt, alij de vniuerſitate ſoluūt p æs, & librā. Bar. ibi. nu. 8. nam pp non ſoluentes tributa cæteri grauātur. Bar. in l. 3. C. de exacto. tribut. li. 10. vide Bar. ī l. 2. C. de apo. pub. co. li.

Vnaquaq; vniuerſitas ꝓ neceſsitate ſibi imponere poteſt collectam, & impoſita pro neceſſitatibus vniuerſitatis, dicitur munus extraordinarium. Bar. conſi. 180. vol. 1.

Collectæ dicuntur, q̄ non habent certā regulā, & arbitrio Superioris imponunt̄. Fel. cōſi. 46.

Vēditio ſolēniter facta ob tributa non ſoluta nō reuocat̄, licèt à debitore, vel eius hr̄de tributū poſtea offerat̄: ſecùs ſi nō ſolemniter, & potior eſt cā tributorum oīb. creditorib. tot. tit. C. ſi pp publicas pēſitatio. vēd. fuerit celebra. facit l. 1. C. de præſcrip. 30. vel 40. anno.

Emphyteota fundi patrimonialis debet ꝓ parte (qua fundum poſsidet) munera ordinaria agnoſcere. l. 1. C. de collatiō. fund. lib. 11. non autem extraordinaria. l. 2. eod.

Emptor re non tradita non efficitur dñs, etiam ſi geſſerit ſe pro dño ſoluēdo tributa, vel collectas pro ipſa re. l. 8. C. de actio. empt.

Solutio collectarū facta ab eo, q nō eſt dñs rei, nō tribuit dñium. l. 4. C. de donatio. & l. 7. eo.

Si venditor aſſerit minus tributum deberi, quā debebatur, tenebitur emptori ignoranti ad intereſſe; ſcienti autem non. l. 9. C. eod.

Licèt maritus lucratus ſit dotem, nō tamen tenetur ad ſolutionem tributorum aliarum rerum vxoris ſuę; ſed tenentur poſſeſſores, ſeu ſucceſſores. l. 27. C. de iur. dot.

Propter tributa, & collectas bona minorū pñt alienari l. fi. C. d p̄d. & alijs reb. min. ſine decr.

Italia tributa nō ſoluit. gl. in verbo agricolas. §. ſed & etiam, Auth. de mandat. Princip.

Veterani onera vectigalia, & pr̄imonialia debent ſuſtinere, neq; à collectis ſunt immunes. l. 2. & pen. ff. de priuileg. vetera.

Exactor tributorū ſcripturā de ſuſcepto clarā facere dēt: aliàs punit̄. & rerū ceſſantiū in ſolutione tributorū vēditio fieri dēt, periculo venditoris. §. coges, Auth. de mand. Princip.

Vide de materia huius tit. in tot. tit. C. de collatorib. libr. 10. in titu. de annonis, & tribut. C. eod. lib. & in tit. de ſuſceptoribus ibid.

Effodiēs venā, & cętera metalla, debet ſoluere tributum. tot. tit. C. de metalla. lib. 11.

Vide de materia tributorū, & onerū ī tit. ꝓxi.

Dño, & ſubditis de re ꝑdiali decertantib. ſubditorū quemlibet litis ſumptib. cōferre teneri, deſumitur ex libris placitorū curiæ libr. 11. tit. 3. q. 1. in deciſ. diuerſo. ꝙ procedit etiam ſi talis conferens nihil habeat ſoli: iam enim ſatis ſua intereſt, ꝙ fieri poteſt, vt haberet, vide Io. Papon. lib. 5. lib. 11. arreſt. 4.

Nunquid ſingularis litigās cōtra vniuerſitatē, teneat̄ cōtribuere in expēſis ipſius vniuerſitatis, ꝓ illa cā factis, vide Guid. Pap. ſing. 798.

De excuſationibus munerum,

VNiuerſitas ciues cogere non poteſt ad ſolutionē onerum militarium, extāte priuilegio, ſeu tranſactione cum illis inita, & verbis generalibus concepta, quòd ab omnibus muneribus immunes ſint. Ozaſ.deciſ.39.

Doctores legum debent excuſari ab omni munere reali, & perſonali. Guid. Pap.q.88.ideò excuſantur à munere recipiendi milites, & ab alijs oneribus. Rol.conſi.66.lib.1.

Doctor nō ſubit munera perſonalia, & gaudet priuilegio immunitatis, & ideò non tenetur ſoluere gabellas.Bar.in l.1. C. de dignitatib. lib.12.nu.12.15.& 16.neq; collectas.ibi.n.22

Scholaris ſtudens non tenetur ad munera in propria Patria. Bar.ibid.nu.25.

Habentes duodecim liberos de iure ſunt immunes, & excuſantur à ſolutione munerum. Guid. Pap.q.401. Natt.conſi.539. Rol.conſi. 66.vol.1.nu.35.& cōſi.52.vol.2. vide Excel.P. Teſſau.deciſio. 267. quo loci ampliat, & limitat regulam.

Numerus quinq; liberorū excuſationē tribuit à munere perſonali: idem in numero quinque nepotum natorum ex quinq; filijs; fallit in munere pſonali, cui eſt honor annexus. Vincent.de Fran.deciſ.65. vide Natt. conſi.539.

Regula, quæ habet numerum duodecim liberorum excuſare à muneribus, ampliatur procedere, ſiue ſint mares, ſiue fœminæ, etiā nuptæ, ſiue in poteſtate ſint patris, ſiue nō, nec refert, quòd aliquis ſit ingreſſus Religionem. Rol.conſi.52.vol.2. & nepotes ſolùm repræſentant perſonam patris, & de rationibus huius immunitatis vide ibid.

Secundo ampliatur procedere, etiā in munere patrimoniali ordinario, ſaltem de conſuetudine; ſecùs de iure. Rol.d. conſi.52.nu.18.

Tertiò ampliatur reg. quòd locum habeat etiā in muneribus, quæ imponuntur ratione belli, ibid.nu.20. ſed declaratur hæc tertia ampliatio, vt locum non habeat, quando imminet publica neceſſitas, cui per Superiorē nō poſſet prouideri, niſi etiā exemptis tale onus imponeretur, vide nu.17.ibid.

Quartò ampliatur procedere, etiam ſi poſt immunitatem obtentam vnus, vel plures ex dictis filijs moriantur. Rolan.d.conſi.52.vol.2. nu.46.Hippol.ſing.657.vide infra tit.ſeq.

Numerus 5.vel 6.aut 12.liberorum à quib. muneribus excuſet, vide per Barto. in l.5. ff. de iure immunit.

De excuſatione munerum ratione officij, ſeu dignitatis, vide Fran.Marc.q.457.

Officiales, qui perſonaliter habent ſeruire officio, non coguntur ire ad exercitium, nec cuſtodiam facere. Barto.in l.3. C.de Cano. largitio.titu.lib.10.& in l.1.C.de immunit.nem. conced.eod.lib.

Officiales, & Conſiliarij Ciuitatis, quas collectas ſoluere teneantur, & à quibus habeant excuſationem, vide Bar.in l.1.C.de immunit. nem.conced.lib.10.

A munerum patrimonialium præſtatione nullus excuſandus eſt, nec nobiles, & Eccleſia excuſantur. Fran.Marc.q.458. nu.6.idem in mixtis.Bar.in l.10.ff. de munerib.& hono. & in l.18.§.patrimoniorum ibid.

Indictio munus ordinarium eſt, & ideò ab hac immunitate non excuſatur, qui à muneribus excuſationem habet.l.1.C.de indictio.lib.10

Propter ſolam poſſeſſionem quis non vocatur ad munera perſonalia, ſecùs in patrimonialibus.l.4.C.de incolis lib.10.

Pauperes quorū induſtria ad victum, & alimenta omnino eſt neceſſaria, à tributorū, & collectarū ſolutione excuſantur. Marc.deci.490. c.4.ex.de cen ſib.idem in cęco.ibid.

Conſuetudo non ſoluendi excuſat à munerib. Natt. conſi. 301.

Tutor vnius magni patrimonij, vel poſitus in magna adminiſtratione excuſat, ſi negotio præponat aliquem factorem ſufficientē.Bar. in l.2. C.de condit.in publi.hore.lib.10.

Reſpub, ſi habet granum ad vēdendum omnes tenentur emere, nec aliquis excuſatur, licèt ei neceſſarium non ſit, & munus impoſitum à communitate, ꝙ quis vendere cogatur granum, eſt munus patrimoniale.Bar.in l.vnica. C.vt nemini lice.in empr.lib.10.

Tempore magnæ neceſſitatis non debet aliqs excuſari à murorum, ſeu Ciuitatis cuſtodia. c.2.ex.de immunit. Eccleſ.

Munus ſemel agnoſcens vr̄ ſuo priuilegio renūtiare. Bar.ī l.13.§.fi.ff.de vaca.& excuſ.mune.

Si venientib.ad habitandum in loco, conceditr immunitas cum pacto ſoluendi certā quantitatem, quo ad alia munera, & collectas, nō tenentur. Bar.conſi.59.vol.1.

Electus, qui habet excuſationē recuperat ſumptus, quos fecit in lite, ab eo, qui eum nominauit.l.vnica. C.de ſumpt.recupe.lib.10.

De excuſationib.munerū, vide p tot.ti.ff.de munerib.& hono.in tit.de iure immuni.in tit.C. de munerib.p̄rimo.& ī tit.C.de Decurio.ibi.

Frater propter fratrem nō habet vacationem, ſed propter alios idoneos nōdum grauatos, rectè excuſatur.l.fin.C.de munerib.& honor.

Cū Princeps p̄cipit, vt granū emat̄, ab hoc onere nemo excuſatur.l.vnic.C.vt nemini liceat.

Vide de materia infra tit.prox. ſeq.

De

De iure immunitatis.

IN priuilegio immuuitatis quantumuis generali, Princeps non præſumitur caſum belli inſolitum, & neceſſariam defenſionem ſtatus concernentem, cōprehendiſſe. Ozaſ. deciſ. 39. nu. 14. vide tamen nu. 20. & Fran. Marc. q. 457.

Immunitas conceſſa ab oneribus ordinarijs, & extraordinarijs, nō trahitur ad onera imponenda ratione belli inſoliti ſuperuenientis, cum de huiuſmodi bello non præſumatur co gitatum. Ozaſ. deciſ. 91.

Immunitas generalis comprehendit etiā onera belli, vbicunque de his ſaltem in genere cogitatum eſt. Ozaſ. deciſ. 91. nu. 12.

Immunitas conceſſa per viam contractus, extēditur ad onera bellica, preter quā ad onera belli Diuini. Ioſ. Lud. deciſ. 3. Peruſ. nu. 10.

An immunitas conceſſa verbis generalibus trahatur ad onera, quæ imponuntur ex cauſa vrgentis neceſsitatis, puta belli, aut famis, vide Craue. conſi. 294.

Immunitas conceſſa alicui à collectis, non extenditur ad collectā nouam impoſitam pp bellum ſuperueniens: fallit, ſi priuilegium ſit cōceprum per verba vniuerſalia, & prægnantia. Natt. conſi. 63. 274. 275. 310. 397. & 406. vol. 1. & Rol. conſi. 5.

An immunitas competens virtute ſnīæ, extendatur ēt ad onera bellica, vide Natt. cōſ. 525.

Immunitas cōceſſa à lege, comprehēdit etiam collectas, quæ ob caſum ſuperuenientis belli imponuntur, niſi magna neceſsitas vrgeret. Natt. conſi. 66.

Colonus Eccleſię non teneē ad munera mixta, quæ imponuntur perſonæ pro rebus, veluti pro impoſitis ratione belli. Natt. conſi. 409. ratio, quia regulariter colonus non tenetur ſoluere publicas functiones; ſed dominus cu ius eſt prędium, & ſi ſoluat repetit à domino. Natt. ibid. nu. 5. tamen colonus teneē ſoluere onera realia, & gabellam, & alia onera, quæ imponuntur fructibus. Natt. ibid. nu. 6.

Habens ius immunitatis virtute ſententię, dicitur habere ſuā intentionem fundatam, quan do ſententia tranſiuit in iudicatū. vide Natt. conſi. 524. ſed an talis immunitas extendatur etiam ad onera impoſita propter bellū, vide eundem Natt. conſi. 525.

Licèt alicui immunitas munerum publicorum ſimpliciter ſit conceſſa, tamen per hoc, non eſt immunis à muneribus patrimonialibus, vt eſt onus ſuſcipiēdi hoſpites, nēpe milites, niſi iſtud eſſet ſpecialiter indultum. Hartm. Hartm. cap. 7. titu. de cenſibus.

Ille, qui ex priuilegio eſt exemptus, & habet immunitatem à collectis, non intelligitur exēptus à collectis, quæ imponuntur ciuib. pp neceſsitarē inſtantem, veluti pp bellū. Hart. Hartm. c. 6. lib. 2. tit. de cenſibus.

Immunitas ab ordine Ciuitatis Doctoribus, & Medicis concedi poteſt. Ozaſ. deciſ. 39. n. 15.

Immunitas tanquam odioſa, & exorbitās à regulis iuris, ſtrictè eſt intelligenda. Bald. in quodam ſuo conſi. impreſſo in deciſio. Pede. Ozaſ. fol. 110. n. 19. & reſcripta Superioris immunitatem concedentia, non valent. Ozaſ. deciſ. 95 nu. 10. niſi motus proprius clauſula inſerta ſit. Fran. Marc. q. 457.

Immunitates regulatiter ſine Principis auctoritate conceſſæ, non valent, & vt valeant tria neceſſariò requirunē. Ozaſ. deciſ. 95. nu. 20. & 21. ſed quando valeant conceſſæ à cōmunitatibus, vide nu. 25. & Ioſ. Ludo. deciſ. Peruſ. 3. nu. 8. vbi etiam ſcribit immunitatem concedere, ſpectare ad ſupremū Principem. n. 6.

Solus Papa in ſpiritualibus, & Imperator in tēporalibus poſſunt immunitarē, & exemptionem in præiudicium aliorum concedere, alij verò inferiores, qui non habent iura Imperialia, non poſſunt concedere, niſi in præiudicium ipſorum. Caſſa. in conſuetu. Burg. tit. *des mains mortes* Rub. 9. §. 18. glo. 3. num. 17.

Qui poſsint concedere immunitatem, vide plenè per Natt. conſi. 160. Tom. 1.

Immunitas regulariter à Ciuitate concedi non poteſt, niſi ſit Ciuitas non recognoſcens Superiorē, ſed an valeat cōceſsio immunitatis in pſudiciū ipſius Ciuitatis, vide Natt. conſi. 304. 406. 486. Rol. conſi. 5. vol. 1. quòd valeat, ſcribit Ozaſ. deciſ. 95. nu. 23.

Immunitas concedi poteſt à Principe nō recognoſcente Superiorem, nec tunc expedit, q ſiat mentio de pſudicio tertij. Natt. cōſ. 310.

Duces, Comites, & Marchiones habentes ppetuā dignitatē tranſitoriā ad hæredes, immunitatē concedere poſſunt. Rol. cōſi. 76. vol. 2.

Princeps poteſtatem habet concedendi exemptiones à quibuſcunque muneribus. Ozaſ. deciſ. 39. num. 18.

Immunitas conceſſa dño extendiē ad colonos. ibi. nu. 19. & conceſſa p contractū, non pōt à concedente reuocari. idem deciſ. 91. nu. 12.

Immunitatem reuocandi facultas, non tranſit ad concedentis ſucceſſorē. Alex. Rand. tract. de analog. c. 40. nu. 60. & in dubio immunitas non cenſetur reuocata. ibid. nu. 65.

Princeps nō poteſt reuocare immunitatem ob merita conceſſam, niſi ſuperueniente aliqua iuſta cauſa, puta ingratitudinis. Raud. ibi. nu. 70. & 71. Natt. cōſ. 242. Rol. cōſ. 13. vol. 3. quia tunc immunitas dr̄ tranſire in contractum.

Beneficium immunitatis cum clauſula, vſq; ad beneplacitum, quomodo, & quando reuocetur, vide Raud. ibid. d. cap. 40.

Immunitati per Ciuitatem conceſſæ, non poteſt ipſa Ciuitas contrauenire. ibid. titu. 84. & conceſſa pacto, vel conuentione, non poteſt reuocari. Ozaſ. deciſ. 95. nu. 11.

Immunitas conceſſa alicui, extenditur ad bona poſtea quæſita, & conceſſa à Decurionibus interueniente aliquo facto eorum, quib. conceditur, tranſit in cõtractum irreuocabilem. Natt. conſi. 66. nu. 10. & 13.

Exẽptionẽ ſi cõcedat Princeps alicui, onus vniuerſitati nõ accreſcit, ſed Principi decreſcit, & ab ea tantominus exigere debebit. Ozaſc. deciſ. 90. nu. 8. vide Capel. Thol. quæſt. 349. in additio. & Boer. deciſio. 213. Marc. qõ. 457. num. 8. & q. 490.

Exemptorum exgrauatio cedere debet in incommodo immunitatem concedentis, & nõ aliorum, ſi pottio exemptorum ſoluẽda erat concedenti exemptionem, ſecùs ſi alteri eſſet ſoluenda. Rol. conſi. 76.

Conſtitutiones loquẽtes de oneribus extraordinarijs, non includunt habentes duodecim liberos, etiam ſi pater petierit hãc immunitatẽ, poſt mortem aliquorũ filiorum. Raud. de analog. cap. 22. nu. 137.

Amplia, etiã ſi pater paſſus fuerit bona deſcribi in æſtimo. ibid. nu. 141. vel ſoluerit vnam, vel plures collectas. nu. 144. vide tamen nu. 145. & ſupra titu. proxim.

Conſules debẽt eſſe immunes à ſubſidijs. Guid. Pap. q 398. idem in habente duodecim liberos. ibid. q 410. vide tit. prox. præced.

Immunitas vni fratrum cõceſſa, alteri prodeſt: ideò frater immunis ob numerũ duodecim liberorum, immunẽ reddit alterum eius fratrem. Menoch. de arbitra. lib. 2. caſ. 379. nu. 8. & 9. vide Natt. conſi. 1.

Immunes ſi bona in regiſtro communitatis inſcribi paſſi fuerint, multo magis ſi ab eis collectæ exactæ ſint, omni immunitate priuantur. Ozaſ. deciſ. 91. nu. 5. 19. vide nu. 22.

Sublato fundamento exemptionis neceſſe eſt, vt exemptio corruat. Crauc. conſi. 290.

Si aliquis habens immunitatem à collectis deſcribatur in libro ſoluentium collectas, ſtatim debet appellare infra decem dies, aliàs cenſetur conſentire, & ſuo priuilegio renuntiare. Maran. in ſuo Spec. de ordine iudi. par. 6. cap. & quandoque appellatur. nu. 325.

Priuilegium cõceſſum rebus propter perſonã, mutatione pſonæ extinguitur: ideò emptor rei Eccleſiaſticæ tenetur ad collectas, licèt ipſa Eccleſia nõ teneret. Natt. cõſ. 218. To. 1.

Priuilegium immunitatis alicui conceſſum pro bonis, non tranſit ad ſingularem ſucceſſorem, in quem bona transferuntur, & priuilegium extinguitur mutata perſona, vbi perſona eſt cauſa priuilegij. Natt. conſi. 311.

Ciues habitantes extra territorium Ciuitatis, & qui alibi contraxerunt domicilium, non debent gaudere immunitate competenti ciuibus reſidentibus in dicta Ciuitate. Rolan. conſi. 79. num. 29.

Immunes à ſolutione gabellarum, alios excuſare non debent, alias priuilegium amittunt. Ant. Corſe. in ſuis ſing. litera G. ſing. 1.

Immunitatis priuilegium non tollitur per ſolutionem factam minore ſpacio, quàm triginta ann. Ozaſ. deciſ. 91. nu. 22.

Obligatus generaliter ad ſubeundum omnia onera, non tenetur ad ea, quæ culpa, & multo magis partis dolo, euenerunt. Ozaſc. deciſio. 91. num. fin.

Immunitatem à collectis futuris emens, dicitur emere quendam incertum, & dubiũ euentum. idem deciſ. 95. nu. 4.

Immunitas perſonis grauibus, & in dignitate conſtitutis concedi poteſt, per ſolos Decuriones. ibid. nu. 15.

Pro immunitate in dubio iudicãdũ eſt. ibi. n. 20

Pactum, quòd mutuanti pecunias Ciuitati, collectæ non imponantur, non valet, & dr̃ ſapere vſuram propter deprauatam intentionem mutuantis. Ozaſ. d. deciſ. 95. nu. 30.

Immunitas ſimpliciter conceſſa, cenſetur regulariter conceſſa à perſonalibus, non autẽ patrimonialibus oneribus. idem nu. 50. & in dubio priuilegiũ immunitatis præſumitur perſonale. Natt. conſi. 218. nu. 9.

Antiquitas nõ facit præſumi immunitatem, ſeu priuilegium, quo inſpecto non continetur in eo, licèt longiſsimum tempus præceſſerit. Gram. deciſ. 100. nu. 27.

Priuilegiũ perſonale immunitatis non ſoluendi pedagium competens ſocio, non porrigitur ad alterum ſocium pro re communi. Papon. lib. 15. tit. 2. arreſt. 19.

Familia an cẽſeatur exempta, exemplo dño, & ꝑmittens molere alicui, & eius familię, quomodo teneatur, vide Boer. deciſ. 213. nu. 5.

Familię coquere obligatus, an teneatur, ſi ea ſit nimis aucta, vide nu. 9. & taleas ex priuilegio non ſoluens, an aucta familia, ſoluat, vide num. 17. ibid.

Conceſſa immunitate filijs, talis conceſsio non extenditur ad nepotes. Boer. deciſ. 241. nu. 8.

Si Ciuitas cõceſſerit immunitatem oneris realis, vel perſonalis aliquib. alterius villę ſubiectæ ipſi Ciuitati, an ipſi impetrantes poſsint præſcribere immunitatẽ obtentã cõtra alios ipſius villę, q poſtea pariter impetrarunt eandem

dem immunitatē, vide Ioſ. Lud. deciſ. 3. Peruſ.
Ad hoc, vt quis poſsit ſe tueri præſcriptione in materia collectarum, & ſimilium impoſitionum eſt neceſſe, quòd fuerit requiſitus, & contradixerit, & deinde per 30. annos non ſoluerit. ibid. nu. 3.
Immunitas conceſſa contra mentem Principis, etiam curſu longiſsimi temporis, non præiudicat alijs. ibid. nu. 12.
Ciues, qui non habitant in Ciuitate, non gaudent priuilegijs ipſius. ibid. nu. 18.
Immunitas conceſſa alicui, ex quo exercet aliquam artem, illa non gaudet, ſi maiorem partem eius ſubſtantiæ in ea non ponat. Vincen. de Fran. deciſ. 175.
Priuilegium immunitatis conceſſum deſcendē tibus, non comprehendit deſcendentes ex fœminis. Vincent. de Fran. deciſ. 207. num. 6. ſed cōtrariū tradit And Gail. obſer. 2. nu. 16. li. 2.
Immunitas à collectis non excuſat ab his, quæ ob publicam neceſsitatem imponūtur, quod procedit, quando immunitas ſimpliciter, & generaliter eſt cōceſſa; ſecùs ſi in ſpecie. Myſing. obſer. 70. cent. 4.
Statutum, & conceſsio ſimpliciter loquens de priuilegio, & immunitate aliqua, in dubio intelligitur de perſonali; & non reali, niſi ſit conceſſum loco, rei, dignitati, cauſæ, actioni, Eccleſ. æ, aut Ciuitati. Borg. Caual. deciſio. 5. de indi.
Priuilegium immunitatis à tributis, & publicis penſitationibus alicui conceſſum, nulla facta mentione hæredum, non tranſit ad hæredes, ſi fuerit ex gratia conceſſum, ſecùs ſi ex contractu. Andr. Gail. obſer. 2. nu. 13. & in dubio perſonale cenſetur. nu. 14.
Immunitatem habens à muneribus ordinarijs, & extraordinarijs, caſu inſolito ſuperuenienre, collectatur. idem obſer. 52. nu. 26. lib. 2.
Habens priuilegium generale immunitatis à muneribus publicis, ſi ſpōte munus aliquod acceptauerit, non præiudicat ſibi in alijs, neque etiam in illo, quod acceptauit, ſi denuo ad illud eligatur, quod limita in decurionatus munere: nam ſponte illud ſuſcipiens ſibi præiudicat, etiam in alijs muneribus perſonalibus, niſi ab initio proteſtatus fuerit. idem obſer. 60. nu. 11. lib. 2.
Priuilegium conceſſum alicui, eius filijs, & deſcendentibus, an comprehendat omnes deſcendentes in infinitum, vide Natt. conſ. 64.
Nulla immunitas excuſat, quando imminet publica neceſsitas, cui non poſsit prouideri, niſi exemptis collecta imponatur. Rolan. conſ. 5. num. 53 vol. 1.
Immunis tenetur pro oneribus inſolitis: fallit ſi immunitas ſit conceſſa à lege. ibid. nu. 4.
Quando homines alicuius loci habent immunitatem pro victual. quæ ducunt ex. dictum locum, talis immunitas non extenditur ad victualia alibi empta, & inde cōducta ad dictum locum, & poſtea abducta negotiā di cauſa, vide Natt. conſi. 139. Tom. 1. quia immunitas à pedagij ſolutione conceſſa hominibus alicuius loci, non videtur conceſſa hominibus negotiatoribus illius loci. Natt. ibidem.
Priuilegium immunitatis non extēditur ad homines loci originarios, qui domicilium aliò tranſtulerunt, nec in loco originis onera ſuſtinent. Natt. conſi. 139. nu. 14.
Gabella eſt ſoluenda, vbi res de perſona priuilegiata, ad non priuilegiatam tranſit. Natt. ibid. num. 19.
Fœminæ originariæ alibi nuptæ, non gaudent priuilegio conceſſo hominibus loci originis, pro bonis, per ipſas, vel maritos ibi poſſeſsis. Natt. d. conſi. 139.
Immunitas conceſſa alicui regulariter nō tranſit ad filios; tamen conceſſa patri, & filijs cō petit ipſis filijs iure proprio. Natt. conſ. 242.
Priuilegium immunitatis alicui conceſſum videtur acceptatum, quamprimū ad notitiam illius peruenerit, cui conceſſum fuit. ibi. nu. 7.
Ex conſuetudine vnius, non poteſt acquiri immunitas non ſoluendi onera. Rolan. conſi. 5. nu. 74. vol. 1.
Priuilegiatus de non hoſpitando milites in domo, nō excuſatur à ſolutione pēſionis tertiæ partis domus excuſatæ. Rol. conſi. 66. vol. 1.
Immunitas competes ciuibus alicuius Ciuitatis virtute ſententiæ arbitramentalis, non competit ciui effecto ex priuilegio. Rolan. conſi. 79. vol. 3.
Immunitas ſtrictam recipit interpretationem. Menoch. conſi. 297. lib. 3.
Immunitas conceſſa ab oneribus (etiam realibus) non comprehendit ſolutionem laudimij, in caſu alienationis rei, propter quam fuit cōceſſa immunitas. Meno. cōſ. 297. lib. 3.
Vacationem à muneribus propter dignitatem non habent, qui dignitatē ambiuerunt: fallit in Legato propter legationem. Bar. ſing. 130.
Priuilegium mihi conceſſum, quòd pro bonis meis ad ſolutionem collectarum nō teneat, non extenditur ad prædium meum ab alio bona fide poſſeſſum, licèt ad me poſtea reuertatur. Roma. ſing. 603.
Laicus, qui emit, vel arrēdauit fructus alicuius Eccleſiæ, non gaudet priuilegio circa tales reditus, ſicut Eccleſia ad hoc, vt non teneatur ſoluere collectam, vel vectigal. Guid. Pap. ſing. 273.
Exemptus non poteſt ſe excuſare à ſolutione talearum

ſalearum in præiudicium aliorum habitantium.Guid.Pap.ſing.282.

Priuilegium immunitatis, non porrigitur ad munus ordinarium. Bar.in l.1.C.de indictionibus, lib. 10.

Immunitas à muneribus conceſſa,non porrigitur ad munera habentia dignitatem annexam.Bart.in l.vnica. nu.13. C. de muneribus & in quo loco lib. 10.

Immunitate conceſſa patri,& filijs,an filij illam habeant patre viuente,vide Bart.in l.Gallus. §.quidam rectè.ff.de liberis,& poſthu.

Immunitas ad bona poſt immunitatem obtentam alibrata extenditur,ſecùs in his,quæ ante iam erant alibrata.Ozaſ.deciſ.136.

Obſeruantia generalis immunitatẽ cõfirmat, & omnem dubitationem remouet. ibid. nu.fin.

Ciues oẽs ſi ſoluerint gabellã excepto vno,qui non ſoluerit p 40. annos, erit in hoc caſu illi præſcripta immunitas.Gram.deci. 100.nu.25.

Priuilegium cõceſſum per Principem alicui villæ de exemptione pedagij per terram eiuſdem Principis, extenditur ad terras poſtea quæſitas.Guid.Pap.q.489.

Doctores legum ſunt immunes (& eorũ bona) ab omni functione, & ab omnibus muneribus ciuilibus, vel publicis: Idem in filijs, & eorum mulieribus. Guid. Pap.quæſt.88.fallit in Doctoribus gradum recipientibus ex reſcripto,vel bulla.ibid.

Aduocati, & eorum filij debent eſſe immunes à ſolutione tributorũ.Guid.Pap.q.388.& ſeq.

Lex Medicos. C. de Profeſſo. lib.10.non vendicat ſibi locum,quando Doctores,ſiue Medici non ſunt actu legentes;licèt habeat locum in Doctoribus Aduocatis. Ioſeph. Ludo.deciſio. 6. Luc.

Legum Profeſſores, Medici, & grãmatici ſunt immunes à muneribus: idem in Aduocatis, eorum vxoribus, & fratribus, & eos perturbantes puniuntur Iudicis arbitrio. Menoch. de arbitra. lib.2. caſ.379. vide Natt. conſi. 1. 65.& conſi.486.lib.1.

Doctores ſolo nomine,immunitate Doctorib. conceſſa nõ fruuntur. Menoc.ibi.nu.12.quid de licentiato, vide ibid.

Aduocati non poſſunt cogi ad munera perſonalia,præter in cõſulendo,& iudicando.Bar. in l.6.C.de Aduoc.diuerſ.iudi.

Conſiliarij Parlamẽti ſunt immunes à ſubſidijs, etiam ſi aliquis ipſorum eſſet remotus ab ipſo officio, & dignitate per Principem. Guid. Pap.q.376.& 377. quæ procedant etiã in eorum vxoribus in viduitate permanentibus, & caſtè viuentibus.Guid.Pap.q.379.

Iudices inferiores deberẽt eſſe immunes à ſubſidijs, ſed de conſuetudine ſeruatur contrarii. Guid. q.378.an Officiales ſint immunes, vide Boer.deciſ.246.

Qui ſunt immunes reſpectu officij, vel dignitatis,an ſint immunes à muneribus realibus, & perſonalibus,vide Fran. Marc.q.457.

Præſides,& Conſiliarij ſunt immunes, vide Pap. lib.5.tit.11.arreſt.12. & ſeq.

Officium habens cum dignitate præbente immunitatem,eadem gaudet immunitate etiã finito officio; niſi illud habuerit cum ſuffragio,vide Rol.conſi.66.vol.1..nu.47.

Statuto ſtante, quòd quis perfecto officio gaudeat aliqua immunitate, ſi quis propter infirmitatem illud non valeat perficere, & ad aliud officium leuius tranſeat, nihilominus ipſa immunitate gaudere debet, quaſi primum officiũ perfeciſſet.Ludo.Roma.ſing.66.

Recipiens dignitatem ad poſtulationẽ, & procurationem, non habet immunitatem à muneribus,ſecùs ſi à liberalitate.Bar.in l.3. C.de legationibus lib.10.& Pet.de Rane.ſing.334.

Pacto an fieri poſsit, ne immunitas à lege conceſſa locum habeat,vide Bar.ibi. & immunitas conceſſa officio,quando duret etiam finito offitio,vide ibid.

Senatores in quacunque Prouincia ſint,ſunt immunes à muneribus publicis.l.14.C.de dignitatibus lib.12.

Subſtantiæ Senatorum habent immunitatem, à muneribus ſordidis,& extraordinarijs.l.4.C. de dignitatib.lib.12.

Vidua nobilis relicta à plebeo, tenetur contribuere; quia permanet,& retinet conditionẽ mariti.Guid.Pap.q.380.& ècontrà vidua plebea relicta à Nobili, retinet immunitatem quondam mariti.ibid.nu.fin.

Clerici non tenentur ad ſubſidia,etiam pro rebus regiſtratis,quas ipſi acquiruut,reprobata opinione Bar.Guid.q.381. idem in bonis habitis per ſucceſsionem.ibi.q.382. quę procedunt etiam in Clericis primæ tonſuræ ſtudentibus.idem.q.383.

Clerici non poſſunt collectari ſine conſenſu Papæ,quia ſunt immunes.Io.Papon.lib.5.tit.11. arreſt.11. ſed quibus in caſibus teneantur cõtribuere,vide ibid.arreſt.15. & ſeq.

Nobiles ſunt immunes à ſolutione tributorum, etiam pro rebus quæſitis à plebeis: quia ex mutatione perſonæ, mutatur conditio rei. Guid.quæſt.384.

Feudum nobile tenens, quando non ſoluat taleas,vide Boer.deciſ.246.

Nobiles in Francia pariter ſunt immunes. Pap. lib.5.tit.11.arreſt.21.& ſeq.vide arreſt.39.

Quando ignobilis poſsidens feudum, ratione ipſius feudi ſit immunis à collectis, vide eundem arreſt.28.& 29.ibid.

Bona

Bona feudalia ſolent eſſe immunia à ſolutione collectarum, ſed quando bona ruſticalia præſumantur feudalia, & de hac immunitate, vide per Natt.conſi.446.

Collectari quando poſsint nobiles à communi, & pro quibus oneribus, vide Natt.conſi.555.

Immunitas præſumitur per annos quadraginta, & aliquando per annos 20. & etiam per decem cum titulo, & bona fide. Raud. tract. de analog.cap.40.nu.7.

Deſcriptio in æſtimo præiudicat immuni, niſi appellet intra decem dies.ibi.nu.17.

Qui non tenetur ad onera, & expenſas, non tenetur etiam ad collectam eorum loco impoſitam; ſed alijs debet augeri. Borg. deciſ. 22.part. 2. nu. 12.

Priuilegium immunitatis conceſſum generi, & poſteris, tranſit etiam ad deſcendentes ex fœminis.And.Gail.obſer.3.lib.2.nu.16.

Non poteſt quis ſe exemptare à refectione murorum Ciuitatis, vel villę, etiam allegans præſcriptionem immemorabilem. Io. Gal. q 40.

Colonus gaudet immunitate domini, quando priuilegium eſt reale. Rot. Auenio. deciſ.77. in deciſ. diuerſo.Tom.3.

Priuilegiatus acquirens bona ruralia, etiam pro illis bonis acquiſitis, non tenetur ad onera, quę ante ſoluebat antiquus poſſeſſor nō priuilegiatus.Pap.lib.5.tit.11. arreſt.23. ſed ipſa bona poſtea alienata nō priuilegiato, reaſſumunt eorum primã naturam. ibid. arreſt. 23.

Immunitas conceſſa patriſa. extenditur ad totam domum, & eius familiam. idem Papon. arreſt 33.ibid.

An pupilli habeant immunitatem ab oneribus realibus, vide arreſt.34 ibid.

Domini habentes iuriſdictionem quanto tempore præſcribant immunitatem, & quæ requirantur ad præſcribendum, vide D.Solam glo.2.in ſuis comment.in antiq.conſtitut.Sabaudiæ ſuper decreto, licet par. 3. nu.12. tit. de iure emphyt. fol. 42. ſed an communitas aduerſus præſcriptionem debeat reſtitui, vide ibid.nu.17.

Nobilitas etiam iuncta iuriſdictioni, nō tribuit immunitatem.ibid.nu.13.

Conuentio inter Principem, & communitatẽ, qua diſponitur nobiles teneri ſoluere pro bonis allodialibus, non derogat immunitati conceſſæ tranſactione, aut quæſitæ præſcriptione.ibid.nu.14.

Eccleſia tenetur ad taxum pro bonis in eam translatis poſt taxus impoſitionem, & illius ſuſceptam obligationẽ.vide ibi.nu.21.& ſeq.

Immunitas non poteſt amitti per ſolutionem, vbi adeſt inhibitio, ne exigatur. Raud.de analog.cap.40.nu.20.

Paupertas dat immunitatem.ibi nu.23. ſed declara, vt in nu. 25. & immunitatis conceſsio facta abſque importunitate valet.ibid.nu.32.

Iuri immunitati ante obtento, non præiudicat tranſactio medio tempore facta circa certas perſonas ſolummodo, & certũ tempus, mortuis dictis perſonis, & finito tempore. Natt. conſi.78.Tom.1.

Immunitas ſpecialiter alicui conceſſa, non tollitur ex eo, quòd poſtea generaliter onera imponantur.Natt.conſi.274.

Immunitas ſimpliciter conceſſa ab aliquibus oneribus, extenditur etiam ad nouam oneris impoſitionem ſuperuenientem poſt conceſſionem immunitatis.Natt.ibid.nu.9.

Adhærentes dicuntur eſſe liberi, & non ſubditi iuriſdictioni eius, cui adhærent: ideò ab eo collectari non poſſunt. Natt.conſi.301.

Res non obligata oneri ſi alienetur, & inde reuertatur ad eundem immunem, pariter non tenetur ad oneris ſolutionem, licèt medio tempore fuerit deſcripta in regiſtro. Natt. conſi.328.

Immunitas ſimpliciter conceſſa, trahitur etiam ad bona poſtea quæſita. Natt. ibid. num.fin. Ozaſ.deciſ.136.

Priuilegium immunitatis à Principe conceſſum, comprehendit etiam bona futura, & in præiudicium tertij. quando fuit conceſſum motu ꝓprio, & ex certa ſciẽtia.idẽ conſ.340.

In præſcriptione aduerſus ſolutionem onerum, quæ requirantur, vide Natt.conſi 405. quòd ſufficiat decennalis præſcriptio, ſcribit idem conſi 431. de hac præſcriptione vide eundẽ conſi.446.& Rol.conſi.5.

Onus cuſtodię Ciuitatis, quod eſt perſonale nō poteſt indici forenſibus ratione bonorum, quæ poſsident in territorio dictæ Ciuitatis. Natt.conſi.447.

Immunitas non ſoluendi onera (ſicut quælibet alia) ſpacio 30 annorum præſcribitur, & allegans hanc immunitatem, non tenetur probare negatiuam, ſed ſufficit quòd non probet contrariũ, vide Natt.cōſi.627.& cōſ.649.

Immunitas conceſſa territorio, vel rei, eſt realis, & tranſit ad quemcunque poſſeſſorẽ.Nat. d.conſi 627.nu.12.& conſi.649.

Collectarum ſolutio vbi iam eſſet præſcripta, earum poſtea ſolutio ſoluenti non præiudicat, niſi per annos quadraginta ſit ſecuta. Natt.d.conſi.627.nu.18.

De immunitate, quæ conceditur à lege, vide in tit.de excuſat.muner.

Sicut immunitas conceſſa ex contractu trahitur ad onera bellica, ita & conceſſa ex cauſa remunerationis. Rolan. conſi.376. num.7. & conſi.13.vol.3.

Im-

Immunitas conceſſa quo ad munitionem viarum valet, & comprehéditur ſub verbis vniuerſalibus,& generalibus,maximè ſi ſit conceſſa per viam contractus. Rol.conſi.2.vol.4.
Cautus eſſe debet ille,cui immunitas conceditur,vt in cōceſsione dicatur,ab omnibus oneribus ordinarijs, & extraordinarijs. Rolan. ibid.num.13.
Bona permutata ita debent eſſe immunia,ſicut erant alia bona eorum loco tradita: quia in dubio immunitatis conceſsio præſumitur perſonalis, quare comprehendit etiam futura bona.Menoch.conſi.70 vol.1.
Immunitas à gabellis conceſſa venditori, cenſetur etiam conceſſa emptori:quia proprium eſt immunitatis realis,vt res tranſeat in quécunque liberè.Menoch.conſi.136. lib.2. vide tamen Rol.conſi.61. vol.4.
Vbi immunitas ſucceſsiua incipit continere enormem læſionem debet reuocari,quod intelligendum eſt, quádo fuit conceſſa per modum priuilegij,ſecùs ſi ex cauſa contractus: tunc enim nullo modo debet alterari immunitas.Menoch.conſi.156 lib.2.nu.34.
Priuilegium immunitatis à ſolutione decimarū conceſſum monialibus,comprehendit etiam colonos partiarios,quando eſt reale,ſecùs ſi perſonale,ſed quando dicatur reale,vide eūdem conſi.276.lib.3.
Conceſsio immunitatis facta tibi,& hæredibus tuis, intelligit ordine ſucceſsiuo,ſecùs ſi fiat diuſiunctinè tibi,vel hæredibus tuis: nā tunc copulatiuè omnes admittūtur.Rom.ſing.67.
Studētes in Patria propria ſunt immunes à muneribus patrimonialibus, & à cuſtodia Ciuitatis,vſque ad 25.ann. Guid.Pap.ſing.674.
Qui falſum inſtrumentum immunitatis conſcri pſit,debet igne comburi. Ant. Corſet. in ſuis ſingula. litera F.ſing.falſum.
Priuilegium immunitatis à ſolutione vectigalium alicui conceſſum non amittitur,& ſi poſtea per tres annos vectigalia ab eo fuerint ſoluta: quia ille actus recipit iterationem,vnde requiritur ſpacium 30.vel 40.ann.idem litera P.ſing priuilegium 3.
Fratres cum fratre ab oneribus immuni habitantes, iure immunitatis gaudere quoq; debent.Hippol.ſing.180.
Immunitas à muneribus quomodo, & quando extendatur,vide Bar.in l.placet.C.de Sacroſanct.Eccle.nu.60.
Immunis à muneribus ſi aliqua ſponte ſoluerit, non ob id obligatur ad munera alterius generis.Bart. in l.1.C.de agric.& cenſit. lib.11.
Ille, cui aſsignatur prædium ſterile patrimoniale Principis,habet biennij vacationem à tributis, ſi Fiſcale,habet triennium. Bart. in l.7. C.de omni agro deſer lib.11.
Immunitas conceſſa pro aliquotum iuribus, & reb comprehendit etiam futura. Barro conſ. 59. num. fin.
Nullus eſt immunis à ſolutione vectigaliū, etiã ſi ſuper iure immunitatis proferat Principis reſcriptum.l.6.C de vectig & commiſ.
Quis non amittit priuilegium immunitatis, licèt aliquod munus ſuſceperit.l.2.ff de priuileg veter. ſed tunc ſi patiatur ſe eligi,cogitur ſuſcipere onus l fin.eod.
Ruſticus ſoluēs ordinaria munera,ad aliud obſequium non euocatur.l.1.C.ne ruſtici ad villum lib.11.
Vide de materia in tit ff.de vacat.& excuſ. muner.in ti.C.de Decurio. lib.10.in tit.de priuileg eorum,qui in ſacro, & in titu. de metatis.C.lib.12.
Notarij cameræ non grauantur muneribus quę perſonæ laborem iniungunt, & qui illos grauauerint,puniuntur.vide l.3.C. de cano. largit.
Tempore,quo agricola inſiſtit ſationi,vel meſſi,aut vindemiæ, nō vacat ad munera extraordinaria.l.1.C.de agricolis lib.11.
Veterani gaudent priuilegijs, & ſunt immunes à muneribus extraordinarijs. vide l.1.& tot. tit C.de vetera.lib.12.
Poſſeſsio militantis in ſacris ſcrinijs ſolùm tributum canonicæ indictionis præſtat,à cæteris verò muneribus non vexatur. l. 4. C. de proxim.ſacro ſcrin.lib.12.

De teſtamentis in genere.

Teſtamentum,ſeu facultas teſtandi eſt de iure gentium quo ad eius ſubſtantiam,licèt quo ad ſolēnitates ſit de iure ciuili. Ozaſ. deciſ. 100 nu.38. vide Marc. de Mant.ſing.62.
Poteſtas teſtandi tributa eſt à lege 12 tabularū. l. 120.ff de verbo. & rerum ſignific quo iure introducta ſint teſtamenta, & quot genera ſint.vide Clar.in §.teſtamentum q. 1. & ſeqq. ibique de materia.
Notarius in numero teſtium nō ſcribitur, ſi per Iudicem prius non examinetur. Afflic. deciſ. 25. num. 4.
Notarius an debeat eſſe rogatus,& quādo preſumatur rogatus,vide Boer. deciſ.35. Mantic de coniectu vltima volunt. lib.2 tit.11 & 12.
Teſtamenti tabulas Prætor non permittit inſpici,ſi teſtator viuat,quod procedit in teſtamēto in ſcriptis, ſed quid in teſtamen.o nuncupatiuo, & an notarius poſsit illud tradere hæredi viuo teſtatore, vide Ioſ. Ludo. deciſ. Luc.29.nu.85.

De iure communi filius emancipatus Notarius recipiens teſtamentum, poteſt patri, vel ſoro ri adſcribere legatum in ipſo teſtamento, ſed quid iuris, ſtatuto prohibente, vide per Mago. decıſ. 53. Rot. Flor.

Rogitus teſtium teſtamenti ſatis eſt, quòd fiat à Notario; rogitus autem Notarij fieri debet à teſtatore. Craue. conſi. 117.

Teſtamentum viuo teſtatore minime publican dum, niſi ipſe aliter diſpoſuerit. D. Sola in ſuis comment. in antiq. conſtitut. Sabaudię glo. ſuper decreto, vt defuncti tit. de Tabellio. fol. 141.

Cùm agitur de declaranda mente cōiecturata teſtatoris, quòd ita, vel ita ſenſerit, creditur, ſtaturque teſtimonio Notarij, qui teſtamentum conſcripſit. Menoch. conſi. 195. lib. 2. num. 17.

Notarius poteſt ſcribere teſtamentum proprium. Barto. in l. 78. §. fundum. ff. de contrahen. emptio. & publicare. idem Barto. in l. 2. ff. de ſtipul. ſeruo.

Teſtamentum minus ſolemne non probat. Afflic. deciſ. 53.

Legatum metu reuerentiali marito factum per importunitatem, & in alterius damnum, reſcinditur, & in reliquis teſtamentum valet. Afflic. deciſ. 69. & ſic teſtamentum valere pro parte, & pro parte non, ex poſt facto poteſt, & hoc verum Iudicis ſententia interueniente. Afflic. ibid. nu. 9. ſed mulier quando poſſit decedere pro parte teſtata, & pro parte inteſtata, vide per Barto. in l. 1. C. de ſecund. nupt.

Teſtamenta duo eadem die facta corruunt, ſi de eorum prioritate non appareat. Afflic. deciſ. 387. Ioſeph. Ludo. deciſ. Luc. 53. nu. 32. vide Boer. deciſ. 311. Bar. in l. 1. §. non autem. ff. de bono. poſſeſ. ſecund. tabul. & Ioſeph. Lud. deciſ. 53. Luc. nu. 20.

Hæres inſtitutus in teſtamento minus ſolemni, quo ad animam iuſtè retinet hæreditatem: tamen conuentus in iudicio condemnatur ad reſtitutionem, niſi adſit clauſula codicillaris probata per duos teſtes. vide per Capic. d. deciſ. 89.

Tres teſtes diſcordantes, non rumpunt teſtamentum. Gramm. deciſ. 103. num. 146. vide Franc. Marc. q. 320.

Hæres ſi ſemel approbauerit teſtamentum, non poteſt amplius ipſum impugnare. Gramm. d. deciſ. 103. nu. 147.

Opinio etiam vnius ſingularis Doctoris eſt tenenda, non obſtantibus alijs opinionibus, quando defendit teſtamentum. Ioſeph. Lud. deciſ. Luc. 29. nu. 85.

Ex productione teſtamēti non arguitur (ſecundùm veram opinionem) teſtatorem fuiſſe mortuum. idem deciſ. 49. ſed hæc opinio nō caret contradictoribus.

Hæreditas pacto dari non poteſt. Gaſp. Cabal. milleloq. 469.

Teſtamentum non debet pendere ex alieno arbitrio. idem Cabal. milleloq. 491.

Solemnitates teſtamenti, licèt non poſſint per teſtatorem remitti, tamen poſſunt per conſuetudinem, cui circa ſolemnia teſtamentorum ſtandum eſt. Ioan. Papon. lib. 20. tit. 1. arreſt. 1.

Teſtamentum validum pro hærede, debet eſſe validum pro legatarijs: ideò valet legatum factum ſpurio, in teſtamento facto coram duobus teſtibus, in quo erant inſtituti venientes ab inteſtato. Papon. ibidem arreſt. 2. 7.

Teſtamentum publici iuris eſt: ideò eius forma priuatorum pacto alterari non poteſt, & per conſequens partes non poſſunt facere, vt teſtamentum inſolemne habeat vim teſtamenti. Dec. conſi. 488. nu. 18. 494. & conſ. 612.

Teſtamentum nullum redditur per compulſionem teſtium, vel Notarij. Ludo. Roma. ſing. 26.

Vltima voluntas minus ſolemnis, in qua coniunctæ perſonæ, vel multum dilectæ relinquitur, valet, & actionem producit, ſicut ſi eſſet ſolemnis, quod procedit in legatis, ſeu fideicommiſsis, ſecùs in hæredis inſtitutione. Matth. Matheſ. ſing. 41.

Soluens partem legati relicti in minus ſolemni voluntate, poteſt compelli ad ſoluendum aliam partem, ſecùs ſi legata ſint plura, niſi concurrat præſtatio triennalis, & fauor alimentorum. Matheſ. ſing. 122.

In terris Eccleſiæ teſtamentum factum coram duobus teſtibus valet: ſed in terris Imperij, ſeruandum eſt tale teſtamentum in foro cōſcientiæ. Guid. Pap. ſing. 728.

Inter venientes ad ſucceſsionē ab inteſtato, ſufficit quoquo iudicio diſponere. Bart. in l. 37. §. veteranus. ff. de milit.

Sententia annullans teſtamentum lata contra hæredem, omnibus præiudicat: ſed lata contra legatarium, vel fideicommiſſarium non. Bar. in l. 55. §. actiones. ff. ad Trebellia.

Teſtamentum licèt nullum, & inualidum, tamē teſtatoris voluntatē probat. Bart. q. 10. nu. 3.

Si aliquis eſt inſtitutus in tabulis ſcriptis per notas, quæ non ſunt litteræ, id eſt per abbreuiaturas inuſitatas, & confuſas, tunc non valebit teſtamentum. l. 6. §. notis. ff. de bonor. poſſeſſio.

Si nomen hæredis ſit deletum, vt penitus legi non poſſit, non valet teſtamentum, quod

procedit, ſi hoc contiugat ante mortẽ teſtaris, ſecùs ſi poſt.l.vnica.ff.ſi tabul. teſta. exta.

Ad hoc vt teſtamẽtum valeat, requiritur quòd teſtator habuerit duobus temporibus teſtamenti factionem, aliàs teſtamentum erit nullum, neque reconualeſcet ſublato impedimento, ſed incapacitas medij temporis, nõ nocet.l.1.§.exigit.ff.ad Carbonia.

Ex cauſa exhęredationis, vel priuationis irritũ eſt teſtamentum quantum ad inſtitutiones, ſed cætera firma remanent. Authen. ex cauſa.C.de liberis, & poſthum.

Qualitas hæredis non facit conualeſcere teſtamentum.l.5.C.de teſtamen.manumiſ.

Teſtm̃ inualidum ad cauſam inteſtati non trahitur, niſi adſit clauſula codicillaris, vel æquipollens, vt iuramẽtum.l.11.C.de teſta. milit.

Ineptę voluntates defunctorum non ſunt ſeruãdæ.l.116.§.fin.de legat.1.

Licèt teſtamentũ, in quo filius in poteſtate eſt præteritus, ſit ipſo iure nullum, tñ ſi filius nõ vult illud impugnare, recõualeſcit vtiliter de æquitate. gloſſ. in l.2.ff.de except.rei iudica.

Quæ in teſtamento ſcripta ſunt, vt intelligi nõ poſsint, perinde ſunt, ac ſi ſcripta nõ eſſent. l.74.ff.de reg.iuris.

Vbi repugnãtia inter ſe, in teſtamento inueniuntur, neutrum ratum eſt.Reg.149.eod.

Omnia, quæ ex teſtamento proficiſcuntur, ita ſtatum euentus capiunt, ſi initium ſine vitio cęperint.l.201.ff.de reg.iur.

Quæ ab initio inutilis fuit inſtitutio, temporis tractu conualeſcere non poteſt.Reg.pen.eo.

Teſtamentum filiæfa.an valeat, vide Afflic.deciſ. 69. & Notarij auctoritas pſumi facit pro teſtamento.ibid.

Statutum diſponens, quòd mulier non poſsit teſtari ſine viri conſenſu, an valeat, vide per Afflic.deciſ.260.

Teſtamenti factio requirit perſonam integrã, & perſonam integram qui eſt in alterius poteſtate non habet.Afflic.deciſ.260.nu.5.

Clericus teſtari poteſt de bonis, quæ paternæ ſucceſsionis, vel agnationis intuitu, vel ex artificio lucratur. Capic.deciſ.98.

An teſtamentum prodigi valeat, vide DD. de Rota deciſ.8.tit.de teſtamen.in antiq.

Teſtandi licentia vxori data, non præiudicat viro.Boer.deciſ.244.

Teſtandi facultas Cardinali conceſſa, non validat teſtamẽtum antea factum: quia facultas reſpicit actum faciendi, & non factum. Paul. Aemil.deciſ.258.par.3.

Teſtamẽtũ nõ dicitur factũ ab infame, infamia iuris, ſi de ſententia condemnatoria non appareat per ſcripturam.idem deciſ.259.par.3.

Teſtm̃ facere quilibet põt, qui nõ reperitur expreſsè prohibitus, & qñ quęſtio eſt, an valeat teſtamentum quæ ſint conſideranda, vide Hartma.Hartma.c.1.tit.de teſtament.lib.2.

Quæ ſint perſonæ, quæ non poſsint teſtari, vide Clar.in §.teſtametum. q.19.& ſeq. & quid de perſonis Religioſis.ibid. & Caſſa.in conſuet. Burg.tract. *des ſucceſſions* rub.7.§.3.glo.1.

Adultus ſine curatore teſtari poteſt, non autem impubes.Hartma. Hartma.cap.2.libr.2. titu.de teſtamen.

Statutum, quòd non poſsit mater teſtari, ſine filij præſentia, vel alterius, valet, & ſi nõ fuerit ſeruata forma, teſtamentum erit nullum. Dec.conſi.355.idem in vxore.conſi.612.

Teſtm̃ vxoris ad mortẽ dãnatæ nõ valet, ẽt ſi factũ fuerit ante ſniãm dãnationis ad mortẽ. Nat.conſi.178.tñ Princeps poteſt diſpẽſare, vt teſtm̃ dãnati ad mortẽ valeat, & idem põt cõſuetudo.Nat.ibi.vide Mar.de Mãt.ſing.144

Meretrix non tantùm de bonis, quæ ſibi aliũde obuenerunt, ſed etiã de quæſitis ex corporis ſui quæſtu, teſtari poteſt. Natt.conſi,560.tñ mulier honeſtæ conditionis de bonis quæſitis ex ſtupro, & adulterio teſtari nõ põt, ſed fiſcus illa aufert.Natt.ibid.nu.fin.vide l.15.& ibi.glo.ff.de curatore furio.vel alijs.

Iudæi poſſunt teſtari, & valent eorum teſtamenta facta coram duobus teſtibus, aut tribus. Natt.conſi.621.

Teſtamentum facere non poteſt ad perpetuos carceres damnatus.Hippol.ſing 565.

Apoſtata actiuè, & paſsiuè inteſtabilis eſt, & à teſtimonio repellitur, etiam ſi eum pęnituerit. Marc.de Mant. ſing.154.

In certis caſib. pro iniuria, quæ fit ſcriptura, vel voce, lex facientẽ iniuriã inteſtabilẽ eſſe iubet.Azo nu.5.in ſumma tit.C.de iniurijs.

Manifeſtus vſurarius non põt teſtari. Abb. cõſ. 22.lib.1.& conſ.1.lib.2.ſed qũo probetur manifeſtus vſurarius, vide eundem ibid. conſi.2.

Carceratus facit teſtm̃, dũmodo ĩſtituat alios, quàm illũ detinentem, damnatus verò non. Bart.in l.22.ff.de eo, quod metus cauſa.

Bannitus quando poſsit facere teſtamentum, vide per Bart.in l.5.ff.de capit.diminut.

Adultus, licèt habeat curatorẽ, põt facere teſtamentũ.Bar.in l.21.§. Caius.ff.de liberat.lega.

Adultus, q fecit teſtm̃, nõ reſtituit in integrũ aduerſus illud. Bat.in l.1.§.fuit.ff.ad Trebellia.

Poſt Monaſterij ingreſſum nulli relinquitur licentia teſtandi.c.quia ingredientibus 9.q.3.

Bãnitus noſtri tpis poteſt facere teſtm̃, & hęredem inſtituere Bart.q.1.nu.26.& 27.

Ingredientes Monaſteria ipſo ingreſſu ſe, & ſua dedicant Deo, nec poſtea de illis teſtantur. Authen. ingreſsi. C. de Sacroſanct. Eccleſ. ſed vide Authen. ſi qua, ibid.

Epi-

Epiſcopi, & cæteri Adminiſtratores Eccleſiarũ de q̃ſitis antequã habuerint adminiſtrationẽ, poſſunt facere teſtamentũ; ſed de poſtea quæſitis, non poſſunt, niſi ſint quęſita non intuitu Eccleſiæ, ſed perſonæ, puta ex teſtamẽto cõiũctorũ. Auth. licẽtiã. C. de Epiſ. & Cler.

Apoſtatæ nõ poſſunt eſſe teſtes in teſtõ, nec illud facere, minus ex illo cape. l. 3. C. d' apoſt.

Conceſsio teſtandi liberè, intelligit legitimè iuris ſolẽnitate ſeruata. l. 35. C. de inoffi. teſtam.

Dubius de ſtatu ſuo per errorem facti, vel iuris non poteſt teſtari. l. 1. de leg. 3.

Si teſtamẽtum ob initio deficiat propter defectum teſtantis, ex noua voluntate non conualeſcit, impedimento ceſſante, ſecùs in codicillis. d. l. 1. §. ſed ſi filiusfa.

In metallum damnatis nihil poteſt relinqui in teſtamento; his verò, qui Ciuitatem amittũt auferũtur ea, quę ſunt iuris Ciuilis, vt teſtari, ſed non ea, quæ ſunt iuriſgentium, vt emere, vel vendere. l. 17. ff. de pęnis.

Teſtatorem ſanę mentis teſtando non eſſe quæ faciant apparere, vide Afflic. deciſ. 143. & infirmitas intellectus, & mentis teſtatoris ex multis apparere poteſt. Gram. deciſ. 73. nu. 5. alias mẽtis ſanæ quilibet pſumit̃ eſſe de iure. Gram. deci. 73. nu. 21. Fran. Marc. q. 186. idcò teſtibus de ſana mente teſtatoris deponentibus magis creditur, quàm cæteris cõtrarium deponentibus. Gramma. deciſ. 73. nu. 22. Boe. deciſ. 23. nu. 72. 83. 87. & 93. & teſtes deponẽtes teſtatorem tempore teſtamenti inſanum, non probant concludenter. ibid. Gramm. nu. 27. & Boer. d. deciſ. 23. nu. 96.

Quomodo probetur teſtatorem eſſe mente captum, vide Dec. conſi. 448.

Stultus, vel furioſus vbi faceret actum, quẽ quilibet ſanæ mentis feciſſet, talis diſpoſitio tenet. Gram. deciſ. 73. nu. fin. ideò teſtamentum furioſi Romæ fuit approbatum: quia ritè & rectè diſpoſuerit. ibid. nu. 37. Afflic. deci. 143. Ant. Corſet. in ſuis ſingul. litera T. ſing. teſtamentum. Hippol. ſing. 380. vide tamen Boer. deciſ. 23. nu. 47. qui tenet contrarium.

Teſtatorẽ mente ſanũ ſi Notarius in teſtamẽto ſcribat, aut ècontrà, qualis probatio ex hoc reſultet, vide Boer. deciſ. 23. nu. 73.

Teſtamentum non vitiatur propter furorem ſuperuenientem. Boer. ibid. nu. 78.

Teſtamentũ habentis dilucida interualla, quando tempore furoris, vel ſanæ mentis cenſeatur factum, vide per Boer. ibid. nu. 84. Bart. in ſuo tract. teſtimoniorum. nu. 95.

Actus factus vicino tempore furoris, non includit nullitatem. Boer. d. deciſ. 23. nu. 89. de validitate teſtamenti, quod allegabatur factũ à furioſo, & deprobatione furoris, vide per Ioſeph. Ludo. deciſ. 53. Rot. Floren.

De vſitata Notariorum clauſula, qua teſtatorem ęgro corpore, ſanaque eſſe mente aſſeritur, & quid operetur, vide Pet. Roy. deciſ. 2. litua. in deciſio. diuerſo. fol. 375.

Teſtamentum in dubio præſumitur factum à perſona ſanæ mentis: ideò allegans contrarium illud probare debet, vide Menoch. cõſi. 311. lib. 4. ſed quid, ſi probetur ante teſtamẽtum fuiſſe furioſum, vide Mant. de coniectu. vlti. volunt. lib. 2. tit. 5.

Teſtator pſumit̃ furioſus ex ſermonibus appoſitis in teſtõ. Bar. in l. 41. §. conſtat. de legat. 1.

Conditio, quæ continet inhumanitatem reſpuitur, & ex ſermonibus incongruis, præſumitur quis non ſanæ mentis (niſi probetur contrarium) & tunc teſtamẽtum dicitur nullum. l. 27. ff. de conditio. inſtitut.

Teſtamentũ per manus publici Notarij in præſentia ſeptem teſtium deſcriptorum, cũ ſubſcriptione trium teſtium ſumptũ, an valeat, & in quibus caſibus, vide Afflic. deciſ. 156.

Teſtamentum fuiſſe factum probatur duobus teſtibus, licèt ad probãdum ſolemniter illud fuiſſe factum, aut ad probandum voluntatẽ teſtatoris, ſeptem requirantur. Craue. cõſ. 65. vide Caſſa. in conſuet. Burg. tit. *des ſucceſsions* rub. 7. §. 4 glo. fin. Bart. in l. 3. C. de bono. poſſeſ. ſecund. tabul.

Teſtamentum eſſe factum coram ſeptem teſtib. quando probetur per duos teſtes, vide per Afflic. deci. 166. tamen ſolemnitas voluntatis debet probari per tot teſtes, per quot ipſum teſtamentum probatur. Tho. Minad. deci. 41.

Error omiſſæ ſolemnitatis in teſtamento, quomodo probet̃, & quot teſtes in illo ꝓbando requirantur, vide Myſing. obſer. 98. cent. 4.

Teſtm̃ continetur appellatione contractus, ſed lex prohibẽs contractum ſine conſenſu alicuius, an extẽdatur ad teſtamentũ, & vltimã voluntatem, vide Afflic. deciſ. 260. nu. 5.

Probare per teſtes, vel per hæredis confeſsionẽ voluntatem teſtatoris, idem eſt quo ad eius præiudicium. Afflic. deciſ. 337. nu. 8.

Teſtamentum clarum, in quo ſubſcipſerunt Iudex, Notarius, & teſtes in numero neceſſario, ex quibus vnus dicat non audiuiſſe Notarium ſtipulantem, poteſt hoc non obſtãte reaſſumi in publicam formã. Capic. deci. 191.

Teſtis ſe ſubſcribens in teſtamẽto, videtur deponere. Capic. ibid. nu. 6.

Teſtamentum poteſt probari per inſtrumentũ. Guid. Pap. q. 331.

Error adiectus in teſtamento per quot teſtes probetur, vide Guid. Pap. q. 504.

Religioſi, & Fratres mẽdicãtes poſſunt adhiberi teſtes in teſtis, & codicillis. ibi. quæſt. 517.

Teſtes in teſtamento debent eſſe præſentes. Afflic.deciſ.166.nu.5.& rogati.Gram.deciſ.106. nu.26.& rogitus debet articulari,& probari, debet quoq; fieri præſente teſtatore. Ioſeph. Ludo.deciſ.Luc.53.nu.37.& non præſumitur, niſi de illo appareat ex teſtamento.Gramm. deci.62.vide Mant.de coniect.vltima. volun. lib.2.tit.10.& 11.Bart.in l.7.§.quid. ff. quibus ex cauſ. in poſſeſs.eat.

Teſtamentum an ſit nullum, ſi teſtes nō ſunt rogati, & an debeant rogari à teſtatore, vide Craue.conſi.117.Boer.deci.34.& quid, ſi Notarius ſcribat præſentes fuiſſe, non adijciendo rogatos,vide ibid.

In teſtamento in ſcriptis, ſiue nuncupatiuo, & etiam verbali facto,teſtes debent eſſe rogati. Marc. quæſt.193.

Impugnans teſtamentum ex defectu numeri teſtium,peccat mortaliter. Boer. deciſ.240.nu. 19.Hiero.Mago.deciſ.33.Luc.nu.5.& 52.quia teſtamentum,quod non habet iuris ſolemnitatem, in foro conſcientiæ debet obſeruari. vide Mantic.de coniectu. vltim. volunt. lib. 2. titu. 14.

De publicatione teſtamenti, & qualiter poſsit probari,vide per Ioſeph.Ludo.deciſ.53.Luc.

Voluntas teſtatoris probata poteſt auctenticari.ibid.nu.12.& 20.

Teſtibus eſſe fidem adhibendam Iudex pronūciare poteſt ſimpliciter,quando dubitat, an probent teſtamentum.ibid.nu.21.& teſtamētum an teneat vbi eſt dubium, pro eius validitate Iudex pronunciare debet.Gram.deci. 103. nu.145. faciunt l.11.C. de probatio.& l. 10.ff.de inoffi. teſtamen.

Teſtamentum quando petitur publicari eſt neceſſaria examinatio teſtium, & teſtes debent deponere de tenore teſtamenti,& circunſtātijs, & eſt neceſſarium,vt deponant formalitatem verborum teſtatoris. Ioſeph. Ludo. d. deciſ.53.Luc.nu.26.

Quando teſtamentum probatur per teſtes, debent ipſi deponere per eundem præmeditatum ſermonem, & per eadem verba. Franc. Marc.q.898.par.1.& q.193.par.2.

Teſtamentum quando quis vult probare per teſtes in minori numero,quàm de iure communi requiritur,debet articulare, & probare illos teſtes omni exceptione maiores. Ioſeph. Lud.d.deciſ.Luc.53.num.33.

Quatuor ſunt pfectiones teſtī,de quib.ibi.nu.6.

Conſuetudo detrahēs formæ teſtamenti in modo probandi,valet. Aegi.Bellam.cōclu.645.

Teſtium atteſtationes ſuper teſtamento verbali vim inſtrumenti, & teſtamenti nuncupatiui habent, quid, ſi ſint deperditæ, an teſtes denuo examinati poſsint etiam poſt publicationem, & an Notarius teneatur ad intereſſe, cuius culpa amittuntur, vide Marc. quæſt.193.part.2.

Teſtes teſtamentarij,niſi,de toto teſtamēto deponant,non probant.Marc. q.305.nu.8.

Publicatio teſtamenti manu priuatæ perſonæ ſcripti, fit coram Iudice vocatis ſuccedentibus ab inteſtato, examinatis teſtibus teſtamentarijs, & ſi in tali teſtamento non interuenerint ſolùm quinque teſtes, & in eo non fuerit facta hæredis inſtitutio, valebit in vim codicillorum, licèt fuerit petitum publicari, vti teſtamentum.Hiero.Mago. deciſ.Luc.32. de publicatione teſtamenti vide per Franc. Mant.de coniect.vltim.volunt.lib.1.tit.6.

Legatū,& hæredis inſtitutio, ſine ſcriptura per teſtes probari poſſunt. Gome. Leo. deciſ.13. in deciſio.diuerſo.Tom.2.

Teſtamentum factum in rure,vel villa, fit minori ſolemnitate.idem Gome.deciſ.55.

Tabellioni aſſerenti ad ruſtici teſtamētum adhibita diligentia non plures, quàm quinque teſtes repertos,fides adhibetur. Pet.Roy.deciſ.2.litua.nu.30.in deciſio. diuerſo.

Probari pōt per teſtes,quod fuit dictū à teſtatore,& à Notario prætermiſſum, & quo per teſtes probetē declaratio volūtatis, vide Mant. de coniect.vltim.volun.lib.12.tit.16.

Sententia Senatus Mediolani in materia probationis teſtamenti oretenus facti, ſcribitur per Raud.tract.de analog. cap.31. nu.fin.

Teſtis teſtamentarius an ſibi præiudicet in his, quæ continentur in teſtamento,vide Papon. lib.21.tit.1.arreſt.20.

Qn̄ teſtes teſtamentarij deponunt primò teſtm̄ fuiſſe factū ſub certa die deſcripta in teſtamēto, in quo Notarius errauit circa appoſitionem diei, ſi ipſi teſtes poſtea repetiti dicant fuiſſe rogatū ſub alia die,nō dicuntur periuri,neque vari,ideò probant.Crauet.conſi.65.

Teſtes inhabiles, ſcilicet affines, & conſanguinei hæredis,an ſint idonei,vide Crau.cōſ.72.

Speciale eſt in teſtamentis,vt requiratur, quòd teſtes videant teſtatorem, & audiant ipſum loquentem.Clar.in §.teſtamentum. q. 59. vide Dec. conſi. 354. Matheſ. ſing. 224. an legatarius poſsit eſſe teſtis,vide Clar.quæſt.57.

Inſtr̄m teſtamēti an vacillet,qn̄ vnus, vel plures teſtes illi contradicunt, vide Menoch.de arbitra.lib.2.caſ.105.nu.16. & ſupra lib.1.tit.de probatio.prælatio.

Solēnitates ſunt adhibēdę in teſtō ad euitandū falſitates:ideò dubitari cōtingit,an teſtes teſtamētarij debeāt eſſe in eodē loco, vbi teſtator conficit teſtamentum, & qn̄ dicātur eſſe in eodem loco, relinquitur arbitrio Iudicis. vide Menoch.de arbitra. lib.2. caſ.486.

Per

Per quos teſtes inſtitutio poſsit ꝓbari,& quid, qñ quis ꝓbare vellet aliquid omiſſum in teſtamento per errorem, vide Dec. conſi. 105.

Licèt legatarius poſsit eſſe teſtis in teſtamento, tamen ſi quæſtio ſit ſuper re legata, nō poterit in ea cauſa ferre teſtimonium. Hartm. Hartm.c.10.lib.2.tit. de teſtam.minus quando teſtamentum poteſt probari per duos teſtes.Bar.in l.9.C.de teſtibus.

Teſtator ſi declarauerit illum velle eſſe hęredē, quem ſcripſit in ſchedula (relicta apud guardianum S.Franciſci) illa declaratio duob.teſtibus poteſt probari.Menoch.cōſi.176.lib.2.

Niſi teſtes deponant de toto tēpore teſtamenti, non ꝓbant: idcò ſi aliqui deponant plus, aliqui minus, nō probant etiam in eo, quod ſunt concordes.Pet.de Raue.ſing 705

Teſtamēto deperdito, eius amiſsio poteſt probari per duos teſtes,& ſufficit. Pet. de Raue. ſing.750.Hippol.ſing.156.Marc.de Mātſing. 63.& tunc probata amiſsione, valebit probatio facta per duos teſtes de contentis in teſtamento. Ant.Corſet.ſing.85.

Teſtes non habentes conteſtes,licèt ſingulares cenſeantur,ac proinde non probent, ſi tamē teſtes ſeptem de teſtamento deponant,& cōteſtes ſint, licèt de pſentia ipſorum interrogati, dicāt ſe non recordari, ob id ſingulares videantur, nihilominus plenam probationem faciunt. Hippol ſing 401.

Septem teſtes requiruntur ad probandum teſtamentum, & voluntatem defuncti, dictum limitatur tribus in caſibus, de quibus vide per Marc.de Mant.ſing.63.

Teſtamenti pars non pot ſt probari per ſeptē teſtes, dicentes ſe illud ſcire, nec quicquam plus,& alia pars per alios ſeptem: fallit, quādo ex dicto teſtis appareret ipſum fuiſſe præſentem toti teſtamento, licèt dicat ſe non recordari de omnibus in eo contentis. vide Anto.Trigo. ſing 69.

Teſtes ſuper viribus teſtamenti, poſſunt examinari ante litem conteſtatam Bar.in Authen. ſed & ſi quis,nu.5. C. de teſtib.

Voluntas inualida coram quinq; teſtibus confirmatur, voluntas obſcura coram duob.declaratur.Bar.in l.1.C.de codicil.

Teſtes ſi dicant, quòd teſtator inſtituit hæredem Titium, poſtea Sempronium, cēſentur ambo inſtituti. Bar.in l.7.nu.10.ff.ſolu.matri.

Teſtes dicentes audiuiſſe Titiū inſtituiſſe Sçiū in hæredem,non probant,niſi dicant ſe adhibitos,& rogatos. Bar.in l.25 ff.de milit.teſta.

Teſtatorem potuiſſe teſtari qualiter probetur, vide Bar.in l is poteſt.nu.22.ff.de acq.hæred.

Teſtes quot ſufficiant ad probādum iudicium nouæ voluntatis, vide per Bart.in l.1.§.ſed ſi filiusfa.nu.7.de lega.3. & teſtamentum inualidum qñ reconualeſcat,& qñ non,vide ibid.

Qui ſe teſtamento ſubſcribit vt teſtis, nō videtur approbare quæ in teſtamento apponuntur.l.39 ff.de pigno.actio.

Hermaphroditus an ad teſtamentum adhiberi poſsit, qualitas ſexus incaleſcentis oſtendit. l.15.§.fin ff.de teſtib.

Plures de vna domo non prohibētur eſſe teſtes in teſtamento alieno.l.17.ff.eod.

Dicto vnius teſtis ſtatur ex voluntate, & diſpoſitione defuncti, cuius ſolius diſpoſitioni ſtaretur l.15 ff.de dot. præleg.

Verba enunciatiua etiam ad alium finem prolata, fauore piæ cauſæ inducit diſpoſitionē. Afflict.deciſ 337.nu.7.

Voluntas alterius fauore piæ cauſæ ſecretè cōmittitur,& teſtator poteſt diſponere, quòd credatur vni teſti. Afflict.deciſ 371.

In teſtamentis ad pias cauſas non ſunt neceſſariæ ſolemnitates iuris Ciuilis, ſummodo cōſter de voluntate teſtatoris. Boer. conſi.48. ſed quando valeat diſpoſitio ad pias cauſas, vide Dec conſi 159. & conſi.488. Clar.in §. teſtamentum q 5 6.7.& 55.

In relictis ad pias cauſas, non attenduntur ſolemnitates requiſitæ in teſtamento ex diſpoſitione ſtatuti. Dec. conſi.504.

Schedula ſcripta manu teſtatoris abſq; teſtibus, & clauſula denotāte perfectionem, & finem diſpoſitionis, in qua reperitur inſtitutio in. cetris bonis ad pias cauſas, valet, etiam quo ad alia, de quibus teſtator non diſpoſuit Menoch conſi.224.lib.3.

Valet teſtamentum conditum ad pias cauſas per verba enunciatiua, etiam propter aliud prolata.c.fin.ex de ſucceſsio. ab inteſt.

Vltimarum voluntatum octo ſunt ſpecies, quæ tradūtur per Guid Pap.q.543. & quot teſtes requirant,vide ibid.

Teſtamentum ad pias cauſas factum coram curato,& duobus teſtibus tenet, duobus concurrentibus: Primò, quòd teſtator ſit ægrotus: Secundò,quòd decedat ex ea infirmitate. vide Guid. d.deciſ.543. Boer. deciſ 93.& 228. de hoc teſtamento ad pias cauſas, vide Clar.in ſua Pract.§.teſtamentum, Batt.in l.1. C. de Sacroſanct. Eccleſ. in quo ſolemnitates iuris ceſſant. Abb conſi.11.

In omni teſtamēto regulariter requiruntur ſeptem teſtes, vel octo: fallit Primò in teſtamento militis: Secundò in teſtamento corā Imperatore facto, vel etiam coram quocūq; Iudice condito, in quo non requiruntur teſtes Myſing.obſer.29.cent.6. Tertiò fallit in teſtamento inter liberos, in quo duo ſufficiunt: Quartò in teſtamento ad pias cauſas, & in

& in teſtamento ruſtici ruri condito, vide Boer.deciſ.228.Clar.in §.teſtm̃.q.55. & ſeqq.

Conſuetudo cõficiendi teſtamẽta corã quinq; aut pautioribus teſtibus, valet, Boer.deciſio. 228. num.5.

Teſtamentum factum coram duobus teſtibus, & Parochiano Presbytero videtur validum, ſed quando, vide Boer.ibidem.Ioſeph.Ludo. deciſ.Luc 53.Hieto.Mago.deciſ.33. Luc.nu. 5.11. & 58.imò ꝙ non valeat, habetur in deciſ.71. Rot. Auenio. in deciſio.diuerſo.

Teſtamentum non eſt, nec dici poteſt teſtamẽtum ante mortem teſtatoris. Raud.tracta.de analog.cap.27. nam vltima voluntas confirmatur morte.c.6.ext.de celeb.Miſſa.& ſumit vires à morte teſtatoris. Abb.conſi.4.lib.2.

Teſtes non requiruntur ad ſubſtantiam teſtamenti Principis.ibi.Raud.n.34. in quo teſtamẽto non requirũtur ſolẽnitates ad eius validitatem, & ita iudicauit Senatus Mediol.vt teſtator idem Raud. eod.tracta.cap.28. vide Menoch.conſi.351.nu.8.lib.4.

Teſtamentum debet probari per ſeptem teſtes adeò quòd, ſi vnus deficiat, non ſit locus iuramẽto ſuppletiuo. Crauet. cõſi.25.nu.14. & Natt. conſi. 423.

Ciuis exiſtens in villa non poteſt facere teſtamentum coram quinque teſtibus, ſed ruſticus indiſtinctè poteſt, ſi plures haberi non poſſunt, ſed qualiter hoc ꝓbetur, vide Bar.in l.cõficiunt.§.codicilli.ff. de iur.codicil.

Teſtamentum ruſtici debet probari per quinq; teſtes, & coram Iudice, ſi non ſit ſcriptũ manu publici Notarij; ſed an ſcriptura in teſtõ ruſtici neceſſariò requiratur, vide Bar. ibid.

Si teſtator teſtamentum ruptum coram quinq, teſtibus confirmet, illud iure codicillorum valere facit.l.1. C.de codicillis.

In vltima voluntate non requiritur præſentia grauati, vel onerati, nec etiam coniunctorum.l.4 C.de codicil.

Teſtamentum factum in loco domicilij, debet illius iure regulari, & non ſecundum locum originis. Boer.deciſ.13.nu.23. nam locus teſtamenti (in ſolemnitatibus) inſpicitur, in quo teſtamentum factum eſt. Barto.in l.2.C. quemad.teſtam.aperia.

Statuto induci poteſt, vt teſtamentum coram duobus teſtibus factum valeat, & tale teſtamẽtum ſortitur ſuum effectũ, etiã quo ad bona extra territorium ſtatuentium ſita. Myſin. obſer.20.cent.5.vide And. Gail.obſ.123.li.2.

Teſtamentum ſecundum conſuetudinem loci factum vbique valet extra territorium, quod procedit etiam in forenſis teſtamento, vt valeat quo ad bona vbicunque ſita. And. Gail. obſer. 123. lib.2.

Teſtamentum conditum in loco exempto (veluti in monaſterio ſito intra territorium ſtatuentium) ſtatuti ſolemnitate non ſeruata, ſuſtinetur, maximè ſi fuerit factum à forenſe. Natt.conſi.643. & Rol.conſi.33.vol.3.

Teſtamentum factum non ſeruata forma ſtatuti ob aliquam neceſsitatem, non vitiatur, licèt aliàs forma ſtatutaria non ſeruata, nõ valeret. Rol.conſi.30.vol.3.

Si per ſtatutum circa confectionem teſtamenti aliquid fuerit diſpoſitũ, quid iuris, vide per Bar.in l.1. C.de ſumma Trinitate.

Quid operetur illa clauſula ſolita apponi in teſtamento, quod ſi non valeat iure teſtamẽti, valeat iure codicillorum, &c. & omni meliori modo, vide Gram. deciſ.62.nu.19. & Tho. Minad.deciſ.fin nu.12.

Clauſulæ conſuetæ apponi in teſtamento per Notarios, ſemper haberi debent pro expreſſis, & appoſitis, etiã ſi fuerint penitus omiſſę, vide ibid.Gram.nu.20.

Licèt teſtamentum non valeat, in quo filio aliquid relinquitur abſque titulo inſtitutionis, tamen ex illa clauſula, vt teſtm̃ valeat omni meliori iure, cenſetur inſtitutus, & hoc caſu vnus titulus transmutatur in alium, per quẽ teſtm̃ ſuſtinetur. Tho.Minad.deciſ.43 nu. 13.

Quoties teſtamentum non valet in primo gradu, incipit à ſecundo.ibid.nu.14.quia diſpoſitio de primo actu intellecta, non conſumitur per actum inualidum. ibid.nu.15.

Teſtamentum nõ ſuſtinetur vt nũcupatiuum, ſi teſtator in ſcriptis teſtari voluerit, & de hoc proteſtatus fuerit, ſed q̃d, ſi fuerit appoſita clauſula, quod valeat omni meliori modo, vide Vera.deciſ.260.par.3.

Clauſulę teſtõrũ an intelligantur ſcriptæ de voluntate teſtatoris, vel de ſtylo tabellionum, vide Mant.de coniect. vlt.volun.lib.3.tit.14.

De coniectura, quæ ſumitur ex teſtamento imperfecto, vide eundem lib.3.titu.20.

Id, quod ex noſtra voluntate depẽdet intelligimur facere oĩ iure, quo melius facere poſſumus, adhoc vt actus valeat.l.3.ff.de mil.teſta.

Teſtamẽtum factum, ſeu codicillus ad alterius interrogationẽ, non tenet.Gram.deciſ.73.vide tamen ibid.nu.34. & 36.

Teſtes deponentes, ꝙ verba teſtatoris clarè nõ exprimebantur, nec percipiebañ, ſed videbañ extorta ad nimiã alterius importunitatẽ interrogantis faciunt, vt relicta in tali diſpoſitione non teneant.Gram.ibid.nu.2.

Perſona valde dilecta teſtatori facit, vt ratio ſanguinis fuerit cã finalis relicti.ibid.nu. 5.

Teſtator dum loqui non poteſt propter morbum, ſeu aliter, ſi tamen cognoſcitur eius voluntas per ſigna, debet eo caſu Notarius ſcribere,

bere, quòd cùm interrogatus propter morbum non poſſet loqui, aſſenſit humeris, & annuit capite. Gram. deciſ. 73. nu. 31.

Teſtamentum an valeat, in quo hæres inſtituitur ad interrogationem alterius, vide per Crau. conſi. 117. non valere ſcripſit cõſi. 143. contrarium tamen tenet Dec. conſi. 489. vide Menoch. conſi 45. vol 1.

Licèt facultas teſtandi in his, de quibus teſtari non licet, ſit ſtrictè interpretanda: tamen illa regula communiter intelligitur, & limitatur, vt non procedat, quãdo effectus diſpoſitionis minimè conſumitur, & completur in primo actu ſecundum mentē diſponentis, ēt in materia ſtricta. Tho. Minad deciſ. 47. nu. 10.

Teſtamenti viam agreſſus vt hæres, non poteſt poſtea agere iure codicillorum, aut fideicõmiſsi Boer. deciſ. 33.

Locus, & tẽps in teſtõ debent apponi. Boer. ibi. nu. 17. ſed ſi locus loci omittatᷣ, intelligitur de loco, vbi teſtator domicilium habet. l. 39. §. fin. ff. de condi. & demonſtra.

Teſtamenta poſſunt condi nocturno tempore, luminibus tamen aſcenſis. Ioſeph. Ludo. deciſio. Peruſ. 116. ſine quibus non valēt. Mant. de coniect. vlti. volu. lib 2. tit. 8 nu. fin.

Teſtamentum coram Principe factum, & publicatum, omnem ſolemnitatem habere cenſetur. Guliel. Caſſad. deciſ 22. nu. 5.

Teſtamentum verbale publicatũ, vocatis quorum intereſt, fidem facit, etiam ſi originale deperditum ſit. Mant. de coniect. vlti. volun. lib. 2. titu. 2. num. 13.

Teſtamenti publicatio viuente teſtatore fieri poteſt. ibid. nu. fin.

Ex duobus teſtamētis factis eodem die, vtrum præferatur, ſi vnum habeat horam, vide Iac. Put. deciſ. 321. lib. 1.

Coniuges ſimul poſſunt teſtamentum facere, & tunc cenſenᷣ duo teſtamenta Myſing obſer. 8 cent 1. Andr. Gail. obſer. 117 libr. 2. & valet diſpoſitio mariti, ſcripta in diſpoſitione vxoris, quã fecit ſolam executricē. Io Gal. q. 65.

Teſtamenti ſcriptura ſufficit, vt legatur coram teſtatore, licèt coram eo non fuerit ſcripta. Mago. deciſ 33. Luc. nu. 52.

Dictantibus teſtamentum nihil obſtat, quominus ex eo ipſi poſsint capere, imò ſi hæres ſcripſerit teſtamētum, & Tabellio iuſſu teſtatoris illud ſignauerit corã teſtibus, valebit. Gomez. Leo. deciſ. 57 in deciſ. diuerſo.

Quod teſtator dictauit, & teſtamentum ſuum eſſe declarauit, valebit, etiã ſi antequàm Tabellio ſcriberet, mortuus ſit. idē deci. 58. vide tũ Guliel. de Ludo. ſing. 148. & l. 11. de lega 3.

Voluntas diſtributoria alteri committitur in teſtis, non diſpoſitoria. ibid. d. deciſ. 58.

Schedula teſtamēti reperta in libro Notarij, quæ non apparet, q̃ fuerit lecta, an probet, vide Bar. in l. 9. §. quoties, de leg 3.

Legata, & alia geſta in vltimo vitę ſpiritu facta, valent. Rot. Auenio deciſ. 32. in deciſ diuerſo. Tom. 2. fol. 33. vide Fran Mant. de coniect. vlti. volun. lib 2. tit. 6 fol. 18.

Teſtamentum ſine hæredis inſtitutione fieri nõ poteſt, nec valet Ioan. de Peruſia ſing 1. & certa demonſtratione, debet demonſtrari. Bar. in l. 12. ff. de bono. poſſeſ. ſecund. tabul. vide glo. in l. 15 ff. de milit. teſtam. ideò hęredis inſtitutio argumentum eſt, quòd quis voluerit teſtari, & teſtamētum ſeptem teſtes rogatos requirit. vide Fran. Mant. tract. de coniectur. vlti. volunt. lib. 1. tit. 6. & de ipſa hæredis inſtitutione vide eundem ibid. lib. 4. titu. 1. cuius expreſsio ſufficit, ſi fiat à Notario, & valebit teſtamentum. Bart. in l. hæredes palã. ff. de teſtamentis.

Ex quibus coniecturis colligatur quem voluiſſe teſtari in ſcriptis, vel per nuncupationem, vide ibid. Manti. tit. 7.

Teſtamētum factum eſſe non præſumitur, quare alleganti aliquem teſtatum deceſsiſſe, incumbit onus probandi; non autem neganti, vide eundem lib. 2. tit. 1.

Ex quibus coniecturis colligatur aliquem voluiſſe facere teſtamentum, vel codicillos, vide eundem lib. 2. tit 3. Bar. in l. 1. ff. de iure codicil. ſi teſtator fecerit hęredis inſtitutionē, in dubio videtur voluiſſe teſtari. l. 13. §. tractari. ff. de iure codicil.

De coniecturis, quæ reſpiciunt ſubſtantiam teſtamenti, vide Manti. ibid. tit. 4.

Teſtamentum non publicatum eſt imperfectũ, etiam ſi Notarius fuerit adhibitus. ibi. nu. 6. vide Boer. conſi 48. nu. 7.

Teſtamentum præſumitur publicatum ſi Notarius ſcripſerit, actum coram me, & teſtibus. ibid. num. fin.

An valeat teſtamentum eius, qui iuſsit cadauer debere tumulari cum cantu, & alacritate, & rubeis veſtibus, & ex quibus ſignis præſumatur quis furioſus, vide ibid. n. 9. de validitate teſtamenti eius, qui fatuam, vel turpem conditionem adſcripſerit in ipſo teſtõ, vide per Pet. Roy. deciſ. 1. Litua. in deci. diuerſo. To. 2.

Si teſtamentum ſine ſolemnitatibus factum ſit ab eo, qui in loco conditi teſtamenti habet merum, & mixtum Imperium, præſumitur à ſe ipſo inſinuatum, & ideò valet. idem Mant. libr. 2. titu. 8.

Teſtamentum an ſolemne pręſumatur, pro affirmatiua ſcribit Bald. ſing. 129. niſi cõtrarium probetur, vide Bar. in l. 4. C. de iuris & facti igno. Dec. cõſi. 11. & an teſtes teſtamentarij

præſu-

præſumantur idonei, vide Manti. ibid. titu. 9.10.11. & 13.

Teſtamentum non ſolemne præſumitur falſum quo ad pœnam Notarij, ſecùs quo ad alios effectus. vide eundem lib.2.tit.13.& Bar.in l. 4.C.de iuris,& fact ignor.& quib.ex cauſis teſtamentum reddatur ſuſpectum de falſo, vide per Crau.conſi.28.Menoch.conſi.313. nu. 40.lib.4.& tunc ſuſpitio falſitatis,pro falſitate habetur in ciuilibus. Menoch.ibid. & inſtrumento non adhibetur fides.Crauet.ibid. nu.9. & Menoch.nu.39. d.conſi.313.

Quemadmodum teſtamētum debeat ſuſtineri, & ex quibus, vide Mant.ibid.tit.15.probatur tamen falſum ex ſuſpitionibus,ſed ex quibus ſecundum teſtamentum poſsit argui de falſo,vide Natt.conſi.124.

Quæ ſolemnitates requirantur in teſtamento eçci, vide Clar.in §. teſtamentum.q.17. Rol. conſi.82.volum.2.

Executio teſtamētorum per modum prouiſionis fit pendente lite; ſed quomodo, & quando,vide Rebuff in ſuis comment.tract.de ſenten.prouiſio nu.69.

Teſtamentum celans, vel inſtrumentum pœna falſi tenetur. idem ibid.Tom.2.tracta.de benefic.caduc.glo.4.nu.9. Tom.1.

Teſtamentum in fauorem adminiſtratorum factum,non valet.Rebuff.in ſuis cōment tract. de donatio.& alijs diſpoſ.glo.6.fol.555.

Voluntas teſtatoris non attenditur, niſi determinatè diſponat: ideò verba futuri tēporis non inducunt diſpoſitionem. Dec.conſi.59.

Verba teſtamenti debent interpretari, ne contradicant. Dec.conſi.317.

Hodie duo tantùm ſunt genera teſtamentorū, nempe teſtamentum in ſcriptis, & ſine ſcriptis, ſed quæ requirantur ad hoc, vt valeat vtrunq; teſtamentum, vide Caſſan.in cōſuet. tit. *des ſucceſsions* Rub.7.§.4.glo.fin.

Etiam contractus poſſunt fieri in teſtamento, ſed non ècontrà. Caſſan.ibid.§ 5 glo 2.

Voluntas teſtatoris tollit oēm ſuſpitionē fraudis. Bar.in Auth.minoris C.qui dare tutores.

Hæredis nomen quando eſt ſingulare non eſt neceſſe,quòd aliter exprimatur.Bar.in l.8.C. qui teſtam.face. poſſu.

Accuſans teſtamentum de falſo,& ſuccumbens perdit ea,quæ ſibi per illud teſtamentū ſunt relicta. Bar.in l.2.C.de his,quibus,vt indign, hæred.aufer.ſed quid de eo,q dicit teſtamentum nullum,vel non iure factum, vide ibid. nu.7 & an, & quādo qs petere poſsit aliquid ex teſtamento, quod viſus fuit impugnare, vide Dec.conſi.317.

Voluntas ſi eſt certa non curatꝰ de ordine. Bar. in Auth.hoc amplius. C. de fideicom.& hæres non implens voluntatem defuncti intrà certum tempus punitur. ibid. nam voluntas defuncti debet per omnia adimpleri. c. 4. & 15.ext.de teſtamentis.

Teſtamentum, quod fit ad cōſilium Sapientis, quando fieri poſsit, & qd poſsit tunc Sapiēs addere, vel declarare.& facere, vide Bar.in l. illa inſtitutio 32.ff.de hæred. inſtituen.

Verbum, relinquo, quando alius non eſt hæres inſtitutus,trahitur ad inſtitutionem.Bar.in l. 48. ff.de hæred.inſtitue.

Teſtamentum,in quo maſculus fuit hęres inſtitutus,& filiæ relicta fuerunt centum,non valet. Bart.ibid.

Teſtator quando poſsit facere, quòd leges non habent locum in ſuo teſtamento, vide Bart. conſi.156.volum.1.

Teſtatorē perſeuerare velle in eadē voluntte, ꝓbatur ꝑ indicia.Bar.in d.l.9.§.ſi rē.de leg. 3

Teſtm̄,in quo fit mentio de alio inſtrumento, probat contra teſtatorem, vel eius hęredem. Bar.in l.35. §. codicillis delegat.3.

Hæres voluntarius,& non neceſſarius poſt aditam hæreditatem,præſumitur habuiſſe notitiam teſtamēti,ſed poteſt probabiliter ignorare legata in codicillis relicta. Bar. in l.25. ff.de libera. legat.

Legitima voluntas dicitur, quæ non refragatur legibus. Bar.in §.1.Auth. de hæred.& Falcid. in 6.vide etiam in §.his ibid.

Teſtamentum ſcriptum per Notarium,ſi negetur, & teſtes ſint demortui, an fidem faciat, vide per Bar. in §. ſed cum aliquis, inſtitu.de teſta.ordina. quòd fidem faciat ſcribit idem Bar.conſi.62 vol.2.

Teſtamentum ſcriptum per Notarium, in quo pater ipſius erat hæres inſtitutus, an valeat, vide Bar. conſi.16.lib.1.

Teſtator poteſt prohibere,ne alicui acquiratur ex legis diſpoſitione,& illi legem imponere. Bar.q. 12. nu.12.

Fauendum eſt vltimis volūtatibus, & quilibet de rebus ſuis poteſt diſponere. l. 1. C. de Sacroſanct.Eccleſ.

Quomodo publicetur, vel inſinuetur teſtamentum,vide l.repetita.C.de Epiſco.& Cleric.

Teſtamētum nō poteſt pro parte complecti, & pro parte impugnari.l.7.ff de bonis liber.vide l.15.§.filius.ff.de inoffi.teſtam.

Verbis teſtatoris enunciatiuis non ſtatur, nec creditur, ſi contrarium appareat.l.10. C.cōmun.vtriuſque iudi.

Voluntas teſtatoris expreſsè, & directò nō debet pēdere ex alieno arbitrio. l. captatorias. ff.de hæred inſtitu.& l.32.eod.

Qui teſtamentum deleuit tenetur legatario, & hæredi de dolo,l.36.ff.de dol.mal.

Hæredi-

Hæreditas extraneis teſtaméto tantùm datur. l.5.C.de pact.conuent.

Per cõtractũ ab exhæredato cũ hęrede factum, vr̃ teſtm̃ approbari. l.23.§.pen.ff.de inof.teſt.

Qui eſt Aduocatus, vel procurator ꝓ hærede, vr̃ approbare teſtamentum, nec amplius poterit illud impugnare.l.fi.ff.de inoffi.teſtam.

Qui eſt hæres legatarij, vel legatum petit, videt̃ teſtamentum approbare.l.fi.§.fi.ff.eod.

Verba teſtatoris debent intelligi ſecundũ conditionem perſonæ, ad quam diſpoſitio confertur.l.12.§.equitij. ff. de vſu,& habita.

Teſtm̃ ét ſolemniter factũ, non eſt publica ſcriptura.l.2.& ibid.gl.C.quemadmo.teſta.aper.

Interpretatio vltimæ voluntatis ſpectat ad Iudicem.l.7. C.de fideic.

In quo differat teſtm̃ nuncupatiuum in ſcriptis redactum per Notarium, à teſtõ in ſcriptis facto adhibitis ſolemnitatibus requiſitis,& an eadem ſit probatio amborum, vide glo.in l. fi. C. de fideicom.

Cõmemoratio donationis inter viuos facta in teſtõ, ſi non appareat de donatione inter viuos, habet vim teſtamenti l.5.C.de donatio.

Non valent diſpoſita in teſtamento, niſi adeat̃ hæreditas, ſaltem per vnum ex hęredibus.l.9. C.de teſtamen. tutel.

Quid iuris, quando teſtator aliquid cõfitetur in teſtamento, vel aliter quid egerit, vide Auth. de iureiura.à morien.præſt.

Si vult aliquis facere teſtm̃, & venientes ab inteſtato non patiantur Notarium venire, tũc Iudex ire debet, vel mittere Notariũ, vt poſſit teſtari.l.22.ff.de teſtib.

Verba enunciatiua in vltimis voluntatibus diſpoſitionem inducunt. l.16.ff. de donatio. & probationẽ eorum, quæ in teſtamento ſunt geſta.l.66.de legat. 2.ſecùs ſi conditionaliter fuerint prolata.l.19. ff.de hæred. inſtitu.

Teſtm̃ patris, & filij impuberis habetur ꝓ vno, & ſufficit vna ſolemnitas, ſi conficiatur vnico contextu,& vnũ poteſt confici in ſcriptis, & aliud nuncupatiuè.l.20 ff. de vulgari.

Nemo põt ſibi legẽ imponere, à qua nõ liceat recedere: iõ ſi teſtator dicat nole reuocare teſtm̃, hoc nõ obſtante poterit illud reuocare, ſi exp̃ſsè dicat eũ pœnitere prioris diſpoſitionis,& volũtatis.l.6.§.licèt.ff.de iur.codi.

Teſtm̃ niſi vnum, & vltimũ eſſe præſumitur, niſi aliud, & poſterius oſtendat̃. Marc.q.193 n.8. vide Mant.de coniect.vlti. volunt.lib.2.tit.2.

Valent codicilli facti medio tp̃e, quo quis erat inteſtabilis, ſi tp̃e teſtamenti, & mortis erat teſtabilis.l.8.§.ſi poſt.ff. de iure codicil.

Si legatum non valeat ab initio, cõfirmatur ex poſtfacto, impedimẽto ex vltima voluntate teſtatoris ſublato, d.l.8.ſi ei ſeruo.

Principale non põt confirmari ab acceſſorio: ideò teſtamentum non confirmatur à codicillo, ſed codicillus à teſtamento.l.quod per manus. ff.de iure codicil.

Voluntas teſtantis ea præſumitur, quæ de iure eſſe debet.l.92. de legat.1.

Quot modis interpretetur, & probetur voluntas teſtatoris, vide per Bar.in l.2.ff.de vulgari.& Alex.conſi 81 vol 4.

Confeſsio debiti facta à teſtatore non probat debitum, ſed fideicommiſsi petitionem inducit.l.90.§.quiſquis, de lega.2.

Teſtm̃ mortui dẽt exhiberi cuilibet petenti, & eius habenti intereſſe.l.1. ff.de tabul.exhib.

Diſpoſitio reſpiciens ſolam auctoritatẽ defuncti, non commodum alterius, nõ iure actionis, ſed per officium Iudicis effectui demandatur.l.7. ff. de annuis legat.

Verba à teſtatore pro lata debẽt intelligi, vt aliquid operentur, ne aliàs diſpoſitio reddatur inutilis.l 32.§.filios. ff. de vſu,& vſuf.legat.

Defuncti iudicio nõ in parte, ſed in toto parendum eſt.l.15.& ibi gl.ff.de alim.& ciba.legat.

Ambiguitas in teſtaméto benignè interpretari debet ſecundum id, quod credibile cogitatum fuerit.l.25.ff.de reb.dub.

In his, quæ extra teſtamentum incurrunt, poſſunt res ex bono,& ęquo interpretationẽ capere; ea verò, q̃ ex ipſo teſtamento oriuntur, neceſſe eſt ſecundum ſcripti iuris rationem expediri.l.16.ff.de conditio.& demonſtra.

Defuncti voluntas non ſemper ſeruatur.l.23. & ibi glo. ff.de pollicitat.

In teſtamentis plenius voluntates teſtantium interpretamur.Reg.in teſtamentis.

In paganico teſtamento quis non poteſt pro parte teſtatus,& pro parte inteſtatus decedere.l.7.ff de reg. Iur.

Non dẽt doli exceptio nocere his, qb. voluntas teſtatoris nõ refragat̃.l.20.§.nõ ſolet.ff eod.

Si in teſtõ ponatur clauſula, ꝙ valeat iure contractus, erit irreuocabile: quia contractus in eo celebratus reuocari non põt. vide gl.in §. 1.inſtitut.quib. ex cau. manumit.non liceat.

Aliqua ꝑmittuntur in vltima voluntate, quę nõ permittuntur inter viuos.§.2.inſtitu. eod.

In vltimis voluntatib. volũtas diſponentis pro lege ſeruatur, ſi legibus non repugnat.§.diſponat, Auth.de nupt.

De teſtamento in ſcriptis.

TEſtamentũ ab incipiẽte mori factũ, & ſigillatũ ĩ abſentia teſtatoris, an validum ſit, vide Afſl.deciſ 69.

Teſtamentum in ſcriptis quæ requirat, vide per eundem deciſio. 143. quibus deficientibus erit nullum, & inualidum

ualidum declarari debet.ibidem.

Teſtamentum ſuppoſitum innalidum eſt,& Notarius in teſtamento teclpiendo in ſcriptis, debet eſſe rogatus, & de tali rogatione conſtare debet. Afflic.ibid.

Teſtari in ſcriptis qñ apparet teſtatorem voluiſſe,non valet tale teſtamentum vti nuncupatiuum. idem deciſ.143.nu.6. qnod limita, qñ adeſſet clanſula, omni meliori modo,via, &c.vide d.deciſ.143.& ſeq.Veta.deciſio.260. par.3.Cabal.milleloq.359.Fran.Mant.de cõiect.vlti.volunt.lib.2.tit.7.Clar.in §.teſtamentum.q.4.& Menoch. conſi.311.lib:4.

Teſtamentum in ſcriptis,in qno nullns teſtis dicit ſe ſubſcripſiſſe loco teſtatoris imperiti, qui neſciebat ſcribere, non eſt validum.Affl. deciſ. 144.

De teſtamento in ſcriptis,quãdo reddatur nullum, de materia,& ſolemnitatibns ipſius vide per Gram. deciſ.62.

Solemnitas à iure Ciuili requiſita in teſtamentis,non poteſt per teſtatorem remitti: ideò teſtator non poteſt mãdare teſtm̃ in ſcriptis poſſe aperiri per Notarium, non ſeruatis ſolemnitatib.à iure requiſitis, ſi vult tale teſtm̃ valere.Vinc.de Fran.deciſ.429.par.2.

Teſtamẽtum ſnum vbi qnis ſcripſerit ſolemne, debet illud ſignare ſuo ſigno,& curare, vt ſignetur ſigillis teſtium adhibitorum. Boer. conſi. 48.

De ſolemnitatibus requiſitis in teſtamento in ſcriptis, qualiter tale teſtamẽtum aperiatur, pnblicetur, & ſuſtineatur, licèt deceſſerit aliquis ex teſtib.vide per Rol.conſi.36.vol.1.

Teſtamentum mann teſtatoris ſcriptum quib. modis fiat,& legi in præſentia teſtinm quando non oporteat,& facere teſtm̃ ſecretè quæ vtilitas,vide per Boer.deciſ.13.n.11.16. & 17.

Subſcriptio, & ſignum Tabellionis in teſtamento in ſcriptis an ſufficiat, vt apponantur per Notarium poſt mortem teſtatoris, in publicatione dicti teſtamenti, vide Gomez.Leo. deciſ.32.in deciſio.diuerſo. Tom.2.

Quando teſtamentum fit ſecretè in ſcriptis, & queritur de publicatione illius poſt mortem teſtatoris, quæ debeant obſeruari in ipſa publicatione, vide Menoch.conſi.180.lib.2.nu. 20. vbi ſcribit ſeptem requiſita, & titul. C. quemad.teſtam. aperia.

Quando teſtamentum in ſcriptis aperitur, teſtes adhiberi debent,ſi haberi poſsint, & tale teſtamentum quam fidem faciat, ſi teſtes ſint mortui, vel aliter haberi non poſsint,vide per Bart.in l.2. C. quemad.reſtam.aperia.

Quomodo differant teſtamentum in ſcriptis, & nuncupatiuum, vide Iul. Clar. in §. teſtamentum quæſt.4.

De teſtamento nuncupatiuo.

TEſtamentum nuncupatiuũ probari debet per ſeptem teſtes, licèt illud fuiſſe confectũ ſolemniter corã ſeptem teſtibus,per duos teſtes poſſit probari. Afflic.deciſ.14.nu.5.vide ſupra tit.de teſtamentis in genere.

Teſtm̃ nuncupatiuum,qđ Notarius non fuit ſtipulatus non valet. Afflic.deciſ.25. nu.4.vide ſupra titu.de teſtamentis in genere,ẽt ſi iam ſcripſerat imbreniaturam.Gram.deciſ.62.

Scriptura Notarij cõtinens hęredis inſtitutionẽ, & legata, ſi non apparet teſtatorem plus ſcribere voluiſſe,vel non, puta p ſnbſcriptionem Notarij,etiam ꝙ fuerit reperta inter notas,ſeu abreuiaturas ipſius,nou poterit reaſſumi.Gram.deciſ.103.nu.35.

Teſtamentum debet legi in præſentia teſtatoris, & de ipſius commiſsione, præſentibus teſtibus.Ioſeph.Ludo.deciſ.Luc.53.nu.35.

Teſtamentum nuncupatiuũ ad interrogationẽ Notarij conditum eſt validum, ſecùs in teſtamento in ſcriptis. vide Afflic.deciſ.134.& ſupra tit.de teſtament.in genere.

Teſtari in ſcriptis quando apparet teſtatorem voluiſſe, non valebit tale teſtamentum vti nuncupatiuum, vide tñ ſupra tit.prox.p̃ced.

Qñ conſtat teſtatorẽ voluiſſe teſtari in ſcriptis, licèt in præfationib. nominauerit teſtm̃ nuncupatiuum,tñ non dr̃ eſſe teſtamentum nuncupatiuum, dato ꝙ defectn aliquarum ſolẽnitatum,vt teſtamentũ in ſcriptis non poſsit ſuſtineri.Menoch.conſi.313.lib 4.

Teſtm̃ conditum à Seio,licèt ſignetur à teſtib. tñ erit nuncupatinum,& hæredis nomen, qñ eſt ſingulare non eſt neceſſe, quòd aliter exprimatur.Bar.in l.8.C.qni teſtam. face.poſſu.

Teſtm̃ nuncupatiuũ expreſsionẽ nois hr̃dis coram teſtib.requirit explicitè, vel implicitè p relationẽ ad aliam ſcripturã. Affli.deciſ.143.

Teſtm̃ nuncupatiuum de iure cõi, eſt conrentũ deſcriptione ſeptem teſtiũ, ſine ſubſcriptione,& tũc publico teſtamẽto ſubſcripto p Notarium ſtatur,& creditur. Affl.deciſ.166.n.2. vide Bar.in l.32.C.de fideic.de hoc teſtamento vide per Gram.deciſ.62.

Notariorum conſuetudo in teſtamentis nuncupatiuis qualis ſit,vide Afflic.ibid.nu.9.

Legatũ,& hæredis inſtitutio ſine ſcriptura per teſtes probari poſſunt.Gom.Leo.deciſ.13.in deciſ.diuerſo.Tom.2. qa in teſtamento nũcupatiuo non requiritur Tabellio, dummodo aliter legitimè probet.idem deciſ.55.

Pęna falſi,quæ imponitur illis, qui ſibi aſcribũt in teſtamento, non habet locum in teſtamẽt o nuncupatiuo.Guid.Pap.ſing.136.

De teſtamẽtis inter liberos, & parẽtes

OMne teſtamẽtum omiſsis ſolemnitatibus iuris inter liberos factum, valet; ideò in illo nõ requiruntur ſeptẽ teſtes, ſed ſufficiunt duo etiam non rogati, maſculi, vel fœminæ: in hoc enim teſtamento omnes ſolemnitates iuris ſunt omnino remiſſæ, & redactæ ad ſolemnitates iuriſgẽtium, quo diſpoſitum eſt in ore duorum, vel trium ſtare omne verbum. Boer. deciſ. 240. Clar. in ſua Pract. §. teſtm̃. q. 8.

Teſtamentum paternum imperfectum, puta coram duobus teſtibus factum, inter liberos valet. And. Gail. obſer. 112. lib. 2. Guid. Pap. q. 542. nu. 10. Boer. deciſ. 14. nu. 14. Bar. conſ. 61. vol. 2. l. 16. 21. & fin. C. famil. erciſc.

Quod ampliatur primò, vt nõ ſolùm procedat in teſtamento ſolemni, & in ſcriptis facto, verùm etiam in teſtamento nuncupatiuo. Gail. d. obſer. 112. lib. 2. nu. 4.

Secundò amplia, ſiue teſtes adhibiti ſint rogati, & vocati, ſiue non. ibid. nu. 5.

Tertiò amplia, quòd licèt mulieres vtroq; iure teſtes in teſtamẽto eſſe nequeant; tamẽ hoc non obtinet in teſtamento inter liberos, in quo admittuntur perinde fœminæ, atq; maſculi. Gail. d. obſer. 112. n. 5. Boer. d. deciſ. 240. Bar. in §. quod ſæpè, Auth. de trien. & ſemiſſ. Hart. Hart. c. 5. lib. 1. tit. de teſtam. vide tamen Natt. conſi. 124. Tom. 1.

Quartò amplia, quòd huiuſmodi teſtamentum paternum valeat quomodocunque factum ſit, etiam nuda ſcriptura ſine ſolemnitate, & teſtibus, vide tamẽ ibid. nu. 7. nam cedula à patre ſcripta continẽs eius voluntatem, valet inter liberos in vim teſtamenti. Clar. in §. teſtamentum. q. 14. ſed an ſchedula reperta in archa teſtatoris, probet teſtamentum etiam ſine teſtibus, vide Caſſan. in conſuetud. Burg. tracta. *des ſucceſsions* Rub. 7. §. 4. glo. fin. nu. 13. & Menoch. conſi. 267. lib. 3.

Quintò amplia, quòd hoc teſtamẽtum factum coram duobus teſtibus, habeat effectum teſtamenti, & non codicillorum. Andr. Gail. deciſ. 112. num. 13.

Sextò amplia, quòd ipſum teſtamentum non tollatur ipſo iure, vel etiam ope exceptionis per inciſionem, ſeu inductionẽ, & liturã teſtamenti, ſed requiratur expreſſa reuocatio, per ſecundum teſtamentum ſolemne, cum clauſula derogatoria. ibid. nu. 13.

Septimò amplia (ſecundum veriorẽ opinionẽ) ſiue pater inter liberos ſeruauerit æqualitatem, ſiue non, dummodo non grauet inlegitima. Gail. d. obſer. 112. nu. 23. Natt. cõſi. 622. vide Boer. deciſ. 240. n. 8. Gaſp. Cab. mill. 139.

Limita tamen concluſionem Primò, vt procedat, quando ſolemnitatis ratione tale teſtamentum ſolùm eſſet imperfectum, ſecùs ſi voluntatis ſit defectus. Gail. d. obſer. 112. nu. 24. Boer. deciſ. 240. num. 4. vide Clar. in §. teſtamentum. q. 9. Bar. in §. ſæpè, Authen. de trien. & ſemiſ. Hartm. Hart. c. 3. lib. 2. tit. de teſtam. vide etiam cap. 4. 5. ibid.

Secũdò limita in filio naturali, quia beneficiũ §. ex imperfecto, nõ habet locum in filio naturali, ſecùs ſi eſſet legitimatus. Gail. d. obſer. 112. nu. 18. vide Boer. d. deciſ. 240. n. 12. Vinc. de Fran. deciſ. 399. par. 2. Clar. in §. teſtamentũ. q. 12. Pet. de Rau. ſing. 705. vide Bar. in §. ſæpe, Auth. trien. & ſemiſ.

Tertiò limita, in minus ſolemni teſtamento liberorum, quàm aſcendẽtes inſtituunt. Gail. ibi. n. 26. vide Boer. d. deciſ. 240. n. 22. & Amanel. de Clariſaquis ſing. 108. vbi tenet contrariũ.

Teſtamentum manu propria teſtatoris ſcriptum non publicatum coram teſtibus, & Notario, non valet, etiam inter liberos. Pur. deciſ. 97. libr. 3. vide Creſcen. deciſ. 3. alias 164. tit. de donatio. imò licèt teſtamentum ratione voluntatis imperfectum, nec quo ad pias cauſas, neq; inter liberos valeat; tñ hoc limitatur, quando teſtamentum eſſet ſcriptũ per teſtatorem, vel alium in ſchedula teſtamentaria, dato quòd non eſſet ipſa ſcriptura publicata coram teſtibus: nã hoc caſu valebit tale teſtm̃ inter liberos, & ad pias cauſas. Myſing. obſer. 28. & cent. 2. Guid. Pap. q. 517. ſufficit enim quomodocunq; patris iudicium declaratũ ſit, vt diſpoſuiſſe, & teſtatus inter liberos dicatur. Menoch. conſ. 317. nu. 19. lib. 4.

vide Dec. [illegible] 909. de teſt. contrariam.

Teſtamentum inter liberos factum, in quo nec dies appoſita, nec mẽſis deſcriptus fuit, quo confectũ eſt, & in quo ſolẽnitas à ſtatuto requiſita ſeruata nõ fuit, valet. Aug. Bero. q. 36.

Inter venientes ab inteſtato ſufficit quoquo iudicio diſponere, & ſi producatur teſtm̃ inter liberos corroſum taliter, vt non appareant, niſi duo teſtes, adhuc valebit. Barto. in l. 37. §. veteranus. ff. de milit. teſtament.

Teſtm̃ imperfectũ ratione præteritionis, an habeat locũ inter liberos; vide Bar. in l. 12. §. ſi prius. ff. de bono. poſſeſ. cont. tabul.

Quòd dicitur teſtamẽtum imperfectũ inter liberos valere, quomodo intelligatur, vide Abb. conſi. 98. lib. 2. & conſi. 105. & de materia per Bar. in Anth. de teſtam. imperfect.

Teſtamentum imperfectum inter liberos an ſuſtineatur, etiam fauore extraneorum, vide Clar. in §. teſtamentum. q. 10. quòd tale teſtamentum imperfectum ratione ſolemnitatis valeat quo ad liberos tantùm ſcribunt Bart.

ſingul. 181. Boer. deciſ. 240. & ſequen. quid, ſi fuerit ſubſtitutus extraneus, vide Boer. ibid.

Teſtamentum inter liberos, in quo interuenerunt duo teſtes ſuſtinetur, nõ modò inter filios, ſed etiam inter nepotes, & neptes ex filio, vel filia ipſis inſtitutis vniuerſaliter; filio excluſo excepta legitima. Natt. conſi. 425. vide Boer. deciſ. 241.

Cęci teſtamẽtum inter liberos, quam ſolemnitatem requirat, vide Boer. deciſ. 240. nu. 20. Ioſeph. Ludo. deciſ. Peruſ. 2. nu. 34. Natt. cõſi. 210. lib. 1. Rol. conſi. 82. nu. 10.

In §. nos igitur, Authen. de teſtam. imperfec. habetur valere teſtamentũ inter liberos abſq; ſolitis ſolemnitatibus, dummodo pater ſcribat diem, & nomen hæredis, quòd extenditur ſi alius ſcribat, & ipſe pater ſubſcribat. Iac. Put. deciſ. 235. lib. 1.

Teſtamentũ, cui non Parochianus, ſed tres tantùm teſtes interuenerunt, inter liberos eſt validum, niſi magna oriatur inæqualitas. idem deciſ. 431. lib. 1.

Legatum ex minus ſolemni volũtate relictum liberis, vel piæ cauſæ debetur; ſed quomodo hoc intelligatur, vide Rot. Auenio. deciſ. 87. in deciſio. diuerſo.

De coniecturis, quæ habent locum in teſtamento inter liberos, vide per Fran. Mant. de conjectu. vlti. volunt. lib. 6. tit. 2.

Diuiſio bonorum facta à patre inter filios, pro hæredis inſtitutione habetur, & pactum, vel contractus inter patrem, & filium de ſuccedendo, vim teſtamenti habet. Menoch. conſ. 317. nu. 20. lib. 4.

De teſtamento facto tempore peſtis.

Teſtamẽtum corã quinque teſtibus conditum tempore peſtis, an valeat, vide per Afflic. deci. 25. ꝑ affirmatiua ſcribit Dec. conſil. 285. vide Perilluſtr. D. P. Teſſau. deciſ. 180. ſed an codicilli poſsint fieri coram minori numero, vide eundem D. P. ibid.

Teſtamentum iure factum corã quinque teſtib. non à ruſtico, vel tempore peſtis, eſt nullum. Afflict. ibid.

Licèt teſtamentum tempore peſtis factum ſine ſolemnitate requiſita non valeat in vim teſtamenti, valebit tamen iure codicillorum in legatis, ſi fuit actum virtute codicillorũ, ſecùs ſi ageretur virtute teſtamenti non ſolẽnis; quia tunc actor non poteſt variare, & dicere ſe agere virtute codicillorũ, niſi ꝑ modum exceptionis, exciperet. Afflic. deci. 134.

Teſtm̃ tempore peſtis factum coram quinque teſtibus valet, ſi peſtis erat magna, & ſæuis, aliàs ſecùs. Boer. deciſ. 228. quo loci aducuntur diuerſæ opiniones, quæ ita conſiliant, & hæc ſunt vera, ſi teſtator erat infirmus, aliàs ſecùs. Papon. lib. 20. tit. 1. arreſt. 1.

Teſtamentum tempore peſtis poteſt confici cũ minore numero ſeptẽ teſtium. Iac. Put. deciſ. 372. libr. 1. ſed debent interueniri ad minus quinque. idẽ deciſ. 382. eod. lib. imò ꝙ valeat factum coram duobus teſtibus ſcribũt And. Gail. obſer. 118. nu. 18. lib. 2. Myſing. obſer. 95. cent. 1. vide Boer. deciſ. 228.

Teſtamẽtum cõditum tp̃e peſtis coram quinq; teſtibus valet, non obſtante, quòd teſtator ſuperuixerit, periculum peſtis euaſerit, & teſtamentum non refecerit. Rol. conſi. 81. vol. 1. & Boer. deciſ. 228. nu. fin.

De teſtamentis filijfa. & militis.

Filiusfa. de bonis caſtrenſibus, poteſt teſtamentum facere. Affli. deciſ. 183.

Salarium, & lucrum filijfa. Notarij, cẽſetur quaſi caſtrenſe: ideò de illo poteſt ipſe filiusfa. teſtari. Capel. Thol. q. 10. idem in Aduocato. ibid. vide Clar. in §. teſtamentum. q. 18.

Filiusfa. de feudis regulariter teſtari nõ poteſt: fallit in feudis Regalibus, & donationib. Imperialibus. Vincent. de Fran. deciſ. 4. num. 15.

Ad pias cauſas vniuſquiſq; teſtari poteſt, & q̃d. ſi aliàs ſit inhabilis de iure communi, vt eſt filiusfa. vel alius non habens teſtamenti factionem, vide Clar. in §. teſtamentum qõ. 5. ꝙ filiusfa. in morte pro aĩa diſponere poſsit, & teſtari ſcribit Afflict. deciſ. 260. nu. 3. & ad pias cauſas, patris conſenſu tamen accedente. Guid. Pap. ſing. 930.

Regulariter filiusfa. non poteſt condere teſtm̃ etiam cum conſenſu patris. Clar. in §. teſtm̃. q. 18. idem in filiafa. de dote. ibid. in additio.

Quòd filiafa. nupta exiſtens in patria poteſtate, ẽt cum conſenſu patris teſtari non poſsit, neque codicillos facere, qui etiam non poſſunt valere in vim donationis cauſa mortis, ſi non. acceſſerit patris conſenſus, ſcribunt Excel. P. Teſſau. deciſ. 150. Rol. conſ. 68. vol. 4. ſed quid, ſi ſtatuto caueatur, ꝙ filiafa. nupta liberetur à patria poteſtate, vide ibid. Rol.

Cõis erat opinio, ꝙ pater Titij erat mortuus, & ita probatũ fuit, ſi fecerit Titius teſtm̃, nõ valebit, ſi pater viuat. Pet. de Raue. ſing. 734.

Teſtm̃ filij patre reſtituto, non tamen reuerſo, non valet. Bar. in l. 13. C. de ſentent. paſsis.

Filiusfa. ẽt in his, in quib. patri non quærit vſusfructus, non teſtatur. Bar. in l. 50. ff. ad Trebel. vide Hartm. Hart. c. 17. lib. 1. tit. de teſtamen.

Clerici

Clerici filijſa. poſſunt de eorum peculio teſtari, tanquam de quaſi caſtrenſi liberis, & parētib. legitima portione ſeruata. l. 32. & Auth. Presbyteros. C. de Epiſc. & Cler.

Sicut in caſtrenſi, ita in quaſi caſtrenſi, peculio filiusfa. habet duplex priuilegium: quia poteſt teſtari, & eius teſtamentum non ſubiacet querelæ. l. fin. C. de inoffi. teſtamen.

Teſtamentum militare non requirit, niſi duos teſtes, modò in conflictu fiat. Guid. Pap. quæſt. 543. nu. 9.

Miles, qui teſtamentum fecit extra caſtra, tenetur in eo ſeruare ſolemnitates iuris communis: quia non gaudet priuilegio militari, niſi quando eſt in expeditione. Andr. Gail. obſer. 118. lib. 2.

De coniecturis, quæ habent locum in teſtamento militis, vide Fran. Mant. de coniect. vltim. volunt. lib. 6. tit. 1.

Scholaris ſe aſcribi faciens in militem, & exiſtens in expeditione, habet priuilegium militare: ideò valet eius teſtamentum ibi factū coram duobus teſtibus. Ioan. Papon. lib. 10. tit. 1. arreſt. 7.

Quando teſtamentum cenſeatur militare, & quando non. vide Papon. arreſt. fin. ibid.

Plura ſunt militum priuilegia in condendis teſtamentis, de quibus vide per Clar. in §. teſtamētum. q. 15. & militem poſſe decedere pro parte teſtatum, & pro parte inteſtatū, quomodo intelligatur, vide ibi. q. 16. facit l. pen. § filiusfa. ff. de caſtren. pecul.

Milites, & priuati exiſtentes in acie belli, poſſunt teſtari quoquo modo voluerint, tàm in terra, quàm in mari. l. vnica. ff. de bono. poſſeſsio. ex teſtamen. milit.

Facultas teſtandi conceſſa militibus, intelligitur libera ab omni ſolemnitate iuris Ciuilis; non autem gentium. l. 14. ff. de milit. teſtamē. & ibi in additio.

Mulier, in quam turpis ſuſpitio cadere poteſt, nec ex teſtamento militis aliquid capere poteſt l. 40. §. mulier ff. eod.

Filiusfa poteſt teſtari in caſtrenſi peculio. l. 9. ff. de caſtren. pecul.

Si quis aliquem teſtari prohibuerit, vel coegerit.

DOlus, vel metus non præſumitur teſtatori adhibitus, quod ampliatur, & limitatur per Franc. Mant. tract. de coniect. vltima. volunt. lib. 2. tit. 7.

Teſtatorum voluntates liberas eſſe debere: & ideò teſtatoris liberam voluntatem impedientem puniri commodo hæreditatis ſcribit Menoch. de arbitra. lib. 2. caſ. 395. ſed quomodo, & quibus tunc hæreditas detera tur, vide ibid.

Quibus modis teſtamenta, & codicilli infirmentur, & de eorum reuocatione.

NOtarij, aut partis ſtipulatione, & acceptatione interueniente, ius acquiſitū irreuocabile dicitur. Ozal. deciſ. 85. nu. 9. tamen quælibet diſpoſitio (etiā pia) in teſtamēto facta, pōt reuocari. § ſeruus, inſtit. de here. inſti.

Pœnitentia, & voluntatis mutatio non præſumuntur. idem deciſ. 118.

Donatio cauſa mortis per inſtitutionem hæredis vniuerſalem non cenſetur reuocata, dato etiam, quòd adſit clauſula derogatoria, caſſans, & irritans, &c. ibid. nu. fin.

Ratio diuerſitatis, cur legitimatus præteritus, vel non iuſta ex cauſa exhæredatus, teſtamētum rumpat; non autem donationem cauſa mortis reuocet, explicatur per eundem Ozal. deciſ. 121. num. 8.

Adoptione, & arrogatione filij rūpit teſtamentū, veluti agnitione ſui hæredis, donatio autem adoptione, ſiue arrogatione non reuocatur ibid. nu. fin.

Diuiſio iurata facta à patre reſeruata ſibi teſtādi facultate (ſaltem de bonis quærendis) inter filios valet, ſi ſit in vim cōtractus, nec poſtea poterit reuocari per patrem, etiam obtenta abſolutione à iuramento, ſecùs ſi eſſet facta in vim vltimæ voluntatis. idem Ozal. deciſio. 125.

In poteſtate inſtituti eſſe non debet, voluntatem teſtatoris irritam reddere. Ozal. deciſio. 126. num. 15.

Si teſtator interrogatus à Notario, ſi intendebat teſtari, renuerit reſpondendo iam feciſſe teſtamentum, pro vt fecerat, & reliquerat multa Eccleſiæ precioſa cauſa mortis, ſi deinde reperiretur iterum diſpoſuiſſe, ſecunda diſpoſitio ſic breui tpe facta, non vr ſufficere ad reuocationem alterius diſpoſitionis ita deliberatè factæ. Gram. deciſ. 73.

Clauſa; omni meliori modo, habet vim clauſulæ derogatoriæ ad primum teſtamentum. Ioſeph. Ludo. deciſ. Peruſ. 117. nu. 7.

Verba derogatoria primo teſtamento adiecta, qua forma poſsint validè exprimi, vide per Guid. Pap. q. 117. & cuius effectus poſsint eſſe, vide Bar. in conſi. 83. vol. 2.

Verba derogatoria deſcripta i ſecūdo teſtamēto ad

to ad tollenda deſcripta in primo, & irritandum ipſum teſtamentum primum, qualiter debeant deſcribi, vide ibid.

Proteſtatio præcedens poteſt infirmare diſpoſitionem ſubſequentem. vide Put. deciſ. 421. lib. 3. quando verba derogatoria habeant impedire diſpoſitionem inde factã, vide Bart. in conſi. 83. vol. 2.

Clauſula ſpecialis derogatoria appoſita in primo teſtamento, non tollitur per alteram generalem appoſitam in ſecundo: ideò hoc caſu præualet primum teſtamentum. vide deci. 81. Rot. Auenio. in deciſio. diuerſo. Tom. 3. & Io. Pap. lib. 20. tit. 1. arreſt. 4. tñ clauſula derogatoria ex. teſtm̃ appoſita, nõ tollit vires vltimi teſtamenti. vide eandem Rot. d. deciſ. 18.

Per ſecundum teſtamentum primum annullatum, & irritum factum reuocatur, licèt in primo teſtamento adeſſet clauſula derogatoria ſecundo, ita vt non valeret ſecundum, niſi in ipſo eſſent talia verba expreſsè, & in ſecundo teſtamento adeſſet ſolùm clauſula derogatoria primæ clauſulæ in genere, dummodo teſtator dicat ſe non recordari de verbis derogatorijs poſitis in primo teſtamento, aliàs ſecùs. vide Guid. Pap. q. 127. nam onus illud ſpecificandi clauſulas derogatorias ſolummodo imponitur ſcienti, & non immemori, vel nõ recordanti. vide ibid. & derogatio etiam ſpecialis dicitur, quando de mente conſtat, quòd quis voluerit derogare diſpoſitioni præcedenti, ſed quando dicatur conſtare de mente, vide per Crauet. cõſ. 126.

Iuramentum in ſecundo teſtamento adiectum, habet vim verborum derogatoriorum: ideò ſupplet defectum clauſulæ derogatoriæ, non appoſitæ in ſecundo teſtamento, adeò quòd primũ (in quo erat clauſula derogatoria) reuocetur. Guid. q. 12 & Anto. Trigo. ſing. 107. & Papon. lib. 9. tit. 6. arreſt. 19.

Teſtamentum primum vbi continet clauſulam derogatoriam, non tollitur per ſecundum, niſi in ſpecie fiat derogatio, & mentio illius primi teſtamenti. Menoch. conſi. 170. lib. 2. & Ant. Trigo. ſing. 107.

Teſtamentum in dubio non videtur habere aliquam clauſulam derogatoriam ad ſequẽtia teſtamenta, etiam ſi apponantur illa verba, & voluit teſtator hoc vltimum teſtamẽtum, etiã in vim donationis, & omni meliori modo, valere. Craue. conſi. 25.

Clauſula derogatoria appoſita ĩ codicillis operat. vt illi nõ reuocẽtur per ſequentes codicillos, nõ facta mẽtione illius clauſulæ derogatoriæ, imò non reuocãtur etiam per ſequẽs teſtamentum, niſi reuocetur illa derogatoria. Craue. conſi. 90.

Derogatio quæ, & qualis requiratur, quando præceſsit diſpoſitio habens clauſulam derogatoriam ad ſequentes diſpoſitiones, vide Crauet. conſi. 126.

Primum teſtamentum (in quo adſit clauſula derogatoria) an tollatur per ſecũdum, diſtinguntur nonnulli caſus, de quibus vide per Clar. in ſua pract. §. teſtamẽtum. q. 99. vbi plenè de hac quæſtione.

Teſtamentum factum cum proteſtatione, quòd non tollatur per aliud teſtamentũ, niſi in illo ſit forma quædam verborum, præualet ſecundo, vbi ſecundum illam non contineret intellige, & amplia vt per Natt. conſi. 639. vide Barto. in l. ſi quis in principio de leg. 3. in Authen. de teſtamentis imperfec. in conſi. 21. vol. 1. in conſi. 76. & 85. vol. 2. Iaſ. in l. cùm quid. ff. ſi cert. peta.

Si extranei in primo teſtamento ſint Inſtituti, in ſecundo venientes ab inteſtato, hoc ſecũdum tollit primum, non obſtante clauſula derogatoria in primo ſcripta. Barto. conſi. 76. volum. 2.

Quando teſtator dixit in primo teſtamento, q ſi cõtingat aliquod aliud teſtamentum fieri, voluit non valere, & eo caſu voluit intelligi, & haberi ac ſi mortuus fuiſſet ab inteſtato, tunc ſecundum teſtamẽtum non valebit, primo firmo remanẽte. Menoc. conſi. 170 lib. 2.

Quando ſecundum teſtamentum propter clauſulam derogatoriam appoſitam in primo, non valet, legata ex hoc ſecundo relicta, nõ debentur virtute clauſulæ codicillaris. Menoch. d. conſi. 170. nu. fin.

Teſtator ſi dicat velle ſuum teſtamentum valere, nec vnquam per aliud poſſe reuocari, & iuret, poteſt tamen pœnitere, & ſecundum primi derogatorium cõficere. Guliel. de Ludo ſing. 77. nec iuramentum confirmat pactum, quo aufertur libera teſtandi facultas. Bart. in l. 5. nu. 6. ff. de fideiuſſoribus.

Quando primum teſtamentum præceſsit cum clauſula derogatoria, an Sapiens poſsit addere ſecundo quæ ſunt neceſſaria ad tollendam ipſam clauſulam derogatoriã, vide Bar. in l. 32. ff. de hered. inſtitue.

Quando teſtamẽtum perfectum reuocetur per minus perfectum, vide Guid. Pap q. 200.

Teſtamentum ſecũdum (in quo non eſt hæres inſtitutus) tollit primum quo ad ſola legata. Boer. deciſ. 30.

Reuocatio teſtamenti regulariter requirit eandem ſolemnitatem, quam ipſum teſtamentum: ideò probari debet reuocatio teſtamenti per ſeptẽ teſtes, adeò quòd, ſi vnus ſolùm deficeret, non daretur iuramentum ſuppletiuum parti vtenti reuocatione. Craue. conſ. 25. nu. 14.

25. nu. 14. Bart. in l.in fraudem.§.ſicut.ff.de milit.teſtamen.

Licèt primum teſtamentum factum inter liberos, non tollatur per ſecundum (niſi ſit factū ſolemniter) hoc tamen intelligitur, quando in ſecundo ſunt inſtituti extranei; ſecùs ſi liberi eſſent inſtituti: quia tunc ſecundum tollit primum, licèt non ſit ſolemne. Dec.conſi. 631. vide Bart.in l. militis.§. codicillis. ff. de milit.teſtamen.

Teſtamentum primum perfectum tollitur per poſterius perfectum, ſecùs per imperfectum regulariter, limitatur dictum, quando in poſteriori teſtamento imperfecto eſſent inſtituti venientes ab inteſtato, quod procedit, quando ſecundum teſtamentum eſſet imperfectum ratione ſolemnitatis, & non voluntatis. Franc Marc.q 319.

Teſtamentum ſecundum inter liberos factum, etiam coram duobus teſtibus, & minus ſolēniter, reuocat primum, in quo extranei ſunt inſtituti. Borg. Caual. deciſ. 27. de iudi. vide Gome. Leo. deciſ. 5 in deciſio.diuerſo. Tom. 2. l.21.§. ſi quis. C. de teſtamen. & Natt.conſi. 124. Tom.1.

Secundum teſtamentum non tollit primū, quādo rectè factum non eſt, niſi ſecundum ſuſtineretur aliquo iure ſpeciali. Hiero. Magon. deciſ. Luc.32.nu.31.

Quando teſtator non facit teſtamentum ſecundum, ſed tantùm reuocat primum, ad talem reuocationē ſufficit minor ſolēnitas. Gom. Leo deciſ 5. in deciſio. diuerſo.

Confeſsio teſtatoris ex interuallo, non poteſt rumpere teſtamentum perfectum. Fran. Mát. de coniectu. vltim. volunt. lib.1.tit.7.

Teſtamentum non reuocatur per ſimplicem reuocationem, niſi concurrat decennium. Vincent. de Fran. deci.287. par.2. vide Papon. lib. 20. tit.1. arreſt.3.

Quando teſtamentum ſolemne tollatur per ſecundam voluntatem non ſolemnem, vide Papon. lib.20. tit.1. arreſt.3.

Reuocatio teſtamenti facta coram tribus teſtibus, & Notario valet. quando tendit in fauorem liberorum, & inducit æqualitatem inter eos idem Pap. lib.20. tit.1. arreſt.21.

Quando Notarius de mandato teſtatoris corā ſeptem teſtibus cancellauit ſimpliciter teſtamentum, per ipſam cancellationem irritatur dictum teſtamentum. Craue. cōſ. 228. ſed quid, ſi teſtator dixerit, volo valere meū teſtamentum ſimpliciter, vel addiderit clauſulā quia volo decedere inteſtatus, vel quia hæredes, quos ibi feceram ſunt indigni, vide it id. & Clar. in ſua Pract. §. teſtamētum. q.92. & Bart. in l.18. de leg.3.

Teſtamentum contraria voluntate teſtatoris ſolemni reuocatur, & etiam non ſolemni cō currente ſpacio decem annorum. l. 27. C. de teſtamentis. Clar. in § teſtamentum. q.91 Bar. ſing.182. Pet. de Raue. ſing 704. vide Abb. cōſ. 11. lib.1. & 18. eod. & etiam alio caſu per teſtamentum minus ſolemne, cenſetur prius ſolemne reuocatum. vide ibid. Clar. q.97.

Si teſtator teſtamentum à ſe cōditum incidat, vel cancellet, annullatur huiuſmodi teſtamē tum, quod ſine difficultate procedit in teſtamento in ſcriptis, ſed quid in teſtamento nūcupatiuo, vide eundem Clar. q.93.

Vltima (max. in vltimis voluntatibus) prioribus derogant, vnde ſi quis à principio teſtamentum ſolemne fecerit, deinde Religionē ingreſſus aliud teſtamentū fecerit, corā duobus teſtibus tantùm, poſterius teſtamentum prius violat. Hipp. ſing 566. nam teſtamentū factum ab eo, qui ingreſſus eſt Religionem, poteſt per eū reuocari, niſi ſit de ordine Fratrum minorum. Barto. in l.14. ff. de donatio. int. vir. & vxo ſed an per ingreſſum Religionis teſtamentum irritet, vide glo. in c. ſi qua mulier 19. quæſt. 3. & in Authen. ſi qua. C. de Sacroſanct. Eccleſ.

Clauſula, caſſans, & annullans omne aliud teſtamentum, &c. ſcripta in ſecundo teſtamento inualido ex aliqua iuſta cauſa, non reuocat primum teſtamentum validum. Io. de Arnono ſing. 55. vide Bar. in l. 18 nu.4. de legat.3.

Approbatio hæredis approbantis teſtamētum non ſolemne, facit ipſum ad præſtationem relictorum teneri. l. 16 C. de teſtamentis.

Per teſtamentum imperfectum nō tollitur primum in pagano, ſecùs in milite. l. 35. 36. & 37. ff. de milit. teſta.

Teſtamentum primum rumpitur, ſi teſtator ſecundum facere inceperit, & impeditus per primos hęredes non perfecerit. l.29. ff. de his, quib. vt indig. legat. aufer.

Ad reuocandum teſtamentum ſufficit dicere coram ſeptem teſtibus, nolo teſtamentum meum valere. vide Guid. Pap q.200.

Teſtamento ſimpliciter reuocato, non cenſent reuocata legata ad pias cauſas. Gui. ibi.

Pactum de futura ſucceſsione reciprocum inter fratres, licèt valeat, eſt tamen reuocabile. Boer deciſ. 204.

Codicillos quis poteſt mutare etiam ſi oppoſitum promiſerit, & iuramētum poteſt reuocare, qui conſenſit pacto futurę ſucceſsionis. Boer deci.204 nu. 19. nā iuramentū de non reuocando teſtamēto nō tenet. Bar. in l.53 §. idem reſpondent. ff. pro ſocio, vide Abb. cōſ. 18. & 85. lib.1. & conſi.48. lib.2.

Subſtitutio facta in teſtamento reuocatur per ſub-

ſubſtitutionem factam in codicillis, etiam ſi fuerit facta de eadem perſona. Craue. cóſ. 80.

Primum teſtamentum per codicillos non tollitur. Marc. q. 319. ſed quid, ſi in codicillis fuerint inſtituti liberi, vide eundem q. 505. num. 7. par. 2.

Hæreditas data teſtamento, etiam per vulgarē ſubſtitutionem in codicillis adimi non poteſt, maximè concurrente falſa cauſa, ex qua teſtator fuit motus ad reuocandum dictum teſtamentum. Mago. deciſ. 4. Rot. Floren.

Inſtitutio facta in teſtamento reuocari non poteſt in codicillis, ſecùs in fideicommiſſo. vide Dec. conſi. 361.

Hæreditas licèt dari nó poſsit in codicillis, poteſt tamen in illis declarari vnum ex hæredibus indignum eſſe. idem conſi. 361. nu. 5.

Hæreditas directè dari, nec adimi poteſt in codicillis; ideò ſi filius in teſtamento fuerit inſtitutus in re certa pro ſua legitima, talis inſtitutio non poterit reuocari in codicillis. Hippol. ſing. 49.

Subſtitutio pupillaris facta extraneis in teſtamento, reuocatur in codicillis, quando ſunt ſubſtituti veniētes ab inteſtato. Bar. in Auth. hoc inter liberos. §. ſi quis. C. de teſtamentis.

Hæreditas in codicillis directò adimi non poteſt, ſed ſi in illis hæredes reputētur indigni, aufertur eis hæreditas, & applicatur fiſco. l. 4. C. de his, quibus vt indignis hæred. aufer.

Per ſequens teſtamentum reuocantur codicilli, niſi aliquo iudicio confirmentur. l. 5. ff. de iure codicil.

Qui confirmat codicillos poſteriores, videtur reprobare priores. l. 8. §. fin. ff. eod.

Codicilli facti ab inteſtato, non infirmantur agnitione poſthumi, ſecùs ſi ſint facti ex teſtamēto. l. 16. ff. eod. vide de codil. infra tit. prox.

Teſtamenti reuocatio, ipſius teſtamenti approbatione non impeditur. Fran. Marc q. 824.

Natus in ſexto, vel octauo menſe, qui viuere nō poteſt, an habeatur pro non nato ad rumpēdum teſtamentum, vide Boer. deci. 220. Clar. in ſua Pract. in §. teſtamentum. q. 45. Dec. cóſ. 623. quòd tunc non irritetur primum teſtamentum ſcribūt Menoc. conſi. 284. lib. 3. Bar. in l. 3. C. de poſthum. hęred. inſtituen. in additio. faciunt. ll. 2. & 3. C. eod.

Puer ab vtero matris cęſus, ſi viuus ſit patri, vel matri ſuccedit, & præteritus teſtamentū rumpit, licèt vocem nō emittat, & illico extinguatur, niſi mater in puerperio decedat, & non potuerit mutare teſtamentum: quia tunc ſuccederet æqualiter cum alijs, & cenſetur inſtitutus. Marc. quæſt. 168. part. 2. l. 54. ff. de hæred. inſtituen.

Poſthumus poſt teſtamentum natus, in eoque præteritus, an ex clauſula codicillari, ſi non valet, ſeu valebit, &c. ſit fideicommiſſo grauatus, vide Rol. conſi. 7. vol. 4. And. Gail. obſer. 114. lib. 2. Iac. Put. deciſ. 234. lib. 2. & primum teſtamentum valeat iure fideicommiſsi, vide Manti. tract. de coniect. vltima. volunt. lib. 12. tit. 1. num. 14.

Natiuitate poſthumi præteriti rumpitur teſtamentum, ſed quid, ſi poſthumus moriatur viuo teſtatore, vide Clar. in ſua Pract. §. teſtm̄. q 45. & Menoch. de arbitra. lib. 2. caſ. 391.

Legitimatione filij naturalis, vel ſpurij, an teſtamentum rumpatur, vide ibid. q. 84. pro parte affirmatiua ſcribit Abb. conſ. 86. lib. 1.

Poſthumi natiuitate rumpitur teſtamētū, quod reconualeſcit, ſi viuo teſtatore ciuiliter, & naturaliter moriatur poſthumus; ſecùs ſi teſtator naturaliter tantū viuat, ſed ciuiliter mortuus ſit. Ludo. Roma. ſing. 110.

Per natiuitatum poſthumi rumpitur teſtamentum, quod procedit in teſtamentis maſculorum, non aūt in teſtamento fęminarum. Pet. de Raue. ſing. 388. & Guli. de Ludo ſing. 67.

Poſthumus præteritus ſi naſcatur, & moriatur viuo teſtatore teſtamentum, quod eius præteritione erat ruptum, reconualeſcit de iure Prætorio, quo ad hæredis inſtitutionem, & legata in eo relicta, ſecùs ſi decedat poſt mortem teſtatoris. Marc. de Mant. ſingul. 80. & 169. quando poſthumus præteritus rūpat teſtamentum, vide Bart. in l. 2. C. de poſthumis hæred. inſtitue.

Natiuitate poſthumi præteriti, & nati ex filio exhæredato, non rumpitur teſtamētum aui. vide eundem ſing. 561.

Seminatus viuens, & poſtea mortuus, an rumpat teſtamentum, vide Barto. in l. 2. ff. de liber. & poſthum.

Filius poſthumus ſi eſt præteritus in ſecundo teſtamento, & natus viuo teſtatore deceſſerit, an rumpat primum teſtamentum, vide Bar. in l. 16. §. ſi ſuo. ff. de vulgari.

Teſtamentum, in quo præteritus eſt filius, qui non ſperabatur, nec erat tempore teſtamenti, ſed ex ſecundo matrimonio poſtea natus eſt, an per natiuitatem huiuſmodi filij rumpatur, vide Barto. in conſi. 56. volum. 2.

Per natiuitatem poſthumi præteriti teſtamentum rumpitur, & legata non debentur. l. 1. C. de poſthum. hæred. inſtituen. vel exhæred. & etiam codicilli ab eo dependentes. l. 1. C. de codicil.

Licèt natiuitate poſthumi præteriti rumpatur teſtamentum, tamen ſi teſtator teſtamentum confirmauerit coram quinque teſtibus, valebit iure codicillorum. l. 1. C. de codicil.

Natiuitate poſthumorum naturalium, vel ciuilium,

lium, in quatuor caſibus rumpitur teſtamento, de quibus vide in l.28.§. filiusfa.ff.de liberis, & poſthumis.

Natiuitate poſthumi non rumpitur patris militis filijfam. teſtamentum. vide l.34. ff.de milit. teſta.

Qui mortui naſcuntur, neque nati, neque procreati videntur. l.129.ff.de verb. & rer. ſignif.

Teſtamentum inter liberos intelligitur habere clauſulam derogatoriam, vt per illud reuocetur primum (in quo extraneus erat inſtitutus) nulla facta mentione de ipſo primo, ſecus ſi in primo teſtamento erant inſtituti liberi: tunc enim primum non tollitur per ſecundum, niſi in ſecundo fiat mentio primi, illud nominatim reuocando. Boer. deci. 340. num.6. vide Vincent. de Franc. deciſio. 399. part.2. Clar. in ſua Pract. §. teſtamentum quæſt. 98.

Fauore liberorum ad hoc, vt ſecũdum teſtamẽtum ſubſiſtat, cenſetur appoſita clauſula derogatoria ad præcedentia, & ſequentia teſtamenta. Ioſeph. Ludo. deciſ. Peruſ. 2.

Clauſula derogatoria ideò requiritur in ſecundo teſtamento, vt appareat de voluntate teſtatoris, ne dici poteſt ſubornatus, quæ ratio ceſſat in teſtamento inter liberos. ibi. nu.35.

Teſtamẽtum inter liberos, & ad pias cauſas dicitur habere clauſulam derogatoriam ad ſequentia teſtamenta, quare non tollitur per aliud teſtamentum ſeqnẽs, niſi primo in ſpecie derogetur. Crane. conſi.25. nu.10. & conſ. 143. ſed quid, ſi in ſecundo teſtamento ſint etiam inſtituti liberi, vide eundem d. conſi. 143. conſi. 152. nu. fin. & conſi. 160. quid, ſi fuerit derogatum in genere, vide ibid.

Vltimum teſtamentum præualet, non obſtante clauſula derogatoria, & confirmatione præcedentis teſtamenti, facta per filios promittentes acquieſcere præcedenti teſtamento, ita conſentiente teſtatore. Dec. conſi. 475.

Teſtamentum inter liberos valet, conditum coram duobus teſtibus; ad eius tamen reuocationem ſeptem requiruntur. Natt. conſi. 442. num.3. & 7. facit §. & ſi quidem, Authen. de teſtamen. imperfe.

Teſtamentum patris inter liberos non tollitur ipſo iure, vel etiam ope exceptionis per inciſionem, ſeu inductionem, & lituram teſtamenti, ſed requiritur expreſſa reuocatio per ſecundum teſtamentum ſolemne, cum clauſula derogatoria. Andr. Gail. obſer. 112. num. 13. lib. 2. vide tamen Gome. Leo. deciſ. 5. in deciſio. diuerſo. Tom. 1. vbi tenet contrarium, & Authenti. hoc inter. C. de teſtamentis.

Teſtamentum ſecundum præualet, & teſtamenta duo, quando continent vnum, & idem non valent. Ioſeph Ludo. deciſ. Luc. 53. num. 39 idem in teſtamẽtis eodem die confectis. ibid. num. 32. & teſtamentum primum tollitur per ſecundum ſimpliciter factum. Abba. conſi. 41. lib. 2.

Per teſtamentum poſterius tollitur primum, ſi ex poſteriori poteſt adiri hæreditas. Marc. quæſt. 305. par. 2. aliàs ſecùs. Bart. in l.16. §. ſi ſuo, ff. de vulgari, facit l.54. ff. de hæred. inſtit. tñ ſecundum teſtamentum rumpit primum, licèt in ſecundo aliquis hæres non ſit, vel eſſe noluerit. Dñ. de Rota deciſ. 20. de procurato. in nouis, Clar. in ſua Pract. §. teſtamentum q.96. vide Mant. de coniect. vltim. volũt. lib. 12. tit. 1. nu. 39. & 43.

Regulariter primum teſtamentum reuocatur per ſecundum, vide Dec. conſi. 489. & Clar. in §. teſtamentum quæſt. 94. ſed quid, ſi in primo teſtamento appoſitum fuerit iuramentum, vide Clar. ibid. d. quæſt. 94. quod tale iuramẽtum non obſtet, ſcribit Bart. in l. ſi qs in principio de lega. 3.

Quando primum teſtamentum fuit irritatum per ſecundum iure perfectum, ſi poſtea ſecũdum fuerit annullatum, primum reconualeſcit de æquitate prætoria, ſed quando, vide Menoch. conſi. 176. lib. 2.

Reuocatio teſtamenti iam conditi altero de duobus modis fit, expreſſa ſcilicet, teſtatoris voluntate, vel tacita, expreſſa, quando teſtator expreſsè in ſecundo teſtamento reuocauit primum, tacita, quando ſimpliciter fecit ſecundum teſtamentum, ſed de differentia harum reuocationum vide per Menoch. d. conſ. 176. nam vltima voluntas poteſt mutari tacitè, vel expreſsè, & vltima præualet etiã ſine ſcriptura. l.5. C. famil. erciſc. & l.19. C. de fideicommiſ.

Si teſtamentum aliqua cauſa rumpatur amota ipſa cauſa, qua rumpebatur, conualeſcit teſtamentum. Bald. ſing. 99.

Hæres ex teſtamento reuocato per ſecundum, in quo eſt alius hæres inſtitutus, ſi debitores hæditarios exigerat, inſtitutus in ſecundo nõ poteſt ab eo petere, quod exegit. Barth. de Cap. ſing. 44.

Marito blanditijs vxorem ad ſe hæredem inſtituendum inducere licet, niſi tamen alius teſtamento præcedente inſtitutus eſſet: nã tũc licèt teſtamentum ſecundum valeat, tamen primus inſtitutus poterit petere illius reuocationẽ per actionẽ de dolo. Hipp. ſing. 527.

Per ſecundum teſtamentum rumpitur primum, etiam ſi hæres in eo ſit inſtitutus tantùm in re certa, niſi teſtator voluiſſet etiam valere primum. l. ſi quis. ff. ad Senatuſcon. Trebellia.

Teſtamentum primum tollitur per ſecundum, niſi ſecundum poſtea incidatur, vt primum confirmetur, quo caſu valebit primũ, quo ad excipiendum tantùm. l. pen. §. teſtamentum. ff. de bono. poſſeſsio. ſecund. tabul.

Teſtamentũ in ſcriptis ſolemniter conditũ, nõ tollitur per ſequẽs (etiam ſolemne) ſine ſcriptis conditum. l. 20. C. de teſtamentis.

Teſtamentum ſecundum an tollat primum ipſo iure, vidẽ gloſſ. in l. 27. C. de teſtamentis.

Teſtamentum primum non tollitur per vltimum, ſi propter falſam cauſam teſtator ſecundum fecerit teſtamentum, licèt legata in hoc ſecundo relicta debeantur. l. fin. ff. de hæred. inſtituen.

Teſtatoris voluntas eſt ambulatoria vſque ad mortem: fallit in iure primogenituræ. Aegid. Bellam. concluſio. 717. & ipſa morte vltima voluntas confirmatur. cap. 6. ex. de celebratio. Miſſ. ab illaq; aſſumit vires, & conſumationem. Abb. conſ. 4. lib. 2.

Inſtitutio filij, qui poſtmodum deportatur, irrita eſt. Boer. conſ. 1. nu. 12.

Si teſtator ante teſtamentum vendiderit hæredi aliqua bona ſibi vſufructu reſeruato, & poſt mortem ſuam vxori, & deinceps in teſtamento reuocauerit etiam omnes donationes, talis reuocatio nõ extenditur ad vſumfructum reſeruatum. Craue. conſ. 25. num. 16.

Teſtamentum damnati ad mortem ante factũ irritat, ſed quare, vide Natt. cõſi. 178. & Bart. in l. 29. ff. de pęnis.

Teſtator mandans in ſecundo teſtamento omnia in primo deſcripta valere, ea deſcripſiſſe in ſecundo cenſetur, ita vt per fideicommiſſum debeantur. Natt. conſi. 483.

Primum teſtamentum reformatum in aliquibus, per ſecundum non cenſetur reuocatum in totum, vide eundem conſ. 527. imò ſi de teſtamẽto aliquid adimatur, in reliquis firmũ remanet. Ozaſ. deciſ. 52. nu. fin.

Pater facto teſtamento inſtituit filium, & mandauit, ſi vita functus filius filia nupta (quæ renuntiauerat bonis patris) conquereretur, quòd vltra dotem numeratam haberet, puta centum: viuente teſtatore moritur filius hæres, rogatus pluries teſtator, an vellet aliter teſtari, quàm olim teſtatus fuerat, reſpondit nolle, tunc licèt teſtamentum efficiatur caducum, tamen frater teſtatoris excludit filiam, quæ renunciauerat. Menoc. conſi. 6. vol. 1.

Teſtamentum primum, in quo frater teſtatoris erat inſtitutus, non tollitur per ſecundum, in quo erant inſtitutæ filiæ, & factum ad interrogationem alterius; ſed quando hoc procedat, vide Menoch. conſ. 45. vol. 1.

Secundum teſtamentum, quo primum per fraudem, & ſubornationem reuocatur, non valet. Fran. Marc. q. 129. par. 2. nam teſtamentũ dolo conditum aut nullum eſt, aut reſcindi debet Principis reſcripto. Cra. cõſ. 143. nu. 8.

Teſtamentum primum per vltimum, quod pręteritionis ratione nullum eſt, non tollitur. Marc. q. 305. num 9.

Teſtamenti reuocatio ſine hæredis inſtitutione, non valet. ibid. d. q. 305. nu. 11.

Teſtamentum ruptum per ſecundum, poteſt ex poſtfacto conualidari, quando appareret de voluntate teſtatoris, & hoc ſaltem ope exceptionis, quod procedit, quando teſtator incidit ſupremas tabulas, vt priores validaret, ſecùs quando in vltima voluntate cõfirmat primum teſtamentum: quia tunc non poteſt conualidari, niſi in vim fideicommiſsi. Marc. ibid. num. 9.

Filia præterita non poteſt dicere teſtamentum patris nullum, ſi ſit excluſa à ſucceſsione per ſtatutum extantibus maſculis. Vinc. de Fran. deciſ. 149. nu. 7.

Nepos ex filio hæretico neceſſariò ab auo eſt inſtituendus; aliàs non valet teſtamentum. Gomę. Leo. deciſ. 81. in deciſio. diuerſo.

Teſtes deponentes de reuocatione teſtamenti, debent coram teſtatoris Iudice deponere. & teſtamentum ſecundum imperfectum ratione præteritionis, quando tollat primum, vide per Bart. in Authen. hoc inter liberos. §. ſi quis. C. de teſtament.

Teſtamentum ex cauſa præteritionis, vel exhęredationis quomodo irritetur, vide Bart. in Authen. ex cauſa. C. de liber. præter. vel exhæred. & infra tit. de hęred. & pręter. liber.

Filius præteritus, tacendo videtur approbare teſtamentum, quod tunc reconualeſcit. gloſ. in l. 2. ff. de except. rei iudi. & Bar. in l. 2. C. de poſthum. hæred. inſtituen.

Teſtamẽtum patris, in quo filius eſt præteritus, & nepos, vel alij venientes ab inteſtato inſtituti, ſi filius præteritus mortuus eſt in vita patris, confirmatur. Barto. in l. 5. ff. de regul. Catonia.

Teſtamentum, in quo eſt præteritus filius iam natus, an reconualeſcat, ſi is moriatur viuo teſtatore, vide Bart. in l. 36. §. Lucius Titius. ff. de donatio.

Per ſecundum teſtamentum, in quo filius eſt præteritus, ſi in illo ſint ſcripti venientes ab inteſtato, rumpitur primum. l. ſi duobus §. ſi prius. ff. de bono. poſſeſsio. contra tabul.

Nepos, qui poſt mortem patris incipit tenere primum locum in ſuitate, ſi reperiatur præteritus rumpit teſtamentum. l. 2. C. de liberis præteritis.

Filius iam natus rumpit ſpẽ eius gradus, à quo præteritus eſt incontinenti, poſthumus verò ſtatim cùm naſcitur l.8 ff.de liber.& poſthu.

Si tempore natiuitatis filia non reperiatur inſtituta, teſtamentum rumpitur. l. 24. ff. de liber. & poſthum.

Teſtamentum, in quo filius eſt prçteritus, eſt ipſo iure nullum. l.30.ff. de liberis, & poſthum.

Si coniuges ſimul faciant teſtamentũ, vt vtriuſque ꝓximiores hæredes dimidiam hr̃ditatis accipiãt, vno ex coniugibus mortuo, ſuperſtes reuocare poteſt teſtamẽtum quo ad medietatem. Myſing.obſer 8.cent.1.

Teſtamentum rumpitur, ſi ex interuallo hæres, ſeu alius inſtitutus ſub conditione in teſtamento viuo teſtatore moriatur. Frau. Mant. de coniect.vltima.volunt.lib.2.tit.2.

Hærede inſtituto mortuo viuo teſtatore, teſtamentum redditur caducum, tamen legata peti poſſunt virtute clauſulæ codicillaris. Dec.conſi.242. vide l.a2.§. fin.ff.de captiuis.

Clauſula codicillaris habet locum, etiam ſi inſtitutus moriatur in vita teſtatoris, nempe vt venientes ab inteſtato cenſeantur rogati de reſtituenda hæreditate. Dec. conſil. 369. num. fin.

Teſtamentum non habens iuris ſolemnitates, in foro conſcientiæ debet obſeruari, vide Mant.de coniect.vlt.volunt.lib.2.tit.14.

Clauſula, caſſans, & irritãs omne aliud teſtamẽtum, non videtur neceſſaria, vide tamen eundem Mant.lib.3.tit.14.nu.9.imò quid operetur, vide per Dec. conſi.475.

Ex quibus coniecturis teſtator videatur receſſiſſe à priori voluntate, vide plenè eundem Mant.lib.12.tit.1.

Teſtamẽto reuocato, omnia in eo ſcripta intelliguntur reuocata, niſi ſint in poſteriore expreſsè repetita. vide ibid. nu.36.& 38.

Ex quibus cõiecturis defunctus videatur receſſiſſe à diſpoſitione derogatoria poſterioris voluntatis, vide eundem eod.lib.tit.8.

Teſtamentum reuocatur, quando quis coram quinque teſtibus dixit, quòd volebat decedere inteſtatus: idem, quando dixit velle habere ſuos hçredes veniẽtes ab inteſtato. Vincent.de Fran.deciſ.287.

Teſtator ſi coram ſeptem teſtibus dixerit, nolo teſtm̃ à me prius factũ valere: quia volo inteſtatus decedere, venientes ab inteſtato inſtituere videtur, & reuocare teſtamẽtum. Dec. conſi.581.& Menoc.conſi.317.nu.21 lib.4.

Teſtamentum non eſt, nec dici poteſt teſtamentum, ante mortem teſtatoris. Raud. tract. de Analog.cap.27.

Voluntas teſtatoris qñ eſt dubia, ſuper ea fundamẽtũ fieri nõ poteſt. Craue.cõſ.143.nu.fin.

Notarius debet ſeruare teſtamentum cancellatum, iuſſu teſtatoris. Craue.conſi.228.

Donatio facta in pçnam mútationis teſtamenti an valeat, & quid, ſi hæres promittat legatarijs aliquid dare, vide Clar §. teſtm̃.q 95.

Donatio facta de omnibus bonis in pçnã mutationis teſtamenti non valet, ſecùs ſi fiat de re legata in particulari. Dec.conſi 294.

Quid operetur clauſula, & hanc dixit eſſe ſuam vltimam volũtatem, quam præferre vult omnibus alijs, vide per Dec.conſi.475.nu.12.

Contractus etiam validus factus in teſtamẽto, ſicut ſemper poteſt reuocari teſtamentum, ita & contractus ipſe. Caſſa.in conſuet.Burg. tit *des ſucceſſions* rub 7.§.2.gloſ 7.vide tamen gloſ.in additio.in §. 1 inſtitu. quib. ex cauſ. manumit.non liceat.& ſupra hoc tit.

Teſtamentum non reuocatur propter reconualeſcentiam teſtatoris, vel lapſum temporis decem annorum. Ant. Trig ſing 68. ſed quomodo reuocetur, vide Bar in §.ex eo autem, inſtitu.quib.mod.teſtame.infir.

Teſtator ſi legauerit vxori omne frumentum, quod in domo habebat, & illud conſumat, ſi tantundem reponat, non cedit vxoris lucro, niſi idipſum repoſitum ſit per modum ſubrogationis. Marc.de Mant ſing 650.

Neque pollicitatio, neque ſtipulatio, neque trãſactio aliquem obligant faciendi alterum hæredem, ſed hæ diſpoſitiones nullius ſunt momenti. Bart.in l.34.C.de tranſactio.quia quis non poteſt ſibi legem imponere, à qua non liceat recedere. Abb.conſ.48.lib.2.

Teſtamentum probatur eſſe vltimum eo ipſo, quòd non detegitur aliud eſſe factum. Bart. in l.19.C.de teſtamen.

Qñ apparẽt duo teſtamẽta eadem die cõfecta, nec cõſtat de prioritate qd iuris, vide ſupra tit.de teſtament.in genere.

Teſtamentum filij illius, qui erat captus ab hoſtibus, an extinguatur, ſi filius deceſſerit antequam pater reuertatur, vide Bar.in l.13. C. de ſenten. paſsi. & reſtitu.

Teſtamentum filij, cuius pater fuerat deportatus, & poſtea reſtitutus, an valeat, vide glo in §. minores in verbo, rata. l. fin. C. de ſenten. paſsi. & reſtit.

Voluntatis mutatio præſumitur propter morũ mutationem, & ſi teſtator habens multos filios fecerit plura legata, propter ſuperueniẽtiã liberorum præſumitur ab illis receſsiſſe. Bar.in l.in confirmando.ff.de confirm. tuto.

Teſtamentum factum per hæreticum, vel per eum, qui inciderit in crimen lçſæ Maieſtatis, ante delictum irritatur. Barto. in l. 18.ff.de teſtamentis.

Nominatim & ſpecialiter dr̃ teſtatorẽ prioris

teſtamenti pęnituiſſe, cũ reuocat omne aliud teſtamentum per eum factum. Bart. in l. 2. ff. de liber. & poſthum.

Hęreditas an ſemel data, ipſo iure poſsit adimi per deletionem, vide Bart. in l. 1. §. & hæreditatis. ff. de his, quæ in teſtamen. delent.

Teſtm̃, in quo q̃s eſt inſtitutus, ſi teſtator ex illa infirmitate deceſſerit, irritatur teſtatore recõualeſcente. Bar. in l. 56. ff. de hæred. inſtit.

Exhæredatio filij iuſtè facta videtur adempta, ſi pater ſe reconciliauit cum filio. Bar. in l. 3. §. non ſolùm. ff. de adimend. legat.

Subſtitutio facta in legato, vel hæreditate cauſa certę infirmitatis, ſi teſtator liberetur ex illa, & moriatᷣ ex altera, euaneſcit. Bart. in l. 30. §. cùm poſt. ff. de adimen. legat.

Confirmatio generalis non trahitur ad illud, quod eſt ſpecialiter caſſatum. Barto. in l. 29. ff. ad Trebellia.

Teſtamentum tollitur ipſo iure capitis diminutione. Bart. in l. 11. §. teſtamento. ff. de bono. poſſeſ. ſecund. tabul.

Quando teſtm̃ fiat irritum, vel propter capitis diminutionem, vel ſtatus mutationẽ in meliorem conditionem, aut propter delicta, vide in l. 1. §. exigit. ff. ad Carbonia.

Teſtamentum eius, qui ſe dedit ad arrogandũ irritatur, niſi poſtquam factus fuerit ſui iuris, noua voluntate approbetur l. pen. §. teſtamento. ff. de bono. poſſe. ſecun. tabu.

Teſtamentum militis filijfa. non rumpitur minima, vel media capitis diminutione. l. 23. ff. de milit. teſtamen.

Si inſtitutus, cui fuerat datus ſubſtitutus in primo teſtamẽto, deceſſerit viuo teſtatore, qui dictum teſtamentum reuocauerat, & ſecundum ſine ſubſtitutione fecerat, ſubſtitutus in primo teſtõ admittetur. Bat. in cõſ. 38. vol. 1.

Teſtamenta, & codicilli hæreticorum irritãtur. l. 4. C. de hæreticis.

Poteſt quis teſtamentum pro parte reſcindere, alia firma remanente. l. 14. §. filius, qui. ff. de inoffi. teſta.

Etiam eo, cuius non intereſt agente, teſtamentum rumpitur. l. 25. §. fin ff. de inoffi. teſta.

Qui perdidit in actione falſi, non prohibetur dicere teſtamentum nullum. l. 50. ff. de petitio. hæredi.

Rupto teſtamento per bonorum poſſeſsionem contra tabulas, adhuc debentur legata relicta liberis, & parentibus, ſeu alijs coniunctis perſonis in edicto Prætoris expreſsis. l. 1. C. de bono. poſſe. cont. tabul.

Licèt teſtator ſe ipſum interficiat, teſtamẽtum eius non irritatur, ſi tempore, quo teſtatus eſt, erat ſanæ mentis, niſi ſe interfecerit metu futuræ pęnæ alicuius delicti per eum cõmiſſi. l. 2. C. qui teſtamen. face. poſſu. facit l. 35. ff. de milit. teſtamen.

Teſtamentum irritum probat voluntatem teſtatoris. l. fin. C. de bonis eorum, qui ſub tutela.

Valet teſtamentum decedentis, appellatione cauſæ criminalis pendente. l. 13. §. fin. ff. de teſtamentis.

Interdictio facta bonis à Iudice, impedit teſtamentum fieri, ſed iam factum non rumpit. l. 18. ff. de teſtamentis.

Quando filius eſt inſtitutus inſolidum, vel pro parte in primo gradu, poteſt p̃teriri à ſequẽti gradu, & valebit teſtamentum. l. 14. §. quod vulgo. ff. de liber. & poſthum.

Rupto vno gradu, rumpitur quod ex eo dependit. gloſ. ibid.

Si exhæredatio facta in conditionis defectum non poſsit confirmari aditione, teſtamẽtum eſt nullum. l. 28. ff. de liber. & poſthum.

Rupto teſtamento paterno, rumpitur pupillare, & ècontrà remanẽte paterno, remanet pupillare. l. 16. §. ſi ſub teſtamento. ff. de vulgari.

Diſpoſitio ſpecialis derogat generali. l. 35. §. Lucius de leg. 2. & ècontrà diſpoſitio generalis ſequens derogat ſpeciali præcedenti, qñ cadit inter grauatos. l. 68. §. eum, qui de lega. 2.

Si teſtamentum rumpatur pro parte, prælegata pro illa parte non debẽtur, ſicut nec legata extraneis. l. 78. eod.

Voluntas teſtatoris tacita à contrario ſenſu ſumpta, per aliam tacitam voluntatem reuocatur. l. 92. eod.

Si teſtamentum ab initio deficiat propter defectum teſtatoris, ex noua voluntate nõ conualeſcit ceſſante impedimento, ſecùs in codicillis. l. 1. §. ſed & filiusfa. & ibi. glo. de leg. 3. vide l. 19. ff. de teſtament. nam quæ inutilis ab initio fuit inſtitutio, temporis tractu conualeſcere non poteſt. Reg. penu. ff. de reg. iur.

Inimicitiæ ſuperuenientes, & teſtamentum imperfectum, hæredis inſtitutionem nõ vitiãt, ſed legatum ſic. l. 22. ff. de adimen. legat. vide ibid. Barto.

Licèt teſtamentum vltimum non valeat, quia in eo ſint inſtituti non capaces, tamen à ſcriptis in primo teſtamento hæredibus auffertur hæreditas, non autem prælegata, niſi aliter teſtatorem voluiſſe appareat. l. 12. ff. de de his, quibus vt indign. lega. aufer.

Reuocato teſtamento, non videtur reuocatum fideicommiſſum tacitè iunctum. l. 48. ff. de iure fiſci.

Omnia, quæ ex teſtamento proficiſcuntur ita ſtatum euentus capiunt, ſi initium ſine vitio cęperint. Reg. 201. de reg. iur.

Quomodo, & quando legata adimantur, vide infra tit. de adimendis legatis.

De

De codicillis,& iure codicillorum.

QVi elegit viam teſtamenti inſolemnis, non poteſt deinceps variare, & agere virtute codicillorum, per l.fi.C.de codicil. Afflict deciſ.134. Boet. deciſ. 33.nu.13. vide Ioſ. Ludo.deciſ. Luc. 53. quæ procedunt, quando agitur per viam actionis, ſecùs quando proceditur per viam exceptionis: quia tunc admittitur variatio. Afflic.d.deciſ.134. & codicillus largè dicitur teſtamentum.ibid.

Agenti vigore codicillorum, non competit petitio hæreditatis directa, ſed actio ex teſtamento. Guid.Pap q 323 nu.fin. item non cõpetit remediũ l.fi. C.de edicto diui Adr.toll.

Si in teſtamento non interuenerunt, niſi quinq; teſtes, & nulla adſit hæredis inſtitutio, tale teſtamentum valebit in vim codicillorum, licèt fuerit productum in iudicio vti teſtamentum. Hiero Mago.deciſ.Luc.32.

Hæres inſtitutus in teſtamento minus ſolemni, quo ad animam retinet hæreditatem, tamen conuentus in iuditio condemnatur ad reſtitutioné, niſi adſit clauſula codicillaris probata per duos teſtes. Capic.deciſ 89.

Codicillari, & legare quis nutu poteſt, dummodo ſtet in recto ſenſu, ſed an hoc procedat p̃cedẽte interrogatione alterius, vide Gram. deciſ.73.num.6 34. & 35. ideò codicilli ſolo nutu teſtatoris tenent capite annuẽdo abſq; aliqua expreſsione verborum, dum tamen memoria læſa non ſit.ibid.nu.35.

Codicillos poteſt quis facere ſine teſtamento, ſed quando tunc poſsint confirmari diſtingue, aut apparet de teſtamento, & hoc caſu capiunt vires ex teſtamento, aut non cõſtat, vel dicitur nullum, & tũc venientes ab inteſtato videntur rogati reſtituere hęreditatem per modum fideicommiſsi, & ſecũdum formam codicillorum, & capitur hæreditas à venientibus ab inteſtato, ac ſi per fideicõmiſſum eſſet relicta. Guid. Pap. qõ.323. vide Fran.Marc.q.319. quid, quando teſtator dixit, quod valeat teſtamentum iure cuiuſlibet vltimæ voluntatis, vide Guid.d.q 323.

In omni vltima voluntate (teſtamẽto excepto) ſufficiunt quinque teſtes, vel rogati, aut fortuiti, etiam ſi duæ ex illis fœminæ exiſtant. Guid.q. 538 nam mulier poteſt eſſe teſtis in codicillis Bar.in l 9 ff de ſtatu homin.& in l. 20 §.eum ff. qui teſtamen fac poſſ.

Teſtes non oportet eſſe rogatos in codicillis, ideò teſtamentum, in quo adeſt clauſula codicillaris, valebit, etiam ſi in eo teſtes non eſſent rogati. Boet.deciſ.33.

Teſtamentum quando non valet, vt valeat iure codicilli quæ requirantur, vide Ioſeph. Lud. deciſ. Luc. 53.

An, & quando admittatur declaratio contentorum in teſtamento, à codicillis ſumenda, vide Mago.deciſ 4 Rot. Flor.

Codicillus nihil aliud eſt, quàm iuſta ſententia de eo, quod quis poſt mortem ſuam fieri voluit abſq; hæredis inſtitutione. Fran. Mant. de coniect.vlt.volunt.lib.1 tit.8.

De epiſtola fideicommiſſaria, & quando differat a codicillis, vide eundem eod.lib.tit.11.

De coniecturis, quæ habent locum in codicillis, vide eundem lib.6.tit.4.

Approbans teſtamentum, videtur illud approbare ſecundum formam codicillorum: ideò legata relicta in teſtamento approbato, & diminuta per codicillos, ſolùm debẽtur iuxta codicillorum tenorem. Crau.conſi.257.

Conditionem, modum, qualitatem, & ſimilia adiecta in teſtamento, cenſeri repetita in codicillis tradit Menoch conſi.323.lib.4 nu.6.

De intellectu legis fin. C. de codicil. vide per Bar.in conſi.67. vol 2.

Codicillus etiam in ſingulari numero reperit in l.generali.C.de Sacroſanct.Eccleſ.

Tranſactio nõ porrigitur ad codicillos poſtea repertos.l 3.§ cùm, & l.12.ff.de tranſact.

Qui inſtituit heredem, vel filiũ exhæredat, cenſetur voluiſſ. teſtari, & non codicillari: ideò ſi talis diſpoſitio non valeat vt teſtamentũ, non valebit etiam vt codicillus.l 14.C de teſtamen.nã inſtitutiones, & exhæredationes non fiunt in codicillis.glo.ibid.

Eodem modo publicantur, & aperiuntur codicilli, quo teſtamenta.l.fi.C.quẽad.teſta.aper.

Confirmatio codicillorum futurorum facta tẽpore inhabili, nõ impedit libertatem poſtea in eis præſtari tempore congruo.l.1.C.de teſtamen.manumiſ.

Valet inſtitutio facta codicillis teſtamento cõfirmatis, quia licèt codicillis hæreditas dari non poſsit, tamen ex teſtamento hoc caſu data videtur.l.77.ff.de hæred.inſtit. & l.10.ff. de conditio.inſtitutio.

Si teſtamentum iure non valeat, ea ſcriptura, quam teſtator teſtamentum eſſe voluit, codicillos non facit, niſi hoc dictum ſit, vel niſi inter liberos.l.41.§. quòd ſi hæredẽ verſi.quæ ita.ff. de vulgari, & ibi gl vide l.11 de lega.3. nam quando conſtat quem voluiſſe teſtari, eius diſpoſitio, ſi non valet iure teſtamenti, non poteſt valere iure codicillorum. Put. deciſio 79. libr. 1.

Codicillis non poteſt apponi conditio hęredi purè teſtamento inſtituto: quia ipſis codicillis hæreditas directò dari, neque adimi poteſt.

poteſt.l.27.§.fin.ff. de conditio.inſtitutio.qđ procedit in pagano, ſecus milite.l.37.ff.de milit. teſtam.

Si teſtamentum ab initio deficiat propter defectum teſtatoris, ex noua voluntate non conualeſcit impedimento ceſſante: ſecùs in codicillis, quibus relinquebatur fideicommiſſum.l.1.§.ſed ſi filius de legat.3.

Si teſtator iubet in codicillis aliquem eſſe contentum certa re pro his, quæ in teſtamento relinquerat, intelligitur de relictis purè, non ſub conditione.l.27.§.Pōpo.de leg.3.

Codicilli facti in captiuitate valēt, captiuo reuerſo, ſi ante captiuitatem fuerant teſtamento confirmati.l.12.§.codicilli.ff. de captiuis.

Ad confirmationem codicillorum an requiratur, quòd ſit adita hæreditas, vide Bar.in l.2. C.de teſtam.manumiſ.& an relicta in codicillis, requirant cōfirmationem per ipſam aditionē ab inteſtato, vide Bar.in l.38.§. ſeruus. ff.de hæred. inſtitu.

Filiusfa.etiam hodie non facit codicillos, & codicilli facilius confirmantur, quàm teſtamentum. Bar.in l.2.de legat.1.

Quando in teſtamento eſt appoſita clauſula, omni meliori modo, valebit teſtamētum eo modo, quo fieri poterat rectè, licèt aliter ſit ſcriptum. Tho.Minad.deciſ.43. num.12.vide Ioſeph.Ludo.deciſ.Peruſ.118. Vinc. de Fran. deciſ.156. quid operetur hæc clauſula, vide Craue.conſi.142.305.& 326.nu.15. Dec.cōſi. 77.Hippol. ſing.36. ſed hæc clauſula non facit, vt valeat iure codicillorum, ſi hoc non fuerit dictum.Boer.deciſ.33.nu.8.

Id, quod ex animo noſtro pendet, intelligimur facere omni iure, quo melius facere poſsimus ad hoc, vt actus valeat.l.3. ff. de milit. teſtam.& voluntas diſponentis, quæ legibus non repugnat, pro lege ſeruatur.§. diſponat. Authen. de nupt.

Quando teſtamentum eſt nullum ratione præteritionis, & adeſt clauſula codicillaris, proximiores cenſentur eſſe rogati de reſtituendo hæreditatem hæredi ſcripto, & tūc filius detrahit ſolummodo legitimam. Guid.Pap. q.52.in fine, vide Capel.Thol.q.456. non etiā trebellianicam ex quo grauamen eſt purum. Craue.conſi.242.& conſi.245.Dec.conſ.321. Rol.conſi.71.nu.57.vol.2.& Bar. in l.8.§.meminiſſe.ff.de inoffi. teſtam.

Clauſula codicillaris facit, quòd ſubſtitutio directa trahatur ad fideicommiſſariam. Fran. Marc.q.172.num.fin.par.2. Craue.conſi.305. Dec.conſi.205.& Math.Matheſ.ſing.140.

Clauſula codicillaris ſi ſit adiecta in teſtamento, illud non valebit iure codicillorum, facto ſecundo teſtamento, niſi in ſecundo fiat mētio de primo.vide Guid.Pap.q.323.nu.3.

Subſtitutio facta à pagano poſt pubertatem ſuſtinetur in vim fideicommiſsi, quando adeſt clauſula codicillaris. Capel.Thol.q.456.

Clauſula codicillaris quando locum habeat, & de eius vi, & effectu, vide p Guid. Pap.q.513. Bar.in Auth.ex cauſa. C.de liberis pręteritis, & in l.filio præterito. ff.de iniuſto rupto.

Clauſula codicillaris intelligi non poteſt, niſi dicatur. Boer.deciſ.33.nu.8.vide Fran.Mant. de coniect.vlti.volunt. lib. 1.tit.9.

Fallit in teſtamento inter liberos. Boer. deciſ. 240.nu. 6. Craue.conſi.34. Anto.Trigo.ſing. 104.Clar.in §.teſtamentum.q.8.quod limita, vt per Marc.de Mant. ſing.216.ſed in quibus alijs caſibus debeat intelligi, vide Māt. ibid. d.lib.1.tit.9.ideò aliàs teſtamentum ratione ſolemnitatis imperfectum, non valebit (ex aliqua iuris interpretatione) iure codicillorum. Boer.d.deciſ.33.nu.9.

Clauſulæ habentes vim clauſulæ codicillaris q̃ ſint, vide per Boer.deciſ.33.nu.10.& 11.

Clauſula codicillaris non operatur, quando eſt quæſtio voluntatis.idem Ioſeph.Ludo.deciſ. Luc.53.nu.58.& Dec.conſi.394.nu.9.

Clauſula codicillaris etiam concepta per verba futuri tēporis, an operetur poſthumo præterito, vide Iacob.Put. deciſ.234. lib.2. Fran. Mant.de coniect.vltim.volun.lib.12.tit.1.nu. 14.Bar.in l.8.ff.de auro, & argento.lega. & in l.2.de legat.3.in conſi. 6. & 20.libr.1.an tunc poſthumus detracta legitima cenſeatur grauatus de hæreditare reſtituenda hæredi ſcripto, vide Andr.Gail.obſer.114. libr.2. Fran. Mant.de coniect.vlti.volunt.lib.12.tit.1. pro affirmatiua ſcribunt Rolan.conſi.7.volum.4. & Pet.de Rauen. ſing. 740.

Quòd clauſula codicillaris expreſſa concepta per verba futuri temporis, faciat valere teſtamentum, in quo poſthumus fuit etiam ignorāter pręteritus (ſecùs in tacita) ſcribit Crau. conſi.34.vide tamen Clar.in ſua Pract.§.teſtamentum q.6.vide etiam Excel.P.Teſta.deciſ. 141. quo loci traditur Reg. cum ampliationibus, & limitationib. ſed an tūc poſthumus detrahat duas quartas, vide d.deci.141.nu.fi.

Dicta cōcluſio max. procedit, ſi teſtator longo tempore poſt natiuitatem poſthumi ſuperuixerit. Rol.conſi.7.nu.30. vol.4.

Filia excluſa à ſtatuto propter maſculos, non exiſtētibus maſculis, ſi fuerit præterita dicit teſtamentum nullum, ſed vigore clauſulæ codicillaris reſtituit hæreditatē hęredi ſcripto, retenta legitima. Bar.conſi.44.vol.1.

In caſu teſtamenti inualidi venientes ab inteſtato, virtute clauſulæ codicillaris cenſentur grauati reſtituere hæreditatē hæredi ſcripto

detracta

detracta quarta trebellianica, quæ inſtituto pio loco nõ debetur. Vincen. de Fran. deciſ. 63. num. 4. Afflic. deciſ. 125. Guid. Pap. q. 323. Dec. conſi. 369. & ſi ſint filij detracta legitima. Ioan. Papon. lib. 20. tit. 1. arreſt. 8. & præmiſſa procedunt teſtamento rupto. Ioſeph. Ludo. deciſ. Luc. 53.

Clauſula codicillaris operatur, quòd caducata inſtitutione per mortem inſtituti, habeat locum ſubſtitutio facta, ſi ſine liberis deceſſerit. Vinc. de Fran. deciſ. 156. nam eſt locus dictæ clauſulæ, etiam ſi inſtitutus moriatur viuo teſtatore. Dec. conſi. 369. vide Hippol. ſing. 544.

Clauſula codicillaris hodie ex quadam conſuetudine Notariorum apponitur: ideò nõ debet ſemper operari, nec debet extendi ad non veriſimilia. And. Gail. obſer. 114. lib. 2. nu. 9. vide Mant. de coniec. vlt. volun. lib. 1. tit. 10.

Iuramentum teſtatoris habet vim clauſulæ codicillaris. Gail. d. obſer. 114. nu. 14. ſed qñ, vide Fran. Mant. de coniect. vlt. volun. lib. 1. tit. 9. Hippol. ſing 504 facit l. 79. §. filius de leg. 2.

Clauſula codicillaris non operatur, niſi concipiatur per verba futuri temporis, ſecundum Craue. conſi. 34 vide Bar in l. 76. §. cùm ſtipulamur. ff. de verbo. obliga. quid, quando concipitur per verba præſentis temporis ſubiunctiui modi, vide eundem Craue. conſi. 69.

Talis clauſula non operatur circa vitium nullitatis poſtea ſuperueniens, ſeu quando teſtamentum poſtea rumpitur. Craue. conſi. 69.

Clauſula codicillaris non operatur contra voluntatem teſtatoris: ideò ſubſtitutio directa non trahitur ad fideicommiſſariam ex clauſula codicillaris, quando repugnant verba, & mens teſtatoris. Craue. conſi. 210. tamen vide ibid. & Dec. conſi 205. & 292.

Clauſula codicillaris operatur, vt legata peti poſsint, licèt teſtamentum efficiatur caducum per mortem hæredis. Dec. conſi. 240. & tunc relicta debentur à venientibus ab inteſtato. idem conſi. 321. nam d. clauſula operatur legati repetitionem à venientibus ab inteſtato. Vincen. de Fran. deciſ. 1. num. 12. vide Bar. in l. 6 ff. ſi quis omiſſa cauſa.

Licèt hæreditas non ſit adita, legata tñ debent propter clauſulam codicillarem conceptam per verba futuri tpis. Dec. conſi. 652. num. 12. d. clauſula etiam operatur, quod videantur rogati in teſtamento ſcripti hæredes, vt ſi teſtamentum ſit minus ſolemne ſoluant legata in eo contenta. Afflic. deciſ. 69. num. 3.

Clauſula codicillaris conſeruat legata facta in teſtaménto, in quo poſthumus fuit præteritus. Bar conſi. 204. vol. 1. quid, ſi ignoranter fuiſſet ṗtcritus, vide eundem cõſ. 210. eo. vol.

Legata ab vno nominatim in codicillis relicta, quando debeantur à venientibus ab inteſtato, vide per Bar. in conſi. 205. vol 1. nu. fin.

In legatis eorũ, q̃ in codicillis relicta ſunt perinde dies cedit, atq; teſtamento relictorum. l. quod purè. ff. quando dies legat. ceda.

Inualidum teſtamentum vim codicillorum nõ habet. l. 29. C. de fideicom. niſi adita clauſula codicillari. l. 11. C. de teſtam. manumiſ.

Quando ſecundum teſtamentũ non valet propter clauſulam derogatoriam appoſitam in primo, legata ex eo ſecundo teſtamento relicta non debentur, etiam virtute clauſulæ codicillaris. Menoch. conſi. 170. libr. 2. quid operetur dicta clauſula appoſita teſtamento ſecundo inualido, vide Bar. in l. 18. de leg. 3.

Clauſula codicillaris inſerta in teſtamento fratris inſtituentis turpem perſonã ſorore præterita, nõ operatur, vt ſoror videatur grauata de reſtituendo hæreditatem per fideicommiſſum illi turpi perſonæ hęredi inſtitutæ. Fran. Cremen. ſing 91. an tũc ſuſtineatur teſtamentum virtute dictæ clauſulæ, ita vt ſubſtitutioni locus ſit, vide Perilluſtr. D. Præſid. Teſſau. deciſio. 128.

Clauſula, ſi non valet iure teſtamenti, &c. an trahatur ad hæredis inſtitutionem, vide Bar. in l. 12. §. ſi paganus. ff. de iniuſto rupto.

Clauſula codicillaris operať, q̃ verba, quiſquis mihi hæres erit in teſtaméto appoſita. faciãt legatum conditionale. Bar. in l. 3. de legat. 1.

Subſtitutio facta in codicillis, reuocat inſtitutionem factam in teſtamento prius facto, et ſi fuerit facta de eadem perſona, ſub diuerſa tamen conditione. Craue. conſi. 80.

Hæreditas directè dari, nec adimi poteſt in codicillis: ideò ſi filius in teſtamento fuerit inſtitutus, nõ poterit reuocari inſtitutio per codicillos. Hipp ſing. 49. Bart. in l. 19. C. de pact.

Clauſula derogatoria appoſita ĩ codicillis operatur, quòd illi nõ reuocentur per ſequentes codicillos, non facientes mentionem illius clauſulæ derogatoriæ, imò non reuocantur per ſequens teſtamentum, niſi reuocetur illa clauſula. Craue. conſi. 90. nu. fin.

Hæreditas licèt dari non poſsit in codicillis, poteſt tamen in illis declarari vnum ex hæredibus indignũ eſſe. Dec. conſi. 361. vol. 2. & tunc hæreditas applicatur fiſco. l. 4. ff. de his, quib. vt indigni. hęred. aufer. & codicilli videntur annullati, annullato teſtaméto ibid. an reuocentur, rupto teſtamento. vide per Bar. in l. 38. §. ſeruus. ff. de hæred. inſtituen.

Subſtitutio pupillaris directa facta in teſtamento extraneis, reuocatur in codicillis, quãdo ſunt ſubſtituti venientes ab inteſtato. Bar. in Auth. hoc inter liberos. §. ſi quis autem. C. de

teſtam.

teſtam.vide Bar.in l.37. ff.de milit.teſtam.

Si in teſtamento irritato fuerit appoſita clauſula codicillaris, an legata debeantur ab inteſtato, vide Bar.nu.22.in Auth.ex cauſa.C.de liberis prçteritis.

De inutilibus diſpoſitionibus circa vltimas voluntates.

HAereditas, ſeu ſucceſsio in vniuerſo, pacto dari non poteſt. Ozaſ.deciſ.100.nu.17. & deciſ. 125.vide Boer. deciſ.555.

Vtrum valeat pactum initum in contractu matrimonij, vt primogenitus ſuccedat, & ſit hæres, vide per Boer.deciſ.204.

Hæreditatem ſi det pater filiæ nubenti, an valeat donatio, vide Boer.ibid.nu.5.

Licèt pactum de futura ſucceſsione ſit prohibitum.tamen pactum de hæreditate conſeruãda eſt permiſſum.Fran.Marc.q.136.

Si quis ſeptem teſtibus præſentibus Caio promiſerit, ſe nullum alium hæredem inſtituturum, ꝑter ipſum, an per hanc promiſsionem Caius hçres cenſendus ſit, vide eundẽ.q.838.

Donatio de hæreditate viuentis ſine eius conſenſu inualida eſt, qđ ꝓcedit qñ eſt facta donatio hæreditatis viuentis, & certæ perſonæ, ſecùs ſi incertæ.Vinc.de Fran. deciſ.89.

Pactum de ſuccedendo in re particulari, ſi quis ſine filijs deceſſerit, an valeat, vide Iac.Put. deciſ.112.& ſeq.libr.2. & Alex. Raud. tracta. de analog. cap. 25.

Pactum de ſuccedendo in bonis, quæ ab altero obuenerunt, vt quoq; ad filios paciſcẽtis deueniant, an valeat, vide Put.deciſ.113.lib.2.

Pactis hæreditatem dari non poſſe pro regula traditur, nec talia pacta firmantur iuramento, vel conſuetudine, aut ſtatuto: fallit in pacto reciproco de ſuccedendo, quod valet. And.Gail.obſer.126.lib.2. Hippol.ſing.333. an tale pactum firmetur iuramento, vide Papon.lib.20.tit.2.arreſt.1.

Fallit ſecundò in pacto ſucceſsionis inter Principes, & Illuſtres perſonas.idem Gail. obſer. 127. libr. 2.

Tertiò pōt quis fieri hçres in contractu duobus in caſib.ſocietatis ſcilicet, & mr̃imonij.vide Caſſa.in cõſue.Burg.ti.*des ſucceſſions*.§.12.gl.13

Fideicommiſſum conuentionale qñ valeat, vide per Rand.tract.de analag.cap.25.

In inſtitutione conditio non attenditur capacitas, vel incapacitas tempore teſtamenti. idem ibid.nu.48.

Pactum factum inter fratres, quòd altero moriente ſine filijs, omnia bona vadant ad ſuperſtitem non valet, ſecùs ſi eſſet factum de parte bonorum. Dec.conſi.225.

Pactum de ſuccedẽdo alicui valet, facta aliqua reſeruatione, vt teſtari poſsit. Dec.conſilio. 516. num. 17.

Pactum factum per filiam patri, de non ſuccedẽdo matri, vel fratribus, ipſis matre, vel fratrib.abſentib.non valet. Rol.conſi.81.vol.4.

Conditiones plures à iure reijciuntur, quãdo publicæ vtilitati aduerſantur, & turpitudinẽ in ſe continent. Ozaſ.deciſio.126. ſed quando fatuæ mentes teſtatorum nõ debeant attendi, vide Boer.deciſ.23.nu.65. & 66. alias teſtatoris mens adeò attendi debet, vt licèt diſpoſitio reddatur inutilis, ab ea non ſit recedendum. idem Ozaſ.d.deciſ. 100.nu.25.

Relictis cẽtum filiæ, ſi nupſerit, ſi verò Religionem intrauerit quinquaginta, nihilominus ſi intret Religionem habebit centum: quia illa conditio (tanquã turpis) quæ eſt directò impeditiua vitæ contemplatiuç reijcitur. Boer. deciſ.3.num.14. an valeat conditio appoſita per teſtatorem, per quã impediatur vita cõtemplatiua, vide Dec.cõſi.419. quòd habeatur pro non adiecta, ſcribit idem Bar. conſi. 104.lib.2. vide eundem q.5.

Conditio turpis, vel impoſsibilis quãdo vitiet relictum, vide DD.de Rot. deciſ.10.de teſta. in antiq.nu. 3.& Pet. Roy. deciſ.1. Litua.

An valeat teſtamentum eius, qui iuſsit cadauer ſuum debere tumulari cum cantu, alacritate, & rubeis veſtibus, & ex quib.ſignis preſumatur quis furioſus, vide Franciſ. Mant.de coniect.vltim.volunt.lib.2.tit.5.nu.9.

Legatum factum monialibus cum onere recipiendi puellas ad habitandum, nunquid valeat ex hoc, quòd ſapiat ſimoniam, vide Nat. conſilio.618.

Conditio impoſsibilis in cõtractibus vitiat diſpoſitionem, ſed in vltimis voluntatibus vitiatur.Bar.in l.8.C.de legat.

Impoſsibilium quatuor ſunt ſpecies, alia enim impoſsibilitas eſt iuris, alia naturæ, alia perplecitatis, & alia facti, ſed quando hæ impoſſibilitates vitient diſpoſitionem, vide p Bar. in l.1.ff. de conditio. inſtitut.

Impoſsibile de iure dicitur, quod eſt contra bonos mores.ibid. Bar.nu.5.

Impoſsibilitas ſi eſt adiecta grauato, an vitiet diſpoſitio, vide Bar.in l.12.§.ſi quis de leg.1.

Impoſsibile reputatur, quod non poteſt expediri ſine Principis licentia.Bar.in l.41.§.conſtat de legat. 1.

Modus, vel conditio impoſsibilis ſi apponatur legato, quãdo reddat legatum nullum, vide Bar.in l.16. ff.de vſufructu legato.

Voluntas

Voluntas illicita teſtatoris non ſeruatur. Bar. in l.44.ff.de hæred. inſtitu.

Relictũ ſub conditione neceſſaria habente præcedentem conditionem turpem, non debetur. Bar.in l.1.ff.de conditio.inſtitutio.

Conditio de præterito, vel de præſenti impoſſibilis, vitiat contractum, & vltimam voluntatem. Bar.q.12.

Diſpoſitio defuncti continens aliquid prohibitum à iure, dicitur continere impoſſibile de iure. Bar. lib.1.minori.cap.3.nu.5.

Impoſsibile reputatur, quod vnius facto ſolùm explicari poteſt. Abb.conſi.45.lib.2.

Quæ contra bonos mores ſunt, habentur in vltimis voluntatibus pro non ſcriptis. Abb. conſi.99.lib.2.

Diſpoſitio teſtatoris pro lege eſt ſeruanda, niſi eſſet humanitati contraria, vel deriſoria, aut repugnaret diſpoſitioni legis. Marc.de Mát. ſingul.123.

An teſtamentum ad interrogationem alterius valeat, vide Gram.deciſ.73.& ſupra titu.de teſtamen.in genere, Clar.in ſua Pract.§. teſtamentum. q.37.

Teſtamentum, quod ægroto ignorante, & alio dictante fuit ordinatum, non valet, quamuis poſtea eo præſente, & coram teſtibus lectum fuerit, & cùm eſſet interrogatus, an talis diſpoſitio ei placeret reſpõderit ſic, vide tamẽ Mant.de coniect.vlti.volun.lib.2.tit.6.nu.10.

An diſpoſitio ſtulti, vel furioſi valeat, vide ſupra de teſtam.in genere, Myſing.obſer.41.ceut.2. Pet.Roy deci.1.Litua.in deciſ.diuerſo. To.2.

Furioſus ſemel an ſemper talis præſumatur, & quando illa præſumptio tollatur, vide Boer. deciſ.23. nu.89.

Affirmatio tabellionis teſtatorem mentis ſuæ non eſſe ſcribentis, viribus teſtamenti nihil detrahit, vide Pet.Roy.deciſ.2. Litua.nu.16. in deciſ.diuerſo.tamen qñ quis allegat teſtatorẽ fuiſſe furioſum, & nõ ſanæ mentis, quid probare debeat, vide ibid. & quõ tunc ſint formãdi articuli, vide p Bar.in l.5.C.de codi.

Actus facti ab habẽte dilucida interualla, qñ in furore, & quando in ſua mente præſumantur facti, vide Bar.in tract. teſtimonio.nu.95.

Quoties teſtm̃ non valet in primo gradu, incipit à ſecundo. Thom. Minad.deciſ.43.nu.4.

Diſpoſitio de primo actu intellecta, non conſumatur per actum inualidum. ibid.nu.15.

Captatoria diſpoſitio ex eo ſolùm nõ dicitur, quòd perſona honorata alienæ volũtati eligenda, & nominãda commiſſa ſit, modò inſtitutionis ſubſtantia ex alterius voluntatis arbitrio non dependeat. Mohed.deciſ.358.

Voluntas captatoria nõ valet, & dr̃ captatoria, qñ in alterius voluntatẽ cõmittitur. Dec.cõſ. 494.& actus geſtus cõtra legẽ nõ valet.ibid.

Diſpoſitio captatoria non vitiat in relictis ad pias cauſas. Bar.conſi.5.vol.1.vide conſ.100.

Relictum, vel inſtitutio collata in voluntatem alterius, iure Ciuili non valet, iure Canonico ſic. Bar.in ſuo tract.de differen.inter ius Ciuil. & Canonic.

Qñ conſtat quẽ voluiſſe teſtari eius diſpoſitio, ſi non valeat iure teſtamenti, non poterit valere iure codicillorum. Iac. Put.deciſ.79.lib.1.

Diſpoſitio, quæ tenet de iure ſpeciali inter filios, in qua adeſt inæqualitas ex parte filiarum, an teneat, vide Put.deciſ.253.lib.2.

Si quis ante teſtamẽtum proteſtetur, quòd per quamcunq; diſpoſitionem per eum in fauorem alicuius faciendã, non intendebat recedere à quadam donatione, tunc per teſtamẽtum inde factum, non p̃iudicatur donationi. vide Put. deciſ.421.lib.3.

Falſa cauſa finalis vitiat inſtitutionem, ideò hæreditas aufertur ab eo, quem teſtator errans in coniunctione perſonæ inſtituerat, & trãſfertur ad venientes ab inteſtato. Vinc.de Frã. deciſ.1.n.7.ſed falſa cã qñ vitiet inſtitutionẽ, vide per Bart.in l. fin.ff.de hęred. inſtitue. & de caſib.in quibus legata valeant vitiata inſtitutione vide ibid.

Veriſimilitudo attenditur in erronea teſtatoris diſpoſitione. ibid. de Fran.nu.11.

Imperitia Notarij errantis circa verba teſtamẽti, ſcribendo verbum vnũ pro alio, nõ reddit inualidum teſtm̃, quando ſecundum ſenſum poteſt ſuſtineri. Caſſa.in conſuet.Burg.tit. *des ſucceſſions* Rub.7.§.3.glo.11.nn.6.

Diſpoſitio teſtatoris erronea, qua filios æquales eſſe voluit, cùm tamen inæqualitas inducitur tolli, & annullari debet, etiam poſt factam diuiſionem. Menoch.conſi.346.

Relictum filio vt filio, ſi non eſt filius, non valet. Bar.in l.5.C.de teſtamentis.

Falſa demonſtratio, quãdo vitiet diſpoſitionẽ, vide per Bar.in l.4.C.de hęred.inſtituen.& in l.17.ff.de condit.& demonſtr.

Qñ falſa cã in vltima voluntate vitiet diſpoſitionem, vide Hart.Hart.c.22.tit.de teſtamentis lib.2.& infra tit.de falſa cauſa, aut demonſtratione, &c.

Maritus põt inducere vxorẽ, vt ipſum hæredem inſtituat, niſi minę, ac verbera præceſſerint, vel dolo verſatus fuerit, q ex plurib.argui poteſt, ex adductis per Vinc. de Fran.deciſ.180.

Volũtas teſtatoris (de qua cõſtat) licèt inualida ſit pp defectum numeri teſtium, aut alterius ſolemnitatis iuris, operatur tamẽ probationem talis voluntatis. Iaſt.Lanf.Balb.dec.502.

Quod dr̃ vtile per inutile nõ vitiari, quomodo intelligatur, vide Gaſp. Cabal.milleloq.266.

Subſtitutio ſecunda ſequens primã, non militat, vbi nõ habet locum prima: nam inutilis diſpoſitio non poteſt facere aliam vtilem. Raud.de analog.c.37.nu.111.& 113.

Actus, qui fit ex duplici cauſa, licèt ex vna ſuſtineri non poſsit, ſuſtinetur tñ ex alia, & ex capite, ex quo ſuſtineri poteſt, vbi eſt clauſula, omni meliori modo. Crane.conſi.142.

Per ſequentem contractum inutilem à primo vtili non receditur, ſecùs in vltimis voluntatibus. Bar.in l.20.ff.de adimend.legat.

Si non valet qđ ago, vt ago, qñ valeat, vt valere poteſt, dantur multę diſtinctiones, quę poſſunt redigi ad vnã nempe, ꝙ ſi actus non valeat vt agitur, valeat vt valere põt, concurrẽte volũtate, & ea deficiente, vel dubia exiſtẽte, non valeat. Cabal.milleloq.237. vide eundem milleloq.310. Math.Matheſ.ſing.139.

Quibus modis hęredis inſtitutio fiat inutilis, & quemadmodum debeat reſtringi, vide Fran. Mant.de coniect.vlti.volun.lib.4.titu 4.

Teſtamentum factum per minorem inſtituentẽ filium ſui tutoris, vel curatoris, non valet, & debet irritari. Papon.lib.15.tit.5.arreſt.9. minus teſtamentum in fauorem adminiſtratorum factum. Rebuff.in ſuis comment.tracta. de donatio.glo.6.Tom.2.

Mulier adultera non poteſt inſtituere ſuũ adulterum, nec illi teſtamẽto aliquid relinquere. idem Papon.lib.22.tit.9.arreſt.11.

Formalibus, ſeu ſubſtantialibus nõ poſſunt partes in contractibus, & vltimis voluntatib. renuntiare, vt actus valeat. Maran.in ſuo Spec. de ordin.iudi.par.2.nu 42.fol.12.

Forma quando inducitur à lege, illa debet ſeruari per gerentem actum, aliàs non valet actus. Bar.conſi.153.

Teſtator quando facere poſsit, ꝙ leges non habeant locum in ſuo teſtamento, vide ꝑ Bart. conſi.177.& conſi 81.vol.2.

Ius vbi exigit aliquid ſub certa forma, ſeu qualitate, tunc non ſufficit factum ſine forma, & qualitate, adimpleri. Abb.conſi.1.lib.2.

Vltima voluntas minus ſolemnis, in qua coniunctæ perſonæ, vel multũ dilectæ relinquit, valet, & actionem producit, qđ in legatis, & fideicõmiſsis procedit, ſecùs in hæredis inſtitutione Math.Matheſ.ſing.41.

Incertitudo vitiat omnem diſpoſitionem, vide Hippol.ſing. 206.

Teſtator non põt remittere cautionẽ introductam fauore hæredis, ipſe tñ hęres poteſt, & ẽt teſtator non poteſt facere, vt leges nõ habeant locum in ſuo teſtõ. Bar.in l.1.C.de vſufructu. teſtm̃ enim publici iuris eſt, nec poteſt quis facere, ꝙ eius priuata ſcriptura valeat pro teſtamento. Dec.conſi.494.

Verba enunciatiua emiſſa principaliter ꝑꝑ ſe, inducunt diſpoſitionẽ; emiſſa ꝑꝑ aliud non, niſi in teſtõ militis. Bar.in l.7.C.de teſta.mili. aliàs nõ diſponũt in præiudiciũ eius, qui grauari non poteſt. Bar.in l.1.C.de teſtam.

Voluntas inualida coram quinque teſtibus cõfirmatur, voluntas obſcura coram duob. declaratur. Bar.in l.1.C.de codicil.

Temporis anguſtia ſubducitur de vltimis volũtatibus. Bar.in l.1.C.de his, quæ pœnę noĩe.

Teſtator non põt remittere cautionẽ de vtẽdo fruẽdo arbitrio boni viri. Bar.ĩ l.47.ff.de pac.

Defunctorum actus nõ poſſunt eſſe in pendenti, ſicut actus viuentium. Bar.in l.receptum. ff.commun. prędi.

Liberatio qñ fit in vltima voluntate, nõ requirit partis p̃ſentiam. Bar.in l.9.§ ſi liberationis. ff. de libera.legat. nã p̃ſentia pſonæ nõ requiritur in his, q̃ fiunt in vlt.voluntate Bar.q.13.

Lex qñ imponit pęnã ſtatim annullat, & infringit actum Bar.in l.1.ff de ijs, q̃ pro nõ ſcript.

Donatio, vel legatũ factũ ab Aduocato, vel Clerico cõcubinæ, nõ valet. Bar.ĩ l 6 ff de re iud.

Legatũ factũ filio, an intelligat hr̃e vim relicti, titulo inſtitutiõis, vide Bar.cõſ.151.& cõſ.153

Teſtm̃, in quo quis eſt inſtitutus in re certa, & ꝓhibitus, qđ plus petere nõ poſsit, nõ valet. Bar.cõſ.177.vol.1. vide eundẽ conſ 81.vol.2.

Inſtituto ventre vxoris poſthumo non nato, teſtamentum redditur nullum. Bar.d.cõſi 177.

Teſtamentum, in quo fratres minores ſunt inſtituti, eſt nullum, ſi ſubſtitutus non eſt datus. Bar.lib.1 minor fol.109.

Teſtm̃ occulti excõicati valet, publici nõ, & qđ de teſtõ vſurarij, vide ꝑ Bar.conſi 238.vol.1. quod non valeat ſcribit Abb.conſi.22.lib.1.

Repugnantia, vel prolixitas ſi colligantur in teſtamentis, nulla erunt teſtamenta. Bar.d.cõſ. 81.vol.2. & conſi 82.

Teſtator ſi dixerit, inſtituo Titiũ hęredem ſub conditionib.infraſcriptis, ſi poſtea nullã cõditionẽ expreſſerit, valebit hr̃dis inſtitutio, ac ſi purè facta fuiſſet. Abb.conſi.80 lib.2.

Teſtm̃ fratris, qđ per q̃relam à fratre interpoſitam nullũ fuit declaratũ, an ſuſtineat virtute clauſulæ codicillaris, ita vt ſubſtitutioni locus ſit, vide Excel.P.Teſſa.deciſ.126.

Inſtitutio cũ à principio fuerit nulla ex aliqua cã, poſtea non conualeſcit, remota cauſa impedimenti. Dec.conſi.661.nu.14. teſtm̃ inualidum, qñ reconualeſcat, & quãdo non, vide Bar.in l.1.§. ſed ſi filiusfa. de legat.3.

Actus nullus propter omiſsionem ſolemnitatis reſpicientis fauorem publicum, non poteſt poſtea confirmari regulariter; ſed quibus caſibus confirmetur, vide Bar.in l.1.§.ſed ſi filiusfa.de legat.3.

De

De incapace.

Incapax quando non capit ob defectum teſtatoris, ad quem hæreditas deueniat, & qd, quādo ob defectum ſui, vide Bart. in l.4.C.de his,quib. vt indign. hęred. aufer. vel ob defectum teſtamenti, vide ibid.

Si eſt inſtitutus hæres,qui non eſt capax, & rogatus reſtituere,an cogat̃ adire,& ſi non cogeretur,an ille, apud quem remanet hæreditas,illam habeat cum onere iſtius fideicommiſſi,vide Bar.in l.14.C. de fideicom.

Relictum incapacibus, quando deferatur in fiſcum,& qui ſint incapaces,vel indigni, & an relictum ſpurio palàm deferatur fiſco, vel remaneat apud hæredem, vide Bart.in l.1.C. de delatoribus libr. 10. & de materia infra titu.de his, quib.vt indig. hęred.aufe.

Relictum palàm non capaci non applicatur fiſco, & promittens per inſtrumentum publicum teſtatori de reſtituendo incapaci, dicitur palàm facere. Bar. in l.106. de legat.1.& tale relictum habetur pro non ſcripto. Abb. conſ.63.lib.2.

Legatum factum penitus incapaci non quæritur fiſco,& quilibet eſt capax legati alimentorum.Bar.in l.3.ff.de his,quæ pro nō ſcript.

Capacitas in hærede,vel legatario, quando requiratur, vide per Bar.in d.l.1. de delatorib. & inſpiciatur, vide eundem in l.48.§.in extraneis.ff.de hæred. inſtituen.

Legatarius ſufficit,qđ ſit capax tempore mortis.Bar.in l.3.§.quando.ff.de iure fiſci.

Hæres non capax ſe deferens præmiatur,ſed an teneatur ſe deferre ſtatim, vide Bar.in l.vnic. C.de his,qui ſe deferunt lib. 10.

Hæres non capax inſtitutus punitur pœna, de qua in d.lege,quid,quando ſtudioſè celat fiſco,& fideicommiſſario,vide Bar.in d.l.vnic.

Relictum palàm filio ſpurio,non reuocatur per hæredem extraneum. Barto. in l. 126. de legat. 1.

Si teſtator dixerit lego Titio centum, vel mille, & volo, quòd dentur illi, quem ſibi dixi, tale legatum non videtur in dubio in fraudem factum. Barto.in l. 26. ff. de rebus dubijs.

Pater naturalis pro illa portione ſuccedit filio, in qua filius ipſi patri ſuccederet. Bart. in §.ſi quibus igitur, Authen.quib. mod.natural.effic.ſui. vide de materia ſupra titu. de naturalibus liberis.

Filius naturalis natus ex vnica concubina, an habeat ius ſuccedendi ſuo fratri legitimo, vide Bar.ibid.

De ingratitudine.

Pactum,vt ingratitudo futura nō obſtet, non valet. Bart.in l.fin. C.de pact. num.3.

Qui impedit alium teſtari, iuſtā cauſam exhæredationis committit.l.23.C.de iniurijs.

Cauſæ ingratitudinis an repellant fratrē à ſucceſsione ab inteſtato,vide Bar. in l.37. C. de inoſ.teſta.& in §.ingratitudinē,Auth.de nup.

Ingratus poteſt priuari beneficio, qđ habuit ab eo, cōtra quem ingratus eſt.c.3.ex.de poſtul.

De his quibus,vt indignis hæreditates auferuntur.

Mater tutelam filiorū gerens, ſi ad ſecunda vota tranſierit, nullo confecto inuentario,tutore filijs non petito,nullaq; ratione adminiſtratorum reddita, filij defuncti ſucceſsione excluditur, & frater defuncti admittitur inſolidum. Ozaſ.deciſ.58. vide ſupra tit. de pęnis ſecundò nubentium Dec.conſi.246.Caſſa. in conſuetud.Burg.tit. *des ſucceſsions* §.6.glo.4. nu.7. l.6.C.ad Tertullianum,qđ procedit et in matre ruſtica. Menoch.de arb.li.2.caſ.194.n.26.

Dictio,mox poſita in l.tutores. C.ad Tertullia. quo intelligatur,& tex. in l.2.§. confeſtim.ff. eod.declaratur,vide ibid.Ozaſ.nu.24.& 28.

Matri minori ſuccurritur,ſi non petierit dari filio pupillo tutorem intra tempus à iure ſtatutum, ſecùs ſi fuerit maior. idē deciſ.87.nu. 5.tempore mortis filij, licèt eſſet minor tempore mortis mariti. Crau.cōſ.325.vide Lud. Rom. ſing.224. ſed quid,ſi minor ætas fuerit retractata per conſtitutionem Principis, an ſit attendenda ætas limitata per cōſtitutionem,vide Vinc.de Fran.deciſ.167.

Mulier intra annum luctus nubens,an priuetur hæreditate à primo viro ſibi relicta, vide per Boer.deciſ.186. pro affirmatiua ſcribit Pap. lib.15.tit.1.arreſt.12.& ſi.& lib.21.tit.4.arreſt. fin.vide tamen arreſt.20.lib.16.tit.3.

Mater renuntians tutelæ filiorum non petito tutore, efficitur indigna hæreditatis eorum. Mago.deciſ.43. Rot. Flor.

Limita non procedere,quando ſtatim facta renunciatione ſuſcepit auia tutelam, ita quòd pupillus nullo tempore remanſerit indefenſus. ibid. num.3.

Secundò limita, quando extant conſanguinei, quibus tutela defertur, ibid.nu.4. vel alij tutores. Dec.conſi.246.

Tertiò limita, quando filij moriunt̃ intra annũ. ibid. n. 5. Rot. Auen. deciſ. 80. in deciſ. diuerſo.

Quartò, quando mater mala valetudine fuiſſet affecta. Mago. deciſ. 43. nu. 6.

Quintò limita, qnãdo filius haberet mulros creditores, & propter hoc mater noluerit petere tutorẽ, vt filius remaneret indefenſus, ne poſſet condemnari. Hippol. ſing. 302.

Mater nõ petens filio tutorem intra annũ perdit ius ſuccedendi, & hoc habet locũ in multis alijs perſonis, de quib. & qñ regula procedat, cum ſuis limirationib. vide per Maran. in l. is poteſt. ff. de aequir. hære. in libro ſui Spec. fol. 627. Caſſa. in cõſue. Burg. tit. *des ſucceſſions.* §. 6. glo. 4. nu. 7. Ludo. Rom. ſing. 105. Bar. in l. 2. ff. qui pera tuto. & in l. 2. §. confeſtim. ff. ad Senatuſconſul. Tertul. l. 10. C. de legit. hæred. & Vincen. de Fran. deciſ. 167.

Mater, vel alius proximior, qui venit ad ſucceſſionem pupilli, debet petere tutorem ipſi pupillo, alioqui priuatur ſucceſsione, maximè ſi intra annum à morte teſtatoris non petierit, & mortuns ſit in pupillari ętate pupillus. Rebuff. in ſuis commen. rract. de ſenren. prouiſio. arti. 3. glo. 2. nu. 11. vide Natt. conſi. 656. Hart. Hart. c. 4. tit. de ſucceſsio. lib. 1. Vincen. de Fran. deciſ. 16. num. 7. ſed vbi quis allegat filium mortuum intra annum, hoc probare debet. Natt. conſi 656.

Mater ſi tutelam legitimè nõ adminiſtrauerit, vel inuentarium non confecerit, etiam priuatur ſucceſsione filiorum. Natr. conſi. 663. & ſi non ſuſceperit tutelam intra annum, poſt illum non poterit impedimentum allegare, Natt. ibid. nu. 14.

Mater, quæ eſt data in teſtamento tutrix, q̃ non fecit inuentariũ, nec fecit ſibi adminiſtrationẽ decernere, nec aliàs tutorẽ petijt, perdit hæreditatẽ filiorum decedentiũ in pupillari ætate. Guid. Pap. q. 403. Bar. conſi. 18. vol. 1. & conſi. 215. eod. ſed vtrũ matre excluſa excludat̃ auia, quæ ſimiliter neglexit petere tutorem lapſo anno, vide Guid. d. q. 403. & Bar. d. conſi. 18. vbi tenet pro parte negatiua.

Qui ſe excuſat à tutela teſtamentaria, nõ repellit̃ à ſucceſsione pupilli. Guid. Pap. ſing. 528.

Mater vltima rñi die anni petens tutorem dari filio, eius ſucceſsione priuari nõ debet, ſi poſtea caſus acciderit. Marc. de Mant. ſing 540.

Licèt mater non petierit tutorem dari filio, nõ tamen priuabitur fideicommiſſo, quod capit ex diſpoſitione patris. idem ſing 549.

Mater negligẽs petere curatorẽ vẽtri, an priuetur hæreditate, vide per Bar. in cõſi. 63. vol. 2.

Si filio furioſo, vel inſano mater curatorem nõ petierit, an priuetur eius ſucceſsione, vide Vinc. de Fran. deciſ. 167.

Monitio bina requirit̃, vt aliquis priuet̃ hereditate grauatus à teſtatore, vt aliquid faceret. Capic. deciſ. 205. vide Raud. tract. de analog. c. 37. nu. 104. hęres tñ grauatus à defuncto, vt aliquid ſoluat, ſi moneatur à Iudice p decretum, vt impleat, ſi ſteterit per annum, & non impleuerit, punit̃ commodo proueniente ex teſtamento. Capic. ibid. num. 5. Authen. hoc amplius. C. de fideicom.

Teſtatoris volũtatem quis adimplere debet, ſi vult beneficium conſequi ex illius teſtamento. Ioſeph. Ludo. deciſ. Luc. 64. nu. 37.

Hæres negligens voluntatem teſtatoris implere, priuatur eius hæreditate, ſi ſteterit per annũ, & monitus fuerit, qd, ſi teſtator diſpoſuerit heredẽ priuari bonis, ſi ſuã volũtatem nõ impleuerit, vide Cabal. milleloq. 679. Bar. in §. & hęc oĩa, Auth. de hęred. & Falc.

Non adimplẽs voluntatẽ teſtatoris reputatur indignus ſua hæreditate, & tunc præiudicat ſibi, & liberis vocatis. Raud tract. de analog. c. 37. vide c 6. & ibid. glo. ex. de teſtam. & c. 6. ext. de voto, quia hæres non implens voluntatem teſtatoris, dr̃ contrauenire eius teſtamento, & illud impugnare. Crau. cõſ. 1. nu. 3. & teſtm̃ non opitulatur agenti ex eo, niſi impleta teſtatoris voluntate. idem conſi. 80.

Hæres inſtitutus ſub modo, ſi modum non impleuerit, an poſsit priuari hæreditate, vide Craue. conſi. 59.

Hæres non implex voluntatem defuncti grauiter peccat, & aliquãdo periclitatur in eius vita, & ad hoc ſcribuntur duo mirabilia exempla per Rebuff. in ſuis commẽt. tract. de ſent. prouiſio. in præfat. nu. 85. & ſeqq.

Hęres negligẽs voluntatem teſtatoris implere priuatur hęreditate, ſi ſteterit per annum, & monitus fuerit, ſi verò ageret̃ de breuiori tpe anni, tunc duæ monitiones requiruntur. Rebuff. ibid. nu. 88. ſed qũo, & qñ hoc caſu puniatur, & cogatur hæres, vide ibid. nu. 89.

Si hęres intra certum tp̃s voluntatem defuncti non impleuerit, qua pœna puniatur, vide per Bar. in Auth. hoc amplius. C. de fideicom.

Si intra annũ à die monitionis non fiat executio teſtamenti per debentẽ exequi, deuoluit̃ executio ad Epiſcopum. c. 3. ex. de teſtamen.

Si teſtator iubet aliquid fieri ſub pœna priuationis hæreditatis, ſi hęres non faciat puniatur, & applicatur eius pars cohæredi. Bar. in l. 39. §. hæres, de legat. 3.

Donatio facta primogenitæ patre præmortuo, ipſa poſtea decedente; in pupillari ætate, tranſmittitur ad matrem ſuperſtitem ipſius pupillæ, Rot. Auenio. deciſ. 56. in deciſio. diuerſo. Tom 3.

Hæreditas deſcendentis non adita, non tranſmittitur per aſcendentem ad eius liberos, & aditio hereditatis probari debet per aſcendentem. Crauet. conſil. 37. num. 4. Natt. conſil. 656. num. 4.

Vnum Regula,

Regula, quòd deſcendens non tranſmittat hæreditatem non aditam ad aſcendentes, non procedit in infante. Crau.conſi.210.

Fideicommiſſum non agnitum, ſeu bona hæreditaria tranſmittũtur ad filios, etiã ſi clauſula codicillaris ſit in teſtõ. Capi.deciſ.89.n.5.

Tranſmiſsio hæreditatis non aditæ in ſuos, eſt conceſſa in portione hæreditatis eis delata: ideò nepos deſcendens ex maſculo excludit amitam à ſucceſsione aui, ſeu auiæ decedente patre, hæreditate prędictorum non adita, quando amita ex forma ſtatuti excluditur à fratre. Vinc.de Fran.deciſ.32.

Hæres hæreditatẽ nõ aditã regulariter nõ trãſmittit ad ſuos hr̃des And.Gail.obſe.130.li.2.

Fallit in hæreditate aſcendentium: quia pater hæreditatem nõ aditam, tranſmittit in filiũ. Gail.ibid.num.5.vide Crau.conſi.222. Marc. de Mant.ſing.102. & Bar.ſing.195.

Secundò fallit in ſuis hæredibus, qui pariter hæreditatẽ non aditã tranſmittunt. ibid. Gail. nu.6.in quoſcunque.Dec.conſi.331. Bar.in l. 3.C. vnde liberi. & conſi.30.vol.1. & 23.ibid.

Tertiò fallit in Monacho, qui tranſmittit hæreditatem aſcendentium ad Monaſterium. Gail.d. obſer.130.

Quartò fallit in legitima liberorũ.Gail.ibi.n.12.

Portio, ſeu hęreditas oblata maſculo virtute ſtatuti, ſi non ſit agnita per maſculum in vita, non tranſmittitur, ſed in ea ſuccedit ſoror eius amita. Gram, deciſ.103.nu.45.

Quicunque hæres legitimus an tranſmittat hęreditatẽ, vide Guid.Pap.q.300. in additio. & de intellectu legis, qui ſe patris. C. vnd.liber.

Poſthumus, qui incontinenti, & illico moritur, ad quem hęreditatem trãſmittat, vide Marc. q.169.par.2.

Infans ſi moriatur adita hæreditate, illam trãſmittit.vide ibid.

Hæreditas patris non adita trãſmittitur ad deſcẽdentes, ſed in linea tranſuerſali nõ datur trãſmiſsio de iure communi. Guid.Pap.ſing. 909.qđ contrarium ſeruatur in Regno Franciæ ex generali conſuetudine. Papon.lib.21. titu.1. arreſt.3.& 4.

Filius pteritus licèt moriatr̃ non adita hr̃ditate patris, trãſmittit tñ portionẽ hr̃ditatis pr̃næ ſibi delatam (ẽt non aditam) ad matrem, fratres, & ſorores æqualiter; nam illã trãſmittit ad quoſcunq; hæredes. Guid. Pap.ſing.776.

Legitimi hæredes non ſui, hæreditatẽ non aditã non tranſmittunt ad quoſcunq; hæredes, legitimi aũt ſui ſic. Marc.de Mant.ſing.195. nam exiſtẽtia ſui hæredis operatur tranſmiſſionẽ hæreditatis. Bar.in l.1.C.ſi minor ſe ab hęred.abſtinu.& in l.3.C.de iure delib.ẽt fraternę.idem Bart.in l.10.§.quos.ff. de vulgari.

Inſtitutus in re certa decedens, agnitionem illam tranſmittit, ſicut legatarius. Bart.in l.35. ff.de hęred. inſtituen.

Pupillaris ſubſtitutionis ille eſt effectus, ꝙ pater facit filium hæredem neceſſarium, quare talis exiſtentia ſui hæredis operatur tranſmiſsionem hęreditatis pupilli nõ aditæ. Bar. in l.2.nu.46.ff de vulgari.

Hęreditas matris tranſmittitur ad ſuos, & ſi nõ ſunt ſui, tranſmittitur beneficio reſtitutionis in integrum, ſi non fuit adita. Bart.in l.23.ff. de reb.dub.

Filius hęreditatem matris non aditam, an trãſmittat, vide Bar.conſi.63.vol.2.nu.4. & quid, ſi ſit infans, vide ibid.conſi.75.

Hæreditas matris non adita per infantem an tranſmittatur ad amitã paternam, & an tanquam non adita pertineat ad auunculum, vide eundem conſi.65. vol.2.

Ex teſtamento non poteſt eſſe hęres, q de illius viribus dubitat, niſi ſit ſuus, & qui in omnem euentum futurum ſe hęredem cognoſcit, interim decedens hęreditatem trãſmittit. l.83. ff.de acquir.vel omitt. hęred.

Fideicommiſſum non agnitum non tranſmittitur ad hęredẽ: idem in ſubſtitutione. Guid. Pap.q.232.nu. fin.

Ius legitimę, & eius ſupplemẽtum, & trebellianicę. tranſmittitur ad hęredes etiam extraneos. Boer.deciſ.250.

Legatum, vel fideicõmiſſum conditionale, etiã ad liberos non tranſmittitr̃, niſi ex cõiecturis aliter apparuerit. vide Fran.Mant.de cõiect. vlt.volun.lib.11.tit.20. qñ fideicommiſſarius decedens trãſmittat fideicommiſſum, ſeu ius fideicommiſsi, vide per Bar.in l.9.de legat.1.

Hęres inſtitutus tranſmittendo, facit aliũ hęredem. Bar.in l.40.ff.de hęred.inſtituen.num.4.

Dubitans de virib.teſtamenti, qa dicebatur falſum, ſi deceſſerit interim trãſmittit hęreditatẽ non aditã. Bar.in l.46.ff. de acquir.hęred.

De trãſmiſsione hr̃ditatis tã in ſuis, q̃ in extraneis hr̃dib. vide p Bar in l.83. ff.de acq. hęre.

Filius in poteſtate ſtatim mortuo patre efficitr̃ hęres ipſo iure, & hęreditatem tranſmittit ad hęredes, etiam ſi de immixtione aliter non appareat. l.3 de iure deliberan.

Hęreditatis non aditę per patrem, vel auum nomine infantis hęredis inſtituti, & in pupillari ętate conſtituti, fit trãſmiſsio ad proximiores ipſius infantis, cui ſuccedunt, ac ſi hæreditas fuiſſet adita. Guid.Pap.q.300.

Hodie.l.infanti.C.de iure delib.quę tranſmittit hr̃ditatẽ nõ aditã delatã infanti ad auũ, qui hẽt infantẽ in poteſtate (nõ ad patrẽ) eſt correcta. Iac.Put.deciſ.378.li.3.vide de interpretatione illius legis per Vera. deciſ.67 par.2.

Quod ad hæreditatem fratris, vel ſororis, aut aliorũ attinet pupillus, vel infans trãſmittit ad hæredes ſuos beneficium reſtitutionis in integrum, aduerſus omiſſam aditionem hæreditatis: hæredes enim poſſunt petere reſtitutionem ad adeundam hæreditatẽ ex clauſula generali, ſi qua mihi iuſta cauſa. Andr. Gail. obſer. 131. nu. 8 lib. 2. vide Bart. in l. 1. C. de reſtitu. milit. & in l. 17. C. de iure delib. nu. 3. & 11. idem in impedito quocunq; impedimento. Bar. in l. 10. nu. 5. ff. reb dub.

Pupillus tranſmittit hæreditatem ſibi delatam, ſi tutor tempore mortis pupilli ſciuerit delatam. Bar. conſi. 178. vol. 1. vide conſi. 75. vol. 2. nam ſcientia tutoris tribuit pupillo ius deliberandi, quod tranſmittit ad ſuos. idẽ Bar. in l. 3. C. de tuto. & curat qui ſatiſda. non debent, vide tamen in l. 17. de iure deliberan.

Conſilium pro hęrede pupilli non habentis tutorem, & defuncti ante aditionem, vt habeat hæreditatem pupillo delatam vide per Bar. d. conſi 178. vol. 1.

De intellectu legis cum antiquiorib. C. de iure deliberan. & quòd ſcientia patris ſufficiat ad hoc, vt filius impubes tranſmittat hæreditatem vide per Bar. conſi. 231. vol. 1.

Pupillo mortuo ante aditam hæreditatem per ipſius tutorem, ipſa hæreditas non tranſmittitur, ſecùs in infante, cui eſt delata hęreditas patre viuente. l. 18. C. de iure deliberan.

Tranſmiſſio, q̃ fit ex potẽtia ſuitatis, an habeat locũ in matre, ita vt ſuperſtite auo paterno, hæreditatem infantis non aditam obtineat, vide Excel P. Teſſan deciſ. 88.

Impeditus adire, trãſmittit hæreditatem, & ius ſuum ad hæredes. Marant. ad l. is poteſt, nu. 367 ff. de acquir. hæred. poſt librum ſui Spec. de ordine iudi.

Impeditus adire propter iuſtam abſentiam, ſi decedat interim ius petendi reſtitutionem ad adeundum, vel petendam bonorũ poſſeſſionem ſuo hæredi relinquit. l. 85. ff. de acqui. vel omitten. hæred.

Si hæreditas metu pęnę iniuſtæ mortis defuncti non adeat, ſi interim hęres decedat trãſmittitur, ſecùs ſi aliud impedimentũ impediret aditionẽ. l. 3. §. eleganter. ff ad Senatuſc. Syla.

Frater hæreditatem ſororis non agnitam, non tranſmittit. Guid. Pap. ſing. 481. & l. 7. C. de iure deliberandi.

Eſt magis cõmunis opinio, quòd hodie emancipatus non tranſmittat hęreditatẽ non aditam; quia in hoc non reperitur ſublata differentia. Pet. de Raue. ſing. 735.

Pater decedens ante aditam hæreditatẽ infantis, illam non tranſmittit, quia capit vt hęres filij. Bar. in l. 17. de iure deliberan.

Si filius moriatur anteq̃ adeat, pater nõ poteſt adire. Bar. in l. 8 C de bonis, quæ liberis.

Hæreditas aui materni non tranſmittitur non adita. Bar. conſi. 49. vol. 1 & conſi 72. vol. 2.

Bonorũ poſſeſsio, quę defertur infanti, eſt iuris, & tranſmittitẽ, ſed delata furioſo eſt facti, donec eſt in furore, ideò non tranſmittitur, niſi eſſet rogatus de reſtituendo, quia tunc eſſet iuris, & de differentia inter infantem, & furioſum quo ad hunc caſum vide per Bar. in l. 1. ff. de bono. poſſeſ. furio. infan.

Hęreditas non tranſmittitur ab ignorante. Bar. conſi. 12. vol. 1.

Poſthumus non tranſmittit hæreditatem ſororis non aditam ad hæredes extraneos, ſed filius in poteſtate ſic. Bar. conſi 22.

Sui etiam ignorantes tranſmittunt hæreditatẽ, extranei ita demũ, ſi ſciuerint eſſe hæredes, aliàs ſecùs glo. in d. l. 19.

Hęreditas poteſt adiri clauſis tabulis, & quo ad adeundum cedit dies à morte teſtatoris, ſed quo ad tranſmittendũ iura vetera ſeruant, vt nõ cedat dies, niſi ab adita hẽditate: fallit in filiorum perſonis, & quoties ius deliberandi tranſmittitur. l. vnica. §. in nouiſsimo. C. de caduc. tollend.

Filius deliberans decedens, tranſmittit hęreditatem patris ad quoſcunque, & ius adeundi quando finiatur anno, & quando tranſmittatur, vide Bar. in l 19. C. de iure delib. & in l. 10. ff. de rebus dub.

Hodie ſciens hæreditatẽ ſibi delatã ius deliberandi, & adeundi trãſmittit ad quoſcunq; hęredes (ſi decedat infra annũ à die ſcientię) vt poſsint adire infra reſiduum temporis, quo elapſo excluduntur hęredes à iure adeundi. l. 19 C. de iure deliberandi.

De tranſmiſsione hæreditatis, vide DD. in l. 4. C. qui admitti.

De ſuitate.

EXiſtentia ſui hęredis vbicunque eſt filio proficua, ipſum facit hęredẽ ipſo iure, ſecùs ſi eſſet damnoſa. Bar. in l. 1. C. ſi minor ab hęreditate, vide ſupra ti. de acquirenda hęreditate.

Exiſtẽtia ſui hęredis operatur tranſmiſsionem hæreditatis, vide tit. prox pręced.

Exiſtentia ſui hęredis non operatur dato cohęrede extraneo, ſecùs quando habet fratrem. Bar. in l. 20. C. de iure delibe. & in l. 9. §. idem. ff. ad Trebellian.

Titulus pro hærede non habet locũ in ſuis hæredib. & filius viuo patre impropriè eſt dñs rerum patris. l. in ſuis. ff. de liberis, & poſthu.

Vuuu 2 De

De rõne quare filius ſuus ꝑteritus rũpat teſtm̃ patris ipſo iure vide p Bar. in d.l.in ſuis n.7.

Subſtitutio vulgaris facit de neceſſario volũtarium, & an impediat exiſtentiã ſui hæredis, vide Bar.in l.16.ff.eod.

Vt quis ſit ſuus hæres patris requiritur, ꝙ non ſit in poteſtate alterius tempore mortis, vel conditionis exiſtentis.l.20.ff.eod.

Quid operetur exiſtentia ſui hæredis, vide per Bar.in l.12. ff.de vulgari.

Exiſtentia ſui hęredis non impedit ſubſtitutionem vulgarem, niſi quando ſubſtitutio eſſet facta ſecundum conſiliũ Galli, vel legis Velleiæ.Bar.in l.33.§. ſi filius.ff.eod.

Hæres ſuus præſumitur ignorare contenta in teſtõ. Bar. in l.43.§.ſed ſi ſperauit de legat.1. vide ſupra lib.1.tit.de iuris,& fact.ignora.

De legitima parentum, & fratrum.

MAtri competit legitima, quando excluditur virtute ſubſtitutionis fideicommiſſariæ. Affli. decil 38.

Mater ſuccedens in legitima, & trebellianica pupillo ſub conditione inſtituto, an ſuccedat in fructib. per pupillum à die mortis teſtatoris perceptis, vide Affli.deciſ.367.nu.fin.& ſic mater detrahit legitimam, & trebellianicam ex fideicõmiſſo, filio grauato decedẽte pubere.Papon. lib.20.tit.3.arreſt.30.

Fructus percepti per aſcendentes, an imputentur in legitimam, vide Guid.Pap.q.478.

Si parentes tranſierint ad ſecũda vota, non ſuccedunt filijs ab inteſtato (etiam in legitima) quo ad proprietatem, extantibus alijs filijs fratribus defuncti.Boer.deciſ.185.nu.6.

Legitimam an habeat mater à filio inſtituta in duabus partibus hæreditatis, quas conſuetudo dat agnatis, vide Boer.deciſ.189.

Matri debetur legitima in bonis filiæ, niſi ipſa filia haberet liberos etiam naturales. Caſſad. deciſ. vnica tit.de ſucceſsio. ab inteſta.

Legitima matri, vel auiæ debita in bonis filij, vel nepotis, q eam ꝑterijt, vel in re certa inſtituit, prateritis duobus fratribus, eſt tertia totius hęreditatis ſecundum vnam opinionem, & ſecundum aliam, eſt tertia tertiæ dictę hęreditatis, quam ſequutus fuit conciliũ. vide Vinc.de Fran. deciſ.63.

Conſuetudo, qua parentes à fratribus, & ſororibus defuncti vtrinque coniunctis à legitima ſucceſsione excluduntur, ad legitimam non extenditur. Myſing.obſer.43.cent.6.

Vbi per ſtatutũ, vel aliter filia non poſſet inſtituere matrẽ, niſi in certa parte, legitima matris cenſetur incluſa in parte illa, in qua potuit inſtitui: adeò illam non poteſt tũc mr̃ detrahere in reliquis bonis. Papon.lib.20.tit.2.

Subſtitutio pupillaris facta in forma legati, ſeu fideicõmiſsi particularis, nõ excludit matrẽ à legitima filij.idẽ ibi arreſt.31.ti 3.max. ſi mr̃ eſſet pauper, alias ipſa ſubſtitutio pupillaris excludit matrem à legitima. Affli.deciſ 310. ſunt tñ q cõtra tenent, vide Cabal.mille.361.

Legitima ita debetur aſcẽdentibus, ſicut deſcendentibus, ſed in caſu detractionis legitimę ex fideicommiſſo, aſcendens parens grauatus tenetur cõputare fructus, & cõpenſare cum legitima pro rata. Papon.libr.20.titu.7. arreſt.2.Pet.de Raue.ſing.231.

Legitima parentũ hodie eſt aucta, ſicut legitima liberorum: tñ grauati fideicõmiſſo ſolùm detrahunt vnam quartam, nẽpe legitimã, in quam ſunt computandi fructus medio tpe percepti, & talis legitima non põt minui per legata ad pias cãs relicta.Rol.conſi.39.vol.3. contrariũ tñ tenet Crau.cõſi.110 nẽpe aſcendentẽ grauatum ſub conditione poſſe detrahere duas quartas.

Mater à filio hæres inſtituta, rogataque de reſtituendo non imputat fructus in quartã, & parentib.debet relinqui iure inſtitutionis, & non alio titulo ſecundũ Marc.de Mant.ſing. 509.Bar.in §.ſine igitur Auth.vt cũ de appellatione cognoſcitur nu. 16. vide Auth. licet. §.1.C.de naturali.liber.& gl.in §.ſi.inſtitu.de inoffi.teſtam. Perilluſtr. D.P.Teſſau.deciſ.58.

In legitima debita matri, de bonis filiæ detrahitur lucrum ſtatutarium, qđ facit maritus in dote vxoris. Craue.conſi.186.nu.12.

Si publicentur bona filij, an talis publicatio teneat in præiuditium parentum, vide Iaſ.de actio.in §.actiones autem.

Qñ mater excluditur per ſtatutum à ſucceſsione filij extante fratre, vel ſorore defuncti, cẽſetur etiã excluſa à legitima ſecundũ magis communem. Dec.conſi.300.nu.5.

Conuentio facta inter matrem, & filium, in qua filius promiſit cum iuramento non alienare bona patris, extenditur etiam ad legitimam ipſius filij. Rol.conſi.99.vol.4.

In caſu, in quo mater tranſiens ad ſecũda vota amittit ꝓprietatẽ bonorũ prouenientiũ ex ſubſtãtia primi mariti, in eo caſu nõ ſuccedit in legitima filio ex primo mr̃imonio nato, in bonis habitis ab hr̃ditate ſui patris, vt poſſit eam relinquere ſuis hæredibus. Menoch. conſi.237. lib.3.

Filius ſi ab aliquo hr̃s inſtituat̃, teſtator põt ꝓhibere, ꝙ eius pr̃ in ſuis bonis nullam habeat legitimam. Amanel de Clariſaquis ſing.258.

Ingrediens Monaſterium parentibus, relinquere legi-

re legitimam debet. Bart. in Authent. ſi qua mulier. C. de Sacroſanc. Eccleſ. in repet. nu. 8.

Matrem, & duos fratres habens, ſi extraneum non turpem inſtituat vniuerſaliter, & matrē in re certa, & illa agat ad ſupplementum legitimę, quanta debeat eſſe legitima, nēpe an tertia totius hæreditatis, vel tertia ſolius tertiæ ad ipſam pertinentis, ſi filius deceſsiſſet ab inteſtato, vide Bar. in l. 148 ff. de inoſ. teſt.

Patri emancipanti in bonis filij pro legitima competit triens, ſecùs in alijs aſcendentibus emancipantibns, & non habentibus liberos in ptāte. vide Bar. in l. 3. §. pri. ff. de mil. teſta.

Vſumfructum totius dotis, an filia relinquere patri poſsit, ſola proprietate filijs reſeruata, vide Excel. P. Teſſau. deciſ. 137.

Legitima matris mortuo filio cū fratribus, quibus aliquid relictum eſt, extraneo vniuerſali herede inſtituto, quanta eſſe debeat, vide eūdem deciſ. 172.

Etiam legitima aſcendentium hodie eſt aucta ad inſtar legitimæ deſcendentium. Excel. P. Teſſau. deciſ. 172. nu. 3. Afflic. deciſ. 204. ſecus eſt in legitima, quæ debetur fratri, vel ſorori. Afflic. ibi Capic. dec. 211. Crau. conſ. 110. Bar. in l. 14. ff. de inoffic. teſtam. §. ſed noſtra, inſti. de ſucceſ. libero.

Legitima debetur fratri, vel ſorori in inſtitutione turpis perſonæ, vt puta ſi eſſet inſtitutus frater ſpurius, et tunc legitima eſt quarta, vel ſemis reſpectiuè. Affli. deciſ. 125. & deciſ. 204. Natt. conſ 478. quę dicatur tunc turpis perſona, vide per Natt. conſ. 478. nec in totum impugnatur teſtm̄, ſi aliquid ſorori fuerit relictū, ſed ſolùm vſq; ad legitimam. ibi. Affli.

Legitima tranſuerſalibus non datur, niſi turpi perſona inſtituta, & tunc ſolūmodo eſt quarta, & non eſt aucta. Capic. deciſ. 211. num. 3. & 4. Crauet. conſ 196 Natt. conſ. 478.

Legitima debetur ſolùm liberis, vel aſcendentibus, & non debetur tranſuerſalibus, niſi in vno caſu. Caſſa. in conſuetud. Burg. tit. *des ſucceſſions*. § 2. glo. 4.

Legitima excludit fratrē à querela inofficioſi, ſed ſi illi eſt relictum minus legitima, agitur: filius tn̄ fratris, nō habet ipſam querelā inofficioſi. Bar. in §. 1. Autehē. de hæred. & Falc.

De legitima liberorum.

Filius, cuius pater poſt teſtamentum ingreſſus eſt Religionē (relicta prius illi legitima) illam petere poteſt non ſpectata morte naturali ipſius patris. Pet. de Rauen. ſing. 195.

Filius an poſsit petere legitimā, ſi pater ingrediatur Monaſterium, vide plenè per Anton. Corſet. in ſuis ſingularibus litera L. ſingul. legitima, quòd non poſsit, niſi poſt mortē patris ſcribit Bar. in Authent. ſi qua mulier in repet. num. 22 C. de Sacroſan. Eccle. vide nu. 23. glo. in verbo detur. §. illud quoque, Auth. de Monach.

Si pater cum bonis ſuis, & filio impubere, ſe obtulerit Monaſterio, filius factus maior exire poteſt Religionem, & legitimam à Monaſterio petere c. cùm ſcimus. ex. de teſtamen.

Ingrediens Religionem ad minus debet filijs legitimam, vel filiabus relinquere, plus poteſt (etiam poſt ingreſſum) eis relinquere, dūmō retineat ſibi partē pro virili. c. ſi qua mulier. 19. q. 3. aliàs ſi quis habens filios ingrediatur Monaſterium, filijs datur legitima, & alia bona Monaſterio acquiruut. Dec. conſ 426. n. 8.

Monialis profeſſa, & dotata in ingreſſu Monaſterij à patre, etiam debet habere legitimā in bonis maternis. Affli&. deciſ. 358. cui moniali debetur paragium iure naturæ debitum. Vincen. de Franc. deciſ. 44.

Pater quicquid offert Monaſterio tempore ingreſſus, debet computari (ad inſtar dotis) in legitimam. Abb. conſ. 111. lib. 2.

Dedicatus ingreſſus Monaſterij, non aufert poteſtatem diſponendi liberos habenti, qui nō poteſt ipſis liberis legitimam minuere, plus tamen poteſt eis relinquere, virili ſibi retenta, & eo non diſponente lex prouidet, vt legitima cuilibet filiorum detur. Authē. ſi qua mulier. C. de Sacroſan. Eccle.

Si pater diſsipat bona ſua, poteſt officio iudicis cogi ad inſtantiam filij, ad aſsignandum ſibi legitimam, vel ſaltem tot bona, quæ aſcē dant ad perceptionem alimentorum. Petr. de Rauen. ſing. 469 Hippol ſingul. 613. Nam licèt quis ſit rei ſuę legitimus moderator, & arbiter, tamen hoc non procedit in diſsipāte bona ſua cōtra bonos mores: qa ītereſt Reipublicæ, ne quis re ſua malè vtatur. Hart. Hartma. cap. 8 tit. de teſtamen. lib. 2.

Legitima debetur filio in vita patris, tamen ipſo patre viuo nullum ius competit filio, & dicitur debita, quia in illa non poteſt pater filium defraudare, niſi ex cauſa īgratitudinis, Bar. in §. ſi quis, Authen. de hæred. & Falcid. vide Abb. conſ. 65. in fine. lib. 1.

Legitimæ nullum ius competit liberis in patris bonis illo viuente, cùm ſit quota bononorum, debeaturq; poſt æs alienum, & poſt mortem ipſius patris. Ozaſ. deciſ. 172. nume. 15. Marc. quæſt. 682. par. 2. Gram. deciſ. 101. num. 65. & 66. Iac. Put. deciſ. 237. lib. 2. Myſing. obſer. 25. cent. 4. Gaſp. Cabal. Milleloq. 81. Papon. lib. 16. tit. 4. arreſt. 5. & libr. 20.

tit.

tit.7.arreſt.1.Cran. conſ. 236. Marant. in ſuo Specu.de ordine iud.diſputa.10.Caſſa. in cõſuetud.Burg.tit.*des ſucceſsions*.§.2.glo.5.Guid. Pap.q.486.& q.632.in addit.licèt ipſe Guid. teneat contrarium, vide Marc.q. 199. par. 2. & Caſſa.d.§.2.glo.5.vbi limitat reg.ſex in caſibus, & Bar.in l. 6.ff. de liberis agnoſcen.

Fiſcus publicatis bonis tenetur dotare filias delinquentis, ſed quid in legitima danda filijs, vide Beninten.deci 91.

Patrem non cogi in vita aſsignare filio legitimam ſcribunt pariter Beninten. deciſ. 89. Vincent.de Franc.deciſ.133.etiam pro condemnatione filij (niſi ex diſpoſitione ſtatuti) Iul.Clar.in ſua Pract.§.fin.q.86.vide Iaſ.de actio.in §.actiones autem, num 91. & Bar. in l. 2.§.impuberi.ff. de collatio.ſed an filio inuito pater poſsit aſsignare ſuam legitimam, vide eundem de Franc.d.deciſ.133.

Legitima ſemel à patre cõſtituta, ſi illam filius, vel filia conſumpſerit, ad iteratam eius aſsignationem non obligatur pater. Ozaſc. deciſ.124.Menoch.de arbitra.lib.2.caſ.182. nu. 56. Caſſa.in cõſuetud.Burg tit. *des ſucceſſions*. §.2.glo.fin.Bar.in l.23.§.ſi poſt.ff.ſolu. matr.

Legitima dicitur profectitia, quãdo datur filio in vita.Vincent. de Franc. deciſ. 133. ſed an tunc filius dicat illam habere tit. lucratiuo, vide Iaſ. de actio.in §. item ſi quis in fraudem, num. 32.

Filius fraudatus legitima reſpectu inofficioſæ dotis per patrem ſorori conſtitutæ, ſeu promiſſæ, non agit reuocatoria conſtante matrimonio, ſed poſt. Afflic.deciſ.86. fuit tamẽ poſtea cõtrarium iudicatum, vt teſtatur Vincent.de Franc.deciſ.104.vide tit.C.de inoffi. dot.& Gram.deciſ.90.

Legitima in vita patris filijs non debetur, nec illis auferri poteſt, minus cõfiſcari (niſi ex diſpoſitione ſtatuti) & tunc etiam nepotes exiſtentes tempore banni, præferuntur fiſco. Ioſeph.Ludo.deciſ.Peruſ.11.num.24.

Legitima ſi fuerit filio cõſignata in vita patris, non augebitur, auctis facultatibus. Vincent. de Franc. deciſ 133. contrarium tamen fuit etiam iudicatum, vt teſtatur Raud. tract. de analog.cap.19.nu.59.

Filius nullam habet reuocationem bonorum per patrem alienatorum titulo oneroſo, niſi venditio fuiſſet ſimulata, vel facta pro minori pretio, aut nõ appareret de ſolutione pretij, niſi per confeſsionẽ patris, his enim duobus caſibus admittitur querela vſque ad legitimam, & datur reuocatoria cõtra doloſum emptorem.Gaſp.Caba.Milleloq.82.vide Iaſ. de actio.in §.item ſi quis in fraudẽ, Menoch. conſi.226.num.52.lib.3.& conſ.279.num.38.

Bar.in l.2.C.ſi in frau.patro.nã alienata per patrẽ (etiã titulo oneroſo) in fraudem legitimæ filio debitæ, poſt mortẽ patris per filios reuocantur.vide Lud Rom. ſing.616. & per alienationem omnium bonorum fraus præſumit.ibi, & Bar. in l.2.ff.ſi a parente, nec ſtatur confeſsioni patris vendentis omnia bona (& cõfitentis cum iuramento pretium recepiſſe) in præiudicium filiorum. Ozaſ.deciſ. 172.num. 14.

Pater poteſt omnia bona ſua vendere, & proijcere pretium in mare, in præiudicium liberorum. Crauet.conſ.217.vide Iaſ. de actio. §. item ſi quis in fraudem.

Quando pater amiſit omnia bona ſua in ludo, nunquid filij poſsint reuocare bona amiſſa vſque ad legitimam, vide Caſſa.in conſuetu. Burg.tit. *des ſucceſſions* §.2 glo.5.in verbo qũ.

Filius inſtitutus in legitima, licèt hæreditatem adiuerit, tamen poteſt alienata in fraudem reuocare. Bar in l.2.nu. 7. C.ſi in frau patro.

Legitima cùm ſit quota bonorum nõ debetur, niſi deductis ære alieno, & funeris impenſa. Caſſa.in conſuetud.Burg.tit *des ſucceſſions* §. 2.gl.4.l.8.§.quarta.ff.de inof.teſtamen.l.5. C. ad Trebellia. Propterea creditores hæreditarij excludunt filium à legitima, ſi æs alienum totum exauriat patrimonium. Ozaſc.deci. 148 num. 12. Franc Marc. quæſt.433. Andr. Gail.obſeru.119 num.11. Crauer. conſ. 219. Iaſ.de actio.§.item ſi quis in fraudem, nu.50. etiam debitum hæredi. Crauet. conſ.165.quod procedit ĩ ære alieno neceſſario, ſecùs in voluntario.Ioſeph.Ludo.deciſ.28.Luc.nu. 17.

Legitima non debetur, niſi prius deducto ære alieno, & donec ſententia feratur ſuper ipſo ære alieno, legitimæ conſignatio non eſt facienda filio, licèt offerat cautionem de ſeruando hæredem illæſum.Vincent.de Franc. deciſ. 127. vide ibidem, tamen filius pro legitima, & eius fructibus præfertur creditoribus hæredis.Vincent. de Franc. deciſ. 374.

Vſusfructus an poſsit pro legitima relinqui, vide Boer.deciſ.147.num.14.Ioſeph.Ludo.deciſ.28.Luc.100.& 103.

Legitima debetur de corporibus hæreditarijs, neque cogitur filius eã acceptare in alia re, veluti in pecunia. Ozaſc. deciſ. 148. num. fin. Caſſa. in conſuetud. Burg. titul. *des ſucceſſions*.§.2.gl.fin.cõtrarium tenet Guid.Pap. quæſ.487.vide Boer.deci.204.num.13. verùm legitima ſine difficultate poteſt relinqui in pecunia hæreditaria.Raud. tract. de analog. cap.19.num.50.

Legitima eſt quota bonorum, ideò ius eligendæ legitimæ ſuper aliqua re hæreditaria, arbitrio boni viri datur.Afflic.deci.162.quomodo

do debeat aſsignari, vide Ioſeph. Ludo. deciſ. 28. Luc. num. 37. 40. 41. Menoch. de arbitra. libr. 2. caſ. 163.

Legitima debetur ex ipſa ſubſtantia defuncti, & non ſecundum numerum redituum. Affli. deciſ. 382. nā legitima eſt bonorum portio, non autem hæreditatis. Afflict. ibid. & detrahitur ex vno, vel plurib. prædijs viri boni arbitrio, Put. deciſ. 420. lib. 1. aut arbitrio Iudicis. Dec. conſi. 81. nu. 7.

Ipſa legitima deduci debet de rebus non prohibitis alienari, & ſic non poteſt eligi per filium in bonis alienari prohibitis per teſtatorem, niſi non extarent alia bona. Gram. deci. 93. nu. 5. 6. 7. quando ex tali prohibitione inducitur fideicommiſſum fauore agnationis. Mago. deciſio. 85. Luc. & prædicta procedunt etiam in fideicommiſſo particulari. Menoch. conſi 44. nu. 24. vol. 1. nec filius pro ſua legitima poteſt eligere rem, quam velit, hoc enim ſpectat ad Iudicis arbitriū Cabal. milleloq 468. Menoch de arbitr. libr. 2. caſ. 163. nu. 16. & Dec. conſi. 236.

Filius quantumcunque prohibitus vſque ad legitimam ſibi competentem ſine onere, poteſt de bonis ꝓhibitis alienare. Gram deciſ. 105. num 36 Mago. d deciſ 35. Rot. Flor. vide Dec. conſi. 236 nu 9. & hoc verum, ſi alienauerit inter viuos ſine fraude fideicommiſſarij, ſecùs ſi in vltima voluntate. Guid. Pap. q. 606. vide q 611. & Menoch. de arbitr. libr. 2, caſ 163 nu 19.

De ipſis bonis alienando hæres videtur primo loco alienata, alienaſſe pro ſua legitima, in qua non potuit grauari. Vincen. de Fran. deciſio. 80. n 22. vide Mago. deciſ. 16. Rot. Flor. Rol. conſi 78. vol. 1. num. 19. Menoch. conſi. 232. nu. 45. lib. 3.

Legitimam debet filius cōſequi in alijs bonis, præterquam ſuppoſitis fideicommiſſo, tamē non debet eam habere in rebus deterioribus. nam tunc poſſet filius eam eligere in rebus legatis. Ioſeph. Ludo. deciſ. 28. Luc. num. 33. & Crauet. conſi. 109.

Legitima, vel eius ſupplementum debetur ab hærede: ideò legatarij non poſſunt conueniri, niſi prius hærede diſcuſſo, tunc enim hærede non exiſtente ſoluendo, ipſi legatarij poſſunt conueniri pro rata. Boer. deciſ. 145. Papon. lib. 20. tit. 4. arreſt 8. vide Menoch. de arbitr. lib. 2. caſ. 163 num. 20. Natt. conſi. 199. Tom. 1. & conſi. 238. Tom. 2. ſed an, & quādo legatarij debeant contribuere cum hærede, in legitimæ ſolutionem, vide p Dec. cōſ. 633.

Supplementum legitimæ debetur per hæredē vniuerſalem, & non de corporibus hæreditarijs legatis, niſi legata eſſent exceſsiua, vide Papon. lib. 20. tit. 7. arreſt. 4. Rol. cōſi. 12. vol. 2.

Legitima eligi non poteſt in bonis, in quibus alius fuit ſubſtitutus, ſi alia ſuperſunt. Craue. conſi. 19. nu. 14. ſed pro illa agi debet contra hæredem. idem conſi. 312.

Limita, quando bona ſubiecta ſubſtitutioni, vel legata eſſent de melioribus rebus hæreditarijs. Crauet. conſi. 19. nu. 14. conſi. 110. & 312. nam legitima filio non poteſt aſsignari in re deteriori, nec à patre hoc fieri pōt. Ioſ. Ludo. deciſ. Peruſ. 65. nu. 16. 18. par. 2. vide Menoch. de arbitr. lib. 2. caſ. 163.

Legitima non detrahitur de feudo, in quo ſolus primogenitus ſuccedit: quia feudum tale de ſui natura diuidi nō poteſt, vt inde legitima detrahatur, tamen ſi fuerit feudum nouum emptum per patrem, tunc legitima capitur in pecunia de æſtimatione feudi. Capic. deciſio. 2. vide Craue. conſi. 356. nam ipſa legitima non debetur de bonis feudalibus, ſed de allodialibus. Fran. Marc. q. 335. Rol. conſi. 71. nu. 58. vol. 2.

Legitima filij non debet detrahi de Regno, vel Ducatu, aut Comitatu. Guid Pap. q 476. & q. 487. Papon. li. 20. ti. 7. arreſt. 5 Guid ſing. 512

Feudum an imputetur in legitimam, vide Clar. in ſuo trac. de feudis §. feudū. q. 46. ī ſua Prac.

Filius bona relicta poſsidendo declarat ex iuris diſpoſitione ſe illa poſsidere pro ſua legitima. Put. deciſ. 212. lib 3.

Filius poſt alienationē, & conſumptionem velit, nolit, tenetur rem alienatam imputare in ſuam legitimam, & illi non licet variare. Mago. deciſ. 35. nu. 22.

Filius pro legitima, vel illius ſupplemento non habet ius inſiſtendi ſuper vna re, vel hypothecariā ſuper paternis bonis: ideò cogitur reſtituere, ſalua ſua legitima Rot. Auenio. deci. 52. in deciſ. diuerſo. Tom. 3. vide Raud. tract. de analog cap. 19. nu. 66. quia non poteſt pro ſua legitima poſſeſsionem rerum hæreditariarum propria auctoritate acquirere. Bar. in l. 2. C. quomodo, & quādo quarta pars. li. 10.

Quando teſtator inſtituit filiam pro ſua legitima in aliqua ſumma pecuniæ, & filia agit ad ſupplementum, illud pariter debetur in pecunia, ſecùs quando repudiata pecunia relicta, (q̄ nō ſufficiebat ꝓ legitima) filia ageret ad totam ipſam legitimam, tunc enim debet ex corporib. hēditarijs. Papo. arreſt. 3. li. 20. ti. 7.

Filia poteſt repudiare dictum legatum, & petere legitimam in bonis, & ſubſtantia patris, vel matris. Dec. conſ. 236. nu. 15. idem in filio. Natt. conſi. 156. Tom. 1.

Filius, cui pater legitimæ, & legatorum optionem detulit altero electo, non poterit variare. Dec. conſi. 687.

Legitima

Legitima debet aſsignari ex re mediocri,& nó meliori,vel viliori. Caſſan.in conſuetu. Burg. tit *des ſucceſsions*. §.2.glo.4.nu.5.

Legitima liberorum in bonis paternis, vel maternis, vbi ſunt infra quatuor eſt tertia pars eius, quod habituri eſſent ab inteſtato. Affli. deciſ.76.Caſſan.in conſuetu. Burgun. tit. *des ſucceſsions*.§.2.gl. 4.ſed quando ſunt quinque, vel ſupra eſt ſemis.Crau.conſi.219.Auth.nouiſſima. C.de inoffi teſtament.

Quartæ duæ,quas detrahit filius continent medietatem hæreditatis,& quando ſunt quinq; filij, vel vltra continent plus, quia hoc caſu licèt legitima ſit ſemis, filius adhuc vltra ipſam legitimam,detrahit trebellianicam ſecundum veriorem opinionem.Rot. Auenio. deciſ. 147.vide Crau.conſi.50.

Legitima, quæ filijs in confiſcatione bonorum debetur,qualis,& quanta ſit, vide Perilluſtr. D.P.Teſſau.deciſio.104.& deciſ.198. & ſupra tit. de publicatione bonorum.lib.1.

Poſthumus grauatus reſtituere hęreditatem ab inteſtato per clauſulam codicillarem,quando detrahat duas quartas, vide Perilluſtr.D. P. Teſſau. deciſ.141.

Hęres filius ſub conditione poſt mortem grauatus legitimam ſtatim detrahit, & conditione adueniente trebellianicam. c.Raynaldus ext. de teſta & c.Raynutius ibid. Afflict. deciſ.367.Boer.deciſ.156. Caſſad.deciſ.2.tit. de ſubſtitutio.& habere debet dimidiam hæreditatis. Craue.conſi.50. Dec.conſi.202.nu. fin.& 218.Frã.Crem.ſing.74.Rol.cóſ.9.vol.4. quam dimidiam etiam detrahit hæres filij grauati.Dec.conſi.228 300.& conſi.547.glo. in l.10.C.ad leg.Falcid. & pręmiſſa ſunt vera etiam in filio naturali legitimato. Dec.cóſi. 257.fallit,vbi in certis rebus inſtitueretur, qa tunc non poſſet detrahere trebellianicam. Rot. Auenio.deciſio.147.in deciſio. diuerſo. & Fran.Crem.ſing.74.

Filius grauatus de reſtituendo detrahit duas quartas, ſecùs quando teſtamentum eſt nullum ratione præteritionis, quia tũc detrahit ſolùm legitimã.Guid.Pap.q.52.Fran.Marc.q. 432.vel ſuſtinetur virtute clauſulæ codicillaris.Guid.q.513.vide And.Gail.obſer.121.lib. 2.nu.11.Mago.deciſ.92.nu.20.Rot.Flor. nam filius purè grauatus ſolam legitimam detrahit.Craue.conſi.20.nu.fin. & conſi.242. Dec. conſi.321.Bar.in l.20.C.ad leg.Falc.& in cóſ. 20.& 44. idem quando eſt grauatus reſtituere extraneo.Rol.conſi.78.vol.1.

Augmentum rerum veniens hæredi etiã ex cauſa de præterito, non auget legitimam, ſicut auget falcidiã. Afflict.deciſ.382.Ludo.Rom. ſing.128.vide tamen Boer.deciſio.62. verùm ipſam legitimam auget naturale debitũ poſt teſtatoris mortem per hæredem exactum. Vincent. de Fran.deciſ.61.nu.15. vide Boer. deciſ.62.Raud.tract. de analog.cap.19.

Feudum imputatur filio in legitimam. Capic.deciſio.2.nu 5.niſi eſſet feudũ ex pacto, & prouidentia tranſlatum in filium, vt filium, non vt hæredem.Hippol. ſing.32.

Fœminæ faciunt partem, & augent numerum liberorum,ſtante ſtatuto, quòd excludantur à ſucceſsione propter maſculos,tamen in hereditatis computatione, & legitimæ debet haberi ratio de dotibus ipſis filiabus datis. Capic.deciſ.158.nu.4 & 7. vide eundem deciſio.211.nu.fi.Guid.Pap.q.599. Boer. deciſ. 104.Ioſeph Ludo.deciſ.Peruſ.29.nu.35. Dec. conſi.300.n.2.& 607.nu.15.Caſſan.in cóſuet. Burg.tit.*des ſucceſsions* Rub.7.§.12. glo.10. nu. 29.Excel.P Teſſa.deciſ. 159. ſed ſtatutum, quod mulieres dotatæ non faciant partem,quomodo intelligatur. vide Dec.conſi.346.

Idem eſt in filia,quæ renuntiauit.Boer.deciſio. 104. vide eundem Capic.deciſ. 158. Gram. deciſ.101,n.27.& nu.72. Cabal.milleloq 561. Gail.obſer.122.num.17.lib.2.ſed quid in alijs perſonis, quæ non poſſunt ſuccedere, an faciant partem, vide Boer.d. deciſ.104. Guid. Pap q.295.Papon.lib.16.tit.4.arreſt.11.& lib. 20 titu.7. arreſt.7.

Filia,quæ renunciauit cum iuramẽto bonis paternis computatur,numeratur inter liberos, & facit partem, licèt non admittatur ad partem, ſed eius portio remaneat, & accreſcat hæredi,cui pater prouidiſſe videtur.Myſing. obſer.22.cent.4.Guid.Pap.q.777.

Filius tamen legitimè exhæredatus, non computatur in numero liberorum : idem in Monacho Franciſcano, qui habetur pro mortuis.Gail.d.obſer.122.num.18.Marc.de Mant. ſing.558.Natt.conſi.156.nu.13. vide Menoch. conſi.207.num.52. lib.2. idem in filia effecta moniali,vide Menoch.conſ.247.nu.53.lib.3.

Quando filius, vel filia, quæ renunciauit hæreditati paternæ tempore dotationis, poſt mortem patris agit ad ſupplementum legitimæ, quia fuit læſa, an habeatur ratio valoris bonorum exiſtentium tempore dotationis, vel exiſtentium tempore mortis patris,ſi bona eſſent aucta poſt ipſam dotationem queſtio eſt diſputabilis,de qua vide per Gram.deciſ.57.Boer.deciſ.62.Alexan.Raud. tract.de analog.cap.19.nu. 48.54. Dec.conſi. 277.& Menoch.conſi.71.vol.1.

Filia admittitur ad agendum ad ſupplementũ legitimæ non obſtante dotatione, inſpectis tamen facultatib. patris extantibus tempore dotationis,& non alijs poſtea quæſitis. Papon. lib.16.

lib.16.tit.4 arreſt.1. & per conſequens ex bonis poſtea quęſitis nō debetur legitima.ibid. Caſſa.in conſuetud. Burg.tit. *des ſucceſsions* §.2.glo.5. tamen quòd debeat inſpici tempus mortis, & ſecundum valorem bonorum exiſtentium eo tempore eſſe faciendam ęſtimationem ſcribit Natt.conſi.156.

Quot ſint quartæ in iure noſtro, vide per Bar.in §.1.inſtitut. de fideicom.hæredita.

Fructus legitimæ, vel ſupplementi ipſius debentur à die mortis patris, vel matris. Boer.deciſ.3.nu.fin Beninten.deciſ.37.nu.9 Vincent. de Franc.deciſ.16.num.13.And.Gail.obſer.120.nu.14.Raud.tracta.de analog.cap.19.nu. 67. ſed aliquando ſolùm debentur à die litis cō teſtatæ. Caſſan.in conſuetud.Burg.tit.*des ſucceſsions* §.2.glo.5.vide Menoch.conſi.25.54.& 55.regulariter contrà, quia debentur nulla facta interpellatione à die mortis. Natt.conſi.156.num.11.

Fructus percepti vltra legitimam contra voluntatem teſtatoris imputātur filio in legitimā, dummodo appareat de mente ipſius teſtatoris.Ioſ.deciſ.28.nu.105. vide tamen nu.110.

In legitimam ſolùm imputantur bona alienata ex cauſa voluntaria, quæ prouenerunt in vtilitatem hæredis. Craue. conſi.315.

In legitimam imputantur bona alienata, etiam quòd alienatio fuerit facta titulo lucratiuo, nec in alienatione voluntaria requiritur, qđ pretium conuertatur in vtilitatem alienantis, & etiam in ipſam legitimam imputantur omnia, ſiue mobilia, ſiue immobilia, aut ſemouentia, & nomina debitorum.idem d.deciſio.28.nu.115.

Fructus hæreditatis in legitimam, & trebellianicam in liberis primi gradus non imputantur.Caſſad.deciſ.2.titu.de ſubſtitutio. Mago. deciſ.85.Luc.Craue.conſi.16.Bar.in l.8.§.vnde.ff.de inoffic.teſtam.niſi poſt litem conteſtatam.cap.Raynutius,& c. Raynaldus.ex.de teſtam.vide l.8.§.vnde ſi quis.ff.de inof.teſta.

Filij primi gradus, & nepotes, qui reperiuntur in primo gradu (patre pręmortuo) non cōputant fructus in legitimam, & trebellianicam. Papon.lib.20.tit.7.arreſt.1. quod etiam procedit in omnibus alijs deſcendentibus, qui poſſunt prætendere legitimam, & trebellianicam, niſi teſtator expreſsè dixerit, fructus eſſe compenſandos cum trebellianica, vel ècontra.ibid.

Legitimæ imputatur quicquid à patre quouis titulo filius conſequitur. Put.deciſ.212.lib.3.

In liquidatione legitimæ habetur ratio omniū bonorum, & iurium hæreditatis. Vincent.de Fran.deciſ.61.nu.15.& 16. vide Raud.tracta. de analog.cap.19.nu.57.

Data per patrem filio emancipato nō ſunt imputanda in legitimam filij, niſi aliter ſit actū, vel aliter ex inſtrumento emācipationis colligi poſsit.Mago.deciſ.84.Luc.Barto.in l.7 t. n.6.de leg.2.vide tamen Lud. Rom.ſing.763.

Filia res donatas à patre tempore nuptiarum, in legitimam computare tenetur. And. Gail. obſer.91.lib.2.nu.5. & de dote non eſt dubitandum.ibid.Papon.lib.20.titu.4. Arreſt. fin. vide Dec.conſi.628.& Bar.in l.1.§. quo à nobis.C.de rei vxor.act. Ludo.Roma.ſing.763. Bar.in d.l.vnica.nu.15. C. de rei vxor.act.

Donatio ſimplex non imputatur in legitimam. Amaniel de Clàriſaquis ſing. 97. ſecùs in ea, quæ fit filiæ, nam illa præſumitur facta à patre animo dotandi. Rot.deciſ.56. Papon.lib. 16.tit.4.arreſt.18.& dos, vel legatum factum filiæ, illi imputatur in ſuam legitimam. Bart. conſi.44.vol.1.

Legatum, vel fideicommiſſum relictum à patre filio, debet ſibi in legitimam imputari. Fran. Mant.tract.de coniect.vlt.volunt.lib.10.titu. 2.quod declara, vt ibid.nu.8.

Feudum hęreditarium computatur filijs in legitimam. Vinc.de Fran.deciſ.368.par.2.

Detractio legitimæ intelligitur ſolùm de illa, quæ pertinebat ad hæredem grauatū, omiſſa illa, quæ fuerat confuſa in hæreditate, vide Papon.lib.20 tit.4.arreſt.3.

Soror ſi ſit hæres fratris grauati de reſtituendo loco pio, ſolùm habet facultatem detrahendi legitimam debitam fratri in bonis paternis, quæ legitima tunc erit tertia pars dimidiæ hæreditatis Papon.lib.20.titu.7.arreſt.7.

Quando frater eſt debitor ſororum pro ſupplemento legitimæ, ſi dederit aliquid illis in diſpoſitione inter viuos, cenſetur donare animo compenſandi cum ſupplemento legitimæ debitæ. Crauet. conſi.131.nu.14.

In legitima an imputetur donatio facta filio contemplatione clericatus, & quid de militia per patrē filio q̄ſitam, vide Crau.cōſ.136.

In legitimam imputatur donatio ob cauſam, ſed non imputatur donatio ſimplex facta filio cum iuramento, quæ ab initio ſtatim valet, ſed quādo dicatur ob cauſam in hac materia, vide Crau.conſi.136.

Legitimæ computatio fit cumulando etiā bona donata alijs filijs. Crau.conſi 165.nu.fin.

Quod pater pro condemnatione filij ſoluit, an debeat filio in legitimam imputari, vide Iaſ. de actio.in § actiones autem, nu.90.

Emphyteuſis data patri pro ſe, & liberis cōputatur in legitimā, ſed non in trebellianicam. vide Maran. in ſua repetit.ad l.is poteſt.ff.de acquir.hæred. num.28.poſt librum ſui Specu. ſed limita, vt ibid.

Licèt legitima debita filio diminuat quamlibet rem æqualiter,tñ ante oia imputatur in legitimã, quicquid filius ꝑcepit de patrimonio teſtatoris,vel ꝑcipere pôt iudicio ipſius,ſiue iure hęreditario,ſiue iure legati, vel vi conditionis,aut alio modo. Natt.conſi.199.nu.7.

Qñ creditores filij grauati agunt contra fideicômiſſarium rône legitimæ,& trebellianicæ, & fideicômiſſarius allegat grauatũ alienaſſe bona,q̃ ſufficiunt ꝑ ſua legitima, & trebellianica,tũc idẽ fideicômiſſarius tenet probare, quot res reliquiſſet teſtator, & quanti erant valoris,ad effectũ,vt nô ignoret ad q̃tũ aſcẽdant legitima,& trebellianica.Natt.côſ.332.

Legatum nepotib. nondum natis factũ ab auo, patris contemplatione relictũ cenſetur:ideò eis in legitimã imputatur.Natt.conſi.501.nu.16. aliàs legatũ dotis factum per auũ nepti, dr̃ relictum eius côtemplatione, & non filij, qui propterea non tenetur ipſam dotem ſuę filię legatam,computare in ſuam legitimam. Menoch.conſi.151.libr.2. nam tale legatum non cẽſetur factum animo côpenſandi cum legitima filij,ſi neptis erat infans, & non nubilis,aliàs ſecùs.Borg.Caual.deciſ.25.de côtract.part.2 nu.40.vide Mago, deciſ.13.nu.4. Rot.Flor. Dec.conſi.81. & Crau.conſi.219.

Ipſa quoq; filia non tenetur computare tale legatum dotis,licèt illa(mortuo patre)vti hæres ipſius peteret legitimam debitam patri ſuo. Menoch.conſi.183.lib.2.

Minus debet computari in legitimam debitã dictæ filiæ in bonis ſui patris. idem Menoch. d.conſi.151.num.18.

Officium emptum per patrem,ſeu pecunia pro illo ſoluta,imputatĩ filio in ſuã legitimã,ſicut imputatĩ militia illi empta.Rol.côſ.11. vol.2.

Item donatio facta à patre filio, quæ ab initio non valuit,ſed fuit morte patris confirmata, imputatur.Rol.ibid.nu.31.

Idem in donatione filio facta contemplatione matrimonij.Rol.conſi.44.nu.30.vol.4.

Qñ ex forma ſtatuti fœmina ab inteſtato (licèt proximior ſit) non ſuccedit, niſi in dimidia bonorum defuncti, tunc ſi defunctus fecerit teſtm̃, & filia agat ad legitimam, vel ad eius ſupplementũ, ipſa legitima erit ſolùm ſexta pars bonorum ipſius defuncti, vel tertia dimidiæ,quam habitura erat ab inteſtato. Menoch.conſi.280. lib.3.

Nepotes ex filia tenẽtur computare in eorum legitimam, quam prætendunt in bonis aui, eorum matre prædecedente, dotem maternam. Menoch.conſi.153.lib.2.vide Excel.P. Teſſan.deciſ.237.(quo loci ſcribit Reg.cum ampliationibus, & limitationib.)& Hartm. Hart.cap.6.titu.de dote lib. 2. & ſi quid poſtea dotis additione fuerit datum ex bonis aui.Menoch.conſi.154.lib.2.

Teſtator legando aliquid illi, cui debetur legitima, cenſetur legare animo compenſandi cum legitima,ipſi legatario debita.Menoch. conſi.206.nu.84.lib.2.

Idem qñ tale ſit legatum cum clauſula illa, pro omni iure ſibi competente ſuper hęreditate, ſucceſsione, & bonis ipſius teſtatoris, quocunq; modo,&c. tũc enim ſi legatarius nulla facta proteſtatione acceptauerit legatũ minus legitima, non poterit amplius agere ad ſupplementũ ipſius.Menoch.d.côſ.206.n.95.

Si pr̃ ſoluerit pro filio capto ab hoſtib.centum, mortuo patre,ipſe filius non tenetur ſibi illa centum computare in ſuã legitimam. Guid. Pap.ſing.709. quid,ſi ſoluerit cauſa ſtudij,vide Bart. in l.1.§.nec caſtrenſe.ff. de collatio.

Donatio facta per patrem filio inter viuos,tanquam bene merito. non côputatur in legitimam, niſi hoc fuiſſet expreſſum per donantem,vel teſtatorẽ. Guid.ſin.763. vide Bar.in l.71.nu.6.de legat.2. & in l.1.§. ſi parens. ff. ſi quis à parente fuerit emancipatus.

Filius ſi ſit inſtitutus in minori parte, quàm ſit legitima, & ſibi factum fuerit legatum, legitima ſuppleri dẽt de legato ſibi facto. Amanel de Clariſaquis ſing.12. Bar.conſi.34 vol. 1. vel aliàs agit ad ſupplementum. l. quoniã. C.de inoffi.teſtam & l.omnimodo. ibid.

Filius non computat ſibi in legitimam, quod pro eo pater expendit,niſi patre aliter in vita diſponente.idem ſing 122.

Tria ſunt, quæ computantur in quartam, nẽpe dos,donatio propter nuptias, & datum cauſa militiæ.Bar.in l.20.C.de collatio. vide Excel.P.Teſſau.deciſ.46.in fine. & l.omnimodo. §.imputari.C de inoffi.teſtam.

Datum cauſa côditionis implendæ, côputatur in legitimam.l.8.ſi côditioni.ff. de inoffi.teſt. & ibi Bar.l.36 ff.donatio.cau.mort.

Legitima filio debetur titulo lucratiuo, ideò relicta nepoti ab auo, & eidem à patre, tm̃ ſemel debẽtur. Aluiſ.de Albert.ſing.112.

Libertates minuant legitimã. Bar.in l.8.§.quarta.ff.de inoffi.teſtamen.

Datum inter viuos,vt computetur in quartam, querelam excludit, & in collationẽ venit,& ad ſupplementum agi dẽt.l.25.ff.d inof.teſt.

Quæ condito teſtamento in legitimã computantur, debent etiã conferri,qñ ab inteſtato ſucceditur,non ècôtrà illa,quę ab inteſtato conferuntur, debent in legitimam computari facto teſtamẽto, niſi hoc reperiatur expreſsè cautum.l.pen. C.de collatio.

Legitimã etiam de fideicommiſſo particulari detrahi poſſe,communi Doctorum opinione rece-

ne receptũ eſt. Ozaſ. deciſ. 34. nu. 24. ſed tunc talis hæres particularis grauatus non detrahit trebellianicam. Craue. conſi. 131. num. 13. vide infra tit. de trebellian.

Legitima non amittitur ob innentarium non confectum. idem Ozaſ. deciſ. 148. & deciſ. 181. num. 18 Fran. Marc. q. 57. Vinc. de Fran. deciſ. 31. nu. 22. vide Aluiſ. de Alber. ſing. 67. Bar. in Authen. ſed cum, nu. 11. C. ad leg. Falcid. niſi de fraude, & bonorum interceptione manifeſtè probetur. And. Gail. obſer. 138. n. 14. lib. 2. ſed an filius, qui non fecit inuentariũ amittat trebellianicã, vide Dec. conſi. 236. quid, ſi teſtaror eſſet miles, eundem conſi. 578.

Licèt filius iuraſſet attendere, & obſeruare contenta in teſtamẽto paterno, non ob id vr̃ renũciaſſe detractioni legitimæ, & trebellianicæ. Guid. Pap. q 427. Boer. deciſ. 14. vide tamen ibid. num. 10. & Ioſ. Ludo. deciſ. 28. Luc. nu. 30. 44. 45. 66. 47. & 48.

Confeſsioni patris vendentis oĩa bona, & confitentis eum iuſto pretium recepiſſe, in præiudiciũ filiorũ nõ ſtat. Ozaſ. deciſ. 172. n. 14. Minus dicẽtis ſe plura debita cõtraxiſſe, ne aperiatur via fraudãdi filios, & agnatos Ozaſ. d. deciſ. 172. n. 12. vide Abb. conſ. 15. n. fi. lib. 2.

Filius dicitur creditor in legitima, quare omne grauamen de ipſa legitima deducitur. l. qm̃ in priorib. C. de inoffi. teſtam. Afl. deciſ. 162. & deciſ. 306. Ioſ. Ludo. deciſ. Luc. 28. & legitima loco æris alieni habetur. Vinc. de Fran. deciſ. 1. nu. 39. Mago. deciſ. 85 Luc. And. Gail. obſer. 119. lib. 2. & fideicommiſſum eam non attingit. Dec. conſi. 81, 419. & de illa poteſt teſtari. Rol. conſi. 78. vol. 1. onusq́; de legitima reijci intelligit, ſi filius ipſe ageret cõtra hęredes patris, aliàs ſecùs. Crau. cõſ. 15. nu. 15.

Supplemẽtum legitimæ locum habet in matre, ſicut in patre, nec poteſt in legitima aliquod onus imponi. Guid. Pap. q. 426. nu. 6.

Legitimæ magis dr̃ creditor filius, q̃ trebellianicæ, & falcidiæ: quia legitima dr̃ melioris conditionis, quàm verum debitum ex diſpoſitione legis. Ioſ Ludo. deciſ. 28, nu. 4. 5. 6.

Legitima detrahitur per filium grauatum, etiã ſi fideicommiſſum piæ cauſæ debeatur, & eſt potentior alijs quartis. ibid. num. 7. & 8. vide DD. de Rot. deciſ. 12. tit. de teſtam. in antiq. nam non minuitur per legata etiam facta ad pias cauſas, quia eſt potentior legatis, & debet relinqui titulo honorabili. Ioſ. ibid. nu. 9. vide And. Gail. obſer. 120. lib. 2. nu. 15. relictũ tamen factum filio debet intelligi iure inſtitutionis, ſi in præcedentibus hoc dictum ſit. Bar. conſi. 27. volum. 1.

Legitima debetur filiæ in bonis patris, etiam ſi à marito dotetur. Vinc. de Fran. deciſ. 119.

Supplementum legitimæ non venit in fideicõmiſſo vniuerſali, qa lege debet, oĩ grauamine remoto, q̃uis filius fuiſſet in plus inſtitutus, q̃ aſcẽdere poſsit legitima. Guid. Pap. q. 303.

Debitum bonorum ſubſidium (qđ legitima vocatur) ad hæredes trãſmittitur, ẽt non agnitum. Gram. deciſ. 57. num. 5. & ad extraneos. Boer. deciſ. 250. Ioſ. Ludo. deciſ. 28. Luc. n. 27. Benint. deciſ. 37. nu. 26. Gail. obſer. 120. lib. 2. n. 17. vide Mago. deciſ. 10. Rot. Flor. Menoch. cõſ. 251. Crau. cõſ. 142. 312. Dec. cõſi. 81. 218. & 304 Nat. cõſ. 199. To. 1. & cõſ. 238. Tom. 2.

Frater aſsignãs ſorori partem, de qua vocet ſe cõtentã, pmittens plus nõ petere, nõ ex hoc illa impedit̃ petere ſupplementũ legitimæ, de qua ſpecialis mentio facta nõ fuit. Gram. deciſ. 57. n. 23. & deci. 100. n. 50. nã renũciatio gñalis iurata facta p filiã non extendit̃ ad legitimã, cui in ſpecie renuntiari dẽt, vt excludatur filia. Gram. d. deciſ. 57 nu. 26. vide eundem deciſ. 101. nu. 31. 73. 74. 78. 79. 89. 90. 103. 105. Boer. deciſ. 3 nu. 7. & deciſ. 14. & 62. num. 13. & 15. Ioſ. Ludo. deciſ. Luc. 28. nu. 18. & 56. Myſing. obſ. 36. cent. 1. Papon. lib. 16. tit. 4. arreſt. 12. Raud. tract. de analog cap 22. nu. 134. Rol. conſ. 70. vol, 2. nu. 40. Maran. in ſuo Spec. de ordin. iudi. diſput. 10. tñ ad legitimam remittendam verba generalia valent, qñ in iure alio prodeſſe nequeunt. Crau. conſi. 1. pro genero nu. 27. idem qñ quis excludit̃ à lege. Dec. conſ. 300. nu. 5. & qñ iurauit. Rol. cõſ. 70. nu. 40. vol, 2, vide Menoch. conſi. 71. vol. 1. vbi ſcribit alias limitationes, vide ſupra titu. de reſcind. contract. in genere,

Legitima cui debetur facit, vt ille poſsit impugnare teſtm̃. Gram. d. deciſ. 57. nu. 34.

Dos ſi datur p patrẽ filiæ minus legitima, ipſa filia conqueri põt. Gram. deciſ. 101. & petere ſupplementum legitimæ. ibid. nu. 16. 22. 26. & 38. nã dos nõ põt eſſe minus legitima. Boer. deciſ. 3. nu. 12. qa ſuccedit loco legitimæ, idẽ deciſ. 62. in̄ an dos ſuccedat loco legitimæ, vide eũdẽ deciſ. 104. n. 11. Guid. Pap. ſin. 909. Bar. in l. 70. §. Titio genero. ff. de cõdi. & dem.

Renũtians ſucceſsioni in ampla forma, nõ intelligit̃ renũtiare legitimę ſibi cõpetẽti, niſi de ipſa legitima fuerit facta expreſſa mentio in renunciatione. Gram. d. deciſ. 101. nu 5.

Filia ſi in dote ſibi data à pr̃e fuerit enormiter læſa, pſumit̃ ab eo ſubducta. Grã. ibi. n. 17. qñ non dicatur congrua dos, ẽt ſi ſit à patre cõſtituta, vide Menoch conſ 251. lib. 3. Maran. in ſuo Spec. diſputat. 10. fol. 613.

Pater peccat, dũ integram legitimã filiæ nõ relinquit. Gram. deciſ 101. n. 59 & relinquẽs minus legitima, vr̃ impius, & non ſanæ mentis, Raud. tract. de analog. cap. 19. nu. 34.

Filia conſequitur legitimam beneficio iuris, & non patris, ideo pater cogitur dare magnã dotem filiæ, ita vt non ſit minor legitima. Gram. deciſ. 101. nu. 9.

Filia ſi virtute ſtatuti dotari debeat arbitrio propinquorum, non poterunt propinqui minus legitima arbitrari. ibid. nu. 20.

Filia ſi inuenerit ſibi parem propter pulchritudinem, vel valorem, aut ſtrenuitatem fratris, pro modica quantitatẽ dotis, nõ ex hoc dẽt fraudari legitima. Gram. deciſ. 101. nu. 23.

Dos, vt congrua dicatur, non poteſt eſſe minor legitima, etiam ſi pater in teſtamẽto prohibuiſſet, vt filia non poſſet plus petere. Gram. ibid. nu. 33. 36. 44. & 51.

Pendente conditione caſuali Iudex ſtatuet terminū,infra quem ſi nō petatur bono.poſſeſſio,vel hæreditas adeatur, creditores in poſſeſsionem mittuntur, & curator bonis conſtituitur. l. 1. §. item ſi, & aduerſus facta per talem curatorem nō reſtituitur pupillus, ſed abſens,vel aliter impeditus.ibid.§.fin.

Inſtitutus ſub conditione,ſi ea pendente petat bonorum poſſeſſionem ſecundum tabulas, cogitur ſatiſdare ſubſtituto vulgari (ad quē conditione deficiente peruentura eſt hæreditas)de reſtituendo,& etiam de bene adminiſtrando.l.8.ff.de Præto. ſtipula.

Filius ſub qua conditione poſsit inſtitui, vide Bar.in l.25. C.de inoffi.teſtamen.

Suus non natus poteſt inſtitui ſub conditione, quæ tamen inſtitutionem non ſuſpēdat. Bar. in l.Gallus.§.inſtituens. ff. de liberis,& poſth.

Quælibet conditio appoſita inſtitutioni filij, reijcitur ſaltem vſque ad debitum bonorū ſubſidium, qđ debet habere in bonis parentis inſtituentis.Bar.in l.4.ff.de hęred.inſtitue.

Filius inſtitutus ſub conditione,ſi deceſſerit ſine liberis,non dicitur conditionaliter inſtitutus.Bar.in l.44.ff.de manumiſ. teſtamen.

Teſtamentum,in quo filius eſt inſtitutus ſub cōditione caſuali,vel mixta,eſt nullū.Bart.cōſ. 13.& Aegid.Bellam.concluſio.26.

Etiam neceſſarij hæredes coguntur parere conditioni,adire,& reſtituere.l.facta.§.ſi neceſſarij.ff.ad Senatuſcon. Trebellia.

Si ſub conditione filius hæres inſtitutus ſit, illi ſecundū tabulas quaſi ſcripto competit bonorum poſſeſsio. l. 2. §. ſi ſub conditione. ff. ad Carbonianum.

Conditio, quæ filij inſtituti fauorem reſpicit, non facit locum querelæ, nec inſtitutionem annullat.l.25.C.de inoffi.teſtam.

Mater poteſt ſub conditione emancipationis filium inſtituere.l.33.§.legis.C.eod.

Filius ſub cōditione inſtitutus, ſi decedat ante conditionem, an hæreditatem tranſmittat ad ſuam poſteritatem, vide gl.fin.in l.vnica. C.de his, qui ante apertas tabul.

In conditione poteſtatiua, quæ poteſt impleri vltimo vitę ſpiritu viuo filio,non admittitur ſubſtitutus,niſi in ea dies fuiſſet adiectus, ſecùs ſi vltimo vitæ ſpiritu impleri non poſſet. l.4.§.fin.ff.de hæred.inſtitu.

Liberi ſequentis gradus poſt filium, ſub omni conditione inſtitui poſſunt, ſecùs in filio.l.4. §.1.& l.6.ff.de hæred. inſtituen.

Conditio vnius ex inſtitutis pro parte ſi pendat, an alij poſsint interim inſolidū agere, vel conueniri,vide Bart.in l.32. §. cùm patri. ff.ſolut. matrimo.

Inſtituto ſub cōditione poteſtatiua poteſt nō ſolùm ſtatui tempus, vt ille impleat conditionem, ſed etiam intra quod adeatur hæreditas.Barto.in l.22.§.ſed & ſi bonorum. ff.de hæred.inſtituen.

Cōditio poteſtatiua in perſona hęredis poteſt eſſe duplex, ſed quę ſuſpendat aditionem, & repudiationē,vide Bar.in l.13.ff.de acq.hęre.

Si vnus eſt inſtitutus purè, & alius ſub cōditione,an purè inſtitutus interim debeat habere totam hæreditatem,vide Bar. in l.34.§.ſi cōiunctim, de legat.1.

Conditio adiecta inſtitutioni, videtur repetita in legato, quando relictum fuit à primo gradu inſtitutorum. Bar.in l. 107.§.cùm quidam,de legat. 1.

Conditio appoſita inſtitutioni,non videtur legato pręcedenti adiecta.l. filiusfa.ff.quando dies legat. vel fidei. ced. nec videtur repetita in ſubſtitutione.l.73.ff. de hęred. inſtitu.

Cōditio appoſita inſtitutioni, non videtur repetita in legato, eidem hęredi ab alio gradu relicto.l.107.§.cùm quidam,de legat.1.ſecùs ſi eodem gradu.l.76.ff.de conditio.& demō. aliàs conditio appoſita inſtitutioni in legatis, & fideicommiſsis intelligitur repetita.l. fi.ff.de dol.mal.except.

Conditio turpis quādo de iure Ciuili remittit, eo iure poteſt adiri hęreditas, ſi de iure Prętorio, petitur bonorum poſſeſsio ſecundum tabulas.Bar.in l.63.§.ſi ſub conditione. ff. ad Trebellia.

Conditiones, quę, & quando hęredi remittantur,vide Bar.ibid. nu.2.

Teſtatori iubenti exenterrari, & corpus cuſtodiri

diri ſuum, aut cremari, aut in mare proijci, hæres non debet obtēperare, ſed reiecta conditione tanquā inhumana, debet corpus ſepelire. Boer. deciſ. 287. nu. 5.

Si teſtator inſtituerit filium iam Sacerdotem, & ei ſubſtituerit, ſi ſine liberis deceſſerit, tunc talis ſubſtitutio reijcitur, & habetur pro non ſcripta. Boer. deciſ. 354. num. fin. idem ſi eſſet iam in ſacris, & fuerit ei relictū, ſi obtinuerit diſpenſationē à Papa. Mohed. deciſ. 235.

Conditio impoſsibilis adiecta inſtitutioni, habetur pro non adiecta. Aegid. Bellam. concluſio. 749. & ideò reijcitur. l. 50. §. pen. ff. de hæred. inſtituen.

Conditio à voluntate Principis dependens iudicatur impoſsibilis: ideò adiecta inſtitutioni vitiatur, pura remanente inſtitutione: idem in conditione impediente vitam contemplatiuā, & Religioſam. Mohed. deciſ. 235.

Si prima inſtitutio eſt plena, & pura, ſecunda in eo teſtamēto de eadem perſona facta ſub conditione nihil operatur; idem vbi ſub pluribus conditionibus diſiunctiuè relinquitur. l. 27. ff. de hæred. inſtituen.

Defectus conditionis de futuro, quæ dependet ex facto teſtatoris, inſtitutionem non vitiat. l. 36. ff. de hæred. inſtituen.

Hæres purè, & ſub conditione inſtitui poteſt, non ex die, vel in diem: quia tunc dies habetur pro nō adiecta, & inſtitutio cenſetur purè facta §. hęres purè, inſtitut. de hæred. inſtituen.

Inſtitutio facta ſub conditione, vel modo, aut demonſtratione inferius exprimendis à teſtatore, non vitiatur, licèt poſtea modus nō exprimatur. l. 8. C. de inſtitutio. & ſubſtitu.

Conditiones plures, quando ſunt adſcriptæ inſtitutioni, illis omnibus eſt parendum. Bar. in §. fin. inſtitu. de hæred. inſtituen.

Hæres ſub cōditione inſtitutus, ſi Stichum manumiſſerit, mortuo Sticho, nihilominus remanet hæres, quia non videtur defectus in conditione, cùm conditioni parere non potuerit. Ozaſ. deciſ. 98.

Si quis inſtituat hæredem vniverſalem, ſub conditione, ſi Maria vxor teſtatoris deceſſerit ſine liberis, tunc ſubſtitutus erit primò loco inſtitutus. vide Fran. Marc. q. 320.

Si quis cùm haberet fratrem, & patruū deceſſerit teſtamento facto, deinde pendente conditione hæredū ſcriptorum frater ab inteſtato deceſſerit, mox cōditio defecerit, ad vtriuſq; hæreditatē patruus admittitur. l. 5. ff. de ſuis, & legit. hæred.

Hæres ſub conditione inſtitutus poſsidens hæreditatem debet cauere ſubſtitutis, vel alijs, ad quos bona pertinebunt in defectu conditionis, ſe reſtituturum bona. l. inter omnes. ff. qui ſatiſdare coga.

Minor inſtitutus ſub conditione, ſi à patre infra centum dies fuerit emancipatus reſtituitur, ſi ob negligentiam in non denunciando adhibitā, intra tempus prædictum, nō fuerit emācipatus l. 3. §. & ſi hīs. ff. de mino. 25. ann.

Defectus conditionis de præterito, vel de præſenti, vitiat inſtitutionem, ſed ſi de futuro purificat, ſi ex facto teſtatoris dependet. l. 2. ff. de his, quæ in teſtam. delent.

Conditio tacitè hæreditati adiecta, non poteſt in codicillis adimi. l. 38. §. ſeruus. ff. de hęr. inſti.

Inſtitutus ex parte purè, & ex parte ſub conditione, ſi habeat cohęredem adeūdo ex pura, pro parte conditionalis inſtitutionis eſt hæres conditione pendente, ſed ea exiſtente in totū ſine noua aditione, & decedens interim non tranſmittit. l. 59. §. Titius. ff. de hęre. inſtit.

Etiam hæredi hęredis, acquiritur pro parte portio in conditionis euentū. l. 53. ff. de acq. hęre.

Siue ſuccedatur de iure Ciuili, ſiue de iure Prætorio, ſcripti hæredes præcedunt legitimos, etiam ſi conditio ſit adiecta, & interim non poterit repudiari, niſi corā Iudice. l. 69. ff. eo.

Si quis fuiſſet inſtitutus, vt infra certum tempus adierit hæreditatem, ſi ante deceſſerit ſtatim ſit locus ſubſtituto, etiam tempore nondū finito. l. 71. eod.

Hæres inſtitutus ſub conditione, ad poſtulationem creditorum cogetur adire: ſi autē hęres inſtitutus ſub quacunq; conditione dicat ſe nolle adire (ēt ſi conditio exiſtat) tunc bona venundantur. l. 1. ff. de curato. bono. dand.

Hæreditas videtur grauari, qñ hæres grauatur ſub nomine appellatiuo: vnde omnes ſuccedentes in hæreditate videntur ex hoc grauati l. 39. ff. de actio. & oblig.

De legatis conditionalibus, & conditionibus illis inſertis.

Legatum ſub conditione relictū, ſi cōditio deficiat ob mortem eius, in cuius perſona cōditio debet impleri, nihilominus debetur. Ozaſ. deciſ. 98. nu 3.

Legatum alicui factum, ſi negotijs ſuorū filiorum interuenerit, vno decedēte, non debetur, niſi pro portione hæreditaria viuentium. ibid. nu. 10.

Legatum relictum vxori cum conditione morandi cum filijs teſtatoris, an per eorū mortem extinguatur, vide Benin. deciſ. 98. ſed qd, ſi fuiſſet factū cū dictione donec, vide ibid.

Conditio, ſi Papa diſpenſauerit, eſt impoſsibilis, ideò reijcitur, & legatum valet. Iaco. Put. deciſ. 87. lib. 2.

Legatum

Legatum ſub conditione impoſsibili, & turpi, quando valeat, vide per Bar. in l. 1. C. de his, quæ pœnæ nomine.

Conditio mixta dependens ex facto meo, & alterius, ſi deficiat caſu, legatum nõ extinguitur fauore alimentorum. Bart. in l. 29. §. vxori de legat. 3. l. 1. C. de legat.

Conditio, cuius euentus, vel defectus legatum non vitiat, eius petitionem non differt. l. qui. §. ſi tamen. ff. ad leg. Falcid.

Conditio impoſsibilis de iure non vitiat legatum, ſed illa reijcitur, vt ſi quis leget militi, ſi tutelam liberorum gerat: quia tunc remittitur talis cõditio, cùm miles de iure non admittatur ad tutelas. l. 8. C. de legat. ſed an legatũ vitietur pp cõditionem impoſsibilem illi appoſitam, vide gl. fin. in l. 1. ff. de his, quæ pœnæ nomine relinq.

Expreſsio conditionis per eum modum, per quẽ ex neceſsitate ineſt, nihil operatur, neq; legatum, vel fideicommiſſum reddit conditionale. l. 3. de legat. 1.

In teſtamentis difficultas præſtationis ſubducitur, & legatũ firmũ remanet. l. 12. §. ſi qs, eo.

Defectus conditionis ratione impoſsibilitatis, non perimit legatum: idem, ſi conditio poteſtatiua deficiat caſu. l. 2. §. 1. & l. 57. de leg. 1.

Legatario mortuo ante conditionis poſsibilis exiſtentiam legatum extinguitur, ſecùs in cõditione impoſsibili. l. 107. de legat. 1.

Conditio, ſi Titio nupſerit in legato appoſita intelligiť, ſi honeſtè Titio nubere legataria poſſet. Ozaſ. deciſ. 154.

Conditio de nubendo, vel non nubendo, quando reijciatur, vide Capel. Thol. q. 292.

Legatum dotis eſt conditionale, ſed an differat, ſi fiat à pře, vel ab auo, aut ab extraneo, vide Mago. deciſ. 14. Rot. Flor.

Legato facto per virum vxori ſub conditione, ſi nõ nupſerit, & ſi nupſerit ei ſint legatæ dotes, ſi nubat poſt receptionem legati, tenetur ad illius reſtitutionem cum fructib. Vinc. de Fran. deciſ. 231. par. 2.

Maritus ſi vxori reliquat mille, ſi ſteterit vidua, & quinq; centum, ſi ad aliud matrimonium tranſierit, poteſt impunè mulier de mariti voluntate ſecundas nuptias contrahere. Dec. conſi. 585. nu. 9. vide conſi. 526. & 537.

Mulier, cui legatum fuit relictum ſub conditione, ſi honeſtè, & caſtè viueret, non amittit legatum tranſeundo ad ſecũdas nuptias. Hippol. ſing. 577.

De conditione, quæ viduitatẽ inducit, & quando vitiet, vide in titulo. C. de indicta viduit. toll.

Quid iuris, quando vir relinquit legatum vxori, quandiu in domo caſtè vixerit, vel ſi ad ſecũda vota non tranſierit, vide gl. in l. 2. eod.

Legatum, donec nubat, intelligitur annuum. l. 17. ff. de annuis legatis.

De legato relicto ſub conditione, ſi quis nõ nupſerit, vide §. quæ verò nunc, Auth. de nupt.

Legatum nõ coarctatur per cauſam de futuro, vel per modum, qui ponitur in fauorem legatarij. Capic. deciſ. 188.

Legatum dotis factum ſub conditione, ſi legataria nubat, ſi ipſa nolit nubere, vel moriatur ante nuptias, non debetur. Capic. deciſ. 204. tamen legataria Monaſterium ingrediẽs, vel aliam Religionẽm, conſequitur tale legatum relictum cauſa matrimonij; ſecùs ſi vellet honeſtè domi viuere. ibid. nu. 2.

Idem, ſi dicat teſtator lego centum, ſi nubat, & quinquaginta, ſi ingrediatur Monaſterium; quia tunc debetur in vtroque caſu legatum primum. Boer. deciſ. 3. num. 14. Mohed. deciſ. 235. Rol. conſi. 35. vol. 3. Nam conditio, propter quam quis retrahitur à carnali matrimonio reijcitur, ergo à fortiori, debet reijci, quando à vita cõtemplatiua Religionis quis retrahitur. Dec. conſi. 674.

Conditio iſta; ꝙ ſi legatarius ingrediatur Monaſterium habeat minus, quàm ſi non ingrediať, an valeat, vide Dec. conſi. 419. Menoch. conſi. 169. libr. 2. quòd non valeat ſcribunt idẽ Dec. conſi. 673. & Math. Matheſ. ſing. 52.

Pater ſi reliquerit filio victum; veſtitum, & domus habitationem intrando Religionem, & non intrando eum fecerit hæredem vniuerſalem vnà cum alijs eius fratribus hæredibus vniuerſalibus, filius intrando Religionem conſequitur, & habet illud, quod nõ intrando haberet. Dec. conſi. 674.

Legatum factum alicui ſi nuptias contraxerit, debetur ſi intrauerit Monaſterium. Natt. cõſ. 296. contrariũ ſcribit Menoch. cõſi. 169. li. 2. ſi fuerit dictũ eſſe legatũ ſoluendũ, cũ nupſerit mulier, & non ex alia cã, vel occaſione.

Legatum factum alicui, ſi ſe aliquid facturum iurauerit eo ipſo, quòd iurat conſequitur legatum, licèt poſtea non adimpleuerit id, qđ iurauerat. Gram. deciſ. 101. nu. 95.

Legatum relictum nepotibus ſub conditione, ſi filia nõ moleſtauerit hđes ſuper legitima, filia petente non debetur: Nam legatũ conditionale non debetur, niſi adimpleta conditione; etiam ſi conditio per alium ſit adimplenda. Rot. Auenio. deciſ. 118.

Multum differt, an legatũ relinquatur cũ onere cõditionaliter, aut per modũ: nã primo caſu legatũ non debetur, niſi impleta cõditione, ſecundo verò debetur, & põt pèti ante modũ impletũ; ſufficit enim hoc caſu legatariũ adimplere requiſitũ. Papon. li. 20. ti. 5. arreſt. 3.

Legatum

Legatum ſub duplici conditione non debetur, niſi vtraq; cõditio(copulatiuè appoſita) impleta fuerit, tempore, & loco præſcriptis. Dec.conſi.433.

Vſusfructus legatario non debetur, ſi legati cõditio impleta nõ fuerit: ideò ſi fuerunt legata alimenta, donec legatarius ſteterit in domo, non debentur, ſi non ſteterit, & portio deficiens accreſcit collegatario. Dec. conſ. 454. qñ non extinguatur tale legatum, vide Dec.conſi.601.

Teſtator ſi vni centum relinquat, ſi is cum eius filijs moraretur, an requiratur, qđ habitet in eadẽ domo, an verò ſufficiat, qđ habitet tantùm in eadem Ciuitate, vide Roma. ſing.181.

Legatum factum in teſtamento nullo poſt mortẽ hæredis decedẽtis ſine liberis, licèt hæres non habeat hæreditatem, non debetur, niſi exiſtente conditione in perſona nominati. Bar.in l.7.nu.4.ff.de actio.empt.

Conditio quando eſt implenda ex re legata, an prius petatur legatum, quàm impleatur conditio, vide Bar.in l.86.de legat.1.

Conditio legati ſuperueniens poſt litem conteſtatam, & ante concluſionem in cauſa, videtur in iudicium deducta. Bar.in l.9.§.eadẽ. ff.de exceptio.rei iudic.

Conditionis defectus facit deficere legatum quantumcunque fauorabile. Abb.conſilio. 78.lib.2.

Quando in teſtamento adſunt plures conditiones, & teſtator aliquid legat, in defectum conditionis, hoc modo, qua conditione deficiente, &c. ad quam conditionem debeat referri hoc legatum, vide Abb. conſ.78.lib.2.

Legatum ſub conditione relictum an debeatur, ſi conditioni non pareatur, vide glo.in l. 1.C.de inſtitutio.& ſubſtitut.

Si nõ ſtat per legatarium, videtur impleta conditio.l.35.§.ſi ea conditione, de legat.2.

Si teſtator leget certam ſummã aliquibus, ſi certum qđ fecerint, vno nõ faciẽte, alter nihilominus habebit partẽ ſui legati.l.16.de leg.3.

Legatum relictũ ob cãm, determinat ſecundũ cauſam ſibi annexam.l.10.ff. de annuis legat.

Quomodo, & quando per defectum conditionis legatum conditionale extinguatur, vel non, vide gl.ibid.

Conditio, quæ pendet ex poteſtate legatarij, & alterius, ſi ex facto alterius ſine culpa legatarij impediatur, hř pro impleta.l.13.ff.eod. tamen in conditione caſuali quocunq; modo conditio deficiat, legatũ non debetur. Dec. conſi. 526. num.3.

Si conditio deficiat per mortem eius, in cuius perſonam confertur, non extinguitur legatũ. l.20.ff.de ann. legat.

Conditione(ſub qua dimidium legatum debet reſolui) impleta pro parte, legatum pro parte reſoluitur.l.30 ff.de vſu, & vſufru. legat.

Tempus ætatis grauati adiectum grauato, in dubio conditionem facit, vt legatum differatur in tale tempus, licèt ipſe grauatus ante deceſſerit.l.18.§.ab hæredibus.ff. de aliment. & ciba. legat.

Fideicommiſſum relictum à duob.cum expreſſione nominis collectiui debetur, etiam ſi in perſona vnius tantùm cõditio exiſtat, ſi perſona non ſupereſt, quæ fideicommiſſariũ(ex præſumpta volũtate defuncti) excludat.l.hęredes.§.cùm ita fuerit.ff.ad Trebel.

Si legatũ relinquatur, ſi mortuo patre filius efficiatur ſui iuris, conditio adimpletũ filio emãcipato ab ipſo patre viuente.l.ſi ita.ff. quando dies legati.

Licèt mulier amiſerit filium, propter quẽ conſequuta fuit legatum, non propterea legatũ perdit, vel reſtituit, quia ſufficit, φ conditio in momento temporis ſit impleta, niſi de tẽpore mortis intellectum eſſet à teſtatore.l.4. cum glo.ff. quando dies legati ced.

Quando aliquid relinquitur, vt honoratus deferat nomen, & cognomen teſtatoris, quid iuris, vide Guid. Pap. quæſtio. 351. & ſupra titu.proxim.

Fiſcus ſuccedens non habet legata conditionalia.Boer.deciſ.351.

Cautio mutiana non pſtatur, qñ verba teſtatoris negatiua referunt ad ius, qa tunc ſufficit acceptilatio, exemplũ, qñ teſtator legat aliquid ſub conditione, ne amplius petere poſſit de hæreditate, nam tunc ſufficit legatariũ promittere nõ petere. Capel.Thol.q.336. ſecùs qñ verba referuntur ad factum, tũc enim non ſufficeret acceptilatio, ſed locũ haberet cautio mutiana.ibid.& qñ qs venit contra ipſam cautionem, tenetur reſtituere rem cum fructibus.l.78.§.qui mutianam, de legat.2.

Conditio per caſum deficiens, facit ceſſare legatum.Benintẽn.deciſ.68.nu.3.

Legatum dř factum gratia oneris, quãdo onus adiectum æquipollet legato.ibid.nn.7.

Legatũ, an, & qñ conditionale reddař, vbi poſt legatum purum tp̃s mortis in perſonã tertij apponitur, vide Fran. Marc.quæſt.310. quid, quando tempus apponitur circa ſubſtãtiam legati, vide ibid.

Legatum factum, ſeu tranſlatum ſub conditione, conditione non impleta, transfertũ. Fran. Marc.q.1054.

Legatũ cõditionale regulariter nõ tranſmittitũ ad heredes, imò nec ad proprios liberos, ſed Reg.limitař duodecim in caſib. p Mãt.tract. de coniect.vltim.volunt.lib.11.tit.20.in quibus

bus tranſmittit ex conie&uris,de quib.ibid.

Legatum dotis factum cauſa matrimonij an, & quando dicatur conditionale, adeò q non tranſmittatur ad hæredes, muliere mortua ante matrimoniũ.vide per Menoch.cõſ.251.nu.29.lib.3.ſcripſi ſupra titu. de dote plegat.

Legata relicta ſub cõditione,vel in diem incertam, cedunt à die aduenientis conditionis, vel diei incertæ, & ſi efficiantur caduca vadunt ad ſubſtitutos,vel cõiunctos,aut remanent apud eos,à quib. relicta ſunt,ſi ſunt hęredes pro hæreditaria portione, ſi ſunt alij, pro virili cum onere ſuo. Bar.ſing.193.

Legata conditionalia non tranſmittuntur. §. optionis,inſtitut.de legat. niſi teſtator diſpoſuerint transferri poſt mortem. Bald.ſing.15.

Teſtator ſi Titio fundum relinquat, cùm decẽ dare poterit, illa decem danda ſunt hæredi. Ludo.Roma.ſing.48.

Sicut legatum conditionale non tranſmittitur ad hæredes,ita ſi duæ res ſint legatæ alternatiuè,vna purè, & altera ſub conditione. vide Roma.ſing 89. ſed ſi legatum relinquatur, ſiue nauis venerit ex Axia, ſiue non, & antequam ſit certum nauem venturam, vel non venturam legatarius moriatur, an tranſmittatur tale legatum, vide Roma. ſing.90.quo loci tenet affirmatiuam.

Legatum ſub conditione factum, ſi Titius hæres erit, legatarius interim decedens, non tranſmittit.Pet.de Raue.ſing.358.

In inſtitutione filij poſiti in cõditione non cenſent̃ vocati,ſed veniũt ab inteſtato, ſecùs eſt in legato facto ſub conditione, ſi legatarius deceſſerit ſine filijs, nã hoc caſu filij poſiti in conditione,cenſentur vocati ex teſtõ,ſed de rõne diuerſitatis,vide per Pet Gerar.ſing.61.

Legatum factum filiæ eſt purum, & non conditionale,ideò ſtatim poteſt peti, & tranſmittitur. Abb.conſi 92.lib.2.

Ius,ſiue facultas implendi non tranſit ad hæredes.Bar.conſi.98.vol.2.

Si legato plurib.relicto apponatur grauamẽ, vt redeat ad ſuperuinẽtem, ſuperuiuens,ad quẽ redit, ad hæredem ſuum inſolidum legatum tranſmittit, nec ad hæredes collegatarij reuertitur.l.2. C.quando dies legati cedat.

Legatum relictum,ſi ad certam ætatem peruenerit,impletis diebus,tranſmittitur ad hæredem.l.3.C.eod.

Cùm quis ita legaſſet,cũ talis peruenerit ad 14. ann.annua,bima,trima,die do,lego,&c. tale legatum eſt conditionale,& in diẽ, & tandiu q̃diu ann.14.ſit completus, poſtea in diẽ: iõ ſi ante 14.ann.legatarius deceſſerit,ad hæredẽ nihil tranſmittit,ſed ſi poſtea, ad hrẽdem transfert̃,qa tũc eſt in diẽ, & nõ ſub cõditione.l.51. prin. & §.hoc autem de legat. 1.

Expreſſio eorum, quæ tacitè inſunt per alium modum, quàm inſint aliquid operatur,vt ſi quis leget,ſi legatarius volet: nam tũc ſi deceſſerit legatarius ante declarationem ipſius voluntatis(quòd vult)legatum non tranſmittit,ſecùs ſi non exprimaretur hæc tacita cõditio, quæ ſemper tacitè ineſt.§.illi ſi volet.l. 68.de legat.1.

Si legatum in arbitrium alterius conditionaliter conferatur ſuſpẽditur, ſicut per quãlibet aliam conditionem, ſed ſi non conditionaliter,non ſuſpenditur.l.1. de legat.2.

Dies incertus habetur pro conditione, vt ſi qs leget cùm hæres moriet̃, ſecùs ſi cùm moriet̃ legatarius.l.12.§.quod ita,de legat.2.

Legatarius conditionalis interim non dr̃ creditor,ideò p̃decedente legatario,ante teſtatorem,vel conditionis euentum,non tranſmittitur, qđ non procedit in legato facto liberis.l.41.& ibi glo.ff. de actio.& obligat.

Si legatum conferatur in mortem hæredis eſt cõditionale, ſecùs ſi in mortem legatarij.l.4. ff.quando dies legati.

Conditio tacita ex teſtamento procedens,impedit diem legatorũ cedere, ſecùs ſi extrinſecus veniat.l.quod purè.ff eod.

Quod purè datum eſt, ſi ſub cõditione adimatur, quaſi ſub cõditione legatum reputatur, quo ad tranſmiſſionem.d.l. quod purè.

Conditio omnino extitura, ſi dubitat̃ an viuo, vel mortuo legatario exiſtat, impedit diem legati cedere.l.huiuſmodi.ff.eod.

Cõditio tacita ex natura rei legatę trãſmiſſionẽ legati nõ impedit.l. cùm illud.§.1.ff.eod.

Legatum, aut fideicommiſſum ſub conditione relictum,vel in diem incertam,nõ cedit, niſi adueniente conditione, vel die incerta, & ſi interim decedat legatarius, vel fideicommiſſarius non tranſmittitur, ſed vadit ad ſubſtitutum,vel coniunctum, aut remanet hæredi teſtatoris.l.vnica §.finantẽ. C. de cad.tollen.

Subſtantia ſtipulationis purè, vel conditionalis non poteſt eſſe impedienti, ſed legatum poteſt pendere, antequam eius dies cedat.l. 26.ff de ſtipul.ſeruo.

Legatarius conditionalis grauatus in plus, illud plus ſoluit de fructibus. Vincent. de Fran.deciſ.393.par.2.

Onus impoſitum legatario non diminuitur, diminuto legato,quando eſt in vim conditionis,ſed quando hoc procedat, vide eundem deciſ.362. par.2.

Quando ſit legatum adiecta hac conditione, ſi cum hærede habitauerit, an tunc legatarius teneatur ſequi hæredem quocunque ierit, vide Menoch.de arbitr.lib.2. caſ.469.

Legatum

Legatum factum alicui, ſi cum aliquo moraretur, ſi ille habeat vxorem, quæ non vellet cum eo morari, habebit legatũ, & de nocte morabitur cũ vxore, & de die cũ illo, cũ quo morari deber. Bar. in l. 13. §. vxore. ff. ann. lega.

Si aliqs iuſſus eſt morari cum aliquo, vel cõtrahere debetur legatum, & tollitur obligatio, ſi ille recuſet, vel non poſsit cõmodè, aut honeſtè cum illo morari. Abb. conſi 90. lib. 1.

Legata poſſunt conferri in arbitriũ tertij; non autẽ in meam voluntatem. Abb. ibid. nu. fin.

Legatum, quoad quis cum filio moraretur, debetur ſemper, ſi per filiũ ſtat, ſed ſi per caſum, debetur pro eo anno tãtùm, quo morari inceperit, nõ pro futuris. l. 29. §. vxori, de lega. 3.

Non impleto onere de morando in certo loco, legatarius legato priuatur. l. 18. §. fin. ff. de aliment. & cib. lega.

Conditiones appoſitę in primis legatis, nõ cenſent̃ repetitæ in ſequentib. habẽtib. orationẽ perfectam, licèt p dictionẽ, itẽ coniungãtur: fallit in legato medio loco appoſito; in quo cenſẽtur repetita eadẽ conditio. q̃ eſt in pcedẽti, & ſequenti. Gaſp. Cabal. milleloq. 143.

Quando conditio vni legato appoſita, cenſeat̃ in alio repetita, vide Mago. deci. 84 Rot. Flo.

Conditio, vel modus inſertus in vltimo legato, ad oĩa pcedentia refert̃, veluti ſi teſtator dicat lego oẽs robas, pannamẽta, linea, & alias maſſaritias domus, tũc illa qualitas domus, poſita in fine orõnis, & refert̃ ad illud legatũ vniuerſale oĩum robarum. Dec. conſi. 92.

Conditio appoſita in primo legato, an cenſeat̃ repetita in ſecundo ſimpliciter facto, vide eundem conſi. 190. Menoch. conſi. 166. lib. 2.

Cõditio viduitatis appoſita legato vſusfr. oĩum bonorũ facto vxori, nõ cenſet̃ repetita in inſtitutione vniuerſali facta de eadem vxore. Natt. conſi. 459.

Conditio adiecta vni legato cenſet̃ tacitè repetita in alio legato facto eidẽ pſonæ, & eodẽ teſtõ. Rom. ſing. 237. fallit qñ conditio, quæ in primo legato apponitur tacitè ſubintelligitur, tunc enim in ſecundo legato nõn cenſetur repetita. idem ſing. 181.

Conditio adiecta inſtitutioni vnius factæ, intelligitur repetita in legato eidẽ facto, vbi relictum conditionale præceſsit purum, ſecus ſi purum præcedat. idem Rom. ſing. 672. vel relinquatur legatum ab alio gradu. l. 107. §. cũ quidam, de legat. 1.

Cõditio adiecta in inſtitutione, vr̃ repetita in legato, qñ relictum fuit à primo gradu inſtitutorũ. Bar. in l. 107 §. cùm quidam, de legat. 1.

Si teſtator relinquat vxori ſuæ aliquid, ſi caſtè vixerit, & poſtea dixerit, item relinquo illi fundum, non intelligitur in legato fundi repetita d. conditio. Bar. conſi. 39. vol. 1.

Conditionũ appoſitarũ in primo legato, an repetitio in ſecũdo inducat̃, & dictio, itẽ, an inducat repetitionẽ cõditionum, vt indicet̃ idẽ, quod de copula, vide per Bar. cõſi. 48. vol. 2.

Si legatũ relinquit̃ ab vno ſub conditione, q̃ ex eius perſona dependet; ſi legatum trãſferat̃ ad aliũ, non transfert̃ conditio. l. 67. de leg. 2.

Debitor partis fundi, ſi creditori ſub eadẽ conditione, qua debebat legauerit, ĩtelligit̃ aliã partẽ, non illam, q̃ debebat, legare. l. 68. eod.

Legatum videtur transferri cum conditionib. ſuis, niſi conditio perſonæ cohæreat. l. 24. ff. de adimen. & transfe. legat.

In fiſcum tranſit legatum cum onere conditionis. l. 59. §. fin. ff. de conditio. & demon.

Conditio adiecta inſtitutioni, non vr̃ legato pcedenti adiecta. l. filiusfa. ff. qñ dies legati.

Legatum ſi Titio fiat de vno modio frumenti quolibet anno, & ſi illum hæres non ſoluerit, eidẽ Titio relinquantur mille, ſi primo anno hæres non ſoluerit modium frumenti, ſtatim tenetur ad mille. Roma. ſing. 298.

Hæres an poſsit petere illud, qđ debebatur ſibi à legatario dari, ſi ſemel illud oblatum repudiauerit, vide eundem ſing. 613.

Eccleſia tenetur alimentare donatorem, re donata combuſta, qñ fuit donata res, vt teneat̃ ad alimenta donantis. Fran. Crem. ſing. 1.

Lgatum ſi vni fiat de proprietate rei ſub conditiõe, & alteri de eius vſufructu, ſi vſufructuarius proprietatem ab hærede acquirat, & poſtea conditio legatæ proprietatis eueniat, vſufructuarius non poterit ampliùs vſumfructum ſeparare, & habere, quia fuit cõſolidatus cum proprietate. idem ſing. 158.

Legatarij grauati de dando aliquid, licèt ſint legatarij ex diſparibus partibus, tenẽtur nihilominus pro virili. Pet. de Raue. ſing. 372.

Teſtator legans centũ exiſtẽtia in tali loco, q̃ ſi hęres nõ pſtiterit, domũ legauerit, ſi hęres ea centũ expendat, dẽt dare domũ, & non alia centum, ſed vide Marc. de Mant. ſing. 330.

Conditio in legatis, quãdo trahatur retrò conditione adueniente, vide Bar. in l. 3. §. fin. autẽ. C. commun. de legat.

In legatis relictis ſub conditione die purificata, ipſa dies non trahit̃ retrò ad tp̃s mortis. Bar. in l. ſi is, qui p emptore, nu 47. ff. de vſucapio.

Qñ legatũ cõditionale tollat̃ repudiatione, & qñ non, vide Bart. in l. 18 ff. de optione legat.

Cũ ſub conditionib. cõtrarijs eadẽ res duob. leget̃, ſi non cauet̃, vterq; mittitur in poſſeſsionem. l. cùm ſub. ff. vt in poſſeſsio legatorum.

De conditionibus legatis inſertis, vide p Azo. in ſumma titu. C. quando dies legati ced.

Legatarius, qui emit rem legatam ab hærede,

pendentē conditione legati, ſi poſtea exiſtat conditio repetit pretium, per actionem ex empto.l.30.ff.de actio.empt.& vend.

Si prima inſtitutio eſt plena, ſecunda in eodem teſtamento facta nihil operatur: idē vbi ſub pluribus cōditionibus diſiunctiuè relinquitur.l. 27. ff.de hæred.inſtitue.

Legatum ſub conditione, ſi cauerit de aliquo dando, vel faciendo, aſsimilaт̄ legato, cui in vim modi, vel conditionis fideicommiſsionis imponitur onus.l.86.de legat.1.

Deſignatio vnde legatum ſoluatur poſt legatū relictum appoſita, ipſum conditionale non facit.l.99.in prin.eod.

Poteſt legari vni ex duobus, qui prius cōditionem impleuerit.l.110.§. huiuſmodi, de leg. 3.

Valet legatum etiam ſi conferatur in conditionem, quæ in alterius poteſtate conſiſtit.l.3. de legat. 3.

Legatum alternatiuè, vel ſub cōditionibus relictum eſt vnum, reſpectu vnius ſolutionis.l. 27. de legat.2.

Pendente conditione legati, poteſt res legata cum fructibus reuocari à legatario iam poſſidente.l.32.§ fundum, de legat. 2.

Ante aduentum diei, vel conditionis legatum non poteſt repudiari.l.46.§. ſi ſub conditione, de legat.2.

Fructus, & partus percepti conditione pendente, ad legatarium non pertinent l. 49. eod.l. pen.ff.de optio.legat.

Legatum alimentorum non perit, conditione defecta per caſum contingentem, in perſonā eius, in quem ſpecialiter eſt collata.l.20.§.mater.ff de alimen. & ciba.legat.

Conditio legato appoſita, poteſt adimi, & legatum purè debebitur.§. conditio legati.l.3. ff.de adimend. & transfer.legat.

Legatum annuum pro primo anno eſt purum, ſed poſtea eſt conditionale, ſtipulatio verò annua, non eſt conditionalis, & eſt vna pro omnibus, ſed legatum annuum nō eſt vnum, ſed tot dicuntur, quot annis durauit.l.16.§.fi. ff.de verbo.obliga. facit l. 4. ff. de annuis legatis, vide infra tit. de annis legatis.

Si ſub conditione legatum mihi dari nouandi cauſa ſtipulatus ſim, & ante exiſtentem conditionem acceptum fecero, ſequitur liberatio, etiam conditione poſtea exiſtente. l. antepen.ff.de acceptila.

Tempus certæ ætatis adiectum cauſa legatarij, diem, nō conditionem facit.l. Firmio.§.cùm ab hæredibus.ff. quando dies legat.vel fideicommiſ.cedat.

Conditione exiſtente etiam poſt mortem hæredis, legatum debetur, & fideiuſſores tenentur.l.10.ff.quando dies legati.

Si cautio de facto petatur, conditio non petendæ cautionis deficere non dr̄. l. licet. eod.

Si legatarius mittatur in poſſeſsionem pro legato in genere, illius rei ſub conditione relictæ, exiſtente conditione tenetur recedere à poſſeſsione. l. ſi fideiuſſorum. §. nam & ſi mihi.ff. eod.

Emancipatus conferre tenetur etiam id, quod ei debetur ſub conditione, ſecùs eſt in legatis, quæ tantùm incipiuntur deberi impleta conditione.l. 2.§.id quoque.ff.de collatio.

Si teſtator poſuit in electione mea, vt dem centum certis nominatim, cui velim, ſi decedā antequam eligam, debetur hæc ſumma omnib.pro portione.l.21.§.fi. ff. de ſtatu liberis.

Expreſsio conditionis per eum modum, per quē ex neceſsitate ineſt, nihil operatur, nec legatum, vel fideicōmiſſum reddit cōditionale.l.3.de legat.1. ſecùs ſi per alium modū. l.68.§.illi, eod.

Legatarius conditionalis nō dicitur creditor, niſi prius exiſtat conditio, ſed creditor conditionalis dicitur interim creditor.l.41.ff.de actio & obligat.

Si relinquatur incerto de certis certificando ex aliquo futuro euentu, cenſetur cuilibet eorum relictum ſub conditione, ſi ille futurus euentus in perſonam ſuam eueniat. l.12. ff. de rebus dub.

De his, quæ ſub modo legati, vel fideicommiſſi relinquuntur, & de ipſo modo.

Legatarius petens rem ſibi legatam ſub modo, antequam recipiat legatum, debet cauere de modo implendo.l.48. ff. de fideicom.libert.l.29. de legat.3. Marc.q.216.part.2. Nam legatum ſub modo non poteſt effectualiter peti, niſi præſtita cautione de modo implendo.l. 40 §.fin.ff.de conditio. & demonſtra.

Multum differt, an onus imponatur legatario per conditionem, aut per modum: nam ſi relinquant̄, puta centum Titio dummodo (& ſic conditionaliter) deferat nomen, & arma teſtatoris, tunc non poteſt habere legatum, niſi effectualiter impleta conditione, ſed ſi fuerit legatum relictum, vt deferat (& ſic per modum) poteſt habere ipſum legatum, ante modum impletum, & ſufficit, quòd impleat legatarius quando fuerit requiſitus. Papon. lib.20.tit.5.arreſt.3.

Sicut in vltimis voluntatibus præſtatur cautio de modo implendo, antequam detur actio,

ita

ita pariter fit in contractibus. Bart.in l.60.§. quidam.ff.de locato.

Hęc verba, ita vt, faciunt modum, & poteſt quis compelli ad modum implendum.l.17.§. hæc ſcriptura.ff.de manumiſ.teſtam.

Verba, quæ poſſunt intelligi ſub conditione, & ſub modo, qualiter intelligi debeant, vide Bar.in l.6.C.de tranſactio.

Dictio, poſtquam non inducit cõditionem, ſed modum.Bar.in l.33.ff. de dolo malo.

Legatum ſub conditione de aliquo dando, vel faciendo, dicitur modale, & non conditionale. Bart.in l.86.de legat.1.& cautio de implendo modo præſtatur hæredi. Bar.ibid.

De modo, & de his, quæ relinquuntur ſub modo, & qualiter impleatur, vel caueatur, vide per Barto.in l.40.§.Termilius.ff.de conditio. & demonſtratio.

Coniunctiones, vt, & quòd idem important, & ſi teſtator legat ſub hac conditione, qđ ſtare, vel morari, aut aliquid aliud facere, intelligitur legare ſub modo, & non conditione. Bar.conſi.4. vol.1.

De natura conditionis eſt, quòd impleatur, ſeu purificetur ante executionem actus: ideò quando aliquid venit implendum poſt executionẽ ipſius actus, dicitur fieri per modũ, & non per conditionem. Crau.conſi 59.

Modus dicitur moderatio quędam diſpoſitioni adiecta, aggrauans in tempus diſpoſitionis perfectæ.Menoch.conſi.131.lib 2. & fusè quid ſit modus, & quãdo diſpoſitio cenſeatῦ modalis, & non conditionalis, vide ibid.

Licèt modus per caſum deficiat, debetur legatum.l.95. de legat 1.

Legatarius, per quẽ ſtat quominus impleat modum, etiam ſi ſtet per caſum, admittitur ad legatum.l.90.§. quiſquis mihi, de legat.2.

Si legatarius non impleat modum à teſtatore adiectum, legatum ſibi ſolutum reuocatur.l.21.§.Lucius Titius ff.de ann.legat.

Per ademptionẽ oneris adiecti in vim modi, etiam legatum videtur ademptũ.l.30.§. Seia. ff.de adimend.vel transf.legat.

Modus reſpiciens vtilitatem legatarij, intelligitur impulſiuus, & illi non paretur, ſi vtilitatem tertij, dicitur finalis, & tunc illi eſt parẽdum.l.70.ff.de conditio. & demonſtr.

Modus non ſuſpendit, neque vitiat legati ſubſtãtiam, ſed differt donec ſit præſtita cautio de modo implendo.l.79.ff.eod.ꝙ modus nõ ſuſpendat ſcribit Bar.conſi.4 vol.1.

Modus (quamquam de futuro) non impedit tranſmiſsionem. Bart.in l.108.ff.de reb.dub.

Legatum pro dote, etiã ſi ſit modale, non tranſmittitur ad hæredes. Fran.Mant. de coniect. vltim.volunt. lib.11.tit.23.nu.8.

Filia amittit legatum ſub modo relictũ, ne nubat mercatori, ſi nupſerit, & eo defuncto nubat nobili.Rand.c.12.nu.20.tract.de analog.

Legatum relictum ſub modo, non deficit ſi caſus contingat in perſonã alterius, ſecùs eſt ſi ipſe legatarius, cui modus perſonalis eſt iunctus, decedat. Fran.Mant.de coniect.vltim. volun.lib.11.tit.23.nu 9.

Modus quando reſpicit commodum alterius, appoſitus in diſpoſitione, dicitur cauſa finalis. Bar.in l.95.de legat.1.

Relictum incertum in vim modi, nõ valet: quia relictũ in vim ipſius modi producit actionẽ, & obligationem.Bar.in l.6.ff.de reb.dub.

Hæres iſtitutus ſub mõ, ſi modũ nõ impleuerit, an poſsit priuari hẽditate, vide Crau.cõſ.59.

Si legatum fiat alicui, donec cum alio moretetur, an extinguatur per mortem illius, cum quo legatarius morari debuerat, vide Dec. conſi.601.& infra tit.de alimentis legatis.

Modum, qui implere debet, ita demum priuatur commodo, cùm fuerit interpellatus, vel monitus. Menoch. conſil. 131. cum 3.ſeqq. quia modus debet impleri, per modũ compulſionis, conditio per modum excluſionis. Menoch.ibid.nu.11.

Modus habetur pro impleto, quando non ſtat, vel ſtetit per implere debentem, & modus mixtus habetur pro impleto, ſi caſu impleri impediatῦ.Menoch.conſi.262.lib.3.n.13.& 14.

Quando dies legati, vel fideicommiſſi cedat.

LEgatum relictum poſt mortem teſtatoris intra decẽ dies, non debetur, niſi adita hæreditate. Vera.deciſ.116. par.2.

Si multa legata à teſtatore fiant, qui dicat velle ea præſtari poſt mortem vxoris ſuæ, an ſi legatarij moriantur ante vxorem, dicta legata tranſmittantur, vide Fran. Cremen.ſing.112.

Vide de materia huius tituli per Bart.in titu.C. de caduc. tollen. & ſupra tit.de legatis conditionalibus.

Conditio tacita impedit natiuitatem actionis, ſicut expreſſa, non autem impedit tranſmiſſionem legati.Bar.in l.4.§.huius.ff.de pact. in l.107.§. cùm quidam, de legat.1. & in l.13.de optione legat. fallit quando talis conditio tacita venit ex diſpoſitione teſtatoris. idem Bar.in l.10.ff.de adimend.legat.

Inſtitutus in re certa decedens ante agnitionẽ, illam tranſmittit, ſicut legatarius.Bar.in l.35. ff.de hæred. inſtitu.

Legatum

Legatum in diem quo ad tranſmiſsionem, ſtatim cedit a die mortis, non quo ad dominij tranſmiſsionem, ſeu acquiſitionem, niſi die adueniente. Bar. in l. 26. ff. de vſufruct. lega.

Legatum an, & quando códitionale reddatur quó ad tranſmiſsionem, vbi poſt legatũ purum tempus mortis in perſonam tertij apponitur, vide Franc. Marc. q 310.

Tempus ætatis certæ, vel incertæ appoſitũ circa ſubſtantiam, vel legati diſpoſitionem, legatum conditionale reddit. ibid.

Licèt regulariter expreſsio eorum, quæ tacitè inſunt, nihil operetur, tamen hoc fallit, quando teſtator voluiſſet facere actum conditionalem. ibid. num. 5.

Propter tempus incertũ mortis non cedit dies legati, neque oritur obligatio ante diẽ mortis. Marc. d. q. 310. nu. fin. l. vnica. §. ſin autem. C. de cad. tollen. l. 48. § fin. ff. de iure fiſci.

Legatum acquiritur ignorãti, & per ipſum trãſmittitur, & etiam fideicommiſſum debitum virtute clauſulæ codicillaris, quæritur ignoranti. Bar. conſ. 12. vol. 1.

Si teſtator mandet filio ſuo facere quitationẽ Titio debitori ſuo, datis ſibi centum, & Titius ante implementum conditionis moriatur, eius hæres poteſt conditionem implere. Bar. conſ. 16. vol. 1.

Legatum vſusfructus non cedit, niſi à die aditæ hæreditatis, licèt in reliquis rebus (ſi ſit purum) cedat à die mortis. Franc. Marc. q. 30. & quæſt. 33.

Vt legatum non ſit inutile, nõ prius cedit dies legati, quàm libertatis l. 8. C. de fideicom.

Legata, & fideicommiſſa pura, vel in diem certã relicta, quo ad trãſmiſsionem, à die mortis teſtatoris cedunt. l. vnica §. cum igitur, & §. nouiſsimo. C. de cad. toll. exceptis legato libertatis, vſusfructus, & quibuſdã alijs, quæ cedunt à tempore aditæ hęreditatis. ibid. §. libertatibus, ſed conditionalia legata ſolùm cedunt à die purificatæ conditionis. §. ſi nautem. d. l. 1. & §. optionis, inſtitu. de legat.

Legatum hoc modo relictum, Titio centum lego cùm ad ann. 14. peruenerit, annua bima, trima die, conditionale eſt, & in diem, ſed quando cedat, vide l. 51. de lega. 1.

Si legatum confertur in tempus certæ ætatis, vltimus annus debet eſſe completus, vt debeatur, & exinde dies præſtationi adiectus currit, etiam viuo teſtatore; niſi propter ſciẽtiam teſtatoris aliud inducatur. d. l. 51.

Quo ad acquiſitionem inſpicitur dies legati cedentis, & ſi occurrat in puncto fauemus ei, cui legatum eſt. l. 71. de lega. 1.

Legatario mortuo ante conditionis poſsibilis exiſtentiam, legatum extinguitur, ſecùs in cõditione impoſsibili. l. 107. §. in teſtamento, de lega. 1. nam ſpes legati cõditionalis, ad hæredes non trãſit. Bar. in l. 15. nu. 55. ff. de vſucap.

Legatum viæ cedit à die mortis teſtatoris. l. 4. & ibi glo ff. de ſeruit. legat.

Legatario mortuo, vel libertate priuato conditione pendente, legatum extinguitur, ſecùs ſi ſola Ciuitate priuet. l. 58. ff. de cõd. & demõ.

Ante purificatam conditionem non cedit dies legati: fallit in tribus caſibus, de quibus vide per glo. in §. ſi pecudum, inſtit. de legat.

Legatum annuum cum præfinitione temporis relictum, ſi ſit cauſa alimentorum, dicuntur plura legata, & non tranſmittitur, ſi verò nõ ſiat cauſa alimentorum, dicitur vnum legatum, cuius dies cedit à tempore mortis, & tranſmittitur. l. ſi cùm præfinitione. ff. ad Senatuſconſult. Trebellia.

Fideicommiſſum conditionale nõ tranſmittitur, ad deſcendentes defuncto fideicommiſſario, conditione pendente. Bart. in l. vnica. C. de his, qui ante apertas tabulas, vide eundem conſ. 112. vol. 2. ſed an tranſmittatur per ius accreſcendi, vide ibid.

Dies fideicommiſsi vniuerſalis, quando cedat, vide per Bar. in l. 25. ff. ad Trebellia.

Fideicommiſſarius ſi decedat ante factam reſtitutionem, an reſtitutio poſsit fieri eius hæredi, vide Bar. in l. 9. §. verũ. ff. ad Senatuſcon. Trebellia. & in l. 16. §. idem. eod. tit.

Hæres ſi decedat ante aditam hæreditatem, fideicommiſſum vniuerſale quãdo extinguatur, vide Bar. in l. 13 ff. eod.

Fideicommiſſum non agnitum, nec reſtitutum tranſmittitur ad ſuum hæredẽ, quando dies ceſsit in vita defuncti. Bar. conſ. 13. num. 10. vol. 1. l. Seius. ff. ad Trebellia.

Tempus certæ ætatis ex præſumpta voluntate defuncti propter imbecillitatem perſonæ, diem facit, non conditionem; ideò fideicõmiſſum cedit ſtatim mortuo teſtatore, ſed reſtitutio differtur ad tempus. l. Seius Saturninus. ff. ad Senatuſconſultum Trebellian.

Modus an impediat tranſmiſsionem legati, legatario defuncto ante modum impletum, vel cautionem præſtitam, vide per Bart. in l. 40. §. Termilius. num. 13. ff. de condition. & demonſtratio.

Modus quantuncunque de futuro non impedit tranſmiſsionem, & fideicommiſſum purum tranſmittitur ad hæredes; licèt hæreditas non adita, non tranſmittatur. Bar. in l. 18. ff. de conditio. & demonſt.

Cõiunctiones, vt, & quòd important modum, & non conditionem, & modus non ſuſpendit diſpoſitionem. Bar. conſ. 4. vol. 1.

De

De legatis in genere.

HAeres hæreditatẽ reſtituens certa quantitate retenta ſub nomine quotæ, tenetur legatarijs in eo, quod habet vltra quartã, ſi á fideicõmiſſario legata exigi non poſſunt. l. 1. §. ſi is vſque de finem legis. ff. ad Senatuſconſ. Treb. aliás ad fideicommiſſarium ſpectat ſolutio legatorum inſolidum. Guid. Pap. q. 296.

An hæres grauatus, vel fideicommiſſarius teneatur ad ſolutionem legatorum, & quid, ſi hæres ſoluerit de ſuo, vide Crau. conſ. 16.

Quando eſt controuerſia de hæreditate, legatarij poſſunt agere contra hæredem ſcriptũ, & conſequentur legata, præſtita tamen cautione. l. fin. C. de pet. hæred.

Si quis legauerit nomen debitoris, & demum legatarius agat cõtra debitorem teſtatoris, debet defendere teſtatorem, vel hæredem, ſi debitor opponat compenſationem. l. 70. ff. de procurato.

Si hæres non confecerit inuentarium tenetur ad integra legata, etiã vires hæreditatis excedentia. Authen. ſed cùm teſtator. C. ad leg. Falcid, vide tamen Bar. in l. 10. & in l. fin. §. cũ igitur. C. de iure deliberan.

Filios ob inuentarium non confectum teneri ad integra legata etiam de proprio (ſi vires hæreditatis non ſufficiant) quomodo intelligatur, vide Ozaſc. deciſ. 148, num. 11.

Si hęres promiſerit ſoluere integra legata tenetur adimplere, ſine falcidiæ detractione. l. fin. C. ad leg. Falcid.

Filia patri ab inteſtato ſuccedẽs, non ſoluit legata á filio relicta. gloſ. in l. vnica. §. vbi. C. de caduc. tollend.

Vniuerſalis vſufructarius an teneatur ſoluere legata, & fideicommiſſa ex redditibus, vide §. ſin autem. l. fin. C. de bonis, quę liber.

Licèt teſtm̃ cõtra tabulas expugnetur, pupillaris ſubſtitutio firma remanet, & legata relicta á ſubſtituto debẽtur. l. 34. §. fi. ff. de vulga.

Legata ab eo, quem quis putabat inſolidum ſibi ſucceſſurum, ſi non ſuccedat, niſi pro parte, pro illa ſolùm debentur: fallit in libertate. l. 11. ff. de iure codicil. & l. pen. ibid.

Non ſolùm creditores, ſed etiam legatarij, poſſunt petere ſeparationem bonorum hæreditariorum á bonis hæredis, vt prius eis ſatiſfiat, quám creditoribus hæredis. l. 6. ff. de ſeparat. bono.

Contra legatarium petentem rem legatam á tertio poſſeſſore, poteſt excipi de dolo defuncti. l. 6. ff. de exceptio.

Legata relicta ab hærede, debentur ab hæredibus hæredis. l. 16. ff. de alimẽt. & cibar. legat.

Legatarius non repellitur á legati petitione, etiam ſi repudiauerit partem hęreditatis, in quam fuit iuſtitutus, ſi nihil receperit á ſubſtituto, aliás ſecùs. l. 4. §. ſi quis. ff. de dol. mal. exceptio.

Soror, quæ fratris teſtamentum pro quarta parte dixit inofficioſum, quia erat turpis perſona inſtituta, non tenetur ad legata, pro illa quarta parte, ſed hæres ſcriptus inſolidum tenetur. Afflic. deciſ. 125.

Hæreditas poteſt legari á teſtatore, & tunc legatarius poteſt conueniri á creditoribus hæreditarijs. Guid. Pap. q. 460.

Hæreditate non exiſtente ſoluendo pro omnibus legatis, legatarij poſſunt agere pro rata, contra alios legatarios, quibus inſolidum legata per hæredem fuerunt ſoluta. Boer. deciſ. 145. num. 5.

Hæredes non ſunt obligati ſoluere legata inſolidum: fallit quando hæredes eſſent obligati alternatiuè. Ioſ. Ludo. deciſ. Luc. 27. fallit ſecundò in caſu, de quo in deciſ. 30. ibid.

Teſtator ſi legat certas menſuras annonæ, liberatur hæres cedendo legatario ius exigendi dictas menſuras á debitorib. qui illas ſoluere tenebantur. DD. de Rota deciſ. 11. de teſtamentis in antiq.

Legatarius non poteſt continuare proceſſum cum teſtatore intentatum in actione ſibi legata: quia litis proſequutio non transfertur de perſona, ad perſonam; niſi in vniuerſalibus ſucceſſoribus. DD. de Rota deciſ. 3. de iudi. in antiquio.

Hæredi ſcripto ſi vna res remaneat, & alia bona hæreditaria concedantur legitimo, ſi legata ſint repetita ab inteſtato; legatarius cõuenitur, ſi non ſunt repetita hęres ſcriptus, ſiue hypothecaria, ſiue perſonali agatur. Bar. in l. 14. ff. de tranſact. num. 9.

Hęreditas quando aufertur ab hęrede ſcripto, vt indigno ille, ad quem vadit hęreditas, tenetur legatarijs. Bar. ibi. num. 10.

Legata in teſtamento relicta quãdo agitur cõtra tabulas, an á ſubſtituto debeantur omnibus, vel pro ut á pupillo debebãtur, vide Bar. in l. 35. ff. de vulgari.

Legata relicta ab inteſtato in codicillis, quando á ſubſtituto debeantur, vide Bar. in l. quidam. ff. de iure codicil.

Legatum relictum, ſi legatarius habuerit liberos debetur, ſi ipſe legatarius reliquerit vxorem prægnantem, dummodo poſthumus nõ eſſet abortiuus. l. is, cui. ff. ad Trebel.

Si vni legetur pecunia, alteri vſusfructus pecuniæ, quomodo procedatur in petitione vtriuſque legati, vide l. 2. §. ſi decem. ff. vt legat. vel

fi-

fideicom.cau. caue. quid, quando vni relinquitur totum, & alteti pats, vide Bar. in l.22. C.de legat.

Si hæreditas non adeatur non petitur cautio, quia legatum, neque fideicommiſſum debetur l.2 § fin.ff.eod. vt legat. vel fideicommiſ. Guid Pap.q.604.& Boer.deciſ.41.

Si hæreditas non adeatur fraude hæredis, & ab inteſtato hęreditas poſsideatur, legata nihilominus præſtantur.tot.tit.C. ſi omiſſa cauſa teſtamenti, idem in legatis ad pias cauſas. Marc.q.446.& Capel.Tholoſ.q.89.

Si legato pluribus relicto apponatur grauamen, & redeat ad ſuperuiuentem: ſuperuiuẽs (ad quẽ redit) illud ad hr̃dẽ ſuum inſolidum tranſmittit, nec ad hæredes legatariorum reuertitur.l.2.C.quando dies legat.eed.

Legata quando debeantur à venientibus ab inteſtato, vbi ſcriptus hætes, non poteſt eſſe hæres aliqua de cauſa, vide Vincen.de Frá. deciſio. 1.

Quamuis legatum peti nõ poſsit, niſi adita hęreditate, tamen ſi legatarius deeedat poſt mortem teſtatoris, ante aditam hæreditatẽ, tranſmittit legatum ad hęredem ſuum. Hartma. Hartma. c.1.lib.2.tit. de legat.

Licèt hæreditas non ſit adita, tamen legata debentur propter clauſulam codicillarem conceptam per verba futuri temporis. Dec. cõſ. 652.num.12.quando aliás non adita hæreditate debeantur, vide Bar.ſing.162. & in l. 14. C.de fideicommiſ.

Quando hæreditas non poteſt adiri ex teſtamento propter errorem defuncti, legata relicta coniunctis perſonis, debentur à venientibus ab inteſtato. Bar.ſing.188.& Pet.de Rauen. ſingul. 219.

Si hęres non redimat teſtatorem à carceribus, priuatur eius ſucceſsione, ſed legata debentur.l. ſi captiui.C.de Epiſ. & Cler.

Si cauſa ſuper querela tranſactione decidatur, teſtamentum remanet validum, & debentur legata.l.29.§ pen.ff.de inoſ.teſtamen.

Rupto teſtamento per bonorum poſſeſsionem contra tabulas, adhuc debentur legata relicta liberis, & parentibus, ſeu alijs coniunctis perſonis in edicto Prætoris expreſsis. l. 1. C. de bono. poſſeſ. contra tabul. l.1. & tot. tit. ff.de legat.præſtan.cont.tab.

Dignitas inſtituti, vel legatarij, non vitiat inſtitutionem, vel legatum, & approbatio hæredis approbantis teſtamentum non ſolemne, facit ipſum ad pręſtationem legatorum cõpelli.l.16.C.de teſtamentis.

Filius, qui rumpit teſtamentum ex cauſa præteritionis, vel exhæredationis, non habebit legatum in teſtamento ſibi factum. Barto.in Authen.ex cauſa.C. de liberis prꝫteritis.

Ex cauſa exhæredationis, vel præteritionis irritum eſt teſtamentum, quantum ad inſtitutiones, cętera firma remanent, & legata debentur. Authen.ex cauſa.C.de liber.præt. vel exhęred. And.Gail obſer. 113.lib. 2. quod limita, ſi filius fuerit ignoráter præteritus, vel exhæredatus.Gail.d.obſer. 113. vide Bart. in d. Anth.ex cã nu.6.9.& 20.cõſ.4.& 204.vol.1.

Teſtamento rupto per agnationem poſthumi, an debeantur legata, vide l.1.C.de poſthum. hæred.inſtitu.

Legata in teſtamento inualido relicta, non debentur, niſi fuerint repetita ab inteſtato.l.29. C.de fideicommiſs.

Legata aliquando debentur, etiam ſi hæredis inſtitutio eſſet cancellata.l.3. ff. de his, quæ in teſtamen.delent.

Falſa demonſtratio non vitiat legatum.l.pe. ff. eo.vide ſupra.de falſa cã, vel demõſtratiõne.

Si lego tibi decem, quæ tibi debeo, tenet legatum, & ſi nihil debeatur.l.26 & ibid.glo.ff.de libera. legat. Nam ſi debitor legat creditori non valet legatum, ſi eſt verè debitor, aliás valet, ſi certa quantitas exprimatur. l. 29. §. quidam.ff.de liberat.legat.

Poteſt quis legare ei, qui eſt teſtis in teſtamento, & incertitudo, quæ venit certificanda legatum non vitiat.l.15.ff.de reb.dub.

Legatum relictum concubinæ pro ſeruitijs debetur, illis probatis. Affli. deciſ.102.

Legata in teſtamento minus ſolemni relicta, naturaliter debentur, ideò pro illis datur exceptio iure retentionis. Capie.deci. 89.

Res recepta per teſtatorẽ in ſolutum pecuniæ legatæ, debet legatario loco pecunię, ſi illa eſſet ĩ libero cõmertio. Th Minad. dec.33.

Licèt teſtamentum efficiatur caducũ per mortem hæredis, tamen legata peti poſſunt virtute clauſulæ codicillaris. Dec.conſ.142.vide Bar.in l.6.ff.ſi quis omiſ.cauſa.

Si hæredis inſtitutio caſſatur ex forma ſtatuti, quia teſtamentum non ſit inſinuatum intra certum tempus, negligentia hæredis non nocet legatarijs. Pet.de Raue.ſing 264.

Vniuerſitas iuris poteſt legari, ſed qualiter tunc legatarius teneatur cauere hęredi, vide eundem ſingul. 328.

Ex voluntate imperfecta debentur legata, & fideicommiſſa. Bar. in l. 25.nu.4.ff.de teſtam.

In iudicio familiæ erciſcundæ veniunt prælegata.l.7.C.famil.ercis.

Prælegata inter hæredes præſtantur Iudicis officio. Hartm. Hartm. li. 2.tit.de legat. cap.fin.

Legatarius non tantũ legatum, ſed ẽt id, quod expendit in infirmitate, & funere teſtatoris, põt repetere.l.3.C.de Relig.& ſump.fun.

Plus

Plus ſubuenitur legatarijs, quàm creditoribus fauore vltimarum voluntatum. gloſ.in l. 8.§. planè.ff.de tranſact.

Teſtamentum ſi infirmetur periculum legatarijs generatur.l.2.& ibid.glo.C.de fid. inſtru.

Quando legatum deficiat, deficiente perſona legatarij, vide tot.tit.C.de caduc.toll.

Legatum, quod efficitur quaſi caducum, primò debetur ſubſtitutis, ſecundò coniunctis, & his non volentibus, vel non extantibus remanet apud hæredem, & à quocunque eorũ debetur onus eidem adiectum.l.vnica.§.pro ſecundo.C.eod.

Legatum cum onere impoſsibile relictum, an peti poſsit, vide gl.ibid.

Quando dies legati cedat, vide ſupra tit.prox. præced.

Legatum ſolutum repetitur, ſi hæres poſt ſolutionem repudiauerit hęreditatem, vel defectu teſtamenti non fuerit hęres.l.1.& 2.ff. de condit. cauſ. dat.

Qui ſe à tutela excuſat, perdit legatũ ſibi, ſuiſq; ea contemplatione relictum. l. qui tutelam. ff.de teſta.tutel.vide in tit.ff. de excuſat. tut.

Quando quis legat alteri tãquàm illi debitum, nec vt debitum petitur, niſi probetur debitum, nec vt legatum, ſi legatarius legati erat incapax.l.27.& ibi gl.ff.de probat.

Quod poſt obitum hęredis codicillis legatum, vel ademptum eſt, nullius eſt momenti: quia hæres, ad quem ſermo confertur, in rebus humanis non erat, neq; hoc in caſu vr̃ legatum repetitum à ſubſtituto.l. 14.ff.de iur. codicil. Sed legata in codicillis à duob.inſtitutis relicta, vno eorũ mortuo, pro parte eius in effectu tantùm ſunt legata inualida.ibid.§.quod ſi duo.

Legatario repudiante fingitur res nunquã fuiſſe legatarij, ſed ſp hęredis.l. 16.ff. de reb.dub.

Teſtamentum impugnans, non poteſt ex eo aliquid ius prætendere.Boer. deciſ.147. nu.18.

Legatarius non dicitur contraueniſſe teſtamẽto, in quo ſibi erat vinea legata, licèt petierit cum vinea canetum, à vinea ſeparatum.Paul. Aemil.deciſ.233.par.1.

Legatarius contrauenieus præcepto teſtatoris, cadit ab omni commodo legati.idem deciſ.141.ibid.

Legatum quantitatis diminuitur pro rata non exiſtente hęrede ſoluẽdo, ꝙ procedit ẽt in legato pio, & qñ concurrunt legatarius q̃titatis, & legatarius ſpeciei: quia ẽt legatum ſpeciei diminuitur pro rata: fallit quando appa ret de contraria voluntate teſtatoris. Vincẽ. de Fran.deciſ.236.par.2.Fallit ſecundò, quã do legata eſſent indiuidua: quia tunc nõ fit diminutio, ſed attẽditur ordo ſcripturæ.ibi.

Qñ hæres primò ſoluit legatum legatario, an creditori hęreditario detur cõdictio indebiti cõtra ipſum legatariũ, diſtinguẽdũ eſt, aut hr̃s eſt ſoluendo, & tunc non dat̃, aut non eſt ſoluendo, & hoc caſu dat̃ condictio cõtra ipſum legatariũ. Vinc. de Fran. deciſ.246.par.2. Tñ qñ tertius poſsidet, in ipſa re legatarius contra ipſum tertiũ p̃feratur creditori hr̃ditario, hũc ſolũ actionem p̱ſonalẽ. vid̃ ib.n.8.

Legata diminui non dẽnt ob ęs alienũ hr̃ditarij, qñ remanent bona ad illud ſufficientia, & etiam ad Falcid. Crau.conſ. 300.nu.fin.

Legata facta plurib. quæ excedunt vires hr̃ditatis, diminuunt̃ vnicuiq; ꝓ rata: fallit in legatis factis filiab. pro dotib. nam tunc filię debent habere integra legata. Rol.cõſ.25.col 4.

Accipiens legatum ſibi relictum, non poteſt teſtamentum infringere. Lud. Rom.ſing.482.

Accuſatione pendente falſi teſti, qñ peti poſsit legatũ, & de falſo qui accuſauit, & ſuccubuit, nõ petit legatariũ, vide Bar. ĩ l.6.ff.de pe.hęr.

Qũ legatũ conditionale tollat̃ repudiatione, & qñ non, vide Bart.in l.18.ff.de optione legat. & ſupra tit.de legatis conditionalib.

In teſtõ p̃nt reliqui legata, tàm dictãtib. teſtĩ, quàm teſtibus eiuſdem teſta.l.22.C.de teſta.

Inſtitutus in re certa hr̃ loco legatarij, vniuerſaliter hr̃de inſtituto hęreditatẽ adeunte.l.13. C.de hær.inſtit.vel reperiatur alius in quota inſtitutus. Bart.ibid.

Licèt rei alienæ legatum factum à ſciente valeat, ſaltem quo ad eius ęſtimationem præſtandam; tamen hoc limitatur; ſi quis leget rem alienam, quàm ſuam futuram ſperabat: vide l.79.ff.de vſufructu.

Legatario rei alienę cõpetit actio ex teſtõ, ſi ab alio, q̃ ab hęrede rẽ redemerit; ſi ab hærede cõpetit actio ex empto ad repetẽdũ p̃tium. Boer.conſ.9. ꝙ verũ eſt ſiue teſtor ſciuerit rẽ eſſe alienam, ſiue ignorauerit, quando legatum relinquitur perſonæ coniunctæ. ibid.

Legatum rei alienæ, vel alteri alienatæ cum pacto de redimendo, ꝙ ſit validũ, vide Ioſeph. Ludo.deciſ.23. num.32.

Quando teſtator rem alienam, vel hæredis legat in pręſentia ipſius non contradicentis, an illi fiat præiudicium, vide Franciſc. Marc. quæſt. 329.

Vbi res legata non poteſt tradi, quando æſtimatio ipſius rei legatæ ſit præſtanda; vide Mant. de coniectu. vltim. vol.lib.9.tit. 8.

Si res aliena fuerit legata an, & quando æſtimatio debeatur, vide ibid.tit.9.

Si res alicuius Eccleſiæ fuerit alteri legata, an æſtimatio debeatur, vide tit. 10.ibid. quid de re Cęſaris, vel fiſci, ibid.

Si res feudalis inalienabilis fuerit legata,

án debeat̃ ęſtimatio,vide li. 11.ibi. & qd,ſi res legata pierit, an dẽat̃ ęſtimatio,vide tit.12.

Hætes tenetur ad pretium rei ſuæ legatæ, & ꝑ eũ alienatæ. Vinc.de Frá. deci.294 n 4.li.2.

Legatum rei alienæ factum cõiunctæ pſonę,valet.Abb.cõſ.45.li.2.ſed quę dicat̃ hoc in caſu cõiũcta pſona,vid̃ Menoc.d̃ arb.li.2.caſ. 146

Teſtator q̃ bona reliquerit tpe mortis, dẽt ꝓbari per legatarium.Ioſ.Ludo.deciſ.Peruſ.16 par.2.num. 19.

Vxor quo ad legata eſt prinilegiata, ſicut filij, & aliæ coniunctæ perſonæ.ibid.nu.41.

Legatum rei alienę ſciẽter factũ (ſaltem in æſtimatione)valet, niſi tem alienam quis leget, quam ſperabat eius futuram, ſpe fundata in iure de præſenti, & ſpes illa deficiat. Roma. ſing.741.vide c.5.ex.de teſtamen.

Si lego tibi rem tuam, quæ eſt alteri obligata, valet legatũ,& hęres meus videtur grauatus, vt eam liberet.Pet.de Raue.ſing 364.

Legatum rei alienæ iure Canonico non valet, iure Cinili ſic.Bar.in ſuo trac.de differen.int. ins Canon.& Ciuil.num.86.

Agnoſcens legatum tenetur parere iudicio defuncti.l.13.C.de fideicom.libert.

Legatarius repudiádo onus adiectũ legato, cẽſetur repudiare legatum.l.8.§.fi.ff.ſi cert.pet.

Legatarius non cogitur ſubire onus iniunctũ á teſtõre,niſi ſoluto legato.l.8.ff.d̃ fideic.liber.

Legatarius agnoſcens legatũ ſibi relictũ,vt ſeruũ ꝓprium manumitteret,licèt minus ſit in legato,quàm ſeruns valeat, cogit̃ tamen illũ manumittere:ſecùs in ſeruo alieno. l. 24.§. ſi quis,alienum.ff.eod.vide l.35.§.fin.eod.

Si legatum ſcinditur per cõtra tabnlas, vel alia lege, ſcinditur onus, per modum conditionis iunctũ, ſecùs ſi per Falcidiam minuatur, vel vi modi fuiſſet onus adiectum.l.43. ff. de conditio.& demonſtr.

Exequntor capiẽs legatũ, cogitur exequi officium.Capel.Tholoſ.q.294.

Legatum factum cnm onere de non plus petẽdo vim cõpẽſationis obtinet, ſed qd,ſi poſt receptũ legatum contra onus adiectum petatur,vide Mago.deciſ.117.Rot.Flo.

Legatarius,vt poſsit grauari ſufficit,ꝙ à principio habeat lucrũ, & legatarius cõditionalis grauatus in plus,illud plus ſoluet de fructib. Vinc.de Franc.deci.293.par.2. legatũ qñ debeatur cum onere ſuo,vel ſine,vide Hartma. Hartma li.1.tit.de lega.cap.1.

Legatarius partis hęreditatis habetur loco vniuerſalis hæredis:ideò poteſt conueniri à creditoribus hęreditarijs pro rata. Dec.cõſ.337.

Qnando alicui eſt relicta pars hæreditatis deducto ære alieno, quid tunc debeatur, vide d.conſ. 337.

Legatum factum monialib.cum onere recipiẽdi puellas ad habitnm,nunquid valeat,ex eo quod ſapiat ſimoniam,vide Natt.conſ.618.

Quando teſtator legat alicui,vt det alteri,quid iuris, vide Bar.in l.26.ff.de reb.dub.

Hodie re litigioſa legata ſolùm debetur litis euentus,ideò hæres cauſam proſequitur, & ſecundum euentũ res debebitur, aut nihil. Anthen.nunc ſi hæres.C.de litigio.

Re ablata ei,cui emptor legauit,non agitur de euictione.l.40.ff.de euictio.

Euictio an habeat locum in prælegatis,qñ bona p̃legata auferuntur,vide Dec.cõſ.349.n.8

Hæres tenetur tradere legatario inſtrumenta acquiſitiua rei legatæ, cùm non teneatur de euictione.Hiero.Boer.in ſuis ſingularibus ti. editio,nu.4.& Iac.Put.deci.347. lib.2.

Verba illa,ſi non valet iure teſtamenti,&c. important, vt debeantur relicta per ſuccedentes ab inteſtato.l.29 §.fi.ff.de teſtamentis.

De tribus actionibus, quæ competunt pro legatis vide per Bar.in l.1.nu.11.de lega.1. & i §.1.inſtit.de lega Gui.Pap.q.483. & Ioſ. Lud. deciſ. Peruſ. 23.

Actio perſonalis ex teſtõ cõtra hrdẽ dat̃ ꝓ conſequutione legati.Grã.deciſ. 103.num. 104.& 139.& ẽt hypothecaria.ibi.n. 139 q̃ actio oritur ex quaſi cõtractu.l.4.§.hrs.ff d̃ act.& obl.

Legatarius agere actione pſonali poteſt (licèt in eum ſit tranſlatum dominium) vt realiter res tradatur. Ozaſ.dec.36.Boer. deci.156

Legatarins poteſt agere pro conſequendo legato via exequutiua.Ioſ.Lud.deci. Peruſ.23. vide Myſing.obſer.61.cent.5.& habet exequtionem paratam contra hæredem per demõſtrationẽ teſtamenti. Natt.conſ.206.Tom.1.

Ius tacitæ hypothecæ competit pro omni legato,& durat perpetuò ad quoſcunq; vadant bona teſtõris ſic affecta.Mago d̃.i.59 Ro. Fl.

Quando hæres inconſultò adiuit hæreditatem nullo facto inuẽtario, tenetur ad oĩa legata, non habita conſideratione ęris alieni ſoluti, & hoc caſu etiam pro legatis virtute hypothecæ,poteſt experiri contra tertios poſſeſſores bonorum hæreditariarũ.ibi.d.deci.59.

Hypotheca ſpecialis data vni legatario, tollit illi generalem ad commodum aliorum legatariorum.Raud.tract.de analog.cap.33. vide tamen ibid.num.4.

Ad cõſequendum legatũ põt legatarius agere hypothecaria ad bona teſtatoris exiſtentia in alieno territorio,& dñio, ĩ quo nõ fuerat cõditũ teſtm̃,etiã ſi bona teſtatoris tãquam vacantia fuerint fiſco applicata.Rau.trac.de analog.cap.33.nu.17. ſed quo caſu fiſcus teneatur ad legata,vide ibi.nu. 29.

In re legata competit legatario hypothecaria,

qua-

quatenus nō ſit res legatarij, & quatenus po teſt ab eo reuocari. Crau.conſ.298. nu.3.

Legatarius ad effectum conſequendi res legatas, poteſt agere contra tertium poſſeſſorē, intentando Publicianam ex perſona defuncti. Natt.conſ.235.num.10. Tom.2.

Legatarius non agit contra eum, in quem res legata per teſtatorem alienata fuit, licèt eſſemus in caſu, in quo per alienationem non fuiſſet reuocatum legatum, ſed tunc agendū eſt contra hæredem Natt.conſ.330.

Legatario ad conſequendum legatum dantur tres actiones, nempe realis, perſonalis, & hypothecaria, & illi competit facultas eligendi actionem ex ſupradictis, qua vti velit. Menoch.conſ.303.num.3 t.lib.4.

Legatarius habet tacitā hypothecā ī bonis teſtatoris, & ſpecialis à teſtatore ipſi legatario data, nō derogat generali à lege introductæ. Roma.ſing. 598.

Teſtator ſi ſuper tali fundo decem leget, verbū ſuper, pignoris obligationem operatur. idem Roma ſingu. 631.

Legatum relictū in codicillis, petit actione vtili ex teſtō. Bat.in l.8.C.de codicil.num. 5.

Res hereditaris quando ſint obligatæ pro legatis, vide Bar in l.1.C. communia de legat.

Poſsidens ſine vitio rem ſibi in teſtō minus ſolemni relictā, tutus eſt exceptione, ſed ad eā non hēt actionem. Bar.in l.58.de lega. 1.

Quando teſtator legat rē ſuā, tranſit dominiū recta via ī legatariū. l. 66. ff.de furtis, ſed ſi ſit hæredis, non tranſit recta via. l.6 ff.de manumiſsis teſt. qn̄ non tranſeat, vide Marc. de Māt.ſing.669.& Bar.in l.18.ff.de ſeruit.

Legata parte hereditatis, tunc non transfertur dominiū recta via in legatarium poſt aditionem hæreditatis. Pet.de Raue.ſing.260.

Si tempus apponitur ſubſtantiæ legati, in dubio tempus incipit à morte teſtatoris. l. 18. §.hęc conditio ff.de manumiſ.teſt.

A ſubſtituto filio exhæredato legari non pōt. l.42.§.ſi miles.ff.de milit.teſtamen.

Subſtantia legati, vel fideicommiſsi in alterius, voluntatem non poteſt committi, ſed electio perſonę bene cōmittitur. l.8.de reb.dub.vide l.51.ff.de conditio.& demonſt.

Si pceſſerit diſpoſitio illicita, vel reprobata, relictum nomine pęnæ à quocunque non valet. l.1.& tot.tit.ff.de his, quæ pęnæ nomine.

De legatis, quæ pro non ſcriptis habentur, vide per tot.tit.ff.de his, quę pro non ſcriptis.

Legatū metu reuerētiali marito factū p importunitatē, & in alterius damnū reſcindit. Affl. deci.69.nu.4.iō pōt Iudex teſtm quo ad vnū legatū d̄clarare nullū, & ī reliq.validū.ib ī fi.

Volūtas captatoria etiā ī legatis ē nullius momēti, ſed qūo cognoſcatur, vide Affl.dec.371 nu.5.& legatum alterius arbitratu collatum qualiter intelligatur, vide ibid.nu.6.

Adulter adulteræ legare pōt, dūmodo adulter nō ſit miles armatę militię, ſiue cęleſtis. Capel.Tholoſ. quæſt.141.

Legatū factū mulieri m̄rimonio nullo declarato, an debeatur per hr̄des viri, vide Vinc. de Franc.deciſ.52. num.fin.

Si teſtator leget 500. grauās hæredem vſq; quo differt ſoluere, vt annuatim ſoluat 40. valet tale legatū. Cabal.millel.423. cōtrarium tñ ſcribit Borg.Caual.deci.2.n 40.de contract. par.2.vide ib.deci.13.n.51.qd, ſi voluerit qd̄ vtrūq; peti poſsit, vide eūdē Cab.millel.424

An legata in minus ſolemni voluntate relicta debeantur, & an hæres vnum, vel plures ſoluēdo ſibi p̄iudicet, vid̄ Mag.dec.58.Rot.Flo.

Legatum relictum in minus ſolemni voluntate liberis, vel piæ cauſæ, debeaт; ſed quomodo dictum intelligatur, vide Rot.Auenio dec.87 in deciſio. diuerſo. De hoc legato facto piæ cāæ, vide ſup.li. 1.ti. de pia cauſa, & ex volūtate minus ſolēni qn̄ debētur legata, heres tenetur ad illa ciuiliter, & criminaliter, ſi teſtator d̄ ſua fide cōfidit. Bar.ī l.32.C. d̄ fideicō.

Vſura dicitur quando teſtator mandat, vt legatarius percipiat fructus rei hypothecatæ, donec ſolutum ſit legatum pecuniæ: ideò tunc. legatarius debet interpellare hæredem, & cum cōſtituere in mora, quo caſu poſtea tenebitur ad intereſſe. Crau.conſ. 89.

Statutū p̄hibēs legatum inter cōiuges, extēdit ad donōnē cau. mortis. Menoc.cōſ.11.vōl.1.

Legatum relictum bānito propter homicidiū, ſequuta tamen prius gratia, atque capacitate ipſius, illi non debetur, ſi fuerit reſtitutus, ſed non debito modo, & non dicitur capax dicti legati legatarius propter crimen hæreſis etiam occultum, licèt poſtea abiurauerit, & fuerit receptus ad Eccleſiæ gremiū. Menoch.conſ. 185.lib. 2.

Chriſtianus non poteſt infideli relinquere, & quid, ſi leget, an puniatur, & qua pęna, vide. Roma.ſing.742.

Relictum filio, vt filio ſi non eſt filius, non valet. Bart.in l.5.C.de teſtamentis.

Legatum pro non ſcripto, quando accreſcat coniuncto, vide Bar.in.§.in primo.l. 1. C. de caduc.tollen.& ſupra tit.de iure accreſc.

Error cauſæ quando vitiet legatum, vide Bar. in l.52.ff.de pact.

Legatum à Clerico mulieri concubinę factum, ſicut nec à milite, non valet: fallit in legato facto à Clerico ſene. vide Natt.conſ.559.

Legata ex teſtō nō debētur, qn̄ hæreditatis aditio nō valuit, d̄ iure Pretorio, licèt valeret de

iure Ciuili. Bar. in l. 5. ff. de condic. indeb.
Non debet legatarius propria auctoritate ſine licentia hęredis apprehendere poſſeſsionem rei legatæ, ſed quando hoc procedat, vide Hartma. Hartm. c. 1. lib. 2. tit. de legat.
Legatarius an poſsit accipere poſſeſsionē propria auctoritate, vide Guid. q. 609.
Legatarius pōt propria auctoritate igredi poſſeſsionē rei legatæ, duob. concurrentib. primo ſi teſtator ſuo teſtō ita expreſsè ordinauerit, & dederit licentiā legatario ingredien di poſſeſsionē. 2. ſi tpe mortis teſtatoris poſſidebat. Papon. li. 20. tit. 5. arreſt. 1. ſine vitio. Rot. Auenio. deciſ. 104. in deciſ. diuerſo.
Idem, ſi ante aditam hęreditatem ingreſſus fuerit poſſeſsionem, ſecus ſi poſt. Dec. conſ. 387. Natt. conſ. 274. Tom. 2.
Teſtator nedum expreſsè, ſed ēt tacitè pōt legatario dare licentiam apprehendendi rem legatam, propria auctoritate. Natt. conſ. 653. ſed per quæ verba videaē licentia data, vide Roma. ſingul. 88.
Legatarius ſi acceperit ſua auctoritate poſſeſsionē rei legatę vacātē, nō amittit ius ſuum. Bar. i l. vnic. C. quorū legatorū, & cōſ. 67. vo. 2 aliàs legatū petēdū eſt ab hrde, nō auctoritate propria occupādū. c. Raynal. ext. de teſta.
Legatarius ſi ab hrditatis poſſeſſore legati æſtimationē ſit conſequutus, illā amplius petere non poterit, ſecùs ſi ab alio. l. 3. §. illud quęriē, & ibid. glo. ff. de tabul. exhiben.
Ad probandum legatū ſtatur dicto vnius teſtis ex voluntate, & diſpoſitione defuncti, cuius ſolius diſpoſitioni ſtareē. l. 15. ff. de dot. ple.
Legatarium ſufficit probare bona fuiſſe à teſtatore poſſeſſa tempore mortis, nec teneē probare dominium, alleganti enim contrarium incumbit onus probandi. Guid. q 442.
Legatum agnitū nō probaē ex poſſeſsione, legatarij ante, & poſt publicationem teſti Put. deciſ. 406. vide Paul. Aemil. deci. 139. par 2.
Legatarius ex titulo legati poſsidere pręſumiē, ſi alius validior titulus non appareat. Put. d. deciſ. 406.
Qn̄ in legatis qualitas in pcedenti legato adiecta, cenſeatur in ſequenti repetita, vide Mago. deciſ. 146. Rot. Flor.
Legatum etiam ante agnitionem, quæritur legatario. Guid. Pap. ſing. 170.
Ille, cui relictum eſt animo cōpenſandi, nō pōt petere legatū, niſi hæredē liberet, aliàs repel liē. l. pen. §. qui fratris. ff de alimē. & cib. leg.
Maritus Notarius ſcribēs teſtamentū alienum pōt ſcribere legatū vxori ſuæ. l. 18. ff. ad leg. Cornel. de fal. ſibi autem non poteſt.
Notarius nō poteſt legatum ſibi adſcribere in teſtamēto in ſcriptis, ſecùs in nuncupatiuo.

Franc. Manr. de coniect. vltim. volun lib. 1. ti. 6. vide Hartma. Hartm lib. 2. tit. de legat. c. 3.
Seruis legatis etiam ancillæ debentur. l. 101. ff. de verb. & rer. ſignific.
Poteſtas legandi tribuitur à lege 12. tabularū. l. 120. ff. eod.
Abſurdum eſt plus iuris habere eum, cui legatus ſit fundus, quàm hæredem, aut ipſum teſtatorē, ſi ille viueret. l. 221. §. fin. ff. de reg. iur.
Legatarij poſſunt adhiberi in teſtes teſtamento, neque ob id, priuantur legato eis relicto. §. legatarijs, inſtit. de teſtamen. ordinandis.
Legatum relictum ab eo, qui omnino volebat teſtari, ſine inſtitutione hęredis eſt nullum. §. in primis, inſtit de fideic. hæred. ſecus ſi conſtaret eum voluiſſe codicillari, quod præſumitur, ſi ſit appoſita clauſula codicillaris. gl. ibid. vide Ioſ. Ludo. deciſ. Luc. 53. nu. 52.
Si in teſtamento irritato fuerit appoſita clauſula codicillaris, an legata debeantur ab inteſtato, vide Bar. in Authen. ex cauſa. C. de hbe ris præteritis, num 22.
Hæres ſoluens vni legatū inſolidum, omnibus ſoluere compellitur, etiam facto inuentario. §. non autem, Authen. de hęred. & Falcid.
Soluens partem legati relicti in minus ſolemni voluntate, poteſt compelli ad ſoluendum aliam partem, ſecùs ſi legata ſint plura, niſi cōcurrant præſtatio triennalis, & fauor alimentorum. Math. Matheſ. ſing. 122. vide Bar. in l. 16. C. de teſtament.
Legatum implicitè relictum per relationem ad aliam ſcripturam, valet. Affli. deci. 143. nu. 7.
De fundo legato in vita, & traditio cū reſeruatione vſuſfructus, quem teſtator percipiebat à manu legatarij vide per Afflic. deci. 275. vbi ſcribit tale legatum non reuocari per generalem clauſulam derogatoriam.
Legatum donatio eſt, & vſuſfructus reſeruatio facit cenſeri donationem inter viuos. Affli. ibid num. 3.
Legatum obſcurū, declarari poteſt corā duobus teſtibus. Capic. deciſ 182. num. 15.
Legatum nō coarctatur per cauſam de futuro, vel per modum, qui ponitur in fauorem legatarij. Capic. deciſ 188. num. fin.
Verba adiecta legato in fauorem legatarij, nō reſtringunt legatum, ſed vberiorem legati cauſam reddunt. Gram. deciſ. 59. nu. 52.
Quod dicitur in legatis fieri ſtrictam interpretationem fauore heredis, quomodo intelligatur, vide per Ioſ. Ludo. deci. Peruſ 23.
Legatum factum cōiunctæ perſonæ eſt ampliādū, & largè īterptādū. Mag. deci. 146. Rot. Flo.
Fallit qn̄ agiē contra agnatū pariter cōiunctū: nam fauore agnationis reſtringunē legata, ēt contra propriam ſignificationē. ib. Mag. n. 10

Lega-

Legatum an, & quando ſit fauorabile, vel odioſum, vide eundem Mant. lib.7.titu.1. quibus verbis, & cōiecturis legata relicta intelligantur, vide ibidem lib.8.tit.1. à quibus, ibi. tit.2. quibus relicta videantur. ibid. tit.4.

Legatum relictum filiofa. an patris contemplatione relictũ intelligat, vide Mant. lib.8. ti.16.

In dubio, quæ res videantur legatæ, vide eundē lib.9. tit.1. & tit.2.

De rebus immobilibus legatis, & de coniecturis, quę verſantur circa legata rerũ mobiliũ, vide per Mant. ibid. lib.9. tit.3. & circa legata rerum incorporalium, ibid. tit.4.

Ex quibus coniecturis fraudis ſuſpitio in legatis colligatur, vide eundem lib.10. tit.4.

Translatio legati in pœnam, debet ſtrictè interpretari. Dec. conſi.291. vide ſupra tit. de his, quæ pœnæ nomine.

Legatum generis omnium, & quorumcunque bonorum mobilium, nō reſtringitur per verbum, & ſupellectilium domus ſuæ, vltimo loco per teſtatorem prolatum. Affl. deciſ.106.

Legatis bonis mobilibus, & immobilibus non debentur nomina debitorum, ſecùs legatis omnib. bonis ſimpliciter. Guid. Pap. q.499.

Actio ad intereſſe ſuccedit propter moram cōmiſſam in ſolutione rei legatæ. Gram. deciſ. 103. num. 140.

Cenſu legato, an cenſeatur legatum dominium directum rei, cui cenſus eſt impoſitus, vide Guid. Pap. q.264.

Hærede inſtituto, & ei dato ſubſtituto, ſi ſine liberis deceſſerit, ſi teſtator in codicillis detrahendo legauerit Titio fundum, ſi Titius deceſſerit, & legatum efficiatur caducũ, fundus (adueniēte cōditione fideicōmiſſi) pertinebit ad fideicommiſſarium. Guid. q. 484.

Filio naſcituro poteſt legari, ſed interim legatũ erit impendenti. Boer. deciſ. 172.

Legatum factum ſuper feudo hæreditario non tangit feudum, ſed perſonam hæredis, qui propterea ſi vult habere tale feudum, tenetur ad legatum. Vincen. de Fran. deciſ.1. nu. 33. & hæres in re certa, quando ad onera teneatur, vide ibid. nu.43.

Legatũ 100. aureorũ de bonis teſtatoris factũ, dicitur legatum quantitatis: ideò ſi pro eo legato darentur in ſolutum tot de bonis teſtatoris, agnatus virtute ſtatuti admittereť ad retrahendum. Hiero. Mago. deciſ.63 Luc.

Legatum ab illo relictũ, qui difficiliter loquebať, quia in extremis laborabat, validum eſt, etiam ſi fuerit relictum ad interrogationem alterius. Rota Auenio. deciſio.32. in deciſio. diuerſo.

In legatis fieri poteſt ſubſtitutio vulgaris, & tūc mortuo legatario (etiam viuo teſtatore) legatum pertinet ad ſubſtitutũ. Crauet. conſi.312.

Legatum factum perſonæ incertæ, quæ ex aliquo futuro euentu venit certificanda, valet. Maran. in ſuo Specu. de ordine iudic. part.2. num.4. fol.5.

Legatum factum coniunctæ perſonæ in minus ſolēni voluntate, debeť. Math. Matheſ. ſin.41.

Legatum incertum ad viæ refectionem factum, valet. Menoch. de arbitra. lib.2. caſ. 188.

Donatio inter virum, & vxorem, licèt prohibeatur, non tamen prohibetur legatum. Dec. conſi. 540.

Non videtur hæres eſſe in mala fide, qui præſcripſit legatum ante acceptationē legati. Dec. conſi.554. qui non præſcribit, niſi ſpacio 30. ann. Menoch. conſi.353. nu.27. lib.4.

Quando teſtator dedit facultatem hæredi redimendi bona legata, ab ipſa facultate hæres excluditur ſpacio annorum triginta. Menoch. conſi.143. lib.2.

Filius non poteſt conſequi legitimam in bonis legatis, quando eam aliunde habere poteſt, & hæreditas eſt ſoluendo. Natt. conſi. 199. Tom. 1. imò legatarius præfertur creditori, vbi hæreditas eſt ſoluendo. ibidem numero 8. & conſi.238. nuem.6. vide ſupra titu. de legitima libero.

Teſtator ſi fratribus reliquerit 15. ſalmas vini quolibet anno, poteſt hæres ex bonis teſtatoris dare, & aſſignare vnam vineam, ex qua percipiatur dictum vinum. Pet. Gerar. ſin. 34.

Legato veſtiũ, veniunt & ornamenta aurea, vel argētea ipſarum veſtium. Ant. Corſet. in ſuis ſingularibus litera L. ſing. legatum.

Creditoribus hæreditarijs prouidetur contra legatarios. Barto. in l. fin. §. ſi præfatam. C. de iure deliberandi.

Debetur legatum quamuis nudis verbis à teſtatore ſit relictum. c.4. ex. de teſtamentis.

Duo teſtes deponentes, ꝙ Titius legauit centũ Seio in præſentia ſeptem teſtium, probant legatum. Bar. in l.31. nu.39. ff. de iureiuran.

Legatum in quantitate non expreſſa, de dote, & ad viam reficiendam, valet. Bar. in l.21. §. ſi quid. ff. de teſtament. de legatis legatæ, & prælegatæ dotis, vide ſupra tit. de dote lega. & prælegat.

Hæres poſt moram condemnatur ad intereſſe probatum alio modo, quàm per iuramentũ in litem. Bar. in l.29. §. vxori, de legat.3.

Legatum non vitiatur, ſi ex tribus demonſtrationibus, vna ſit falſa, aliæ duæ ſint verę. Bart. in l.1. §. ſi quis. ff. de dot. prælegat.

Vide de materia pertinente ad legata ſupra tit. de rebus dubijs circa legata.

Quod ædificatur in area legata, cedit legato. l. 40. de legat. 2.

De legatis annuis.

LEgatum penſionis pro vna domo, in fine anni debet. Hiero. Mago. deciſ. 69. nu. 18.

Teſtator ſi legat corbem frumenti annuatim vſque ad decem annos, hæres poteſt pro toto tempore ſemel ſoluere, & dare totum. Bar. in l. 20. ff. quando dies legat. cedat.

Legata annua ab initio cuiuſlibet anni ſunt ſoluenda. l. 1. C. quando dies legat. ced. Ioſeph. Ludo. deciſ. Luc. 23. Vinc. de Fran. deciſ. 155. & iudicant annua pluribus modis, vt quando adſunt dictiones repetitiuæ, vel quando relinquitur legatum quouſque legatarius viuat, vel quando relinquitur res modica pauperi. Ioſeph. d. deciſio. 23. idem in legato reiterabili. ibid. nu. 6.

In legato annuo licitum eſt quolibet anno variare, quia tot ſunt legata, quot anni. l. 100. §. fin. ff. de conditio & demonſtr.

Legatum annuum cenſetur, ſi legauero Titio ſextam partem redituum, quos habeo in aliquo loco: nam relictum omne præſtandum ex mente teſtatoris ex reditu certæ rei, dicit annuum. Rom. ſing. 296. Fran. Crem. ſing. 76.

Pariter dicitur annuum legatum, ſi legem Titio decem per quadriennium in feſto ſuę capellæ. idem Rom. ſing. 297.

Reditus relictus quolibet anno, intelligitur debere ſolui, quando hæres fructus colligit. Roma. ſing. 389.

Relictum annuum reſpectu certæ neceſsitatis, debetur eo tempore, quo ineſt neceſsitas, iõ ſi teſtator annuatim leget veſtẽ æſtiuam, & hyemalẽ, ęſtiua debet in mẽſe Aprilis, & hyemalis in menſe Septembris. idem ſing. 601.

Teſtator ſi fratribus reliquerit 15. ſalmas vini quolibet anno, poteſt hęres ex bonis teſtatoris aſsignare vnam vineam, ex qua percipiãt dictum vinum. Pet. Gerar. ſing. 34.

Legatum annuum ſolutum in præſenti, quando obliget ad ſolutionem in futurum, vide Bar. in l. 2. C. de fideicommiſſ.

In legato annuo, an neceſſariæ ſint plures præſtationes, & pro ipſo legato poteſt agi, vt in futurum præſtetur. Bar. in l. 5. §. ſi in pluribus. ff. de ope. nou. nunciat.

Qui legat fructus annuos videtur legare vſumfructum formalẽ. l. 24. ff. de vſufructu, ſed an legatum annuum ſit vſusfructus, vide gl. ibid.

Vniuerſalis vſufructuarius tenetur ſoluere legata, & fideicommiſſa annalia ex reditibus. l. fi. §. ſinautem. ff. de bonis, quæ libetis.

Quando aliquid relinquitur annuatim, & teſtator ordinat, quòd interim præſtetur aliquid loco vſurarum, quid iuris, vide Ioſeph. Ludo. deciſ. Luc. 23. nu. 10.

Legatum annuum vxori relictum, donec caſtè vixerit, quamuis infra annũ nupſerit, vel deceſſerit, integrũ illius anni legatũ habebit, & eius hæres. Vincent. de Fran. deciſ. 155.

Legatum annuum pro eo anno, quo moritur legatarius ad hæredes tranſmittitur, ſecùs in vſufructu. Ludo. Rom. ſing. 71.

Legatum factum à viro vxori ſub iſtis verbis, item legauit ſaccos duos frumẽti, botallum vnum vini, & medium centum in numeratis, non eſt vnicum; ſed annuum legatum erit, ideò debetur ad vitã oĩ anno. Natt. cõſ. 379.

Si teſtator legauerit vxori ſuæ aureos quinquaginta ſingulo anno ſibi dandos, & ſoluendos per eius hæredem pro vſufructu vltra eius dotem, non cenſetur legata proprietas dictorum aureorum quinquaginta, ſed vſusfructus. Menoch. conſi. 352. lib. 4.

In legato annuo cũ præfinitione temporis relicto, in dubio ſi ſit cauſa alimentorum, dicuntur plura legata, vel dicitur vnum, cuius dies cedit à tempore mortis. Barto. ſing. 98. & Pet. de Rauen. ſing. 563.

Si teſtator legauerit decem annua vſque ad vigeſsimũ quintum annũ illi, qui habet quindecim annos, non intelligitur habere reſpectum ad ætatem, ſed intelligitur legare vſq; ad 25. annos, qui incipiunt currere poſt mortem teſtatoris. Pet. de Raue. ſing. 751.

Quod deficit in fructu vnius anni, ſuppletur ex fructibus ſequentium annorum, in legato annuo. l. 17. §. fin. ff. de ann. legat. & l. 13. ff. de tritico vino, & oleo legat.

Legatum annuũ debetur ex primo teſtamento nõ reuocato, ſed in quibuſdã reformato per ſecundum teſtũ. Natt. conſi. 483. & 537.

De legatis vſus, vſusfructus, & habitationis.

VSufructuaria omnium bonorum ſe alimentare tenetur, & veſtes lugubres ſibi comparare, & in tali vſufructu nõ veniunt emolumenta protocollorum. Guid. Pap. q. 541. Boer. deciſ. 19. nu. 5. Bart. in l. 8. §. ſi vir. ff. ſoluto matri. & in conſi. 59. vol. 1. nu. fin.

Vſusfructus rei feudalis, an poſsit vxori relinqui, vide Boer. deciſ. 199.

Vxor uſufructuaria ſine rationis redditione nõ eſt omnino libera ab ipſa redditione, ſed ſolummodo uidetur relicta ſcrupuloſa redditio rationis. Fran. Marc. q. 818.

Vſufructu

Vſufructu alteri coniugum ab altero relicto, ſolùm intelliguntur relicta alimẽta Boer.deciſ. 61.& deciſ.194. Benint.deciſ 98. Fran. Marc. q.841.& q.846.Fran.Cremen.ſing.8.Dec.cõſ. 476.Bar.in Authen.hoc locum. C.ſi ſecundò nupſerit mulier,& in conſi.9.& 33.vol.1.Abb. cõſ.78.li.2.vide Perilluſt.D.P.Teſſa.deci.168.

Idem quando vxor fuit relicta maſſaria, domina, & vſufructuaria omnium bonorum filijs inſtitutis hæredibus, dummodo cum alimentis habeat etiam habitationem. Vincent.de Fran.deciſ. 58.Myſing.obſer.37.cẽt.5.Papon. lib.14.tit.2.arreſt.1.Andr.Gail.obſer.144.lib. 2.vide Creſcent.deciſ.5.aliàs 293. tit. de donat.Mant.de coniect.vltim.volun.lib.9.tit.7.

Quod ampliatur procedere licèt liberi eſſent ex aliena vxore.Marc.q 847.& tunc vxor tenetur reddere rationẽ de bonis,quæ habuit, ex tali relicto vltra ſua alimẽta. Gaſp. Cabal. milleloq.523.ſed quid,ſi tali legato filij conſenſerint,vide eundem Marc.q.852.

Reg declaratur non procedere extraneo hærede inſtituto, quia tunc totus vſusfructus intelligitur relictus. idem Cabal.d. milleloq. 523 And.Gail d.obſer.144.lib.2 nu.7. Fran. Cremen.ſing 8.vide Decc.onſi.478.Bart.in l. 1.ff.quib. mod.vſusfruct.amit.

Secundò declaratur non habere locum liberis inſtitutis deficientibus, extraneis ſubſtitutis ſuprauinentibus, quia tunc poſt mortem liberorum totus debetur vſusfructus. Benint. deciſ.98 Gail.d.obſer. 144.nu.7. vide Barr.in l.35.ff.de vulgari.in l.16 ff.de manumiſ.teſta. & in conſi.56.147. & 171.vol.1. etiam ſi poſt mortem filiorum bona tranſierint in fiſcum. Rol.conſi.74.nu 10 & 11.vol.2.

Tertiò limitatur dictum,quando aliter conſtaret de expreſſa mente teſtatoris ex teſtamento, puta quia voluit vxorem habere integrũ vſum.fructum,tũc enim totus vſusfructus deberetur,detracta legitima liberorum.Gail.d. obſer.144 num.5.Craue.conſi.32.Dec.conſi. 418.453.590.vide eundem Dec. conſi.476.& 485.& de alijs limitationibus per Myſing.d. obſer.37.& 38.cent.5. & Fran. Mant.de coniect.vltim.volunt.lib.9.tit 7.

Quid,ſi teſtator vxori ſuæ vſumfructum omniũ bonorum hac conditione legauerit, ſi domi mariti cum liberis ſuis permanſerit,& vitam vidualem ſeruauerit,an mortuis liberis legatum extinguatur, vide Gail.d obſer.144 nu. 11.Beninten. deciſ.98. pro affirmatiua ſcribit Dec.cõſ. 485. ſed vide ibid. & conſi 526. 537. 600. q̃ñ non extinguatur, vide eundem Dec.conſi.601.quid,ſi commodè, & honeſtè in domo teſtatoris cum liberis morari nequeat, an poſſit liberè mutare habitationẽ, vide ibidem num. 14.d.conſi.601.

Legatum vſusfructus,& alimentorum factum à marito vxori,donec in domo ſua ſteterit cũ filijs ſuis, ſi ipſa vxor ſteterit per aliquot annos,& inde receſſerit, & poſtea vellet redire, an reintegretur,vide Dec.conſi.621.

Vxor vſufructuaria omnium bonorum inuentarium facere debet Gail.d.obſer.144.nu.16 nec talis confectio inuentarij teſtator remittere poteſt.idem Gail.obſer.145.nu.10.lib.2.

Legatum alimentorum vxori factum reſpiciẽs. commodum ipſius,& filij, mortuo filio non extinguitur, ſecùs ſi filij tantùm fauorem reſpiceret.Myſing.d.obſer.28.cent.5.

Vxor relicta vſufructuaria tenetur ſtare colono viri.Cabal.milleloq.525.

Legatum vſusfructus omnium bonorum vxori relictum, alio hærede poſt eius mortem inſtituto,valet,& inſtitutio hæredis dicitur pura, & non cõditionalis. And.Gail.obſer.143.lib. 2.vide Fran. Mant.de coniect.vltima. volunt. lib.4.tit 5 & Natt.conſi 570.

Si mater mea de bonis meis vſumfructum habens,ſuper illis litigauerit,debet ſuis expenſis litigare, & cogitur me alere ſine diminutione patrimonij. Hartm.Hartm.cap.4. titu. de aliment.lib. 2.

Vſufructu bonorum vxori relicto in teſtamento in caſum viduitatis,ſi in codicillis illa cõditio viduitatis reiecta fuerit, in quibus non nullorum bonorum proprietas relicta ſit, an proprietatem tm̃,vel proprietatẽ,& vſumfructũ vxor habere debeat, vide Ozaſ.deciſ.52.

Mulier, cui maritus reliquit pro dotibus ſuis fructus certorum caſtrorum, non poteſt in eis creare Officiales ad reddendam iuſtitiã. Capie.deciſ.185.

Domo legata vxori ad habitandum,vel fundo ad vſumfructum, intelligitur ẽt legata proprietas,q̃ tranſibit ad hęredes. Capic.ibi.n.6.

Hęc verba,volo quòd vxor mea ſit domina omnium bonorum meorum, nec nõ habeat regimẽ, & adminiſtrationem eorum ſine illorum alienatione,quomodo intelligantur, vide Capel.Thol.q.463. Benint.deciſ.98.

Vſumfructum non perdit mater per tranſitum ad ſecunda vota, q̃ñ ille fuit ei per maritũ relictus.Boer.deciſ 195.etiam hac conditione adiecta,donec caſtè vixerit.Bar. in l.22.§. cùm proponeretur. ff. ad Senatuſconſ. Treb. vide Natt.conſi.570.

Quando vxor eſt relicta vſufructuaria põt propria auctoritate vſumfructum accipere.Dec. conſi.418.& conſi.476.vide Rol.conſi.74.nu. 28.vol. 2.& poteſt exigere credita hæreditaria,ſed an poſſit repelli ex eo,q̃d non fecerit inuentarium, & teneatur pręſtare cautionẽ,

vide

vide per Dec.d.conſi.418.nu.6.10.& 16.

Teſtator ſi legauerit vxori ſuæ caſu,quo nō poſſet ſtare cum ſuis hæredibus, vſumfructum alicuius prædij, quando debeatur talis vſusfructus,ſi vxor non potuerit honeſtè ſtare cū hæredibus,vide Crau.conſi.300.nu.5.

Vxor,cui fuit relictus vſusfructus, donec vidualiter vixerit, non tenetur ad reſtitutionem fructuum, ante matrimonium perceptorum. Craue. conſi. 300.nu.5.

Si teſtator legauerit vſumfructum ſuorum bonorum, vel reliquerit vxorem ſuam vſufructuariam cum Ludouica eius filia, quouſque dicta eius filia ſteterit in domo ipſius teſtatoris cum dicta ſua vxore, ſi filia non ſteterit in domo, vſusfructus totus debetur vxori. Dec.conſi.454.

Quid,quando vxor fuit inſtituta in vſufructu,& poſt eius mortem filij,vide eundem Dec.cōſ. 478.& conſi.597.

Vxor relicta domina, & vſufructuaria omnium bonorum cum filiabus ſuis,habere debet dimidiam vſusfructus,& filiæ aliam dimidiam. Natt. conſi.297.

Habitatione legata vxori in certis partibus domus caſu, quo vxor facto hæredis non poſſet cum eo morari,ſi domus non recipiat commodam diuiſionem; hæres poteſt præſtare aliam domum æquè commodam. Natt.cōſi. 425. quia ex cauſa receditur à voluntate teſtatoris. ibidem.

Vxor vſufructuaria inſtitutis hæredibus filio, & extraneo,in portione filij tantùm debet habere alimenta, ſed in portione extranei, debet habere integrum vſumfructum Rol.cōſi. 74.vol.2.vide Bar.in conſi.92.vol.2.

Quæ alimēta dicta vxor debet percipere in domo teſtatoris,niſi interuenerit legitima cauſa recedendi. Menoch conſi.62.vol.1.

Poterit vxor d.caſu vltra alimenta, vel vſumfructum reſpectiuè,petere dotes ſuas. Rol.cōſi. 74.nu.26 lib.2.& Guid Pap.q.541.

Fallit quando in legato fuiſſet dictum, donec dotes non petierit; tunc enim petēdo dotes perdit vſumfructum, niſi illas hæres ſponte reſtituiſſet. Rol.ibid.n.27.28.vide Fran. Marc. q.817.& Andr. Gail.obſer.144.nu.15.lib.2.

In dicto legato venit etiam vſusfructus rerum venalium, quæ ſunt in domo vendendi cauſa.ibid. Rol. num. 29.

Quando teſtator fecit vxorem dominā, & vſufructuariam omnium bonorum ſuorum mobilium, & immobilium toto tempore vitæ ſuæ,& poſtea addit ita, & taliter, q de quibuſcunque fructibus vſus domus, & vtenſilibus, ac alijs quibuſcunque mobilibus ipſius teſtatoris poſsit,& valeat liberè, & abſolutè in vſus proprios conuertere,vendere,& alienare abſque alia ratiōne reddenda, tunc in bonis immobilibus cenſetur conſtituta vſufructuaria,& in mobilibus abſolutè proprietaria. Menoch.conſi. 10.vol.1.

Quando alimēta extra domum uxori ſunt præſtanda ex cauſa,talia alimenta ſunt taxanda, & conſtituenda ſecundùm quantitatem patrimonij,& fructuum prius deducto ęre alieno,nec uendi aliquo pacto prædia debent,ſi fructus non ſufficerent. Menoch.cōſi.62.uol. 1.& dicta alimenta erunt danda per menſes. ibid. num.7.

Vxor quando fuit inſtituta hæres ad uitam,cēſetur ſolū facta uſufructuaria, uide Menoch. conſ.115.lib.2.ſed mortuo inſtituto,uel ſubſtituto, ſupra uiuente ipſa uxore, ſubſtitutio efficitur caduca,& d.uxor remanet domina, & proprietaria. Menoch.conſi.275.lib.3.

Teſtator legauit uxori ſuæ dilectiſsimæ uſumfructum domus ſuæ; itē libras 2000. annuatim, & hoc pro toto tempore uitæ ſuæ, pro quo tū uſufructu ipſa uxor teneatur penes ſe alere, & alimentare filias teſtatoris hæredes vniuerſales, mortuo teſtatore filiæ ſteterunt apud matrem quouſque fuerunt nuptiæ traditæ,& ſic cōtracto matrimonio receſſerunt, dubitabatur an mater adhuc deberet habere integrum uſumfructum, & totum legatum, Menoch.cōſi.146.lib.2.reſpōdit affirmatiuè.

Legato uſufructu uxori pro alimentis cum alijs rebus,& habitando tamen in domo teſtatoris cum ſuis filijs,& non petendo dotes ſuas, inde in eodem teſtamento caſu, quo dicta uxor non poſſet habitare cum dictis filijs teſtatoris fuerit factum aliud legatum,dubitabatur an onus adiectum primo legato de nō petendo dotes,cenſeretur repetitum in ſecūdo legato, Menoch. conſi.166.libr.2. tenet cenſeri repetitum.

Si teſtator legauerit uxori ſuæ aureos quinquaginta ſingulo anno ſibi dandos, & ſoluēdos per eius hæredē pro uſufructu ultra eius dotes,non cenſetur legata proprietas, ſed ſolū uſusfructus dictorū aureorum 50. Menoch. conſi.352. lib.4.

Maritus ſi ſub nomine appellatiuo in teſtamento dixerit, relinquo uxorem meam dominā, maſſariam, & uſufructuariam, & prima uxor uiuens tempore teſtamenti poſtea moriatur, ſecunda uxor non cenſetur uocata ad tale legatum. Fran.Cremen.ſing.8.

Maritus legans uxori uſumfructum fundi cum hoc, q non poſsit fundum alienare, uidetur legare proprietatem. Fran. Cremen.ſing.28. Hippol.ſing. 561. idem;ſi hoc modo legetur cuilibet alteri. Marc.de Mant.ſing.652.

Vxor veſtem lugubrem, quæ ob mariti mortem vti debet, de patrimonio mariti habere poteſt, niſi in contrarium ſit conſuetudo. Marc. de Mant. ſing 584.

Vxor ſi relinquatur domina, & vſufructuaria, & hæredes ſint extranei, debet habere dimidiã vſusfructus. Bar. conſi. 33. vol. 1.

Mater, quæ fuit cum extraneo ſubſtituta filio impuberi, & eidem relictus vſusfructus, quando ſuccedit ex ſubſtitutione pupillari, habebit vſumfructum, ſecùs ſi ex vulgari. Bar. in l. 77. nn. 5. de legat. 1.

Veſtes feſtiuæ, & pretioſæ debent remanere hæredib. viri, nec in illis vxor habebit vſumfruc. ex legato vſusfructus, ſed fœtus pecorum, & bouũ, ac equorum, bene comprehendit in dicto vſufructu relicto vxori. Bar. cõſi. 50. vol. 1.

Vxor relicta domina, & vſufructuaria filia inſtituta in re certa, & pauperes Chriſti vniuerſaliter, quid habere debeat vxor, vide Bart. conſi. 170. vol. 1.

Vxor, cui per virum legatæ ſunt dotes: itẽ panni, & ornamenta domus, & decem ſalmæ vini, & grani, facta domina, & vſufructuaria petit, & habere debet omnia legata. Barto. conſi. 216. vol. 1.

Vſufructuarius, etiam cautione non præſtita, experiri poteſt. Marc. q 820.

Vſufructuarius antequã ſatiſdederit an, & quando fructus faciat ſuos, vide eundem q. 821.

An vſufructuarius, qui tenetur ſatiſdare, poſsit præſtare iuratoriam cautionem, vide Cabal. milleloq 526.

Mulier qualiter cauere debeat, uſufructu alicuius rei ſibi à uiro relicto, uide Guid. Pa. q. 248.

Dicta cautio debet præſtari cum fideiuſſore. idem q. 249. ſed an ſufficiat cautio iuratoria, ſi non poſsit alia præſtari, uide ibid. q. 250. & Fran. Marc. q. 819.

Legatarius uſusfructus cauere debet in aſsignatione rei legatæ. Afflict. deciſ. 342.

Teſtator cautionis præſtationem ei, cui uſusfructus relictus eſt in teſtamento, remittere nõ poteſt. Boer. conſi. 19. Crau. conſi. 187. ſecùs ſi ex contractu uſusfructus debeatur, hæres tamẽ ipſam cautionem remittere poteſt. Fran. Marc. q 855 uide ibi caſus, in quibus cautio non præſtatur, & debet cauere facta æſtimatione bonorum. Crau. d. conſi. 187.

Teſtator non põt remittere uſufructuario cautionẽ de utendo fruendo arbitrio boni uiri, niſi in rebus, quæ uſu conſumuntur. Clar. in ſua Pract. § teſtamentum. q. 64. Dec. conſ. 418. nu. 6. Dec. conſi. 565. uide Andr. Gail. obſer. 145. li. 2. (ubi ſcribit Reg. cũ ampliationibus, & limitationib.) Raud. de analog. c. 37. n. 158.

Vſufructuarius non priuatur uſufructu propter cautionem non præſtitam, & ſi agat pro uſufructu non præſtita cautione, non abſoluitur reus, ſed debet condemnari ad ſoluendum ſub conditione, ſi uſufructuarius præſtiterit cautionem. Dec. conſi. 418. nu. 18. Natt. conſi. 477. uide l. 15. ff. de uſufructu.

Legato vſufructu pecuniæ numeratæ, legatarius tenetur ſatiſdare hæredi, licèt teſtator ſatiſdationem exigere prohibuerit. l. ſi pecuniæ, ff. vt in poſſeſsio. legat. ſeu fideicom.

Vſusfructus legatum non niſi ab adita hæreditate cedit; tamen ſi hæres diſtulerit in fraudem tenetur. Fran. Marc. q 823. vel adſit clauſula codicillaris concepta per verba futuri temporis. Dec. conſi. 652. nu. 8.

Sententia lata contra hæredem, an executio in bonis hæreditarijs in vſufructuarij præiudicium fieri poſsit, vide Marc. q. 825.

Sentẽtia ꝓ debito vſufructuarij in vſusfructus commoditate, executioni demãdari poteſt. Marc. q. 825. nu. 4.

Fructus reconditi, non veniunt in vſufructu legato. idem q. 827.

Vſusfructus antequam cõſtituatur, non niſi triginta annis præſcribitur, cõſtitutus verò decẽ annis inter præſentes, & viginti inter abſentes. Marc. q. 829.

Relegatione (ſicut maxima capitis diminutione) vſusfructus amittitur. idem q. 831.

L. hæreditatum. ff. ad legem Falci. habet locum in omnib. diſpoſitionib. vbi tractat qualiter extimet vſusfructus, & pro quot annis. vide Rot. Auenio. deciſ. 95. in deciſ. diuerſo. To. 3.

Vſufructuarius dolosè verſando circa fructus perdit ius ſuum, veluti ſi non conſignauerit omnia mobilia, in quib. habebat vſumfructũ. Crau. conſi. 300. vide Natt. conſi. 477. Imò cadit à iure ſuo pro ſimplici deterioratione. Crau. d. conſi. 300. idem qñ malè verſatur in rebus, nec illis vtitur arbitrio boni viri: idem qñ nolit cauere de vtendo fruendo arbitrio boni viri. Crau. ibid. vide Natt. conſi. 477.

Vſusfructus conſtitutus morte vſufructuarij finitur: idem in ſpe vſusfructus conſtituendi. Roma. ſing. 587.

Legatũ ſi vni fiat de ꝓprietate rei ſub cõditione, & alteri de eius vſufruct. ſi vſufructuarius proprietatẽ ab hrẽde acquirat, & poſtea conditio legatæ proprietatis eueniat, vſufructuarius non poterit amplius vſumfructum ſeparare. Fran. Cremen. ſing. 58.

Vxor ſi relicta ſit vſufructuaria à marito donec caſtè vixerit, ſi ſemel ſtuprum cõmiſerit, priuatur relicto, nec ad illud amplius datur regreſſus Marc. de Mant. ſing. 590.

Vſufructuarius quando ad debita teneatur, vide Marc. q. 833.

Si relinquatur vſusfructus ſub conditione non faciendi, poterit legatarius præſtare cautionem mutianam de nou faciendo, & habere ſtatim legatũ.l.79.§.fi.ff.de condit.& demon.

Teſtator legando fundum, appellatione fundi venit vſusfruct. & dominium poltea legãdo, de neceſsitate intelligitur legatus vſusfruct. formalis.Iaco.Put.deciſ.222.lib.3.

Quando fundus eſt appoſitus à teſtatore gratia demonſtrationis, vel deſignationis, vnde fructus poſsint accipi, tunc debent ſolui ab hæredibus pro portionib. hæreditarijs, ſecùs ſi fundus ſit appoſitus gratia limitationis, & taxationis: tunc enim debent ſolui per illũ, ad quem fundũ peruenit, ſed quando cenſeatur appoſitus gratia demonſtrationis, vel limitationis, vide Gaſp.Cabal.milleloq.86.

Quando debitor habet proprietatem, & alter vſumfructum, quomodo poſsit ſatisfieri creditori, vide Papon.lib.14.tit.2.arreſt.2.

Vſufructuarius omniũ bonorum tenẽ ſoluere debita.Guid.Pap.q.541.

Legata in teſtamento relicta hæres ſoluere tenẽ, non vſufructuaria. Guid.d.q.541. Nam onus legatorum non ſequitur vſufructuariũ. Bar.in l.43.nu.6.ff. de vſufr.legat.tamen vniuerſalis vſufructuarius tenetur ſoluere legata, & fideicommiſſa de reditib.l. fin.§.finaũt. C.de bonis, quæ liberis.

Hæreditate per hæredem ſemel adita, nulla cõtra vniuerſalem vſufructuariũ creditorib. & legatarijs, competit actio.Mohed.deciſ.123.

Vſufructuarius vniuerſalis oĩum bonorum, vel quotæ, æs alienum, & legata ſoluere tenẽ, & finito vſufructu, id qđ ſolutum erit ex hæreditate deducere poteſt Fran.Marc.q.840.vide Craue.conſi.187. Dec.conſi 488.nu.15.& 590.Natt.conſi.7. Tom.1. Rol.conſi.8.vol.2. Math.Matheſ.ſing 4.Natt conſ.297. Abb.cõſ. 4.lib.2.nu.6.Cabal.milleloq.550. Andr.Gail. obſer.147.lib.2 fallit in legatis annuis, quę ex fructibus, & bonorum reditib.ſolui debent. Gail.d.obſer.147.

Legatũ vſusfruct.minui non debet ob ęs alienũ hæreditarium, qñ remanent alia bona ad illud ſufficientia.Crau.conſi.300.nu.7.& 8.

De legato vſusfructus omniũ bonorũ ſunt ſoluenda annua legata, in præiudiciũ legatarij vſufructuarij.Natt.conſi.7.Tom.1.

Collectarum ſolutio pertinet ad legatariũ, niſi collecta eſſet grauis, & æquipolleret fructib. qa tunc pertineret ad hęredem. Natt.conſi. 415.vide ſupra tit. de tribut.& collect.

Vſufructuarius (ſi relictus eſt vſusfruct.quotæ partis hæreditatis) tenetur ad onera hæreditaria pro rata, & vſufr. finito, qđ ſoluerit deducit de hr̃ditate.Bar.in l.43.ff.de vſufr.lega.

Vſufructu bonorum legato, æs alienum ex oĩb. reb.deducendum eſt.l.vſufruc.ff. ad leg. Falc.

Vſusfructus omnium bonorũ in quib.rebus relictus videatur, vide per Mantic.libr.9.tit.6. de coniect.vltim.volunt.

Vſufructu omniũ bonorũ mobiliũ, & immobiliũ legato, nõ debẽ vſusfr.nominũ debitorũ. ibid.n 4.neq; vſusfr.bonorũ feudaliũ.ibi.n.6.

Vſufructu bonorũ legato, an veniant bona poſt teſtm̃ acquiſita, vide Peril.D P.Teſ.deci.168.

Vſusfructus omnium bonorũ, quando vni legatus eſt, & alteri fundus ſimpliciter, proprietas, & vſusfr.non habent ſe, vt genus, & ſpecies.Dec.conſi 590.nu.7.ideò vſufructuarius omniũ bonorũ habebit hoc caſu vſumfructũ, etiam fundi in ſpecie legati.Rol.conſ. 8.vol.2. ſecùs in ipſo caſu, ſi legatus eſſet ſolũ vſusfructus, tunc enim in vſufructu omnium bonorum non eſſet comprehenſus vſusfruct. fundi.Dec.d.conſi.590.nu.7.

Hæres vniuerſalis non cõcurrit in vſufructu cũ vſufructuario omniũ bonorũ.Natt.conſ.297.

Vſufructuarius omniũ bonorum, an faciat fructus ſuos perceptos ante præſtitam cautionem, vide ibid.nu.3.

Vſufructuarius talis debet habere vſumfructũ nominum debitorum. Natt.d.conſi.297.

Teſtator legauit ſorori vſumfructum domus toto tempore eius vitæ, & poſt eius mortem ſubſtituit in dicto vſufructu domus, filiũ dictæ ſororis; itẽ ſaluis pręmiſsis, legauit auunculo totũ, & integrum vſumfructum omniũ bonorum ſuorum, & inde inſtituit hæredem vniuerſalẽ: mortuis ſorore, & nepote vſufructuarijs domus, oriẽ quæſtio inter hæredem vniuerſalem, & vſufructuarium omniũ bonorũ de vſufructu dictę domus. Menoch.conſi. 141.cum ſeq reſpondit vſumfructũ d. domus ſpectare ad vſufructuariũ omniũ bonorum.

Teſtator ſi vni leget fundum: item eidem ęſtimationem vſusfr.omniũ bonorũ ſuorũ, legatarius habere debet, & æſtimationem vſusfr. dicti fundi.Roma. ſing.249.

Si alicui relictus ſit vſusfructus omnium bonorum, iurium, & actionum, & inſtitutus ſit hæres vniuerſalis proprietarius ille, qui bonorum adminiſtrationis rationem teſtatori reddere tenebatur, tunc vſufructuarius non poterit petere rationis redditionem, quę teſtatoris reddenda erat. Auguſt.Bero.q.13.

Ad hæredem proprietarium ſpectat (& non ad vſufructuarium) agere contra debitores hæreditarios, & quicquid cõſequẽ, proprietas erit hr̃dis, & vſusfr. vſufructuarij: idẽ ibi.n.3.

Si legãt vxori fructus oĩum bonorũ mobiliũ, & ĩmobiliũ, nõ veniũt fructus cõſiſtẽtes ĩ nominib.đbitorũ.Bar.cõſ.50.vol.1.& cõſ.86.vol.2.

Idem

Idem ſi relinquat teſtator uſumfructum ſuorũ bonorum ſimpliciter, ſecùs ſi dicat omnium bonorum ſuorum. Bar d.conſi.86.

De coniecturis, quæ verſantur circa legatum vſusfructus, vide per Mant. de coniect. vltim. volunt. lib. 9. tit. 5.

Vſufructu ad alimenta legato, quod ex alimentis ſupereſt, pertinet ad hæredem. ibid. nu. 2.

Quando legatur vſusfructus nemorum, quomodo legatarius illis nemoribus vti debeat, vide Papon. lib. 14. tit. 3.

Vſufructu veſtium, & aliorum mobilium vxori legato, qualiter indemnitati hæredi conſulatur, & finito tali vſufructu, quomodo fiat reſtitutio: & quando per vxorem cautio ſit præſtanda: & quid ſtante minori ætate hæredis, vide Perilluſtr. D.P. Teſſa. decif. 60.

Vſufructu librorum legato, an de illis inuentarium fieri debeat, & quomodo, vide Afflict. d. decif. 341.

Vſufructu legato res eſt æſtimanda ad tempus receptionis. Afflict. ibid.

Vſufructuarius debet habere fructus, qui repeririuntur tempore mortis reſtatoris, tenetur tamen cauere de illis reſtituendis, finito vſufructu. Crau. conſi. 300. nu. 5.

Legatarius vſusfructus bonorum mobilium, & immobilium, non debet habere vſumfructũ, aut vſum in nominibus debitorum, quæ non veniunt appellatione rerum mobiliũ, & immobilium. Crau. conſi. 300. nu. fin.

Legatum vſusfructus tertiæ partis bonorũ mobilium, & immobilium, non continet iura, & actiones, Bar. in l. 43. ff. de vſufruct. legat. nu. 4. & conſi. 58. vol. 1.

Quando relinquitur pecunia pro alimentis, vel aliter, quomodo illa debeat implicari, vide Barto. in l. 88. ff. ad leg. Falcid. & l. 1. ff. vt legatorum, ſeu fideicom. cau. caueat.

Vſumfructũ totius dotis, an filia patri relinquere poſsit, ſola proprietate filijs reſeruata, vide Perilluſtr. D.P. Teſſau. decif. 137.

Vſus alicuius rei relictus intelligitur merus tantùm, ſed res relicta ad vſum, ſeu pro vſu, intelligitur cum proprietate. Capic. decif. 188. ſed quando vſus appellatione veniat plena proprietas, vide ibid. nu. 3.

Quando teſtator relinquit vſumfructum cuiuſdam rei alicui, deinde cõmittit cuſtodiam ipſius rei alteri, ſolùm cenſetur vſus legatus. Craue. conſi. 25. nu. 28.

Quando teſtator diſpoſuit, quòd aliquis cum ſua familia poſsit ſtare, & habitare in dicta ſua domo, & quòd non poſsit expelli per hæredem, ex hoc legato tres oriuntur quæſtiones: prima, quòd per tale legatum non ſit relicta ſeruitus habitationis, nec vſusfructus, ſed dumtaxat videtur conceſſa quædam facultas habitandi, quæ in facto conſiſtit: Secunda, quòd non cenſeatur legatus vſus dictæ domus: Tertia, quòd per tale legatum non poſsit habitare per totam domũ, minus expellere hæredem. Dec. conſi. 355.

Vtilitatem domus ſuæ legans, vſum tantùm legaſſe videtur. Ludo. Rom. ſing. 60. & Petr. de Raue. ſing. 368.

Pauperi ſi vſus vnius magni palatij relinquat, toto palatio ille vti poterit. Frã Crem. ſin. 84.

Legatum vſusfructus factum alicui, an dicatur vnum, vel plura, vide Capic. decif. 203. nu. 3.

Inuentariũ facere debet vſufructuarius, etiam ſi teſtator illud ſub pœna prohibuerit. Boer. decif. 61. nu. 11.

Alienationis prohibitio comprehendit conſtitutionem vſusfructus. Boer. decif. 199.

Legatarius vſusfructus non poteſt propria auctoritate ipſum vſumfructum capere, ſecùs eſt in patre. Boer. decif. 199. num. 9. & 10. ſed legatum vſusfructus, an per manus hæredis capi debeat, vide Marc. q. 35.

Legatum vſusfructus non niſi ab adita hæreditate cedit, & ante ipſam aditionẽ legatarius accipere poſſeſsionẽ non poteſt: quia à manu hæredis illam accipere debet. Marc. q. 493. par. 2. vide tñ ibid. num. 3. Boer. conſi. 19.

Vſusfructus ſi Titio legetur vſq; ad decem annos Sempronij, mortuo Sempronio ante decennium non ob id extinguitur: idẽ ſi leget, donec aliquis furioſus perſeuerauerit in furore. Roma. ſing. 247.

Legata tertia parte fructuum certi fundi, hæres poteſt dare tertiam partem æſtimationis fructuum, etiã inuito legatario. Roma. ſing. 434. Pet. de Raue. ſing. 355.

Legatum vſusfructus rei cum hoc, ꝙ poſt mortem ſuam hæredi teſtatoris rem reſtituere teneat, comprehendit proprietatem, niſi in iure teſtator errauerit. Roma. ſing. 653.

Legato vſusfructus, vel habitationis generali, non derogatur per legatũ ſpeciale rei. idem ſing. 586. & Pet. de Raue. ſing. 363.

Legatũ domus ad gaudimentũ non finit morte legatarij: qa cũ de futuro adiecta legato, in fauorem legatarij, non reſtringit ipſum legatũ: idem qñ fuit legatũ fundũ ad alimenta. Fran. Crem. ſing. 34. vide Hippol. ſing. 414.

Teſtator ſi legat vni fundum, & alteri vſumfructum, quilibet habebit dimidiam vſusfructus Pett. de Raue. ſingularib. 749. & Marc. de Mant. ſing. 398.

Si fiat legatũ vſusfructus vnius grangiæ, hæres inde boues tãquam fundi inſtrumentũ (ad conſequendũ vſumfructum neceſſarium) in præiudicium vſufructuarij amouere nõ põt.

Marc. de Mant. ſing. 498. uide Bar. in l. 2. §. dotes. ff. de fundo inſtructo.

Habitatione legata, ex vſu loquendi aliquãdo quis intelligitur legaſſe dominium. Bart. in l. 13. C. de vſufr. & habita.

Legato vſufructu domus, vel cum hac ditione, totius domus, an cenſeatur legatus vſuſfructus cæterorum bonorum, vide DD. in l. lecta. ff. ſi cert. pet.

Legatum vſusfructus ſubijcitur Falcidię, & reputatur aſcendere ad tantã quantitatem, quantam comprehendere poteſt tempus vitæ, habita ratione ætatis, de qua in l. hæreditatum. ff. ad leg. Falcid.

Vſufructu legato, omnes fructus rei ad fructuarium pertinent, vt habetur in l. 7. ff. de vſufructu, vide l. 10. Ibid.

Qui legat fructum, videtur legare vſumfructũ, quia vſus funtioni ineſt ex neceſsitate, & ſi teſtator legat vſumfructum ſine vſu, ita quòd in legando adimat vſum, qui eſt de ſubſtantia legati, non tenet legatum, ſecùs ſi poſt legatum adimat, quia non tenet ademptio. l. 14. §. fin. ff. de vſu, & habit. & vide de materia. ibid. per tot.

Qui legat vſumfructum in fundo, videtur legare viam, ſi aliunde illam non habeat legatarius. l. 46. § fin. de legat. 1.

Si loci vſumfructũ leget teſtator, & iter adimat, non valet ademptio, nec vitiatur legatum. l. 3. §. ſi loci. ff de adimend & transferen. legat.

Legatum vini, & grani peti poteſt in principio anni. Bar. conſi 216. vol. 1.

De vſufructu relicto per maritum vxori, vide tit. C. ſi ſecundò nupſerit mulier.

Vſusfructus ſeruitutis realis non poteſt legari, vt propriè præſtetur, quia ſeruitus ſeruitutis eſſe non poteſt, tamen præſtabitur pro vt poteſt. l 1. ff de vſu, & vſufruct. per legat. relict.

De materia vſusfructus vide ſupra tit. de vſufr.

De ſeruitute legata.

Legato ſeruitutis non videtur legatarius renunciare per alienationem fundi, cui ipſo ignorante fuerat ſeruitus legata. l. 19. §. fi. ff. quemadmodum ſeruitut. amit.

Hæres poteſt eligere, per quam partem fundi viam conſtituat, ſine captione legatarij. l. 26. ff. de ſeruit. ruſtic. prædio.

Seruitus legata debetur inſolidum, etiam ſi teſtamentum pro parte rumpatur, ſed pro illa parte obſtat exceptio, niſi alterius partis æſtimatio offeratur. l. 78. de legat. 2.

De liberatione legata.

Falcidia reſecat etiam liberationem factã ex cauſa legati, vel donatione cauſa mortis. l. qđ de bonis. ff. ad leg. Faleid.

Si liberatio relinquitur debitori in actione legis Falcidiæ pro locupletiore habetur, aliàs an ſit ſoluendo inſpicitur. l. Neſcennius. ff. eod.

Si debitori liberatio ſit relicta, non eſt exigenda cautio, quia habet penes ſe legatum, quippè ſi conueniatur, exceptione doli mali vti poteſt. l. 1. §. ſi debitori. ff. vt in poſſeſsio. legato. Nã ex liberatione legata à creditore debitori, illi datur actio, & exceptio. l. 17. C. de fideicom. l. 79. §. mater, de legat. 2.

Mortua filia in matrimonio dos debet reddi patri, vel eius hæredibus, & ipſe poteſt legare liberationem. l. penul. C. de falſa cauſa.

An valeat legatum liberationis prætextu falſæ cauſæ factum, vide l. 1. C. eod.

Legatum liberationis valet, & poteſt fieri in perpetuum, & ad tempus, & ècontrà non valet legatum factum à debitore ſuo creditori, niſi afferat illi aliquam vtilitatem. §. ſi quis debitori, & ibi glo. inſtitut. de legat.

Liberatio relicta debitoribus intelligitur de pręteritis, & de his, qui erant debitores tempore teſtamenti, & poſsidentes res teſtatoris non comprehenduntur hoc legato. Pet. de Raue. ſing 76 Fran. Mant. de coniect. vltim. uolunt. lib. 9. tit. 4. nu. 3.

Teſtator, qui legauit debitori rem ſibi pignori obligatam, non uidetur debitum remiſiſſe. ibid. Mant. nu. 4.

Si teſtator omnibus debitoribus ſuis liberationem legauerit, de quibus intelligi debeat, ui de Iaſ. de actio. in §. ſupereſt, nu. 102.

Legatum liberationis extenditur ad acceſſorium, accedens poſt factum teſtamentum. Abb. conſi. 35. lib. 2.

Legatum liberationis habet effectum, niſi à teſtatore legatũ ſit exactũ. l 8. ff. de libera lega.

Liberatio facta in teſtamento intelligitur facta ſecundum naturam teſtamenti, & per conſequens potius per modum legati, quàm cõtractus. Natt. conſi. 73. Tom. 1.

Liberatio quando eſt legata extraneo non refert, an teſtator ipſum liberet, uel iubeat hæredem eum liberare, licèt non ſit liberatus ipſo iure. Bar. in l. ſi peculium. §. ſi uerò. ff. de pecul. legat.

Liberatio ſi eſt relicta duobus reis debendi, quorum unus eſt ſoluendo, alter non, uterq; capit liberationem. Bar. in l. 87. ff. ad leg. Falc.

Teſtator ſi mãdat filio ſuo facere quitationem Titio

Titio debitori ſuo (datis ſibi centum) & Titius ante implementum conditionis moriatur, eius hæres poterit conditionem implere, vt habeat quitationem. Bar. conſ. 16.

De adimendis, & tranſferendis legatis, & fideicommiſſis.

Legatum dotis à patre filiæ factũ, pro qua poſtea dotem promiſit, vel ſoluit, compenſandi animo hoc feciſſe pater videtur Mago. deciſ. 13. nu. 24 Rot. Floren. tacit. l. 11. C. de legat.

Legatum relictum pro puella maritanda extinguitur, ſi ea viuo teſtatore nupſerit, quod limita ſi teſtator ſciuerit eam eſſe nuptam, & potuit mutare teſtamentum, nec mutauerit, quia tunc perinde legatum debetur, ac ſi non eſſet nupta. Fran. Mant. de coniect. vlti. volunt. lib 12. tit. 1. nu. 13.

Legatum relictum in auxilium matrimonij debetur, etiam quòd die legati adueniente, mulier nupta reperiatur, & aliunde habuerit dotes. Nat. conſi. 485.

Legatum factum vxori de dote, & augmento, cui poſtmodum factum eſt legatum vniuerſale omnium bonorum mobilium, & pecuniarum, qualiter veniat deducendum, & an per ſecundum legatum, cenſeatur reuocatum primũ, vel pars ipſius, vide Affl. dec. 45.

Filia, cui pater legauit 200 pro ea maritanda, & poſt matrimonium ipſius, illi dedit ſolùm centum nomine dotis, reſiduum petere poteſt Bar in l 22. de legat. 2.

Cùm quis primò legat quantitatem pro dote, & poſtea dat dotem, animo compenſandi dediſſe videtur, ſecùs ſi legat ſpeciem, & poſtea dat dotem in pecunia, & econtrà, quia tunc de ſpecie ad quantitatem nõ fit, nec cadit compenſatio. Boer. deciſ. 136.

Legatum relictum in cauſa dotis cenſetur ademptum, ſi teſtator in vita dederit dotem legatariæ Pet. Beninten. deciſ. 22. Nam pater legans, poſtea dotans, videtur dotare cauſa adimendi legatum. Natt. conſ. 363. nu. 7.

Legatum fundi nõ cenſetur reuocatum ex eo, quòd mulier legans, poſtea dederit omnia bona ſua in dotem marito. Crauet. conſil. 344 num. 11.

Quando per donationem dotis datæ, vel promiſſæ tempore matrimonij, vel poſt cenſeatur ademptum legatum ante factum cauſa ipſius dotis, & ſoluendum tempore matrimonij. vel poſt, vide Crauet. conſi. 167. Dec. conſi. 81. nu. 6.

Per legatum factum filiæ pro dote per patrem, non cenſetur ademptum legatum aui. Natt. conſil. 363.

Dotis legatũ extinguitur ſi poſtea dos mulieri rectè ſoluatur viuo teſtatore, vel res dotales intereant, vel ſi ab initio dos perfectè cõſtituta non fuerit, ſicut cùm legatur corpus, quod in rerum natura non eſt. l. 1. §. adeò. ff. de dot. prælegat.

Datum purè, & ſub conditione ademptum, ex facto alterius ademptio fieri non poteſt. Mago. deciſ. 138. nu. 18. Rota. Flore. quia trãſlatio facta eſt ſtrictè interpretanda. ibi n. 21.

Legatum nuda voluntate reuocatur, abſque ſolemnitatibus, quæ interuenerunt in teſtamẽto, in quo fuerat relictum. Gome. Leo. deciſ. 5. in deciſio. diuerſo. nec requiritur expreſſa reuocatio, quia præſumpta voluntate legata adimuntur. ibid.

Si res legata pereat, aut forma eius mutetur, vel alteri inter viuos fuerit donata, in vita teſtatoris, adimitur legatum ipſius rei. Idem Gome. d. deciſ. 13.

Legata relicta in teſtamento non præſumuntur reuocata in codicillis, etiam factis (ex interuallo) in longinqua regione. Franc. Mant. de coniect. vltim. volun. libr. 12 tit. 1. nu. 7 Nec teſtator per legata relicta in codicillis, præſumitur receſsiſſe ab his, quæ reliquit ĩ teſtamento. ibid. num. 11.

Ademptio rei legatæ facta in codicillis, an ad hæredem hæredis, vel ad fideicommiſſarium pertineat, vide Guid. Pap. q. 484.

Legata relicta in teſtamento approbato ꝑ hæredem, & diminuta per codicillos, debentur ſecundum formam codicillorum, & non teſtamenti, licèt illi approbati per hæredem fuerint. Crau. conſi. 257.

Licèt teſtamẽtum efficiatur caducum per mortem hæredis viuo teſtatore, tamen legata peti poſſunt virtute clauſulę codicillaris. Dec. conſil. 242.

Fideicommiſſum inductum allegãs ſublatum, vel ademptum debet iſtud probare, & ſi ſint plura fideicommiſſa facta in teſtamento, & fiat reuocatio, ſeu ademptio in codicillis, teſtator non videtur receſsiſſe à diſpoſitione teſtamentaria, niſi ab his tantùm, quæ ſpecificè reformauit. Rol. conſ. 31. vol. 4 quia regulare eſt, quòd per ademptionẽ vnius rei non ſequatur demptio alterius, quando res ſunt ſeparabiles. ibid. nu. 24.

Teſtator ſi alteri nepotum legauerit mille, & alteri alia mille, vt æqualis cum illo primo ſit, poſteaque legatum adimat in codicillis, ſecundum legatum poſtea ademiſſe cenſetur. Roma. ſing. 320.

Si in

Si in vno codicillo legeť fundus Titio, in alio Sempronio legetur ipſemet fundus, debetur ambobus pro virili. Bar. in l. 3. C. de codicill. Sed quando vni relinquitur totus, & alteri pars, quid iuris, vide eundem Barto. in l. 22. C. de legat.

Codicillus dicitur voluntas perfecta, & ſolemnis, quantum ad ademptionem legatorum. Bart. in l. 14. de leg. 1.

Si quis legauerit in teſtamento alicui quinquaginta: & in codicillis poſtea factis eidẽ legauerit aliquid, vtrunque legatum debetur, niſi hæres probet contrarium. Abb. con ſil. 4. num. 8.

Hæreditas in codicillis directò adimi non poteſt, ſed ſi in illis hæredes declarentur indigni, eis aufertur hæreditas, & applicatur fiſco. l. 4. C. de his, quib. vt indig. hæred. aufer.

Diminutio legatorum relictorum in teſtamento, non pertinet ad legata, nec ad alimenta relicta in codicillis, vel in tabulis pupillaribus. l. 18. §. poſthumus eod.

Legata, & fideicommiſſa ex pœnitentia reuocantur. l. 27. C. de fideicõ. ſed quomodo probetur pęnitentia, vide Bart. in l. 22. C. de legat. & ex quibus coniecturis adempta intelligantur, vide per Mant. lib. 12. tit. 2. Pęnitentia tñ, & voluntatis mutatio non præſumũtur. Ozaſc. decif. 118. nu. 8.

Voluntatis mutatio præſumitur propter morũ mutationem, & ſi teſtator non habens filios fecerit plura legata, propter ſuperuenientiã liberorum præſumitur ab illis receſſiſſe. Bar. in l. in confirmando. ff. de confirm. tutor.

Onus probandi mutatam eſſe voluntatem defuncti ad eum pertinet, qui fideicommiſſum recuſat. l. 22. in fine, de leg. 2.

In eo, in quo apparet mutata voluntas teſtatoris, legatum reuocatum cenſetur; nõ in alio. l. 7. ff. de Ben. leg.

De coniecturis, quæ verſantur circa tranſlationem legati, vel fideicommiſsi, de vna perſona in aliam, vide Fran Mantic. lib. 12. tit. 3.

Tranſlatio legati intelligitur facta cũ ſuo onere, quod limitatur quatuor in caſibus, de quibus vide ibid. num. 3. facit l. 12. ff. de alimen. & cib. legat.

Tranſlatio legati in pęnam debet ſtrictè interpretari. Dec. conſ. 291. vide ſupra tit. de his, quæ pœnæ nomine relinq.

Legati tranſlatio, an cum eadem qualitate, cõditione, & onere facta cenſeatur, vide Roman. ſing. 668.

Legati tranſlatio in dubio videtur fieri, ſub eadem conditione. l. 94. ff. de condit. & dem.

Si ſecundum legatum relictum ſit ſub commemoratione primi, an videať teſtator à priori voluntate in totum receſſiſſe, vidẽ Mant. de coniect. vlt. volun. lib. 12. tit. 4.

Legatum propter inimicitias intelligitur ademptum, quod dictum multis modis ampliatur, & limitatur per eundem Mant. ibid. tit. 5. facit l. 16. §. quoniam. ff. de his, quibus vt indig. legat. aufer.

Legatum relictum vxori, propter adulterium intelligiť ademptum, quod ampliatur procedere in concubina. ibid. Mant. nu. 7.

Legatum intelligitur reuocatum propter inimicitias culpa legatarij prouenientes; ſecùs ſi culpa teſtatoris acciderint. Rom. ſing. 199. ſed an reconualeſcat facta reconciliatione, vide per Petr. Gerat. ſing. 3.

Regula eſt, legatum reuocari propter inimicitias capitales, vel grauiſsimas, quæ reg. ampliatur, & limitatur per eundẽ Gerar. ſing. 5.

Si legatarius aliquid commiſerit, quod ſi teſtator ſciuiſſet non legaſſet, quando repellatur exceptione, vide Bar. in l. 22. C. de legat.

Legata facta in teſtamento poſſunt in codicillis reuocari, & quinq; teſtes requiruntur ad probãdam legati reuocationem tacitam ob inimicitiam, vel aliam cauſam, Bart. in l. 21. §. ſi quid. ff. de teſtamen. vide in conſi. 67. vo lum. 2. eiuſdem.

Per alienationem rei legatę, quando teſtator videatur receſsiſſe à priore voluntate, vide Mant. de coniect. vltima volunt. lib. 12. tit. 6.

Legatum intelligitur reuocatum ex alienatione rei legatæ voluntaria, ſed quid, ſi ipſa res fuerit oppignorata; vide Vinc. de Fran. deciſ. 283. par. 2. vel fuerit adiectum pactum de retrouendendo, ibid.

Rem legatam vendere promittens, nõ videtur reuocare legatum, niſi ſecuta vera venditione. Boer. deciſ. 48. nu. 13.

Quando legatum per alienationem rei legatę cenſeatur reuocatum, & quando non, vide Bero. quæſt. 9.

Quando teſtator legauit vxori ſuæ aliquos reditus, puta illos, quos habebat in ſacha, inde eius vita durante ipſos alienauerit, & ex pretio emerit prædia, ex tali alienatione legatum non cenſetur reuocatum. vide Meno. conſi. 254. lib. 3.

Quando teſtator poſt conditum teſtamentum alienauit mobilia legata, vel aliqua ex illis, legatum per ipſam alienationem cenſetur reuocatum, niſi legatarius probaſſet teſtatorem alienaſſe neceſsitate coactus. Menoch. conſil. 339. nu. 18. vol. 4.

Legatum prophanum an reuocatum cenſeatur, ſi teſtator viuens alienet rem, ex qua voluit legato à ſe facto ſatisfieri, & quid de legato pio, vide Lud. Roma. ſing. 435.

Legatum

Legatum reuocatur per alienationem rei legatæ voluntariam factam à teſtatore, ſecùs per neceſſariam, & dicitur neceſſaria, quando facta eſt ex neceſsitate rei familiaris, vel quia res erat tempore peritura. Ant. Trigo. ſingu, 100. vide l. 35. ff. de auro, & argent. leg. & §. ſi rem ſuam, inſtit. de legat.

Dicta diſtinctio non habet locum in legato cõditionali, quia hoc caſu, etiam per alienationem neceſſariam reuocatur legatum. idem d. Trigo. ſing. 100.

Teſtator non videtur reuocare legatum, ſi poſt teſtamentum rem legatam alteri obligauerit, & hæres illã liberare tenet. l. 3. C. de legat.

Alienatio rei ſub conditione legatæ per hæredem facta, vires legati non perimit. l. 72. §. ſi ſeruum, de legat. 1.

Legatum frumenti, vini, vel olei, ſi eſt conſumptum, & reperiatur aliud tempore mortis, debetur in eo, quod reperitur eo tempore, ſed pro quantitate, quæ reperiebatur tempore teſtamenti. Vinc. de Fran. dec. 313. p. 2.

Teſtator ſi legauerit frumentum, quod habebat in horreo, ſi illud poſtea vendiderit, aliudq; repoſuerit, debetur hoc ſecundum. Menoch. conſi. 15. lib. 2. num. 65.

Teſtator ſi legauerit vxori omne frumentum, quod in domo habet, & illud conſumat, ſi tãtundem repoſuerit, nõ cedit vxoris lucro, niſi ipſum repoſitum ſit per modum ſubrogationis. Marc. de Mant ſing. 650.

Donatio inter viuos ſequens cenſetur in recõpenſam legati facta; ſed quid, ſi eſt diuerſa ſumma, vide Vinc. de Fran. deciſ. 422. par. 2.

Donatio cauſa mortis collata poſt mortem, cẽſetur vti legatum, & fideicommiſſum. Ozaſc. deciſ. 118. num. 3.

Legatum factum per vim donationis, an teſtamento reuocato, reuocetur, vide Fran. Marc. quæſtio. 824.

Donatio inter viuos de re legata facta, eo caſu, quo legatum reuocaretur, valet. Dec. conſi. 294. num. 3.

Legatum ſpeciale factum etiam loco pio, per donationem omnium bonorum reuocatur, remanet extinctum. Nat. conſ. 613.

Relictum ſub titulo legati in Inſtrumento donationis inter viuos factum, ſortitur naturã legati, & non donationis, ideò poteſt reuocari. Natt. conſi. 645.

Teſtator vbi legat fundum, & inde tradit, vel donat p̃ſumitur donare cauſa mortis, adeò quòd legatum adhuc ſit reuocabile. ibid. nu. 7. Idẽ licèt fuiſſet reſeruatus vſusfructus rei legatę. ibi. nu. 9.

Si vna ex rebus alternatiuè legatis à teſtatore donatur, alia in legato remanet, nec ob id videtur in ea legatum ademptum. l. 86. §. ſi Titio, de legat. 1.

Si legetur vna ex rebus alternatiuè debitis, euẽtus ſolutionis declarabit, an legatum valeat. l. 52. de leg. 2.

Si aliquid in teſtamento adimatur, in reliquis firmum remanebit teſtamentum. Ozaſc. deciſ. 52. num. fin.

Notarij, aut partis ſtipulatione, & accptilatione interueniente, ius acquiſitum irreuocabiliter dicitur. idem deciſ. 85. nu. 9.

Legato generali nõ derogatur per ſpeciem ex abundanti imperitè enumeratam. Afflic. deciſ. 106 nu. 4. & reg. generi per ſpeciem derogari declaratur, & limitatur ibid. nu. 7.

Verba generalia reuocatoria, non capiunt illud, quod in ſpecie non poſſet reuocari. Affl. deciſ. 111. num. 7.

Alimentorum legatum, non venit ſub legatorum ademptione in genere facta. ibid. n. 10.

Legatis pijs, iuri legitimæ, & doti, nunquam ſub generalitate videtur derogatum. ibid. n. 11. nec teſtamento reuocato, cenſentur reuocata legata ad pias cauſas. Guid. Pap. quæſt. 200. num. 5.

Legatum non cenſetur reuocatum per generalem clauſulam derogatoriam appoſitam in teſtamento ſecũdo, quo reuocatur primum, ſi teſtator legauerit cum reſeruatione vſusfructus, & tradiderit rem, percipiendo ipſum vſumfructum à manu legatarij. Affl. deciſ. 275.

Legatorum ademptio (quamuis generalis) ſolũ adimit legata pura; non autem conditionalia: item vniformia; non autem difformia, & illa, quę fit à filio non extendit ad nepotem. Vinc. de Fran. deciſ. 169. n. 3. 5. & 15.

Inutilis diſpoſitio ſpeciei ſub genere contentæ inter viuos factæ, diminuit legatum, ſecùs in diſpoſitione inutili facta per vltimam voluntatem. Lud. Rom. ſing. 138.

Ademptio generalis prælegatorũ ab hærede, an intelligatur adimere legata conditionalia hæredi facta, vide l. Paulo Calimaco. §. Põponius, de legat. 3.

Legato generali vſusfructus, vel habitationis, non derogat, per legatũ ſpeciale rei. Idem Rom. ſing. 586.

Generi per ſpeciem quando derogetur, vide Barto. in l. 19. ff. de vſufruct. legat. & in l. 9. §. ſi quis. ff. de fundo inſtruct.

Genus quando vni legatur, alteri ſpecies, ſpecies videtur à legato generis exempta. Bart. in l. 9 §. ſi quis. ff. de fundo inſtructo, & debet detrahi à legato generis. Afflic. deciſio. 45. nu. 3. nam diſpoſitio ſpecialis derogat generali. l. 25. §. Lucius, de legat. 2.

Genus non intelligitur reſtrictum per enume-

tationem

rationẽ ſpecierum, quando enumeratio ſpecierum reſpicit verbum, quod ſignificat actũ legandi. Bar. ibid.

Legatum quantitatis, non tollitur per legatum ſpeciei. Abb. conſ. 4. lib. 2.

Si vni legetur totũ, alteri poſtea pars eiuſdem totius, cenſetur illa pars de toto adempta, & ècontrà ſi primò legetur pars, & poſtea totum, nam tunc de toto cenſetur adempta pars primo loco legata. l. 23. C. de lega. tamẽ diſpoſitio generalis ſequens, derogat ſpeciali precedenti, quando cadit inter grauatos. l. 68. §. eum, qui de legat. 2.

In legato vniuerſitatis cedit, quod ex ea deducitur, ſi in eam poſtea redigatũ. l. 90. de leg. 2.

Legato generali ꝑ minus generale derogatur. l. 39. §. codicillis, de legat. 3.

Legato generali per ſpeciale non derogatur, quando fit ſimpliciter non ob cauſam. §. qui Marcho. l. 19. ff. de annu. legat.

Per ſpeciale legatum generale reſtringitur. l. 32. §. vxori. ff. de vſu, & vſufr. legat.

Legato generali habitationis, vel vſusfructus non derogatur per legatum proprietatis. l. 33. ff. eod.

Enumeratio ſpecierum reſpiciens actum legandi, non reſtringit genus præcedens, & quando vni legatur genus, alteri ſpecies, à legato generis ſpecies videtur excepta. l. 12. §. ſi quis fundum. ff. de pen. legat.

Per enumerationem ſpecierum factã in codicillis, reſtringitur legatum generis factũ in teſtamento. l. 20. ff. eod.

Generi per ſpeciem in aliam tranſlatam derogatur. l. 15. ff. de pen. legat.

Enumeratio quorundam indiuiduorum, legatum generale non reſtringit. l. 5. ff. de alimẽt. & ciba. legat.

Per clauſulam generalem appoſitam in vltima voluntate circa idem, videtur receſſum à ſpeciali. l. 18. ff. eod.

Legato generis derogatur per legatũ generis ſubalterni, vel ſpeciei, & genus reſtringitur, vt non contineat ſpeciem, de qua ſunt aliqua indiuidua nominata. l. 1. ff. de aur. & arg. legat.

Legato generis non derogatur per legatũ ſpeciei inualidum. l. fi. §. mulier. ff. de auro, & argento legato.

Verba reſtrictiua adiecta legato in codicillis facto, reſtringunt legatum factum in teſtamento. l. 29. §. teſtator. ff. de libe. legat.

Legatum reſtringitur per rationem. d. l. 29. §. Stycho.

Legato nomine debitoris hac conditione adiecta, quòd ſi debitor voluerit dare in ſolutũ talem rem, quòd legatarius teneretur eam recipere, ſi teſtator in vita receperit ipſam rem in ſolutum, ipſa res cẽſetur legata. Tho. Minad. deciſ. 33.

Legatum extinguitur, quando ex pecunia legata res emitur, quæ non eſt in libero commertio. ibid.

An per exactionem pecuniæ legatæ per teſtatorem factam, cenſeatur legatum ademptũ, vide l. 78. §. ſi mihi, de legat. 1. & quid, ſi ex ipſis pecunijs exactis teſtator aliquid emerit, an res empta cenſeatur ſubrogata loco pecuniæ legatæ, & inde exactæ, vide Menoc. conſ. 115. lib. 2. nu. 64.

Licèt in alienatione rei legatę diſtinguatur inter alienationẽ neceſſariam, & volũtariam, tamen hæc diſtinctio non hẽt locum in exactione debiti legati, quia tũc legatarius ſemper debet probare legatum non ademptum, per exactionem. l. 11. §. ſi rem, de legat. 3.

Legatum ſolutum per teſtatorem viuentem, poteſt etiam reuocari vnà cum fructibus. Fran. Cremen. ſing. 16. Marc. de Mant. ſing. 430.

Exactio antecedens facit legatũ nominis debitoris, ſeu liberationis non valere, ſicut exactio ſubſequens. Fran. Cremen. ſing. 104.

Si duobus ſeparatim contra ſingulos ex duob. reis actio legetur, hæres cuilibet inſolidum ſatisfacere tenetur, licèt exactione vnius facta per teſtatorem, vtrunq; legatum perimatur. l. 84. de legat. 1.

Solutio legati facta à teſtatore legatario, & trãſlatio in aliam ſpeciem, legatũ extinguit. l. 6. ff. de aur. & arg. legat.

Legatum liberationis habet effectum, niſi à teſtatore viuo legatum ſit exactum. l. 8. §. liberatio. ff. de libera. legat. vel alia ratione debitum ſit extinctũ, vide gl. in l. ſi id quod. ff. eo.

Qui legat nomen debitoris, & poſtea exigit, cenſetur reuocare legatum, §. tam autem, inſtitu. de legat. niſi probetur contrarium, vel quia debitor, vltro obtulit teſtatore non petente, vel exactũ fuerit, & pro legatario depoſitum. gl. ibid.

Liberatio facta in teſtamẽto, intelligitur facta ſecundũ naturã teſtamenti, & ſic potius per modum legati, quàm cõtractus. Natt. cõſ. 73.

Teſtamentum ſecundum, in quo non eſt hæredis inſtitutio, tollit primum quo ad ſola legata. Boer. deciſ. 38.

Legatum quando pluries fit de eadem ſumma in diuerſis ſcripturis, vtraque ſumma debẽ, ac idẽ qñ fit de eadẽ ſumma, & in eadem ſcriptura. Crau. conſi. 167. Sed qñ legatum pluries fit eidem perſonæ (etiam in diuerſis ſcripturis) ſi fiat ab eadem perſona, & ob eandem cauſam, alterum tantùm debetur. ibid. num. 10.

Fideicommiſſum relictum in teſtamento, reuocari poteſt in codicillis. Dec. conſi. 361.

Fideicommiſsum reuocatur per ſupernenientiam liberorum, quando quis nõ cogitabat in perpetuum habere filios. Bar. in l. 1. nu. 10. ff. de iure codicil.

Teſtator inſtitutis duobus filijs hæredib. ſi eos grauauerit, ſi deceſſerint ſine liberis, ꝙ portio decedentis deueniat ad ſuperuiuẽtem, ſi in codicillis ademerit conditionẽ, fideicõmiſſum uidetur ademptum. Bart. in l. 52. ff. de conditio. & demonſtratio.

Tranſlatio fideicommiſsi in dubio intelligitur facta, ſi prius reſtitutio fideicommiſsi facta non ſit. l. quidam. ff. ad Treb.

Morte grauati non extinguitur fideicõmiſſum. l. 33. §. quod à legatario, de lega. 1.

Legatum relictum in voluntate ſolemni, per voluntatem minus ſolemnem non intelligitur tacitè reuocatum, licèt fideicõmiſſum poſsit adimi nuda voluntate. l. 18. de legat. 2.

Reuocato teſtõ, non vr̃ reuocatum fideicõmiſſum tacitè iniunctum. l. 48. ff. de iure fiſci.

Legatum ad pias cauſas ſicut valet factum coram duobus teſtibus, ita poteſt coram duobus adimi. Natt. conſi. 442.

Legatum ad pias cauſas factũ repertũ cãcellatũ, iuris pſũptione pſumitur incõſultè cancellatum, quare debet. Pet. de Raue. ſing. 354.

Si quis faciens teſtamentum pro remedio ſuorum peccatorũ legauerit Eccleſiæ, vbi elegit ſepulturam, & poſtea elegerit ſepulturã alibi, videtur ademiſſe legatum. l. 21. §. itẽ Pomponius. ff. famil. erciſc.

Quælibet diſpoſitio quantumcunq; pia, in teſtamento facta põt reuocari. §. ſeruus autem, inſtitut. de hæred. inſtituen.

Legatum annuũ debetur ex primo teſtamento non reuocato, ſed in quibuſdam reformato per ſecundum teſtm̃. Natt. conſi. 483. & 484. ſed an ex coniecturis poſsit interpretari voluntas teſtatoris, vt ex ſecundo teſtamento cenſeatur ademptũ tale legatum, vide ibid.

Legata facta in primo teſtamento, per ſecundũ reuocantur, licèt in ſecundo nihil de primo dictũ fuerit. Guliel. de Lud. ſin. 145. l. 3. §. itẽ ſi tpe, & ibi gl. ff. ſi cui plus, q̃ per leg. Falc. vide plenè p Bar. in §. 1. inſtitut. de adẽptio. legat.

Ademptio legati facta in alia volũtate vltima, an tollat ipſo iure legatũ, vel ope exceptionis, vide Bar. in l. 14. de legat. 1.

Legatum ſolutum per teſtatorem in vita tranſit in ſpeciem donationis, & de illo non deducitur Falcidia. Bar. in l. 37. de legat. 2.

Corpus, qđ vno ſpiritu cõſiſtit ſi leget̃, & inde perierit, non debet̃ qđ ſupereſt: idẽ in domo legata deſtructa. Bar. in l. 67. de legat. 2.

Teſtator per legatum factum ſecũdo, qñ videat̃ adimere à primo, vide Bar. in l. 87. de legat. 3.

Domus ſi tota legetur vni, demum pars ſubſtãtialis alteri, qua detracta domus non remanet, in illa parte ambo legatarij concurrunt. Bar. in l. 19. ff. de vſufruct. legat.

Attributum vni dumtaxat, ab omnib. alijs remouetur. Bar. in l. 62. ff. de condi. & demonſt.

Legatum, pro quo facto teſtamento, & viuo teſtatore hęres cauit, ſi reuocetur poſtea teſtamentum, non poteſt peti ex cautione. Bar. in l. 48. ff. de iure fiſci.

Defectus cauſæ de futuro, facit legatum deficere. l. epiſtolam. ff. ad Trebell.

Si teſtator legat vſumfructum ſine vſu, ita quòd in legando adimat vſum, qui eſt de ſubſtantia legati, non tenet legatum, ſecùs ſi poſt legatum adimat ipſum vſum, quia non tenet ademptio. l. 14. §. fin. cum l. ſequen. ff. de vſu, & habitat.

Si legatum in teſtamento ſit conſultò deletum, vel cancellatum, dicitur ademptum, aliàs ſecùs, vide tot. tit. ff. de his, quæ in teſta. delen.

Si rei legatæ detrahatur, legatum minuitur, ſi adijciatur, augetur. l. 8. de legat. 1.

Poſterior volunras ſeruatur, niſi præcedens ſit derogatoria poſteriori. l. 13. eod.

Siue ademptio præcedat, ſiue ſequatur in eodẽ teſtamento perimit ipſo iure, & quod minimum eſt debetur. l. 14. de legat. 1. ſed quid, ſi in primo teſtamento dixerit teſtator, quòd non liceret pęnitere, vide glo. ibid.

Voluntas teſtatoris pbata præualet ſcripturæ, in augmento, vel diminutione legati. l. 15. de legat. 1.

Verbum, hoc amplius, inducit repetitionẽ, per quam præcedentia legata inualida confirmantur: ſecùs in dilatione, quæ fit ad dilationem concedendam hæredi. l. 19. eod.

Vniuerſitate legata, qđ ſupereſt tempore mortis debetur, licèt multa fuerint legata, & ad vnum peruenerit. l. 22. ff. eod.

Inſula, vel domus legata ſi combuſta ſit, area adhuc debetur. l. 22. in fine, de legat. 1.

Species legata perit periculo legatarij, ſi hæres non fuerit in culpa. l. 26. §. ſi centum eod.

Si res legata efficiatur mea eatenus valet legatum, quatenus mihi abeſt p eã. l. 34. §. quod ſi rem, de legat. 1.

Si domus legata particulatim reficiatur, legatũ non extinguit̃, ſecùs ſi in totum deſtruatur, & à teſtatore reficiatur. l. 68. §. ſi domus, eod. tit.

Si legatur res ex pluribus corporib. conſiſtens, ſi extinguatur, quod ibi eſt principale, perit legatum. l. 67. §. quadrigæ, de legat. 2.

Remoto legato, videtur reuocatum onus legato appoſitum. l. 37. §. fin. de legat. 3.

Finita cauſa finali legati, extinguitur legatum, niſi aliud conſtet de mente teſtatoris. l. 32. §. duas. ff. de vſufr. & vſu legat.

Fundo cum inſtrumento legato, & poſtea alienato, non debetur inſtrumentum, quod eſt acceſſorium, & non conſiſtit ſine principali, ſecùs ſi teſtator legaſſet cum copula, &, legando hoc modo, fundum, & inſtrumentū. l. 1. & ibid. gl. ff. de fundo inſtructo. vide l. 25. §. fin. eod. & l. t. ff. de penu legat.

Per ſolam ſententiam non fit reuocatio, vt legatum extinguatur. l. 6. eod.

Additū formæ primæ, legatum nō minuit. l. 15. ff. de auro, & argen. legat.

Acceſſorio extincto, non extinguitur principale. l. 34. §. fin. eod.

An incertitudo perſonæ, vel rerum, vitiet ademptionem legatorum, vel fideicommiſſorum, vide l. 11. circa finem, & ibid. gl. ff. de reb. dub.

Adempto onere vi condemnationis appoſito, emolumentum non videtur ademptum. l. 52. ff. de conditio. & demonſtratio.

Si deficiat conditio, ꝑ qua fuit interpoſita cautio mutiana, legatum debetur ei, in quem in eum caſum fuit tranſlatum. l. 66. ff. eod.

Quæ adijciuntur ad diminutionem, nō operantur augmentum. l. 7t. §. falſam, eod.

Sub conditione ademptum, ſub contraria conditione datum intelligitur. l. 103. ff. eod.

Per damnationem, qua legatarius amittit Ciuitatem, cenſetur ademptum legatum, vel fideicommiſſum. l. 12. ff. de iure fiſci.

Extincta perſona primò legata, remanet legatum in acceſſorio, quando fit legatum cum disiunctione cum, ſecùs in rebus, in quibus deficiente principali legato, deficit acceſſorium. §. ſi quis ancillas, inſtit. de legat.

De caducis.

Legatum factum pro vxoranda puella, ſi illa moriatẽ, antequã viro tradatur, cuius erit, & an efficiatur caducum, vide Fran. Marc. q. 856. & q. 857.

Legatarius iuſſus aliquid facere ſub pœna caducitatis, legatum caducum remanere debet penes hæredem, niſi legatarius haberet collegatarium. Paul. Aemil. deciſ. 125. par. 2.

Legatum quando habetur pro non ſcripto, ſeu caduco, licèt remaneat penes hæredem ſine onere, tamen illud nō procedit in legatis ad pias cauſas: idem in fideicommiſſo. Vincen. de Fran. deciſ. t59.

Legatario mortuo non purificata conditione, legatum efficitur caducum, & remanet apud eum, à quo relictum eſt. Dec. conſi. 417.

Licèt deficiat onus legato iniunctum, legatum non deficit. l. 37. ff. de conditio. & demonſtr.

Legatum ſi fuerit datū duobus in eadem oratione coniunctim, vno moriente viuente teſtatore, totum legatum ſpectat ad ſuprauiuentem. Dec. conſi. 662.

Legatum nō remanet apud nudum executorẽ, ſiue deficiat de iure, ſiue de facto. Bart. in l. 3. nu. 5. ff. de aliment. & cibar. legat.

Legatum factum filiæ eſt purū, ideò ſtatim mortuo teſtatore peti poteſt, & tranſmittitur ad hæredes filiæ. Abb. conſi. 92. lib. 2.

Licèt legatario mortuo viuo teſtatore extinguatur legatum, hoc tamen nō procedit; qñ vni legatur proprietas, & alteri vſusfructus: quia tunc mortuo legatario vſusfructus, ille conſolidatur cum proprietate, & nihil apud hęredẽ teſtatoris remanet. l. 40. ff. de vſufruſr.

Si iam mortuo quid relinquatur, tale qd accreſcit alijs. l. 20. ff. de hæred. inſtituen.

Legata pro non ſcriptis, non valent etiam in codicillis. l. 6. §. fin. ff. de iure codicillo.

Legata ab eo, quẽ qs putat inſolidū ſucceſſurū, ſi aliquis cum eo ſuccedat, in partem, non in totū debenẽ: fallit ĩ libertate. l. 11. & 12. ff. eo.

Legata in codicillis à duobus inſtitutis relicta vni, vno eorum mortuo, pro eius parte tantùm ſunt legata inualida. l. 14. §. fin. ff. eod.

Legata caduca remanent apud hæredem cum onere ſuo. l. 29. eo. & l. 9. ff. de vſu, & vſufr. lega.

Clauſula codicillaris operatẽ, ꝙ caducata inſtitutione ꝑ mortẽ inſtituti, habeat locū ſubſtitutio facta, ſi ſine liberis deceſſerit: idem in clauſula illa appoſita in teſtamẽto, vt valeat omni meliori modo. Vinc. de Fran. deci. 159.

Hæres inſtitutus mortuus viuo teſtatore, teſtamentum reddit caducum, tamen tunc legata poſſunt deberi, & peti virtute clauſulæ codicillaris. Dec. conſ. 240.

Teſtamẽtum caducum morte inſtituti hæredis ante teſtatorem efficitur, ſi tñ in eo inſit codicillaris clauſula ſecùs erit. Hippo. ſing. 544.

An, & qñ ex caducitate vnius ſubſtitutionis, inferat ad aliá, vide Mago. deciſ. 134. Rot. Flor.

Conditione mixta deficiente, corruit diſpoſitio, & ſubſtitutio efficitur caduca, vide tamẽ Mago. deciſ. 144. Rot. Flor.

Conditio, ſi ſine liberis, an verificetur ſtatim hęrede facto Sacerdote, adeò qđ vocatus decedens adhuc viuo hrẽde Sacerdote, trãſmittat ius ſubſtitutionis ad ſuos hrẽdes, vide Papon. li. 20. tit. 3. arreſt. 1. in qua qōne fuit pro, & cōtrà iudicatū, vt ibidem teſtatur idem Papon.

Subſtitutio nō efficiẽ caduca ꝑ mortem primi ſubſtituti, cui ſecūdus fuerat ſubſtitutus, ideò pręmoriẽte dicto primo ſubſtituto, ſecūdus

loco

loco illius ſuccedit hæredi grauatò, ac ſi illi eſſet ſubſtitutus. Papon.lib.20.tit.3.arreſt.2. vide Menoch.conſi.106.nu.374.vol.2.

Subſtitutio, quæ efficitur caduca, non poteſt aliam ſubſtitutionem vtilem facere, quia ſecundò ſubſtitutus non venit ex perſona primi ſubſtituti, ſed ex ſua pſona. Dec.conſ.427.

Quando ex ſubſtitutione vocant̃ duæ perſonæ, quarũ altera pendente conditione moritur relictis filijs, tunc eius portio efficit̃ caduca, & accreſcit perſonæ viuenti, nec hoc caſu filij ſubintrant locum parentis, ſicut ſubintrarent in ſucceſsione legali. Dec. cõſi.480.n.8.

Inter coniunctos re, & verbis, non habet locum materia caduci, quia vno præmoriente (etiã ante conditionis euentum) portio præmorientis peruenit ad alium ſibi coniunctum. Guid.Pap.ſing.778.vide tit. de coniunctis.

Caduca quando fiat ſubſtitutio, vide Boer. deciſ.38. & 354.

Licèt fideicommiſſum relictum ſub cõditione ex coniecturis tranſmittatur, hoc tamen debet intelligi, ſi fideicommiſſarius poſt mortem teſtatoris pendente adhuc cõnditione deceſſerit, nam ſi moriatur viuo adhuc teſtatore, nullo modo illum ſpem fideicommiſsi tranſmiſiſſe dicendum eſt. Fran.Mant.de cõiect.vltim.volunt.lib.10.tit.20.nu.29.

Morte grauati non extinguitur fideicõmiſſum. l.33.§.quod legatario, de legat.2.

Opinio vehemens, & coniectura facit cõditionem nõdum impletam, pro impleta haberi, vt in ſubſtitutione facta eo caſu, quo maſculus non naſcat̃, nã ſi vehementi coniectura appareat fęminam, non marem naſcituram, ſubſtitutus, ſeu fideicommiſſarius decedens ante natiuitatẽ fœminæ, tranſmittit ius ſubſtitutionis ad ſuos hęredes, qa poteſt adire, fœmina adhuc non nata. Hippol.ſing.205.

Ius ſubſtitutionis, & fideicommiſsi cõditionalis pendente conditione, ad hęredes regulariter non tranſmittit̃. l.47.ff. de vulgari.& l.8. ff.de acq.hęred. vide infra tit. de ſubſtitutionibus in genere. titu. de fideicom.ſubſtitu.& ſupra tit.de his, qui ante apert.tabul.

Quando fideicommiſſum deficit, legatum remanet penes legatarium, niſi ſit nudus miniſter.l.17.de legat.2.& l.38. & l.62.eod.

De lege Falcidia.

HAeres circa inuentarij cõfectionem doloſè verſatus, nõ fideliter deſcribẽdo res hęreditarias, Falcidia, & Trebellianica priuat̃. Ozaſ.deciſ.147. Rebuff. in ſuis comment. Tom.2.tract. ne benefi.cadu.cuſtod. glo.4.nu.7. fol.533.

Caſſan.in conſuetud.Burg.tit.*des droičts* Rub 4.§.21.glo.2.nu.5.Bar.in §.ſi verò, nu.ſi. Auth. de hęred.& Falcid.

Hęres, qui negat rem fuiſſe in bonis defuncti, in illa re non detrahit Falcidiam: & conficiens inuentarium, ſi omittat vnam rem, perdit in totum Falcidiam, & beneficium inuentarij. Bar.in l.6.ff.de his, quib. vt indig. lega.aufer.

Falcidia an debeat̃ ex legato dotis, vide Boer. deciſ.94.quòd non debeatur in legato dotis facto filiæ ſcribit Natt.conſi.297.nu.9.

An legata purè relicta fideicommiſſo cõditionali pẽdente, ſolida pręſtanda ſint abſq; detractione Falcidię, vide Andr. Gail. obſer. 137.nu.18. lib.2.

Falcidia prohiberi poteſt à teſtatore.idẽ Gail. obſer.138.n.17.eod.lib.Crau.conſ.174.Clar. in ſua Pract.§.teſtm̃.q.73. & qñ cenſeat̃ prohibita, vide Fran.Mant.de coniect.vlti. volunt. libr.9.tit.13. Menoch.conſi. 374. Caſtren.in Auth.ſed cùm teſtator.C.ad leg.Falcid.

Teſtator ſi mandauerit hęredi, ꝙ legata ſolueret, ſine aliqua diminutione, cenſetur prohibere detractionem quartæ Falcidię. Crau.d. conſi.174.& Menoch.conſi.374.lib.4.

Falcidia ceſſat, re à teſtatore prohibita alienari.Natt.conſi.238. Tom.2. & etiam in multis alijs caſibus, de quibus in glo.in §.fin. Auth. vt ſponſalitia largitas.

Falcidia non videtur prohibita, quando teſtator legauit totum, integrum, & plenũ vſumfructum. Hiero.de Monte vaira. iuris qõ.q.1.

Legatarius primus non detrahit quartam à ſecundo. vide Vinc.de Fran.deciſ.293. part.2.

Falcidia ceſſat in legatis ad pias cauſas: idẽ in legato iocaliũ, veſtiũ, & annulorũ facto vxori.ibid.num.7.facit l.36.C. de Epiſco.audien.

Hęres non conficiens inuentarium amittit Falcidiam. Andr. Gail. obſer.138.& tenetur ad ſolida legata.Bar.cõſi.51. ꝙ limita, Primò qñ legatarij confeſsi eſſent tot ſolummodo bona eſſe in hęreditate, quę ad creditores, & legatarios non ſufficerent: Secundò, quando teſtator feciſſet legatum taxandum arbitrio boni viri: Tertiò limita de iure Canonico in foro conſcientię: Quartò limita in fiſco hęrede inſtituto, qui non patitur pœnas ſtatutas contra non conficientem inuentarium. Math.Matheſ.ſing.156.in additio.

Falcidia nõ debetur de legatis ad pias cauſas. Mago.deciſ.130.Rot.Flor.ſed bene de legato facto à filio patri, vel contrà, quid de legato facto matri, vel Monacho, vide Fran.Crem. ſing.9.& Marc.de Mant.ſing.684.

Vbi alio iure hęres quartam detrahit ceſſat Falcidia, ne detrahantur duæ quartę.l.1.§. pen. ff.ſi cui plus, quàm per legem Falcid.

Perempta re legata apud legatarium ei ſuccurritur, etiam ſi cautionem præſtiterit, niſi dolus interuenerit. §. fin. ibid.
In teſtamento militis ceſſat Falcidia l. 12. C. de teſtamento militari. l. 18. §. fina. ff. eodem, hoc verum, ſi miles iure militari teſtatus fuerit, ſecùs ſi iure communi. l. 17. §. pater. ff. de caſtren. pecul.
Legatarius, vel fideicommiſſarius ſingularis rogatus alteri reſtituere, nõ deducit Falcidiã. l. 41. §. qđ ſi hæredem verſ. ideò. ff de vulgari.
Veniens ab inteſtato per titu. ſi quis omiſſa cã, vel virtute clauſulę codicillaris, poteſt detrahere Falcidiam. Guid Pap. q. 53. nu. fin.
Per edictum ſi quis omiſſa cauſa teſtamenti, petuntur legata, ſalua Falcidia. l. 18. §. fin. ff. ſi quis omiſſa cauſa.
Teſtator pôt prohibere detractionẽ Falcidiæ, ſed quare fuerit inducta, & qñ Falcidia eſt prohibita teſtamentum valet, & ſi hæres non adiuerit hęreditatẽ, Trebellianica tamẽ detrahitur contra voluntatem teſtatoris. Bart. in l. nemo poteſt 58. de legat. 1.
Quando legatarius detrahat Falcidiam, vide eũdem in §. his igitur, Auth de hęred. & Falc. & de materia, in §. nobis, eod. tit.
Hæres cõficiens inuentarium, an poſsit vti Falcidia aduerſus creditores, vide Barto. in §. ſi enim, Auth. de hæred. & Falcid.
Hæres, qui ſolemniter fecit inuentarium, vltra vires hęreditatis non tenetur, & Falcidia vtitur l. fin. §. & ſi præfatam, & §. ſinautem. C. de iure deliberand. ſed qui inuentarium ſolemniter non confecit Falcidiam non detrahit. d. l. fin §. fin verò.
Quæ imputentur in Falcidiam, vide DD. in l. filium, quem. C. famil. ercif
An fructus computentur in Falcidiam, vide gl. in l. 8. §. vnde ſi quis. ff de inoffi. teſtam.
Datum hæredi cauſa conditionis implendæ, ſi erat hæreditarium, computatur iu Falcidiã, aliàs ſecùs. l. 36. §. certè. ff. de donatio. cauſa mortis.
Falcidię appellatione etiam Trebellianica cõtinetur Ozaſ. decif. 147. n. 11. ſed Falcidia, & Trebellianica an æquiparentur, vt vbi ceſſat Falcidia, & Trebellianica ceſſet, vide ibid.
Falcidia detrahitur de legato vſusfructus omnium bonorum. And. Gail. obſer. 143. num. 5. libr 2 Natt. conſi. 297. nume. 6. vide Hiero. de Monte. quæſt. 2.
Falcidia locum habet in omnibus donationib. quæ morte confirmantur. Fran. Mant. de con iect. vlti. volunt. lib. 1. tit. 13. nu. 2.
De Falcidia, & de coniecturis, quæ ad eam pertinent, vide per eundem lib 9 tit. 13.
De origine legis Falcidiæ, & quæ iura circa eã fuerunt edita, vide plenè per Menoch. cõſi. 374. lib. 4.
Legatum alimentorum ad vitam relictum, & legatum vſusfructus ſubijciuntur Falcidiæ, & reputantur aſcendere ad quãtitatem, de qua vide per Bar. ſing. 95.
Trebellianica, & Falcidia inuẽtæ, ne teſtatores ſine hędibus moriantur. Marc. de Mant. ſin. fin.
Si dubitetur, an Falcidiæ locus ſit, legatarij debent cauere hæredi de reſtituendo, quotieſcunque locus erit Falcidiæ. l. 1. ff. ſi cui plus, quàm per legem Falcid.
Cauſa cognita Falcidia locum habet, vel propter legatorum onus, vel æris alieni. d. l. 1. §. ſed cauſa, & hæres volens eam detrahere, debet inuentarium præſentare. Rot. Genuen. decit 173. nu. 9.
Quando hæres allegat locum eſſe Falcidiæ, arbiter ſolet à Iudice dari ad inquirendã quantitatem bonorum, & computatio bonorum facta inter aliquos, nõ nocet alijs legatarijs, niſi omnes ſint citati. d. l. 1. § condicitur.
Cautio, quæ propter legem Falcidiam præſtaſ, fideiuſſorem deſiderat. l. 3. §. hæc cautio. ff. ſi cui plus, quã n per legem Falcid.
Legata particularia in computatione legis Falcidiæ, cõtribuuntur cum fideicommiſſo vniuerſali. l. qui quadringẽta, cũ l. ſeq. ff. ad Treb.
Falcidia poteſt retineri in vna re. arg §. res. l. Marcellus. ff. eod.
Si hæres adiuerit coactus, fideicõmiſſarius detrahit Falcidiã de relictis ab hærede, non de relictis à ſe ipſo. l. facta. §. ſi cũ ſuſpecta. ff. eo.
Vxor inſtituta à viro in ratione Falcidiæ, dotẽ (vt æs alienũ) poteſt deducere. l. vnica. §. igitur. C. de rei vxor. act.
Donatio inter viuos per maritum vxori collata, & in eius teſtamento confirmata, non valet in pręiudicium legis Falcidiæ. l. 14. C. de donatio. int. vir & vxor.
Falcidia detrahitur de donatione cauſa mortis. l. 2 & ibi glo. C. de donatio. cauſa morte & l. 42. eod.
Promiſsio facta per errorem præiudicat hæredi promittenti ratione Falcidiæ. l. 10. ff. de donatio. tamen ſi ſoluantur legata errore facti, & demum poſt ſolutionem ſit locus Falcidiæ, ſolutum vltra illius modum, repetitur. l. 1 §. hæc ſtipulatio. ff. ſi cui plus, quàm per leg. Falcid.
De legatis relictis à ſubſtituto, deducitur Falcidia, ſi ſubſtitutus non erat cohęres impuberi. l. 41 §. cohęres ff. de vulgari, quia tunc legata in ſecundis tabulis relicta, cõtribuuntur cum relictis à ſubſtituto. ibid.
Falcidia ipſo iure reſecat legata. l. 1. §. ſi quis ex mortis. ff. quorum legatorum.

De

De ſubſtitutionibus in genere.

DE ſubſtitutione facta in contractu donationis; & an ſit valida, vide per Ozaſ. deciſ. 85. (vbi tenet affirmatiuã) Raud. tract. de analog. cap. 30. nu. 6. facit l. 1. C. de donatio. cauſ. mort. & ꝑcedit, ſi ſubſtitutus ſibi dari ſtipulatus fuerit à donatario. l. 10. ff. de donatio. cau. mor.

An talis ſubſtitutio debeat intelligi vulgaris, vel fideicommiſſaria, vide Menoch. conſi. 85. vol. 1. & conſi 325. lib. 4.

Subſtitutio facta in cõtractu valet. Nat. cõſ. 676.

Etiam in contractibus, & donationibus poteſt fieri ſubſtitutio, & tunc ex tali ſubſtitutione, acquiritur vtilis actio abſenti, & licèt reuocetur donatio quo ad primum donatarium, non tamen cenſetur reuocata quo ad ſubſtitutum, in cuius præiudicium non poteſt reuocari, & ex tali ſubſtitutione acquiritur etiam ius ſine traditione, & liberis naſcituris tunc ius acquiri poteſt. Craue conſi. 19. num 9. ſed quid, ſi ex conſenſu vtriuſque donantis, & donatarij fuerit reuocata ſubſtitutio, vide ibidem num. 11.

Hæredibus, legatarijs, & donatarijs cauſa mortis poteſt ſubſtitui. l. 51. de legat. 2.

Subſtitutio vulgaris, & fideicommiſſaria quando vnitæ ſunt, altera alterius naturam aſſumit. Ozaſ. deciſ. 110. nu. 4. & 12.

Subſtitutio facta vltimo morienti in tota hæreditate, facit videri hęredes tacitè inuicem ſubſtitutos. ibid. nu. 2. limita, vt ibi nu. 13. facit l. 84. §. Seia liberis, de legat. 2.

Inſtituti cenſentur magis dilecti, quàm ſubſtituti. ibid. nu 6. limita, vt in num. 14. non enim eſt veriſimile teſtatorem plus diligere ſubſtitutum, quàm primo loco inſtitutum. l. 36. §. Titia. ff. de verbo. oblig.

Subſtitutio vulgaris, & fideicommiſſaria ſunt repugnantes, cùm requirat fideicommiſſaria hęreditatis aditionẽ, & expiret vulgaris per ipſam aditionem. Craue. conſi. 210.

Subſtitutio ſolùm facta vulgariter, & pupillariter, continere poteſt fideicõmiſſariam, quan do verba ſunt contraria effectui, quia magis inſpicitur effectus ſubſtitutionum, quàm ſonus verborum. Crau. conſi 305. quo caſu verbum vulgariter cenſetur abuſiuè poſitum, & per ignorantiam Notarij. Craue. ibid. num. 3. idem dici poteſt aliquando in verbo pupillariter, & ꝑ fideicõmiſſum. Dec. cõſ. 394. n. 8.

Licèt ſubſtitutio facta adinuicem de pluribus filijs inſtitutis, non comprehendat fideicommiſſariam, quando facta ſimpliciter reperitur; tamen ceſſat omne dubium, qñ ſit talis ſubſtitutio, his verbis, vulgariter, pupillariter, & per fideicommiſſum. Dec. conſi. 86.

Subſtitutio vulgaris, pupillaris, & fideicommiſſaria ſi concurrant, eſt in electione eius, in quem collatę ſunt, vti qua velit. Guid. Pap. q. 532. Bart. in l. 10. ff de vſufruct. legat. Natt. conſ. 395. facit l. recognoſcere. §. Titius ff. ad Treb. ſed vna electa nõ datur variatio. Marc. de Mant. ſing. 546.

Subſtitutio compendioſa facta per verbum cõmune, ſubſtituo quandocunq; deceſſerit, cũ diſtinctione temporis, ſi fiat pupillo in poteſtate pupillarem, & vulgarem continet: itẽ & fideicõmiſſariam, poſt pubertatem; ſi verò fiat extraneo, vel pubeti, continet vulgarem, & fideicommiſſariam. Marc q. 171. nu. 3. idem qñ eſſet adiecta illa conditio, ſi ſine liberis deceſſerit, q̃ denotat tractum tpis. ibi nu 4.

Subſtitutio facta per hęc verba, deueniet pleno iure, vulgariter, pupillariter, & compendioſè, ſubſtitutionem vulgarem directam inducit. ibid. nu. 4.

Subſtitutũ vulgariter, & pupillariter antequã admittatur oportet probare, quòd præcedẽtes in gradu deceſſerint, & quòd ſit locus ſubſtitutioni. Fran. Marc. q. 445. par. 2.

Clauſula vulgariter, pupillariter, & per fideicõmiſſum, videtur ſcripta ex ſtylo Notarij, ſ. & quando hoc procedat, vide Franci. Mant. de coniect. vlti. volunt. lib. 3. tit. 14.

Subſtitutio intelligitur magis directa, quàm fideicommiſſaria, vide eundem ibid. lib. 5. ti. 1.

Conditio, ſi grauatus deceſſerit ſine liberis, qñ tacitè intelligatur, vide eundem lib. 10. tit. 7. & èconträ ibid tit 8 & non ſubintelligitur in directa ſubſtitutione militari. Mant. ibid.

Subſtitutus præfertur collegatario coniuncto, vbi portio alterius collegatarij deficit. Natt. conſi. 306.

Vulgaris ſubſtitutio poteſt cõiungi cum fideicommiſſaria hoc modo, & caſu, quo primi ſubſtituti non eſſent in vita tempore mortis hęredis vniuerſalis grauati, & decedentis ſine liberis, incontinenti, & poſt deceſſum dicti ſubſtituti, ſubſtituo meo hæredi loco primi ſubſtituti, hoſpitale. vide Papon. lib. 20. tit. 3. arreſt. 29.

Mater cùm non habeat filium in poteſtate, non poteſt illi etiã impuberi directò vulgariter, vel pupillariter ſubſtituere, ſed ſi ſubſtituat hoc modo, talis ſubſtitutio omni tempore erit fideicommiſſaria, & ex illa poſſunt detrahi legitima, & Trebellianica. Papon. lib. 20. tit 3. arreſt 32.

Vno tamen caſu mater poteſt filio ſuo impuberi directò ſubſtituere, nempe, ſi dicat inſtituo filium meum hęredem, cùm peruenerit

ad ętatem

ad ætatem annorum 14. in maſcnlo, & in fœmina 12. cũ dimidio, & ſi ante tale tẽpus deceſſerit, inſtituo, & ſubſtituo Sempronium, tunc enim hæc ſubſtitutio valebit iure directo. vide eundem Papon. d. arreſt. 32.

Subſtitutiones in Regno Franciæ ex conſtitutione Regia, debẽnt inſinuari, aliás non valent, etiam impetrato reſcripto à Rege. Papon. ibid. arreſt. 34.

Illa clauſula ſolita apponi, ſubſtituit vulgariter, pnpillariter, & per fideicommiſſum, habet locum, & reſoluitur caſu, quo vulgaris, pupillaris, vel fideicõmiſſaria potuiſſent habere locum, ita quòd ſubiecta materia hoc pateretur, & non aliter. Dec. conſi. 394. nu. 8.

Pupillaris ſubſtitutio dicitur facta in ſecũdum gradum, vulgaris in primum; ſed quæ ſit ratio, vide Marc. de Mant. ſing. 202.

Fideicommiſſarius præfertur ſubſtituto vulgariter. l. facta. §. Iulianus. ff. ad Trebel.

Pia cauſa ſubſtitutum, etiam ex decendentibns (dummodo non agatnr de legitima) ex præſumpta volnntate defuncti teſtatoris, dicitur excludere Oza. deciſ. 110. nu. fin.

Eccleſia ſubſtituta alicui, ſi deceſſerit ſine filijs, non excludit nepotes, q faciunt ceſſare ſnbſtitutionem. Dec. conſi 391.

Teſtator inſtituit Lucium nepotem ſnũ in certa parte adiecto. q quandocunque decederet bona ſibi aſsignata peruenirent ad Titiũ, & Seium fratres ipſius Lucij, & ipſis Titio, & Seio decedentibus, & eorum quolibet quandocnnqne bona ad pium locum deuenirent, quib. Titio, & Scio dictum pium locum vulgariter, & per fideicommiſſum ſubſtituit, Seius moritur relictis duobus filijs, deinde deceſsit Titius ſine filijs ſuperſtite Lucio primo hærede, q poſtea ſine filijs deceſsit quærebatur, an pius locus eſſet admittẽdus excluſis filijs Seij, fuit reſponſum per Dec. cõſ. 416. affirmatiuè.

Quælibet ſubſtitutio directa poteſt fieri in legitima. Bar. in l. 22. nu. 11. ff. de adoptio.

Teſtator duobus filijs impnberibns inſtitutis, ſi dicat, ſi vterqne deceſſerit ſine liberis, ſubſtituo pauperes Chriſti, quæ ſubſtitutio dicatur, an compendioſa, an verò directa, vide Bar. ibid. nu. 27.

Subſtitutione facta, ſi filius meus deceſſerit in pupillari ætate, vel poſtea quandocunq; voſo, quòd bona mea vendantnr per meos fideicommiſſarios, & dentur pauperibns, talis ſubſtitutio erit directa. Barto. in l. 38. ff. de vſufruct. legat.

Subſtitutio directa facta in omnibus bonis, excludit matrem. Bart. conſi. 56. vol. 1. fauore piæ cauſæ. idem Bar. conſi. 245.

Verbum, ſine hęredibus, poſitum in ſubſtitutione, intelligitur de filijs. Afflic. deci. 14. in fine, & deſcendentibus. Boer. deciſ. 354. num. 13. circa med. Guid. Pap. q. 457. & non extendit ad extraneos. idẽ qõ. 485. 591. Boer. deci. 353.

In ſubſtitutione facta, ſi hæres deceſſerit ſine hæredibus, quando cenſeantur etiam vocati extranei hæredes, vide Dec. conſi. 295.

Appellatione hæredum ſuorum veniũt ſolummodo ſui hęredes deſcendentes, quando teſtator aliquem inſtituit, & ſibi ſuos hæredes ſubſtituit. Guid. Pap. q. 306.

Subſtitutio facta filio ſub hac cõditione, ſi moreretur ſine hærede legitimo, excludit patrẽ, auum, fratrem, & cæteros hæredes legitimos ipſius inſtituti, qa hoc caſu hæres legitimus accipitur pro filio. Guid. q. 457.

Teſtator vxori inſtitutæ ſubſtituens, ſi ſine liberis decedat, intelligitur loqui de liberis ex ſeipſo natis, ideò filij ex ſecundo marito ipſius vxoris, nõ intelliguntur vocati. Boer. deciſio. 276.

Teſtator ſi inſtituto filio ſubſtituat, quòd ſi deceſſerit ſine filijs bona deueniãt ad Titinm, & eius hęredes, an hęredes Titij extranei admittantur, vide Bar. in l. Gallus. §. etiam ſi parente. ff. de liberis, & poſthumis.

Nepotes vná cum patruo ſubſtituti, an ſuccedant in ſtirpes, vel in capita, Afflic. deci. 309.

Teſtator ſi filio ſuo impuberi ſubſtituerit pupillariter Caium fratrem ſuum, nec non Titium, & Meuium filios alterius fratris, omnes ſuccedent in capita. Capi. deci. 208. nu 3. ſed ſucceſsio an fiat in capita, vel in ſtirpes inter nepotes vocatos nnmero diſpares, vide Magon. deciſ. 144. Rot. Floren.

Quando pater inſtituit, & ſnbſtituit filios diuerſarum vxorum vno decedente, omnes admittuntur non inſpecta dnplicitate vinculi, quod limita per Crau. conſi. 43.

Si fiat ſubſtitutio hoc modo, ſubſtitno filiam, & ſuos ex hac ſubſtitutione tres oriunt quæſtiones: Prima qui veniãt appellatione ſnorum, in qna fuit reſpõſum venire omnes deſcendentes ordine ſucceſsino, ſed his deficientibus, an veniant omnes ſuccedentes ab inteſtato ſeruata gradus prærogatiua quæſtio eſt inter Doctores, vide Crau. cõſi. 22. & ſupra tit. de hæred. extra. inſtit.

Secnnda erit quæſtio, an ſui dicãtur vocati vna cum filia ſubſtituta ſimnl, vel ordine ſucceſſiuo, & fuit reſponſum cenſeri vocatos ordine ſucceſſiuo etiam eo caſu, quo non adeſt neceſsitas inſtituendi. Craue. d. conſ. 22. vide eundem conſi. 131. & Math. Matheſ. ſing. 156. qui tenet cõtrarium, quòd facta ſubſtitutione de patre, & liberis, ipſi liberi cenſeantur

ſubſtituti

ſubſtituti ordine ſucceſsiuo, nempe primò admittendus ſit pater inſolidum, & poſtea filij,ſcribit Menoch.conſi.44.vol.1. ſed quando plures ſunt ſubſtituti, an cenſeantur vocati ſimul,& ſemel,vel ordine ſucceſsiuo, vide Clar.in § teſtamentum.q.80.Dec.cōſ.248.

Tertia eſt quæſtio dato, q admittantur ordine ſucceſsiuo, an talis ſubſtitutio cenſeatur vulgaris, vel fideicommiſſaria, & fuit reſponſum eſſe fideicommiſſariam, quãdo in ea adſunt verba denotantia tractum temporis in futurum, ex qua filij ſecundo loco ſubſtituti cenſentur vocati ad bona, quæ propterea illis ſunt ſeruanda per patrem. Crau.d. conſi. 22.vide & conſi.131.Menoch.d.conſ.44. lib. 1.& 310.li.4.Raud.tract.de analog.c.12.n.6. & Dec. conſil. 205. conſil. 319. nume. 6. & Bero. quæſt. 104.

Subſtitutio facta de filiabus, vel earum liberis, intelligitur ordine ſucceſsiuo. Craue.conſi. 147.nu. fin.

Quando per fideicommiſſum filij, puta Titij,& deſcendentes eius ordine ſucceſsiuo vocantur, proximior in gradu cenſetur vocatus, nec nepos,ſeu filius hoc in caſu ſubintrat locum patris. Dec. conſil. 1.408. & 412. vide Menoch.conſi. 200.lib.2.ſed quãdo loco patris nepos admittatur,vide Dec.conſi.79.Menoch.conſi. 124.lib.2.& conſi.354.lib.4.

Duobus in caſib. filius ſubintrat locum patris in fideicommiſsis. Dec.cōſi.217. regulariter ſecùs. Rol.conſi.38.vol.4.

Quando teſtator ſubſtituit hæredi matrem aliquam, ſeu eius filios vulgariter, & per fideicommiſſum, mater primo loco admittitur, & ipſi matri cenſentur filij ſubſtituti. Dec.conſi. 95.

Quando quis ſubſtituit Titium, & eius liberos, an veniant liberi ſimul cum Titio patre, vel ordine ſucceſsiuo,& an iſta verba,ordine ſucceſsiuo, intelligantur per vulgarem, vel per fideicōmiſſariam ſubſtitutionem, vide Dec. cōſi.205.236.248.253.& 292.Bar.in l.Gallus, §.quidam rectè,nu.3.& 7.ff.de libe. & poſth.

Licèt communis opinio ſit, quòd quando non cadit neceſsitas inſtituendi, filij nō cẽſeanẽ vocati ordine ſucceſsiuo, ſed ſimul cum patre debeant admitti,tamen communis limitatur,quãdo teſtator inſtituit fratrem,& eius liberos, quia tunc ordine ſucceſsiuo ſolùm cenſentur vocati per vulgarem ſubſtitutionem.Dec.conſi.248.

Per nepotis mortem, an vocetur patruus ſubſtitutionis virtute,an verò potius eius mater ab inteſtato admittatur,vide Dec.conſi.384.

Teſtator qñ inſtituit nominatim filios, & eorũ filios in ſtirpes, filij filiorum propriè intelliguntur ſubſtituti eorũ patrib. Dec.conſ.384.

Teſtator ſi ſubſtituat Titium, eius filios, & hæredes,quomodo ſit intelligenda hæc ſubſtitutio,vide Bart.in l.Gallus.§.etiam,num.6.ff. de liberis, & poſthum.

Subſtitutio facta his verbis,filios meos maſculos Titium,& Seium hæredes vniuerſales inſtituo, & poſt eos,quoſcunque filios maſculos,adita hæreditate per hæredes, reſoluitur in fideicommiſſariam. Dec.conſi.431.

Subſtitutus prędecedens non tranſmittit ad hęredem ſpem cuiuſuis ſubſtitutionis, niſi hæres ille veniret ex iuditio teſtatoris. Capic. deciſ.115.nu.6.Crau.conſi.67.Natt.cōſi.191. Guid.Pap.q.162.nu.fin. Boer.deciſ.38.nu.22. & deciſ.88. Marc.q.78.par.2. Mago.deci.Luc. 82.nu.11. Papon. lib.20.tit.3.arreſt.33. Boer. conſi.136. Crau.conſ.152.l.80.ff.de acqu.hęred.ratio, quia reſpicit perſonam.l. 9. ff. de ſuis,& legit. hęredi. vide tamen Boer. deciſ. 354.nu.12.& 13.Pet.de Benint.deciſ.88.Dec. conſi.573.Bar.conſi.112.vol.2.glo.in l.vnica. C.de his,qui ante apert.tabul.

Spes,ſeu ius ſubſtitutionis non tranſmittitur ad hæredes regulariter. Boer.conſi.36.Crauet. conſi.36. Dec.conſi.480.nu.8. & 574.Rolan. conſi. 38.vol.3. vide Menoch. conſi.105.vol. 1.& Natt.conſi.551.

Limita primò, quando eſſet facta ſubſtitutio in contractibus, in quibus locus eſt tranſmiſſioni iuris conditionalis.Menoch.conſi.325. nu.53.lib.4.

Secundò limita, quando ſubſtitutus erat etiam inſtitutus, quia tũc per ius accreſcendi trãſmittitur. Boer.conſi.36. vide Natt.conſi.68. Tom.1.Bart.in l.qui patri hæres.ff.de acquir. hæred.faciunt l.1.cum glo. C.de caduc.toll. & l.59.ff.de acquir.hæred.Crau.conſi.258.

Tertiò limita, quando etiam hæredes eſſent vocati.Boer.d.conſi.36.num.2.vide Dec. conſi. 477. Menoch.conſi.325.nu.53. & 58.lib.4.

Quartò limita, ſi teſtator inſtituiſſet Caium, & Sempronium hæredes, facta ſpeciali aſsignatione bonorum,& caſu,quo Caius deceſſiſſet ſine liberis maſculis,ſubſtituiſſet Seiũ, & eius liberos, & caſu, quo Sempronius deceſsiſſet ſine liberis, ſubſtituiſſet d.d.Caium, & Seium: deinde viuo teſtatore deceſſerit Caius relicto vno filio, & Sempronius ſine liberis, mortuo teſtatore, quærebaẽ an filius Caij cenſeretur vocatus, Crauet. conſi.62. Reſpõdit cenſeri vocatum loco patris,& per conſequens tranſmitti hoc caſu ius ſubſtitutionis ex coniecturis,de quibus ibid.

Quintò,quando filius primi ſubſtituti defuncti ante hæredem ſubrogetur loco ipſius, adeò quòd ſit locus ſubſtitutioni mortuo hærede

poſt

poſt primum ſubſtitutum, vt filius ipſius admittatur ad ſubſtitutionẽ, vide Crau.cõſ.283

Sextò ſubſtitutionis pupillaris ſpes ex præſumpta voluntate defuncti, tranſire poteſt ad hæredes. Bar.in l.47.ff. de vulgari.

Subſtituto repudiante, bona remanent apud hæredem grauatum, & pœna appoſita non implenti voluntatem teſtatoris, remitti poteſt per eos, in quorum fauorem erat implendum. Crau.conſi.80.nu.29.& 91.

Teſtamentum impugnans, non poteſt ex eo aliquod ius prętendere; ſed an dicens teſtamẽtum nullum, annullet ſubſtitutionem, vide Boer.deciſ.147.nu.18.19. & 20.

Filio hæreditatẽ repudiante, cui datus eſt ſubſtitutus, pater ſuperſtes ad hæreditatem admittitur, excluſo ſubſtituto. Bart.in l.8.C.de bonis, quæ liberis.

Subſtitutus ſi extraneus eſt, & hæres repudiauerit, ſi poſtea reſtituatur, ſubſtitutio reaſſumit vires, & titulus, ſi quis omiſſa cauſa, habet locum in ſubſtitutione pupillari; nõ in vulgari. Bar.in l.8.§.ſed quod.ff.de mino.25.ann.

Tutor ob tutelam non adminiſtratam, non repellitur ab hæreditate ſibi ex ſubſtitutione delata. Bart.q.18. ſicut repellitur à legato.l. 39.ff.de excuſatio. tuto.

Subſtitutus pupillo ob nõ petitum tutorẽ, non priuatur à ſubſtitutione fideicõmiſſaria, ſed à pupillari excluditur, ſi non petijt intra annum, niſi excuſetur ex aliqua iuſta cauſa. Bar. q. 18. nu. 7.

Defertur bonorum poſſeſſio ſecũdum tabulas primo gradu ſcriptis hæredib. mox illis non petentibus, ſequentibus non ſolùm ſubſtitutis, verùm ſubſtituti quoque ſubſtitutis.l.2.§. defertur.ff.ad Carbonia.

Repudians hęreditatem dolo ſubſtituti, contra ſubſtitutum agit de dolo.l.7. C.de dolo mal.

Minore repudiante, hæreditas defertur ſubſtituto: neque aduerſus repudiationem reſtituitur minor, niſi re integra extante.L.25.§. Sceuola.ff.de mino.25.ann.

Inſtitutus, qui adit ab inteſtato, videtur repudiare ex teſtamento, & facit locum ſubſtituto.l.60.ff.de acquir.hæred.

Sequens in gradu non admittitur, niſi primus excluſus, ideò primo ſtatuitur tps ad adeundum, vltra quod non auditur.l.68.ff.eod.

Subſtitutus admittitur etiã ante tempus ſtatutum ad adeundum, ſi moriatur inſtitutus hæreditate nõ adita.l.71. eod. & ſubſtitutus auditur, quãdo primus nominatus tacet. Raud, de analog.cap.30.nu.8.

Si idem eſt ſibi ſubſtitutus, poteſt inſtitutionẽ omittere ex præſumpta voluntate defuncti; nec eo in caſu committitur edictum, ſi quis omiſſa cã.l.1.§.ſi ꝓponatur.ff.ſi qs omiſſa cã.

Si inſtitutus omiſerit propter pecuniã, & ſubſtitutus ab inteſtato adierit, quilibet tenetur proprijs legatarijs, & à communibus quilibet poterit inſolidum conueniri.l.3.ff.eod.

Qui aliquid recepit à ſubſtituto, vt repudiaret hæreditatem, repellitur à legati petitione.l. 45.ſi quis ex vncia.ff.de doli mal. except.

Subſtitutio generaliter facta trahi nõ debet ad caſum, in quo prouiſio ſpecialis facta eſt. Craue. conſi.98.nu.fin.

Subſtitutio incerta, & dubia interpretatur contra eum, qui nititur ex illa, tamen ſufficit, vt colligatur ſubſtitutio ex mente teſtatoris, qa expreſſum dicitur, quod ex mẽte colligitur, & valebit, & ſi imperitia Notarij fuiſſet malè concepta, dummodo conſtet de mẽte teſtatoris. Crau.conſi.147. vide conſi.208.

Quando agitur de interpretãda voluntate defuncti ad excluſionem ſubſtitutionis, ſeu fideicommiſſi, quæ fundamenta poſſint adduci, vide Crau.conſi.161.

Filij filiorum ſubſtituti veniunt ex indicio teſtatoris. Crau.conſi.243.

Subſtitutio interpretatur ſecundum inſtitutionem, vt prædilectus in inſtitutione, cenſeatur etiam prædilectus in ſubſtitutione. Crau. conſi.326.nu.5.

Subſtitutio facta in vno caſu, trahitur ad alium caſum ex identitate rationis, & ex præſumpta voluntate teſtatoris, etiam contra naturam, & proprietatem verborum. Crau.conſi. 326. num. 8.

Subſtitutio duobus copulatiuè facta, in perſona vnius locum non habet, niſi etiam in perſona alterius locum habeat. Dec.conſi.594.

In dubio ſecundus ſubſtitutus dicitur ſubſtitutus primo inſtituto; nõ autem ſubſtituto immediato. Menoch.conſi. 106.num.362.vol.2.

In ſubſtitutione licèt ſubſtitutio videatur loqui de certis bonis, tamen veniunt omnia bona teſtatoris. vide Menoch.conſi.115.nu.52.li.2.

Quando teſtator ita cauit, inſtituo Caium filiũ meum hæredẽ, & ſi ipſe hæres non erit, ſubſtituo liberos, vel deſcendentes, aut familiã meam, tunc liberi, vel deſcendentes non dicuntur grauati inter ſe, cùm nullum ſit adiectum verbum ſignificãs tractum ſucceſsiuũ, & perſeuerantiam reſtitutionis fideicõmiſſi. Menoch. conſi.328.nu.97.lib.4.

Quando teſtator ſubſtituit hæredes alicuius, non intelligitur, niſi de hærede exiſtente in primo gradu tempore, quo euenit ſubſtitutio. Guid.Pap.ſing.364.

Subſtitutio ſi eſt facta pluribus, an ſit neceſſe, ꝙ verificetur conditio in perſona omniũ, vide per Bar.in l.56.§.cùm ita.ff.ad Trebel.

Si duo

Si duo ſint dati ſubſtituti, & vnus deceſſerit ante hæredem, deinde ipſe hæres deceſſerit, altero ſubſtituto ſuperſtite, talis ſuperſtes poteſt petere tam portionem ſuã, quam alteri ſubſtituto defuncto relictam. Guid.q.335.

Conditio debet in forma ſpecifica adimpleri, & teſtatoris voluntas in ſubſtitutionib. maximè debet attendi. Guid.q.353.

Si auus hæredes naſcituros ex legitimo matrimonio filiæ ſuæ ſubſtituiſſet filijs ſuis per ipſum hæredib. inſtitutis, ſi filia reliquerit vnũ filium maſculum, quem hæredem inſtituiſſet vniuerſalẽ, & vnam filiam q̃ præterijt, vel legatariam fecerit, filius heres inſtitutus excludit ipſam filiam. Guid.q 457.nu.4.

Subſtitutio facta in vnum caſum, extenditur ad alium, & fit in ea largiſsima interpretatio. Boer.deciſ.38.nu 14.

Subſtitutionũ quatuor ſunt gradus. ibi.nu.21. & pr̃ adens hæreditatẽ filij repudiantis excludit ſubſtitutũ. ibi.n.25. & ſubſtitutioni in dubio fauetur, niſi cõtra matrẽ. Boer.ibi.nu.30.

An ſubſtitutio facta in minus ſolemni volũtate inter liberos, valeat, vide Boer.deciſ.241.

Si teſtator dicat, ſi nullus deceſſerit ſine liberis, debet exponi, ſi aliqs deceſſerit ſine liberis. Boer.deciſ.354.nu.fin.vide Bar.conſi.57.

Opiniones variæ de ſubſtitutione facta poſthumo ſine vulgari, ſiue pupillari, ſiue compendioſa caſu, quo deceſſerit ſine legitima prole, an trahatur ad caſum contrariũ caſu, quo non naſceretur poſthumus, adferuntur per Fran.Marc.q.172.num.5. tamen concluditur pro parte affirmatiua, vide & q.305.ead. par. 2.Rot.Aueniõ.deciſ.4.in deciſ.diuerſo. Fran. Mant.de coniect.vltim.volunt.lib.11.titu.6.& ècontrà ſubſtitutio in caſum, ſi non naſcatur poſthumus cõtinet, ſi natus decedat. eadem Rota ibid. nu.10.

Subſtitutio facta in vno caſu, nõ extenditur ad alium ſub verbis diſpoſitiuis non cõprehenſum, ſed relinquitur diſpoſitioni iuris cõis, ſecus ſi tantùm queſtio eſſet de materia eiuſdem ſubſtitutionis, ſcribuntur exempla per Cab.millel.497.vide Papon.li.20.ti.3.arreſt.8

Teſtator ſubſtituit filio hæredi vniuerſali duas filias, & filios ex altera filia præmortua, viuẽte adhuc hẽrede vniuerſali, altera ex ſororib. ſubſtitutis deceſsit relictis filijs, inde deceſſit heres frater ſine liberis, qõ orta fuit, an filij ſororis p̃mortuæ, & vocatæ, cenſeant̃ ſubſtituti loco matris, fuit deciſum pro parte negatiua, ita teſtatur Mago.deciſ.82. Luc.

Subſtitutio, vbi non eſt expreſsè facta, ibi non intelligitur, & ſubſtitutio dr̃ nulla, vbi non eſt expreſſa perſona. idem ibid. nume.11.& deciſ.134.Rot. Floren.tamen an, & qñ ex caducitate vnius ſubſtitutionis inferat ad aliã, vide eundem Mago.d.deciſ.134.

An plures ſint inſtituti, vel ſubſtituti ex cõiecturis cõcipi debet, & plura de cõiecturis ſubſtitutionũ, vide p Mãti.li.5.ti:1. de cõie.vlt.vol.

Subſtituti pupillo, intelliguntur ex his partib. quibus ſunt inſtituti: qđ limita, vt per Mantl. ibi.lib.5.tit.10.& ſubſtitutio ſub nomine collectiuo facta filijs, regulatur ſecundum inſtitutionem. Afflict.deciſ.309.

Subſtitutio cõcepta in caſu mortis plurium filiorum ſine filijs decedentium, non habet locum, vbi vnus ſolus (non natis alijs) eſt mortuus ſine filijs. Natt.conſi.667.

Subſtitutus in parte admittitur ad totum, qñ aliàs teſtator decederet pro parte teſtatus, & pro parte inteſtatus. Craue.conſi.62.nu.5.

Subſtitutio generaliter facta trahi nõ debet ad caſum, in quo prouiſio ſpecialis facta eſt. Craue.conſi.98.nu.fin.

Subſtitutio facta poſt mortem plurium habet locum eueniente caſu ſubſtitutionis in perſona vnius tantùm, ideò pater ſubſtituendo duobus filijs filias, ſi ipſi filij deceſſerint ſine liberis, filiæ debent admitti, ſi alter ipſorũ filiorũ ſine liberis deceſſerit. Cran.conſi. 109.

Expreſſum dr̃, qđ ex mente colligit, ideò ſubſtitutio malè cõcepta imperitiã Notarij ſuſtinet, ſi cõſtet de mẽte teſtatoris. Crau.cõſ.147.

Subſtitutio facta filio nato, & partui naſcituro inſtitutis, ſiue maſculus, ſiue maſculi naſcerent̃ & decederẽt ſine filijs in pupillari ætate, nõ verificat̃, ſi fuerit nata fęmina. Natt.conſ.667.

Si teſtator ſubſtituiſſet filios inter ſe vulgariter, pupillariter, & per fideicõmiſſum, & ipſi oĩb. decedentib. ſubſtituiſſet Titiũ ſimpliciter, Titius cenſetur ẽt ſubſtitutus vulgariter, pupillariter, & per fideicõmiſſum. Crau.conſi.208.

Extenſio non debet fieri ex tacita mente teſtatoris, de perſona ad perſonã. Dec.conſi.211. ſed an, & qñ ſubſtitutio de vno caſu ad aliũ extendatur, vide eundẽ conſi.227. Bart.in l. Gallus.5. & qd ſi tñ, nu.9.ff.de libe. & poſth.

Subſtitutio liberorum collata in defectum hæredum, vult dictos liberos extare tempore mortis teſtatoris, vel hæredum, quando fuit facta cum dictione tunc, de cuius ſignificatione vide per Dec.conſi.63.

Si teſtator fecerit hanc inſtitutionem, & ſubſtitutionem, ſi Angelus heres inſtituitur, & eius deſcẽdẽtes, videlicet vocati inſtituti, & ſubſtituti oẽs deficerent, & decederẽt ſubſtituo, &c. hęc ſubſtitutio hẽt locũ, ſi Angelus primus hæres inſtitutus deceſſerit ſine filijs, licẽt ipſi filij nõ poſsint dici deficere, qñ nunquã nati fuerunt. Dec.conſi 227.& cõſi.238.

Teſtõr iſtituit hrẽdẽ Petrũ, & caſu, quo d̃cederet ſine liberis, ei ſubſtituit Gabrielẽ, & ipſi Gabr. decedẽti ſine liberis ſubſtituit Margeritam,

Dddd viuente

viuẽte Petro hærede deceſsit D. Gabriel, deinde moritur dictus Petrus, cui Gabriel erat ſubſtitutus dubitatum fuit, an Margerita admitteretur, quę erat ſubſtituta Gabrielli prędefuncto, & non Petro hæredi, fuit reſponſum per Dec. conſi. 238. admitti, vide Perilluſ. D. P. Teſſau. deciſ. 86.

Bona recuperata virtute pacti de retrouendendo, veniũt in reſtitutione. Dec. cõſ. 238. n. fin.

Subſtitutio facta filijs teſtatoris inſtitutis, & decedentibus, videtur facta vltimo decedenti, & ille videtur grauatus de reſtituendo. Dec. conſi. 427. nu. 6.

Gradu primo ſubſtitutionis perempto, admittitur gradus ſequens. Dec. ibid. nu. 7.

Licèt ſubſtitutio videatur loqui de certis bonis, tamen in illam veniunt omnia bona, & iura teſtatoris. vide Menoch. cõſ. 115. lib. 2. & ſubſtitutio ĩ re certa facta, an trahaẽ ad totũ, alio hærede inſtituto, vide Boer. deci. 23. n. 7.

Verba pluralis numeri aliquando nõ verificantur in vno. Dec. conſi. 471. nu. 8.

Subſtitutio in dubio directa iudicari dẽt. Dec. conſi. 572. Menoch. conſi. 303 num. 41. lib 4. potiuſquam fideicommiſſaria. Abb. conſi. 59. lib. 1. vide Menoch. conſi. 328. num. 41. tamen magis intelligitur fideicommiſſaria, quàm directa ex conditione, ſi deceſſerit ſine liberis, quod limita, vt per Fran. Mantic. de coniect. vltima. volun. lib. 11. tit. 1.

Subſtitutus filio inſtituto ſub conditione poteſtatiua, q̃ põt impleri vltimo vitæ ſpiritu, an poſsit admitti in vita, ſtatuto termino filio, intra quẽ impleret conditionẽ, vide Bar. in l. 4. §. ſed & ſi filio. ff. de hęred. inſtituen. & §. fin.

Inſtitutus ſi repudiat vno iure, & vult venire alio iure, q̃ſi illi præferatur ſubſtitutus, vide Bar. in l. 17. §. hæres. ff. de acquir. hæred.

Subſtitutus in dubio præfertur coniuncto. Bar. in l. 87. nu. 33. de legat. 3. nam ius ſubſtitutionis præfertur iuri accreſcendi. Barto. in l. qui patri hæres. ff. de acquiren. hæred. nu 3.

In caſu legis, qui duos. ff. de reb. dub. matre in medio exiſtente, ſubſtitutus non admittitur. Bar. ibi. n. 16. & ſubſtitutus in caſu dictę legis, põt hæreditatem vendicare ex teſtõ. Bar. ibi.

Vxore inſtituta ad vitam in vſufructu, & poſt eius mortẽ teſtator inſtituerit, vel ſubſtituerit alterum, ipſo ſubſtituto præmoriẽte, vxor remanet domina, & hæres vniuerſalis, etiam in proprietate. Menoch. conſi. 273. lib. 3.

Subſtitutus nunquam admittitur dum ſupereſt, qui ſuccedat ex præſumpta voluntate defuncti. Bar. in l. 56. §. cùm ita. ff ad Trebell.

Inſtitutus cum ſubſtituto q̃ſi admittatur, vide Bar. in §. ſed ſi inſtituto, inſtitut. de vulgari.

Subſtitutio videtur facta primo ex plurib. inſtitutis, & ſubſtitutis decedẽti. Bar. cõſ. 25. vol. 1.

Si inſtitutus, cui fuit datus ſubſtitutus in primo teſtamento, deceſſerit viuo teſtatore, qui dictum teſtm̃ reuocauerat, & ſecundũ ſine inſtitutione fecerat, ſubſtitutus in primo teſtamento debet admitti. Bar. conſi 38. vol. 1.

Verba teſtatoris, & maximè ruſtici, debẽt intelligi ſecundũ eõem vſum loquẽdi. Bar. cõſ. 52.

In vulgari vſu loquendi, ſæpe à propria verborũ ſignificatione recedimus. Bar. conſi. 57.

Subſtitutio facta pluribus, ſi aliquis ipſorũ deceſſerit ſine liberis, non expirat vno ſine liberis decedente. Bar. conſi 244. vol. 1.

Subſtitutio prima vulgaris facta caduca, non facit caducam ſubſtitutionem ſequentem. vide Menoch. conſi. 325. nu. 45.

Verbum, quandocunque, quando faciat ſubſtitutionem directam, vide Bar ibid. nu. 8.

In ſubſtitutionibus verba debent interpretari propriè, & naturaliter, & non ciuiliter, vel fictè. l. fin. C. de his, qui veniam ætat.

Verba iſta, in pupillari ætate, vel poſtea quandocunque, continent duas ſubſtitutiones. Menoch. conſi. 362. nu. 5. lib. 4.

Vt poſsit agi ex ſubſtitutione vnus de paribus morientibus, nunquam ſuperuixiſſe præſumitur. l. 19. ff. de reb. dub.

In ſubſtitutione, his verbis facta, quiſquis hęres mihi erit, proximus hæres tm̃ ſignificaẽ, imò non tantùm proximus, ſed etiam ſcriptus. L. 227. de verbo. & rer. ſignifi.

Si pater inſtituit plures filios vniuerſaliter, & deinceps filias particulariter, & poſtea ſubſtituat hoc modo, ſubſtituo ſuperuiuentes, intelligitur ſolùm ſubſtituere, & facere ſubſtitutionem inter filios, ideò filię ex hac ſubſtitutione nõ cenſentur vocatę. Bar. in l. Lucius. ff. de vulgari, & in l. ſi. ad Trebel.

Subſtitutio facta filijs in eum caſum, ſi deceſſerint ſine liberis, an comprehendat etiam Sacerdotis, vel Monachi perſonam, vide Perilluſtr. D. P. Teſſau. deciſ. 163.

Teſtator inſtituit Titium, quo decedente ſine liberis ſubſtituit Caium, & eo ſine liberis, &c. ſubſtituit Sempronium, viuo teſtatore deceſſit Titius, poſtea mortuus eſt teſtator, dubitatum fuit quid iuris de hæreditate illius, vide Perilluſtr. D P. Teſſa. deciſ. 60.

Subſtitutio facta caduca, non põt aliam ſubſtitutionem vtilem facere, quia ſecundus inſtitutus nõ venit ex perſona primi inſtituti, ſed ex ſua. Dec. conſi. 427. nu. 13. vol. 2.

Subſtitutio directa nõ trahiẽ ad fideicõmiſſariã ex clauſula codicillari, q̃n repugnant verba, & mẽs teſtatoris. Cra. cõſ. 210. n. 4. vide tñ ibi.

Clauſula codicillaris operaẽ, q̃ caducata inſtitutione per mortem inſtituti, habeat locum ſubſtitutio facta, ſi ſine liberis deceſſerit. Vincent. de Fran. deciſ. 156.

Subſti-

Subſtitutio facta in teſtamento, reuocatur per ſubſtitutionem poſtea factam in codicillis, etiam ſi fuerit facta de eadem perſona, ſub diuerſa tamen cõditione. Crau.cõſ.80.nu.29.

Subſtitutio directa facta in codicillis, trahitur ad fideicõmiſſariam, & ſi eſſent fratres in medio.l.Sceuola.ff.ad Senatuſconſult. Trebell.

Subſtitutio non poteſt fieri codicillis, ſed facta non valet quidem iure directo; ſed trahitur de fideicommiſſum.l.7.& ibi gl.C.de codicil.

Quando teſtator ſubſtituit non exiſtentib. aliquibus perſonis, ſi illæ tempore mortis teſtatoris, vel hæredũ extent, deficit ſubſtitutio, licèt poſtea defierint eſſe. Dec.conſi.63.

Quando fit ſubſtitutio de pluribus diſiunctiuè, ſi primo loco vocatus fuerit admiſſus, an euaneſcat ſubſtitutio, vide Dec.conſi.95.

Quando nouerca in teſtamẽto mariti inſtituitur hæres vniuerſalis, eidem ſubſtitutis poſt eius mortẽ aliquibus liberis, tunc talis ſubſtitutio non continet vulgarem ſubſtitutionem, vt ſit locus ſubſtitutioni, ſi ſubſtitutus prædecedat hæredi. Fran.Marc.q.78.par.2.

Cõditione ſubſtitutionis deficiẽte, deficit ſubſtitutio, nec tũc dr̃ qs priuari iure ſubſtitutionis, ſed hr̃ pro non ſubſtituto. Crau.conſi 62.

Quando per exiſtentiam liberorum poſitorũ in conditione euaneſcat ſubſtitutio, & quando non, vide Creu.conſi. 283.

Quando ſunt plures ſubſtituti vnus poſt aliũ, an per mortem primi ſubſtituti viuente hærede grauato, ſubſtitutio efficiatur caduca, vide Menoch.conſi.106.nu.374.vol.

Subſtitutio facta filio prędecedẽti ante teſtatorem, non habet locũ illo mortuo poſt mortem teſtatoris. Dec.conſi.394.

Subſtitutio ſemel extincta per exiſtẽtiam liberorum, non reuiuiſcit, ſi liberi, q illam faciebant deficere, poſtea moriantur. Dec.conſi.218.& conſi.427.Natt.cõſi.200. Tom.1. Dec. conſi. 477. niſi aliter conſtaret de mente teſtatoris. Dec.d.conſi.477.

Subſtitutus non admittitur, quando inſtitutus eius facto deceſſit. Bart.in l.11.§.ſi vir vxorẽ. ff.ſolut.matrimo.

Subſtitutio facta ſub conditione, in euentũ conditionis euaneſcit. Abb.conſi.40.lib.1.

Subſtitutione facta cauſa certæ infirmitatis, ſi teſtator liberetur ex illa, & moriatur ex altera, euaneſcit ipſa ſubſtitutio. Bar.in l.30.§.cũ poſt.ff.de adimend.legat.

Subſtitutio non euaneſcit hæreditate adita, quũ qui adit reſtituitur. Bar.in l.44.ff. de re iudic.

Si ſubſtitutus præferatur coniuncto conditione ceſſante, coniunctus admittitur.l.2.§. ſi duo.ff.de bono.poſſeſ.ſecund.tabul.

Directa pupillaris expirat pubertate; non autem fideicommiſſaria, ſeu compendioſa.l.5. C.de fideicommiſ.

Exiſtente conditione ſubſtitutionis factæ legatario, legatum tranſit ad ſubſtitutum.l.83.§. Stichum, de legat.1.

Res ſemel præſtita per inſtitutum, non amplius præſtatur, etiam ſi legatum fuiſſet repetitum à ſubſtituto.d.l.83.§.ſi paterfam.

Filius naturalis in ſeruitute conceptus, excludit ſubſtitutum.l.79.§.volo, de legat.2.

Arrogator nõ ſubſtituit filio arrogato (in quarta ei debita) per fideicommiſſum: quia illam non habet ex prouiſione teſtatoris. Bart.in l. ſi arrogator.ff.de adoptio.

Filius inſtitutus ſub conditione, ſi deceſſerit ſine filijs, non dicitur conditionaliter inſtitutus. Bar.in l.43.ff.de manumiſ teſtam.

Quoties teſtamentũ non valet in primo gradu, incipit à ſecundo. Minad.deciſ.43.nu.14.

Verbum, inſtituo, ſumitur pro ſubſtituo, quando reperiuntur duę inſtitutiones in eodem teſtamento. Guid.Pap.q.308.

Hæres rogatus poteſt cogi facere inuentarium de rebus reſtitutioni ſubiacentibus, ad ſubſtituti poſtulationem. Guid.Pap.q 351.

Verbũ, de maſculis, adiectum in inſtitutione hęredis, vel in primo gradu ſubſtitutionis, cenſetur repetitum in ſequentibus gradibus, niſi aliter de mente teſtatoris appareret ex verbis ipſius coniecturata, quæ voluntas coniecturata obſeruanda eſſet. Guid.Pap.q.485.

Subſtitutio facta ſub duplici conditione copulatiuè, vt locum habeat, debent omnes conditiones verificari, ſecùs ſi alternatiuè. Fran. Marc.q.305.nu.5.part.2. Boer.deciſ.38.nu.5. 6.& ſi.vide tamen ibi.& omnis ſubſtitutio habet duo extrema.ibid.nu,12.

Subſtitutio ſi eſt facta pluribus, an ſit neceſſe, quòd verificetur conditio in omnium perſona, vide Bart.in l.56.§.cùm ita.ff.ad Senatuſconſult. Trebellia.

Subſtitutio facta, ſi inſtitutus deceſſerit ſine liberis, vna cum pluribus alijs conditionibus alternatiuè poſitis, non habet effectum, niſi omnes conditiones exiſtant, quia hoc caſu alternatiua debet accipi pro copulatina.l.6. C.de inſtitutio.& ſubſtitutio.

Si ſubſtitutio directa fiat filijs diſiũctiuè, diſiunctiua accipitur pro cõiuncta, & nũquã erit locus ſubſtitutioni, niſi omnib. liberis defunctis.l.14.§.item ſi pater.ff.de reb.dub.

Filiorum appellatione non comprehenduntur nepotes, vbi agitur de onere: ideò filijs grauatis, non cenſentur grauati filij filiorũ. Nat. conſi.191. nu. 8. an grauamen impoſitum filijs, intelligatur repetitum in nepotib. vide Raud.tract. de analog.cap.14.nu.35.

Onus per modum conditionis iniunctum in perſona inſtituti, an tranſeat ad ſubſtitutum, vide Bar. in l.39 ff. de condi. & demonſtra.

Relicta ab inſtitutis, an videant repetita à ſubſtitutis, quando ab illis alia legata ſunt relicta, vide Bar. conſi. 49. vol. 2.

Relicta à ſubſtituto, non debentur ab inſtituto adeunte. l. 13. C. de fideicom.

Repetita à ſubſtituto, intelliguntur repetita purè, niſi aliud exprimatur. l. 32. de legat. 1. & l. 55. §. fin. eod. vide l. 79 de legat. 2.

Ab illo, qui ſubſtitutus eſt vulgariter, intelligũtur repetita relicta ab inſtituto, ſed à ſubſtituto pupillariter non debent ex repetitione, quæ à pupillo deberi cœperunt, vel præſtita fuerunt. l. 116. §. ſi quis à primo, de leg. 1.

Relicta à poſthumo inſtituto, debent à ſubſtituto, nõ nato poſthumo. l. 129. §. fi. de lega. 1.

Si plures ſunt ſubſtituti, quilibet tenetur ad legata relicta ab inſtitutis, in quorum locum ſuccedunt. l. 84. §. ſi primo, de legat. 2.

Teſtator repetendo legata à ſubſtitutis, videtur repetere libertates. l. 80. ff. de verbor. & rerum ſignificatio.

Subſtitutus quando impediat confiſcationem bonorum ob delictum inſtituti, vide Boer. deciſio. 278.

Subſtitutio neceſſariò habere debet aliquam conditionem. Guliel. Caſſad. deciſ. 1. nu. 5. tit. de ſubſtitutio.

Subſtitutio cõditionalis non habet ſubſtantiã, nec dici poteſt diſpoſitio, ante conditionis euentum, vide plenè per Raud. tractat. de analog. cap. 27.

Subſtitutus auditur, quando prius nominatus tacet idem c. 30 nu. 8.

Subſtitutus vocatus per hæc verba, ſi inſtitutus ab inteſtato deceſſerit, non excludit donatarium, ſi inſtitutus erat filiusfa. qui non poterat teſtari. Boer. conſi. 34. ſed de veritate dicti, & de verbo illo, ſi ab inteſtato deceſſerit, vide ibid.

In defectũ inſtituti incapacis alius, qui capax ſit ſubſtitui poteſt. Dec. conſi. 462. nu. 15.

Pater ſi inſtituat filium pupillum, & dicat, ꝙ illo moriẽte relinquit oĩa bona Titio, vel illũ ſubſtituit, an hæc ſubſtitutio poſsit eſſe vulgaris, & pupillaris, vide Math. Matheſ. ſin. 93.

Subſtitutio an conſeruetur per Authen. ex cauſa. C. de liberis præteritis, vide per Barto. in d. Authen. nu. 6.

Teſtator ſi grauauerit hæredem, vt reſtitueret hęreditatem, ſi deceſſerit ſine liberis, & tale teſtamentum irritetur ex cauſa pręteritionis, & ſic hæreditas ad ipſum venerit, quomodo teneatur illam reſtituere, vide Barto. ibid. num. 17.

Subſtituto directo competit beneficium. l. 3. C. de edicto diui Adria. tollen. in §. ſin aũt, nu. 10.

Quot ſint ſpecies ſubſtitutionum, & quomodo fiant, vide p gl. in c. Raynutius, ext. de teſtam.

Si teſtator filium inſtituerit, & alium ſubſtituerit, an ſit ſubſtitutio vulgaris, vel compẽdioſa, vide per Bart. in l. Gallus. §. quidam. ff. de liberis, & poſthumis.

Teſtator ſi dixerit volo, ꝙ poſt mortem meam reſtituatur hęreditas, puta Titio, illum ſubſtituens vulgariter, & pupillariter, tunc erunt duæ directæ. Bar. in l. 20. ff. de milit. teſtamen.

Inſtitutus, & ſubſtitutus, quando concurrant, vide per Bar. in l. 68. de acquir. hæred.

Legata non veniunt in ſubſtitutionem vulgarẽ, ſed prælegata veniunt in ſubſtitutionem pupillarem, & in exemplarem. Bart. in l. 3. § quidam. ff. ad Trebell.

Subſtitutus admittitur, quãdo inſtitutus differt adire, nec contra eum poteſt ſubueniri. Bart. in l. 1. ff. de bono. poſſeſ. furio. infan.

Agens contra habentem ſubſtitutum, non tenetur ſubſtitutum requirere. Bart. in l. 9. ff. de aqua pluu. arcend.

Subſtituere filium naturalem filio legitimo, & naturali, quando quis poſsit, vide Bart. in l. 36. ff. de donatio. cauſa mort. & in §. omnia. Auth. de hęred. & Falcid.

Verba directa dicuntur, quę ad alium diriguntur, vt ſua manu capiat. Bar. in conſi. 3. nu. 4.

Subſtitutus in re certa datis alijs ſubſtitutis, habetur loco legatarij. Bart. conſi. 8. vol. 3. nu. 4.

In relictis particulariter inter verba directa, & obliqua, non eſt differentia. Bar. in conſi. 37.

Verba, ſine aliqua diminutione appoſita ĩ ſubſtitutione, important directam ſubſtitutionem. Bar. conſi. 63. vol. 2. nu. 7.

Verbum, ſubſtituit, eſt verbum commune, & adaptari poteſt ad obliquum, & per ſcientiã tutoris, vel patris bona tranſeunt ad ſubſtitutum, vel ſaltem ius deliberandi. Bar. conſi. 79. volum. 2.

In parte inſtitutus in ſecundis tabulis ſolus, grauatur ex ſua perſona dumtaxat; & detrahit Falcidiam, cohęres verò, qui contributione facta reperit̃ grauatus, ex ſua, & pupilli perſona Falcidiam conſequitur. l. 11. §. ſi filio. ff. ad leg. Falcid.

Si exhęredatus ſuccedat fratri ex ſubſtitutione, & ſic ex voluntate expreſſa, valent legata ab exhęredati ſubſtituto, ſed ſi ſuccedat ex poteſtate legis, non valent. l. qui fundum. §. qui filios. ff. ad leg. Falcid.

Hæres ſub conditione inſtitutus poſsidens hæreditatem, debet cauere ſubſtitutis, ſe reſtituturum bona in defectum conditionis. l. inter omnes. ff. qui ſatiſdare cogant.

Hęre-

Hæreditas delata furioſo ipſo in furore decedente, deuoluitur ad ſubſtitutum.l. fin.§.tali itaq; C.de curatore furio & prodig.

A ſubſtituto exhæredati non poteſt legari, vel fideicõmitti, etiã ſi exhęredato pater aliqd legauerit l.24. C. delega.l.42.ff.de milit.teſta.

Hæreditas non adita debetur ſubſtituto, & eius defectu, venientibus ab inteſtato, & vltimò fiſco.l.vnic.§.cùm autem C.de.caduc.tollen.

Qui ventri ſubſtitutus eſt, ſi ventrem ſeruare velit, audiendus eſt.l.penu.ff. de vent.inſpicien.

Contra mulierem calumnioſè in poſſeſsionem miſſam, ſuccurritur hæredis ſubſtituto defuncti.l.fin.ff.ſi mulier ventris nomine.

Non admittitur concurſus inſtituti, & ſubſtituti, quia inſtitutus præcedit.l. 37. ff. de hæred. inſtitut. fallit in caſu legis 40. eod. tamen ſubſtitutus liber, præfertur inſtituto ſeruo, ſi per eius libertatem creditores fraudarentur. l.57.ff.eod.aliàs donec eſt locus inſtitutioni, non admittitur ſubſtitutus.l. quamdiu. ff. de acquir. hæred.

Subſtitutio eſt propriè inſtitutio.l.20.§.fin.ff.de conditio.inſtitutio. ſed an ſubſtitutio dicatur ſecunda inſtitutio, vide Marc. de Mant. ſing.200.Marc.q.305.part.2.

Miles propter priuilegium militare, poteſt ſubſtituere filio emancipato, quod paganus facere non poteſt.l.42.§.pen.ff.de milit.teſtam.

Subſtitutio, quæ nondum competit, extra bona ſubſtituti reputatur.l.42. ff.de acq. rer.domi.

A ſubſtituto, vel legitimo hærede exhęredati, non poteſt legatum relinqui, ſecùs in inſtituto, qui beneficio præteriti ſuccedit contra tabulas.l.129. delegat.1.

Licèt inſtitutio, & legatum ſint pro non ſcriptis facto hæredis, ſubſtitutio, & fideicommiſſum remanent in ſuo robore.l.1.ff. de his, quæ pro non ſcriptis.

Mulier, quæ data opera fecit abortum in gratiam ſubſtituti, punit capite.l.39.ff.de pęnis.

Vide de materia ſupra tit. de conditionibus in genere appoſitis vlti. volum. & infra titu.de ſubſtitutio.fideico.& de fideic. in genere.

De ſubſtitutione vulgari expreſſa.

SI teſtator filio ſuo puberi ſubſtituat hoc modo, ſi filium meũ contingat decedere ſine liberis, Sempronium inſtituo, vel volo quod ſit hęres, adita hæreditate per filiũ expirat ſubſtitutio, ideò ſubſtitutus non amplius admittitur, etiam ipſo fillo decedente ſine liberis. Guid.Pap.q. 534.

Si teſtator dixerit inſtituo Caium filium meum hæredem, & ſi ipſe hæres non erit, ſubſtituo liberos, aut deſcendentes, vel familiam, tunc ſubſtituti ſolùm cenſentur vocati per vulgarem, vide Menoch.conſi.328.nu.39.lib.4.

Subſtitutio facta ſimpliciter per verbum, ſubſtituo, abſq; verbo compendioſo, quãdocunq; aut conditione, ſine liberis denotante tractũ temporis, continet ſolummodo vulgarem, & non comprehendit fideicommiſſariam poſt aditam hæreditatem. Frã.Marc.q 170.par.2.

Subſtitutio ſimplex reciproca ſine temporis tractu ſucceſsiuo, cenſetur vulgaris; non autem fideicommiſſaria. Menoch.cõſi.398.li 4.

Vulgaris ſubſtitutio poteſt cõiungi cum fideicommiſſaria hoc modo, & caſu, quo primi ſubſtituti non eſſent in vita tempore mortis hędis vniuerſalis grauati, & decedentis ſine liberis, in continenti, & poſt deceſſum dicti ſubſtituti, in tali caſu ſubſtituo meo hæredi loco primi ſubſtituti hoſpitale, nam tunc primo ſubſtituto exiſtente in vita tẽpore mortis hęredis, & agnita eius hæreditate, euaneſcit oĩs ſubſtitutio, & perpetuò ſecundus ſubſtitutus cenſetur excluſus. Papon.libr.20. tit.3. arreſt 29.

Subſtitutio vulgaris ſolùm cenſetur inducta, qñ teſtator ita ſubſtituit, ſi quandocunque deceſſerit meus hęres ante mortem meã, tunc eidẽ eius filios inſtituo, & ſubſtituo, & ſi nullis relictis liberis, tunc ad proximiores meos volo bona mea peruenire, & illis deficientib. ad mõtem pietatis: ideò in hac ſubſtitutione mortuo teſtatore ſuperſtite hærede, euaneſcit oĩs ſubſtitutio. Menoch cõſ.399.lib 4.

Subſtitutio vulgaris euaneſcit adita hæreditate: fallit quando ille, qui adiuit reſtituitur. Marc.de Mãt.ſing.201.Pet.de Raue.ſing 585. facit l.8.§.ſed quod. ff.de minor.25.ann.ſcribit Azo in ſumma tit. C.ſi minor ab hęred.

Teſtator ſubſtituit hęredi ſuo vulgariter, ſi hæres non erit, talis hęres eſto, inſtitutus non fuit hęres; ſed tranſmiſsit ius deliberandi, tũc hæres inſtituti præfertur ſubſtituto. Bar. in l.10.§ non omnia.ff.de legat.pręſtandis, & in l.40. ff.de hęred. inſtituen.

Vulgaris ſubſtitutio expirat, ſi per inſtitutum alteri hæreditas acquiratur.l 7.ff. de acq.hęr.

Pater poteſt ſubſtituere filiæ vulgariter in tota dote, Guid.Pap.q.613. ſecùs in fideicõmiſſo ſecundum diſtinctionem, de qua ibid. & ipſa filia inſtituta in dote fratribus vniuerſaliter inſtitutis, cẽſetur ſubſtituta vulgariter. Raud. tract.de analog.c.33.nu. 62.

Subſtitutio expreſſa vulgaris cum clauſula tũc, & eo caſu, non excludit tacitam pupillarem; ſecùs ſi fuiſſet facta cum dictione taxatiua. Guliel. Caſſad.deciſ.1.tit.de ſubſtitutio.

Subſtitu-

Subſtitutio vulgaris concepta in vno caſu, non comprehendit aliũ, ſi mater ſit in medio. ibi. num.fin. quando porrigatur ad alium, vide Dec.conſi.394.

Quãdo in ſubſtitutione vulgari vnus caſus exprimitur, licèt ad alios caſus porrigatur, tamen hoc non habet locum quando dictio, tũc, in caſu expreſſo apponitur, quia tali caſu ipſa ſubſtitutio ad caſum expreſſum dumtaxat reſtringitur. Dec.conſi.63. idem quando mutatur perſona. Dec.conſi.394.

Subſtitutio hæc facta in vno caſu, porrigitur ad omnes alios ſibi ſimiles. Bar.in l. Gallus.§. & quid ſi tantùm.ff.de liberis, & poſthumis, & emancipatio quando faciat locum ſubſtitutioni vulgari, vide ibid.

Subſtitutio vulgaris locum non habet, quando tempore limitaẽ, quare tunc ſubſtitutus ante inſtituti mortem, non poteſt iure directo in vim vulgaris ſubſtitutionis venire, nec in vim fideicommiſsi. Franc.Marc.q.78.par.2. licèt aliàs ſubſtitutio vulgaris habeat locum etiã in fideicommiſsis. Dec.conſi.416.

Quando ſubſtitutio vulgaris facta ſimul duob. & copulatiuè, non habet locum in perſona vnius, niſi habeat locum etiam in perſona alterius, ſeu vtriuſque, vide Pet. de Rauen.ſing. 391.& Bart. ſing. 183.

Subſtitutus vulgariter ſeruo teſtatoris, & alterius, quem teſtator tãquam proprium libertum inſtituerat admittitur, vel repellitur, ſecundum quod de mente teſtatoris eſſe apparuerit. l.3. C. de hæred. inſtitu.

Subſtitutio facta in eum caſum, ſi Titius hæres non erit, vel aliquo caſu hæres eſſe non poterit, quæ vulgaris dicitur, an inſtitura turpi perſona faciat locum ſubſtituto, an verò fratri querelanti adita per inſtitutum hæreditate, vide Perilluſ. D.P. Teſſ.deciſ.127.& ſeq.

Subſtitutio vulgaris cõtinet præcipuè duos caſus, nempe voluntatis, & impotentiæ. Raud, tract. de analog.c.30.nu.7.& Bart.in l.3.C.de hęred.inſtitu.

Subſtitutio cõpendioſa facta à pagano per verbum commune hoc modo, ſubſtituo quandocunque hæres deceſſerit, etiam continet vulgarem. Marc.q.78.part.2. Dec.conſil.416. quæ locum habet inſtituto decedente in vita teſtatoris. Craue.conſi.62.& Dec.conſi.529.

Vulgaris ſubſtitutio poteſt fieri poſthumo non nato, & ſi non naſcaẽ erit locus ſubſtitutioni. Marc.q.305. par.2.nu.5.

Subſtitutio vulgaris, quæ comprehenditur ſub illis verbis, ſi ſine liberis, habet effectũ antequã hęres ſine liberis decedat, veluti ſi hęres eſſet incapax. Iac.Put.deciſ.352.lib.3.

In ſubſtitutione vulgari nõ veniunt pręlegata. Andr. Gail.obſer.135.nu. 11.lib.2.l.77.§.fin. de legat.2.& l.31. de legat.3.

Subſtitutio vulgaris directa facta in teſtamento, per codicillos adimi non poteſt, maximè concurrente falſa cauſa, ex qua teſtator fuit motus ad adimendam ipſam ſubſtitutionẽ. Mago.deciſ.4.Rot.Floren.

De coniecturis, quæ verſantur circa vulgarem ſubſtitutionẽ, vide per Franc. Mant. de coniectu.vlti.volunt. lib.5.tit.5.

Conditio, ſi grauatus deceſſerit ſine liberis, non ſubintelligitur in vulgari ſubſtitutione. idem lib.10.tit.8. ſed limita, vt ibid.nu.3.

Conditio vulgaris ſubſtitutionis, debet in omnibus impleri, quando pluribus ſimpliciter, vel coniunctim facta eſt, quod latius explicatur, & limitatur per eundem lib.11.titu.5.

Subſtitutio poſt mortem dicitur compendioſa, & includit vulgarem. Alex.Raud.tracta.de analog.cap.30.nu.5.

Subſtitutio vulgaris includitur à iure accreſcendi. Raud.ibid.cap.33. nu.62.

Subſtitutus vulgariter dicitur is, qui per ſucceſſorium edictum vocatur poſt primum gradum. ibid.nu.64.

In vulgari diciẽ teſtator ſubrogare vltimò ſubſtitutum loco præcedentis ſubſtituti, & conſequenter ſolùm inſpicitur cõditio appoſita ipſi ſubſtituto pręcedẽti. vide Crau. cõſ.283.

Etiam in legatis poteſt fieri ſubſtitutio vulgaris. Crau.conſ.311. tamen ſubſtitutio talis expirat per agnitionem primi legatarij. l. 6. C. de codicillis.

Subſtitutio vulgaris non ſolùm habet locum in hęreditatibus; ſed etiam in fideicommiſsis. Dec.conſi.416.

Legata ab inſtituto relicta, cenſentur tacitè repetita à ſubſtituto vulgari, niſi ex aliqua coniectura de contraria voluntate teſtatoris cõſtet. l.77. de legat.2.

Conditio, ſi deceſſerit ſine liberis, non intelligitur in vulgari ſubſtitutione, etiam collata poſt mortem. Dec.conſi.416.nu.11.

Subſtitutio vulgaris expreſſa tollit exiſtentiam ſui hęredis, non tacita. Bart.in l.8.§.quarta, ff.de inoffic, teſtam.

Subſtitutio vulgaris facit de hęrede neceſſario, voluntarium, ſed an impediat exiſtentiã ſui hęredis, vide Bar.in l.16.ff.de libe. & poſthu. & in l.Gallus.§.& quid ſi tantùm, eod.

Exiſtentia ſui hęredis non impedit ſubſtitutionem vulgarem, niſi quando ſubſtitutio eſſet facta ſecundum conſiliũ Galli, vel legis Velleię. Bar.in l.33.§.ſi filius. ff.de vulgari.

Qñ hęres inobediens priuaẽ hęreditate an, & qñ ſubſtitutus vulgariter admittatur, vide Bar. in §.hęc omnia, Anth. de hęred.& Falci.

Subſti-

Subſtitutus vulgariter vbi admittitur, an ad omnia illa admittatur, ad quæ poterat admitti ille, cui fuit ſubſtitutus, vide Barto. in §. ſed ſi inſtituto, inſtitut. de vulgari.

Iuſſus de adeundo in perſona hæredis recuſantis adire, transfert onus reſtitutionis in ſubſtitutum vulgarem, & cohæredem eius, ſine quartæ retentione. l. 4. C. ad Senatuſc. Trebel.

Inſtitutus ſub conditione, ſi ea pendente petat bonorum poſſeſsionem ſecundum tabulas, cogitur ſatiſdare ſubſtituto vulgari (ad quē conditione deficiente peruentura eſt hæreditas) de reſtituendo, & etiam de bene adminiſtrando. l. 8. ff. de Prætor. ſtipulatio.

In vulgari ſubſtitutione, qua ei, qui ſupremus moreretur hæres ſubſtituitur, rectè ſubſtitutus etiam vnico intelligitur. l. 163. ff. de verb. & rer. ſignific.

De materia huius vulgaris ſubſtitutionis vide per Bar. in l. 1. ff. de vulgari.

De ſubſtitutione pupillari expreſſa.

PVpillaris ſubſtitutio eſt pars, & ſequella paterni teſtementi. Ozaſ. deciſ. 100. nu. 27.

Subſtitutio pupillaris expreſſa excludit matrē, etiam quo ad legitimā. Afflict. deciſ. 38. nu. 3. Natt. cōſi. 395. Marc. de Mant. ſing. 205. Guid. Pap. q. 533. Mago. deciſ. 144. nu. 21. Rot. Flor. Bart. in l. 8 §. ſed nec. ff. de inoffi. teſtam. vide Perilluſtr. D. P. Teſſa. deciſ. 200. nu. 7. & 12.

Etiam ſubſtitutio facta filio decedenti in pupillari ætate, vel poſtea quandocunque, eſt pupillaris, ideò ipſo filio decedēte in ætate pupillari, ſubſtitutus admittitur matre excluſa. Bar. conſi. 33. vol. 1. vide eundē conſi. 243. ibi.

Subſtitutio facta pupillo matre exiſtente in medio, per verbum cōe, ſubſtituo, & ſi deceſſerit in pupillari ętate, vel aliàs, expreſſa cenſetur, & matrem excludit. Fran. Marc. q. 298. par. 2.

Ius accreſcendi vnitum cum pupillari ſubſtitutione, excludit matrē. Iac. Put. deciſ. 329. lib. 1.

Fideicommiſſum pupillare omnia bona pupilli comprehendit. Gaſp. Cabal. milleloq. 361. vide tamen ibid. ſed an tunc mater priuetur legitima ſibi debita in bonis filij, vide ibid.

Mater ex pupillari ſubſtitutione priuatur etiā quo ad legitimam, quæ deciſio procedit etiā iure Poli. Marc de Mant. ſing. 210.

Subſtitutio pupillaris facta in forma legati, ſeu fideicommiſsi particularis, non excludit matrē à ſua legitima. Papon. li. 20. tit. 3. arreſt. 31.

Pupillo ſi extraneus eſt ſubſtitutus, & mater, cui primo incumbat neceſsitas petēdi tutorem pupillo, vide p Bart. in l. 2. ff. q petāt tutores.

Subſtitutus pupillo quādo repellatur à ſucceſſione, propter non petitum tutorem, & an mater admittatur, quando ſubſtitutus propter hoc eſt excluſus, vel ipſa etiam excludatur, vide ibid. nu. 10. & 12.

Quando plures filij impuberes ſunt inuicē ſubſtituti, pupillaris cenſeť facta, etiā ad excluſionem matris. Menoch. conſi. 362. nu. 10. li. 4.

Quando ex diſpoſitione ſtatuti mater priuatur à ſucceſsione ſui filij pupilli, excepta quarta parte eius bonorum, etiam ab hac quarta poteſt excludi per pupillarem ſubſtitutionem factam à patre. ibid.

Pupillaris expreſſa excludit matrē; ſed an ſubſtitutio filiæ, quæ fuit ſubſtituta filio, excludat matrem, vide Bar. conſi. 53. vol. 2.

Filio præterito poteſt ſubſtitui pupillariter. Guid. Pap. q. 529.

Verba, ſi hæres erit, &c. non ſunt de ſubſtantia pupillaris ſubſtitutionis. Boer. deciſ. 38. n. 16.

Pater pōt in codicillis pupillariter ſubſtituere fratrē pupilli, aut ſororem, & reuocare ſubſtitutionem pupillarem iu primo teſtamento de extraneo factam, quæ ſubſtitutio valebit iure directo, quāuis codicillis hæreditas dari, vel adimi non poſsit Boet. deciſ. 241.

Subſtitutio pupillaris facta per verba merè directa, non trahitur ad fideicommiſſariam regulariter: fallit, quando eſſe apposita clauſula codicillaris, quia tunc poſt pubertatem traheretur ad fideicommiſſariam. Franciſ. Marc. q. 172. nu. fin.

Subſtitutio pupillaris facta de extraneo in teſtamento minus ſolemni, non eſt valida. Put. deciſ. 167. lib. 2.

Subſtitutio pupillaris directa facta in teſtamento extraneis, reuocatur in codicillis, quando ſunt ſubſtituti venientes ab inteſtato. Authen. hoc inter. §. ſi quis autem. C. de teſtamentis, & ibi Bar.

Si pupillum teſtator inſtituerit filium, eidemq; extraneum pupillariter ſubſtituerit, & in codicillis illam ſubſtitutionem reuocauerit, pupillo ſubſtituendo ſorores, ipſę excludēt extraneum primò ſubſtitutum. Bar. in l. 37. ff. de milit. teſtamen. vide eundem in l. 1. num. 23. ff. de iure codicil.

Clauſula codicillaris porrigitur ad tabulas pupillares. Bar. in l. 1. ff. de iure codicil. nu. 21.

Filio inſtituto in legitima poteſt pater ſubſtituere pupillariter; non autem per fideicommiſſum. Abb. conſi. 15. lib. 2. num. fin. l. 26. C. de inoffi. teſtamen.

Subſtitutio pupillaris facta extraneo, an trahatur ad fideicommiſſum, vide Bar. in l. 2. nu. 4. ff. de vulgari.

Subſtitutio facta pupillo, ſi abſq; ꝑle decedat,

post

poſt pubertatem etiā valet. Boer. deciſ. 356. ſed facta per verbum, deueniāt, &c. eſt fideicommiſſaria, etiam pupillo decedente in pupillari ætate. Bart. conſi. 241. vol. 1. tamen ſi teſtator dixerit poſt inſtitutionē factam de filio pupillo, & ſi talis deceſſerit in pupillari ætate, volo quòd bona mea deueniant ad Titium, ſub his verbis comprehendit̄ directa ſubſtitutio pupillaris. Marh. Matheſ. ſing. 151.

Si impuberi fuerit datus ſubſtitutus pupillariter à patre, an prædecedente ipſo filio impuberi patri, ſubſtitutus poſsit admitti virtutæ ſubſtitutionis tacitæ vulgaris, vide Capel. Tholloſ. quęſt. 391.

Subſtitutio pupillaris facta poſthumo, hēt effectum etiam eo non nato, licèt fuerint appoſita hæc verba, tali caſu, &c. ratio, quia pupillaris expreſſa continet in ſe tacitam vulgarē. Vincent. de Fran. deciſ. 299. par. 2.

Probata morte eius, cui facta eſt ſubſtitutio pupillaris, an præſumatur mortuus in pupillari ætate, vide Put. deciſ. 491. lib. 2. quòd debeat probari mors ſequuta in ipſa ætate, habet̄ per Natt. conſi. 395. nempe per allegantem ipſam mortem, & agētem. Bar. cōſi. 56. vol. 1.

Res ſubiectæ reſtitutioni vigore pupillaris ſubſtitutionis, vendi poſſunt per tutorem cum decreto Iudicis, ſed de ratione vide p. Andr. Gail. obſer. 137. nu. 13. lib. 2.

De coniecturis, quæ verſantur circa pupillarem ſubſtitutionem vide per Mantic. de coniect. vlt. volunt. lib. 5. tit. 9.

Pro intelligentia pupillaris ſubſtitutionis affectio teſtatoris, & non pupilli ſpectanda eſt: ideò frater vtrinque coniunctus etiam ex pupillari ſubſtitutione, non debet præferri alteri fratri ex vno latere tantùm equidem vocato ex ipſa ſubſtitutione. idē Mant. li. 5. ti. 11.

Quando pupillaris ſubſtitutio ex cōiectura voluntatis finiatur, etiam ante pubertatem, vide Mant. ibid. tit. 12.

Pupillaris ſubſtitutio non excluditur per hanc conditionem, ſi deceſſerit ſine liberis. idem lib. 11. tit. 1.

Pupillaris hæc facta pluribus ſimpliciter, vel copulatiuè non habet locum, niſi conditio in omnibus impleatur: quod limita, quando ſupereſt pupillus, qui defuncto fratri non ſuccedit. Mant. lib. 11. titu. 5. num. 10. de coniect. vltima. volunt.

Filius teſtatoris ſubſtitutus excludit fratrem, licèt pupillaris ſubſtitutio facta ſit pluribus ſimpliciter, vel copulatiuè. ibid. nu. 14.

Subſtitutio pupillaris non poteſt fieri à matre. Craue. conſi. 210. Natt. conſi. 68. Tom. 1.

Pater vilis non poteſt filio pupillariter ſubſtituere. Maran. in ſuo Spec. de ordi. iudi. part. 6. tit. & peruenitur aliquando per viam inquiſitio. nu. 69. Bar. in l. 17. §. filiofa. ff. de iniur. & famo. lib. imò quòd ſubſtitutio pupillaris facta per patrem mendicum filio valde diuiti, valeat ſcribit Pet. Gerar. ſing. 531.

Emancipato filio pupillariter ſubſtitui non poteſt, exhæredato tamen ſic, ſed de ratione diuerſitatis vide per Marc. de Mant. ſing. 518.

Pater, qui eſt talis conditionis, quòd ei adminiſtratio bonorum filij interdicatur in vita, illi non poterit pupillariter ſubſtituere. Bart. in Auth. idem eſt. §. non autem. C. de bonis, quæ liberis. nam pater improbatæ vitæ non pōt filio impuberi ſubſtituere pupillariter. Bar. in l. 13. C. de ſenten. paſſ. & reſtitu.

Naturalis non eſt in poteſtate patris, nec ſpurius, ideò illis pupillariter ipſe pater non poterit ſubſtituere. idem in l. 3. ff. de his, qui ſunt ſui, vel alieni iuris.

Hæreditas pupilli decedentis poſt annum à morte patris, & cui erat extraneus pupillariter ſubſtitutus, tutore non petito, cui deferatur, vide Bar. q. 18.

Miles non poteſt pupillariter ſubſtituere filio ſuo, niſi eum habeat in poteſtate; ſed quæ ſit ratio, vide Marc. de Mant. ſing. 208.

Qui allegat pupillum fuiſſe ſuppoſitū, videtur ſecundas tabulas impugnare, ideò q̄d in illis ei relinquitur aufertur, vt ab indigno. l. 16. ff. de his, quib. vt indig.

Subſtitutio hæc poteſt fieri filio impuberi non inſtituto. Papon. lib. 20. tit. 3. arreſt. 4.

Exiſtentia ſui hæredis confirmat tabulas pupillares. Bart. in l. 1. C. ſi minor ab hęreditat. fallit, ſi detur cohæres extraneus. idem Bar. in l. 42. ff. de acquir. hæred.

Exiſtentia ſui hęredis confirmat tabulas pupillares ad commodum filij abſtinentis, cui facta eſt ſubſtitutio. l. 41. & ſeq. ff. de acq. hæred.

Subſtitutio pupillaris conſeruatur per Authen. ex cauſa. C. de liberis pręteritis. Bar. conſi. 52. vol. 1. vide eundem Bar. in §. ſiue igitur, Auth. vt cùm de appella. cognoſ.

Si pupillus, cui fuit facta ſubſtitutio dederit ſe in arrogationem, quid iuris, & quid, quando pater arrogator ei ſubſtituit, vide per Bar. in l. ſi arrogator. ff. de adoptio.

Impubes arrogatus decedens, an poſsit decedere cū duab. tabulis pupillarib. hoc eſt patris naturalis, & arrogatoris, vide ibid. nu. 21.

Impubes factus Monachus, & decedēs in pupillari ętate, ſubſtitutus admittit̄. Bar. ibi. n. 24.

Pupillo arrogato poteſt ſubſtitui per arrogatorem (vſque ad pubertatem tantùm) in quarta Diui Pij, quam conſequitur ipſe filius arrogatus virtute arrogationis. l. ſi arrogator. ff. de adoptio.

Ei, qui

ij, qui non eſt in patris poteſtate recaſurus, ſit ſubſtitutio pupillaris. Bart. in l. ſi pater. ff. de adoptionibus.

Pupillo, & furioſo ſimul ſubſtituitur pupillariter, vt pupillo, non exemplariter, vt furioſo. Bar. in l. 3. ff. de tutelis.

De materia pupillaris ſubſtitutionis vide per Bar. in l. moribus. ff. de vulgari. in §. ſin autem, inſtitut. de pupill. ſubſtitut. & quibus modis finiatur ipſa ſubſtitutio, vide eundem in l. 14. eod. tit. de vulgari.

Si teſtator filio inſtituto pupillariter ſubſtituerit Titium, & quandocunque Titius deceſſerit ſine liberis ſubſtituerit ei Sempronium, Titio prædefuncto pupillo, inde ipſe pupillus decedat, Sempronius admittitur. Bart. in l. 68. nu. 10 ff. de acquir. hæred.

Subſtitutus pupillo tenetur facere inuẽtarium, ſed quid, ſi illud non fecerit, vide Bar. in l. 9. §. quod vulgo. ff. ad leg. Falcid.

Pater ſi ſubſtituerit duobus impuberibus intelligitur, quòd debeant ambo impuberes decedere. Bar. in l. 14. §. duob. ff. ad leg. Falcid.

Subſtitutus pupillo, qñ teneatur creditoribus, vide eundem in l. 12. ff. de priuileg. credit.

Pater in teſtamento mandauit, ſi filius deceſſerit in pupillari ætate, vendi bona ſua, & deſtribui inter pauperes, tunc talis ſubſtitutio cenſetur directa pupillaris. Bar. conſi. 3.

Titia ſubſtituta pupillo, ſi monaſterium ingrediretur, mortuo pupillo, habebit hæreditatem, etiam ſi monaſterium non ingrediatur. Bar. conſi. 184. vol. 1.

Subſtitutio directa facta per nomen collectiuũ, inſtitutis duobus filijs impuberibus, videlicet ſi vterque deceſſerit in pupillari ætate, Titius eſſet hęres, vno tantùm ex pupillis decedente in ipſa ætate, alter illi intelligitur ſubſtitutus. Abb. conſi. 58. lib. 2.

Legata relicta à pupillo in primis tabulis, & à cohærede ſibi ſubſtituto in ſecundis tabulis, debent contribui ratione Falcidiæ, ſecùs ſi ab vtroque in primis tabulis ſint relicta. l. 12. §. quæſitum. ff. ad leg. Falcid.

Pręlegata facta impuberi, non imputanť in Falcidiã ſubſtituto ipſius impuberis. l. cũ pr̃, eo.

Augmentum, vel diminutio bonorum contingens penes pupillum non minuit, neq́, auget legata relicta à pupillo, vel à ſubſtituto. l. in duplicibus. ff. eod.

Pupillariter ſubſtitutus grauatus, poteſt Falcidiam retinere, licèt alius ſubſtitutus non ſit grauatus. l. ſi is, qui. ff. eod.

Pupillaris ſubſtitutio etiam facta dicitur, ſi teſtator, qui ſuum filium hærederẽ inſtituit poſtea dixerit, & ſi deceſſerit ĩ pupillari ætate, ſubſtituo mihi Caium. Ludo. Rom. ſing. 109.

Si portio minus grauata accedat portioni magis grauatæ ex ſubſtitutione pupillari, locus erit cõtributioni, ſicut ſi accederet ex vulgari. l. qui fundum. §. ſi. ff. ad leg. Falcid.

Ad ſubſtitutum pertinent, non tantùm bona teſtatoris, verùm etiam ea, quæ hæredi pupillo aliqua alia cauſa accreſcunt. l. is, cui. ff. vt in poſſeſsio. legato.

Si impubes ab hæreditate paterna ſe abſtineat, ipſo iure, vel per reſtitutionem, paternis creditoribus non tenetur ipſe, neque ſibi pupillariter ſubſtitutus pp bona poſtea acquiſita; hęreditate verò adita, & retẽta vterq;, nempe inſtitutus, & ſubſtitutus creditorib. cum effectu tenetur. l. 12. ff. de priuileg. credit.

Petita bonorum poſſeſsione contra tabulas, relicta à pupillo debentur certis perſonis exceptis; relicta à ſubſtituto debentur omnib. ſalua ratione Falcidiæ. l. 5. ff. de legat. præſtan. cont. tabul.

Subſtitutio facta impuberi hoc modo, ſi filius meus moriatur, priuſquam in ſuam tutelam venerit, Titius hęres eſto, valet. l. 8. §. qui filio. ff. de bono. poſſeſ. ſecun. tabul.

Impuberem (cui pater ſecũdas tabulas fecerat) tunc certũ eſt inteſtatũ deceſsiſſe, cùm omiſerint ſubſtituti eius hæreditatẽ. l. 2. §. impuberem. ff. ad Senatuſcon. Tertul.

Tabulæ pupillares non ſubiacent q̃relæ per ſe, ſed rupto teſtamento paterno, & in totũ ipſę tabulæ pupillares rumpuntur; ſecùs ſi pro parte. l. 8. §. ſed nec. ff. de inoffi. teſtam.

Qui repudiauit hęreditatem paternam, poteſt adirę pupillarem hęreditatẽ, ſi habebat cohęredem, alias ſecus. l. 4. ff. de acquir. hęred.

Repetitio facta à ſubſtituto impuberis habet locum, etiam ſi legata cæperint non deberi ab inteſtato. l. 83. §. ſi paterfa. de legat. 1.

Subſtitutio facta impuberi à patre, qui poſtea ab hoſtibus capitur, non euaneſcit, licèt impubes defunctus ſit, & apud hoſtes pater moriatur. l. 10. ff. de captiuis.

Si teſtator filio inſtituto pupillariter ſubſtituat Titium, & quandocunque Titius deceſſerit ſine liberis, illi ſubſtituat Semproniũ, Titio p̃defuncto pupillo, q poſtea deceſsit, Sẽpronius ad illius ſucceſsionẽ admittiť virtute pupillaris ſubſtitutiõis. Bar. ĩ l. 68. ff. de acq. hęr.

De ſubſtitutione tacita vulgari, & pupillari.

Subſtitutio facta filijs ſub nomine collectiuo in genere, non excludit matrẽ, imò ipſa dẽt ſuccedere primo morienti vnà cũ cæteris filijs ſuperſtitib. p capita, & vltimo morienti ſuccadis i legitima ſolũmõ. Aff. deci. 38.

Subſtitutio vulgaris continens tacitam pupillarem, non excludit matrem. Afflic. deciſ. 38. nu. 5. Crau. conſi. 306. nu. 5. Dec. cõſi. 211. 315. vide eundẽ Dec. conſi. 332. & Guid. Pap. ſing. 892. qui tenet contrarium, ex quib. coniecturis excludatur, vide eundem Dec. conſi. 316. Bar. conſi. 76. vol. 2. Perilluſ. D. P. Teſſau. deciſ. 20. nu. 10. imò ſubſtitutio compendioſa per verbum commune facta, vt puta, ſi dicat teſtator, quãcunq; moriatur filius meus, ei ſubſtituo, &c. omni tempore eſt fideicommiſſaria, matre in medio exiſtente: ideò hoc caſu etiam filio decedente in pupillari ætate, mater non excluditur à legitima, & Trebellianica per ſubſtitutum, virtute tacitæ pupillaris. Afflic. deciſ. 367. Papon. lib. 20. tit. 3. arreſt. 6. Cranet. conſi. 142. nume. 6. Dec. conſi. 572. Menoch. conſi. 143. lib. 2. vide eundem Dec. conſi. 647 Perilluſtr. D. P. Teſſau. deciſ. 200. & Rol. conſi. 69 vol. 1. vbi tenet cõtra matrem.

Fallit, ſi ſubſtitutus eſſet frater, vel ſoror inſtituti. Guid. Pap q 353. vide q. 522. eiuſdẽ, Crau. d. conſi. 142. nu. 7. Menoch. conſi. 362. nu. 11. Bar. in l. 45. ff. de vulgari, ſed quo ad ſororem Menoch. d. cõſi. 144 num. 3. lib. 2. tenet cõtrà.

Secundò fallit, quando dicta compendioſa debet interpretari directa, quia facta fuit etiam in bonis pupilli. Crau. d. conſi. 142. nu. fin.

Tertiò fallit, qñ cõſtat de mente teſtatoris volẽtis excludere matrẽ Dec. cõſ. 572. ſi probetur excluſio à ſubſtituto. Guliel. de Ludo ſin. 71.

Subſtitutio pupillaris tacita cõtenta in expreſſa vulgari, contra matrẽ regulariter non admittitur, ſecùs in tacita vulgari. Marc. q. 175. vide ibid. quando mater excludatur.

De tacita pupillari ſubſtitutione, & quãdo excludat matrem, vide Mant. de coniect. vlt. volunt. lib. 5. tit. 13. qñ, & ex quibus coniecturis contra matrem admittatur, vide ibid. tit. 15. & ex quib. ceſſet tacita pupillaris, vide ti. 14.

Mater ex renunciatione iuris ſibi competentis ex tacita pupillaris comprehenſa in expreſſa vulgari facit, vt ſubſtitutus aliàs excluſus, admittatur. Marc. de Mant. ſing. 214.

Subſtitutio comprehenſa in breuiloqua, vel cõpendioſa non dicitur tacita, & pupillaris tacita præſumpta non excludit matrem, ſecùs in tacita probata aliquib. coniecturis. Bar. in l. 6. C. de teſtamen. milit. vide eundem in l. 2. nu. 32. ff. de vulgari, & in l. Centurio, ibid.

Mater excludit tacitam ſubſtitutionem, ſi ipſa viuat tempore, quo de viribus inſtitutionis agitur. Bar. in l. 42. ff. de hæred. inſtituen. materiam vulgaris ſubſtitutionis, & de eius effectu, vide apud Bar. in l. 1. ff. de vulgari, & in l. moribus eod.

Teſtator quando ſubſtituit Eccleſiam, mater non admittitur ex tacita pupillari. Pet. de Raue. ſing. 745.

Subſtitutio tacita pupillaris excludit matrem tranſeuntem ad ſecunda vota. Rol. conſi. 69. nu. 32. vol. 1. Item mater excluditur ex tacita pupillari, ſi conſtat de coniecturata voluntate teſtatoris defuncti. ibid. nu. 36.

Pupillari expreſſa extincta, adhuc ſuccedititur ex tacita vulgari. Boer. deciſ. 38. num. 15. quæ continetur ſub pupillari expreſſa. Vincen. de Franc. deciſ. 299 par. 2.

Subſtitutio expreſſa vulgaris cum clauſula, tũc, & eo caſu, non excludit tacitam pupillarem, ſecùs ſi fuerit facta cum dictione taxatiua. Guliel. Caſſad. deciſ. 1. tit. de ſubſtitutio.

Si impuberi fuerit datus ſubſtitutus pupillariter à patre, an p̃decedente ipſo filio impubere patri, ſubſtitutus poſsit admitti virtute ſubſtitutionis tacitæ vulgaris, vide Capell. Tholloſ. quæſt. 391.

Subſtitutio pupillaris facta per matrem pupillo, aut per patrem emãcipato, vel puberi, aut extraneo, tacitam vulgarem continet. Fran. Marc. q. 172. part. 2. ſed an poſsit valere iure fideicommiſsi, vide q. 174.

Subſtitutio, ſi nati decedant, continet caſum, ſi non naſcantur, virtute tacitæ vulgaris. Rot. Auenio. deciſ. 4 in deciſio. diuerſo.

De tacita vulgari ſubſtitutione vide per Fran. Mant. de coniect. vlti. volun. lib. 5. tit. 3.

Ex quibus cõiecturis ceſſet tacita vulgaris ſubſtitutio, vide eundem ibid. tit. 5. de virtute tacitæ vulgaris ſubſtitutionis, ibid. tit. 6.

Licèt pupillaris requirat aditionẽ hæreditatis; tamen vulgaris tacita, quę continetur ſub illa, hoc non requirit, ſed poteſt ab ea incipere. Bart. ſing. 78.

Subſtitutio tacita vulgaris comprehẽditur ſub fideicommiſſaria, & talis tacita vulgaris non requirit aditionem. Boer. conſi. 26. num. 3. 5. Bar. in l. 14. ff. de milit. teſtamen. ſed ſubſtitutio pupillaris tacita non valet ſine aditione. ibi. Boer. n. 4. imò ad cõfirmationẽ tacitæ vulgaris requiritur aditio ex teſtamento paterno. l. apud Iulianum. §. idem Iulianus. ff. ad Trebellia. vide eundem Bar. conſi. 177. vol. 1.

Vulgaris tacita non impedit exiſtentiam ſui hæredis. Bar. in l. 22. num. 11. ff. de adoptioni. ſecùs in expreſſa. idem Bar. in l. 8. §. quartam. ff. de inoffi. teſtament. ſubſtitutiõ enim vulgaris tacita non facit de voluntario neceſſariũ. Bart. in l. Gallus. §. quidam, num. 6. ff. de liberis, & poſthumis.

Vulgaris tacita, vtrũ expiret, ſi pupillus deceſſerit ante teſtatorem, vide Barto. in l. 14. ff. de milit. teſtam. & in l. 28. ff. de vulgari.

Vulgaris tacita comprehenſa in expreſſa pupillari,

lari, non trahitur ad bon a impuberis. Bart. in l. 42. ff de acquir. hæred.

Teſtm̃ non poteſt aſſumere vires à tacita vulgari. Bar. in l. 9. § idem Iulianus. ff. a d Trebell.

Subſtitutio pupillaris etiam facta extraneo, cõtinet tacitam vulgarem. Bart. conſi. 48. vol. 1.

De ſubſtitutione exemplari.

SIcut pater directò ſubſtituere poteſt filio ſuo furioſo, & mente capto ætate maiori, & adita hæreditate: ita pariter directò ſubſtituere poteſt filio à natura muto, & ſurdo, qui teſtm̃ cõdere non põt. Menoch. cõſi. 303. nu. 14. libr. 4.

Subſtitutio compendioſa facta ei, qui furioſus, mẽte captus, vel natura mutus, ac ſurdus eſt, continet etiam exemplarem. ibid nu. 16.

Vulgaris expreſſa cõtinet etiam exemplarem, ſi facta eſt ei, qui tunc temporis erat furioſus, vel mutus, aut ſurdus. ibid. nu. 11. ideò ex prædictis concludit Menoch. d. conſi. 303. ſi teſtator ſubſtituerit filio ſuo muto, & ſurdo à natiuitate vulgariter, & per fideicommiſſum, q tunc cenſetur facta ſubſtitutio exemplaris directa, in qua veniunt bona dicti filij ſurdi, etiam non prouenientia à ſubſtantia dicti teſtatoris.

Subſtitutio exemplaris, ſi concurrat cum fideicõmiſſaria, datur electio ſubſtituto. ibid. n. 4.

Exemplarem ſubſtitutionem, an facere poſsit pr̃, vel mater ad ſecunda vota tranſiens ante, vel poſt tranſitum, vide per Boer. conſi. 188.

Exemplaris facta ei, cui minus legitima eſt relictum, non valet. Boer. d. deciſ. 188. nu. 4. & 5. & pro confirmatione iſtius ſubſtitutionis requiritur aditio. ibid. nu. fin.

Diſpoſitio legis humanitatis. C. de impuberiſ, loquens de mente capto, habet etiam locũ in furioſo. Math. Matheſ. ſing. 179.

Subſtitutio exemplaris ſuſtinetur beneficio legis primæ. C. de Sacroſanct. Eccle.

Pupillo, & furioſo ſimul ſubſtituitur pupillariter, vel pupillo, non exemplariter, vt furioſo. Bar. in l. 5. ff. de tutelis.

De ſubſtitutione exemplari, quę fit furioſo, vel aliter perpetuo morbo laboranti, vide per Bart. in l. 43. ff. de vulgari. & de ſubſtituto furioſi vide in l. 1. ff. de bonor. poſſ. infan. mut. ſurd. & in hac ſubſtitutione, quę requirantur ad validitatem, vide Rol. conſi. 68. vol. 4.

Pater põt furioſo ſubſtituere exẽplariter. l. fin. § ſin autẽ parentes. C. de curato. furio. ſed quomodo, vide l. humanitatis. C. de impuberum.

Subſtitutio à pr̃e facta filio furioſo, an ſit exemplaris, vel fideicommiſſaria, vide per Dec. conſi. 371. vol. 1.

De ſubſtitutione reciproca.

IN fideicõmiſſo reciproco ſit locus, & quando habeat locum inter filios, & nepotes, vide Dec. conſi. 456.

Subſtitutio reciproca non inducit inter eos, poſt quorũ mortem fit ſubſtitutio, niſi fiat vltimo morienti, & in tota hæreditate, ſecundum cõem opinionem, à qua tñ de facili recedi debet ex aliquib. cõiecturis. Crau. cõſi. 113. ſed ex qb. inducatur reciproca fideicommiſſaria, vide Fran. Mant. de coniect. vltima. volun. lib. 7. tit. 5. Crau. conſi. 130. nu. 6. & conſi. 306. nu. 2.

Ad hoc, vt reciproca ſubſtitutio ſit inducta tria requiruntur: Primum qđ expreſsè facta ſit: Secundum q ſit facta in tota hæreditate, vel in omnib. bonis: Tertium q ſubſtituti ſint expreſsè vocati, non enim ſufficit, q ſint poſiti in cõditione. vide Menoch. cõſ. 328. n. 48. li. 4.

Subſtitutio breuiloqua, quæ eſt facta cum tractu tpis, nedum comprehẽdit vulgarẽ, verùm et & fideicommiſſariam poſt aditã hæreditatẽ. Rol. conſi. 25. vol. 1. aliàs continet ſolùm vulgarẽ. Dec. cõſi. 205. aut conſi. 292. ſed ex quibus coniecturis ſubſtitutio fideicommiſſaria comprehendatur in reciproca, vide Franc. Mant. de coniect. vlt. volunt. lib. 7. tit. 4.

Reciproca ſubſtitutio impuberibus, & puberib. coniunctim facta cum compendioſa, an cõprehendat pupillarem, vide Franc. Mant. de coniect. vlt. volunt. lib. 5. tit. 8.

Subſtitutio reciproca, ſeu breuiloqua facta his verbis, vos inuicem ſubſtituo, continet vulgarem ſolùm. Dec. conſi. 205. maximè quãdo non fuit addita dictio, quæ tractum temporis denotet. ibid. nu. 7. & conſi. 292. nu. 3.

Subſtitutio reciproca, ſiue breuiloqua facta pſonis imparib. continet vulgares ſubſtitutiones tm̃, quę poterãt fieri cuilibet eorum, ſed pupillarem ſubſtitutionem, quę non poterãt fieri, niſi tm̃ alteri eorum non continet, nec etiam cõtinet ſubſtitutionẽ militarem, quãuis illa potuiſſet fieri ex priuilegio militis cuilibet eorum. l. 6. C. de teſtam. milit.

Qñ huic reciprocę ſubſtitutioni factę imparib. pſonis iũcta eſt et cõpẽdioſa facta p tractum temporis, & in caſum mortis, talis reciproca ſubſtitutio cõtinet nõ ſolũ vulgarẽ, ſed et fideicõmiſſariã. Natt. cõſ. 551. Rol. cõſ. 25. vol. 1.

Subſtitutio breuiloqua iuncta cũ cõpẽdioſa (licet facta pſonis imparib.) cõtinet pupillarẽ, qñ cõſtat hoc teſtatorẽ voluiſſe. Nat. cõſ. 328.

Subſtitutio ſimplex reciproca ſine tẽporis tractu ſucceſsiuo, cenſetur vulgaris, non autem fideicommiſſaria. Menoch. conſi. 328. libr. 4.

De hac ſubſtitutione reciproca, quæ fit hoc modo, vos inuicem ſubſtituo vide per Bart. in l. 45. ff. de vulgari.

Fideicommiſſum reciprocum inter fratres expreſsè remitti poteſt. Ozaſc. deciſ. 100. licèt poſtea conditio liberorum eueniat, quiá tūc valet remiſsio in præiudicium liberorum. Boer. deciſ. 147.

Subſtitutio eſt reciproca, quando vnus loco alterius expreſsè eſt ſubſtitutus, vide exemplū per Menoch conſi 310. lib. 4.

Subſtitutio facta filijs de extraneo, arguit reciprocam ſubſtitutionem ob præſumptā mentem teſtatoris, qui voluit illos excludere extraneum ſubſtitutum. Menoch. ibid. nu. 3.

Hæc verba, eos, & quemlibet eorum ad inuicē ſubſtituit vulgariter, pupillariter, & per fideicommiſſum, ſubſtitutionem reciprocam ſignificare ſcribit Menoch. conſi. 327. lib. 4.

Subſtitutio reciproca, ſeu breuiloqua eſt, quando teſtator plures inſtituit hæredes, eosque inuicem ſubſtituit, quæ plures continet ſubſtitutiones expreſſas verbis generalibus, & tacitas, ſpecialibus. vide Natt. conſi. 551.

De ſubſtitutione compendioſa.

Substitutio cōpendioſa facta verbis communibus (vt per verbū ſubſtituo) valet omni tempore vt fideicommiſſaria. glo. in l. precibus. C. de impuberum. Quòd talis ſubſtitutio facta hoc modo, quandocunque filius meus moriatur, ei ſubſtituo, &c. ſit omni tempore fideicommiſſaria (matre exiſtēte ī medio) ſcribit Affl. deciſ. 367. vide ſupra tit. de ſubſtitutione tacita vulgari, & pupil. tamen quòd facta pupillo intra tempora pubertatis excludat matrem, tradit Bar. conſi. 8.

Subſtitutio compēdioſa facta à matre filio impuberi, an ſit toto tempore fideicommiſſaria, vide Capel. Tholl. q. 82. ſed quando pater ſubſtituit filio inſtituto, ſi deceſſerit ſine liberis, eſt fideicommiſſaria. ibid. q. 217.

Subſtitutio compendioſa facta coniunctim maioribus, & minoribus, intelligitur quo ad omnes fideicommiſſaria. Bar. conſi. 41. vol. 1. & non continet pupillarem. idem Bar. conſ. 57.

Subſtitutio hæc (aliquo ex inſtitutis decedente ante aditam hæreditatem) continet vulgarem directam, ſed ſi poſt aditam hæreditatē aliquis ex inſtitutis deceſſerit, in perſona illius continet fideicommiſſariam. Bar. conſi. 57. vol. 1. vide conſi. 73. vol. 2.

Compendioſa verbis directis non poteſt fieri puberi, ſecùs eſſet, ſi fuiſſet facta per verbum commune; quia tunc valeret, qn̄ fieret per illa verba, ſi ſine liberis, &c. quæ denotant tractum temporis. Guid. Pap. q. 534.

Subſtitutio compendioſa facta à pagano per verbum commune, ſubſtituo quandocunque hæres deceſſerit, etiam continet vulgarem. Franc. Marc. q. 78. part. 2. & facta pupillo pro tempore pupillaris ætatis, valet iure directo, & poſt pubertatem, iure fideicommiſsi. Dec. conſi. 228. & 238. Rol. conſi. 69. vol. 1. Bar. cōſ. 3. vol. 1. vide eundem Bart. in conſi. 15. vol. 1. glo. in c. Raynutius, ex. de teſtament.

Subſtitutio facta filio, vel nepoti, ſi deceſſerit ſine liberis, eſt compendioſa, & ſi contingat in perſonam puberis poſt aditam hæreditatem, reſoluitur in fideicommiſſariam. Natt. conſi. 255. & Rol. conſi. 69. vol. 1.

Subſtitutio compendioſa facta per verbum cōmune, ſubſtituo quandocunque deceſſerit, cum diſtinctione temporis, ſi fiet pupillo in poteſtate pupillarem, & vulgarem continet, item & fideicommiſſariam poſt pubertatem: ſi verò fieret extraneo, vel puberi, cōtineret vulgarem, & fideicommiſſariam. Marc. q. 172. part. 2. num. 3.

Idem quando eſſet adiecta illa conditio, ſi ſine liberis deceſſerit, quæ denotat tractū futuri temporis. ibid. nu. 4.

Subſtitutio compendioſa, ſi ſine filijs quandocunque deceſſerit, an comprehendat caſum impotentiæ, puta ſi inſtitutus ſit incapax, vide Creſcen. deciſ. 1. alias 76. tit. de teſtament.

Cōditio, ſi inſtitutus deceſſerit ſine liberis appoſita in compendioſa, facit illam deficere, licèt inſtitutus nō poſſit eſſe hæres, quia deceſſit viuo teſtatore relicto filio, & ſic tunc deficit vulgaris ſubſtitutio comprehenſa in cōpendioſa. Crau. cōſi. 62. vide Dec. cōſ. 529.

Subſtitutio habens tractum temporis dicitur compendioſa. Natt. conſi. 660. & talis ſubſtitutio continet vulgarem, quæ locum habet inſtituto decedente in vita teſtatoris. Crau. conſi. 62. & conſi. 283. Dec. conſi. 529. Barto. cōſi. 37. & 40. vol. 1. vide eundē Dec. cōſ. 527.

Subſtitutio compendioſa facta maiori, continet vulgarem, & fideicommiſſariam, & tunc ſi hæres inſtitutus repudiet hæreditatem, vel decedat viuo teſtatore, erit locus vulgari ſubſtitutioni, ſi aūt adita ſit hæreditas, fideicommiſſariæ. Natt. conſ. 191. To. 1. & cōſ. 395.

Subſtitutio compēdioſa facta pupillo reſtricta ad bona teſtatoris, non comprehendit pupillarem. Crau. conſi. 98. nu. 10. Menoch. cōſi. 362. nu. 3. lib. 4.

Compendioſa ſubſtitutio continet in ſe vulgarem, ideò vbi ſunt plures gradus ſubſtitutionum compendioſarum, aut vulgarium, deficientibus

cientibus primis gradibus, fit locus vltimo gradui ſubſtitutionis. Crauet. conſil.283. vide conſil.295.

Subſtitutio quando ſub plena determinatione facta fuit alicui vulgariter, & per fideicommiſſum, quando vtraque comprehendatur in compendioſa, vide Dec.conſi.416.

Subſtitutio compendioſa facta in re certa per verbum commune, nunquam comprehendit pupillarē ſubſtitutionē. Natt.cōſ.68.Tom.1.

Subſtitutio collata in mortem hæredis, eſt cōpendioſa, & impedit pupillarem. Dec.conſi. 642. & 643.

Subſtitutio compendioſa dicitur, vbi eſt appoſita ſimpliciter conditio mortis. Natt.d.cōſi. 68.nu.7. Raud.tract. de analog.cap.30.nu.5. & includit vulgarem. ibid.

Subſtitutio comprehenſa in breuiloqua, vel cōpendioſa, non dicitur tacita ſecundum Bar. in l.6.C.de teſtam.milit.

De hac ſubſtitutione compendioſa vide per Bar.in l.Centurio.ff. de vulgari.

Subſtitutio compendioſa facta pupillo, continet directam pupillarem, quando filij ſunt inuicem ſubſtituti. Bart.conſi.30.vol.1. vide eundem conſi.63.vol.2.

Inſtitutis filijs, & ipſis inuicem ſubſtitutis, vulgariter, pupillariter, & per fideicommiſſum in perpetuum, ſecundum formam iuris, intelligitur facta compēdioſa ſubſtitutio, propter illud verbum, in perpetuū, quod habet tractum temporis. Menoch.conſi.95. imò in dicto caſu abſque illo verbo, in perpetuum, valebit compendioſa ſubſtitutio. ibid.

Subſtitutio facta, ſi hæres deceſſerit in pupillari ætate, & ſine filijs, eſt compendioſa apta importare plura tempora, & plures ſubſtitutiones, & poſt pubertatem erit fideicommiſſaria. Bero. quæſt.112.

De fideicommiſſaria ſubſtitutione, & fideicommiſſis in genere.

Substitutio fideicommiſſaria, vbi facta eſt poſt mortē plurium, purificata conditione in perſona vnius, tantū ad illius portionem admittitur ſubſtitutus. Ozaſ.deciſ.110. nu.7.

Si mater filium ſuum inſtituat, & ei ſubſtituat Claudiā eius filiā, & ſuos, tunc licèt fœminæ non habeant liberos in poteſtate (qui dicuntur ſui) tamen filia Claudię admittitur, hærede decedente ſine liberis. Guid.q.548.

Fratres ſi eſſent inſtituti, & illis ſine liberis decedentibus patruus ſubſtitutus, tunc ipſe patruus non poteſt venire ad ſucceſsionem alterius inſtitutorum mortui, quamdiu ſupereſt alius hæres, qui habet liberos: quia requiritur, quòd mors omnium ſine liberis ſequatur. Boer.deciſ.88.

Pauperes Chriſti vltimo loco vocati ad fideicommiſſum, præferūtur alijs venientibus ab inteſtato in omnem euentum, licèt ſub certis modo, & conditione vocati videantur, vt ſi vltimo loco grauatus reſtituere pauperib. prædecedat primo loco inſtitutis, & grauatis reſtituere illi præmorienti. DD. de Rota deciſio.9. de teſtam. in antiq.

Ad impediendum purificationem fideicōmiſſi ſatis eſt, quòd ſuperſit perſona in conditione poſita, licèt ex facto proprio nō poſſet ſuccedere. Mago. deciſ.102.nu.8. Rot. Flor.

Extraneus rogatus per fideicommiſſum reſtituere alteri extraneo, ſi res fideicommiſſo ſubiectas cœperit dilapidare, cogi poteſt de facto reſtituere: idem eſt in patre grauato reſtituere filio. Auguſt. Bero q.72.

Fideicommiſſum relictum, ſi inſtitutus deceſſerit ſine liberis, vnà cum pluribus alijs conditionibus alternatiuè poſitis, non habet effectum, niſi omnes conditiones exiſtant, quia alternatiua hoc caſu accipitur pro copulatiua. l.6.C. de inſtitutio. & ſubſtitut.

Facta ſubſtitutione, ſi ſine filijs legitimis, & naturalibus inſtitutus deceſſerit, an ſubſtitutus excludatur à filio ſpurio legitimato, vide Afflic.deciſ.386. & ſupra tit. legitimati filij quādo faciunt defic. fideic.

Subſtitutio facta in perſona vnius, cenſetur repetita ſub eadem conditione in perſona alterius ſibi coniuncti, vt puta, ſi teſtator fecerit plures gradus inſtitutionum, & ſubſtitutionum, hoc modo, inſtituo Stephanum, & eius liberos, & caſu, quo ipſe Stephanus decederet ſine liberis, Sempronium inſtituo, & ſubſtituo, & deinceps, tūc ſi Sempronius deceſſerit relicto vno filio, in quo ſubſtitutio habuit effectum, & poſtea talis filius deceſſerit ſine liberis, cenſetur grauatus de reſtituendo Sempronio, ſicut pater ſuus erat grauatus. Guid.Pap.q.531.

Maſculorum verbum adiectum in inſtitutione hæredis, vel in primo gradu ſubſtitutionis, cenſetur repetitum in ſequētibus gradibus, niſi aliter de mente teſtatoris appareret ex verbis ipſius coniecturata, quæ voluntas coniecturata obſeruanda eſſet. Guid.Pap.q.485.

Qualitas maſculorum, cenſetur in ſequentibus, & in teſtamento repetita. Cabal. milleloq. 455. fallit data diuerſitatis rōne. Raud.tract. de analog.cap.37.nu.17.

Si fuerint factæ plures ſubſtitutiones cū aliquo onere

onere relicto in enentum alicuius conditionis, ipſa conditione purificata, tale onus ſpectat ad vltimum ſubſtitutum. Papon. lib. 20. tit. 3. arreſt. 15.

Subſtitutio prima ſi erat fideicõmiſſaria, licèt primum fideicommiſſum deficiat, remanet apud hæredem cum onere ſuo, & ſic debetur ſecundo fideicommiſſario. Dec. conſil. 417. nu. 8.

An fideicommiſſum appoſitum in teſtamento, intelligatur repetitum in codicillis, in quibus teſtator aliquid diſpoſuit circa eandem rem in teſtamẽto fideicommiſſo ſubiectam, vide Natt. conſi. 476.

Onus fideicommiſsi iniunctum à teſtatore filijs, non cenſetur repetitum in nepotes ſubſtitutos, & vocatos: nam conditio adiecta inſtituto, vel ſubſtituto, nõ cenſetur repetita in ſubſtituto. Menoch. conſi. 152. num. 35. & ſeqq. lib. 2. & conſi. 379. 393. nu. 35. eod. lib. & conſi. 253. & 326. nu. 43. lib. 3.

Fallit, quãdo teſtator prohibuit alienari bona ſua cauſa adiecta, vt cõſeruarentur in agnatione, & familia; nam tunc cenſetur repetitũ. Menoch. conſi. 197. nu. 8. vide conſ. 277. lib. 2.

Item onus cenſetur repetitum nõ ſolùm in nepotes, ſed etiam in omnes deſcendentes, qñ ex coniecturis conſtat teſtatorem hoc voluiſſe, ſed ex quibus coniecturis hoc inferat, vide eundem Menoch. conſi. 310. lib. 4. & qñ aliàs cenſeatur repetitum, vide eundem cõſi. 333. nu. 44. eod. lib.

Onus reſtitutionis fideicõmiſsi iniunctum hæredi morienti ſine filijs, vt reſtituat, puta Titio, non cenſetur repetitum in eundem hæredem erga filios ſuos, quia onus, & cõditio adiecta inſtitutioni, non cenſetur repetita in ſubſtitutione ex multis traditis ꝑ Menoch. conſi. 327. lib. 4.

Relictum nominatim ab eo, qui eſt in primo gradu, non debetur ab eo, qui eſt in ſecundo, ſi ad eum hæreditas peruenerit. l. 1. §. illud certè, de legat. 3.

Quando fuit data facultas diſponendi filio ad fideicommiſſum vocato inter filios, ſi in defectum ipſorum fuerint ẽt vocatæ filię, ea facultas data diſponendi quo ad filios, cenſetur repetita quo ad filias ſecundo loco vocatas. Menoch. conſi. 215. nu. 167. lib. 3.

Facta diſpoſitione hoc modo, dono Catherinæ, et Mariæ ſororibus pro ſe, filijs, & deſcendentibus, & ipſis ſine filijs decedentib. volo bona ad Sempronium peruenire., tunc conditio, ſi ſine filijs, non ſolùm refertur ad ſorores donatarias, verùm etiam ad earum filios, & deſcendentes, adeò quòd, vt ipſi deſcendentes ſine filijs cenſeantur grauati, per rationes traditas à Menoch. conſi. 334 lib. 4.

Tacitum fideicommiſſum etiam in teſtamento intelligitur repetitum, cùm eadem perſona eſt inſtituta. l. 3. ff. de probatio.

Fideicommiſſum factum in teſtamento, cenſetur repetitum in codicillis de bonis in illis relictis. §. fidei cum. l. 79. de legat. 2.

Iuramentum teſtatoris, vel hæredis habet vim repetionis ab inteſtato: ideò rupto teſtamẽto legata, & fideicommiſſa ab inteſtato debentur. d. l. 79. §. filius.

Subſtitutio facta per verbum commune, ſubſtituit, adiectum certæ rei, dicitur fideicõmiſſaria, & non poteſt trahi ad directam vniuerſalem, vt ſubſtitutus poſsit habere omnia bona, quæ haberet, ſi traheretur ad directam ſubſtitutionem. Craueconſi. 210. ſed quid, ſi fuerit appoſita clauſula codicillaris, vide ibidem.

Tribus fratribus hæredibus inſtitutis, & adinuicem ſubſtitutis, & grauatis de reſtituendo, vno decedente ſine liberis, portio illius ſpectat ad alios ſuperſtites, demum decedente altero eorum, vltimus ſuperſtes debet habere omnia bona. Guid. Pap. q. 303.

Subſtitutio facta de hæredibus naſcituris ex legitimo matrimonio, requirit quòd ſubſtituti ſint filij, & herodes. Guid. Pap. q. 457.

Si teſtator ſubſtituerit hæredi ſuo proprium filium dicti ſui hęredis, quem voluit eius cognomen, & arma portare, ſi hæres habuerit plures filios, primus cenſetur ſubſtitutus. Guid. q. 467. vide tamen ibid.

Si teſtator ademerit aliquid de bonis ſubiectis per fideicommiſſum prius factum legando alteri, ſi legatum efficiatur caducum, res legata pertinebit ad fideicommiſſarium adueniente conditione fideicommiſsi. Guid. Pap. q. 484. tamen vide ibid.

Liberi nati tempore mortis hæredum ſi ſubſtituantur, nati poſt mortem hæredum non videntur inuitati, ſecus ſi teſtator ſimpliciter locutus fuiſſet de liberis, tunc enim tales liberi qñcunque nati forent, eſſent inuitati ad ſucceſsionem. Guid. Pap. q. 511. vide q. 612.

Teſtator inſtituit duos filios, & ſi deceſſerint ſine liberis eis, vel alteri ſubſtituit Titium, & ipſi Titio decedẽti ſine liberis ſubſtituit Caium, contingit Titium decedere ſine liberis, viuis adhuc hæredibus filijs, deinde deceſſerunt ipſi filij ſine liberis, dubitatum fuit, an Caius vltimo loco ſubſtitutus Titio prædefuncto, poſſet admitti ad fideicõmiſſum, fuit deciſum pro affirmatiua. Guid. Pap. q. 550.

Quando fit ſubſtitutio de agnatis, nepotes ex filio filij excludũt nepotes ex filiabus. Boer. deciſ. 147. num. 16. ſed ſi ſubſtituti eſſent ex-

tranei,

tranei, tunc non excluderent nepotes ex filia. ibid. nu. 17. vide tamen ibid.

Quatenus teſtator dilexit in inſtituendo, cenſetur dilexiſſe ſubſtituendo, hinc infertur, quod ſi teſtator in inſtitutione excludat fœminas propter maſculos, cenſeatur eas pariter voluiſſe excludere in ſubſtitutione. Clar. in ſua Pract. §. teſtamentum q. 76. nu. 14.

Si teſtator dicat, ſi nullus ex meis hæredib. deceſſerit ſine liberis, debet dictum declarari, ſi aliquis deceſſerit ſine liberis. Boer. deciſio. 354. num fin.

Fideicómiſſum relictum poſt mortem pluriũ, an à ſingulis, vel ab vltimo moriente relictũ videatur, vide Mantic. lib. 8. tit. 2. num. fin. de coniect. vltim. volunt. quòd videatur relictũ ab vltimo decedenti, & ipſe cenſeatur grauatus de reſtituẽdo ſcribit Dec. cõſ. 427. n. 6. & relictum poſt mortẽ filij, verum à filio, vel ab eius hęrede relictum videatur, & de differentia vnius caſus, ab altero, vide eundem Mantic. ibidem tit. 3.

Maiore ex filijs alicuius ſubſtituto, an intelligatur de eo, qui ſit maior tempore facti teſtamenti, vel mortis, vel quando cedit dies, vide eundem lib. 8. tit. 10.

Fideicommiſſum ſi relictum ſit alicui, & eius hęredib. vel ſi quis ſubſtituerit Titium, & ſuos, de quibus intelligatur, vide ibid. tit. 14.

Ex quibus coniecturis maſculi ex fœminis progeniti, debeant fœminis pferri, vide ibi. ti. 18.

Ex quibus coniecturis fraudis ſuſpicio in fideicõmiſſo colligatur, vide eundem lib. 1. tit. 4.

Deſcendentes maſculi, quando ponuntur in diſpoſitione, vel conditione in vltima voluntate, debent intelligi de maſculis deſcendentibus ex maſculis: idẽ ſi fiat mentio de prole maſculina. Gaſp. Cabal. milleloq. 104.

Teſtator vnicum filium habens, ac duas filias, & ex alia filia præmortua nepotes, filium inſtituit vniuerſalem hæredem, cui ſubſtituit, ſi ſine liberis, dictas filias, & nepotes ex alia præmortua, viuente adhuc hærede vniuerſali deceſsit altera ſoror ſubſtituta relictis filijs, poſtea deceſsit dictus hęres ſine liberis, quęrebatur, an iſti filij filiæ teſtatoris præmortuæ, & vocatæ, cenſerẽtur ſubſtituti loco matris, adeo qđ poſsint admitti cum alijs ſubſtitutis, fuit deciſum pro parte negatiua, vt teſtatur Mago. deciſ. Luc. 82.

Succeſsio inducta ex teſtamento, veluti ex fideicõmiſſo, an fiat in capita, vel in ſtirpes inter nepotes numero diſpares ex pluribus ſororibus, vel fratribus, vide Mago. deciſ. 144. nu. 10. Rot. Floren. & Dec. conſi. 412.

Fideicommiſſum relictum nepotibus ſub nomine collectiuo, debetur ipſis in ſtirpem, & non in capita, ſecùs ſi eſſet relictum illis ſub nominibus proprijs. Dec. conſi. 300. nu. 7. vide eundem Dec. conſi 321. nu. 5. & tunc veniunt etiam nepotes exiſtentes tempore purificatæ conditionis, licèt non eſſent concepti tpe mortis teſtatoris Dec. d. cõſ. 300. n. 8.

Fideicommiſſum vniuerſale, quomodo à ſpeciali diſtinguatur, vide Mant. de coniect. vlti. volunt. lib. 7. tit. 2.

Subſtitutione hoc modo facta, ſi quis filiorum meorum ſine liberis deceſſerit, ſubſtituo ſuperſtites, & ſuos, moriente vno ſine liberis, relicto fratre, & nepotibus ex altero fratre, an ſimul ad fideicõmiſſum admittantur quæſtio eſt ingens, tamen cõtra nepotes pro fratre fuit iudicatum, vt teſtatur Gome. Leo deciſ 37. in deciſ. diuerſo. Tom. 3.

Subſtitutus caſu, quo hæres deceſſerit ſine liberis, qui ſunt primo loco ſubſtituti, tacitè eſt etiam ſubſtitutus ipſis liberis, in caſu ſimili, vide Papon. lib. 20. tit. 3. arreſt. 8.

Subſtitutio facta de proprio filio, ſuſceptis pluribus filijs, primus cenſetur vocatus. Papon. arreſt. 14. lib. 20. tit. 3.

Non attenditur duplicitas vinculi in iure ſubſtitutionis: ideò qñ pr inſtituit ſuos hrdes filios diuerſarũ vxorũ, eos inuicem ſubſtituendo, ſi alter ipſorum decedat ſine liberis, omnes admittuntur, non inſpecto, an ſint cõiuncti ex vtroque latere, vel ex vno tantùm. Craue. conſi. 43. & Dec. conſi. 550.

Limita concluſionem, quando cum iure ſubſtitutionis coniunctum eſt ius accreſcendi, tũc enim præferuntur illi, in quibus cadit ius illud accreſcendi, veluti ſi eſſent inſtituti liberi primi matrimonij pro dimidia, & alij ſecũdi pro alia dimidia. Crau. d. cõſi. 43. Menoch. cõnſi. 198. lib. 2. vide Dec. conſi. 305.

Teſtator inſtituit Alexandrum, & Benedictum ſuos filios, ſubſtituendo vnũ alteri decedenti ſine filijs legitimis, & naturalib. ſimul, vel naturalibus tantùm, deficientibus filijs legitimis, & naturalibus ſimul, filij naturales tantũ ſuccedere debeant eorum patri, deinde deceſsit Benedictus relictis Iacobo filio naturali, & Franciſco filio legitimo, & naturali, poſtea deceſsit d. Frãciſcus relicto Alexandro patruo, dubitatum fuit, an Alexander dicatur ſubſtitutus ipſi Franciſco eius nepoti ex fratre, ſicut erat ſubſtitutus d. fratri, fuit rñſum pro parte affirmatiua p Crau. cõſ. 326.

Teſtator ſi inſtituat duos filios hęredes vniuerſales, & filiã in certa q̃titate, & ſi aliquis eorum deceſſerit ſine liberis, quod portio eius deueniat in ſuperuiuentes, an mortuo vno ex filijs, filia ad illud fideicõmiſſum admittat, vide Iaſ. de actio. in §. præiudiciales, nu. 33.

Quando

Quando ſubſtitutio fuit facta cũ dictione, tũc, veluti ſi dicat teſtator inſtituo Titium, & Sempronium, & tunc ipſis non exiſtentibus, volo bona mea peruenire ad alios, quid iuris, vide Dec. conſi. 63.

Si teſtator inſtituerit duos nepotes ex Seio fratre in vna dimidia hæreditatis, & alios quatuor nepotes ex alio fratre in alia dimidia, eosq́ue inuicem ſubſtituerit, tunc cenſentur ſubſtituti, ſicut ſunt inſtituti reſpectiuè. Dec. conſi. 186. nam teſtatoris voluntas debet intelligi in ſubſtitutione, ſecundum inſtitutionem. Dec. conſi. 270. nu. 4.

Subſtitutionis verba, quibus dicitur, quòd portio decedẽtis veniat ad ſuperuiuẽtes intelligunt, ſalua gradus ꝓrogatiua. Dec. cõſ. 330.

Patruus excludit nepotes in fideicommiſſo relicto adiectis verbis, ſalua ſemper inter fideicommiſſarios gradus prærogatiua. Dec. cõſi. 408. vide eundem conſi. 412. & 480. nu. 8.

Si teſtator inſtituerit filios maſculos hæredes, & filiam in certa quantitate, deinde diſpoſuerit, quòd ſi aliquis eorum ſine liberis deceſſerit, portio eius ad ſuperuiuentes deueniret, ex tali ſubſtitutione non cenſetur vocata filia hæres particularis inſtituta. Dec. conſi. 547. nu. 6.

Subſtitutio fideicõmiſſaria facta de fratre, aut filijs fratrum intelligitur, vt primò ſuccedat frater, & eo mortuo, ſuccedãt eius filij. Natt. conſi. 470. num. 8. vide ſupra titu. de ſubſtitutio. in genere.

Mater filias inſtituit hæredes particulares, & duos filios hæredes vniuerſales cum conditione, quòd ſi quis ipſorum hęredum vniuerſalium deceſſerit ſine filijs, alter ſuperſtes ei ſuccederet, defuncto altero hæredum vniuerſalium relictis filiabus ſolùm, patruus ſubſtitutus excludit filias neptes: quia hoc in caſu, maſculinum non concipit fœmininum. Rol. conſi. 82. vol. 3.

Si teſtator primo ſubſtituto decedenti ſine liberis ſubſtituerit primogenitum natum, & procreatũ ex Solomea eius ſorore, ſub quouis nomine contingat eum nominari, ita tamen quòd faciat ſe inſcribi de domo ipſius teſtatoris, mortuo ipſo primogenito antę euentum conditionis fideicommiſſi, ſecundogenitus non cenſetur vocatus ad ipſum fideicommiſſum, ſed vltimus fideicommiſſarius, qui erat ſubſtitutus d. primogenito. Menoch. conſi. 97. vol. 1.

Quando teſtator ad ſui ſucceſſionem vocat aliquem cum aliqua qualitate, contendens ſe admitti ad ſucceſſionem, duo pręcipuè probare debet, nempe ſe vocatum, & habere illam qualitatem, ſed an talis qualitas debeat adeſſe tempore teſtamẽti, mortis teſtatoris, & euenientis caſus ſucceſſionis, vel ſufficiat, quòd adſit vno ſolo tempore ex trib. ſupradictis, vide per Menoch. conſi. 106. vol. 2. & conſi. 269. lib. 3.

Quando dubitatur, an maſculi in fideicommiſſo excludant ſorores, vel fœminas ex verbis, vel mente teſtatoris, licèt ſint in eodem gradu, quid iuris, vide Menoch. conſi. 315. lib. 4.

Quando fœminæ concurrunt cum maſculis in fideicommiſſo an, & quando admittantur, vide Menoch. conſi. 348. lib. 4.

Quando ad fideicommiſſum poſt maſculos vocantur fœminæ, neptis teſtatoris excludit filiam nepotis teſtatoris, quæ eſt in remotiori gradu, vel ſaltem æqualiter debet admitti cũ ipſa filia nepotis teſtatoris vltimo loco defuncti, & q poſſidebat bona ſubiecta, & hoc non obſtante renunciatione ipſorũ bonorũ facta ex alia cauſa. vide Menoch. cõſ. 359. li. 4

Vxor inſtituta in vſufructu ad vitam, alio inſtituto poſt ipſius vxoris obitum, cenſetur grauata per fideicommiſſum de reſtituenda hæreditate: tamen præmoriente inſtituto, ſeu ſubſtituto in proprietate, dicta vxor remanet domina, & hęres vniuerſalis etiã in ipſa ꝓprietate. Menoch. cõſ. 273. li. 3. vide cõſ. 373.

Quando teſtator vocauit aliquem naſciturum poſt triennium, an cenſeatur vocatus, ſi naſcatur ante triennium, & quid, quando dubitatur, an voluerit eum vocare ſolùm, ſi naſcatur poſt triennium à die mortis teſtatoris, vide Menoch. conſi. 339. lib. 4.

His verbis factum fideicommiſſum, inſtituo, & ſubſtituo Petrum, & Ioannem fratres meos vtrunque eorum pro medietate, & eorum filios, & deſcendentes maſculos, tunc quia circa filios, & deſcendentes nullum fuit adiectũ verbum ſignificãs tractum temporis ſucceſſiuum, ſequitur eos filios, & deſcendentes nõ fuiſſe inuicem per fideicommiſſum ſubſtitutos. vide Menoch. conſi. 376. lib. 4. nu. 10.

Rogatus reſtituere, ſi deceſſerit ſine filijs maſculis, & ſi habuerit fœminas reſtituat centũ, ſi deceſſerit cum maſculis, & fœminis, an habeat locum fideicommiſſum, vide Barto. in l. 101. ff. de conditio. & demonſtr.

Alienatio facta de bonis ſubiectis reſtitutioni fideicommiſſi conditionalis, reſoluitur eueniente conditione, & bona alienata poſſunt vendicari non obſtante aliqua præſcriptione, quod procedit in alienatione facta p hæredem ſcientem grauatum, ſecùs ſi per ignorantem, quia tunc alienatio reuocari non poteſt, ſed ſolùm pretium rei petitur. Dec. conſ. 236. nu. 7. & Rol. conſi. 81. vol. 2.

Diſpoſitio legis finalis, §. fin. de legat. 2. vt locũ

habeat

habeat, an requiratur vtriuſque ignorantia, nempe emptoris, & grauati, vel alterius tantùm, vide Ozaſ.deciſ.73.

Limitatur diſpoſitio d.§. quando vltra fideicõmiſſum adeſſet expreſſa prohibitio teſtatoris, quia hoc caſu ignorans ignorãti alienare nõ poſſet. idem Ozaſc.d.deciſ.73.in fin.Rol. conſi.31.& 81.nu.17.vol.2. contrarium tamẽ tenet Ioſeph.Ludo.deciſ.Peruſ.29.nu.30.

Quando dicta alienatio valet ratione ignorantiæ, datur actio ad pretium cõtra eum, qui illud habet. Ioſeph. Ludo.d. deciſio.29.ſi eſt ſoluendo, aliàs emptor tenẽ ſaltem ad pretium. Vincent.de Fran.deciſ.298.nu.8.part.2. facta prius excuſsione contra venditorem, & eius hæredem. Crau.conſi.77.num.18.Rol. conſi.81.volu.2. & conſi.9.volu.1.qua diſcuſſione facta nihil operaẽ ignorantia. Menoc. conſi.44.n.19. li.1.Rol.d.cõſi.81.vol.2.& Bal. conſi.20. vol.2. (quo ſuſtinet eum, qui antea aliqua bona prodigaliter alienauerat, non priuari facultate ſibi poſtea conceſſa à teſtatore alienãdi bona pro eius neceſsitate) declaratur per Ozaſ. deciſ.168.

Ignorantia alienantis fideicommiſsi bona, & emptoris facit valere alienationem. Mago. deciſ.102.nu.10 Rot. Floren.Rol.conſ.9.vol. 1.nu.24.Guid. Pap.ſing.31. Anto.Trigo.ſing. 54.Bar.in §.1.Authen.de reſtitutio.& ea, quæ parit, facit.l.fi.§.fin.de legat.2.

Conditione pendente grauatus reſtituere remanet dominus rei ſubiectæ reſtitutioni, aliàs non teneret alienatio etiam facta ab ignorante. Ozaſ.d. deciſ.73. ſed an interim valeat alienatio, vide Guid. Pap. quæſt. 611. quòd valeat tradiẽ in deciſ.29.Ioſeph. Ludo. Peruſ.n.29.& ita etiam tenet Mago.deciſ.33. Luc.nu.5. & transfertur dñium. Dec.cõſ.417.

Dicta alienatio habet locum inter ignorantes in fideicommiſſo vniuerſali; ſecùs in particulari. Ozaſ.d.deciſ.73.nu.4.

Valet etiam in quatuor caſibus, de quibus per Guid.Pap.d.q.611.vide Ioſ.Lud.deci.Peru.29

Hæres quando præſumatur ignorare fideicommiſſum, & contenta in teſtamento, vide eundem Ozaſ.d.deciſ.73.nu.6.

Scientiã alienantis deducere debet ille, q petit rem fideicommiſſo ſubiectam malè alienatam.d.deciſ.73.num.fin. aliàs non obtinebit. Rip.in l.filiusfa.§.Diui.nu.11.de legat.1.quis teneatur probare ſcientiam, vel ignorantiã, vide Dec. conſi.236.num.7. quando ſcientia præſumatur, vide Rol.conſi.81.vol.2.

Alienandi licentia, ſiue beneficio non gaudet ille, qui animo euertãdi fideicõmiſſum alienat. Ozaſ.deciſ.168.nu.13.

Pro debito, ſeu ꝓ delicto nõ poſſunt res ſubiectæ alienari. Boer.deci.128. tñ ꝓ redẽptione captiuorũ poſſunt.ibi.& in nõnullis alijs cauſis, de quib.vide ꝑ Ioſ.Lud.deci.28. Luc.n.95.

Hęres pendente conditione ſi alienat rẽ ſubiectam reſtitutioni in ꝑſentia fideicõmiſſarij, ei non ꝑiudicat: quia non poterat impedire actũ, niſi quis affirmaret rẽ nõ ſubiectam reſtitutioni. Fran.Marc.q.329.nu.8.

Alienationis prohibitio non impedit, quin pro reparanda alia re maioris conditionis, res fideicõmiſſo ſubiecta vendi poſsit, dummodo hoc probetur. Mago.deciſ.Luc.33.nu.8.

Hæres rogatus reſtituere fideicõmiſſario qcqd ſupererit de hẽditate tpe mortis hęredis, põt alienare ꝓ libito ſuæ voluntatis de bonis hæreditarijs, dũmodo reſeruet quartã partẽ totius hẽditatis fideicommiſſario. Guid.q.520.

Emens ſcienter rẽ ſuppoſitam fideicõmiſſo nõ recuperat melioramenta, licèt lucreẽ fructus perceptos, qa fructus fideicõmiſsi ad fideicõmiſſarium non ſpectant, niſi à die litis conteſtatæ, quũ ex negligentia petentis cẽſeanẽ remiſsi. Mago.deciſ.Luc.33.& ꝑcepti pẽdente cõditione ſpectãt ad hẽdẽ. And. Gail.obſ. 133.lib. 2. qđ limitaẽ, ſi hẽs ſpecialiter fuiſſet grauatus de illis reſtituẽdis, vel fuerit ĩ mora. Gail.d.obſ.133.ſed qd ĩ filijs primi grad. ibi.

Vltimus fideicommiſſarius poteſt libere bona alienare, non obſtante quacunque prohibitione. idem Mago. deciſ.59.nu.25.

Regulariter res ſubiectæ fideicõmiſſo non poſſunt alienari, ſiue purè, ſiue in diem relictæ ſint. And.Gail.obſer.137.& alienatæ, purificata conditione reuocantur. Dec.conſi.386.

Fallit reſpectu trebellianicæ, & legitimæ, pro quib.bona ſubiecta poſſunt alienari. Gail.ibi.

Fallit ſecundò in neceſſaria alienatione, puta quando fit alienatio propter ſolutionẽ æris alieni ipſius defuncti: nam tunc valet alienatio etiam earum rerum, quas teſtator expreſsè prohibuit alienari, vide ibid.n.4.facit. l.80.§.fin.de legat.2. an tunc poſsit fieri executio ad formam decreti Sabaudię cũ tertio pluris in odiũ fideicõmiſſarij, vide Perill. D. P.Teſſa.deciſ.194. an poſsit fieri alienatio ꝓ alimẽtis, vide Bar.in Auth.de reſtitut.n.9.

Tertiò fallit, qñ fideicõmiſſum vniuerſale relictum eſt ſub conditione, vel in diem incertã, quia pendente cõditione valet alienatio, & dñiũ trãsfertur, ſed poſtq̃ conditio extiterit, dñiũ ipſo iure retrò transferẽ.ibi. Gail.d.obſ. 137.Mago.deci.91.n.14.& deciſ.92.Rot.Flo.

Quartò fallit principalis Reg. in alienatione rei ſterilis, & q̃ ſeruando ſeruari nõ põt, quo caſu hmõdi res rectè alienaẽ, & ꝑtium (ſi ad hẽdis vtilitatẽ, & vſum cõuertaẽ) loco rei ſuccedit. Gail.obſ.137.n.12.Pet.de Rau.ſin.617.

Quintò fallit in pupillari ſubſtitutione, quæ non impedit, quominus pupillus tutoris au-

ctoritate, & Iudicis decreto rem propriam irreuocabiliter alienare poſsit. Gail.d.obſer. 137. nu.13.

Sextò bona ſubiecta fideicōmiſſo poſſunt vendi ex licentia,& auctoritate Principis, ſubrogatis alijs bonis loco venditorum, ſed quæ requirantur ad hoc,vt alienatio valeat, vide Vincent.de Fran.deciſ.355.part.2.

Septimò hæres alienantis bona fideicommiſſo ſubiecta,ipſa bona alienata nō vendicat, ſed quid, ſi fuerit hæres cum beneficio legis, & innentarij, vide eundem deciſ.356.

Octauò grauatus detentus in carceribus ſine delicto,pōt alienare de bonis ſubiectis pro ſua liberatione. Papon.lib.20.titu.3.arreſt.6. vide tamen Menoch.de arbit.caſ.182. & Bar. in l.7.C.de agricolis lib.11.

Nonò conſentiens alienationi rei ſubiectæ fideicommiſſo conditione pēdente, ſibi præiudicat, etiam ſi ignorauerit fideicōmiſſum ſibi competere. D. Sola in ſuis comment.in antiq.conſtitutio.gl.ſuper decreto, Blanchę nu.13.titu. de tranſact. ſed an tali caſu poſsit competere remedium.l.2. C. de reſcind.vēd. vide ibid.nu.15.cui alienationi fideicommiſſarius poteſt conſentire.Dec.conſi.324.vide Bar.in l.16.C.de pac.2.lect.& diſpoſitio legis, de his,non procedit contra tertium emptorem bonorum fideicōmiſſo ſubiectorum. D. Sola ibid.nu.14.

Decimò,quando teſtator poſt factum fideicōmiſſum generale expreſsè prohibuit alienationem aliquorum ſuorum bonorum immobilium, donec vltimus filiorum inſtitutorum fuerit maior 25. ann. tunc alienationes factæ poſt tale tempus nō poſſunt reuocari, quia cenſetur ſolùm inductum fideicommiſſum in reliquis bonis, quæ ſuperſunt. Menoch.conſi.151.nu.35.lib.2.

Quando bona ſubiecta fideicommiſſo poſsint alienari,vide Bar.in Auth.de reſtitutio.

Quando alienantur bona fideicommiſſo ſubiecta cum reſeruatione dominij, quid iuris, vide Mago.deciſ.91.& 92. Rot.Flor.

Fideicommiſſum contrahendo,nec dilapidando alienari non poteſt. Menoch. de arbitra. lib.2.caſ.182.nu.46.

Filius ſua culpa redactus ad neceſsitatem,alienare non poteſt fideicōmiſſo ſuppoſita. Menoch.ibid.nu.54. vide tamen ibid.nu.65.

Si vnus ex duobus fratribus inuicem reſtituere grauatis,alienet partem ſuam, adhuc erit locus fideicommiſſo altero ſine liberis decedente.Bar.in l.79.§ liberis, de lega.2.

Qñ dotis cā dentur inſolutum res reſtitutioni ſubiectæ,vide Boer.deciſ.130.n 11. 12. & 13.

Dos relicta à patre pōt augeri, ex bonis fideicōmiſſo ſubiectis. Menoch.cōſ.292.n 19.li.3.

Quādo pro dote ipſa bona poſsint alienari, vide Ioſeph. Ludo.deciſ.71. Peruſ.part 2.quòd poſsint alienari,etiam ſi expreſsè eſſet facta prohibitio de non alienando cauſa dotis tenent Auguſt. Bero.q.110.& Boer. deciſ.129. nu.5.in vltima voluntate.Crau.conſi.291.nu. 4.Rol.conſi.81.vol.2.nu.7.& 26. ſecus ſi eſſet facta prohibitio in cōtractibus inter viuos. Craue.d.conſi.291.nu.fin. vide Rol. conſi.85. n.23.vol.1.& 27.vol.4.Menoch.cōſ.318.n.36.

Bona ſubiecta fideicommiſſo in ſubſidium poſſunt alienari pro dotibus, ſiue p̄cedat fideicommiſſum, ſiue ſequatur, etiam quòd eſſet facta expreſſa prohibitio ratione dotis, hoc verum quando non adſunt alia bona pro dote reſtituenda.Ioſ.Ludo.deciſ.28. Luc.nu.76.

Quid,quando mulier ſciebat fideicommiſſum, & an præmiſſa habeant locum in filiab. nondū natis,vide Perill.D.P Teſſ.dec.151.& 192.

Fideicōmiſſo ſubiecta poſſunt alienari in ſubſidium,qñ dos eſt ſoluenda pro liberis, & deſcendentibus; non autem pro tranſuerſalib. & etiam poſſunt alienari pro augenda dote. Ioſ.d.deciſ.28 Luc.num.91.& 95.

Valet alienatio facta de re ſubiecta ex cauſa dotis,vel donationis pp nuptias,idq; procedit non ſolū quo ad matrimoniū ſeculare,ſed ēt ſpirituale.Andr. Gail.obſer.137.num.17.lib.2.

Authen. res quæ, qua cauetur bona ſubiecta fideicommiſſo, & prohibita alienari, poſſe ex cauſa dotis (nō extantibus alijs bonis) alienari, non habet locum in linea tranſuerſali; ſecundum veriorem opinionem, vide tamen Vinc. de Fran.deciſ.241. part.2.ſed bene hēt locum in dote confeſſa,de cuius numeratione nō cōſtabat. Crau.ꝑ genero cōſ.1.n.186. vide Rol.conſi.85.nu.40.vol.1. lapſis temporibus opponendi exceptionem nō numeratæ dotis.idem Rol.conſi.20.vol.4.

Bona ſubiecta fideicommiſſo obligari nō poſſunt vxori ꝑ dote,quatenus legitima,aut bona ꝓpria ſuperſunt,ſed in ſubſidiū tm̄. Crau. conſ.19.n.18.vide Dec.cōſ.519.& tūc poſſunt alienari pro dote, & ex illis dos augeri pōt. idem Crau.conſi.291.Menoch.cōſ.182.n.68.

Stante ſtatuto,qđ vxore decedente ſine liberis maritus lucrerͬ certā partē dotis, tale ſtatutū habet ēt locum,qñ cōſtituitur dos de bonis ſubiectis fideicōmiſſo. Crau. cōſ.186.ſed qd, ſi mulier haberet alia bona, vide ibid.in fine.

Quando mulier conſtituit ſibi dotem de bonis ſubiectis fideicommiſſo,ſi eam recuperet,nō tenetur amplius fideicommiſſario illam reſtituere.Crau.d.conſi.186.nu.12.

An pr̄ in dote,vel donatione pp nuptias,poſsit ſubſtituere,vide Fran.Marc.q.333.

Bona

Bona matris ſuppoſita fideicõmiſſo poſſe alienari pro dote filiæ (ſi pater eſt inops) ſcribit Menoch.de arbitr.lib.2.caſ. 460.nu.7.

Res ſubiectæ fideicommiſſo poſſunt ex cauſa dotis conſtituendæ, vel reſtituendæ, aut donationis propter nuptias alienari, etiam qñ dotes fuerunt receptæ poſt iniunctum fideicommiſſum, & maritus grauatus iam cõſumpſiſſet ſuam legitimã, & Trebellianicã. Natt. conſi.61.Tom.1. Menoch.conſi.318.num.15. Rol. conſi.85.vol.1.nu.29. & conſi.19.20.vol. 4.licèt ab initio ſufficerent. Crau.conſi.291. nu.fin.& Dec.conſi.377.

Auth.res quæ, limitatur, qñ filia habet aliunde, vnde ſe dotare poſsit, quàm de bonis ſubiectis.Rol.conſi.85.nu.9.vol.1.tñ ſi ex bonis nõ ſubiectis non poſſet congruè dotari, poſſunt alienari bona ſubiecta, vt congruè dotet ſecundũ ſuam qualitatem. Menoch.conſi.247.

Quid, ſi eſſent dati fideiuſſores pro dote reſtituenda, an ceſſet diſpoſitio dictæ Authen.vi. vide Roma.ſing.252.

Quòd ſubiecta fideicommiſſo poſsint alienari etiam pro dote reſtituenda traditur per Menoch.conſi.33.vol.1. quod ampliatur procedere in fideicommiſso, in quo hæres fuit grauatus reſtituere id, qđ ſupererit, licèt illud, qđ ſupererat tpe mortis grauati non aſcenderet ad quadrãtem: nam hoc caſu de quadrante eſt reſtituenda dote excluſo fideicõmiſſo. Menoch.d.conſi.33.nu.15.vol.1.

Teſtator grauauit filios fideicõmiſſo, ſi deceſſeriot ſine filijs maſculis ita tamen, ꝙ fœminæ debeant competenter dotari de bonis ſubiectis, alter eorum vnicam filiam habuit, quam in vita nuptui tradidit dote conſtituta, deinde moritur, hæc filia petit dotem iuxta aui diſpoſitionem, fideicommiſſarius opponit dotem ſibi datam fuiſſe animo compenſandi cum hac dote ab auo ſibi relicta, Menoch. conſi.151.nu.22. reſpondit in fauorem filiæ, nempe eſſe denuo dotandam.

Fideicommiſſum reciprocum inter fratres remitti poteſt expreſsè. Ozaſ.deciſ.100.nu.fin. quæ remiſsio valet in præiudicium liberorũ. Boer.deciſ.147.nu.7.& 8.Ioſ.Lud.deciſ.Peruſ. 19.quando cenſeatur renunciatum fideicommiſſo maximè interueniente iuramento, vide Dec.conſi.345. & Menoch.cõſi.359.lib.4.

Fideicommiſſum reciprocum pacto, vel tranſactione remitti poteſt, nec prætextu alicuius circũuentionis, aut minoris ætatis, reſcinditur remiſsio. Ozaſ.deciſ.112.n.16. Guid.Pap. q.232.Mago.deciſ.92.Rot. Floren.

An per tranſactionem, vel diuiſionem factam inter grauatos fideicommiſſo, illi cenſeatur renunciatum, vel non, vide Ozaſ. deciſ.112. Guid.Pap.q.232.Boer.deciſ.147. Mohed.deciſ.156. Ioſeph. Ludo.deciſ.19. Peruſ. Franc. Marc.q.245.Borg.Caual.deciſ.7.de contract. Papon.lib.20.tit.3.arreſt.25.Creſcent.deciſ.6. alias 277.de donatio. Dec.conſi.79.86.267. 288.nu.15.495.nu.17. Menoch.conſi.289.lib. 3.Bar in l.67.§. itẽ quæſitũ.ff.de cõdi.indebi. & in conſi.1.vol.2.l.122.§.fin. ff.de verb.obli.

Renunciantes habuiſſe notitiam fideicõmiſſi non præſumitur, niſi per aduerſarium probetur.Ozaſ.d.deciſ.112.num. 7. vide tamen diſtinctionem, de qua ibid.nu.12.

Euicto fideicommiſſo ex facto auctoris agitur de euictione, quãdo fideicommiſſum fuerat remiſſum. Crau.conſi.24.nu.fin.

Fideicommiſſum conditionale per verba quãtumcunque generalia non cenſetur remiſſum, ſi in remiſsione nulla fuerit facta mẽtio de fideicommiſſo, ſecundũ communem, vide Ozaſ.d.deciſ.112.num.14.Ioſ.Ludo.deciſ. 19.Boer.deciſ.147.Vera. deciſ.20.par.2.And. Gail.obſer.139.li.2.Mago.deciſ.92.Rot.Flor. facit l.79.§.hæreditatem, de le gat.2.

Limitatur reg.Primò per eundem Ozaſc.deciſ. 112.nu.17.& Menoch. conſi.289.lib.3.

Secundò limitatur, qñ renunciatũ fuit iuri de futuro, ſecundum Boer.deciſ.147.nu.13.

Tertiò limitatur concluſio, ſi expreſsè fideicõmiſſo renunciatũ ſit caſu, quo hæredes tpe diuiſionis ſcientiam fideicommiſsi habuerint, viſis, & inſpectis tabulis teſtamẽti.Gail.obſe. 139.n.7.lib.2.Boer.deciſ.147. Crau.conſi.24. ſecùs non inſpectis, & viſis verbis teſtamenti. Gail. ibid. vel data ignorãtia fideicommiſsi. Mago.deciſ.27.n.22.Rot. Flor.vide Bart.in l. ſub prætextu. C.de tranſact.

Quartò limitatur, qñ in diuiſione cuilibet libera alienandi poteſtas quãdocunq; in futurũ, data ſit: nam tunc ſi res fideicõmiſſo ſubiecta alienata ſit, emptor eueniente cõditione à fideicommiſſario moleſtari non poteſt, cenſetũ quoq; data poteſtas alienandi, ſi expreſsè in diuiſione dictũ ſit, ꝙ quilibet de ſua parte pro arbitrio diſponere, & quicquid velit facere poſsit, vide Gail.obſer.139.n.11. Mago. deciſ.92. Menoch.conſil.323. num.15.libr.4. Crau.conſi.24 nu.8. Rol.conſi.34.vol.4 n.78. Natt. conſi.530. quòd intellige data ſcientia fideicommiſsi. Menoch. conſi.87.vol.1.ſed qñ ſcientia præſumatũ, vide eũdem Menoch. d.conſi.87.nu.56. Crau.conſi.255.

Illud tamen memoria tenendum, ꝙ conceſſa poteſtate alienandi in diuiſione, ſi nulla ſequatur alienatio, ſed res fideicõmiſſo ſubiecta permanſit penes grauatum, ius fideicommiſsi ſaluũ erit.Gail.d.obſer.139.n.14.Plures alias ampliationes, & limitationes, vide ibid.

Quintò limitatur reg. quando alteratur forma teſtamenti paterni per contractum diuiſionis: quia noua cauſa dicitur ratione alterationis, quando antiqua alteratur. Crau. conſ. 24. nu. 14.

Sextò, quando per diuiſionem, vel poſt eã fuit præſcriptum. Dec. conſi. 267.

Septimò, quando in diuiſione apponuntur verba multum prægnantia; puta quia diuidentes remittunt omnia iura quocũque, & qualitercunque competentia, & cõpetitura, tunc enim cenſetur remiſſum fideicõmiſſum conditionale. Craue. conſi. 24. num. 11. Rol. conſi. 34. vol. 4. nu. 77. & Menoch. conſi. 87. vol. 1.

Octauò, quando diuidentes promiſerunt attẽdere, & obſeruare, & non cõtrauenire aliqua ratione, vel cauſa, cenſetur remiſſum fideicõmiſſum. Menoch. conſi. 323. nu. 41. lib. 4.

Nonò, quando verba generalia ad ius referri aliud nequeunt, niſi ad remiſsionem fideicõmiſsi. Crau. conſi. 1. pro genero nu. 343. Menoch. conſi. 87. nu. 20. & 23. vol. 1.

Quando in fine inſtrumenti diuiſionis fuit reſeruatum fideicõmiſſum paternum inter diuidentes, hęc reſeruatio debet referri ad omnia præcedentia, vt intelligatur ſaluum fideicommiſſum. Rol. conſi. 54. vol. 2.

Quitatio vnius fideicõmiſſarij primo loco vocati, non facit locum alteri, ſeu ſecundo ſubſtituto. Papon. lib. 16. tit. 3. arreſt. 13.

Natus in ſexto, vel octauo menſe non excludit ſubſtitutum, quia habetur pro non nato, & non facit deficere conditionem, ſi deceſſerit ſine liberis. Clar. in ſua Pract. §. teſtamentum. q. 45. ſed aſſerenti partum nicturum incumbit onus probandi, quæ autem probationes requirantur, vide Menoch. conſi. 284. lib. 3.

Conditione deficiente, fideicõmiſſum ſub conditione poſitum, deficere dicitur. Ozaſ. deciſio. 50. nu. 12.

Fideicommiſsi conditionem in dubio extitiſſe dicẽdum eſt, & qui allegat fideicommiſſum defeciſſe, incumbit onus probandi. Ozaſ. deciſ. 108. ideò dicẽs, quòd aliquis deceſſerit ſine filijs, habet ſuam intentionem fundatam, ſecùs ſi diceret, qđ habuit, ſed mortui ſunt. Iac. Put. deciſ. 45. lib. 1. vide Natt. cõſ. 395. n. 7.

Hæc conditio, ſi deceſſerit ſine liberis, an præſumatur extitiſſe, vel ille, qui petit fideicommiſſum teneatur probare grauatum deceſſiſſe ſine liberis, vide Fran. Mant. de coniect. vltim. volunt. lib. 11. tit. 4.

De morte inſtituti grauati conſtare dicitur ex ſola productione teſtamenti, & quòd deceſſerit ſine liberis probatur eo ipſo, quòd non probatur contrarium. Dec. conſi. 578. & 652. vide Bar. in l. 17. §. ſi quis autem. ff. ad Trebel.

Filios licèt quis ante habuerit, non tamen præſumitur habuiſſe tempore mortis. Ozaſ. deciſ. 108. nu. 2. cum conſi. ibid. impreſſo.

Mors illius probanda eſt, cuius vita obſtaret ei, qui dicit ſe hæredem. ibid. nu. 7.

Superuixiſſe alterum de duobus, quãdo requiritur, non ſufficit, quòd ſimul illi deceſſerint. ibid. d. deciſ. 108. nu. 15.

Qñ præſumat filius parẽti ſuperuixiſſe, & cui incũbat onus ꝓbãdi, vide nu. 16. 17. d. deci. 108.

Filij ſuſcepti ex vili fœmina, & clerico beneficiato, legitimantur per ſubſequẽs matrimonium, & ad fideicommiſſum aui admittuntur. Ozaſ. deciſ. 154. habetur in libris placit. curiæ tit. de fideicommiſ. hærede. lib. 8. tit. 11. in deciſ. diuerſo. fol. 129. vide Papon. li. 20. tit. 3. arreſt. 5. Dec. conſi. 155. nu. fin. & Rol. conſi. 100. nu. 47. vol. 2.

Legitimatus tamen per ſubſequens matrimonium non excludit fideicommiſſarium, in fideicommiſſo facto ſub conditione, ſi grauatus deceſſerit ſine liberis ex legitimo matrimonio procreatis. Natt. conſi. 602. Rol. conſ. 190. vol. 2. idem ſi quis fuerit grauatus, ſi deceſſerit ſine liberis legitimè procreatis. Nat. conſilio 626.

Regulariter filius naturalis facit deficere fideicommiſſum factum, ſi ſine liberis. Gail. obſer. 136. libr. 2. ſi filij non ſunt ſpurij, alias ſecùs. Dec. conſ. 433. nu. 17. facit l. 79. §. volo. de leg. 2. quod in filijs naturalib. legitimatis maximè obtinet. Gail. d. obſer. 136. nu. 4. vide tamen Dec. conſi. 155. nu. fin. & 285. nu. 9.

Idem in filio nato ex matrimonio putatiuo, puta contracto in gradu prohibito inter ignorantes. Gail. d. obſer. 136. nu. 9. Fran. Mant. de coniect. vltim. volunt. lib. 11. tit. 8. nu. 14. Rot. Auenio. deciſ. 70. in deciſio. diuerſo. Tom. 3. Dec. cõſ. 153. ſecùs inter ſciẽtes. Dec. cõſ. 154.

Fallit concluſio in filijs naturalibus illuſtrium perſonarum, quę in aliquo dignitatis gradu, & populari obſeruantia conſtitutę ſunt, quia tales perſonæ non cenſentur de naturalibus liberis cogitaſſe. Gail. d. obſer. 136. nu. 5.

Secundò fallit in Eccleſia ſubſtituta, nam illa naturalib. etiam legitimatis præfertur. ibid. d. obſer. 136. nu. 6. & Hippol. ſing. 131.

Tertiò fallit, quando fideicommiſſum factum eſſet per illa verba, ſi deceſſerit ſine filijs legitimis, & naturalibus ex legitimo matrimonio procreatis. Gail. d. obſer. 136. nume. 8. Natt. conſi. 368.

Quando filius naturalis excludat ſubſtitutum, vide Franci. Mant. de coniect. vltima. volunt. libr. 11. titu. 9.

Quo ad filium adoptiuum, & arrogatũ attinet, certum eſt illos non excludere ſubſtitutum. Gail.

Gail.d.obſer.136.nu.13. Fran. Mant. de coniect.vltim.volun.lib.11.tit.8.l.75.ff.de condi. & demonſt.vide Boer.deciſ.354.

Filia inſtituta, & grauata, ſi deceſſerit ſine liberis, procreans filios naturales, tales filij non faciunt deficere fideicõmiſſum. Pet. de Rau. ſing.519. Marc.de & Mant. ſing.347.

Filius non legitimus, & naturalis, an faciat deficere fideicommiſſum, vide Bart.in l.17.§.ſi quis rogatus.ff.ad Trebel.

Clauſula, ſi deceſſerit ſine liberis ex legitimo matrimonio natis, non verificatur in legitimato etiam ab Imperatore. Bart. conſi.75. vol. 1. vide ſupra tit. legitimati filij quando faciant defic. fideicom.

Filia ex filia non dicitur ex proprio corpore, vt faciat deficere fideicommiſſum factum filijs de ſororibus, ſi deceſſerint ſine liberis ex eorum proprijs corporibus procreatis. Guid. Pap.quæſt.353.

Facta ſubſtitutione, ſi ſine liberis, mortuo hærede relictis liberis, dicta ſubſtitutio cēſetur extincta, licèt poſtea deceſſerint ſine alijs liberis. Vinc.de Fran.deciſ.92. And.Gail.obſer. 136.lib.2. nam fideicommiſſum ſemel extinctum non reuiuiſcit. Mago. deciſ.102.num. 14. Rot. Floren.

Fallit, ſi verba teſtatoris ſubſtituentis non referantur ad tempus mortis, ſed ſimpliciter facta ſit ſubſtitutio hoc modo, non extantib. vel deficientibus liberis, ſubſtituo Titiũ, tunc enim quandocunque deceſſerint liberi, ſiue ante, ſiue poſt mortē hæredis, erit locus ſubſtitutioni. Gail.d.obſer.136.nu.3.

Pater inſtituerat ſuos hæredes vniuerſales Titium, & Sempronium eius liberos, cum poſthumo exiſtente in vtero vxoris, ſi eſſet maſculus, & ſi eſſet filia, illam inſtituerat ſuã hæredem particularem in aureis quingentos, & poſtea ſubſtituerat inuicem dictos ſuos hæredes vniuerſales, poſtremò ita dixerat, & ſi dicti omnes mei filij, & poſthumi hæredes deceſſerint ſine liberis, illis ſubſtituo Petrum ex fratre: inde naſcit̄ ex vtero fęmina poſthuma, & filij deceſſerunt hæredes vniuerſales ſine filijs, & poſt eos Petrus ſubſtitutus, & inde dicta poſthuma, oritur quæſtio inter hæredes poſthumæ hæredis particularis, & filios Petri ſubſtituti, fuit contra ipſos filios, & in fauorem hæredum poſthumæ iudicatum, ita teſtatur Papon.lib.20.tit.3. arreſt.28.

Filij vocati contemplatione patris, patre excluſo, ipſi cenſentur quoque excluſi. Raud.tract. de analog. c.37.nu. 121.

Vocatio liberorum alicuius nunquam trahitur ad caſum, in quo ille neglexit adimplere mãdata teſtatoris. ibid.nu.126.

Subſtitutus non excluditur per perſonam magis dilectam, quando grauatus fecit teſtamẽtum, per qđ perſona illa magis dilecta non ſuccedit. Crauę.conſi.173.nu.4. & non videtur argumentũ, minus quis dilectus eſt, ergo fortius cenſetur grauatus. Crau.conſi. 164.n.17.

Si teſtator inſtituerit duos ſuos filios, ita quòd vno decedente abſque liberis, q alter ſuperuiuens ſuccedere debeat, ſi verò ambo deceſſerint ſine liberis, illis ſubſtituerit ſorores, & filias ipſius teſtatoris, & ipſis omnib. decedentib. ſine liberis, ſubſtituerit proximiores de agnatione, deinde mortuo teſtatore moriat̄ alter ex eius filijs hæredib. relictis duobus filijs; poſtea deceſſerit alter filius cohæres relicta filia, euaneſcit fideicõmiſſum, ideò dictæ filiæ decedenti eius mater ab inteſtato ſuccedit. Crau.conſi.306.

Quomodo intelligantur illa verba, ſi deceſſerit ſine filijs, vel nepotib. vide Dec. conſil.178. quo loci ſcribit ſufficere extare filios ad hoc, vt deficiat fideicommiſſum.

Filius non excludit ſubſtitutos in tranſuerſalib. niſi quando fratres, vel filij fratrum inſtituti ſunt. Dec.conſi.435.

Quando iniungitur fideicommiſſum filijs decedentib. ante vigeſsimum quintum annũ ſuæ ætatis, ipſis decedentibus iam incœpto anno vigeſsimo quinto non perfecto, ceſſat fideicommiſſum. Dec.conſi.593.

Pater ita grauauerat filiam, q quandocunq; nupſerit, teneretur hęreditatem, & bona ipſius tunc temporis penes eam, & in eius iuribus exiſtentia reſtituere, vel relaxare fratri ipſius teſtatoris accepta certa quantitate pro ſua dote, dubitabatur quid, ſi filia moreretur nõ contractis nuptijs, an hæc ſubſtitutio in caſu matrimonij facta, extenderet̄ ad caſum mortis, Menoch.conſi.343.lib.3. reſpondit pro parte negatiua, & per cõſequens filiã potuiſſe in caſu mortis de bonis ſuis diſponere.

Teſtator grauando filiam reſtituere filijs à ſe procreandis his verbis, ſi eos, vel aliquem habuerit, procreationem ipſorũ filiorum ſignificaſſe videtur: ideò hoc caſu filia decedente ſine filijs, non dicitur eueniſſe caſus ſubſtitutionum factarum de alijs ſubſtitutis filijs naſciturìs ex filia. Menoch. conſi.326.lib.4. quia ſubſtitutione prima deficiente, omnes aliæ ſubſequentes defeciſſe dicuntur. ibid.nu. 32. vide tamen nu.35.

Teſtator ſi grauauerit extraneam de reſtituenda hæreditate poſt mortem filij ſui, & filius è vita deceſſerit relictis ẽt filijs, an illi faciant ceſſare fideicõmiſſum, vide Ant. Trig.ſin.97.

Si pater inſtituat plures filios, & inuicem ſubſtituat per fideicommiſſum, ſi aliquis eorum

deceſſerit

rium videntur tenere Benint.deciſ.88. Fran. Marc.q.78.Boer.deciſ.156. nu.23. vide ſupra tit.de ſubſtitutio.in genere, Vera deciſio.28. par.2.Mant.de coniect.vltim. volunt.libr.11. titu.20. vbi ſcribit regulam cum limitationibus,& Gail. obſer.132.lib.2.

Fideicommiſſum cõditionale tranſmittitur ad deſcendentes exiſtentibus coniecturis, de quibus vide per Ioſeph. Ludo.deciſio.Peruſ. 102.part.2. Dec.conſi.397. conſi.515. & 594. Crau.conſi.62.nu.10.& conſi.306. Menoch. conſi. 209.lib.3.& conſi.333. idem de arbitr. lib.2.caſ.165.& in conſi.95.nu. 103. volum.1. Natt.conſ.688.ſed an hoc procedat in tranſuerſalibus,vide Ioſeph.ibid. d. deciſio. 102. vide etiam de materia ſupra titul. de ſubſtitutio.in genere.

An,& quando filius ingrediatur locum patris in ſucceſsione fieiccõmiſsi, plenè pro vtraq; parte diſputat Fran. Mant. de coniect.vltim. volunt.lib.8.tit.9.

Teſtator inſtituit ſuum primum filium hæredẽ vniuerſalem,cui decedenti ſine liberis ſubſtituit ſecundum filium, cui ſecundo in dicto caſu ſubſtituit tertium, & ipſi tertio pariter decedenti ſine liberis ſubſtituit quartũ, moritur ſecundus ſine liberis, poſtea tertius relictis liberis, demum moritur primus hæres vniuerſalis ſine filijs. fuit orta controuerſia inter filios tertij ſubſtituti prædefuncti, & quartum filium ſubſtitutum, ſuper bonis dicto fideicommiſſo ſubiectis, iudicatum fuit pro filijs tertij ſubſtituti, excluſo quarto. ita teſtatur Papon.lib.20.tit.3.arreſt.13.

Fideicommiſſarius vniuerſalis decedens purificata cõditione, ante reſtitutionem ſibi factam,ius tranſmittit fideicommiſsi ad hęredem ſuum:idem,ſi decedat poſt mortem teſtatoris ante aditam hæreditatem, & tranſmittit etiã ius deliberandi, quod multo magis procedit,ſi deceſſerit poſt factã petitionem.Bar.in l.cùm filioſa.nu.11. de legat.1.

Qui capit commodum mediante perſona alterius ex vltima voluntate, poteſt onere fideicommiſsi grauari, & fideicommiſſario mortuo ante purificatum fideicommiſſum, illud remanet apud grauatum.l.11. de legat.1.

Fideicommiſſum preſeruat bona ſubiecta à publicatione aliàs faciẽda reſpectu delicti grauati,quòd procedit fauore fideicommiſſarij. Gram.deciſ.105.nu.30. vide Boer.deciſ.278.

Fideicommiſſum,per quod prohibetur alienatio bonorum, videtur factum fauore hæredũ inſtitutorũ, ne illi diſsiparẽt. ibi Gram.n.38. & ꝓhibitus alienare ob ſui fauorẽ delinquẽdo,fiſcum habet in ſucceſſorem. ibid. nu.39.

Fideicommiſſum dum non apparet ab honorato fuiſſe acceptatum, & conſequenter ad extraneos non eſſe tranſmiſſum,actori actio ad illud competere non poteſt. Gram.d.deciſ.105.nu.55.

Quæ ſint vtilitates, quando filij poſiti in conditione cenſentur vocati ex teſtamento,vide Boer.deciſ.155. num.10.

In fideicommiſsis duæ dantur regulæ, prima, filios poſitos in conditione non cenſeri vocatos: ſecunda,poſitos in diſpoſitione tacita,vel expreſſa cenſeri vocatos, & de ambabus regulis ſcribuntur exempla per eundem Boer.d.deciſ.155. nu.14.15.

Filij poſiti in conditione regulariter non cenſentur vocati ex tacita mente teſtatoris:ideò nõ poſſunt reuocare alienata per patrem inſtitutum, & grauatum,ſi ſine liberis deceſſerit,ſed tantũ ei ſuccedunt ab inteſtato.Guid. Pap.q 39.Boer.deciſ 147.nu.15. & deciſ.155. nu.16.And.Gail.obſer.136.lib 2.n.18 Mago. deciſ.27.Rot. Flor. Papon.lib.20.tit.3. arreſt. 9 Mago deciſ.27.Rot.Flor.Craue.conſi. 155. Clar.§.reſtamentum.q.77.& 79. Dec. conſi. 292.422.& conſi.545. Rol. conſi.51.vol.3.& conſi.43.vol.4 Pet.Gerard ſing.61. Menoch. conſi.135 152.196 libr.2. vide Mant.de coniect.vltim.volun.lib.11.tit.2. Natt.conſi 551. Bar.in l.23 ff ſolut.matrim. & in l.Lucius 85. poſt glo.ibi.ff de hære. inſtituen.& Periluſtr. D P.Teſſau.deciſ.96.

Regula tamen limitatur plurib. in caſibus: Primò,quãdo ſunt in fideicommiſſo plures gradus ſubſtitutionum, veluti ſi eſſet facta inſtitutio,& ſubſtitutio hoc modo, ſi filius meus hĩs deceſſerit ſine liberis, vel liberi eius ſine liberis,volo bona mea deuenire ad Sempronium: nam hoc caſu cum videatur teſtator grauaſſe liberos filij de reſtituendo, videtur eos tacitè ſubſtituiſſe hæredi ſuo. Guid.d.q. 39 & q.184.Boer.deciſ.147.nu.15.deciſ. 155. nu.21. & 28.& deciſ. 158. vide Clar.in d.§.teſtamentum.q.78.& ſeqq.Papon.lib 20.titu.3. arreſt.20. Rand.tract. de analog.c.37 n 108. Craue.conſi.130.nu.3.& conſi.155 Clar.in §. teſtamentum.q.78.& quæſtio. 79. Rol.conſi. 18.vol.4 Menoch. conſi.277.num 5.& conſi. 347 lib.4. Mãt.de coniect.vltima.volunt.lib. 11.titu.3. Menoch.conſi.135.277.num.4.325. num.13.348.& 376.lib.3. Barr.in l.6.de legat. 3.Perilluſtr. D. Præſ. Teſſau.deciſ.96 num.10. vide tamen Mago deciſ 27.nu.12. Rot.Flor. Dec.conſi.422.Rol.conſi.34.nu.36. volum.4. qui tenent contrarium.

Digreſsio per plures gradus ſubſtitutionis per ſe non ſufficit, vt filij poſiti in cõditione cenſeantur vocati,ſcribunt Mago.deciſ.27.nu 9. Rot.Flor.& deciſ.73.nu.6. Rol.conſil.51.vol.

3.nu.

3.nu.9.& conſi.43.nu.38.vol.4. vide Perilluſt. D.P.Teſſau.deciſ.96.nu. 15. tamen ſufficit,ſi fiat ſub qualitate maſculinitatis, & ſubſtituti vocati ſint de deſcendentibus.Papon.lib.20. tit.3.arreſt.12.

Quando teſtator digreditur ad plures gradus ſubſtitutionum,ſignificat ſe velle onus fideicommiſsi,& reſtitutionis eſſe debere omnib. gradatim,& ſucceſsiuè iniunctum, & ſe nullo pacto velle, quòd ſubſtituto vno adeunte hæreditatẽ,illud extinctũ ſit.Menoch. conſi. 220.lib.3.vide cõſi.277.eo.li. & cõſi.310.li.4.

Secundò,ſi teſtator inſtituat filias hæredes particulares,& filios vniuerſales,ipſoſque adinuicem ſubſtituendo caſu,quo ſine liberis maſculis decederent prohibendo, quòd nullæ fœminæ ſuccederent ipſis tamẽ dotatis,vtrũ hoc caſu filij maſculi poſiti in cõditione cenſeantur vocati, vide Guid.q.299. Boer.deciſ. 155.nnm.25.& 28.Clar. in §. teſtamentum.q. 78. & ſeqq. an qualiras maſculinitatis ſufficiat,vide Mago.deciſ.27.nu.6. Rot.Flor.Pap. lib.20.tit.3.arreſt.11.Craue.conſi.62.& conſ. 130.Clar.in §.reſtamentum.q.79. Dec.conſi. 270.nu.6.7.conſi.319.545. & conſi. 574.nu.6. Natt.conſi.551.num.13.Menoch. conſil.152. vol.2.& conſ.197.nu.4.vbi quid, quando qualitas maſculinitatis eſt geminata,& repetita, vide eundem Menoch. conſ. 277.310.nu.30. lib.3.& conſi.392.lib.4.Mant.de coniect.vlti. volunt. lib. 11.tit.3.

Quòd qualitas maſculinitatis non ſufficiat ad hoc, vt filij poſiti in conditione cenſeantur vocati ſcribunt Crau.conſi.155. Natt. conſi. 551.nu.14. Rol.conſi.51.num. 5. vol.3. conſi. 34.nn.63.vol.4.& conſi.43.ibid.num.38.Menoch.conſi.91.vol.1.vide Mant.d.lib.11.titu. 3.& Perilluſtr.D.P.Teſſau.deciſ.96.

Tertiò limitatur regula, qnando teſtator prohibuiſſet alienationem bonorum.Boer.deci. 155.n.25.Gaſp.Cabal.milleloq.458.Menoch. conſi.325.nu.12.lib.4.Fran.Mant.de coniect. vlt.volnnt.lib.11.tit.3.nu.14.nam quoties cõcurrunt prohibitio alienandi, & grauamen de reſtituendo totum, eo ipſo primi prohibiti cẽſentur ad totum vocati. idem Cabal. milleloq. 460.

Quartò limitatur reg. qnando filiabns certum quid relinquitur, & à reliqua hæreditate excluduntur. Crau. conſi.130.num.4. Menoch. conſi.399.uum.19. & conſi.394. nu.18.libr.4. maximè quando teſtator excludit non ſolũ proprias filias, ſed etiam neptes. Menoch. conſi.197.uu.7.lib.2.

Quintò limita, quando ſequeretur abſurdum, vt ſi extraneus ſubſtitutus præfereretur liberis,& deſcendentibus teſtatoris. Crau.conſi. 326. vide Menoch.cõſ.393.n.28.& 394 lib.4.

Sextò limita, quando teſtatur plus quàm ſemel filios poſuit in conditione. Menoch.conſi. 135.nu.7.lib.2.& conſi.225.nu.11.ibid.

Septimò, quando ſunt poſiti in conditione in fideicommiſſaria ſubſtitutione. Menoch.d. conſi.135.nn.11.vide conſi.393.ibid.

Octauò limita reg. in ſubſtitutionibus factis in contractibus,in qnibus poſiti in conditione cenſentur vocati.Menoch.conſi.325.n.9 li.4.

Nonò, quando filij ſunt poſiti in conditione ſnb ea qualitate, quòd eſſent legitimi, & de legitimo matrimonio procreati. Menoch.d. conſi.325.nu.10. Fran. Mant.lib.11.tit.3.n.7.

Decimò limita, quando conſtat diſponentes voluiſſe bona conſeruari in agnatione, & familia.Menoch.conſi.325.nu.14.& conſi.393. nu.32.lib.4.Fran.Mant.d.lib.11.tit.3.num.15. vide Perilln.D.P.Teſſau.deciſ.96.nu.15.& ſeq.

Vndecimò, quando poſitus in conditione eius fauore excludit illum,qui eum in totum, vel in partẽ excluſiſſet.Menoch.d.conſi.425.n.6.

Duodecimò, qñ filij ſunt poſiti in conditione ꝑ ablatiunm abſolutum, qui vocationem ſignificat. Menoch.conſi.393.num.12.lib.4. & cõſi.394.nu.19.ibid. vide tamen Mant.d.lib. 11.tit.3.nu. 24. vbi videtur tenere contrariũ.

Illud tamen notandum eſt, quòd qnando filij poſiti in conditione cenſentur vocati, intelliguntur ſubſtituti in portione patris duntaxat, cuius ratione ſunt in conditione poſiti, non pattui cohæredis dati patri.Crau.conſi. 130.n.5.& cõſi.306. Mant.d.lib.11.tit.3.n.27.

Qnando in vna diſpoſitione cõcurrunt plures ex prædictis cõiecturis, tunc poſiti in conditione ſine difficultate debent cenſeri vocati; vt ſcribit idẽ Menoch. cõſi. 393. & 394. li.4.

Filij poſiti in conditione,qui ex cõiecturis vocati dicnntur, an cenſeantur etiam grauati ſubſtitutis hæreditatem reſtituere, vide Perilluſtr.D.P.Teſſan.deciſ.96.nu.32.

Filij poſiti in conditione, quibus coniecturis cenſeantur vocati,vide Iac. Put.deci.215.lib. 3. Mago.deciſ.27.& 73.Rot.Floren. Menoch. conſi.135. libr. 2. Crau. conſi.62.& conſi.98. Perillnſt.D.P.Teſſa.deciſ.60. & 96.

Filij poſiti in conditione,an dicantur prędilecti ſubſtitutis, & quæ requirantur, vt poſsint dici prædilecti, vide per Crau.conſi.109.

Teſtator plures habens maſculos, & fœminas filios inſtituit,& eos inuicem ſubſtituit, & caſu, quo dicti inſtituti, & eorum filij maſculi ſine filijs deceſſerint ſubſtituit filias, & earũ deſcendentes,euenit caſns, quòd inſtitutorũ filij ſine maſculis obierint relictis filiabus, & ſororibus, dubitatum fuit, quæ nam ex his venirent admittẽdæ,an teſtatoris, vel filiorũ

hæredumq́ filię, fuit deciſum in fauorem filiarum filiorum inſtitutorum, ea ratione, qa in fideicommiſsis attendatur proximitas grauati, & non grauantis. Mago. deciſ. 83. Luc.

Filius non pręſumitur magis dilectus in rebus, per patrem inter alios diſpoſitis per viam fideicommiſſariæ ſubſtitutionis; ſecùs ſi per viam directę. Mago. ibid. nu. 19. & 26.

Verbũ, ad ſuos collectiuũ, refert ad teſtõrẽ, & nõ ad grauatos: qa verba in dubio magis ad teſtatorẽ, q̃ ad hęredẽ ſunt referẽda. Gom. Leo deciſ. 37. Rot. Auenio. in deciſ. diuerſ.

Subſtitutio facta, ſi hæres deceſſerit ſine hærede legitimo requirit, vt inſtitutus decedat cum liberis à ſe procreatis, aliàs ſubſtitutus excludit cęteros hęredes legitimos: quia nomen hęredis in vltima voluntate, & ſubſtitutione non ſignificat alios, q̃ deſcendentes, nec extendit ad extraneos. Guid. Pap. q. 485. vide q. 457. Afflict. deciſ. 14. Boer. deciſ. 354. n. fi. & hr̃des maſculi in fideicõmiſſo, accipiunt pro hr̃dib. deſcẽdentib. & in materia trãſitoria ad hęredes extraneos. Crau. cõſi. 38. nu. fi.

Subſtitutionum gradus qualiter numerentur, vide per Boer. deciſ. 155.

Nepos venit appellatione liberorum, non appellatione filij, ſed hæc varietas dicendi, nõ cadit in idiotam. ibid. num. 3.

Subſtitutio facta pupillo, ſi abſq; prole deceſſerit, per verbũ cõe, vel obliquũ, poſt pubertatẽ efficit fideicõmiſſaria, & prolis vocabulũ, vel ꝓgeniæ quid importet, vide Boer. deciſ. 356.

Deſcendentiũ, ſiue hęredũ mẽtio, de ſua ꝓpria natura cõprehẽdit maſculos: & bona emphyteotica poſſunt ſupponi fideicõmiſſo, quando ſunt hęreditaria. Ioſ. Lud. deciſio. Luc. 29. vide Mago. deciſ. 7. Luc. nu. 38.

Subſtitutio facta, ſi ſine hr̃dib. deceſſerit, intelligit ſi ſine liberis, ſed tunc qñ ſufficiat, q̃ ſint filij tantùm, vel etiã oporteat illos eſſe hęredes, vide Vincen. de Fran. deciſ. 153.

Appellatione filiorum veniunt nepotes, & deſcendentes, qñ teſtator promiſcuè vtitur verbo filiorum, & liberorũ. Cabal. milleloq. 498.

Appellatione lineæ venit recta, quę continet aſcendentes, & deſcendentes tantùm. idem milleloq. 684.

Clauſula, ſi ſine filijs deceſſerit in ſubſtitutione appoſita, quando non includat filias, vide Hiero. Mago. deciſio. Luc. 7. nu. 8. 24. vbi ſcribit differentiam, quando ex ſubſtitutione vocãt filij teſtatoris, & qñ vocãtur extranei, vt primo caſu patruus excludat neptem, ſed in ſecundo, extraneus non excludit fœminam.

In fideicommiſſo facto, ſi inſtitutus deceſſerit ſine filijs, relinquens nepotem ſubſtitutus excluditur, nã hoc caſu nepos facit deficere conditionem. Rot. Auenio. deciſ. 84. in deciſio. diuerſo. & excludit ſubſtitutum. Gail. obſer. 136. nu. 11. lib. 2.

Fideicommiſſum relictum filijs, an etiam filiabus relictum intelligatur, vide Mantic. de coniect. vltima. volunta. libr. 8. titul. 7. vel nepotibus. ibid. titu. 8.

Regulariter in ſubſtitutione facta, ſi grauatus deceſſerit ſine filijs, filię admittuntur ad excludendum ſubſtitutum; ſed quando, & ex quib. coniecturis regula limitetur, vide eundem Mantic. lib. 11. titul. 14. Menoch. conſi. 95. volum. 1. Perilluſtriſ. D. Præſid. Teſſau. deciſio. 138. ſed quid, qñ teſtator dixit, ſi deceſſerit ſine filijs maſculis, vide Mant. ibid. titu. 15. tunc filiæ non excludunt ſubſtitutũ. Boer. conſi. 10. num. 8. Dec. conſil. 155. ſed deberet dotari. Bar. in l. 101. ff. de condi. & demonſtr.

Vocatis filio, & eius maſculis, eueniente caſu fideicommiſsi, filia deſcendens ex filio pręfertur filio deſcendenti ex filia, vide Papon. lib. 20. tit. 3. arreſt. 28.

Appellatione filiorum in fideicommiſsis non veniunt fœminę, ſi in pluribus locis teſtamẽti fuerit facta expreſſa mentio de filijs maſculis. Dec. conſi. 15.

Pater poteſt filium fideicommiſſo grauare, exceptis legitima, & Trebellianica. Andr. Gail. obſer. 121. nu. 8. lib. 2. Afflict. deciſ. 38.

Filius fideicõmiſſo grauatus intelligitur, ſi ſine liberis deceſſerit. Dec. conſi. 1. num. 7. Gail. d. obſer. 121. nu. 10. licèt eſſet grauatus reſtituere pię cauſę. Myſing. obſer. 96. cent. 6. Papon. lib. 28. titu. 3. arreſt. 29. l. 6. §. cùm autem. C. de inſtitutio. & ſubſtitutio. l. 101. ff. de conditio. & demonſtra. quod limita, quando ex coniecturis conſtaret de contraria mente teſtatoris. Mago. deciſio. 52. Rot. Flor. vide Mant. de coniect. vltim. volunt. lib. 10. tit. 7. & 8.

Dicitur quis ſine liberis decedere, ſi liberi nati premortui ſint. idem Gail. obſer. 136. n. 11. li. 2.

In fideicommiſſo relicto nepotibus ex filiabus, etiam veniunt neptes; quia in vltima voluntate maſculinum concipit fœmininum. Dec. conſil. 300. num. 11. ſed hoc non eſt ſemper verum, vide ibid.

Ex mente teſtatoris colligi põt, vt fœminę non admittãt ad excluſionẽ fideicõmiſſarij, veluti, qñ teſtator magis dilexit liberos ſuorũ liberorũ, q̃ ꝓprias filias: Secũdò, qñ grauauit filias, ſi ſine liberis deceſſerint in fauorem filiorum inſtitutorum; & non ita grauauit ipſos filios: Tertiò, quando filias inſtituit hęredes particulares in certa ſumma. Crauet. conſi. 38. nu. 3. vide Menoch. conſi. 204.

Filiæ grauati, ſi deceſſerit ſine filijs, non excludunt fideicommiſſum in materia differenti, veluti in feudo, vide Menoch. d. conſi. 204. ſecùs in alijs bonis. idem Menoch. conſi. 328.

Fœmina dr̃ eſſe de legitimis hæredib. ideò venit appellatione legitimorum. Dec.conſi.32.
Subſtitutio facta, ſi hæres deceſſerit ſine filijs maſculis, non euaneſcit, ſi deceſſerit relicto vno filio. Dec.conſi.218.
Subſtitutio facta à teſtatore inter eius filios inſtitutos, caſu, quo deceſſerint ſine filijs legitimis, & naturalib. intelligit̃ de filijs maſculis: ideò tunc fœminę non excludunt ſubſtitutũ, ſed qñ hoc procedat, vide Dec.conſ.270.n.4.
Filiorũ appellatione in ſubſtitutione veniunt filiæ, quæ ẽt faciũt deficere fideicommiſſum, ſicut filij: fallit, qñ teſtator inſtituiſſet filios, & in defectum filiorum maſculorũ ipſius, & eorum filiorũ legitimorũ inſtituerit, vel ſubſtitureit proprias filias ſuas, tunc enim filiæ filiorũ primo loco inſtitutorũ, nõ excludunt proprias filias teſtatoris. Dec.conſi.480.
In dicto caſu filij filiæ prædefunctę ẽt vocatæ, non admittunt̃ cum filia viuente: quia cum illa mortua ſit pendente conditione, fideicõmiſſum relictũ ſit caducũ, & eius portio accreſcit filiæ viuenti. Dec.d.conſi.480.nu.8.
Fideicommiſſum relictũ, ſi hęres deceſſerit ſine filijs expirat, ſi deceſſerit relicta vnica filia. Dec.cõſ.495. niſi appareat de contraria mẽte teſtatoris, de quo caſu vide ꝑ eundẽ Dec. conſ 495. & qñ dicat̃ conſtare de tali mente, vide eundẽ conſi.514 515.545.546.567.568. 570.& 573. qd, ſi teſtator dixerit, ſi deceſſerit ſine filijs quibuſcunque, vide Dec.conſi.599.
De differentia quando ſubſtituuntur deſcendentes, vel tranſuerſales vide per eundem conſ.679.nu.7.& conſi.688.
Diſpoſitio, quæ in materia fauorabili de liberis loquit̃, in tranſuerſalib. locũ non habet: ideò illa tacita conditio, quę ineſt fideicommiſſo ſimpliciter relicto, ꝙ valeat, ſi filius grauatus deceſſerit ſine filijs, & non aliter, non habet locum in tranſuerſalibus inſtitutis, & grauatis fideicommiſſo facto ſimpliciter. Dec. conſi.497. vide eundem conſi. 529.
Subſtitutio facta de filio, comprehendit etiam nepotes: nam in materia fauorabili appellatione filiorum, veniunt etiam nepotes; ſecùs in materia odioſa. Natt.conſi.602.nu.12.
Neptis teſtatoris non facit deficere conditionem, ſub qua teſtator vocauit filios, hęredesque ſuos his verbis, ſi deceſſerint ſine filijs, vnus, vel plures ſuperſtites ſuccedant, nam hoc caſu neptis non excludit ſubſtitutum. Menoch.conſi.151.vol.2.
In fideicommiſsis liberorum, vel deſcendentiũ appellatione, non cõtinentur nepotes ex filia, qui propterea excluduntur à filia filij teſtatoris. Menoch.conſi.172.lib.2. nam maſculus ex filia non dicitur ex maſculis liberis, ad excludendũ ſubſtitutum. Fran.Crem.ſing.21.

Filiorum, filiarumq; appellatione ex proprietate ſermonis nõ continent̃ nepotes, vel neptes: ideò nepos in ſubſtitutione fideicommiſſaria (ẽt ſi actiuè conſideret̃) nõ continet̃ appellatione filij. Menoch. conſi.215.lib.3.& conſi.347.lib.3. quia nunquam filius ſubſtituti admittitur. Barth.de Capu.ſing.89.
Qñ neptes appellatione filiorum veniant, vide eundem Menoch.d.cõſ.215.n.38. & 46.lib.3.
Verbum filiarum ſuarum, ſignificat filias primi gradus; non autem neptes. ibid.nu.51.
Neptis ex filio teſtatoris eſt de deſcẽdentib. ꝑ lineam maſculinam, ſicut filia, ideò in fideicommiſſo admittitur excluſo maſculo ex fœmina deſcendenti ex linea teſtatoris, vide Menoch.conſi.318.lib.4.& ſi eſt vltima ex linea maſculina à teſtatore vocata, extinguit̃ fideicommiſſum, & poterit liberè de bonis aliàs ſubiectis diſponere. Menoch.ibid.
Liberorum appellatio ampla eſt, ideò cõtinet omnes deſcendentes vſq; in infinitum: fallit, qñ ex coniecturis teſtatoris cõſtat de cõtrario: tunc enim in fideicõmiſſo ꝑ ipſum facto, appellatione liberorum ſolùm veniunt filij primi gradus. Menoch conſi.328.lib 4.
Sub verbis, de proprio corpore procreatis, non comprehendunt̃ nepotes. Guid.Pap.ſing.31.
Rogatus de reſtituendo tp̃e mortis, qñ intelligat̃ ſolũ grauatus, ſi deceſſerit ſine liberis, vide Bart. in l.102.ff.de conditio & demonſtr.
Ad onus fideicõmiſſarij ſpectat ſolutio legatorum inſolidũ. Bart. in l.2.ff.ad Treb. intellige de legatis teſtatoris; ſed quid de funeris impenſa, vide Guid. Pap.q.296. DD. de Rota deciſ.12.tit.de teſtam.in antiq. An hęres, vel fideicõmiſſarius teneatur ad ſolutionẽ legatorum, vide Crau.cõſ.16. qđ fideicõmiſſarius teneat̃ (niſi eſſent legata annua, q̃ ſolui debẽt de fructib.) ſcribit Nat.cõſ.321 vide cõſ.323.
Onus tallearum pendente conditione fideicõmiſſi, videtur pertinere ad hęredem grauatũ percipientem fructus. Crau. conſi.315.
Fideicommiſſarij non tenentur ad æs alienum, hęredis grauati. Crau.d.conſi.295.
Fideicõmiſſarius nõ dr̃ legitimus cõtradictor, qñ eius poſſeſsio eſt vitioſa. Crau.cõſ.299.n.5
Hęres, & nõ fideicõmiſſarius tenet̃ ſoluere vſuras (decurſas durãte tp̃e reſtitutionis) creditorib. hæreditarijs, ſi fuerit interpellatus, & denegauerit ſoluere; aliàs ſecùs. Vincent. de Fran.deciſ 49.
Fideicommiſſarius non faciens inuentarium tenetur ad oĩa onera hęreditaria, etiam vltra vires hęreditatis. Crau.conſi.19.nu.16. tamen non tenetur ad onera hęredis grauati, licèt contracta ex cauſa hæreditaria, aut occaſione hęreditatis. Crau.d.conſi.19.nu.17.
Clauſula codicillaris appoſita in teſtamẽto aut lo ra-

io ratione præteritionis,operatur vim fideicommiſsi. Capel.Thol.q 456.

Qñ in teſtõ apponitur clauſula codicillaris,ſubſtitutio directa obliquat, ẽt ſi ab initio valere potuerit iure directo, & tũc duráte pupillari ætate valebit iure directo, & poſt valebit iure fideicommiſsi. Crau. conſi.305.nu.fin.

Clanſula codicillaris operatur, q venientes ab inteſtato videantur rogati reſtituere, & habet locum,etiam ſi inſtitutus moriatur in vita teſtatoris. Dec.conſi.39.

Hæreditas non poteſt directò dari, vel confirmari in codicillis, ſed ad fideicõmiſſum trahitur.l.2.ff.de iure codicil.

Per codicillos factos ab inteſtato, videntur rogati omnes quocunque iure ſuccedentes inter natos,& naſcituros.l.3. eod.

Si teſtamentum ab initio deficiat propter defectum teſtatoris, ex noua voluntate non cõualeſcit impedimento ceſſante, ſecùs in codicillis, quibus fideicommiſſum relinquitur. l.1.§.ſed ſi filiusfa.de legat.3.

Qñ deficit ſecundus gradus ſubſtitutionis, fit locus ſequenti gradui,qñ oẽs gradus ſubſtitutionũ ſunt fideicõmiſſarij;tũc.n.eſt locus vlt. gradui,licèt ſecũdus defecerit. Crau.cõſ.295

Matrimoniale pactum eſt teſtamentum, ideò poteſt per illud prouideri deſcendentibus; ſicut per teſtamentum facto fideicommiſſo.Boer.d. deciſ.155.nu 7.

Poſſunt fratres in inſtrõ diuiſionis facere fideicõmiſſum.Crau.conſi.130.nu.10.in fine.

Fideicommiſſum poſſe fieri in cõtractibus inter viuos, eſt magis communis opin. Mago. deciſ.71.num.6 Rot. Floren. quando valeat tale fideicõmiſſum,vide Raud. tract. de analog.cap.25.& Clar.§ teſtamentum.q.71.

Subſtitutio facta à filiofa. in contractu patre cõſentiẽte,valere non põt in vim fideicõmiſsi, valebit tñ in vim donationis cã mor.interuenienteſtipulatione. Crau.conſi.130.n. pen.

Valet conuentio facta inter aliquos, q altero pmoriente ſine liberis,ad ſuperſtitẽ, & liberos eius bona deferanẽ, ſed ſi in conuẽtione fuerit dictum, q deferantur bona ſecundum formam teſtamenti,tunc ſi ex teſtõ non poſſunt deferri (vt qa in eo nulla ſit ſubſtitutio) vel ſi defecerit,non valet cõuentio, quia diſpoſitio contrahẽtium reſtringitur ad illud, qđ in teſtamento continetur. Dec.conſi.63.

An in inſtrõ donationis inter viuos poſsit fieri fideicõmiſſum,& grauari donatarius,& quatenus poſsit fieri, quale ſit tale fideicommiſſum,vide per Menoch.conſi.85.vol.1.

Fideicõmiſſum dr cõditio, & ſi teſtator grauet filios in morte de reſtituendo, ſi deceſſerint ſine liberis, & in codicillis reuocauerit conditionem, videtur remittere fideicõmiſſum. Bar.in l.1.C.de pact.

Non ſolùm ex verbis,ſed etiam ex mente teſtatoris fideicõmiſſum inducitur.l.36.§. pen. de legat.3.& voluntas ſola in fideicommiſsis eſt ſpectanda,& potius attendenda,quã verba.l. pen.de legat.1.Vera.deciſ.23.par.2.Abb.cõſ. 58.li.2. ſed quomodo hoc dictũ intelligatur, vide Dec.conſi.292.nu.6. tacitaq; ſpectatẽ & fideicõmiſſum inducitur, reſtringitur, & extenditur ex cõiecturis, vide Mant.de cõiect. vlti.volun.lib.10 tit.1. fideicommiſſum enim inducitẽ ex coniecturis.Gaſp.Cabal.milleloq. 461.Menoch.conſi 333.nu.9.vol.4.de ſententia lata pro fideicommiſſo reſultãte ex cõiecturis vide p Raud.tract.de analo.c.14.n 36.

De cõiecturis fideicommiſſariæ ſubſtitutionis, vide Dec.conſi.288.465. Menoch.conſi.173. lib.2.Bar.in l.66.de lega.2.Fran.Mant.de cõiect.vlti.volunt. lib.7.tit.3.ex quib.cõiecturis ſubſtitutio fideicõmiſſaria comprehẽdatẽ in reciproca, vide ibi.tit.4. & ex qb. inducatur ſubſtitutio reciproca fideicõmiſſaria,ibi.ti.5

Quibus verbis,& coniecturis fideicommiſſa relicta intelligantur, vide eundem lib.8.tit.1. à quibus.ibid.tit.2 & quibus relicta videantur, ibid.Mant. lib.8. tit.4.

Nutu ẽt relinquitẽ fideicõmiſſum dummodo is, qui nutu relinquit,loqui poſsit.l.21. de leg. 3.

Filij, & ſi concepti non ſint tpe diſpoſitionis eorum fauore factæ,tñ veniunt,& includunẽ, & eorum deſcendentes, in ipſa diſpoſitione. Vincen.de Fran. deciſ.153.nu.25.

Dos ĩcluditẽ fideicõmiſſo vniuerſ. Dec.cõſ.386.

Qñ teſtator fecit fideicõmiſſum,deinceps ,phibuit, q hrs nõ poſsit intra tps minoris ętatis bona alienare,nõ ob id poſt maiorẽ ętatẽ,cẽſetẽ reuocare fideicõmiſsũ. Dec.cõſ.386.vol.2

Qñ teſtator fecit fideicõmiſſum hoc modo, in reliquis verò ſubſtituit Titiũ in iuriſdictione, & ſignoria talis loci, & vlterius non eſt progreſſus,tunc in tali fideicõmiſſo veniunt oĩa bona teſtatoris, quia in fideicõmiſsis verba ſuppleri debẽt,ne imperfecta maneat diſpoſitio teſtatoris, & hoc debet fieri ſaltẽ ex cõiecturis,de qb. p Menoch.cõſ 232.n.10.lib.3.

Ex voluntate imperfecta, debentur fideicommiſſa.Bar.in l 25.ff.de teſtam.

Verba diſpoſitiua licèt ſint defectiua in eo, qđ non appareat pſona grauati, inducunt tamẽ fideicommiſſum. Bar.in l.71.de legat.2.

Verba confeſsionalia donationis in vlti.voluntate emiſſa, fideicõmiſſum inducunt, ſi aliter de donatione non appareat.l.5.C.de donat.

Si ſubſtituatẽ nouiſsimo moriẽti, vr̃ teſtator voluiſſe inter oẽs cõſeruare ius legitimarũ hr̃ditatũ,vel ſucceſsionũ ab inteſt.l 36. ff.de vulg.

Fideicommiſſum relinqui poteſt etiam his verbis, cupio vt des, opto, credo te daturum. l. 118. & 121. de legat. 1.

Verba diſpoſitiua ad quemcunque directa fideicommiſsi petitionem inducunt. l. 35. §. Titia, de legat. 2. imò enunciatiua videntur ſufficere. l. 66. eod. vide l. 69. §. item. ibid. & l. 79. §. donationis, de legat. 3.

Licet verba fideicommiſsi ſint defectiua, tamen debetur, ſi ex mente colligitur. l. 69. §. ſi omiſſa, de legat. 2.

Item verba diſpoſitiua, ſeu præceptiua ad grauatum, vel honoratum directa, fideicommiſſi petitionem inducunt. l. 71. eod. verbum tamen commendo fideicommiſſum non inducit. l. 11. §. ſi ita, de legat. 3.

Subſtitutio omnis habet duo extrema, & facta in vno caſu extenditur ad alium, & fit in ea largiſsima interpretatio. Boer. deciſ. 38. n. 14.

Illa verba, tunc, & eo caſu adueniente, &c. videtur amplecti ſubſtitutionem fideicommiſſariam, vt ſubſtitutus quoties caſus euenerit, admittatur: Boer. ibid. nu. fin.

Dominium tranſit ipſo iure in fideicommiſſarium particulatem; non tamen in fideicommiſſarium vniuerſalem, niſi in certis caſibus, Boer. deciſ. 156. nu. 13. & 14.

Fideicommiſſarium ſe allegans non propterea dicit, quod ei fuerit reſtituta hæreditas, & hæres grauatus ſolet cogi adire. Ioſ. Lud. deci. 40. Luc.

Fideicommiſſo bona ſubiecta, an poſsint concedi in emphyteuſim, vt valeat conceſsio, vide Ioſeph. Ludo. deciſ. 64. Luc.

In fideicommiſsis debet fieri ſtricta interpretatio. idem Ioſeph. d. deciſ. 64. num. 5. quia ſunt odioſa. Crauet. conſi. 208. num. 4. vide Dec. conſil. 465. & Roland. conſi. 30. volum. 4. & vbi ſubitutio non eſt expreſſa, ibi non intelligitur. Mago. deciſ. Luc. 82. nu. 11. & 17. nam per ſubintelligentias non ſunt multiplicandæ ſubſtitutiones, ſed quando ex caducitate vnius ſubſtitutionis inferatur ad aliam, vide eundem Mago. deciſ. 134. Rot. Floren.

Fideicommiſſum an, & quando ſit fauorabile, vel odioſum, vide Fran. Mant. de coniect. vlt. volunt. lib. 7. tit. 1. Raud. tract. de analog. cap. 14. num. 3. & ſit largè interpretandum, vide Craue. conſi. 208. nu. 4.

Fdeicõmiſſum iniunctum filijs, ad filios filiorum non extenditur. Gome. Leo deciſ. 37. in deciſio. diuerſo. Tom. 3.

Fideicommiſſum cenſetur iniunctum ei tantũ, qui deceſsit ſine liberis. idem Mant. libr. 11. titul. 1. num. 4.

Subſtitutio fideicommiſſaria eſt ſemper conditionalis, & odioſa. Papon. li. 20. tit. 3. arreſt. 28.

Inſtitutis duobus hæredibus, altero grauato fideicommiſſo, altero non, & portio non grauata accreſcat grauatæ, non propter hoc cenſebitur grauata. DD. de Rota. deciſ. 6. de teſtament. in antiq.

Subſtitutus in vltimo gradu ſubſtitutionis, non cenſet grauatus alijs reſtituere. Crau. cõſ. 161

Illud, quod teſtator nõ loquitur, non præſumitur velle. Dec. conſi. 89.

Diſpoſitio ſimpliciter facta non porrigitur ad caſum, in quo quis non habet poteſtatẽ: ideò fideicommiſſum nõ porrigitur ad legitimã, & Trebellianicam in liberis. Dec. conſi. 218.

Filiorum appellatione non veniunt nepotes, quando non tractatur de ipſorum commodo, vt quando tractatur de inducẽdo fideicommiſſo contra ipſos. Dec. conſi. 218. n. 12. Ideò filijs grauatis, nõ cenſentur grauari nepotes. Natt. conſi. 191. nu. 9. Tom. 1. vide Rol. conſil. 43. vol. 4. & conſi. 97. eod. vol. quia fideicommiſſum eſt onus. Dec. conſi. 567.

De coniecturis, quæ poſſunt adduci ad diluendum fideicõmiſſum, vide per Dec. conſi. 288. & 465. Rol. conſil. 34. vol. 4. & conſil. 43. ibid. Menoch conſi. 97. lib. 1. & conſi 171. lib. 2.

Fideicommiſſum reſtringitur, ſi factum ſit in pœnam, & tali caſu debet ſtrictè interpretari. Dec. conſi 336.

An fideicòmmiſſum reciprocum ſit onus, & quando habeat locum inter filios, & nepotes, vide Dec. conſi. 456.

Si plures filij inſtituti grauati ſint per fideicommiſſum, ſi quis eorum deceſſerit ſine liberis, quòd alij ſuccedãt, ille, qui vltimo loco moritur, non videtur grauatus, quia non reperitur alius ex dictis filijs, qui ſuccedat. Dec. conſi. 511. vol. 2.

Inſtitutio, vel ſubſtitutio præcisè reſtringitur ad perſonas expreſſas, quando in teſto filij inſtituti ſunt proprijs nominib Dec. cõſ. 513

Fideicommiſſarius vltimus poteſt adire ſubiecta reſtitutioni, & liberè diſponere, quando non ſupereſt alius, qui petitionem habeat. Natt. conſil. 191. nu. 4. Tom. 1. & Menoch. conſi. 133. lib. 3.

Quando teſtator verbis vniuerſalibus fideicõmiſſum conſtituit, & inde legatum ſingulare bonorum acquirendorum fecit, innuẽs hoc legatum à fideicommiſſo eſſe ſeparatũ, tunc legatum non continetur ſub fideicommiſſo. Menoch. conſi. 86. nu. 19. vol. 1.

Hæres grauatus, ſi deceſſerit ſine liberis, vt bona deueniant ad Sempronium, intelligitur ſolùm grauatus reſpectu bonorum teſtatoris, & contrà ſi eſt grauatus, vt reſtituat bona ſua tantùm, intelligitur grauamen comprehendere ſolùm bona hæredis. Bar. in l. 30. ff. de auro, & argent. legat.

Pro-

Propter impotentiam coeundi, vel aliter habendi filios, grauatus non excluditur ſua vita durante. Boer. deciſ. 354. nu. fin.

Qui ſe fundat in teſtamento, debet probare adimpleuiſſe contenta in dicto teſtamento: qa teſtatoris volūtatem quis adimplere debet, ſi vult beneficium conſequi. Ioſeph. Ludo. deciſ. Luc. 64. nu. 36. & 37.

Subſtitutio neceſſariò habere debet aliquā cōditionē. Guliel. Caſſad. deci. 1. tit. de ſubſtitu.

Per Auth. ex cauſa ſubſtitutio fideicōmiſſaria cōſeruatur, ēt ſi fideicōmiſſum ſit vniuerſale. Capel. Thol. q. 455. And. Gail. obſer. 134. li. 2.

Fideicommiſſarius niſi dicat ſe hæredem illius, cui ſuccedit, potius præſumitur ſuccedere vti fideicommiſſarius, quām vti hæres. Vera. deciſio. 10. part. 2.

Introitus maturi, & non exacti in vita hæredis grauati, ſpectant ad fideicommiſſarium. Vincent. de Fran. deciſ. 13.

Fideicommiſſum ex prohibitione alienationis iniunctum ſuis hæredibus, & deſcendentibus quomodo, & quādo intelligatur inductum, vide Iaco. Put. deciſ. 448. libr. 2. eſſe difficilem quæſtionem aſſerit Mago. deciſ. 33. Luc. vide Crau. conſi. 130. num. 10. Rol. conſi. 23. vol. 4. Dec. conſi. 23. 38. 377. ſed an tunc dicatur ſimplex fideicommiſſum, vel conditionale, vide Mago. d. deciſ. 33. Luc.

Quādo teſtator fecit duplex fideicommiſſum, vnum in caſu prohibitę alienationis, & aliud in caſu mortis ſine liberis, ſi vnus ex hæredibus grauatis, & honoratis contra prohibitionē teſtatoris alienauerit, in hoc capite efficitur indignus fideicommiſſo, ſed ob id priuationis pœna non extenditur ad fideicommiſſum inductū in caſum mortis cohæredis ſine liberis. Rot. Auenio. deciſ. 50.

Ei, cuius cōtemplatione alienatio prohibetur, cenſet relinqui fideicōmiſſum in caſum alienationis. Gome. Leo deciſio. 43. in deciſio. diuerſo. Tom. 2.

Per prohibitionem alienationis quomodocūq; factam, non inducitur fideicommiſſum, niſi in caſum cōtrauentionis. Dec. conſi. 377. vol. 2. Rol. conſi. 43. vol. 4. n. 42. Ideò tunc filius, q deceſſit inſtituta matre, non dicitur contraueniſſe prohibitioni. Dec. ibid. limita, vt per Menoch. conſi. 197. nu. 10. vol. 1.

Quando teſtator dedit facultatem hęredi grauato diſponendi de aliqua re, poterit de illa diſponere in vltima voluntate. Menoch. conſi. 210. libr. 3.

Quando ſimpliciter fuit facta prohibitio alienationis extra familiam, & aguationem, non cenſetur inductum fideicommiſſum, niſi in caſum cōtrauentionis, & poterit fieri alienatio in quemlibet de familia, etiam remotiorem. Menoch. conſi. 327. nu. 96. & 97. lib. 4.

Si res prohibita alienari extra familiam alienetur, quid iuris, vide l. 69. & l. 71. §. prædium, & §. fratre, de legat. 2. & de materia ſupra titu. de prohibitione rerum aliena. in vlti. volunt.

Filius fideicommiſſo grauari poteſt, ſi delictū commiſerit, propter quod eius bona eſſent confiſcanda, ſed de forma huius fideicommiſsi vide per Natt. conſi. 470. nu. 7. quod fideicommiſſum valet. Menoch. conſi. 91. nu. 6. vol. 1. vide Natt. conſi. 528.

Bona ſubiecta reſtitutioni fideicommiſsi non veniunt in confiſcatione bonorum, etiā quo ad legitimam, & Trebellianicam, quādo fuit facta expreſſa prohibitio de non alienando intra certū tempus, intra qđ fuit perpetratū delictū. Rol. conſi. 31. nu. 25. & conſi. 98. vol. 1.

Bona ſubiecta fideicōmiſſo, quæ tacitè à lege prohibentur alienari, ſi cōfiſcentur, licèt durante vita grauati delinquentis tranſeant in fiſcum, tamen ſecùs erit, ſi concurrat prohibitio expreſſa hominis de non alienando; tunc enim nullum ius fiſco competit. Rolan. conſi. 81. num. 11. vol. 2. & conſi. 97. vol. 2. vide ſupra lib. 1. tit. de publicatio. bonorum.

Mors ciuilis conditionem fideicommiſsi facti, ſi hæres deceſſerit ſine liberis, euenire non facit: quod limitatur, quando teſtator vltra fideicommiſſum expreſsè prohibuiſſet alienationem bonorū hæreditatis. Auguſt. Bero. q. 41. vide l. 79. §. hęreditatem, de legat. 2.

Venientes ab inteſtato ſuccedunt grauato in ea ſumma, de qua potuerat diſponere, & nō diſpoſuit. Vincen. de Fran. deciſ. 45.

Fideicommiſſum pupillare omnia bona pupilli comprehendit. Gaſp. Cabal. milleloq. 361. & fideicommiſſum cedi pōt. ibi millelo. 454.

Quando præſcriptio obſtet fideicommiſſario, & quando non, vide Natt. conſi. 437.

Præſcriptio opponi non poteſt agenti ex fideicōmiſſo antiquum, niſi ex die, à quo actor agere potuit. Cabal. milleloq. 458. ratio, quia pendente cōditione fideicommiſsi nunquā poteſt incipere currere pſcriptio: fallit quādo implementum cōditionis dependet à facto, & poteſtate eius, cui præſcriptio opponitur. ibid. milleloq. 458.

Quem honoro poſſum grauare, quod procedit etiam in eo, quem nominaui in conditione fundi hæredem: idem in eo, qui iuris fictione eadem perſona cenſetur. Gom. Leo deciſ. 74 in deciſ. diuerſo. Tom. 2.

De fideicommiſſo relicto primogenito, & quādo illi relictum intelligatur, vide Mant. de coniect. vlti. volunt. lib. 8. tit. 10.

Primogenito tranſuerſali vocato, admittitur

ſecundo

ſecundogenitus extincto primogenito ſine maſculis, excluſa filia ipſius, ita pronũciauit Senatus Mediol. vr reſtatur Raud. tracta. de analog cap.15.nn.285.

In materia ſubſtitutionis non valet quitatio facta per minorem.Papon.lib.16.ti.3.arreſt.13. valet tamen quitatio ſacta per filium in contractu matrimonij.idem ibid.arreſt.16.

Subſtitutio habẽs tractum temporis in futurũ, intelligitur fideicommiſſaria,ſiue fiat per nomina appellatiua,ſiue collectiua, ſed quãdo dicatur habere tractum tẽporis, vide Craue. conſi.22.131.305.& Natt.conſi.660.

Quando grauatus poreſt diſponere de aliqua ſumma, faciens teſtamentum inſtituendo filiam ſimpliciter, intelligitur diſpoſuiſſe de ipſa ſumma, ideò ad illam filia cenſetur vocata.Menoch. conſi.210.nu.24.lib.3.

Subſtitutio facta per verbum commune,ſubſtituit, adiectum certæ rei, dicitur fideicõmiſſaria,& nou poteſt trahi ad directam vniuerſalem, vt ſubſtitutus ex ea poſsit habere omnia bona,ſicut haberet, ſi eſſer directa. Crau. conſil.210. quid, ſi fuiſſet appoſita clauſula codiciliaris,vide ibid.

In ſpecie negãs fideicommiſſum ſibi relictum, ex eo poſtea iuuari non poreſt, & allegans hoc feciſſe per errorẽ, illum probare debet, qui error excluditur,ſi probetur, vel præſumarur ſcientia fideicommiſsi. Crauer.conſi. 255.ſecùs eſſet,ſi negaſſet teſtamentum reſpectu inſtitutionis. Crauet. ibid.

Subſtitutio fideicommiſſaria iudicari debet, cũ filij (quibus pupillarirer ſubſtituitur) eſſent maiores. Crau.conſi.305.nu.3.

Subſtiturio directa, quæ ab initio valere nõ poteſt iure directo obliquatur, vt valeat in vim fideicommiſsi.Craue.ibid.

Portio ſubſtirutorum decedentium ante diem fideicõmiſsi, accreſcit alijs ſubſtitutis ſuperuiuentibus: quia ius accreſcendi habet locũ etiam in fideicommiſsis.Craue.conſi.315.

Fideicommiſſum vniuerſale relictum in teſtamento,in quo filius eſt prẹteritus,conſeruatur per Authen.ex cauſa.Dec.conſi.86.

Filia nõ probatur ex aſſertione teſtatoris ſimul cum actu inſtirutionis, quando tractatur de probatione identitatis perſonarum in fideicommiſſo Natt.conſi.235. Tom.1.

Fideicommiſſum vbi incertum eſt, & ſuper eo diſpuratur,& conrendirur, inrer partes tranſigi poteſt.Natt.conſi.465.& 470. nu.11. ſed talis tranſactio non nocer, niſi inter tranſigeutes. Natt.d conſi.470.nu.12.

Fideicommiſſaria ſubſtitutio habẽs plures gradus, habet locum in ſecundo gradu, primo perempto, & tunc ex propria perſona fideicommiſſarius poteſt impugnare factum patris.Natt.conſi.470.nn.12 & 13.

Fideicommiſſarius non obſeruans prẹcepta iuſta, & non implens reſtatoris voluntatem, amittir omne cõmodum ſibi relictum. Natt. conſi. 675.nu.17.

Agnatus,cui virture ſtatuti debet relinqui certa portio, poterit in ipſa grauari, maximè ſi fuerir inſtitutus in maiori portione.vide Menoch.conſi.196. lib.2.

Diſputant Doctores, an ſubſtitutio facta filio in ſacris conſtituto, ſi deceſſerit ſine liberis, valeat,propter illã turpem conditionẽ adiectam:quia pſona Religioſa houeſtè non põt habere liberos,vide Menoch.conſ.245.lib 5.

Filius genitoris rebellis, non admittitur ad bona per patrẽ poſſeſſa, & fideicommiſſo ſubiecta.vide Menoch.conſi.275.lib.3.

Per fideicommiſſum ſuccedirur teſtatori; non aurem vltimo defuncto grauato. Menoch. conſi.356.nu.4. Ideò mater licèt non petierit tutorem dari filio, non priuabitur fideicõmiſſo, quod capit ex patris diſpoſitione. Marc.de Mant.ſing. 549.

Grauatus reſtituere hẹreditatem cùm voluerit, ſi non declarata voluntate deceſſerir, cenſetur poſt mortem de reſtituendo grauatus. Ludo.Roma.ſing.431.

Hæres non poteſt grauari, niſi pro portione hẹreditaria.Fran Cremen.ſing.10.

Matre reſtaroris ſubſtitura filio hrẽdi inſtituto cum onere eligendi vnum puerum, purificata cõditione, ipſa mater elegit quendã puerum iuxta præceptum teſtatoris, opponitur à venientibus ab inteſtato de nullitate præcepti,& oneris iniuncti vti captarorij, dubitatũ fuir de validitate fideicommiſsi, Bero. quæſt. 86. tenent pro validirate fideicommiſsi reiecto onere.

Qui non honoratur honore pecuniario,nõ poteſt onere fideicommiſsi grauari.Bar.in l.10. C.de oper.libert.facit l.97.§.fin.de legat.1.

Fideicommiſſarius vniuerſalis quando ſit legitimus contradictor,vide Bar.in l.3.§.ſinautẽ. nu.22.C.de edicto diui Adria.tollen.vide de materia ſpectanre adhunc tir.per Bart.in tit. C.ad Senaruſconſul.Trebel.

Fideicommiſſum tacitum dicitur quando interuenit priuata promiſsio,non in reſtamento,vel codicillis,vel publico inſtr͠o.Bart.in l. 1.C.de delato lib.10.n.5.facit l.106.de leg.1.

Si pluribus relictum eſt fideicommiſſum condirionale,& vnus ſolus ſuperſtes eſt, illi deber̃, qui tempore exiſtentis conditionis ſolus inuenitur.c.Raynaldus.ex.de teſtam.

Aſcribens ſibi fideicommiſſum, vel præſcus racet, vel acceptat tempore teſtamenti, non

poteſt

poteſt poſtea illud recuſare. Bart.in l.ex ſententia.ff.de teſtam.tutel.

Teſtamentum primum quando cõfirmatur per ſecundum omnia,quæ ibi ſunt ſcripta,& quę poſſunt valere ſine hæredis inſtitutione, ſunt confirmata, & illa, quæ hæredis inſtitutionē requirũt, trahuntur ad fideicommiſſum.Bar. in l.12.§.ſi paganus. ff.de iniuſto rupto.

Subſtitutio fideicommiſſaria,an cõſeruetur per Auth.ex cauſa.C.de liberis præteritis: & filio qñ poſsit ſubſtitui ꝑ fideicõmiſſum in legitima, vide Bart.i l.1.§. ſubſtituere.ff.de vulgari.

Subſtitutio pupillaris facta extraneo, an trahatur ad fideicommiſſum,vide per Bart. in l.2. ff. de vulgari. quid de pupillari facta puberi, vide ibidem.

Subſtitutio,ꝙ ſemel valuit iure directo,an obliquetur,vt trahatur ad fideicõmiſſum, & quæ nunquam valuit iure directo, valeat iure fideicommiſsi, & facta verbis directis codicillis,an trahatur ad fideicommiſſum, vide per Bar.in l.verbis ciuilibus.ff. de vulgari.

Fideicommiſſarij conſtituti in teſtamento,nullis datis alijs hæredibus, habẽtur loco hæredum.Bar in l. Centurio,nu.21.ff.eod.

Subſtitutio breuiloqua in omnem caſum comprehẽdit directã,& fideicommiſſariam. Bar. in l.23.ff.de vulgari. vide eundem in l.40.nu. 10.eod.& ſupra tit.de ſubſtitut.reciproca.

Teſtator ſi ſubſtituerit duobus per fideicommiſſum ſimpliciter, vr̃ cuilibet ꝑ ſe ſimpliciter ſubſtituere. Bar.in l.30.ff.de vulgari.

Fideicõmiſſarius vniuerſalis habet tempus ad deliberandum, & poteſt facere inuentarium ex perſona ſua.Barto.in l.1.§.ait Prætor.ff.de iure deliberan.

Hæreditate non adita, fideicommiſſum debet homini libero.Bar.in l.14.ff.de milit.teſta.

Verba directa ex diſpoſitione defuncti,& ex ratione legis, trahuntur ad fideicommiſſum. Bart.in l.20.ff.eod.facit l.117.§. vt quis hæredem,de legat.1.idem ſi ſine prolata in codicillis.l.35.§ Seiam,de legat.3.

Subſtitutus per fideicommiſſum habet ius ſuccedendi,& ſpeciem ſeparatam per ſe. Bar.in l.is poteſt.ff.de acquir.hæred.

Grauari in plus,quàm honoretur qñ quis poſſit,vide per Bar.in l.71 §.cùm quidã,de leg.2. & in §.poſt autem, inſtitut. de ſingulis rebus per fideicom.relict.l.125.§.fin. de legat.1.

Mulier qualiter poſsit grauari in dote, vide Bar.in l.92.§.filiæ,de leg.2.

Legitimarum hæreditatum ius conſeruatur inter filios, qñ teſtator ſubſtituit vltimo morienti. Bar.in l.10.nu.4.ff.de reb.dub.

An inuentarium hæredis proſit fideicommiſſario, qui ex perſona ſua poteſt illud facere, vide Bar.in l.9.§.quod.ff.ad leg. Falcid.

Subſtitutus nunquam admittitur dum ſupereſt aliquis, qui ſuccedat ex præſumpta defuncti voluntate.Bar.in l.56.§.cùm ita.ff. ad Trebel.

Teſtator ſi filijs maſculis vniuerſaliter inſtitutis, filiam in re certa inſtituerit, & inde ſubſtituerit hoc modo, ſi quis eorum deceſſerit ſine liberis, portio deueniat in ſuperuiuẽtes, vno filio maſculo decedente ſine liberis, qñ filia cum alijs admittatur ad fideicõmiſſum, vide Bar.in l.81. ff.ad Trebel.

Fideicommiſſarius eſt hæres etiam de iure ciuili, vtiliter tamen. Bart. in l.1.§.poſt ſuos.ff. de ſuis,& legit.hæred.

Subſtitutio compendioſa facta coniunctim maioribus,& minoribus,intelligitur quo ad omnes fideicommiſſaria, & in tali fideicommiſſo facto filiabus, nõ venit legitima ipſarum, nec dos materna,minus veniunt bona auita. Barto. conſi.41. vol.1.

Verba, deueniãt,& ꝑueniant, ſunt cõia, & trahunt ad fideicõmiſſum. Bar.conſi.241.vol.1.

Verba directa, obliqua, & communia quæ dicantur,vide Bar.conſi.69.vol.2.

Si quis fecerit fideicommiſſum his verbis,ſi filij mihi nõ fuerint tempore mortis,vel ſi eſſent, & deceſſerint ſine liberis inſtituo, & ſubſtituo Titium, ſi eo tempore Titius extet, alias eius liberos,& his (nempe Titio,& eius liberis) non extãtibus,ſubſtituo Caium, ſi Titius ſuperuixerit teſtatori, licèt poſtea deceſſerit ſine liberis,ceſſat fideicommiſſum. Abb.con ſilio 40.volum.1.

Pater filio inſtituto in legitima ſolũ poteſt ſubſtituere pupillariter;non autem per fideicõmiſſum:quia ſubſtitutio fideicommiſſaria eſt odioſa.Abb.conſi.15.lib.2.

Fideicommiſſum relictum ab hærede, ſi ſine liberis deceſſerit,non debetur,ſi deceſſerit relicto nepote ex filia.Abb.conſi.58.

Si fiat fideicõmiſſum ſub conditione, ſi omnes hæredes deceſſerint ſine liberis, ſi tres decedant ſine,quartus habeat filium,qui demum moriatur ſuperſtite vltimo hærede patre,erit locus fideicommiſſo pro medietate bonorũ ſubiectorum,quæ ſpectabant ad filium hęredem vltimo loco ſine filijs decedẽtem. Abb. conſi. 58. libr. 2.

Teſtator ſi dixerit,ſi tales mei hęredes deceſſerint, volo quòd omnia bona deueniant ad Titium, talis ſubſtitutus non videtur vocatus,niſi defunctis omnibus hæredibus inſtitutis,niſi aliter ſeruaretur ex præſumpta defuncti voluntate.Abb.conſi. 103.lib.2.

Hæres, qui deducit ſortem pro alimẽtis,cauere dẽt fideicõmiſſario de ipſa ſorte reſtituẽda, mortuis legatarijs.l.maritus.§.1.ff.ad leg.Fal.

Quando

Quando dies fideicommiſsi cedat, & ad hæredes tranſmittatur, vide ſupra tit. quãdo dies legati, & per tot. tit. ff. eod.

Res, quæ ſubiacent reſtitutioni, poſſunt à domino interim vendicari. l. 66. ff. de rei vendicat.

Fideicommiſſum relictum alicui, vt filio nõ debetur, ſi poſtea appareat ipſum fideicõmiſſarium non eſſe filium. l. 5. C. de teſtam.

Qñ fiat miſsio in poſſeſsionẽ, vel caueatur pro fideicõmiſſo relicto ſub conditione, vide tit. C. vt in poſſeſsionẽ legatorum, tit. ff. vt legatorum, vel fideicõmiſſorum, & ſupra lib. 1. tit. vt legat. vel fideicom. cau. caue.

Fideicommiſſarius vniuerſalis in effectu hæres eſſe videtur. l. 5. §. fin. ff. quod cum eo.

Pactum factum hæredi, tranſit ad fideicommiſſarium vniuerſalem. l. 8. §. creditor. ff. quib. modis pignus, vel hypothe. ſolua.

Fideicõmiſſarius vniuerſalis, cuius cõditio deficit per natiuitatẽ poſthumi, admittitur ad cuſtodiendũ partũ. l. fi. ff. de ventre inſpicien.

Per omnia exequata ſunt legata fideicommiſſis. l. 1. de legat. 1.

Ille demum poteſt fideicommiſſum relinquere, qui teſtamenti habet factionem. l. 2. eod.

Debitor poteſt grauari onere fideicom. l. 80. eo.

Poteſt relinqui fideicommiſſum à ſuccedentib. ab inteſtato pupillo, quod expirat adueniente pubertate. l. 95 §. fin. & l. 96. de legat. 1. vide l. 117. eod. & Bar. ſing 82.

Ille, cui datur aliquid cauſa conditionis implẽdæ, poteſt grauari onere fideicommiſsi. l. 99. §. cui ſtatu liber. de legat. 1.

Non poteſt quis grauari, vt filium ſuum emancipet. l. 117 § ſecundum, eod.

Si ex verbis teſtamenti non appareat perſona, cui debeat fieri reſtitutio, qualis qualis præſumptio aſſumitur tacite fidei, in fraudem legis aſſumptæ. l. 126 §. inſtituendo, eod.

Fideicommiſſum relictum ab vno ex hæredib: qui vltimo loco deceſſerit, facit videri hæredes inuicem ſubſtitutos l. 89. § Seia, de legat. 2. & relictum poſt mortem omniũ, ab vltimo decedẽte vr relictũ. l. 34. ff. de vſu, & vſuf. lega.

Is, cui donatur inofficioſè, poteſt onere fideicommiſsi grauari. l 89. §. Lucius, de legat. 2.

Valet fideicommiſſum relictum de bonis communicandis. l 92. §. Lucius, de legat. 2.

Plurib poſt eorũ mortẽ ſimul rogatis, vno mortuo, alijs adhuc ſuperſtitib. ſtatim cõpetit fideicõ. petitio ꝓ parte mortui. d. l. 92. §. filiũ.

Non valet fideicommiſſum, quod relinquitur à prꝫterito. l. 2. de legat. 3.

Hæres hæredis poteſt onere fideicommiſsi grauari ſub nomine appellatiuo non ſub nomine proprio. l. 5. & 6. eod.

Verba inſtitutionis, aliquando trahuntur ad fideicommiſſum. l. 36. §. fi. de legat. 3.

Rogatus reſtituere cùm volet, poſt mortem rogatus cẽſetur: quia in vltimis voluntatibus moriẽdo, qs velle vr. l. 39. §. Sceuola, de leg. 3.

Fideicõmiſſum, & mortis cauſa donatio, appellatione legati continẽtur. l. 85. de legat. 3.

Hæreditas vr grauari ſub nomine appellatiuo, vnde omnis ſuccedẽs in hæreditate, videtur ex hoc grauatus. l. 39. ff. de actio. & obligat.

Licèt ſubſtitutio ſit pro non ſcripta facto hæredis; ſubſtitutio tamen, & fideicõmiſſum remanent in ſuo valore. l. 1. ff. de his, quꝫ pro nõ ſcript. habent.

Fideicommiſſum relictum in defectum conditionis, quæ à iure remittitur, non debetur. l. 22. ff. de conditio. & demonſtrat.

Annus cꝫptus in fideicommiſsis, non habetur pro impleto. l. 47. eod.

Inſtituto patre, ipſoque rogato de liberis emancipandis, videtur ipſe pater poſt emancipationem rogatus, de reſtituenda hæreditate ipſis filijs emancipatis. l. 92. ff. eod.

Pupillaris ſubſtitutio directa finitur pubertate, ſi tñ aliqua verba inueniantur fideicommiſsi in teſtamento, iure fideicommiſsi valebit. §. maſculo, & ibi glo. inſtitut. de pupillari.

Vide de materia infra tit. ſeqq.

De fideicommiſſo, quod debetur hæredi ſcripto virtute clauſulæ codicillaris, vel iure codicillorum, vide ſupra tit. de codicil.

De fideicommiſsis relictis proximioribus, agnationi, familiæ, primogenito, deſcendentibus, lineæ, generi, antiquioribus, & domui.

FOemina proximior nupta extra familiam excluditur a fideicõmiſſo, in quo vocantur proximiores de agnatione. Ozaſc. deciſ. 127. vide Boer. deciſ. 147. nu. 16. & 17.

Teſtator ſubſtituens proximiores, an cẽſeatur vocaſſe proximiores vltimi decedentis, aut ipſius teſtatoris, vide Clar. in ſua Pract. §. teſtamentum. q. 76. nu. 14. quo loci concludit eſſe vocatos proximiores vltimi decedentis, & non teſtatoris, idem tenet Rol. conſi. 100. Rot. Auenio. deciſ. 37. n. 3. in deciſ. diuerſo. tñ contrarium tenent (nempe ꝙ debeat attẽdi proximitas habito reſpectu ad teſtatorem) Menoch. conſi. 124. lib. 2. conſi. 327. nu. 93. & conſi. 359. nu. 4. ibid. Mago. deciſ. 144. nu. 16. Rot. Florẽt. vide Perilluſtr. D. Præſid. Teſſau. deciſ. 64 & 63.

Ad dictum fideicōmiſſum relictum proximiorib. admittuntur proximiores exiſtentes tēpore euenientis conditionis, & non tempore mortis teſtatoris. Rol. conſi. 38. 39. vol. 3.

Si hæredibus, ſeu eorum deſcendentibus ſubſtituatur propinquior de gradu parētellæ, eueniente caſu ſubſtitutionis, ſi plures propinquiores reperiantur in eodem gradu, omnes admittuntur etiam fœminæ nō obſtante, qđ vocati ſint per numerum ſingularem. Craue. conſi. 161. Rol. conſi. 38. vol. 4. nu. 46. ſed ipſi ſubſtituti propinquiores, non cenſent inuicē ſubſtituti, q̄a in perſona cuiuſlibet ipſorū fini tur ſubſtitutio. Crau. d. cōſi. 161. vide cōſ. 180.

Subſtitutio facta de propinquiore, ſeu generis, expirat mortuo ꝓpinquiore. Crau. conſ. 180.

Quando relinquitur fideicōmiſſum proximiori, qualiter proximitas debeat ꝓbari, & quæ exceptiones poſſint adduci cōtra teſtes de ipſa deponentes, vide Cran. conſi. 249. Dec. conſ. 322. ſed quid, ſi mulier ſit proximior, & extet ſtatutum excludens fœminas propter maſculos, vide eundem Crau conſi. 250.

Teſtator inſtituto hærede ita cauit, & deficiente tota linea ſui hṙdis ſcripti, ſubſtituit agnatum primogenitum proximiorem ex familia ipſius teſtōris, orta fuit dubitatio, an teſtōr intellexerit vocare primogenitū proximiorē exiſtentem tpe teſtamēti, & mortis ipſius teſtatoris, vel alium exiſtentem proximiorem tpe mortis hęredis grauati, & purificatę conditionis, Menoch. conſi. 106. vol. 2. tenet cenſeri vocatū primogenitum exiſtentem tpe teſtamēti, & mortis teſtatoris, & ſucceſsiuē ipſo mortuo adhuc viuēte hęrede, eius filiū primogenitū, excluſo primogenito, & ꝓximiore exiſtente tpe mortis hæredis grauati.

Qui ſubſtituit ſibi proximiorē in gradu, non vr ſibi ſubſtituiſſe proximiorem in ſucceſsione, q̄a inter eos eſt differētia. Guid. Pap. ſin. 856.

Quando teſtator ſubſtitutis inuicem filijs inſtitutis, ꝓhibuit alienationem bonorum ſuorum, quia voluit dicta bona ſemper remanere, & tranſire in dictos filios, & deſcēdentes maſculos, donec durabit linea maſculina dictorum ſuorum filiorum reſpectiuē: ad talę fideicommiſſum, & ad reuocanda alienata, cenſentur vocati deſcendentes proximiores alienantis, ēt non nati tpe alienationis: ideō illi poſtea nati debent pferri remotiorib. in gradu, qui ante illorum natiuitatem, & tpe ipſius alienationis erant ꝓximiores, & vocati. vide Mago. decil. 91. & 92. Rot. Floren.

Vocatis deſcēdentibus in infinitum, cum prohibitione alienationis, & illis deficientibus teſtator vocauit illos de familia antinorea, tunc viuos exiſtentes: per hoc fideicommiſſum cenſentur vocati proximiores de dicta familia tēpore purificatę conditionis viuentes ordine ſucceſsiuo, nec expirat fideicommiſſum per mortē primi fideicōmiſſarij; ſed ipſe etiam cenſetur grauatus de reſtituendo alijs de dicta familia proximioribus, quia talis vocatio importat ordinem ſucceſsiuum, vt vnus poſt alium admittatur. Mago. decif. 37. num. 34. Rot. Floren.

Clauſula; item volo, quōd ſi aliquis ex deſcendentibus deceſſerit ſine filijs legitimis, bona perueniāt in alios maſculos, & legitimos proximiores, & hoc quia volo, quōd conſeruentur in deſcendentibus meis, & in agnatione, non includit monialem. Raud. tracta. de analog. lib. 1. cap. 9. nu. 11.

Subſtituto agnato maſculo proximiore, vbi deficiat linea hęredis, intelligitur de eo, qui eſt proximior tempore conditionis purificatę. idem Raud. cap. 13. nu. 18.

Agnationis cenſetur habita ratio ex eo, ꝙ filij maſculi ſemper fuerunt vocati, & agnationis fauore inducitur fideicommiſſum. Crau. cōſ. 113. & conſi. 130. nu. 9. quando conſtat diſponentes voluiſſe bona conſeruari in agnatione, & familia. Menoch. conſi. 325. nu. 14. lib. 4. & conſi. 393. num. 32. eod. libr. Fran. Mant. de coniect. vlti. volunt. lib. 11. tit. 3. & nu. 15.

Diſpoſitio inducta fauore agnationis, non cōprehendit fœminas, in quibus finitur. agnatio. Ozaſ. decif. 127. nu. 4.

Quando fit ſubſtitutio de agnatis, nepotes ex filio filij, excludunt nepotes ex filiab. Boer. decif. 147. nu. 16. vide tamen ibid.

Subſtitutus, ſeu illius filius, an excludat matrē à ſucceſsione filię, quando teſtator proprias filias excluſit, ſubſtituendo fratres, aut alios de agnatione, mortuo ſine hęredibus filio inſtituto, vide Perilluſt. D. P. Teſſa. decif. 348.

Analogum nomen, agnatus, in materia fauorabili (vbi bona debent eſſe penes vnum) importat, ꝙ poſt extinctionem admiſsi, alius ſuccedat, ita pronunciauit Senatus Mediol. vide Raud. tract. de analog. lib. 1. cap. 13. n. 18.

Vbi adſunt extraneæ perſonæ non eſt ſimpliciter habita ratio agnationis. Raud. tracta de analog. cap. 15. nu. 336. ſed agnationis ratio, quando cenſeatur habita, vide ibid. nume. 330 332. & 336.

Fideicōmiſſum inducitur ex prohibitione alienationis, quando teſtator voluit bona remanere in agnatione, vel familia. Crau. cōſ. 130. nu. 10. vide Dec. conſi. 377.

Admiſſo agnato ad fideicōmiſſum, eius deſcendentes gradatim poſt illum admittuntur. Menoch. conſi. 106. nu. 359. lib. 2.

Filia, quę tempore matrimonij fecit pacem, & finem,

Hhhhh

finem,& amplam renunciationem fauore filiorum maſculorum, dicitur etiam renũciare bonis ſubiectis fideicommiſso facto, vt bona conſeruentur in agnatione. Menoch.cõſil 197.nu.73.vol.2.

Fideicommiſſum tacitum præſumitur ex eo, q̃d teſtator voluit bona remanere in agnatione. Ant.Corſet.in ſuis ſing.litera.T.ſing.teſtator.

Verba, vſque ad infinitum in ſubſtitutione appoſita, manifeſtè oſtendunt perpetuum fideicommiſſum: idem, qñ teſtator illud fecit de hærede in hæredẽ.Menoch.conſ.281.lib.3.

Quando teſtator fecit fideicommiſſum grauan do hæredem, & filios hæredis maſculos vſq; in infinitum, & indefectum maſculorum vocauit fœminas de ſua agnatione, hæredibus inſtitutis decedentibus ſine liberis, ad ipſum fideicommiſſum cenſetur vocata ſoror teſtatoris,quę viuebat tempore teſtamẽti.Menoch.conſi.281. lib.3.

Differentia conſtituitur inter eum, qui dicit ſe de familia,& eum,qui de domo, & cognatio ne ſe profitetur. Ozaſ.deciſ.127.nu.7.

Clauſula,volens, quòd bona perpetuò in familia conſeruentur, prohibet fęminas à ſucceſſione huiuſmodi bonorum. ibid.nu.8.

Fœmina excluſa à ſubſtitutione ob id,quòd extra familiam ſit, an prohibeatur capere pro ſe tantùm,& eius vita durante,vide ibi. n.fin.

Ad fideicommiſſum relictum familiæ alicuius domus,non admittunt fœminę nuptę.Raud. de analog.cap.13.nu.27.

Fideicommiſſum tacitum pluribus modis inducitur, primò ſi teſtator dicat, ne alienes extra familiã, aut iubeo in mea familia perpetuò manere, vel peto, quòd fundus de familia mea non exeat: Secundò fit his verbis, peto ne velis recipere in cohæredem Titium in fundo: Tertiò hoc modo,facias peruenire ad filium tuum, &c. Quartò mando tibi non teſtari de his,quę tibi relinquo: Quintò etiam per illa verba volo, quòd ſit tacitus,& contentus; ita quòd amplius petere nõ poſſit: Sextò inducitur tacitum fideicõmiſſum fauore maſculorum, ſi excludantur fœminæ. vide Guid. Pap.q.469.

Alienatione rei extra familiam prohibita, ſi illi omnes conſentiant,talis conſenſus non pręiudicat naſcituris. Guid.Pap.q.613.

Domus teſtatoris prohibita alienari extra familiam, ſpectare debet ad antiquiorem de parentella, & mortuo hęrede inſtituto relictis filijs,pertinebit ad primogenitum ipſius hęredis.Rol.conſi.6.vol.4.

Ex quibus coniecturis colligatur teſtatorẽ voluiſſe bona in ſua familia cõſeruari, vide per Fran.Mant.de coniect.vlt.volun.lib.6.tit.15.

Vbi non eſt ſimplex prohibitio, eaque valida (vt potè cauſata) ſed eſt adiectum, vt bona remaneant in familia,aut cognatione, vel parentella,tunc ea prohibitio non ſolùm inducit fideicommiſſum ſemel (in caſum, & euentum contrauentionis) ſed etiam abſolutè, & perpetuò inducit fideicõmiſſum reale,& graduale.Gaſp. Caba.milleloq.462.& millel.481.

Fideicommiſſum relictum familię, quib. & pro qua portione debeatur,vide Mant.lib.10.tit. 12.de coniect. vltim.volunta.

Quando teſtator expreſsit rationem, quia ſcilicet volebat bona ſua in maſculis, & familia conſeruari, hoc caſu cenſetur voluiſſe inter ipſos deſcendentes inducere fideicõmiſſum. Clar.in §.teſtamentum.q.79. verſi. quinta.

Patruus excludit nepotes in fideicommiſſo relicto adiectis verbis, ſalua ſemper inter eos gradus pęrogatiua. Dec.conſi.408.vol.2.vide conſi.412. vbi de legato relicto familiæ.

Fideicommiſſum in familia abſolutè non inducitur ex ſola alienationis prohibitione per teſtatorem facta extra familiam, niſi ſequuta contrauentione,& in talibus bonis prohibitus,non poteſt extraneum hęredẽ inſtituere. Natt. conſi.506. vide ſupra tit.proxi.preced.

In caſu, quo per ſimplicẽ prohibitionem alienationis extra familiam non cenſetur inductum fideicommiſſum ſimplex, & abſolutũ, ſed ſolùm in caſu alienationis, dicitur facta alienatio,& contrauentio, quando grauatus inſtituit filiam, ſi prohibitio fuit facta adhibita cauſa, vt bona cõſeruentur in agnatione,& familia.Menoch.conſi.197.nu.46.lib.2.

Subſtitutio facta his verbis,decedente quãdocunque Titio hęrede tunc, & eo caſu ſubſtituo Sebaſtianum filium dicti hęredis, & oẽs alios filios maſculos legitimos, & naturales naſcituros, & poſt præfatum Sebaſtianum ſubſtitutum, filios maſculos ex eo naſcituros,& ex alijs ſubſtituris, quos etiam omnes adinuicem ſubſtituo, ſi ipſi, vel aliquis ipſorum ſine filijs maſculis deceſſerit, ita & taliter, quòd bona nunquam exeant de familia, & agnatione ipſius teſtatoris euenit, q̃ poſt longiſsimũ tempus fuit finita linea dicti teſtatoris,dubitatum fuit,an cenſeretur extinctum fideicõmiſſum per mortem vltimi deſcendentis ex linea teſtatoris, vel deberetur alteri tranſuerſali de agnatione ipſius, Menoch.conſ.233.lib.2. reſpondit extinctũ eſſe.

Quando teſtator cauit, inſtituo Caium filium meum hæredem,& ſi ipſe hęres non erit ſubſtituo liberos,vel deſcendentes, vel familiã, tunc liberi, vel deſcendentes, aut familia, non dicuntur grauati inter ſe, cùm nullum ſit adiectum verbum ſignificãs tractum ſucceſsiuum

ceſsiuum, & perſeuerantiam reſtitutionis fideicōmmiſsi. Menoch. conſi. 328 nu. 97.

Ad relictum familię primò vocantur nominati, & poſteos, qui proximiores ſunt in gradu. l. 33. §. fin. de legat. 2.

Quando fideicōmiſſum reſpicit certum genus perſonarum alicuius familiæ, tunc grauatus nō pōt teſtari de bonis ſubiectis inſtituendo remotiorem in gradu nō vocatum, licèt ſit eiuſdem familiæ; ſecùs ſi fuerit ſolùm grauatus de reſtituendo vni de familia. vide Menoch. conſi. 277 nu. 25. lib. 3.

Quando teſtator prohibuit alienationem ſuorum bonorum extra familiam, & agnationē, quia voluit ipſa bona conſeruari in perpetuū in agnatione, & familia, dicitur inductum fideicōmiſſum ſimplex, & abſolutum. Menoch. conſi. 327. nume. 95. libr. 4. vide Ozaſc. deciſ. 50. ſed quando ſolum ſimpliciter prohibuit alienationem bonorum extra familiam, non cenſetur inductum fideicommiſſum, niſi in caſu contrauentionis. ibid. Menoch. num. 96. & hoc caſu poteſt fieri alienatio in quemcunque de familia, etiam remotiorem. ibid. nu. 97.

Inſtituēs primum maſculum ſemper hæredem, an in vno ſolo diſpoſitio verificetur, vel omnes cenſeantur vocati, vide Boer. deciſ. 158. & de ſignificatione dictionis, ſemper, vel omni tempore, vide ibid.

An valeat pactum in contractu matrimonij factum, ꝙ primogenitus ſuccedat, & an pater poſsit poſtea in teſtamento grauare primogenitū fideicōmiſſo de reſtituendo alijs ſuis fratribus, ſi decedat ſine maſculis, & tunc ſi primogenitus non habeat maſculos, ſed tantū filias, an ſit ſubſtitutioni locus, vide Boer. deciſ. 204. & Capel. Thol. q. 454.

Primogenitus an dicat̃ filius primogeniti defuncti, vel frater ipſius, & vter eorū tanquam primogenitus pręferatur, vide Fran. Mant. de coniect. vlti. volunt. lib. 8. tit. 9. nu. fin.

Filius primogeniti excludit patruum ſecundogenitum in fideicommiſſo domus, ad quam teſtator vocauerat primogenitum ſuorum filiorum, & deſcendentium. Menoch. cōſi. 211. lib. 3. ſed quando patruus excludat filiū primogeniti, vide eundem conſi. 269. lib. 3.

Si in defectū maſculorum vocant̃ filię primogeniti, ipſę ſolùm admittuntur excluſa nepte filia filij primogeniti, & pronepte teſtatoris, quę non poteſt ſubintrare in locum patris, vt concurrat cum amita expreſsè vocata à teſtatore. Menoch. conſi. 215. lib. 3.

Qñ teſtator in ſubſtitutione vocauit primogenitum, puta fratris ſui, & ipſo decedente ſine filijs, vocauerit aliū primogenitū alterius fratris, tunc mortuo primogenito primo loco vocato ſine filijs, debet admitti alter primogenitus ſecundo loco vocatus, excluſo fratre primogeniti vocati. Menoch conſi 220. lib. 3.

Hæreditas per fideicōmiſſum delata primogenito, intelligit̃ de eo, qui viuit tp̄e delatę ſucceſsionis: ideò ante defunctus nullū ius trāſmittit ad filiū, qui ꝓpterea excludit̃ à patruo ſecundogenito, quando poſt primogenitum fuit vocatus maior natu ſucceſsiuè. Menoch. conſil. 269 lib. 3.

Primogenito tranſuerſali vocato, admittit̃ ſecūdogenitus extincto primogenito ſine maſculis, excluſa filia ipſius, ita fuit pronunciatum, vt teſtatur Raud. tract. de analog. lib. 1. cap. 15. nu. 285. quod procedit quando tractatur de conſeruandis bonis in familia.

Pariter qñ teſtator fideicommiſſum reliquit, vt deferatur primogenito tantùm, primo admiſſo, cæteri omnes primogeniti ab eo deſcendentes gradatim ſuccedunt excluſo patruo, & cęteris tranſuerſalibus. Menoch. cōſ. 106. lib. 2. num. 362.

Qñ teſtator inſtituto hærede ſubſtituit agnatū ſuum maſculum legitimū ſibi in gradu proximiorem, & ei ſubſtituit eius primogenitū, vſq; in infinitum, & vbi nō reperirent agnati maſculi, eo caſu ſubſtituit primogenitū agnatę, euenit caſus ſubſtitutionis in ꝑſona agnati, q deceſsit relicto filio naturali, q cōtendebat ſe eſſe admittendum ad fideicōmiſſum, Menoch conſi. 117, lib. 2. reſpondit cōtra ipſum filium naturalem, in fauorem primogeniti agnatę legitimi.

Linea vocata indicat ordinem ſucceſsiuum, cū ſit nomen collectiuum: nam collectiuè vocati ordine ſucceſsiuo intelliguntur vocati, & tunc pater faciens contra prohibitionem teſtatoris, non nocet filijs. Mago. deciſ. 138. Rot. Floren.

Subſtitutus ſub conditione deficientis lineæ maſculorum, non admittitur, quamdiu eſt ſpes propagationis lineæ. Vincent. de Fran. deciſ. 169. nu. 13.

An filij naturales vnius lineæ, dicantur ſubſtituti quo ad alteram lineam, vide Crauet. conſilio. 326.

Neptis ex filio non dicitur eſſe de linea maſculina aui paterni: ideò non facit deficere fideicommiſſum ipſius aui factum in caſu deficientis lineæ maſculinæ, vide Menoch. conſi. 205. libr. 2.

Lineæ rectę illi eſſe dicuntur; qui ſunt de linea teſtatoris, itaq; de ea, quę à patre deſcendit: ideò filius deſcendens ex filia nō dicitur de linea ipſius teſtatoris, & conſequenter non admittitur, ad fideicommiſſum relictū lineę

rectæ. Menoch.conſi.326.nu.81.libr.4 tamen filia deſcẽdentis maſculi dicitur de linea teſtatoris; ideò nõ erit locus fideicommiſſo, ſi grauatus (deficiẽte linea ipſius) deceſſerit relicta filia. vide Menoch.conſi.379.lib.4.

Vocatus per fideicommiſſum poſt filios, & deſcendentes in infinitum, & in perpetuum, non poteſt venire, donec eſt ſpes creationis deſcendentium immutabiliter. Borg. Caual. deciſ.7.de contract.

Deſcendentes vltra quartum gradum non videtur grauati ex prohibitione alienationis, etiam ſi fuerit expreſſum, vt bona perpetuò remaneant in familia, ſed quid, ſi fuerit dictum, quia voluit perpetuò ad deſcendentes peruenire, vide Fran.Mant. de coniect. vltim. volunt.lib.8.tit 2.nu.21.

Fideicommiſſum relictum deſcendentib. quib. debeatur, & de quib. intelligat, vide ibi.tit.11.

Ex omnibus verbis abſolutè inducitur fideicõmiſſum, ſed ſi teſtator voluerit bona ſua ire de hęrede in hęredem, quomodo ipſa verba intelligantur, vide Dec. conſi.38.

Quando teſtator prohibuit diuiſionẽ hoc modo, volo, iubeo, & ordino, ne filij mei instituti, nec aliquis ipſorũ toto tempore vitæ ſuę poſsint, neque valeant aliqualiter inter ſe diuidere bona mea, quoniam volo, & diſpono, quòd in perpetuum remaneant communia, & indiuiſa inter dictos meos hæredes, & eorũ deſcendẽtes, quid iuris, vide Dec.cõſ.513.

Fideicommiſſum factum deſcendentibus, cum prohibitionẽ alienationis in perpetuum, includit omnes deſcendentes in infinitum. Natt.conſi.437.

Fideicommiſſum ſi fiat ſub nomine collectiuo, veluti liberis, cognatis, & deſcendentib. cenſetur ad fideicõmiſſum vocatus ordine ſucceſsiuo quicunq; erit proximior. Nat.d.cõſ.437.

Licèt in dubio fideicommiſſum nõ inducatur, tamen quando teſtator digreditur ad plures gradus ſubſtitutionum, ſignificatque ſe velle onus reſtitutionis fideicommiſsi eſſe debere omnib. gradatim, & ſucceſsiuè iniunctum, & conſtat fideicommiſſum eſſe perpetuũ, tunc ſemper cenſetur durare de perſona in perſonam. Menoch.conſi.117.lib.2.

Subſtitutio reciproca fideicommiſſum inducit, quando inter deſcendentes fuit appoſitum verbum, vt bona remaneant, &c. tractũ, effectumq. ſucceſsiuum ſignificans, quarę tunc non ſufficit, quòd ipſa bona perueniant ad vnũ ex filijs, vel deſcẽdentib. ſed debẽt ſucceſsiuè ad alios poſtea ex illis deſcendentes in infinitũ peruenire. Menoch. conſ.394.lib.4.

Quando excluſis fœminis, filij maſculi vocantur, non admittuntur maſculi ex fœminis deſcendentibus, niſi deficientibus omnib. maſculis vocatis. Crau.conſi.22 nu.fin.

Subſtitutio ſi fuerit facta, puta de domo Bardorum, intelliguntur ſubſtituti omnes de Bardis. Bart.in l.vnica. C.de conducto. & procurato. libr. 11.

Generis appellatione veniunt omnes deſcendentes vtriuſque ſexus, ſiue deſcendant ex maſculis, ſiue ex fœminis. Crauc.conſi.161. idem in appellatione parentellæ. ibid.

Subſtitutio facta de duobus antiquioribus de domo, verificatur in primis, & illis deficientib. in ſequentibus, & ſic de gradu in gradũ, quæ extenſio fit fauore agnationis, vt bona conſeruent in familia. Craue.conſi 161.nu.6.

De fideicommiſſo particulari.

Diminuto legato, non diminuitur fideicommiſſum à legatario relictum, ſi legatum remanſit ſufficiens ad onus. l. mariti. §.fin.ff ad leg. Falc.

Incertitudo fideicõmiſsi, remittitur certificanda Iudici. l. ſi quãdo in certa. ff vt legat ſeu fideicom.nomi.caueat.

Vnus ex hæredibus in ſpecię hæreditaria grauatus, pro portione ſua tantùm videtur grauatus, & æſtimatio teſtatoris nihil operatur. l. 82.§. ſi libertus, de legat. 1. vide tamen. l. 88.§. ſi teſtamento eod.

Grauatus dare vnam de rebus alternatiuè relictis, tenetur ad illam, etiam ſi aliã elegerit. l. 97 § ſi cui, de legat. 1.

Fideicommiſſum iniunctum de re legata præſtatur, vt accipitur, ſi de altera, præſtatur in integrum, ſi res erat indiuiſibilis, vide l. 100. & ibi glo. eod & l. 72. de legat. 2.

In quantum quis honoratur, in tantum grauari poteſt, computatis ẽt fructibus ex re relicta perceptis. l. 117 § apud Marcellũ, de legat. 1.

Relictum in diem debetur ſine fructibus medij temporis, ſi gratia hęredis fuerit appoſitus dies; ſecùs ſi legatarij, vel fideicommiſſarij. l. 44.§. Pagatius, de legat. 2.

Honoratus in quota, non poteſt grauari in alia quota, vltra vires relicti cum fructibus. l. 72.§. cum quidam, de legat. 2.

Si teſtator grauet hæredem in eo quod ſibi hęres debebat, & ipſe hęres debitum cum fructibus compẽſet, fraudem facere non videtur; ſecùs ſi debitum cum Falcidia compenſaret. l. 80.§. Titio, de legat. 2.

Relictum in defectum inſtitutorum, videtur relictum à veniẽtibus ab inteſtato, & verbum, ptinere, trahit ad fideicõmiſſũ. l. 90.§. filiã eo.

Confeſsio debiti facta à teſtatore non probat debitum,

debitum, ſed fideicommiſſi petitionem inducit.d.l.90.§. quiſquis.

Filia poteſt grauari in dote, quatenus dos eſt vltra legitimam.l 92.§. filiæ, de legat.2 & l.3. ff.de dot.plegat.aliás ſecùs. Guid.Pap.q.613.

Ab eo, cui mortis cauſa donatur, vel relinquit, pôt fideicommiſſum relinqui l. 3. de legat.3.

Donatario, cui fuit donatum etiam inter viuos hac conditione, imponi poteſt onus fideicõmiſſi.l.27.§. pater, de legat.3. vide Clar.in §. teſtamentum.q.71.

Fideicommiſſum in re debita non tenet, ſecùs in legato.d.l 3.§.ſi rem, de leg.3.

Si qs ita ſcripſerit, ſufficiant tibi vineæ, & fundus, fideicõmiſſum erit.l.11.§.ſi quis ita, eod.

Fideicommiſſum relictum animo compenſandi, nõ inducit petitionem; cùm in fideicommiſsis præcipuè ſeruanda ſit teſtatoris voluntas.d.l.11.§.item ſi quis.

Si aliquid accedat rei reſtitutioni ſubiectæ, id omne fideicõmiſſario reſtituitur.l.16.ff.eod.

Ille, qui fideicõmiſſum debet, poſt morã tenet de fructibus, & omni intereſſe.l.26. de lega 3.

Si teſtator iubeat aliquem eſſe contentũ aliqua certa re pro his, quę in teſtamento relinquerat, intelligitur de relictis purè; non ſub conditione.l.27.§.Pomponius, de legat. 3.

Non eſt veriſimile teſtatorem hęredẽ grauare voluiſſe duplici pręſtationẽ.l.39.§. ſi teſtamẽto, de legat.3.

Onus de aliquo adoptando, & fideicommiſſum in defectum adoptionis iniunctum, non tenet.d l.39 §.hæres.

Fideicommiſſum relictum à curatore, quẽ quis putabat legitimè datum, ab hęrede ſcripto debetur.l.34.§.fin. ff.de vſu, & vſufru.legat.

In fideicommiſſo hęredibus relicto, intelligitur portio pro modo oneris hæredib. per fideicõmiſſum iniuncti, aliás debẽt pro hęreditarijs portionib.l.68.§.quęſitum.ff.de reb.dub.

Rogatus reſtituere capaci, licèt tempore mortis ſit incapax, legatum retinet, niſi tempore mortis expreſſũ aliud ſit.l. 10. §. ſi quis. ff. de his, quib. vt indig.legat.aufer..

Legatum factum vxori de mille donec vixerit ſine viro, & poſt eius vitam dicta mille deuenirent ad Titium, ſi mulier ſecũdò nubat, an Titius ſtatim habeat illa mille, vide Barto.in Auth.hoc locũ.C.ſi ſecundò nupſerit mulier.

Rogatus reſtituere, ſi deceſſerit ſine filijs maſculis, & ſi habuerit fœminas, reſtituat centũ, ſi grauatus deceſſerit cum maſculis, & fœminis, an habeat locum fideicommiſſum, vide Bar.in l.101 ff.de conditio. & demonſtr.

Illud, qđ debetur ex fideicommiſſo, à defuncto capitur. Bart.in l.36.ff.de donatio.cau mort.

Filius primogeniti excludit patruum ſecũdogenitum in fideicommiſſo domus, ad quam teſtator vocauerat primogenitũ ſuorum filiorum, & deſcendentium. Menoch.conſ.211. lib.3. ſed quando patruus excludat filiũ primogeniti, vide eundem conſi.269 lib.3.

Domus teſtatoris ꝓhibita alienari ext. familiã, ſpectare debet ad antiquiorẽ de parentella, & mortuo hęrede inſtituto relictis filijs, pertinebit ad primogenitum ipſius hęredis. Rol. conſi.6. volum.4.

Hæc verba inducunt fideicommiſſum, nempe quãdo teſtator (qui legauerat cuidam Duci certa bona) poſteà addidit, rogans dominationem ſuam, vt ea bona legata diſpenſare velit in totum, vel in partẽ in beneficium hęredis, & hoc ſi dominationi ſuę placuerit, & non aliter. Menoch.conſ.369.lib.4.

Quando hęreditas non pôt adiri ex teſtamento propter errorem defuncti, fideicommiſſa relicta coniunctis perſonis debent à venientibus ab inteſtato. Bar.ſing.188.

Alienatio rei fideicommiſſo ſubiectæ valet, interueniente ignorantia contrahentium, ſi fideicommiſſum ſit vniuerſale; ſecùs ſi particulare Ozaſ.deciſ.73.n.4.vide Guid.Pap q.611. Ioſeph. Ludo.deciſ 29 Peruſ.& ſupra titu.de ſubſtitutio. fideicom. & fideicom. in genere.

Filios ob inuentarium nõ confectum teneri ad integra fideicõmiſſa, quomodo intelligatur, vide Ozaſ deciſ.148.nu.11.

Subſtitutio facta filię per patrem in certa pecunię quantitate inſtitutæ, nõ eſt fideicommiſſum filia decedẽte in pupillari ętate, ſed qđ ſi n ẽ eſſet.in medio, vide Guid.Pap q 538.

Dominium tranſit ipſo iure in fideicommiſſarium particularem. Boer.deciſ.156.nu.13.

Fideicommiſſa ſingularia æquiparantur legatis. Capel.Thol.q.455 & fideicõmiſſum particulare qđ dicatur, vide Vera.deci.22 par.2.

Fideicommiſſum particulare dicitur, vbi non continentur iura, nec actiones, & vniuerſale dr. vbi ſit ſub cõmemoratione oĩum bonorum, & hęreditatis. Mago.deciſ.35. Rot.Flor.

Fideicommiſſum vniuerſale, quomodo à ſpeciali diſtinguatur, vide Fran.Mant.de cõiect.vlti.volunt lib.7.tit.1.

Fideicommiſſum particulare eſt, quando ſpecificè legatᷓ res in certo loco poſita, & in hoc fideicommiſſo fideicommiſſarius poteſt vacantem poſſeſsionem rei propria auctoritate accipere, hęreditate tamen nondũ adita. Natt.conſi.234 Tom.2.

Subſtitutus pręfertur collegatario coniuncto, vbi portio alterius collegatarij deficit. Natt. conſilio. 306.

An fideicommiſſum appoſitum in teſtamento, intelligatur repetitum in codicillis, in quib.

teſtator

teſtator aliquid diſpoſuit circa eandem rem, in teſtamento fideicommiſſo ſubiectam, vide Natt.conſi. 476.

Filiæ inſtitutæ in rebus certis, nõ videntur grauatæ per hæc verba, ſi omnes filij mei deceſſerint ſine filijs, vide Fran.Mant.de coniect. vlti.volunt. lib.11.tit.1.nu.5.

Legitima filiorum non poteſt detrahi de fideicommiſſo particulari, quando ſuperſunt alia bona. Natt.cõſi.199.Tom.1. & conſi.239. idẽ in Trebellianica. Menoch.cõſi.44.n.24.vol.1.

De fideicommiſſi petitione, & reſtitutione, quæ veniant in illa, & quæ probanda.

Emens ſcienter rem ſuppoſitam fideicommiſſo, non recuperat melioramenta, licèt lucretur fructus perceptos: quia fructus fideicõmiſsi ad fideicommiſſarium non ſpectant, niſi à die litis conteſtatæ, quum ex neg'igentia petentis cenſeãtur remiſsi. Mago.deciſ.33.Luc. Aliàs melioramenta in re ſubiecta fideicommiſſo facta, qũo repetantur, vide Andr. Gail.obſer. 121.nu.12.lib.2.Natt.conſi.321. nu.11. & ſupra lib.1.tit.de impenſis ; & melior.

Hæres lucratur fructus perceptos indicio teſtatoris, nec veniunt in reſtitutione, niſi patrimonio teſtatoris pro maiore patre caſu fortuito colapſo. Roman.ſing.265.

Fructus tempore mortis teſtatoris exiſtentes, augent patrimonium defuncti. idem Gail. obſer.133.nu.8. lib.2.

Fructus an ſint fideicommiſſario reſtituendi, vide Mant.de coniect.vlt. volun.lib.7.tit.10.

Fructus percepti pendente conditione pertinent ad hæredem: idem in perceptis poſtquã ceſsit dies fideicommiſsi negligentia fideicommiſſarij. Crau.conſi.315. nu.11. quid de fructib.pendentib, vide Dec.conſi.81.nu.8.

Prælegata particularia ſub fideicommiſſo vniuerſali eatenus continentur, ſi ante fideicõmiſſum relicta ſint; ſecùs ſi poſt hæredis inſtitutionem, vel fideicommiſſum relinquantur. And.Gail.obſer.135.lib.2. Papon.libr.20. tit.3.arreſt.17. Natt.conſi.321.Rol.conſil.34. vol.4.nu.7.Menoch.cõſi.86.vol.1.vide eundẽ Menoch. conſi.232.lib.3.nu.39. Bart.ſing.96.

Dictum limitatur in octo caſibus ſcriptis per eundem Gail.d. obſer.135.

Item limitatur in donationibus, quę morte cõfirmantur. Pet.de Raue.ſing.326.

Prælegata facta hæredi grauato an, & quando veniant in fideicommiſsi reſtitutionẽ, vide Boer.deciſ.280. Dec.conſi.254. Bart.in l.3.§. quidam. ff.ad Trebellia.num.12.

Quando relinquitur fideicommiſſum per verba vniuerſalia, quia grauatur hæres reſtituere omnia bona, aut quicquid ad eum peruenit, indiſtinctè veniunt prælegata in fideicommiſſo. Crau.conſi.294.Rom.ſing.174.

Fideicommiſſum petere volens, quæ debeat in primis deliberare, & reus petitione fideicommiſsi cõuentus, quomodo poſsit ſe defendere, vide Raud.tract.de analog.cap.25.

Vocato ex teſtamẽto auiro per fideicõmiſſum, licitum eſt ꝓpria auctoritate capere poſſeſſionem bonorum. Ioſ.Ludo.deciſ.Peruſ.29.

Licèt fideicommiſſarius teneatur à manu hæredis hęreditatem capere, tñ quando in poſſeſſione ſine vitio reperitur, nulla eſt opus reſtitutione. Rot.Auenio.deci.104.in deci.diuerſ.

Fideicommiſſarius agere poteſt ad vendicationem bonorum ante reſtitutam hęreditatem, quando non eſt qui reſtituat (veluti ſi hęres grauatus deceſſerit ſine liberis) & in alijs caſibus, de quib. vide per Crau.conſi.12.num.5. conſil.19. nume. 12. & conſil. 203. nume.16.

Imò hodie reſtitutio fideicommiſsi non eſt neceſſaria: ideò purificato fideicõmiſſo, poteſt fideicommiſſarius recta via agere contra tertium poſſeſſorem rei vendicatione, nulla facta reſtitutione. Papon.lib.20.titu.3.arreſt. 20. Guid.Pap.q.601. Boer. deciſ.156.num.8. Fran.Marc.q.445.par.2. Alex. in l.Marcellus. §.res, quæ.ff.ad Trebel. Menoch.conſi 44.nu. 15.vol.1. Guid. Pap.ſing.552. Pet.de Ráuen. ſing.621. Bar.in l.3.§ res quæ.ff.ad Trebellia.

Fideicommiſſarius ratione incertitudinis proprietatum, res fideicommiſſo ſubiectas occupare non poteſt, quemadmodum nec filius legitimam. Ozaſ.deciſ.34.nu.22.

Fideicommiſſo bona ſubiecta, ſi alienentur, intelligitũ data licentia vocatis apprehendẽdi bona ſubiecta propria auctoritate. Ioſeph. Ludo.deciſ. Peruſ.71.nu.9.par.2.

Quando fideicõmiſſarius poſsit propria auctoritate poſſeſsionem bonorum accipere, qđ regulariter facere non poteſt, vide Ioſeph. Ludo.deciſ.Peruſ.29.& Dec.conſi.243.

Fideicõmiſſarius qñ debeat actualem poſſeſsionẽ ab hærede habere, vide Dec.cõſ.414 n.15.

Fideicommiſſarius vniuerſalis non poteſt propria auctoritate apprehendere poſſeſsionẽ bonorum fideicommiſſo ſubiectorum, ſed capere debet de manu hæredis, & aliter faciens priuatur iure ſuo. vide Natt.conſi.223. Tom.1.& cõſi.395.ſecùs in fideicommiſſario particulari, vide eundẽ Natt.conſ.234.To.2.

Pater dilapidans bona fideicommiſſo ſubiecta, cogitur ante euentum fideicommiſsi illa reſtituere filijs. Ozaſ.deciſ.180.nu.8.

Actio

Actio ex teſtamēto per fideicommiſſarium intentatur, vt hæreditas ei reſtituatur. Guid. Pap.q.303. nu.fin.

Si fideicommiſſarius in ſua petitione non fuerit vſus illa clauſula ſolita, detractis detrahendis, &c. hæres hæredis grauati per ipſam petitionem non conſtituitur in mora, & habet iuſtā cauſam litigandi, & retinēdi bona, ideò interim lucrāt fructus. Guid. Pap.q.497.

Fideicommiſſarij hęredes grauati ſine inuentario, non poſſunt reuocare bona ſubiecta per ipſum grauatum alienata. Rol.conſi.30.vol. 4.& conſi.34.nu.71. Menoch.conſi.89.vol.1. vide eundem Menoch. conſi.125.lib.2. idem facto inuentario, ſi ſuperſunt alia bona non ſubiecta. Menoch.ibid.d.conſi.89.

Hærede grauato decedente ante aditam hæreditatem poſt iuſſum, fideicōmiſſum peti pōt tanquā ab eo adita fuiſſet hæreditas, ſecùs ſi deceſſerit ante iuſſum. Pet.de Rau.ſing.17.

Fideicommiſſario vniuerſali, cui eſt hæreditas reſtituta verbo, competit actio, in qua veniunt omnia, quæ in petitione hæreditatis.l. 1.ff.de fideicommiſſa.hęred.petit.

Actio fideicommiſſaria hæreditatis petitio, cōpetit fideicommiſſario, & eius hæredi, bonorumùe poſſeſſori, & non datur contra verum hæredem, ſed cōtra alios, & eorum hęredes. l.fin.ff.de fideicom.hęred.petit.

Fideicōmiſſarius non habet edictū diui Adriani, vt mittatur in poſſeſsionem bonorum hęreditariorum ante ſibi factam reſtitutionē. gl.in l.fi C.de edicto diui Adria. tollen. vide ſupra lib.1. eod.tit.

Trebellianum Senatuſconſultum habet quinq; remedia.glo.in l.7.C ad leg. Falcid.

Ex teſtamento non poteſt conueniri, qui à defuncto grauatus non eſt, ſed conuenitur ex mādato, quod ſuſcepiſſe probatur, vt ſi quis eſſet inſtitutus ad requiſitionem alterius, vt ſibi reſtitueret hæreditatem.l.47. ff. de hæredibus inſtituend.

Qui omittit hæreditatem abſque dolo, non tenetur edicto, ſi quis omiſſa cauſa teſtamēti, ſed ad petitionem fideicommiſſarij poterit cogi adiri.l.17.ff.ſi quis omiſſa cauſa.

Qui venit contra voluntatem defuncti in eo, quod eſt cauſa fideicommiſsi, ab eius petitione repellitur.l.79 §.libertis, de legat.2.

Fideicommiſſum purè relictum, poteſt peti incontinenti, & qui vetat ſatiſdationem exigi, non videtur fideicommiſsi diem differre. l. 39.§.fi.de legat.1.

Quando ſufficiat fideicommiſſario probare de poſſeſsione, & quando teneatur probare dominium teſtatoris, vide Mago.deciſ.10. Rot. Flor. qui ſequitur diſtinctionem Nattæ conſ. 40. vide eundem Mago.deciſ.37.ibid. Crauet. conſi.61.nu.6.& conſi.315. Natt.d.conſi.400. Rol.conſi.46. Menoch.conſi.207 nu.30.

Ad probandum bona ſubiecta fuiſſe in bonis fideicommittentis, in antiquiſsimis leuiores probationes ſufficiunt, præſumptiuæ, & coniecturales, de quibus vide per eūdem Mago. deciſ.27.num.15. Rot.Flor. ſed de contrarijs coniecturijs vide eundē Mago. deciſ.37.ibi.

Renunciatio filiæ facta patri cum clauſulis opportunis, rumpi non põt, etiã ſi maſculorum contẽplatione facta dicat̃, ideò filia excludit̃ ab hærede inſtituto à fratre. Capic. deciſ. 190. ſed renũciatio hr̃ditatis, an reuocet̃ ſuperuenientib. liberis, vide Boer. deciſ. 159 num. 17.

Pactum de futura ſucceſsione, an valeat in feudis, vide Boer. deciſ. 204 nu. 6. & factum inter milites; qñ valeat, & qñ nõ, vide ibi. n. 4. & 15.

Renunciatio facta fauore maſculorum per ſororem ingredientem monaſterium valet, & illis ſolũ prodeſt. Menoch. cõſ. 196. n. 31. li. 2.

Pactum de futura ſucceſsione reciprocũ, licèt valeat, eſt tñ reuocabile. ibid. n. 16. vide Fran. Marc. q. 128. part. 2. & iuramentum poteſt reuocare, qui conſenſit pacto futurę ſucceſsionĩ. Boer. d. deciſ. 204. nu. 20.

Filij ſecundi matrimonij qñ ſuccedant ẽt ſtãte pacto pro filijs primi matrimonij, vide ibid.

Renunciatio filiæ ſuper hæreditate paterna, nõ extenditur ad hæreditatem matris, vel fratris. Gail. obſer. 148. lib. 2.

Quitatio facta per filiam de bonis patris, matris, & fratrum, non extenditur ad ſucceſsionem fratris decedẽtis poſt quitationem maximè, ſi frater erat abſens tempore quitationis. vide Papon. lib. 16. tit. 4. arreſt. 10.

Renunciatio ſucceſsionis viuentis nõ valet, niſi accedente cõſenſu illius, de cuius hęreditate tractatur. Papon. ibid. arreſt. 18. & in tali conſenſu perſeuerauerit vſq; ad mortem. Boer. conſi. 46. nu. 3. Crau. conſi. 242. num. fi. l. fin. C. de pact. ſed ſufficit conſenſum interuenire ex poſtfacto. Crau. conſi. 19.

Renunciatio limitata ad vnam cauſam, ad aliã non extenditur, ideò facta in fauorẽ alicuius perſonæ, non debet ad alias extendi. Craue. conſi. 242. num. 6. & eſt ſtricti iuris. vide Dec. conſi. 626. & 683. & non nocet non exiſtẽte, aut ſuccedẽte perſona, cuius contẽplatione facta eſt. Crau. ibid. nu. 7. & conſi. 251. nu. fin.

Renũciatio facta tam de bonis paternis, quàm maternis, non extenditur ad hęreditatẽ auunculi. Dec. conſi. 379. & quando ex vi verborũ comprehenderetur, ſi adeſſet læſio, eſſet ſecurrendum renuncianti. Dec. ibid.

Renũciatio facta à ſorore pacto adiecto, q mortuo Titio, & Sempronio ſine liberis liceat ſibi redire ad bona ſua, quomodo debeat intelligi, vide Perilluſtr. D. P. Teſſau. deciſ. 189.

In ſucceſsionib. portio excluſi applicatur illi, cuius contemplatione fuit excluſus, licèt habeat cohęredem. Caſſan. in conſuet. Burg. tit. *des ſucceſſions* Rub. 7. §. 10 glo. 10. nu. 33.

Proximior quando non admittitur in ſuccedẽdo, an habeatur perinde, ac ſi non eſſet, vide Bar. in l. 14. in repet. nu. 5. ff. de inoffic. teſtam.

Si non appareat de teſtamẽto, hæreditas debet peti ab inteſtato, & an quitatione facta etiã generali, quis cẽſeatur excluſus à ſucceſsione ab inteſtato, vide Bar. in conſi. 90. vol. 1.

Trãſactio non porrigit ad ius poſtea ex ſucceſſione ab inteſtato ꝓueniẽs. l. 9. ff. de tranſact.

Pactis hr̃ditatẽ dari nõ poſſe notũ eſt, adeò vt nec iurata quidẽ valeãt, neq; ſtatuto, aut cõſuetudine firmari talia pacta queant: fallit in mutuo, & viciſitudinario pacto, puta ſi inter duos conuentum ſit, q alterutro ſine liberis mortuo, ad ſupſtitẽ bona ꝓueniãt, tale enim pactum valet. Andr. Gail. obſer. 126. lib. 2. vide Boer. conſi. 46. Dec. cõſi. 578. Crau. cõſ. 19. n. 7.

Secundò fallit in pacto ſucceſsionis inter Principes, & Illuſtres perſonas, quod valet. Gail. obſer. 127. lib. 2.

Tertiò pactum factũ de futura ſucceſsione mortui, valet. Bar. in l. 1. C. de pact.

Pactum de futura ſucceſsione ẽt iuratũ, per qđ aufert alicui libera teſtandi facultas, non valet. Bar. in l. 15. C. de pact. & pactũ de hr̃ditate viuentis, non firmatur iuro. Bart. in l. 8. vol. 1.

Hęreditas non datur per donationem cã mortis, neq, per codicillos: & rerũ appellatione venit tota hęreditas. Bart. in l. 19. C. de pact.

Quando pactum de futura ſucceſsione valeat, vel de illa conſernanda, & quando cõfirmetur iuramento, vide per Bar. in l. fi. C. de pact. Abb. conſi. 95. lib. 2. & Bar. conſi. 6. vol. 1.

Ius ſuccedendi ex teſtamẽto alicuius viuentis, non eſt ius, nec ſpes à iure approbata. Bar. in l. is poteſt. ff. de acquir. hęred. nu. 9.

Pactum factum vni, qui ſolus ſucceſſurus ſperabatur, prodeſt alijs cum illo ſuccedentibus. l. tale pactum. ff. de pact.

Hęreditas extraneo teſtamento tantùm datur. l. 5. C. de pact. conuentis, vide ſupra tit. de hęredib. extran. inſtituend.

An ſoror alicuius inceſtas nuptias, vel alio mõ illicitas ſciẽter cõtrahens, poſsit poſt mortẽ taliter cõtrahentis, & relinquẽtis liberos inſtitutos, petere eius bona tanq̃ proximior, & qñ eſſet admittẽda, intra qđ tempus debeat petere ipſa bona, vide Boer. deciſ. 264.

Patruus, vel auunculus ꝑfertur filijs alterius patrui, in ſucceſsione cõſobrini, & nepotis ipſius patrui. Boer. deciſ. 302. Dec. cõſi. 444. idẽ in amira. Vinc. de Fran. deciſ. 15. Borg. Caual. deciſ. 9 nu. 91. de contract. par. 2. Boer. conſi. 32. & patruus vtrinq; cõiunctus ꝑfertur auunculo defuncti ex vno latere tm̃. ibid Boer. d. deci. 302. ſed quid iuris, qñ ſunt auunculus, & patruus eo vinculo defuncto cõiuncti nepti, quomodo ſuccedant, vide ibid. nu. 3.

Fratres, vel ſorores ex altero latere tm̃, non ſuccedunt fratri vnà cũ patre, aut cũ aliquo de aſcendentib. Boer. deciſ. 185. ſed ipſi aſcendẽtes in totum ſuccedunt. Papon. libr. 21. titu. 1. arreſt. 8. Hart. Hart. c. 5. titu. de ſucceſsio. lib. 2. quod procedit qñ erat mater, & frater ex latere patris, q non attinẽt matri defuncti, tũc enim ꝑfertur mater, & èconträ, ſi extant pater, & frater ex latere matris, q non attinent patri, ſimiliter pręfertur pater. ibid. Boer.

Frater vterinus ſuccedit ſolus in omnib. bonis, quę defunctus habuit à matre, vel linea materna, & èconträ frater ex latere patris tantùm, pręfertur patri ex latere matris tm̃, in bonis paternis, & paterni generis. ibid. nu. 3.

Frater vterinus, an ſuccedat fratri vnà cũ matre, vel frater cõſanguineus ſuccedat vnà cũ patre, & quid, ſi parentes tranſierint ad ſecũda vota, vide Boer. d. deciſ. 185. nu. 4 & 18.

Frater ex vno parẽte tm̃, nõ ſuccedit vnà cũ patre in bonis fratris, ſed an frater vtrinq; cõiũctus ꝑferat ĩ bonis fratris, auo, vel ꝓauo, vide Bar. in §. cõſequẽs, Auth. de hęred. ab inteſta.

Qui ſe fundat in teſtõ debet probare adimpleuiſſe contenta in dicto teſtamẽto, ideo teſtatoris voluntatẽ quis adimplere debet, ſi vult

beneficium conſequi ex illo teſtamento. Ioſ. Ludo.deciſ.Luc.64.num.36.& 37. vide ſupra tit.de his,quib.vt indig hæred.auſer.

Interdictum,quorū bonorum, q̄ probationem requirat,& qn̄ habeat locum ad hoc, vt ſcriptus hæres in poſſeſsionē mittatur, vide Affl. deci.14.& ſupr.li.1.ti.de edic.diui Adria.toll.

Agens ex teſtamento inutili,& ſuccumbens, poteſt etiam in cauſa appellationis agere petitione hæreditatis ab inteſtato, tanquam proximior in gradu ſuccedendi. Afflic.deciſ.53. ſed inteſtati viam, an eligere poſsit, qui ex teſtamento agere cæpit, vide Boer.deci.33.

Petens ſucceſsionem potiſsimū tria debet probare, nempe mortem, ſe proximiorem illius, de cuius hæreditate agitur, & illū deceſsiſſe ſine filijs. Ioſeph. Ludo.deciſ.12. Peruſ. vide Vera.deciſ.320.part.2. Dec.conſi.471.Capic. deciſ.159. quoddam conſi. impreſſum inter deciſiones Pedemōtanas,fol.195. & itra hoc tit. ſed quib. coniecturis poſsit probari mors illius, qui ad bellum init, vide Mago.deciſio. Luc.44 aliàs quādo dubitatur, an aliquis ſit viuus, vel mortuus, non poteſt adiri hæreditas; ſed interim debet dari curator bonis abſentis. Dec.conſi.575.

Teſtes deponentes coniuges ſe inuicē pro coniugibus, & ab alijs ſic quoque reputari, probant filium eſſe legitimum, quo ad ſuccedendum parentibus ſuis. Iac.Put.deciſ.173.lib.2. And.Gail.obſer.97.li.2. De hac probatione, vide per Mago.deciſ.Luc.86.

An, & quando vnus ex pluribus capitibus ſuccedens; poſsit ex vno repudiare, & ex alio adire, vide per Bar.in l.98.ff.de acquir.hæred. & ſupra eod. de acquir.hæred.

Hæres ab inteſtato fundatam habet intentionem ſuper tota hæreditate, nec habet neceſſe probare non habere proximiorem, vel concurrentem ſecum. Gaſp.Cabal. milleloq.117. ſi probauerit ſe coniunctum. Alex.in l.is poteſt.ff.de acquir.hæred.

Mortuus præſumitur ille, qui fuit in bello, & poſtea nō cōparet, & nō reperit, nec viuus, nec mortuus, & hæditas eius à proximiorib. adiri poterit, ſi ab eo tpe, quo de eius vita cœpit dubitari, elapſum ſit quinquēniū. Nat.cōſ.241

Quando teſtator aliquos vocat ad ſucceſsionē ſub aliqua qualitate, contendens ſe admitti ad ſucceſsionem, duo pcipuè pbare debet, nempe ſe vocatū, & habere illā qualitatem, ſed an talis qualitas debeat adeſſe tpe teſtamenti, mortis teſtatoris, & eueuientis caſus ſucceſsionis, vel ſufficiat, q adſit vno ſolo tēpore ex relatis, vide p Menoch.cōſ.106.vol.2.

Qui allegat aliquē deceſsiſſe ſine liberis, habet ſuam intentionem fundatam de iure cōi. vide Bart.in l.10.§.cùm in bello. ff.de reb.dub.

Ex eadem ſcriptura non poteſt quis petere hæreditatē ex teſtamento, & ex codicillis, ſed vna via electa, tollitur altera, niſi petens ſit de coniunctis perſonis. l.fin. C.de codicil.

Filio nato in ſexto, vel in octauo mēſe, & decedenti intra duos dies, pater non ſuccedit: q̄a non pōt viuere; ideò hoc caſu pater matris filij nati excludit maritum, & patrem in dote filiæ, quæ debet reuerti ad ipſum patrem, excluſo marito prædefunctæ filiæ. Affl. deciſ. 236. Iul.Clar.in §.teſtamētum, ſed vide Boer. deciſ.220.Dec.conſi.623.q.45.

Partus dr̄ legitimus, ſi naſcať in ſeptimo mēſe; idē ſi in decimo menſe cōpleto, & cœpto vndecimo; ſecùs ſi naſcať in vndecimo mēſe pfecto. Myſing.obſ.40.cēt.6.vide Papon.lib.15. tit.1.arreſt.12. Menoe.de arbit.caſ.89.nu.34.

De partu edito ſtatim mortuo an, & quando dicatur vitalis, vide Mago.deciſ.41.Rot.Flor.

Qūo probenť ſigna vitæ, & q̄rn tpe debeat viuere, & quo tpe naſci filius, vt ſuccedat, & qd, qn̄ naſcitur ab vtero matris ſciſſo, vide Fran. Marc.q.168.par.2.& 169.Crau.conſi.210.

Legitimatus adhibita clauſula, ſine præiudicio venientium ab inteſtato, qualiter ſuccedat, vide Capic.deciſ. 22.

Fœminæ de iure cōi ſuccedunt vnà cū maſculis. Capic.deciſ.159.nu.3. & dicunť de legitimis hæredib. & veniunt appellatione legitimorū (niſi in feudis) Dec.conſi.53.facit l.maximū vitium.C.de liberis præteritis.

Linea recta, non aūt tranſuerſalis, intelligiť cū facimus mentionē de linea. ibid. Capic.nu.6.

Statutū includens fœminas propter maſculos, intelligiť de dotatis tm̄. Capic.deci.176.n.11

Conſuetudo valet, q vxor ſuccedat viro in mobilibus, iuribus, & actionib. liberis etiam extantibus. DD.de Rota deciſ.1. de contract.

Bona quo ad ſucceſſionē regulari, & iudicari debent ſecundum ſtatuta, & cōſuetudines loci originis, & non vbi ſunt, vel aliquis moratur. Bocr.conſi.9.nu.fin.

In ſucceſsionib. attenditur gradus iuris Ciuilis, & non Canonici, niſi ſtatutū aliter expreſsè velit, & tūc excludit, qn̄ agitur de excluſione fœminarū. Dec.conſi.334.vol.2.vide cōſi.444.

Agnati præſumuntur præferri perſonis extraneis. Capic.deciſ.191.

Non ſufficit, q is, qui impediebat ſit excluſus per alium, qui poſſet ſuccedere, licèt nō ſuccedat in effectu. Tho.Minad.deciſ.26.

Natus extra Regnū Fráciæ, q albinus apud Gallos vocať, veniēs ad habitādū ī ipſo Regno, non pōt ibi ſibi cōſtituere domiciliū, nec de acq̄ſitis diſponere, & ī pprios filios, ſed Rex capit bona iure albinagij, niſi cū permiſſu, &

liceutia Regis, ſeu litteris naturaliratis prius ab eo obtentis, quarum virtute poſsit diſponere, vide Boer. deciſ. 13. Papon. lib. 5. titu. 2. *du droit auboine*, Rebuf. in ſuis cõment. Tom. 2. tract. de litter. naturali.

Perſonæ Religioſæ in Regno Franciæ ſunt incapaces ad ſuccedendum. Papon. lib. 21. rit. 1. arreſt. 1. & Aeques Hieroſolomytanus ſuccedit, quo ad vſumfructum ſolùm. Papon. ibid.

De ſucceſsione illius, qui fuit ab altero occiſus, & quando pertineat ad occiſorẽ, vel eius filios, vide Clar. in ſua Practic. §. homicidium, verſi. priuatur. fol. 25.

Agnati vltra decimũ gradũ ſuccedere nõ poſſunt: fallit in ſucceſsionibus Comitum, & Baronum. Dec. conſi. 85.

Concepti, & nati poſt mortem eius, de cuius ſucceſsione agitur, non poſſunt ei ſuccedere ab inteſtato. Natt. conſi. 74. Tom. 3.

Bona ingredientis Religionem incapacem cui applicentur, an Eccleſiæ Romanæ, vel venientibus ab inteſtato, vide Ludo. Rom. ſing. 439.

In beneficijs, & Eccleſijs, ſucceſsio locum non habet. c. 5. ex. de pact.

Qñ quis dicat decedere ſine hr̃de, vide Bart. in l. vnic. C. ſi liberalitat. Imperial. ſocius, lib. 10.

In bonis Eccleſiæ non ſuccediturr iure conſanguinitatis ex teſtõ, vel ab inteſtato, ſecùs in bonis, quæ peruenerunt ad Prælatos intuitu perſonarum, vel ex aliqua hæreditate. c. 1. & ibi glo. ex. de præbend. & dignit.

De quibus rebus poſsit perſona Eccleſiaſtica diſponere, & de quibus non, vide titu. ext. de pecul. Cleri. titu. de teſtament. vel vlti. volun. & ſupra lib. 1. tit. de perſon. Eccleſia.

Clericus bona propria dare poteſt cui vult, ſed ſi decedat inteſtatus, & non habeat conſanguineos, ſuccedit Eccleſia. c. 1. ext. de ſucceſſ. ab inteſtato, vide tamen c. 2. ibid.

Hæreticus iure hæreditario catholico ſuccedere non debet. c. 5. ext. de hęreti. vide l. 4. C. de hæret. & manic. & l. 10. eod. & ibid. qd, quãdo aliqui filij ſunt Chriſtiani, & alij hæretici.

Res Eccleſiæ data in dotem, in emphyteoſim, & in feudum non tranſit ad extraneos hæredes. Bar. in l. 19. ff. ſolut. matrimo.

Agnati (quib. ſpectat ſucceſsio ab inteſtato) hodie ſi non petant tutorem pupillo, priuantur eius ſucceſsione, quid in matre, vel auia, vel ſubſtituto, vide Bar. in l. 2. ff. qui petant tutores, & ſupra tit. de his, qb. vt indig. hr̃d. anfer.

Fratres, & ſorores à ſucceſsione fratrum, & ſororum inceſtuoſorum excluduntur: idem in parentibus, ideò ſi filia inceſtuoſa decedat, illi non ſuccedunt parẽtes, neque fratres, ſed eius vir, nam tunc deficit omnis legitima, & naturalis ſucceſsio, ꝙ intellige, niſi talis filia haberet dotẽ ex ſubſtantia paterna, quia tũc dos reuerteretur ad patrem. Abb. cõſ. 50 li. 2.

Filij furioſorum negligentes eorum curam, à ſucceſsione priuantur, licèt eſſent ſcripti hęredes, deferenda ei, qui furioſum in domo ſuſcepit. Authen. liberi. C. de Epiſcop. audien.

Si inſtitutus propter inhabilitatẽ teſtatoris nõ poſsit ſuccedere ex teſtõ, ſi eſt proximior in gradu, bonorum poſſeſsionem intra tp̃s ſtatutũ, petere poterit. l. pen. ff. vnde cognati.

Infamis nõ prohibetur ſuccedere ab inteſtato; ſed teſtamentum querelare non poteſt. l. 11. C. de inoffic. teſtament.

Prohibitus ſuccedere patri, non prohibetur ſuccedere fratri, etiam ex diſpoſitione in pupillari ſubſtitutione comprehenſa, non tñ habebit bona patris, ꝗ ad pupillũ peruenerũt; ſed alia bona impuberis. l. 6. ff. de vulgari.

Aſcendentes, & deſcendentes vocantur ad ſucceſsionem, vſq; quo vita hominum prodoci poteſt: tranſuerſales verò, ſeu collaterales agnati, vel cognati, vocantur indifferenter vſque ad decimum gradum incluſiuè, & non vltra. Hart. Hart. c. 1. tit. de ſucceſsio. lib. 2.

Hæres non poteſt venire contra factum defuncti etiam iure proprio. Boer deciſ. 23. nu. 15. ſed vide Bar. in l. 2. C. de inoffic. teſtam. in l. 2. C. ſi in fraud. patro. & in l. fin. §. in computatione. C. de iure deliberand. hoc verum pro hæreditaria portione. l. 14. C. de rei vendic. vide l. 3. C. de rebus alien. non aliena.

Hęres conficiens inuentarium poteſt defuncti voluntati contrauenire, qñ ex hr̃ditate nihil ipſi remanet. Put. deciſ. 264. libr. 3. vide ſupra tit. de inuentario cum beneficio legis.

Hæreditas quando remanet penes aliquem, remanet cum omnibus oneribus ſuis. Bar. in l. debitori, nu. 6. C. de pact. & ſuccedens alteri videtur habere ratum, quod defunctus ſuo nomine fecerat. Barto. in l. 11. §. ſolutam. ff. de pigno. actio.

Hæres, qui fecit inuentarium qualiter deducat expenſas factas in confeſsione inuentarij, vel reſpectu hęreditatis, vide Bar. in l. fin. §. in cõputatione. C. de iure deliberandi, & ſupra tit. de inuentario cum benef. leg.

Quæ ſit pœna hæredis non conficientis inuentarium, vide Bar. in d. l. fi. §. ſui verò, & quãdo hęres teneatur vltra vires hæreditarias, vide eundem in §. ſi autem. ibid.

Si hæres intra certum tempus voluntatem teſtatoris non impleat, qua pœna puniatur, vide p Bar. in Auth. hoc amplius. C. de fideicõ. gl. in c. 6. ext. de teſtam. & ſupra tit. de his qb. vt indig. hęred. anfer. nam voluntas teſtatoris per oĩa adimpleri debet. c. 4. ex. de teſtam.

Hęres repręſentat perſonam defuncti ſolũ pro hęredi-

hęreditaria portione, ꝓ reſiduo videtur extraneus. Bar.in l.34.ff.de pact.

Succedens pręter ſpem defuncti, non tenetur ad ea, quæ relinquuntur nominatim ab alio. Barto. conſil. 7.

Qui tenet aliquid contra voluntatem defuncti, cui ſucceſsit, in foro conſcientiæ illud licitè nõ retinet. Bar.in lib. 1. minorica.c.3.fol.109.

Succedens in locum alterius, debet vti eo iure, quo ille vtebatur. Abb.conſi.100.lib.1.Reg. 138.de regu.iur.

Creditor debitori pro parte ſuccedens, ꝓ alijs partibus contra cæteros cohęredes agit. l.1. C. de hęred. actio. & vide de ipſis hǽditarijs actionibus ibi per tot.tit. & ſupra eod

Si procurator ſuccedit condemnatô, in eum fit executio ſententiæ.l.31.ff.de procurato.

Qui legatũ accepit, non prohibetur petere hęreditatem ab inteſtato, niſi fuerit in euidenti calumnia, ſed tenetur reſtituere legatũ.l.47. ff.de pet. hæred.

Qui ex poſtfacto apparet eſſe hęres, à quolibet hęrede auocat pro rata, & ſumptus pro rata ſuſtinet.l.6.ff.ſi pars hęred.pet.

Debitore ſuccedente creditori, confunditur actio.l.3.C. de fideicom.

Hæres poſt iuſſum Iudicis infra annũ non exequens inſtũ teſtatoris iudicium, priuat̃ omni lucro hęreditario, certis perſonis hic expreſſis applicando. Auth.hoc amplius. C.eod.

Hęreditatem habere ab inteſtato quandoque vtilius eſt, quàm illam habere à ſubſtituto.gl. in l.4.C.ad Trebellia.

Hęres non auditur allegans turpitudinem defuncti, ſicut ſi allegaret ſuam.l.4. C.de reuocandis his, quę in fraudem credito.

Si dominium rei ſuperuenerit debitori, confirmatur obligatio; ſecùs ſi dominus debitori ſuccedat.l.41.ff.de pignor.act.

Per aditionem hęreditatis omnia iura, q̃ erant apud defunctum, & quę per mortem nõ fuerunt extincta, ipſo iure trãſeunt in hęredem, ſed poſſeſsio non, niſi hęres illã realiter apprehenderit.l.cùm hęredes. ff.de acq. hęred.

Si creditor ſuccedat debitori extinguitur obligatio: & ſi fideiuſſor ſuccedat debitori, obligato fideiuſſoria extinguitur.l.95.§. quòd vulgo.ff.de ſolutio.& libera.

Cùm quis in alterius locum ſucceſſerit, non eſt ęquũ ei nocere id, quod aduerſus eum non noceret, in cuius locum ſucceſsit.Reg.198.§. penul.de regul.iur.

An hęres, qui vult adire hęreditatẽ ſimpliciter, excludat hęredem, qui vult adire cum beneficio legis, & inuentario, vide quandam deciſionẽ Senat. Pariſ.in deciſ.diuerſo.fol.223.

Patris factum non p̃iudicat filio in his, q̃ filius, nõ à patre, ſed aliũde hẽt. Natt.cõſ.470.n.26.

Hęres ſolus in certa re inſtitutus, eſt hæres vniuerſalis, ſed quid in ſubſtitutione facta in certa re, vide Boer. deciſ.33.nu.6.& 7. ſupra tit. de hęred.inſtituen.

Banniti de iure communi ſuccedere non prohibentur; tamen in quibus bonis ſuccedant, vide Ioſeph.Ludo.deciſ.11.Peruſ.

Si filius propter delictum fuerit bannitus publicatis bonis patre adhuc viuẽte, ipſi patri poſtea morienti (ſuperſtite filio bannito) nõn ſuccedit fiſcus, ſed ꝓximiores in gradu, ſublato filio de medio. Boer.conſi.1.nu.8.Dec. conſi.438.Menoch.conſ.186.lib.2. vide eundem Dec.conſi.445.num.66. Nec fiſcus hoc caſu poteſt rumpere teſtm̃ patris. Caſſan.in conſue.Burg.tit. *des ſucceſſions* Rub.7.§ 3.gl.7.

Publicatio bonorum ſtatu integro remanente, nõ impedit ſucceſsionem, vel nouam acquiſitionem. vide Bart.in l.4.C.de iure fiſci. lib. 10.ſed bannitus noſtri temporis, qui amittit Ciuitatem, perdit ſucceſsionem ſibi delatam ex forma ſtatuti; non autem ſibi delatã iure communi. Bart.ibid.nu.4.vide eundem in l.7.ff.de ijs, qui ſunt ſui, vel alieni iuris.

Quãdo ratione delicti quis priuatur ſucceſsione alterius, & bona publicantur, an tale delictũ quoq; noceat cæteris venientib.ab inteſtato, vide Bar.in tit.ff.ſi qs aliq.teſta.prohib.

In ſuccedendi modo, conſuetudo attendi debet.Fran.Marc.q.525. par.2.

Ius adeundi hæreditatem delatã ex teſtamento, præſcribitur ſpacio 30.ann. etiam hærede ignorante, tamen tunc agi põt iudicio poſſeſſorio ab inteſtato. Put.deciſ.54.lib.2.Boer. deciſ.33.nu.20.& 21.ſed an, & quando excluſus ab vno capite ſucceſsionis, poſsit ad aliud venire, vide Boer.ibid.nu.23.& 24.

Maritus poteſt hęres eſſe vxoris ſuæ, mediante perſona filij cõis. Vera.deciſ.67.par.2.

Subingreſsio vbi eſt, ibi datur ſucceſsio in ſtirpes, aliàs ſecus: nam virilem habet is, qui ſuccedit alicui ex propria perſona. Vincent.de Fran.deciſ.24.nu.9.

Subingreſsio in linea tranſuerſali non datur de iure communi, niſi quando tractatur de ſucceſsione patris, vel auunculi. Vinc. de Fran. deciſ.149.& deciſ.375.parr.2. Ioſeph. Ludo. deciſ.11.Peruſ. quando filius intret in locum patris, vide per Dec.conſi.1.79.444.& 487.

Neptis ſi concurrat cũ filio alterius neptis, præferẽ in ſucceſsione, non obſtante ẽt cõſuetudine Neapolitana.Vin.de Frã.deci.266.pr.2.

Quando concurrunt ad ſucceſsionem patruus, vel auũculus, & nepotes ex fratre, vel ſorore, ſucceditur in ſtirpes. Papon.arreſt.11.lib.21. tit.1.ſed inter filios plurium fratrum, qui vo-

cantur

cantur cōſobrini fit diuiſio per capita, quādo ipſi ſolùm veniunt ad ſucceſsionem patrui, vel auunculi, idem arreſt. 12. eod. lib.

Plures concurrentes ad ſucceſsionem defuncti in eodem gradu exiſtentes, ex linea paterna, & materna, attinētes ex linea paterna debēt ſuccedere in bonis paternis, & attinentes ex linea materna, in maternis. vide Papon. lib. 21. titu. 1. arreſt. fin. & infra titu. de ſucceſsio. tranſuerſal.

Proximior in gradu remotiorē excludit. Gram. deciſ. 1. nu. 6. duobus caſib. exceptis, nempe quando tractatur de hæreditate aui, & de hæreditate patrui. Dec. conſilio. 444. 484. Natt. conſ. 424. & in his duobus caſibus filius in ſuccedendo patris locum ingreditur, ſed quid in ſucceſsione delata per ſtatutum, vide Dec. conſi. 527. & conſi. 553.

Neptis ex fratre, non exiſtentibus aſcendentibus, vel deſcendentibus, patruo ab inteſtato ſuccedit. Rol. conſi. 1. vol. 1.

Proximior vt ſuccedat, quo tempore requiratur, vt ſit proximior, vide Bart. in l. 3. C. vnde liberi, & quod tempus inſpiciatur, vide eundem in l. 28. ff. de conditio. inſtitu.

Nepos ex fratre mortuo non concurrit cum patruo, in ſucceſsione de iure Prætorio. Bar. in l. 3. §. ſi duos. ff. de bono. poſſeſſ. contra tabul.

Aequalitas in ſuccedendo ab inteſtato ſeruatur, vt ille, cui ſucceditur non poſsit ſuccedere non ſuccedentibus, & nepos ſuccedit patruo in feudo paterno, ſicut patruus ſuccedit nepoti. Bar. in §. filium, Auth. quib. mod. natural. effic. ſui.

Patruus ita ſuccedit nepoti, ſicut nepos patruo. Bart. in ead. Authen.

Quando quis deceſsit ſine deſcendentibus, & patrem, aut matrem tantùm vnà cum fratribus, aut ſororibus, vel eorum filijs vtrinq; ſibi coniunctis reliquit, tunc iſti ſimul admittuntur ad defuncti hæreditatem, excluſis omnibus alijs aſcendentibus, & collateralibus, ſed filij fratrum ſuccedunt in ſtirpes. Hartm. Hart. c. 5. tit. de ſucceſsio. lib. 2.

Quando concurrunt in ſucceſsione nepotis patruus, & auunculus, qui ſunt in eodē gradu, non eſt faciēda diſtinctio bonorū, ſed æqualiter ſuccedunt. Vinc. de Fran. deciſ. 59.

Hoſpitale non ſuccedit expoſitis morientibus ab inteſtato, licèt Bald. teneat contrarium, vide Vinc. de Frā. deciſ. 198. infanti expoſito quis ſuccedat, vide Perill. D. P. Teſſ. deciſ. 118.

Quarta inopi vxori ex legis prouiſione in bonis mariti debita, non poteſt grauari. Gail. obſer. 119. lib. 2. vide de ipſa quarta infra titu. de ſucceſsio. inter coniuges.

In poteſtate inſtituti eſſe non debet voluntatē teſtatoris irritam reddere. Ozaſ. deciſ. 126. nu. 15. vide ſupra tit. de hæredib. extrane. inſtituend. & tit. de legitima liberorum.

Hæres extraneus oīno dici non poteſt, qui ab inteſtato ſucceſsit. Ozaſ. deciſ. 94. nu. 17.

Errore agnoſcens aliquem hæredem eius, cuius hæreditas pertinet ad ipſum errantem, docto de errore, illam petere poteſt. Rand. tract. de analog. cap. 37. nu. 103.

De ſucceſsione naturalium liberorum, & quando ipſi ſuccedant agnatis, vel cognatis, vide ſupra tit. de naturalib. liberis.

Filij naturales legitimati, an habeant ius ſuccedēdi et vltra patrē, vide per Bar. in §. duoſcatū, Authen. de inceſt. nupt. pro parte affirmatiua ſcribit idem Bar. in §. tribus, & §. generaliter, num. 7. Auth. quib. mod. natur. effici. ſui, vide etiam ſupra tit. de legitimat. lib. in genere.

Agnatus non admittitur ad reuocandam, & vendicandam hæreditatem ſpurio relictam: quia hoc ius tantùm competit deſcendentibus, & aſcendentibus, fratribus, vel ſororibus; non autem alijs agnatis vlterioribus. Bar. conſi. 118. nu. fin. vol. 1.

Si ſpurius inteſtatus deceſſerit iure conſanguinitatis, aut agnationis hæreditas eius ad nullum pertinet: proximitatis verò nomine mater eius, aut frater ex eadem matre natus, bonorum poſſeſsio, ex edicto petere poteſt. l. 4. ff. vnde cognati.

Actus reſeruatiuus iuris ſuccedendi, quid operetur, vide Craue. conſi. 289.

Vxor, ſi ex diſpoſitiue teſtatoris poterat diſponere de eius hæreditate vſque ad valorē mille aureorum, ſi deceſſerit ab inteſtato, videtur de illis diſpoſuiſſe, in hæredes ſuos ab inteſtato venientes. Natt. conſi. 216. num. 10. ꝙ ab inteſtato ſuccedunt granato, in ea ſumma, de qua poterat diſponere, licèt non diſpoſuerit. Vincent. de Fran. deciſ. 45.

Decedens ab inteſtato videtur inſtituere illū, qui ab inteſtato ſuccederet. Barto. in l. 3. ff. iure codicil.

Singulæ res hæreditariæ hæreditate non adita, non poſſunt præſcribi; quia contra hæreditatem iacentem non datur præſcriptio, de ratione vide per Natt. conſi. 488.

Tutor ſuccedit pupillo alijs deficientibus. Pet. de Rauen. ſing. 590. excluſo fiſco. Amanel de Clariſaquis ſing. 242.

De ſucceſsionibus ab inteſtato, vide per Bar. in ſuo tract. ſucceſsio. ab inteſtato.

Dominium ſine traditione in qualibet acquiſitione vniuerſali, transfertur. Bar. in Auth. ingreſſi, nu. 27. C. de Sacroſanct. Eccleſ.

Fructus bonorum defuncti, licèt dicantur res; non tamen ſunt de ſubſtantia defuncti. Bart. in l.

in l.36.C.de inoffi.teſtam.

Hæreditaria ſucceſsio in creando Imperatore, locum non habet.c.34 ex.de electio.

Mulier qñ poſsit decedere pro parte teſtata, & ꝓ parte inteſtata, Bar.in l.1.C.de ſecun.nupt.

Cognati hodie ęqualiter ſuccedunt, ac ſi eſſent agnati, cũ ſit exequata differentia agnatorũ, & cognatorum. Bar.in l.5.C.vnde legitimi, & hoc verum ab inteſtato, ſecùs ex teſtamento. Bar.in Auth de hæredi. ab inteſta.

Impubes arrogatus quẽ debeat habere hæredẽ, vide Bar.in l. ſi arrogatore.ff.de adoptio.

Mortuo filio arrogato ſtatim poſt mortem patris arrogatoris, hæres ipſius arrogantis tenetur reſtituere bona filij arrogati ſubſtitutis, vel venientibus ab inteſtato ipſius filij arrogati, vnà cum quarta omnium bonorum dicti arrogatoris. l. ſi arrogator. ff. de adoptio, & emancipatio.

Caſus, in quibus etiam hodie bonorum poſſeſſio ſecundum tabulas ſit neceſſaria vide per Bart.in l.11.ff.de bonor. poſſeſsio.ſecund.tabul.& de materia bono. poſſeſsio. vide ſupra titu.de bono. poſſeſsio.

Legibus hæreditates proximiorib. agnatis deferuntur, & edicto p̃toris proximiori cognato bono poſſeſ.cõpetit.l.10.ff.de gradi.affini.

Repudiantib. ſcriptis hæredib.ab inteſtato cõpetit hæreditatis petitio.l.9.C.de peti.hęred.

Teſtator põt inter ſuos hr̃des hæreditarias res diuidere ſalua Falcidia, & debitum vnius fratris nõ onerat alios, niſi de eius peculio ꝓfectitio.l.10.C.fam.erciſ. vide ſup.tit.fami.erciſ.

Qui ſemel eſt hæres, per reſtitutionem non definit eſſe hæres directò; ſed vtiliter fic.l.8. §. ſed quod.ff.de minor.25.ann.

Qui non eſt ætatis legitimę tutor eſſe non poteſt, neque ob id à ſucceſsione repellitur.l.fi. C.de legit.tutor.

Hæreditates ad nos pertinent ex teſtamento, vel ab inteſtato, de iure antiquo, vel nouo.l.1.ff.de peti.hæredi.

Iure nouo hæredes ſunt omnes, qui Senatuſconſultis, aut ex conſtitutionibus ad hæreditatem vocantur.l.63.§.fin.eod.

Si hæreditas extranei ad furioſum deferatur, nõ petit ipſe bonorum poſſeſsionem, ſed eius curator.l. fin. §. ſinautem. C. de curatore furio.vel prodig.

Hęreditas ipſi furioſo delata poteſt per eius curatorẽ adiri, adeò vt ſi furioſus efficiat̃ ſanæ mentis, poſsit eã ſibi retinere, vel reſpuere, & ſi reſpuerit, vel in furore deceſſerit, ad ſubſtitutũ deuoluat̃, & ſi nullus ſit ſubſtitutus, ad eos, q ſuccederent, ſi furioſus in medio non fuiſſet.l.fin.§.tali.C.eod.vide ſupra eod.

Bonorum poſſeſsio per tutorem nomine infantis agnita perfectè acquiritur, & ad eius hæredem tranſmittitur.l.3.C.qui admitti.

In ſucceſsionibus non petẽtium portiones, petentib.accreſcunt.l.vnica.C. quando non petentium.l.vnica.§.his ita. C. de caduc.tollen. vide ſupra tit.de iure accreſcen.

Portio hæreditatis pro non ſcripta, accreſcit cohæredi cũ onere ſuo.l.125.§. Lucius, de lega. 1.vide tamen l.29.§.fin.de legat.2.

De collatione dotis, & aliorum bonorum, quæ fit inter ſuccedentes hæredes, vide in titu.C. de collatio.& ſupra eod.

Teſtamẽtum ſi incidatur per teſtatorem, quib. applicet̃ hr̃ditas, vide gl.in l.pen. C.de teſta.

Hęreditas non adita debet̃ ſubſtituto, & in eius defectum, venientibus ab inteſtato, & vltimò fiſco.l.vnic.§.cùm autem. C.de caduc.tollen.

Hęreditas aſcendentium (etiã non adita) tranſmittitur ad poſteros, vel liberos inſtitutos, ẽt clauſis tabulis.l.vnic.C.de his, qui ante apert. tabul.hęred.tranſ. vide ſupra eod.

Victoria vnius, qui putabatur eſſe hæres inſolidum, prodeſt alteri, ad quẽ apparet ex poſt facto hr̃ditatem pertinere.l.7. ff. famil.erciſc.

Verba, ſi non valet iure teſtamenti, &c. important, vt debeantur relicta per ſuccedentes ab inteſtato.l.29.§.fi.ff.de teſtam. Quib.venientibus ab inteſtato hoc caſu defertur hæreditas.glo.ibid.vide ſupra titu.de codicil.& iure codicil.quid, ſi dictum fuerit, quòd diſpoſitio valeret omni meliori modo, vide.l.91. §. fin. de legat. 2.

Cauſa teſtati non trahit ad ſe cauſam inteſtati, ſi teſtator prohibuerit, ſecùs ſi non prohibuerit.l.19.ff.de iniuſto rupto.

Per inſtitutionem ſuccedit in ius defuncti, & plures intelliguntur æqualiter inſtituti.l. 4.§. hæredes.ff.de hæred. inſtituen.

Ex voluntate defuncti prius eſt locus ſucceſsioni ab inteſtato, q̃ ex teſtamento. l.82.ff.eod.

Qui ſemel eſt hæres, in perpetuum non poteſt deſinere eſſe hæres.l.88.ff.de hęred. inſtitu.

Diſiunctus vocatur in vnã dimidiam, & coniuncti in aliam.l.9.ff. de vulgari, vide ſupra titu. de coniunctis.

Si ſubſtituatur nouiſsimo morienti, vr̃ teſtator voluiſſe inter oẽs conſeruare ius legitimarũ hr̃ditatũ, vel ſucceſsionũ ab inteſt.l.36.ff.eo.

Si quis in teſtamento ordinauerit aliquid dari, ſi non expreſſerit, cui, vel quibus detur, hęredibus, pro hęreditarijs portionibus dabitur, ſed ſi ipſis hęredib. vel extraneis dari iuſſerit, extraneus habebit portionem virilem tantũ; hęredes verò pro hęreditarijs portionibus.l. 21.& 22.ff.de ſtatu liberis.

Hæres in omne ius mortui ſuccedit, ẽt in nominib.debitorũ.l.37.ff.de acqui.& omitt.hęred.

Quandiù

Quamdiu poteſt ex teſtamēto adiri hæreditas, ab inteſtato non defertur. l. quamdiu.ff.eod. l.96.ff.de reg.iuris. Nam ſiue ſuccedatur de iure Ciuili,ſiue de iure Prætorio, ſcripti hęre des præcedunt legitimos , licèt conditio ſit adiecta, & interim nō poterit repudiare, niſi coram Iudice.l. 69. ff. de acquir. hæred. vide ſupra titu.de repudiand.hæred.

Si ille,qui poterat ſuccedere ex teſtamento, ab inteſtato poſsideat in fraudem legatariorū, quid iuris,vide tit.ff.ſi quis omiſſa cā,& §.eo.

Qui vult rem pertinere ad aliquem ad tempus, poſt illud videtur velle ad ſuū hæredem redire.l.35.§.Titia,de legat.2.

Prohibitus alienare in perſonas certas, prohibetur in eos legitimo iure ab inteſtato trāſferre.l.91.§.pen.de legat.2.

Hæreditas videtur grauari , quando hæres grauatur ſub nomine appellatiuo. l. 39. ff. de actio.& obligatio.

Non eſt nouū , vt ex poſtfacto aliquis ſucceſſorem habuiſſe videat. l. 9. ff. de caſtren. pecul.

Appellatione hęredis,continentur hęredes hęredis.l.65.& 70.ff.de verbo.& rerum ſiugnifi. ideò hæres hæredis,teſtatoris eſt hæres. Roman.ſing.690.

Quò tutela redit,eò & hæreditas peruenit, niſi cum fœminæ hęredes interceduut. l. 74. ff. de regul iuris.

Si nemo adat hæreditatem,omne ius teſtamenti ſoluitur.l.142 de reg.iur.

Omnia ferè iura hæredum perinde habentur, ac ſi continuò tempore mortis hęredes extitiſſent.l.154.eod.

Qui in vniuerſum ius ſucceduut, hęredum loco habentur. Reg.171.ibid.

Omnis hæreditas quamuis poſtea adeatur, tñ cum tempore mortis continuatur. Reg.181.

Vni duo pro ſolido hęredes eſſe non poſſunt. Reg.184.§.fin. ibid.

Hæredes,aut neceſſarij ſunt,aut ſui , & neceſſarij,aut extranei , de quibus vide in tit.inſtit. de hęred. qualit. & differ.

In ſucceſsionibus ab inteſtato,primò vocantur ſui hæredes,qui præcedunt omnes aſcenden tes, vel collaterales etiam proximiores.§.repetitis,inſtitu. de ſeruit.cognat.

De ſucceſsionibus vniuerſalibus bonorum deſcendentium.

Mater naturalis an excludat adoptā tem , vel cum eo ſimul admittaē, vide Ozaſ.deciſ 75.

Pater ſuccedit filio mortuo (tēporibus tamen legitimis nato) in bonis maternis,excluſo patre matris,& cętetis. Afflict. deciſio. 136.

Mater pręfertur auo,& auię in ſucceſsione filij. Afflic.deciſ.281. Dec.conſi.245.& conſi.623. Abb.conſi.75. idem in patre. Vera. deciſ.67. par.2.ſed defuncto aliquo relictis auo paterno,& matre,quis iſtorū in ſucceſsione pręferat,vide Hart. Hart.c.3.tit.de ſucceſsio.lib.2.

Parentes ſoli ſuccedunt ſalua gradus ſui prerogatiua. vide Boer.deciſ.185.nu.5. Hart.Hart. c.5.& ſeq.tit. de ſucceſsio.lib.1.

Auus præfertur auunculo in ſucceſsioue nepotis. Dec.conſi.623.

Auus iu ſucceſsione, an excludat fratrē defuncti,vide Bar.in Auth.defuncto. C. ad Tertul.

Auia naturalis tantùm præfertur in ſucceſsione auo naturali tm̄,& mater præfertur auo. Bar. in l.ſi quis,nu.9. nam parentes eodem modo ſuccedunt ſpurijs,quo ipſi parentib. Bar.in l. 25.ff.quib.vt indig.legat.aufer.

Auus maternus,an patruū à nepotis ſucceſsione excludat, vide Perilluſt. D.P. Teſſau.deciſ. 5.quòd auus iu ſucceſsione ſui nepotis præferatur patruo eiuſdem nepotis ſcribit Hart. Hartm.c.3.lib.1.tit. de ſucceſsio.

Pater, & mater ſuccedunt filijs in omnibus bonis,ſi filij,aut filię deceſſerint ſine filijs. Boer. deciſ.192.Rot. Genu.deciſ 58.

Auo paterno , & materno ad neptis bona venientibus,paterna bona ſpectant ad auū paternum , & materna ad maternum : secùs eſt quando concurrunt in ſucceſsione nepotis patruus,& auunculus, qui ſunt in eodem gra du; tunc enim nō eſt facienda diſtinctio bonorum. Vincen.de Frau.deciſ.59. tamen hæc diſtinctio etiam in parentib.paternis, & maternis fuit reprobatā iu Came. Imper. per q̄ fuit iudicatum parētes æqualiter ſuccedere. Myſing obſer.55.cent.6. vide Crau cōſi.176. Guid.Pap.ſing.403.Bart.in Auth.de conſangui.& vterin.fratrib.

Quando veniunt ad ſucceſsionem parentes, ex parte patris parentes præferuntur in bonis quæſitis ex paterna linea, & contrà, vide gl. in l.3.C.de bonis maternis,& Perillu.D.Pręſ. Teſſau. deciſ. 27.vbi etiam quid de alijs bonis aliunde quæſitis.

Dos à patre profecta reuertitur ad illum , filia ſine liberis decedente. Afflic.deciſ.236.nu.fi. Bar.ſing.62. & aliquando etiam ſi cum liberis,ſed quando vide Perill. D.P. Teſſau. deciſ. 138.& deciſ. 190. vide etiam Hartm. Hartm. cap.4.titu.de dote.lib.2.

Pater filiorum filiæ morientis ante patrem lucratur dotem paternam ipſorum morientiū ſibi ſolutam;promiſſam verò diuidit æqualiter cum ſocero.Capic.deciſ.176.nu.30.

Frater vterinus an ſuccedat fratris vnà cū ma-

tre,

tre, vel frater conſanguineus ſuccedat vnà cũ patre, vide Boer.deciſ.185. & quid, ſi parentes tranſierint ad ſecunda vota, vide ibid.nu. 18.& ſupra tit. prox.

In quibus caſibus, aſcendentes ſuccedant deſcendentibus, & quomodo, vide Caſſan. in conſuetud.Burg.tit.*des ſucceſſions*, & Perilluſt. D.P.Teſſau.deciſ.27.

Hodie pater ſuccedit filio, vt hęres etiam in bonis profectitijs, quæ patri non acquiruntur. Crau.conſi.102. Guid.Pap.q.300. Vera.deciſ. 67.par.2. & ſi occupauerit bona iure peculij, tenetũ ſatisfacere creditorib. filij intra annũ, quatenus eſt in peculio. Crauet.ibid.

Filio præmoriẽte patri, illi pater ſuccedit, ſi nullos relinquat deſcendentes, vel tranſuerſales, aliàs ipſi deſcendentes p̃ferunt aſcendentib. cum tranſuerſalib. verò ſuccedunt ipſi aſcendentes pro virili. Bar.in l.3.C.de vſufructu,

De ſucceſsione vniuerſali bonorum filiorũ ad matrẽ, vel auiam ſpectante vide infra tit.ſeq.

De materia vide ſupra tit.prox.

Ad Senatuſcõſultum Tertullianum.

Mater tutelam filiorum gerens, ſi ad ſecunda vota tranſierit, nullo confecto inuentario, tutore filijs non petito, nullaque ratione adminiſtratorũ reddita, filij defuncti ſucceſsione excluditur, & frater ipſius defuncti admittitũ. Ozaſ. deciſ.58. quod procedit etiam in matre ruſtica. Menoch.de arbit.lib.2.caſ.194. vide ſupra titu.de pœnis ſecundò nubentium, & titu.de his, quib. vt indig. legat.aufer.

Mater, & ſoror, æquis portionibus infanti ſuccedere debent. Ozaſ.deciſ.58.

Dictio, mox poſita in l.tutores.C.ad Tertullia. quomodo intelligatur, & tex. in §.confeſtim. l.2.ff.eod.declaratur p. Ozaſ.ibid.nu.24.&.28.

Matri petenti hæreditatem filij, quæ cõpetant, & quæ obſtent, vide Afflict. deciſ.75.

Mater non petens tutorem filio alium tutorem non habenti ante binubatũ, amittit filij ſucceſsionem. Afflict.d.deciſ.75.vide ſupra titu. qui petant tutores, ſecùs ſi haberet alium tutorem. Dec.conſi.246.

Mater ſi non petat tutorem filio infra quatuor menſes, videtur in mora. Bar.in Auth.Presbyteros. C. de Epiſcop. & Cleric. vide eundem Bar.conſi.23.vol.1. & conſi.63.vol.2.

Mater habet annum ad purgandam moram nõ petiti tutoris. Abb.conſi.90.lib.2.

Mater, quæ fuit relicta tutrix, ſi nõ petierit ſibi decerni adminiſtrationem, & inuentarium non fecerit, decedente filio in pupil. ætate, amittit hæreditatem. Bart.conſi.18. & 215. volum.1. auia tamen non excluditur. Barto. d.conſi.18. & 215.

Mater, quæ non petijt dari curatorem ventri, poſthumo non ſuccedit. Bar.conſi.22.vol.1. & conſi.63.vol.2. quod procedit, ſi erat maior 20.ann.aliàs ſecùs. Bar.conſi.30.vol.1.

An mater priuetur ſucceſsione filiorum, ſi ſuſpectos tutores remoueri non fecerit, vide l. 1.& ibi glo.C.de negó.geſt.

Mater per eſportationem bonorum à domo filij, an renuntiaſſe illius hæreditati videatur, vide Afflict.deciſ.95.

Mater ſecundò nubens ſuccedit filio cum fratribus in capita, quo ad vſumfructum ſolummodo, proprietate filijs primi matrimonij reſeruata, & hoc in bonis paternis: in alijs autem ſuccedit etiam cum fratribus defuncti in proprietate. Hart. Hartm.cap.8.de ſucceſsio.lib.1.& cap.7. eod.titu.lib.2. ſed quid, ſi mater primò ſucceſſerit filio, & poſtea trãſierit ad ſecunda vota, vide Afflict. deciſ.75. num.3. Boer.deciſ.185.& deciſ.190. Vincen. de Fran.deciſ.18.Bar. in Authen.de non eligendo.§.cum igitur, & conſi.54.& titu.Auth. de nupt. Hartm. Hartm.cap.8. de ſucceſsio. libr.1. & ſupra titu. de ſucceſsionibus in genere, ſed quid in portionibus, quas filius decedens habuit ab alijs fratribus, vide Boer. deciſio. 192.

Mater ſuccedit in bonis filij, liberis non extantibus, licèt tranſierit ad ſecunda vota. Bart.in §.primæ, Auth. de nupt. vide tamen eundem in §.ingratitudinem, eod.

Mater non ſuccedit filio in lucro nuptiali, exiſtentibus alijs filijs, vel filiabus, ſi tranſierit ad ſecunda vota; ſecùs in alijs bonis, vide tit. Authen.de non eligendo ſecundò nubent.

Mater præfertur auo, & auię in ſucceſsione filij. Afflict.deciſ.261.& Dec.conſi.245.

Auia paterna præfertur in bonis paternis, materna in maternis, in cæteris vtraque admittitur. Barto. conſil.18.& 215. num. fin. vide ſupra tit. proxim.

Matris, & auiæ idem ius circa ſucceſsionem ſibi coniunctorum, & ex ſe deſcendentium. Dec. conſi.656.

Mater, aut pater ſemper ſuccedit filijs, aut filiabus decedentib. ſine liberis. Boer.deciſ.192.

Mater in bonis filij ſuccedit, ſtatuto tamen poteſt excludi. vide Natt.conſi.514.

Mater nõ ſuccedit filio naturali etiam ex teſtó. Pap.lib.21.tit.3.arreſt.ſi.vide tamen ſupra tit. prox.& Bar.in l.ſi quis ſub.ff.de teſtam.tutel.

Mater luxurioſè viuens non admittitur ad ſucceſsionem filij. Bar.in §. cùm igitur, Auth.de non eligendo ſecundò nubent.

Mater quæ priuatur hæreditate filiorũ, ad quos illa pertineat, vide per Bar.conſi.97.vol.2.
Teſtm̃, in quo ſunt inſtituti deſcẽdentes, & mater præterita, valet. Bar.conſi.18.vol.1.
Pr adoptiuus excludit à matre naturali, ſi deſinat eſſe pater, emancipatione. Ozaſ.deciſ.72.
Mater ſuccedit filio p Tertul.l.fi.C.de iure libe.

De ſucceſſionibus vniuerſalibus bonorum aſcendentium.

Adoptiui filij cum legitimis, & naturalibus, admittuntur ad ſucceſſionem. Ozaſ.deciſ.72.
Filio paterna ſucceſsio tum ratione pietatis, tum etiam ratione naturali, debetur. Ozaſ.deciſ.126.nu.17.tñ filius ſuccedit patri de iure poſitiuo, non de iure Diuino, nec naturę. Ioſ.Ludo.deciſ.Peruſ.11.
Aſcendentis ſucceſsio debet proximiori deſcẽdenti. DD.de Rot.deciſ.1. de conſuetu.nu.4. excluſis aſcendentibus. Pet.de Raue.ſing.49.
Iuris effectum, & ſuccedendi facultatẽ cõſequitur filius, etiã à putatiuo matrimonio editus. Dec.conſi.153.vide eundem Dec. conſi.153.
Filiorum cauſa eſt prima, in ſucceſsione contra teſtamentum, ſicut ab inteſtato. Bar.in l.14. ff de inoffic.teſtamen.
Ius ſuccedendi liberorũ, eſt aliud ius p ſe ſeparatũ à iure filiationis. Bart in l.is poteſt.ff.de acquir.hęred.& in l.93.ff.ſolut. matrimo.
Dominium patris pſumit continuatum in filiũ, titulo hęreditario ſuccedentẽ; non in eum, qui ſe ptendit donatarium.l.16.C.de pbatio.
Bonorum poſſeſsio vnde liberi, filios agnoſcentes pro rata facit hęredes: & donec eſt locus ſucceſsioni deſcendentium, nullus alius põt ſuccedere, & quouſq; ſperatur cã teſtati, ceſſat cauſa inteſtati.l.1.C. vnde liberi.
Hæres ſuus, & neceſſarius non pręſcribit titulo pro hęrede, nec titulo pro ſuo; quia eſt ſucceſſor vitiorum, & culpæ defuncti.glo.in l.2. C.de vſucapio.pro hęred.
Cùm tractat de cõmodo filij, exiſtentia ſui hæredis eũ facit hrdẽ ẽt errantem, & ius ignorantem.l.20.§.apud.ff.de ſtipulat.ſeruo.
Filius inſtitutus non poteſt ex teſtamẽto repudiare, & ab inteſtato ſuccedere.l.3. C.de impuberum, & ibid. Dec.
Matre hęrede inſtituta, & filijs eius maſculis legitimis, & naturalib. gradatim ad ſucceſsionẽ vocatis, an illi admittãtur ſimul, & ſemel, ãn verò ordine ſucceſsiuo, vide Ozaſ.deciſ. 81.& ſupra tit.de hered.extran.inſtituen.
Filiab.q renũtiarunt hæreditati paternæ, mortuis fratribus non nocet renunciatio. Ozaſ. deciſ.98.nu.11. Maran.in ſuo Spec.diſput.10. nu.14.Gram.deciſ.63.num.3.10.& deciſ.101. Guid.Pap.ſingul.911.niſi pater faceret teſtamentum inſtituendo alium hæredẽ. Maran. ibid.n.14.& 15.vide Dec.cõſi.434.& cõſ.506.
Circa hanc renunciationem poſſunt cõſiderari plures concluſiones prima, quando filia renuntiauit bonis paternis tantùm, de qua renunciatione vide per Maran.in ſuo Specu. diſputa.10.nu.14
Alia erit, qñ filia renunciauit bonis paternis, vel aliàs eſt excluſa per ſtatutum contemplatione maſculorum, ſi cõtingerit patrem mori ſuperſtite dicta filia, & nepte ex filio præmortuo, tunc ſuccedit ipſa filia collatis dotibus vnà cum nepte. Marant.d.diſput.10.nu. 17.vide nu.27. ſecùs ſi filius nõ eſſet præmortuus patri. Marant.ibi. Dec.conſi.310.Gram. deciſ.67.ſed ſi pater moriatur ſuperſtite filio, & nepore maſculo ex filia pręmortua, tunc iſte nepos excluditur. Marant.ibid.nu.18.
Tertia erit concluſio, quando filia renuntiauit bonis paternis cum pacto de quicquã vlterius non petendo, tunc põt nihilominus petere legitimã. Maran.d.diſput.10.nu.19. vide ſupra titu.de legitima liberorũ, niſi expreſsè renũtiauerit ipſi legitimæ. Affl.deciſ.178.n.3. vide Gram. deciſ.57.nu.26. & deciſ.101.nu.5.
Quarta, quãdo filia renũtiauit bonis paternis, & omni iuri legitimæ, tunc intelligit renuntiaſſe ſucceſsioni ab inteſtato; non autem ex teſtamento, licèt renunciaſſet de non ſuccedendo ex illo. Maran.d.diſput.10.nu.25.Dec. conſi.475.num.5.& cum iuramento. Afflict. deciſ.350.nu.8. Guid.Pap.q.599. vide Marc. q.148. Papon.lib.16.tit.4.arreſt.18.ſed quid, ſi pater decedat ab inteſtato, vide DD.de Rota deciſ.4.de pact.in antiq.
Quinta, quãdo filia renuntiauit bonis paternis, & maternis, tũc fratrib.& ſororib.eius portio accreſcit, quib. mortuis illa ſuccedit. Maran. d.diſput.10.nu.28.Dec.conſi.319.419 nu.10. 433.568.& 683. idem quãdo filia excluditur per ſtatutum propter ipſos fratres. Dec.cõſi. 688.De huiuſmodi renunciatione etiã auita vide per Capic.deciſ.159.nu.13.
Sexta erit concluſio, qñ filia renuntiauit bonis prnis, mrnis, & fraternis, tunc talis renunciatio prodeſt fratrib.& ſororib. nõ ſolùm reſpectu bonorũ prnorum, & mrnorum, ſed ẽt fraternorũ, ſed oib. defunctis, nõ nocet renũciatio. Maran.d.diſpu.10.n.29. vide Dec.cõſ.31. nec ad validitatẽ huius qtationis, & renũciationis reſpectu bonorum fratrum, requiritur præſentia ipſorum, ſed ſufficit præſentia patris pro filijs ſtipulantis, & etiam poteſt conualidari ratificatione. Menoch.conſi.371.lib. 4.ſed

4. ſed ex quibus illa inducatur, vide ibid.
Hæc renunciatio facta abſentibus fratrib. conualidatur etiam iuro. Menoch. d. cõſ. 371. n. 6.
In caſu præmiſſo, quã excludatur à ſucceſsione neptis ex fratre, vide Menoch. cõſi. 335. lib. 4.
Renunciatio facta cum iuramento valet, & excludit filiam, ſuperſtite fratre ipſius. Rol. cõſi. 11. vol. 1. & cõſ. 26. vol. 3. vide Gram. deciſ. 57. nu. 31. 42. Guid. Pap. q. 295. Boer. conſi. 46. c. 2. ex. de pact. in 6. l. 3. & ibi glo. C. de collatio. & ſupra tit. de ſucceſsio. vniuerſalib. in genere. Aliàs pactum de non ſuccedendo ſine iuramento non valet. Crau. conſi. 52. niſi eſſet factum patri, & fratri præſentib. quia præſentia fratris, & conſenſus patris in eo perſeuerãtis vſq; ad mortem, faciũt illud valere. Crau. ibi.
Renunciatio filiæ dr̃ facta contemplatione maſculorum, ideò illis deficientibus nõ nocet; ſecùs ſi aliquis eorum ſuperſtes fuerit tẽpore mortis patris, quia tunc erit excluſa, alio hærede à fratre inſtituto. Capic. deci. 190. ſed beneficium excludendi filiã dotatam, qđ datur filio, an trahatur ad nepotẽ, vide Bart. q. 31.
Fœmina ſemel excluſa à ſucceſsione paterna propter maſculos, an perpetuò cẽſeatur excluſa, mortuis maſculis, dantur tres caſus: Primus in materia feudali: Secundus in materia ſtatutorũ: Tertius in materia renũciationis, de quib. vide per Andr. Gail. obſer. 148. lib. 2.
Renunciatio filiæ illi nõ præiudicat, ſi credebat in bonis patris nihil aliud ſibi cõpetere, vel data enormiſsima læſione, obtenta tamen abſolutione à iuramento. Gram. deciſ. 57. nu. 9. & 10. vide eundem deciſ. 101. nu. 73. & 103. Guid. Pap. q. 126. & ſupra tit. de reſci. cõtract. Andr. Gail. obſer. 147. libr. 2. Papon. libr. 16. 16. titu. 4. arreſt. 2. & Boer. conſi. 38. & 39. ſed an tunc debeat haberi ratio bonorum exiſtentium tempore renunciationis, vel mortis, vide infra hoc tit.
Promiſsio renunciandi bonis paternis, & mr̃nis non extendit ad feudalia: & filia renũtiãs ſucceſsioni bonorũ paternorũ, nõ vr̃ renuntiaſſe feudalib. Gram. deciſ. 101. num. 9. & 10.
Renuntiare, & promittere renuntiare differũt: ideò filia, quæ promiſit renuntiare, nõ excluditur à bonis patris. Boer. deciſ. 3.
Filia renuntians, vel ſtatuto excluſa ſuccedit, ſi frater iuſtè exhæredetur. Boer. deciſ. 104. n. fi.
Renũciatio hæreditatis, an reuocetur ſuperuenientib. liberis, vide Boer. deciſ. 159. nu. 17. ꝙ reuocetur ſcribit Menoc. cõſi. 196. n. 46. lib. 2.
Si filia cum iuramẽto ceſsit bonis paternis, his verbis adiectis, ſalua legali ſucceſsione, tunc patri decedenti ſine alijs filijs ab inteſtato filia ſuccedit, ſed nõ adiectis illis verbis, ipſa filia cenſet oĩno excluſa, ẽt nullis liberis extãtib. & agnati patris ipſam excludũt ſecundũ Guid. Pap. q. 192. vide q. 295. Capel. Thol. q. 457. Pap. li. 17. ti. 4. arreſt. 18. Menoc. cõſ. 6. vo. 1.
Filia, quæ quitauit bona paterna, nõ debet per patrẽ in aliquo inſtitui, ſed poteſt præteriri. Guid. d. q. 192. & q. 295. vide ſupra tit. de liberis, & poſthum. hæred. inſtituen.
Quãdo filiæ dotatæ excluduntur à ſucceſsione parentum, à ſucceſsione matris excluduntur, Affli. deciſ. 178.
Renunciatio bonorum facta per filiam, nocet nepotib. Capic. deciſ. 176. nu. 12. ſed quã, vide Guid. Pap. q. 228. Auguſt. Bero. q. 45.
Filius filiæ, quæ renũciauerat hæreditati paternæ habita dote, & quæ auo, ſeu patre viuente deceſſerat, an admitti poſſit ad ſucceſsionẽ aui, ſaltem quo ad legitimã, vide Gram. deci. 57. Papon. lib. 16. tit. 4. arreſt. 17. Craue. conſi. 84. nu. 5. Bar. in l. 93. ff. de acquir. hæred. Peril. D. P. Teſſa. deciſ. 138. Et dato, ꝙ admittatur ad talem ſucceſsionem, an habeatur ratio bonorum exiſtentium tempore dotationis, vel mortis aui, vide Gram. d. deciſ. 57. & ſupra tit. de legitima liberorum.
Renunciatio facta per matrem, nõ nocet filijs in ſucceſsione aui, vel auiæ, matre præmortua, etiam ꝙ ſint hæredes ipſius matris. Vinc. de Fran. deciſ. 57. Maraut. in ſuo Spec. diſputa. 10. fol. 613. vide Papon. lib. 16. tit. 4. arreſt. 17. & lib. 21. titu. 1. arreſt. 21. Craue. conſi. 127. Dec. conſi. 181. Rol. conſi. 11. vol. 1. Natt. conſ. 470. nu. 14. ſed an teneatur cõputare in portionem ſuam illud, qđ receperat mater à parentibus ſuis, vide Papon. lib. 16. titu. 4. arreſt. 17. pro affirmatiua ſcribit idẽ Papon. libr. 20. tit. 1. arreſt. 22. & lib. 21. tit. 7. arreſt. 8.
Si nepos hæreditatem paternam repudiauerit, auitam hæreditatem (quę patri delata eſt) cõſequi non poteſt de iure Ciuili; ſed de iure Prætorio ſic. l. 3. C. vnde liberi.
Renunciatio per filiam patri facta, an in cõmodum ſolius patris, vel etiam fratrum cenſeatur facta, ad excluſionem filiorum ſecundi matrimonij, vide Boer. deciſ. 184.
Iurãs poteſt reuocare, qui cõſenſit pacto futurę ſucceſsionis. vide Boer. deciſ. 104. nu. 20.
Filij ſecundi matrimonij quãdo ſuccedãt, ſtante pacto pro filijs primi, vide Boer. ibid. n. 32.
Renunciatio facta per ſororem fratri patre non conſentiente, eſt valida. Capel. Thol. q. 459.
Valet pactum factũ in cõtractu matrimonij de futura hæreditate conſeruanda in defectum maſculorum. Fran. Marc. q. 136. & deciſ. 148. vide q. 507. par. 2. & q. 610.
Filia dotata ſine quitatione ab inteſtato ſuccedit parẽtib. tenet tñ cõferre dotẽ. Papon. li. 16. tit. 4. arreſt. 18. vide ſ. tit. de collatio dotis.

Quitatio filiæ de bonis paternis, maternis, & fraternis, non extenditur ad ſucceſsionem fratris decedentis poſt quitationem; ſi frater erat abſens tempore quitationis. Papon. lib. 16. tit. 4. arreſt. 10.

Talis quitatio in his, in quib. valet, regulariter cenſetur facta ad vtilitatem heredum patris. ibid. arreſt. 15. & prodeſt omnib. licèt vni tantùm eſſet facta. ibid. arreſt. 16.

Fallit in filia nata ex primo matrimonio; nam quitando, lucrum quitationis inſolidum ſpectat ad filios primi matrimonij, fratres ex vtroq; latere ipſius filiæ, excluſis filijs natis ex alia vxore. Papon. lib. 16. tit. 4. arreſt. 15.

Si ex pluribus liberis vnus, vel vna quitauerit, alij ſolùm vocantur ad ſucceſsionem. Papon. ibid. arreſt. 18.

Quod dicitur filiam excludi à ſucceſsione per quitationem intelligitur, ſi fuerit legitimè dotata. Papon. ibid.

Superfluitas toleratur, potiuſquam excludatur filia à ſucceſsione patris per nepotes tranſuerſales. Crau. conſi. 127. nu. 8.

Si filia in quitatione reſeruauerit ius ſuccedendi caſu, quo fratres morerentur ſine liberis, tale ius transfertur ad hæredes ipſius. Crau. ibid. nu. 9. & 12.

De quitatione facta per filias patri, vel fratrib. vide Hénric. Boer. in ſuis ſingul. tit. renũciatio.

Quitatio facta per filiam de portione ſua patri acceptanti pro ſe, & hæredib. ſuis ita taliter, ꝙ decedens pater ſine filijs maſculis habeat̃ pro non facta, cedit in vtilitatẽ tam maſculorum, quàm fęminarum: ideò patri ab inteſtato decedenti æqualiter ſuccedunt filij, & filiæ, quæ nõ quitarunt. Crau. cõſi. 288. & ſeq.

Renunciatio nõ impedit, quin filius, vel filia habeat bona ſibi ꝑtinentia odio patris, vel matris tranſeuntis ad ſecunda vota. Dec. conſi. 230. vide ſupra tit. de ſecun. nuben. pœnis.

Filia, quæ renunciauit, non excluditur, niſi ſuperſit perſona, quæ ex præſumpta voluntate defuncti excludat renunciantem, & ideò nõ excluditur ab alijs ſororib. q̃ non renunciarunt: idem qñ pater inſtituit filium, & prohibuit filiam amplius nõ petere, quia nõ ob id prohibetur ſuccedere fratri. Dec. cõſi. 433.

Hæ renunciationes, quæ faciunt filiæ tempore matrimonij, de hæreditate viuentis valent, & cenſentur factæ fauore maſculorũ ſuccedere debentium ab inteſtato, & ratio finalis harũ renunciationum eſt, vt bona reſeruentur maſculis pro conſeruatione agnationis. vide Menoch. conſi. 196. nu. 36. lib. 2. ſed dictæ renunciationes factæ per minores, non videnẽ valere etiam factæ cum iuramento, quando ſtatuto cauetur, ꝙ hoc iuramẽtum à minore præſtitum ſit ipſo iure nullum, & pręſumptione iuris, & de iure pręſumitur vi metu, & dolo exactum. vide ibid. nu. 40.

Quando ob aliquem defectum tales renunciationes non valerent, ſi filiæ, quæ tempore renunciationum erant minores, effectę fuerint maiores, & tacuerint non ſolùm ꝑ quinquẽnium, ſed etiam per decennium, tunc cenſentur omnino illas ratificaſſe, etiã ſi aliàs eſſent nullæ, & ſtatutum diceret has renunciationes præſumi dolo, & fraudẽ initas: quia maior iſta ætas ſuperueniens omnem dolũ præſumptum adimit. Menoch. ibid. nu. 41. 42.

Dictæ renunciationes comprehendunt ẽt bona materna, de quib fit mentio in renunciatione, qñ ſorores dotant̃ à fratrib. ibid. nu. ſi.

Renũciatio facta à ſorore pacto adiecto, quod mortuo Titio, & Sẽpronio ſine liberis, liceat ſibi redire ad bona ſua, quomodo intelligi debeat, vide Per illuſt. D. P. Teſſau. deciſ. 189.

Statuto ſtante, quòd exiſtẽte filio maſculo filia non ſuccedat, ſi filius prędeceſſerit relicto nepte, talis nepos excludit amitã, ꝙ ꝓcedit qñ in ſtatuto eſt expꝛiſſa rõ. Capic. deci. 21. n. 9.

Filia in bonis ſitis extra locum, in quo excludit̃ ſtatuto, ſuccedit vnà cum maſculo; ſecùs in alijs. Capic. deciſ. 158. nu 9. vide l. ex eo. ff. de poſtul. & Bar. in l. 1. C. de ſumma Trinit.

Statutum ſi excludat filiam dotatam ab hęreditate viuente filio, illa poterit dicere nullũ teſtamentũ mortuo filio. Bar. conſi. 11. vol. 1. ſecùs ſi dicat ſtatutũ, ꝙ filia dotata quouſq; maſculi ſuperſunt, non admittatur, vide eundem Bar. conſi. 20. & l. 24. ff. de iure dot.

Statutum excludens ab hęreditate matris, non extenditur ad hęreditatem auiæ. Mago. deciſio. 147. Rot. Floren.

Filia ſemel excluſa à ſucceſsione patris ꝑ ſtatutum, perpetuò excluſa cenſet̃. Dec. conſi. 310. & cõſ. 506. vide ſ. li. 1. ti. de ſtatut. exclud. fœm.

Quando filia à ſtatuto excluditur ꝑꝑ fratrem, mortuo fratre nõ cẽſet̃ excluſa. Dec. cõſ. 433.

Stante ſtatuto, ꝙ filia dotata non ſuccedat extantibus maſculis, ſi maſculi decedant poſt mortem patris, non ſuccedit filia. Petr. de Rauen. ſing. 648.

Mulier an dicat̃ dotata ex eo, ꝙ pr̃ illi in teſtõ dotẽ aſsignauit ad hoc, vt excludat̃ à ſtatuto, vide Bart. in l. 66. ff. de rit. nupt. & qd, ſi illi legatum fecerit, vide in l. 24. ff. de iure dot.

Filius, vel filia qñ in locũ patris, vel matris ſubintret in ſuccedẽdo, vide Pet. de Ben. deci. 51.

Neptis ſubintrat in gradũ patris quo ad ſucceſſionẽ. Capic. deci. 21. limita, vt ibi & deci. 176 nu. 14. & plures nepotes ſuccedũt auo vnà cũ patruo in ſtirpes, & nõ in capita. Capic. deciſ. 208. Gram. deciſ. 63. Papõ. li. 16. ti. 4 arreſt. 17.

Neptis

Neptis ſuccedens aſcendentibus ingreditur ex perſona ſui patris, & non ſua, quod ſecùs eſt in ſuccedendo tranſuerſalib. Capic.deciſ.21. vide Gram.deciſ. 57. ſuccedit tamen ex propria perſona.idem deciſ.63.

Filij ſubintrant in locum patris in ſucceſsione aſcendentium, non iure repræſentationis, ſed ſubintrationis, & repſentatio, & ſubintratio lõgè differũt ĩter ſe. Mago.deci.147.Rot.Flo.

Filij non intrant in locũ parentum, qui adhuc viuunt. Crau.conſi.127.nu.6.

Filius ingreditur locum patris ſui, etiam quando agiť de ſucceſsione abaui, vel attaui, ſicut qñ agiť de ſucceſsione aui. Menoch.cõſ.194.

Si aliquis deceſſerit relicto filio, & pronepote, iſte pronepos, licèt ſit in tertio gradu, debet admitti ad ſucceſsionẽ cum filio, qui primũ gradum obtinet. Caſſa.in conſuetu. Burg.tit. *des ſucceſſions* Rubr.7.§.10. glo. 2.

Nepos conceptus poſt mortem aui ex propria perſona, nec de iure Ciuili, nec Prætorio ad ſucceſsionẽ aui admittiť. Ludo.Roma.ſing. 299.& Bar.in l.1.§.ſi quis.ff.vnde cognati.

De ſucceſsione nepotis nati poſt emancipationem, ſiue ſit pteritus, ſiue non, vide in l.emancipatus.ff.de bono.poſſeſ contra tabul.

Si filius propter delictum amittat patriam poteſtatẽ, & de medio tollatur, nepos ſuccedit loco ipſius patris, & admittiť ad ſucceſsionẽ aui.l.7.ff.de his, qui ſunt ſui, vel alien.iur.

Adoptatus in locũ nepotis tanq̃ ex filio natus, nõ fit hrs ſuus, auo viuente.l.10. ff. de adopt.

Nepotes ex filia nati ſuccedũt auo in virili, per edictum, vnde cognati.l.3.C. vnde legiti.

In ſucceſsione patris, vel matris admittũtur nõ ſolùm filij primi gradus, ſed etiam nepotes, & pronepotes filiorum præmortuorum, cum ipſis filijs in ſtirpes; non aũt in capita. Hart. Hartm.cap.2.tit.de ſucceſsio.lib.2.

Nepotes quomodo ſuccedant aſcendentibus, vide eundem ibid.

Nepos ex primogenito prædefuncto, an præferatur patruo ſecundogenito in ſucceſsionib. Regni, vel Principatus, aut Marchionatus, vide Gram.deciſ.1.num.28.Capel. Thol.q 434. Mohed. deciſio.38. Myſing.obſer.23.cent.3. Maran. in l. is poteſt. ff. de acquiren. hæred. poſt librum ſui Specu.Dec.conſi.443.qui tenet pro patruo, & Barto.in Authen.poſt fratres.C.de legit.hæredita.

Nepos ſuccedit patrui, excluſo auo, etiã in bonis donatis per ipſum auum filio, dummodo donatio irreuocabiliter valuerit in perſona ipſius filij.Guid.Pap.q.147. nam aſcendentes excluduntur à ſucceſsione per deſcendentes.Vincent.de Fran.deciſ.47.

Vtrum valeat pactum in cõtractu matrimonij factum, quòd primogenitus ſuccedat, & ſit hæres, vide Boer.deciſ.204.Fran.Marc.q.132. par.2.Capel. Thol.quæſt.453. Crau.cõſi.256. Bero.q.45.Dec.conſi.578. Menoch.cõſi.203. libr.2. & an poſsit tale pactum reuocari, vide Capel.Thol.q.454. Menoch.conſi.203.lib.2.

Primogenitus quando in Regno non ſuccedat, vide Boer.deciſ.104.nu.34.

Ius primogenituræ cõpetens ex conſuetudine, vel ſtatuto, eſt tranſmiſsibile ad filium ipſius primogeniti, & licèt teſtatoris volũtas ſit regulariter ambulatoria vſq; ad mortẽ, tñ Reg. limitať ĩ iure primogenituræ. Aegid.Bellam. concluſio.717. vide Fran. Marc.q.132.part.2.

Primogenito vocato, vter præferať, an filius primogeniti, vel ſecundogenitus, vide Frã.Mãt. de coniect.vlti.volunt. lib.8.tit.10.nu.fin.

De ſucceſsione competẽte ex primogenitura, & in quibus rebus in Regno Frãciæ cõſiſtat, vide Papon.lib.21.tit.4.

Si in aliquibus rebus conſtat primogenitura, & in alijs detur ſucceſsio æqualis, ſi pater relinquat ſolùm bona primogenituræ, illa inſolidum ſpectant ad primogenitum fratrib. excluſis.Papon.ibid.arreſt.4.& 5.

Primogenitus Regis, qui debet ſuccedere, diciť ille, qui poſt Regiam Maieſtatem adeptam ortus eſt.Fran.Crem.ſing.51.

Vita, & militia, an ſit debita ſecũdogenito ſup feudis paternis primogeniti, ſi pť ſecũdogenito reliquit caſtrũ vnũ, & an videať animo compenſandi reliquiſſe, vide Affli.deciſ.138.

Hæreditatem ſi det pater filiæ nubenti, an valeat donatio, vide Boer.deciſ.204.nu.5.

Præſumitur filius natus ex mariti ſemine, niſi ex plurib.coniecturis aliud appareret. Mohed. deciſio.115.

Si quis ꝓbet ſe filium, & patrẽ eſſe defunctũ, ad illi ſuccedendũ nõ eſt neceſſe ꝓbare aditionem hæreditatis.Rot.Genu.deci.2.nu.8.vide ſupra titu.de ſucceſsio.vniuerſa.in genere.

Filij nati in figura mr̃imonij, ex quo mulier habebat aliũ virũ ſcd̃o ignorãte, dicunť legitimi, & ẽt ſcienti ſuccedũt, & qd oib.parentib. ſcientibus, vide Vincen. de Fran.deciſ.130.

Mater aſſerens filium eſſe naturalẽ, illi non nocet fauore matrimonij.Gail.obſ.97.n.8.lib.2.

Filius petẽs ſe admitti ad ſucceſsionẽ patris, qd ꝓbare teneať, vt ꝓbet ſe filiũ, & ꝓ tali admittať, vide Menoch.de arbit.li.2.caſ.89.nu.28.

Filius cõuẽtus ꝑ agnatos ꝓximiores petitione hr̃ditatis, vel interdicto, quorũ bonorũ, neceſſe hẽt ꝓbare ſe filiũ eſſe legitimũ natũ ex legitimo mr̃imonio, licèt eſſet in poſſeſ. bonorũ patris.Natt.cõſ.421.contra Cranetã, de hac ꝓbatione vide per eundẽ Natt.cõſ.473.

Filij primi, & ſecundi matrimonij debent ſuc-

cedere æqualiter pro numero liberorum, exceptis ſponſalitijs largitionibus, & lucris nuptialibus. vide Fran. Marc. q 316. Mago. deci. 107 Rot. Floren. Papon. lib. 21. tit. 1. arreſt. 18. Auth. itaque. C. commu. de ſucceſsio.

Spurij filij legitimi, & naturales auo, & auiæ ab inteſtato ſuccedere non poſſunt, ſecùs ex teſtamento. Crau. conſi. 184. Bar. cõſ. 118. vol. 1.

De cautela cuiuſdam mulieris, quæ filium illegitimum admiſit ad ſucceſsionem patris, de cõſenſu aliorum filiorum, vide per Menoch. de arbit. lib. 2. caſ. 89. nu. 28.

Ius agnationis reſidet in legitimis tãtum. Dec. conſi. 471.

Si vna perſona prohibetᷣ ſuccedere, ẽt ex ea deſcẽdẽtes excludunẽ. Dec. cõſ. 471. & cõſ. 484.

Filius naturalis tm̃, non habet bonorũ poſſeſſionẽ contra tabulas in bonis patris, ſecùs in bonis matris. Bar. in l. 1. ff. de bon. poſſeſ. contra tabul. vide ſupra tit. de naturalib. liberis.

An filij naturales tantùm, poſsint ab inteſtato patri naturali ſuccedere, ſiue aſcendentibus per lineam maſculinam, vide Hartm. Hartm. cap 9. tit. de ſucceſsio.

Filius excluſus ab hæreditate paterna lapſu 30. ann. vt filius, ad illã poteſt admitti intra alios 30. annos, vt agnatus. Natt. conſi. 488.

Filium eſſe hæredẽ patris, probat creditor. Bar. in l. 23. §. tranſgrediantur. ff. ſolut. matrimo.

An filia, quæ paſſa eſt fratres poſsidere hæreditatem, & ſi quid voluit ab eis petijt, licèt nõ ſint lapſi 30. ann. videatur repudiaſſe, vide Bar. in l. 94. ff. ſolut. matrimo.

Licèt filia inſtituta ſit in re certa, & prohibita plus petere, tamen illi remanet ius petendi ſibi acquiſitum ex ſtipulatione paterna. Bar. in l. 7. §. 1. ff. de oper. libert.

Si ſuus eſt exhæredatus, emãcipatus prçteritus, & extraneus inſtitutus, ſiue adeatᷣ hæreditas, ſiue nõ, vterq; dimidiã aduocabit, licèt vnus per cõtra tabulas, & alter ab inteſtato ſuccedat. l. filium. ff. de bon. poſſeſ. cont. tabul.

Si auus dat dotem pro nepte ex filio in ius, qđ hẽt auus in dote, ſuccedit filius ipſe, ſiue inſtitutus, ſiue exhrdatus. l. dedit. ff. de colla. bon.

Inter filios, & filias debet hæreditas parentis æqualiter diuidi. l. 11. C. famil. erciſc.

Iudex in iudicando inter liberos debet ſequi voluntatem defuncti, etiam non ſolemnem, licèt non ſuccedatur ex teſtõ, ſed ab inteſtato, ſoluta tamen Falcidia. l. 16. 21. & fi. C. eod.

Filius ſub cõditione inſtitutus, ſi decedat ante conditionem, an hæreditatem trãſmittat ad ſuam poſteritatem, vide glo. fin. in l. vnica. C. de his, qui ante apert. tabul. & ſupra eod.

De ſucceſsione bonorum matris, quæ pertinet ad eius liberos, vide infra tit. ſeq.

Filius condemnatus ad mortem, nec patri, nec matri ſuccedere poteſt. Boer. conſi. 1. num. 6.

Filij eius, qui amiſit Ciuitatem, debent perdere bona ipſius, quæ haberent ab inteſtato, non ea, q̃ aliunde ipſis obueniunt, vt ſunt ſucceſſiones cæterorũ agnatorũ, & cognatorũ cũ tutelis legitimis. l. 3. ff. de interdict. & releg.

Ad Senatuſconſultum Orficianum.

Filius ex aditione facta per patrẽ ſuccedit matri in dote. Afflic. deciſ. 236.

Filius in dote materna excludit auum dotantẽ eius filiã, matre prędefuncta. Capic. deciſ. 176.

Filij ſuccedentes matri, ſunt hęredes vniuerſales, excluſo auo. Capic. deciſ. 176. nu. 14.

Spurius ſuccedit matri, ſi non ſit illuſtris. Guid. Pap. q. 280.

Filia naturalis tantùm (dummodo non ſit ex damnato coitu) ſuccedit matri excluſa auia, etiam quo ad legitimam. Caſſad. deciſ. 1. de ſucceſsio. ab inteſtat. ſed ſi fuerit nata ex dãnato coitu, quid iuris, vide ibid.

Filij nati ex damnato coitu non ſuccedunt matri, ſed naturales tantùm ſuccedunt (niſi mater eſſet illuſtris) etiam extantibus legitimis vnà cùm ipſis, imò prçteriti in teſtamẽto, habent querelam, quia omnino debent habere legitimam. Franc. Marc. q. 12. part. 1. & 9. 472. par. 2. vide Bar. in l. 25. ff. de his, quib. vt indig. legat. aufer. & Hart. Hart. c. 10. titu. de ſucceſſ.

Natus ex coitu dãnato non ſuccedit matri, nec nepos ex eo auiæ. Craue. conſi. 184. nu. fin.

Mater non poteſt donare filijs vulgò quæſitis. Bar. in l. 79 §. mater, de leg. 2. quod intellige, vt notat idẽ Bar. ĩ l. ſi qua illuſtris. C. ad Orfi.

Filius naturalis tm̃, habet bonorũ poſſeſsionẽ cõtra tabulas in bonis matris, ſecùs in bonis patris. Bar. in l. 1. ff. de bono. poſſeſ. cõtra tab.

Qñ filius naturalis ſuccedat, & quomodo vide ſupra titu. prox. & tit. de naturalib. liberis.

Qñ tractatᷣ de ſucceſsione mr̃is habẽtis plures liberos ex diuerſis viris ab inteſtato, oẽs admittũtᷣ æqualiter, & ꝓ virili. l. 4. C. de ſec nupt.

Tranſiens ad ſecunda vota non põt relinquere cõiugi plus, q̃ relinquat vni filiorum primi mr̃imonij, cui minus relinquerat. §. optimè, Anth. de nupt. vide s̃. ti. de ſecũdò nubẽt. pęn.

Si vxor ſuperſtitibus filijs primi matrimonij ad ſecunda vota conuolauerit, & ex ſecundo liberos ſuſceperit, ea in ſecundo matrimonio moriente, filij primi ad lucra ex primo viro veniẽtia vocantᷣ, ſecũdi ad lucra ꝓuenientia à ſecũdo, in alijs ſuis bonis ſuccedũt ęqualiter: idem in viro. §. nec illud, Auth. de nupt.

De

De ſucceſsionibus vniuerſalibus bonorum tranſuerſalium.

REmediũ quale habeat frater pro ſororis portione, ſi ad terium res peruenerit, vide Aff. deci. 76.

An ſpurius ex dãnato coitu natus ſuccedat fratri ex eadẽ matre nato, ét ex damnato coitu, excluſa vxore, vide Afflict. deciſ. 96. & ſupra tit. de natural. liber.

Soror à fratre dotata ſuccedit fratri ab inteſtato decedenti, cum alia ſorore indotata. Affl. deciſ. 161. tamen ipſa ſoror à fratre dotata, quę renuntiauit hęreditati fraternæ, excludit ab ipſius fratris ſucceſsione. Affl. d. deciſ. 161.

Soror renuncians bonis paternis, & maternis, non videtur bonis fratris renunciare. Afflic. deciſ. 178. num. 4. niſi expreſsè renunciauerit etiam fraternis. Guid. Pap. q. 192. & q. 231. Dec. conſi. 31. vide ſupra titu. de ſucceſsio. in genere, & titu. de ſucceſsio. bonor. aſcenden.

Non cenſetur etiã renunciare bonis, quæ amittit pater tranſiens ad ſecundã vota. Guid. Pap. quæſt. 227.

Renunciatio in vno caſu, nõ inducit excluſionem in alio, ideò filia excluſa à ſucceſsione patris, poteſt ſuccedere fratri. Capel. Thol. q. 457. Dec. conſi. 230. & conſi 683.

Filia dotata ſemel excluſa à ſucceſsione paterna, an intelligatur etiam excluſa à ſucceſsione fraterna, vide ibid. q. 460.

Renunciatio facta per moniales tẽpore ingreſſus eſt realis, ideò illę excluduntur à ſucceſſione fratrum. Vinc. de Fran. deciſ. 375.

An valeat pactum, ꝙ fratre vno decedente ſine filijs, bona vadant ad ſuperſtitẽ, Dec. cõſ. 225.

An inter fratres factos ex conuentione, detur ſucceſsio ab inteſtato, vide Perilluſt. D. Prę. Teſſa. deciſ. 113. & valeat conuentio, vt vnus alteri ſuccedat, Dec. conſi. 516.

Si ad hæreditatem defuncti concurreret ſoror defuncti, cũ filia fratris alterius prædefuncti, ambæ ad hęreditatẽ admittunt, licet ex forma ſtatuti, ſi frater viueret, excluderet ipſam ſororem, nunc amitam. Capic. deciſ. 21.

Frater inſtitutus in legitima tantùm portione, ſuccedit pro virili portione ſorori ab inteſtato decedenti poſt mortem patris, vnà cũ fratribus hęredibus vniuerſaliter inſtitutis à patre. Capic. deciſ. 158. nu. 9.

Filij fratrum, vel ſororũ, an ſuccedant patruis, amitis, auunculis, & materteris in ſtirpes, vel in capita, vide Capic. deci. 208. Rebuff. in ſuis comment. in proœmio, nu. 81. fol. 26. Bart. in Auth. ceſſante. C. de legit. hęred. & in l. 1. §. interdum. ff. ſi pars hęred. pet. glo. in Authen. ceſſante. C de legit. hęred.

Quòd ſuccedant in ſtirpes, ſiue concurrant cũ fratre, vel ſorore defuncti, ſiue non ſcribunt Guid. Pap q. 134. Papon. lib. 16. tit. 4. arreſt. 17. Boer. conſi. 2. Crau. cõſi. 127. Caſſa. in conſue. Burg. tit. *des ſucceſſions* Rub. 4. § 9 Bart. in l. 2. §. hęreditas. ff. de ſuis, & legit. hęred. & in §. hoc etiam inſtit. de legit. agnat. ſucceſsio. & cõſi. 173. ſed ꝙ quando filij fratrũ ſuccedunt ſoli, debeant admitti in capita, & non in ſtirpes ſcribunt Myſing. obſer. 94. cent. 3. Cabal. milleloq. 619. Papon. lib. 21. tit. 1. arreſt. 12. & 13. habetur in libris placitorum curię tit. de hæreditatibus. q. 5. in deciſio. diuerſo.

Super hac controuerſia ad ſedandas Doctorũ opiniones in hac Patria Pedemontana fuit ꝓ latum edictũ Sereniſsimi Ducis, quo fuit determinatum dari ſucceſsionem ſecundum hanc vltimam opinionem, vide Perilluſt. D. Præſid. Teſſau. deciſ. 162.

Quando filij fratrum ſuccedunt ex teſtamento, ſemper ſuccedunt in capita. Capic. d. deciſio. 208. nu. 2. 3. Boer. conſi. 2. num. 5. Craue. conſi. 300. nu. 7. idem quando vocantur ex diſpoſitione ſtatuti. Dec. conſi. 310. nu. 6.

Quando concurrunt ad ſucceſsionẽ, patruus, vel auũculus, & nepotes ex fratre, vel ſorore, ſine difficultate ſucceditur in ſtirpes. Papon. lib. 21. tit. 1. arreſt. 11. Crau. conſi. 300. num. 5. Hart. Hart. c. 11. lib. 2. tit. de ſucceſsio.

Conſobrini in hæreditate cõſobrini ſuccedunt inter ſe per capita, & non in ſtirpes, ſecùs in hæreditate patrui, & materteræ. Borg. Caual. deci. 9. de contract. nu. 85. par. 2.

Neptis, ſi concurrit cũ filio alterius neptis, pręfertur in ſucceſsione, non obſtante conſuetudine Neapol. Vinc. de Fran. deciſ. 266. part. 2.

Patruus vtrinque coniunctus præfert auunculo defuncti ex vno latere. Boer. deciſ. 302.

Quando quis vult ſuccedere in linea tranſuerſali alteri, quàm fratri ſuo, vel alteri quàm patruo, non attenditur perſona patris, vel matris iſtius, qui vult ſuccedere, nec quo vinculo cõiungatur defuncto, nempe aut duplici, vel vnico tantùm, ſed ſolùm attendit, an iſte, qui vult ſuccedere ſit in gradu priore, quia qui eſt prior præfertur. Boer. d. deciſio. 302. & Vincen. de Fran. deciſ. 26. nu. fin.

Coniunctus ex vtroque latere, præfertur coniuncto ex altero tantùm in ſucceſsione fratris, niſi aliter ſtatuto caueatur. Mohed. deci. 159. & Vinc. de Fran. deciſ. 26. nu. 4.

Soror coniuncta ex vtroq; latere ſola admittitur ad ſucceſsionem ſororis, patruo excluſo. Dec. conſi. 683.

De ſucceſsionibus bonorum fratrum conſanguineorum,

guineorum,& vterinorum, vide infra tit. ſeq.

Delata ad cognatos ex tranſuerſo hęreditate, paterna paternis,& materna maternis deberi(etiam ſi aliquo gradu alij alios præcedāt) ſcribitur in libris placit. curiæ tit. de hæreditatib. q.5.in deciſio.diuerſo. tamen quòd in ſucceſsione tranſuerſalium priximiores admittantur æqualiter, nulla facta diſtinctione perſonarum,vel bonorum,tradit Papon.lib. 21.titu.1. arreſt 9. vide eundem Papon.ibid. arreſt.14 & ſeqq.

Soror ſuccedit fratri occiſo per fratrē, excluſo fiſco.Papon.li.21.ti.1.arreſt.22.& arreſt.1.ti.4.

Filij eius, qui amiſit Ciuitatē, debent perdere bona ipſius, q̄ habuerūt ab inteſtato,nō ea,q̄ aliunde ipſis obueniunt,vt ſunt ſucceſsiones cæterorū agnatorū, & cognatorū cum tutelis legitimis.l.3.ff.de interdict.& relegat.

Frater ex cauſa ingratitudinis tribus ex cauſis à fratrum ſucceſsione excluditur.§. ingratitudinē, Auth. de nupt.tñ cauſæ ingratitudinis nō repellunt ipſum fratrem à ſucceſsione ab inteſtato.Bar.in l.37.C.de inoffi.teſtamen.

Frater,& ſoror æqualiter admittunt, ad ſucceſſionem fratris, vel ſororis pręmortuæ, & illi ſuccedūt in legitima,& Trebellianica,ſi erat grauatus,vel grauata fideicommiſſo. Rolan. conſil. 25. volum. 1.

De conſanguineis, & vterinis fratribus,& eorum ſucceſſionibus vniuerſalibus.

PLuralitas vinculorū, nempe vtrū aliqui ſint ex vno latere tātùm coniuncti defuncto, tunc locū habet,quādo tractatur de ſucceſsione fatrum inter ſe,vel qñ filij fratrum tractant de ſuccedendo patruo; non autem quando tractatur de ſucceſsione vlteriorum. Hartm.Hart. cap.12.tit.de ſucceſsio.lib.2.

Soror vterina in ſucceſsione ſororis vterinæ,p̄fertur proximiorib. agnatis ex parte patris, in ſucceſsione antiphati prouenti ex eorum matre tanquam cauſa proxima,licèt proceſſerit à patre tanquā cā remota.Affl.deci.127.

Soror duplici vinculo coniuncta,cōſanguineo tñ maſculo in ſucceſsione fratris præfertur: fallit in feudis. Tho.Minad.deciſ.36.

Frater conſanguineus tantùm, in feudo ſimul ſuccedit cum coniuncto ex vtroque latere. Mant.de coniect.vlti.volunt.libr.8.tit.13.nu. 5.Dec.conſi.444.nu.5.Menoch. conſ.187.lib. 2.nu.14. quod procedit ſolum in feudo non hæreditario.Natt.conſi.679.

Vtrinque coniunctus præfertur in ſucceſsione, vno tñ latere coniuncto. Vincen. de Fran. deciſ.26.nu.4.Mago.deciſ.148. & hoc in omnibus bonis,Auth. itaque. C.commu.de ſucceſsio.vide tamen glo. ibid.

Limita, quando extaret ſtatutum, q̄ moriente aliquo ſine aſcendentibus, & deſcendentib. ab inteſtato, ſuccedāt proximiores agnati vſque in tertium gradum computandum ſecundum ius Cano.Mago.deciſ.82. Rot. Flor. vide Menoch.conſi.187. lib.2.

Idem in ſtatuto pręferente fratrem ſorori; tunc enim frater conſanguineus præfertur ſorori vtrinque coniunctæ. Mago.d.deciſ.148.Rot. Flor.ſed hæc limitatio ſublimitatur in bonis maternis defunct.Mago.d.deciſ.148.

Frater vtrioq; coniunctus ex pupillari ſubſtitutione,& multo magis ex omni alia, non debet pręferri alteri fratri ex vno latere tātùm coniuncto, equidē ex ipſa ſubſtitutione vocato,vide Frā.Māt.de cōie.vlt.volū.li.5.ti.11.

Fratres vtrinq; coniuncti,an ex coniectura voluntatis in legatis, & fideicōmiſsis pręferantur,vide eundem Mant. lib.8.tit.13.

Fratres, & eius filij vtrinq; coniuncti,præferuntur fratrib.coniunctis ex vno latere tantùm. Auth.ceſſante. C.de legitimis hęred.

Frater, vel ſorores ex altero latere tantùm, nō ſuccedunt fratri vnà cum patre, aut cum aliquo de aſcendentib. Boer.deciſ.185. & hoc verū,qñ erat mater, & frater ex latere patris, q non attinet matri defuncti; tūc enim p̄fert mater,& contrà,ſi extāt pr̄,& frater ex latere matris,q non attinet patri. Boer.d.deci.185.

Frater vterinus ſuccedit ſolus in omnib. bonis, quæ dfunctus habuit à matre, vel linea materna,& contrà,frater ex latere patris tātùm, præfertur fratri ex latere matris tantùm, in bonis paterni generis.Boer. ibid.

Frater vterinus an ſuccedat fratri vnà cum matre, vel frater cōſanguineus ſuccedat vnà cū patre,vide Boer.deci.185.n.4.& qd, ſi parentes tranſierint ad ſecunda vota. ibid. nu. 18.

Fratres vterini pręferuntur in reb.maternis, in paternis cōſanguinei, in rebus verò aliunde quæſitis, ſuccedunt æqualiter. Bar.ſing 196. Pet.de Raue. ſing.336.Io.Ant.Trigo.ſing.14. Bar.in ſuo tract.ſucceſsio.ab inteſta.num.17. & in l.13. C.de legit.hęrede.

Quando concurrunt ad ſucceſsionem fratres conſanguinei,vel vterini, & parentes defuncti,de cuius hæreditate tractatur, quid iuris, vide Papon.lib.21.tit.1.arreſt.8.

In bonis maternis fratres vterini pręferunt cæteris fratribus,& filijs fratrum, ſed his ceſſantibus,filij admittuntur.l.13.C.de legit.hęred.

Filij ſecundi matrimonij qū ſuccedant, etiam

ſtante

ſtaute pacto pro filijs primi matrimonij, vide Boer.deciſ. 204.nu.32.

Soror vterina admittitur cum fratre vterino in bonis obuentis matri ex latere ipſius fratris. Vincent.de Fran.deciſ.25.

Renunciatio, & ceſsio bonorum facta per filiā primi matrimonij,intelligitur facta in fauorem fratrum conſanguineorum eiuſdem matrimonij ex vtroq; latere côiunctorum. Pap. lib.15.tit.1.arreſt. 10. excluſis fratribus natis ex alio matrimonio.idē arreſt.15.ti.4.eo.lib.

Si teſtator reliquerit prædium fratribus ſuis,intelligitur ſecundum iuris communis diſpoſitionem,quia tali caſu fratres ex vtroque latere côiuncti,præferuntur fratribus ex altero latere tantùm.Dec.conſi.155.nu.5.

Succeſsio,q̄ eſt deferenda fratri,vel filijs fratrū, qs erit potior in ſucceſsione fratris,vide Bar. in §.ſi plures,n.ſi inſtit.de legit.agnat. ſucceſ.

Fratres inceſtuoſi inter ſe ipſos non ſuccedunt, quia inter illos nulla adeſt legitima, vel naturalis ſucceſsio.Abb.conſi.50.lib.2.

Filij fratris vterini,vel conſanguinei admittuntur in locū fratrum, cùm ſuccedant cū auunculis,vel patruis, ex vno pariter latere côiunctis.Auth.poſt fratres.C.de legit.hæred.

Deficientibus aſcendentibus,deſcendentibus, & fratrib.vtrinq; coniunctis , & eorum filijs, ſuccedunt fratres ex vno latere coniuncti. Auth.poſt fratres la prima.C.de legit.hæred.

Fratres vterini admittuntur ad ſucceſsionē fratris,& cum fratrib. defuncti admittuntur filij fratrum emancipatorum,& etiam filij fratris vterini,vel ſororis.l.fin.C.de legit.hæred.

Priuignus non ſuccedit nouercæ per ſe, ſed per mediā perſonam natorum ex ea, qui ſunt fratres ſui ex latere patris.l.5. C.de legit.hered.

De ſucceſsione fratris conſanguinei, & vterini, vel conſanguinei tantùm,vel vterini tantùm, vide glo.in Auth.itaque.C.commun. de ſucceſsio.& §,nec illud, Auth.de nupt.

Vt fratrum filij ſuccedant in eorum parentum locum.

Nepos in hæreditate patrui ſuccedit cum patruo,tam diſpoſitione legis, quàm ſtatuti diſponentis, q̄ ꝓximior in gradu ſuccedat.Borg. deciſ.9. de contract.par.a.

Filijs fratrum, aut ſororum conceditur , vt ipſi in locum eorum parentum ſuccedant,quando vnà cum fratribus defunctæ perſonæ vocantur, aut ēt hodie cum aſcendentib. Boer. cōſi.32.& ſuccedunt in illa portione, ad quā patres eorum ſucceſsiſſent.Caſſan.in conſue. Burg.tit. *des ſucceſſions*. §. 6.glo. 10.nu.2.

Filij fratrum cum aſcendentib. quō ſuccedant, vide Hart.Hart.cap.7.titu. de ſucceſsio.lib.1.

Quando patruus habens multos filios concurrit cum nepotibus ad ſucceſsionem fratris, tunc nepotes ſuccedūt in ſtirpes, nec poteſt patruus repudiare hęreditatē in fauorē ſuorum filiorū,& in ꝑiudicium nepotum, vt daret ſucceſsio in capita. idē c.13.eod.tit.lib.2.

Filij mortua matre ſubintrāt eius locum,& ſuccedunt auunculis ex perſona propria; nō ex perſona matris. Maran.in ſuo Spec.diſput. 10. Natt.conſi.581. tamen ſtatutum excludens filiam dotatam à ſucceſsione fratris , excludit etiam nepotem ex ea. Natt.ibid.

Nepos in diſpoſitione hominis non ſubintrat locum patris, ſed excluditur à fratre tanquā ꝓximiore ; ſecùs in diſpoſitione legali.Natt. conſi.679.nu.20.26.28.

De ſucceſsionibus inter coniuges.

Quarta inopi vxori ex legis prouiſione in bonis mariti debita,non poteſt grauari. Andr. Gail.obſer. 119.libr.2. De dicta quarta vide Papon.lib.15.tit.4.arreſt.7.

Quarta pars bonorum debetur coniugi ſuperſtiti,ſi non habeat vnde bene,& honeſtè poſſit viuere, ideò etiam ſi vxor habeat dotē , ſi non ſit ſufficiens,vel alia bona nō ſufficiētia, dicta quarta debetur.Gomez. Leo deciſ.8.in deciſ.diuerſo.Tom.2.vide Rol.cōſi.14.vol.3.

Ampliatur procedere dictum,nō ſolùm ad alimenta , ſed etiam ad bene, onorificèque viuendum.ibid.nu.4.Gome.

Etiam debetur dicta quarta dato , q̄ coniunx reliquerit prælegatum tertiæ, vel quintæ partis bonorum,vide ibid. & ante oīa eſt deducenda ex bonis mariti tanquam æs alienum, antequam deducātur,aut legitima filiorum, vel prælegata. Gome.d.deciſ.8.nu.fin.

Mulier patrem habēs diuitem à quarta bonorū viri defuncti remouetur , eius enim patri alendi onus ſpectat . Pet.Roy.deciſ.4.Litua. nu.270.in deciſ.diuerſo.ſed vtrū mulier, quæ victum ſibi quærere ſuis operis pôt , ab ipſa quarta ſubmoueatur , vide ibid. nume. 272. Nam vxor etiā indotata non agit ad dictam quartam, ſi poteſt aliunde habere alimenta, quia hæc ſucceſsio dicitur remedium ſubſidiarium . Natt.conſi.648.nu.13.& 15.& ceſſat hęc prouiſio,ſi habeat vxor fratrem diuitem,qui poſſet eam alere, vt tenetur. Rolam conſi.14.vol.3.nu.19.& 53.

Legatum relictum à marito vxori,imputatur in portionem ſibi debitā à lege, veluti in quartam

ſam, quæ illi debetur, ſi ſine dote nupſerit. Mantic. de coniect. vltim. volunt. lib. 10. tit. 2. nu. 7. quod declara, vt ibid. nu. 8.

Feuda non ſubiacent diſpoſitioni Auth pterea. C. vnde vir, & vxor, ex qua debetur d. quarta. Vinc. de Frã. deci. 318. par. 2. Nat. cõſ. 605. n. 8.

Quarta debita virtute dictæ Authẽticæ, nõ põt excedere centum libras auri. ibid. uum. 3.

Dicta Auth. in quib. bonis habeat locum, & an donatio inter viuos facta, iu fraudem d. Authen. valeat, vide ibid. num. 7.

Ipſa Auth. pterea, pcedit ẽt conſtituta modica dote, ſed q̃ aũt dicat̃ modica dos relinquit̃ arbitrio Iudicis. vide Fran. deciſ. 410. par. 2.

Quarta quando eſt conſtituta inter contrahentes, ceſſat diſpoſitio Auth. ibid. nu. 3.

Vxor indotata viro defuncto extantib. liberis, ſuccedit in quarta bonorum viri in vſufructu tñ, licẽt poſtea liberi deceſſerint, ſecùs ſi ab initio nõ extarẽt liberi: nã tũc ſuccedit ẽt in pprietate. Natt. cõſ. 605. teneẽ tñ rñdere creditorib. hæreditarijs pro quarta. ibid. uum. 9.

Maritus quãdo locuplex deceſsiſſe dicatur, vt vxor quartam conſequatur, vide ibid. nu. 12.

In caſu præmiſſo, vt vxor ſuccedat, non ſolũ dẽt pbari matrimoniũ, ſed ẽt, q fuerit ſine dote, aliàs vxor nõ pòterit obtinere. Natt. cõſ. 648.

Dicta Auth. habet ẽt locum, qñ à prncipio contracti mrimonij mulier fuit congruè dotata, ſi poſtea ex mutatione temporum, qualitatis pſonarũ, & facultatũ, effecta fuerit incõgrua dos, ex qua non poſſet ſe ſuſtentare ſecundũ præſentem qualitatem. Rol. conſi. 15. vol. 3.

Vbi matrimoniũ fit ſine dote, & coniunx pmoriẽs eſt locuplex, & ſuperſtes laborat inopia, licẽt extẽt filij defunctę pſonę, cõiux ſuperſtes ſuccedit in quarta, ſi liberi nõ ſiut vltra tres, aliàs ſuccedit in virili cũ liberis, & legatũ cõputat̃ iu dictã quartã, cuius dñium illis ſeruatur, quib. deficientibus pleno iure ſuccedit. Auth. pręterea. C. vnde vir, & vxor.

Conſuetudo de mutua ſucceſsione coniugum valet, nempe q ſuperſtes coniunx non extantib. liberis, ſuccedat, imò ipſis liberis extãtib. q poſsit ſuccedere iu reb. mobilibus ad huc valet. Gail. obſer. 124. lib. 2. ſed talis conſuetudo, vel ſtatutum non extenditur ad bona extra territorium ſita. ibid. nu. 4.

Deficieutib. legitimis hr̃dib. dat̃ ſucceſsio inter maritũ, & vxorẽ. Papon. lib. 21. tit. 1. arreſt. 19. Hart. Hartm. c. 17. tit. de ſucceſsio. lib. 2.

Fratres, & ſorores excludunt̃ à ſucceſsione fratrũ inceſtuoſorũ: idẽ in parentib. ideò ſi filia inceſtuoſa decedat, illi nõ ſuccedũt parẽtes, neq; fratres, & ſorores, ſed eius vir, p l. vni. ff. vñ vir, & vxor, qa tũc deficit omnis legitima, & naturalis ſucceſsio, niſi quo ad dotẽ datã p patrẽ, q̃ ad illũ reddi dẽt. Abb. cõſ. 50. li. 2.

Si vir decedat ſine deſcendentib. & aſcẽdentib. vel collateralib. vxor ſuccedit, & contrà. l. vnica. ff. vnde vir, & vxor, & l. 1. C. eod.

De executoribus teſtamentorum, & aliarum vltimarum voluntatum.

Executor à teſtatore electus, cuius cõſcientiæ, & arbitrio executionem ille cõmiſit, non poteſt alteri vices ſuas in hoc cõmittere; ſecùs ſi aliquid certũ, & determinatum ab ipſo teſtatore cõmiſſum fuerit. Iaſſ Lãt. Balb. deci. 40r.

Valet diſpoſitio mariti in diſpoſitione ſuæ vxoris poſita, q̃ facit ſolam executricem, ſed tũc illi dandus eſt coadiutor. Gal. q 65.

Commiſſarij in teſtamento ad pias cauſas, ſuut loco hęredis. Fran. Mant. de coniect. vltima. volunt. lib. 4. titu. 7.

Executores non debẽt abuti conceſſa ſibi diſtribuendi poteſtate, & dati ad diſtribuendum inter pauperes, quibus diſtribuere poſsint? & ſpurius teſtatoris tãquam pauper, an eligi poſsit, vide eundem lib. 8. tit. 5.

Executores dari ad virgines maritandas, non poſſunt dotare puellã, q̃ ingrediat̃ monaſterium. idem lib. 10. tit. 23. nu. 5. Natt. conſi. 296.

Executores teſtamẽtorum, deficientibus bonis mobilib. poſſunt alienare immobilia bona p ſolutione relictorũ. Papon. li. 20. ti. 6. arreſt. 9.

Executores teſtamenti teuent̃ facere inuentarium. Papon. lib. 20. tit. 9. arreſt. 1. Amanel de Clariſsaqs ſin. 6 facit. l. nulli. C. de Epiſ. & Cler.

Executor teſtamenti poteſt ſibi ſatisfacere. ibid. Papon. arreſt. 2.

Executor teſtamentarius qualiter, & quando mittatur in poſſeſsionem bonorum, vide Papon. ibid. & arreſt. 5.

Executoribus mortuis, vel abſentibus, loco ipſorum debent alij ſubrogari æquali numero. Papon. lib. 20. tit. 9. arreſt. 6.

Duobus executoribus diſcordantibus ſuper diſtributione, & adminiſtratione bonorũ, cui ſit ſtandũ, vide ibid. arreſt. 7. q præferat̃ conſilium conſanguinei tradit Rom. ſing. 539.

Executorib. creditur, præſtito iuramento ſuper diſtributione bonorum. Papou. arreſt. 8. ibid.

Executores teſtamenti, quo relinquuntur bona pauperib. non poſſunt ſuper ipſis bonis tranſigere. Crau. conſi. 323.

Executorum ſpecies in iure quot ſint, vide Iaſ. de actio. §. omnes autem, verſi. tripli.

Executor teſtamẽtarius rem magni valoris diſtrahere

ſtrahere non pôt, vt ſatisfaciat voluntati teſtatoris de re minima. Menoch. de arbit. li. 2. caſ. 182. n. 34. vide Bar. in l. 6. C. de diſtrac. pig.

De pœna recuſantis, & malè exequētis teſtū vide Menoc. de arbit. li. 2. caſ. 444. Rebuff. in ſuis cômen. tract. de ſenten. ꝓuiſio. in ꝑfat. nn. 69.

Executio in materia teſtamētorum, qñ per modum prouiſionis concedaṫ, vide Rebuff. ibid. & qui ſint exècutores teſtamētorū. ibi. n. 77.

Executor ꝑdit cômodū, ſi qđ hēt teſtô, ſi negligat volūtatē defuncti īplere. Rebuff. ibi. n. 91.

Si ſunt plures dati diſtributores in teſtô, quilibet ſolus poteſt diſtribuere. Barth. de Capu. ſin. 10. tū ſi ſunt plures executores in eo, ꝑ qđ finitur officiū, vnus ſine alio non pôt executionē facere. Hart. Hart. c. 15. ti. de tutel. lib. 1.

Religioſus nô pôt eſſe executor teſtamēti, ſine conſenſu ſui Superioris, ſed qd, ſi exequutus fuerit officium ſuum abſq; tali côſenſu, an valeant geſta, vide Ludo. Rom. ſing. 245. ſed frater minor ordinis Sancti Frāciſci, etiam cum conſenſu Epiſcopi, non poteſt eſſe executor. Bar. in l. 15. ff. de alimentis, & ciba. legat.

Teſtator, ſi executori ſui teſtamenti det poteſtatem diſtribuendi eleemoſinam cuicunq; voluerit ad pias cauſas, poterit talis executor duos, aut plures pauperes eligere. vide eundem ſing. 454. ſed quid, ſi dederit poteſtatem eligendi per verbū pluralis numeri, an vnum tātùm eligere poſsit, vide eundem ſing. 455.

Fideicômiſſarij ad eligēdos pauperes, ſi elegerint diuites, in quos pro anima fecerint diſtributionem, valebit electio, ſed bona ſunt auferenda ꝑ Epm̄, & in pios actus côuertenda; aliàs ſecùs. Math. Matheſ. ſing. 180.

Poteſtas executorum durat per annum, qui incipit currere à tempore admonitionis factæ executori per Epiſcopum. Abb. conſi. 11. lib. 2. Guid. Pap. ſing. 558. nam executori ignorāti non currit tempus. Boer. deciſ. 39. Bart. in l. 8. ff. de his, qui not. infa.

Pater quod facit non vt pater, ſed vt alius improbatur, vt puta, ſi datus eſſet executor teſtamenti, non poſſet eo ꝑtextu noīare filium in pauperem, quia facile pręſumiť fraus in tā coniuncta perſona. Marc. de Mant. ſing. 148.

Executor teſtamenti, q officiū acceptauit, & diſtributionē fecit iuxta teſtatoris volūtatem, non propterea repellitur ab impugnatione teſtamenti. Marc. de Mant. ſing. 277.

Qñ religioſus, vt homo à defuncto extra caſum pęnitētię fuiſſet deputatus executor alicuius vltimę voluntatis, tūc illi ſoli nô crediť, ſecùs ſi in foro côſcientiæ, & pęnitētię Religioſus diceret ſibi aliqd fuiſſe cômiſſum, ꝓ exoneratione côſciētiæ defuncti. Aug. Bero. q. 12. n. 7.

Executores rogati poſt mortem hęredis diſtribuere bona inter pauperes, non poſſunt hærede viuente pauperes eligere. Bar. in l. 12. C. de fideicommiſ.

Executor quando vendit fundum, an debeat talem alienationē notificare hæredi, vide per Bar. in l. 2. C. de diſtract. pigno.

Executor teſtamētarius, q ſuſcepit officiū, illud exequi compellitur. c. pen. ext. de teſtamen.

Executor vendens rem, non promittit de euictione, ſed Iudex decernit actionem. Bart. in l. 50. ff. famil. erciſc.

An executores poſsint emere res, quas ex officio vēdunt, vide per Bar. in l. 34. §. tutor. ff. de côtrah. empht. Hart. Hart. c. 7. tit. de teſta. li. 1.

Nudus miniſter quis dicatur, & executor côtra hęredem non habet actionem ad petendum legata, quorum executio eſt ſibi cômiſſa, niſi qñ relinquuntur ad pias cauſas, & pro alimētis. Bar. in l. ſi quis Titio, de legat. 2. tamen officio Iudicis conſulitur executori in illis caſibus, in quib. non habet actionē, & executor non côuenitur à legatarijs, & an cogatur acceptare officiū, & quomodo poſsit bona hęreditaria vendere, vide Bar. in l. 17. eod.

An quis ſit electus, vt legatarius, vel vt nudus miniſter, quomodo cognoſcatur, vide Bar. in l. 8. ff. de aliment. & cibar. legat.

Quis dicatur executor particularis, & quis vniuerſalis, & quando poſsit vendere bona hęreditaria, & de eius officio, & poteſtate vide per Bar. in l. alio hęrede. ff. eod. & Hart. Hart. c. 2. tit. de executio. ſentent.

Executores dati in teſtô, habentur loco hęredū vniuerſalium, quando teſtator nullo hærede inſtituto, mandat bona ſua vendi, & diſtribui inter pauperes. Bar. conſi. 3. vol. 1.

Executor eſt, qui habet nudum miniſteriū facti in exequendo diſpoſita per alium. Abb. conſ. 11. lib. 2. Boer. deciſ. 39. & nudus miniſter dicitur, qui nullum commodum ſenſit; aliàs ſecùs. l. 50. ff. de donatio. int. vir. & vxor.

Nudus miniſter non poteſt bona defuncti diſtrahere, ſed actionem habet pro relictis in cauſa alimentorum vſque ad Falcidiam. l. 9. ff. de aliment. & cibar. legat.

Mulier poteſt conſtitui executrix teſtamenti, ſed tranſiens ad ſecunda vota diſtributio, & executio teſtamēti deuoluiť ad Epm̄. Papon. lib. 20. tit. 9. arreſt. fin. Guid. Pap. ſing. 263. Imò mulier & ad ſecundas nuptias rapta, executrix teſti eſſe pôt, mô renūciatio ab ea facta nô ꝓbetur. Dec. côſ. 90. Pet. de Rau. ſing 287.

Executor cogiť exequi actione ex teſtô, quando ei aliquid relictum eſt, & officio Iudicis, ſi nihil. Bar. in l. 1. de legat. 2. nu. 8.

Executor, cui fuit legatum relictum debet ſatiſdare, & non pôt repudiare legatum, vt euitet

onus

onus ſatiſdationis, & executionē acceptare. Bar.in l.4.de legat.2.aliàs miniſter electus ad diſtribuendū ſatiſdare non tenetur, niſi pauper fiat teſtatore ignorante. Bar.ſing.88.vide Pet.de Raue. ſing.10.

Executor datiuus tenet ſatiſdare, ſed qb. caſib. teneatur teſtamentarius: & legatum non remanet apud nudum executorē, ſiue deficiat de iure, ſiue de facto. Bar.in l.3.num.3.& 5.ff. de aliment.& cibar.legat.

Executor teſti cogitur ad acceptādū officium, poſtq̄ agnouerit legatū eidem in teſtō factū: & officiū executoris non tranſit ad hæredē, niſi ſit dictum. Bart.in l.15. ff. de aliment.& cibar. legat. num.4. de legatario executore, vide eundem in l.5.§.amittere.ff.de his, quibus, vt indign.legata aufer.

Nudo miniſtro recuſante legatū, legatarius pōt petere ante diē.l.18.§.Sticho.ff. de ann.legat.

Executor teſtamenti, ſeu cōmiſſarius bonorum alicuius hæreditatis, differēs dare computa ſuæ adminiſtrationis, ad quæ teneatur, vide Papon.lib.15.tit.8.arreſt.4.

Executores teſti habēt electionē eligendi Iudicem Spiritualē, vel temporalē ordinariū, coram quo poſsint reddere cōputum ſuæ adminiſtrationis. Papon. lib.20.tit.9.arreſt.9.

Executor vltimæ voluntatis tenetur reddere rationem adminiſtrationis. Pet. Gerat.ſing. 84. & teſtator nō poteſt illā remittere. Capel. Thol.q.46.vide Aman. de Clarifaq.ſing.234.

Si plures commiſſarij ſimpliciter relicti ſint in teſtō executores, ille, vel illi, qui non adminiſtrarunt, nō poſſunt petere ſibi rōnē reddere de adminiſtratis ab illo, q adminiſtrauit, pp parem potentiam. Marc.de Mant.ſing.572.

Executor vltimæ voluntatis excedēs fines mādati, & plus expendens, quàm debeat, non poteſt illud petere ab hærede: ſi antē minus expenderit, tenetur reſtituere.l.33.§.libertas. ff.de nego.geſtis.in additio.

Datum executori vltimæ voluntatis, ſi in cauſam debitam non fuerit ſolutum, repetitur.l. 11.ff.de condict. cau.dat.

Diligētia exequendi teſtamēta ſpectat ad Epiſcopum, tamen cognitio ſuper validitate teſtamentorum, pertinet ad Iudicem laicum. Papon.lib.20.tit.9.arreſt.3.

Teſtator, ſi executori teſti mandauerit, vt bona ſua in pauperes diſtribuat ex iudicio guardiani S.Frāciſci, ex eoq; exequēdo executor negligēs fuerit, ob id ad Epm ſit deuoluta diſtributio, tunc ēt Eps tenet ſequi iudicium, & ſententiam d.guardiani. Hippol.ſing.255.

Si executores vltimarum voluntatum ceſſant in executione per annum, tunc executio ex cōſtitutione Epiſcopi deuoluitur ad ipſum, facit.c.3.ext.de teſtam.& ſi teſtator relinqueſit centū danda illis pauperib. quos elegerit Titius, quē fecit executorē, & Titius ceſſauerit per annum, poterit nihilominus illos eligere. Bar.in l.8.C.de executio. rei iudic.

Epiſcopus cōpellit executorem teſtamenti ad exequendas pias voluntates defunctorum, etiam ſi teſtator hoc interdixiſſet.c.17.ex.de teſtam. ſed qua via poſsit excludi ab executione teſtamenti, vide p Boer.deci.39.nu.15.

Si executor eſt datus à teſtatore, ad ipſum pertinet diſtributio legatorum, aliàs ad Epiſcopum illius loci.l.nulli.C.de Epiſc. & Cleri.

Vnus executor contra alium agere non poteſt, qñ ſunt heredes instituti in teſtamento. Dec. conſi.96. aliàs executores, ſi ſunt dati duo in teſtō, vnus poteſt agere contra aliū debitorē teſtatoris. Bar. in l.46.§.ſi duob.ff.de pcurat.

Fr. Bartholomeus Rocca de Pralormo Inquiſitor Taurini permittit vt imprimatur.

F I N I S. L A V S D E O.

R E G I S T R V M.

A B C D E F G H I K L M N O P Q R S T V X Y Z.
Aa Bb Cc Dd Ee Ff Gg Hh Ii kk Ll Mm Nn Oo Pp Qq.
Rr Ss Tt Vu Xx Yy Zz.
Aaa Bbb Ccc Ddd Eee Fff Ggg Hhh Iii kkk Lll Mmm
Nnn Ooo Ppp Qqq Rrr Sſſ Ttt Vuu Xxx Yyy Zzz.
Aaaa Bbbb Cccc Dddd Eeee Ffff Gggg Hhhh Iiii kkkk
Llll Mmmm Nnnn Oooo Pppp Qqqq Rrrr Sſſſ Tttt Vuuu Xxx Yyyy Zzzz.
Aaaaa Bbbbb Ccccc Ddddd Eeeee Fffff Ggggg Hhhhh
Iiiii kkkkk Lllll.

Omnes ſunt Duerniones, præter Llll, Ternio.

[illegible]
[illegible]

GHER. L. GOTT. [illegible]